13
17 F
14

4488-489

C - 5
S · II
O . 2
N. 12 - 13

13-16.h.19

SS. PATRUM
QUI
TEMPORIBUS
APOSTOLICIS
FLORUERUNT,
BARNABÆ, CLEMENTIS,
HERMÆ, IGNATII, POLYCARPI

OPERA EDITA ET INEDITA, VERA,
& ſuppoſititia; unà cum CLEMENTIS, IGNATII, POLYCARPI,
Actis atque Martyriis.

J. B. COTELERIUS *Societatis Sorbonicæ Theologus, ex MSS. Codicibus erui, ac correxit, verſionibuſque & notis illuſtravit.*

ACCESSERUNT IN HAC NOVA EDITIONE NOTÆ INTEGRÆ aliorum virorum Doctorum, qui in ſingulos Patres memoratos ſcripſerunt, & quorum nonnullorum nomina in Præfatione habentur; ut HUGONIS MENARDI, Monachi Benedictini &c.

VOLUMEN PRIMUM.



ANTVERPIÆ,
HUGUETANORUM Sumtibus.
M. DC. XCVIII.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

PRÆFATIO.

CUM ipſi Apoſtolici Patres per ſe ſatis ſuperque clareant, ſuâque cùm gravitate, probitate, aliiſque non paucis virtutibus ac dotibus eximiis, tum veneranda antiquitate commendentur, haud puto neceſſe eſſe, ut, ſolemni more, laudemus Scriptores Veteres, eorúmque Interpretes aut Patronos, quibus hæc volumina conſtant. Si obſcuros Scriptores, aut nova quædam monumenta è tenebris in lucem protraheremus; novæ aut ignotæ merci pretium eſſet fortè commendatione conciliandum; ſed Eccleſiaſticorum Scriptorum antiquiſſimos, ſecundùm Apoſtolos, eóſque celeberrimorum virorum vigiliis illuſtratos denuo proferentibus laudatione nihil opus eſt. Nemo, præter homines planè barbaros atque illiteratos, præſtantiam atque uſum horum librorum ignorat. Sed ratio inſtituti noſtri neceſſariò aperienda.eſt, ut intelligat Lector, quanti hæc editio ſit facienda.

Ante omnia, ſciat oportet doctiſſimorum virorum labores in duo hæc volumina eſſe congeſtos, qui in plura eâque jam rariora erant disjecti; quod non exiguæ eſt utilitatis, cùm jam ea invenire liceat, quæ ægrè omnia comparari poterant, & modico ære ab Eccleſiaſticarum Antiquitatum ſtudioſis emi poſſint, quæ magno antea conſtabant. Huc accedit quòd omnium Notæ in *Barnabam*, in *Hermam*, in *Clementem*, cùm genuinum, tum ſuppoſiticium, in *Ignatium* denique & *Polycarpum*, ſint ſingulis paginis ſubjectæ; cùm incommodiſſimè ex pluribus voluminibus eſſent petendæ, & ſine moleſtia quæri non poſſent, ut norunt omnes, qui ejuſmodi libros legere aggreſſi ſunt.

Nunc ut particulatim exponamus quid hiſce duobus voluminibus contineatur; I. occurrit Epiſtola *Barnabæ*, cui præfixa ſunt virorum doctorum judicia, non modò quæ erant in editionibus *Hug. Menardi*, & *Joan. Baptiſtæ Cotelerii*, ſed etiam in minoris formæ editione, quæ prodiit Oxonii, anno 1685. Notæ verò ei ſubjectæ ſunt integræ omnium, qui in eam ſcripſerunt. Sunt ergo hîc notæ *Menardi*, *Cotelerii* & aliorum. Hîc, ut in aliis Scriptoribus, ſequuti ſumus, ad contextum quod attinet, editionem *Cotelerii*, quæ omnium accuratiſſima viſa eſt, & emendatiſſima.

II. Sequitur *Hermæ* Paſtor, cujus marginibus addidimus varias lectiones, quæ ad calcem editionis *Cotelerii* erant, & ſine moleſtia non poterant conſuli, cùm hîc oculis ſine labore ſe ſe objiciant. Præter notas *Cotelerii*, ſubjectæ ſunt variæ lectiones è duobus MSS. Codicibus; cum brevibus animadverſionibus.

III. *Clementis* Epiſtolis præfixa ſunt judicia plurium virorum doctorum, unà cum judicio *Cotelerii*. Subjectæ ſunt notæ ejuſdem, quibus nonnulla addita ſunt, ex manu viri docti, qui oræ editionis

Cotelerii, quædam adſeverat, digna quæ diligentiùs expendantur ab Eruditis. Suſpicatur enim ille, auctam priorem Clementis Epiſtolam fuiſſe ab impoſtore, qui lacinias *Clementis* Alexandrini Romano adſuerit. Bonum eſſet ſi pluribus rem perſequutus eſſet, ſed quod in marginibus illis invenimus, & poterat edi, id editum eſt. Quis autem ſit ille ignoramus, nec ad nos quidquam ſcripſit, de illis ſuis notis. Itaque eas notavimus litterâ B. interea dum earum auctor ſe ſe aperire velit.

IV. In *Conſtitutionibus Apoſtolicis*, nihil eſt præter editionem *Cotelerii*, cum ejus notis. Curavimus dumtaxat ut emendatiora omnia eſſent.

V. *Recognitiones Clementis* Ruffinianæ, exhibent editionem Cotelerianam, habéntque præterea varias omnes lectiones ad margines adſcriptas, quarum pars antea in calce quærenda erat. Opus quidem ipſum vix erat tanti, cùm ſit depravatio mera Clementinarum Homiliarum, quas interpolavit, prout voluit, *Ruffinus*; attamen cùm Græca non exſtent, niſi mutila, præſtat Ruffiniana habere, quàm iis omnino carere. Sunt certè, in iis libris, multa non ſpernenda, præſertim contra Ethnicos; nec poſſemus intelligere plurima & Græcorum & Latinorum recentiorum Scriptorum loca, niſi eas Recognitiones haberemus.

VI. Sequuntur ipſa *Clementina*, Græcè & Latinè, ſed, ut diximus, mutila; opus hominis Ebionitæ, qui vixit ſæculo ſecundo; ex quo plurima haurire licet, ad cognitionem illius ævi facientia. Quamvis enim complectantur malè confictas ac conſarcinatas fabulas de Petri certaminibus cum Simone, déque Clementis Recognitionibus, atque ea affingantur ſanctiſſimis viris, de quibus ne ſomniando quidem umquam cogitarunt; ſi larvas illas Petri & aliorum, quos loquentes inducit Homiliarum Scriptor, ei detrahamus, & quæ habet quaſi ab ipſo profecta legamus, intelligere licebit, quæ eſſent dogmata Ebionitarum illius ævi, & quomodo cum Ethnicorum Philoſophis & Theologis diſceptare ſolerent. Cùm ſint ſemi-Judæi & nonnulla ex Samaritiſmo traxerint, plurima habet quæ ad Samaritarum & Judæorum opiniones accuratiùs cognoſcendas earum rerum ſtudioſos adjuvare queant. Digna hæc eſſent, quæ ſingulari Diſſertatione diducerentur, & ob oculos ponerentur res antiquas inveſtigantibus.

VII. *Epitome Clementina* deterior eſt verſione Ruffinianâ, quia multò brevior & corruptior. Sed neque ejus Scriptor, neque *Ruffinus* excuſari poſſunt, ſeu crediderint opus verè eſſe *Clementis* & veras complecti hiſtorias; ſeu fraudem intelligentes, eam novâ fraude incruſtare aggreſſi ſint; dum Scriptorem Ebionitam aliter planè loquentem inducunt, quàm loquutus erat, & ejus figmenta ſuis interpolata mendaciis credenda imperitis proponunt.

VIII. Duo Scripta quæ ſequuntur, *de Martyrio Clementis*, & anniverſario ad ejus ſepulcrum *Miraculo*, ſunt inſignia exempla audaciæ Græculorum recentiorum in fingendis hiſtoriis, & ſtultæ credulitatis populorum; nam certè niſi vendibiles fuiſſent aliquando hi fumi, nuſpiam umquam proſtitiſſent. Hæc & ſuperiora emendatiùs hîc leguntur, quàm in editione Pariſina, in qua erant plurima menda, quæ ſublata ſunt; non ea quidem

quæ

quæ Critico acumine indigerent, nihil enim hanc in rem tentavimus, ſed quæ in orthographiam commiſſa erant. Cùm *Cotelerius* hæc ex MSS. ederet, multò plura in iis relicta erant vitia, quàm in aliis, quod mirum videri nemini poteſt.

Hiſce conflatum eſt primum Volumen, quod cùm in ſat magnam molem excreviſſet, in ſecundum rejectus eſt I. *Ignatius*, qualis editus eſt à *Cotelerio*, ſubjectis ejus notis. Hujus viri labore & ſtudio elegantiſſimè atque accuratiſſimè illuſtratus eſt *Ignatius*, cùm verus, tum ſuppoſititius; nec opus eſſe duximus rhapſodiis *Nic. Vedelii*, aut aliorum obſcuriorum Theologorum, qui aliquid olim tentarant in Ignatium; cùm & emendatis Codicibus caruiſſent, & artis Criticæ eſſent imperitiores.

II. Sequitur Martyrium *Ignatii*, quemadmodum à *Cotelerio* editum eſt, cum ejus notis.

III. Tres ſequentes Epiſtolæ *Tiberiani*, *Plinii* & *Trajani*, ſunt ex *Uſſerii* editione deſumtæ, nam in Coteleriana non ſunt. Cauſa nulla eſſe viſa eſt, cur omitterentur, cùm Uſſeriano *Ignatio* eſſent adjectæ.

IV. Agmen claudunt Epiſtola *Polycarpi* & ejus Martyrium, cum animadverſionibus Cotelerianis.

Hæc ſunt Veterum Scripta, quæ ſecundum Volumen complectitur. Recentiorum tria inſignia Opera adjecta ſunt. Primum eſt Vindicatio *Codicis Canonum Eccleſiæ Primitivæ*, in qua non modò Canones Apoſtolici, quibus clauduntur *Conſtitutiones Apoſtolorum*, defenduntur, ſed & varii antiquiſſimorum temporum ritus & mores illuſtranrur.

Alterum eſt Prolegomena in *Ignatium*, quæ nec à reliquis laboribus in Epiſtolas fortiſſimi Martyris divelli poterant, & bonâ fruge referta ſunt, ut omnibus notum.

Ultimum tandem locum tenent celeberrimæ Vindiciæ Epiſtolarum *Ignatii*, quas laudare, cùm nemo non eas magni faciat, inutile eſſet. Tria autem hæc opera rariora facta erant, præſertim cis mare; & cùm Appendix neceſſaria eſſent Patrum Apoſtolicorum, recudenda & iis adjicienda viſa ſunt. His certè carere non poſſunt quicumque Eccleſiaſticas Antiquitates cognoſcere avent, imò verò ab his incipiant neceſſe eſt, cùm ad antiquiſſima tempora pertineant, & accuratè ſint intelligenda, antequàm cum fructu ad ſequentia progredi poſſimus.

Nihil eſſet quod ampliùs diceremus, de hac Editione, niſi monendus eſſet Lector Epiſtolas huic Præfationi ſubjectas, paullò ſeriùs nobis eſſe à Bibliopolis traditas, quo factum eſt ut aptioribus fortè locis inſeri non potuerint. Omittendæ tamen viſæ non ſunt, cùm poſſent placere quocumque in loco legerentur. Omnes, exceptâ ultimâ, pertinent ad Scriptores Apoſtolicos, quos complectuntur hæc duo Volumina. Ultima verò conſcripta eſt à Clariſſimo Viro *Steph. Baluzio*, in memoriam ſempiternam *Joan. Bapt. Cotelerii*; qui dignus profectò eſt, cujus vita hîc exſtet, quoniam alibi non eſt edita, vel ob laborem, quem in gratiam noſtrorum horum Scriptorum exantlavit. Itaque eam, prout Lutetiâ ad nos tranſmiſſa eſt, edidimus; vir quidem diligentiâ,

ſtudio, fide, humanitate & modeſtiâ inſignis: Vir cùm in Græcis, tum in Latinis litteris verſatiſſimus: Vir acri judicio, ingenióque ſagaci, in emendandis Auctorum, quos in ſuis Notis laudat, erratis feliciſſimus, ut cuique cùm ejus Verſionem, tum Notas in hoſce Scriptores legenti clarè patebit: quibúſque laudibus dignum per omnia, lectis ejus ſcriptis Lectores æqui quicumque judicabunt.

SYLLABUS EPISTOLARUM

Ad Patres Apoſtolicos, eorúmve Interpretes pertinentium.

I.

Epiſtola Reverend. in Chriſto Patris WILL. LAUDI, Arch. Cantur. & totius Angliæ Primatis, ad Virum Clariſſ. HUGONEM MENARDUM, Monachum Benedictinum.

HUGONI MENARDO

Salutem in Chriſto.

Litteratiſſime vir, gratæ fuerunt mihi valde Litteræ tuæ, quas unà cum Epiſtola (ut dicitur) *Barnabæ*, & lucubrationibus tuis adnexis, accepi. Benevolentia veſtra erga me, neſcio unde orta, pergrata eſt; is tamen non ſum, qui illud auſim in me ſuſcipere, quod & in Litteris privatis, & præcipuè in Epiſtola dedicatoria adſcribis, & calamo (ut mihi videtur) uberiori quàm par eſt. Poſt gratias itaque tibi, vir Docte, repenſas; breviori forſan ſtylo, quàm exſpectas, ſed meo, & quo uti neceſſitas & negotiorum moles cogit, hæc pauca dicam.

Barnabæ Epiſtolam ſatis antiquam agnoſco, non canonicam. Hoc apertè à te dictum vellem, ne auctoritatem adſcribendo huic nomini celebriori parum confirmatam, ſimul & nomini & auctoritati injuria fiat; quin & tibi ipſi aliqua, quaſi hoc neſcires. Quo minùs autem credam hæc *Barnabæ* ſcripta & genuina eſſe, hæc ſunt quæ impediunt.

1. Numeralis illa Theologia, ſive ſcientia trium litterarum I. H. T. (ut loquitur) mihi non placet. Nam etſi neſcius non ſum, ſcriptores ſatis & antiquos & conſultos (*Tertullianum*, *Clementem Alexandrinum*, *Irenæum* & alios) in ea ludere aliquando, tamen non ſapit ſpiritum Apoſtolicum.

2. Non magis mihi arridet illa Judaica Deuteroſis, quam *Barnabas* hìc arripuit, de ſex mille annis Mundi, de qua nec D. *Paulus*, S. *Barnabæ* conjunctiſſimus, nec quiſquam alius Apoſtolorum ſomniavit, (appropinquare potiùs diem Domini ubique prædicant) nec *Hydaſpes*, aut *Triſmegiſtus*, vel *Sibyllæ* id poſſunt efficere, ut fides huic detur.

3. Vel ingens admittitur ἀναχρονισμὸς in hac Epiſtola, aut auctor non eſt *Barnabas*; loquitur enim apertè de Excidio Hieroſolymitano, quod poſt mortem Barnabæ accidit. Nec ſufficit dicere, quod in Adnotationibus adjicis, ſpiritu prophetico & prævidente, & ſic de re futura, quaſi jam præterita, pronunciante hæc ſcripſiſſe *Barnabam*; principii enim hæc petitio eſſet, nempe, utrum hanc Epiſtolam, aliáve aliqua ſcripſerit Sanctus *Barnabas*, ſpiritu prophetico.

Ad Adnotationes veſtras quod attinet, doctas quidem & eruditas; quia vis (ſic enim ſcribis) ut aliquid meorum admiſceam, loquar eadem libertate, quam ipſe tibi vindicas. Quædam explicanda, quædam corrigenda ſunt, ſive Critica ſpectes, ſive Theologica. Quin & properante calamo aliquid excidit, quod hìc apud nos viri doctiores non nimis approbant, ne quid gravius dicam. Quin & agitavit multa *Barnabas* hic, quibus animos incautos facilè percelleret, quæ tamen ne levi digitulo tetigiſti ad cicatricem obducendam; cùm apud nos non pauci ſint, qui nova moliendi quamlibet anſam arripere avidiſſimi ſunt. Qualia ſunt fuiſſe Eccleſias iſtis ſæculis incognitas; priuſquàm ad Conſtantini tempora veneris, non comparentes. Denique Templis non manufactis habitare Dominum, & ſimilia; quæ fluctuanti populo aut non proponenda, aut non ſine Antidoto.

Alia fortè ſunt limatiùs adhuc perpendenda, ſed & alia etiam me ab altiori de hac re conſideratione, & à libris ipſis & eorum uſu penitus avocarunt. Hæc tamen ſummatim (negotiis licèt pene obrutus) ſcribere in animum induxi meum, ne benevolentia veſtra in ingratum tibi videretur incidiſſe. Breviter itaque hæc velim; ut aut ipſe accuratiori filo rem omnem perpenderes; & in hunc finem, ſi placet, chartulas tuas remittam, per manus honoratiſſimi viri Domini Scudamore, nuperrime ad Regem Chriſtianiſſ. legati, qui eas mihi tradidit; aut, ſi viſum fuerit, Chirographum à te exſpectabo, quo opus hoc mihi vel Capellanis meis ſubmittas, ut quædam vel refingantur, vel addantur, priuſquàm in lucem prodeat; & utrum horum tibi placuerit, factum dabo. Epiſtolâ verò dedicatoriâ, quam vis perlegi, nimias in me conjicis laudes, & quarum ne ipſe apud me conſcius ſum. Nec modeſtia id pati poteſt, ut hìc, ſub meo auſpicio, laudes propriæ prælo mandentur. Itaque ſi pòſt paulo attentiorem hujus Epiſtolæ culturam, eam cum Adnotationibus, nomini meo dicatam, vis in lucem prodire; neceſſe erit Dedicatoriam planè aliam facere, aut eam ibi apud vos excudere, etiamſi opus ipſum hìc apud nos publicum fiet; ni tu adulator, ego arrogans audire velimus. Hæc breviter ſunt, quæ dicere volui, potuive, in anguſtiis illis & temporum & negotiorum, in quæ conjectus ſum. Quæ, obſecro, eodem animo accipias, quo ſcripta ſunt & ſi quæ non placent, aut minùs firma tibi videntur,

ea aut non mihi, aut ſaltem non niſi mihi implicato placeat adſcribere. Vale, méque inter tuos reputa

Ex Ædibus meis Lambethanis Jul. ultimo 1639.

Tibi Amiciſſimus
W. Cant.

Epiſtolam hanc perhumaniter mecum communicavit Præſulum decus Wilhelmus Sancroft, totius Angliæ Primas.

PAULUS COLOMESIUS.

II.

Ex Epiſtola Gallica

HIERONYMI BIGNONII

ad Hug. Grotium.

VElim ſcire quodnam ſit judicium tuum de Epiſtola S. Clementis, in Anglia edita. Fides MS. Codicis, quem ex Oriente advectum aiunt, & Regi Magnæ Britanniæ datum, probitas *Patricii Junii*, qui eam edidit, teſtimonia Veterum, quæ laudant loca, qui in hoc libro inveniuntur, eam primùm mihi approbarunt. Deinde neſcio quæ facies & ſpiritus quidam ejus ævi ei ineſſe viſa ſunt; ita ut nullus amplius ſit dubitationi locus. Fateor tamen, dum eam expendo, occurrere in ea mihi nonnulla aliena à ſtylo Apoſtolico. Videor mihi in ea animadvertere epitheta frequentiora, & voces amplificandi causà additas; quæ ſapiunt ſtylum poſtea uſurpatum, & ſimilem Liturgiis ac Euchologiis Græcorum. Argumentum à Phœnice ſumtum, ejuſque deſcriptio, aliena mihi videntur à *Clemente*, qui proximus Apoſtolorum ſucceſſor fuit; quamvis poſteriores eo argumento uſi ſint, ſed contra Gentiles & Philoſophos, non verò in ejuſmodi ſcriptis, qualis eſt Epiſtola data ad Eccleſiam Apoſtolicam, & quæ Canonica aliquamdiu habita eſt. In ea invenio etiam locum, in quo vult oblationes fieri ordine, certóque tempore & horâ ſtatutâ, pagg. 52. & 53. (*Ed. Junii*) ubi etiam eſt vox λαϊκὸς, quæ mihi ſuſpecta eſt. Pag. 62. vocat Eccleſiam Corinthiam ἀρχαίαν, quod parum convenit *Clementi*. Denique, quamquam eam genuinam cenſeo, attamen exiſtimo in ea eſſe poſſe varias clauſulas, & vocabula, quæ poſtea addiderunt qui eam exſcripſerunt. Quod contigit pluribus ejuſdem antiquitatis Scriptis, atque ipſi etiam *Clementi*. Vehementer cupiverim ſcire quid de hiſce ſentias, tu qui ſolus ad talia ſapis, & cui difficillimum eſſet imponere. Res me monet ut te invitem, ut, ſi fieri queat, edas notas tuas in Novum Teſtamentum. Exiſtimo te eſſe in loco, ubi commoditas & libertas Typographiæ tibi non deſunt. Si hoc conſilium caperes, multùm tibi Reſpublica Litteraria deberet.

Data fuit 7 Auguſti, anni 1633. eíque reſpondit Grotius Epiſtolâ, quæ exſtat infrà inter judicia de Clemente.

III.

IS. VOSSIUS CL. SALMASIO.

VIdi partem libri *D. Blondelli* de Epiſcopis. Vult in illo probare Epiſcopos à Presbyteris diſtinctos fuiſſe & prælatos iis, demum ſæculo tertio. Utque id adſerat, vix dixerim quàm violentas addat interpretationes multis auctorum locis, qui per ſe ſatis plani ſunt, ſi aliter intelligantur. Primo quidem ſæculo, fuiſſe eoſdem Presbyteros & Epiſcopos, non opus fuerat illi oſtendere, egerat id jam antè ſatis ſuperque *Walo Meſſalinus*: quòd verò ſecundo, & tertio ſæculo, factum eſſe probare conetur, id ſatis mirari nequeo. Nullum attulit exemplum, aut argumentum, quod me potuerit inducere ut id crederem. Et certè mirari ſubit quî fieri potuerit, ut in tot millibus locorum nihil reperiatur unde probari poſſit, plures ſimul Epiſcopos fuiſſe in eadem urbe; id quod tu ex *Clemente* Romano & aliis probaſti fuiſſe, primo ſæculo, & fortaſſe initio ſecundi. Quare autem ejus rei exemplum non habemus in ſecundo, multò minùs tertio ſæculo? Nam ſi unus Presbyterorum appellari potuerit Epiſcopus, quare non omnes ſimul Epiſcopi dicti fuiſſent? Cùm autem ejus exemplum non habeamus, adparet ſecundo, magíſque multò tertio ſæculo, Epiſcopum ſemper appellatum fuiſſe τ̃ πρεσβυτέρων ἢ πρεσβυτερίων. Ita, tempore *Ignatii*, nemo Antiochiæ Epiſcopus dicebatur, quam ſolus *Ignatius*; Smyrnæ nemo, præter *Polycarpum*; Hierapoli ſolus *Papias* &c. Ex omnium præterea Eccleſiarum ſucceſſione, adparet illum ordinem ſimplicem fuiſſe, numquam autem duplicatum, aut triplicatum. Sed quid ego hæc ad te, vir incomparabilis? Rogo ignoſcas mihi, quòd oblitus ſim ad quem ſcribam. Mitto Epiſtolam *Ignatii* ad Magneſios, in qua illa verba habebantur quæ petis. Videbantur mihi illa, ὡς προσειληφότας τ̃ νεωτερικὴν τάξιν, poſſe explicari de juvenili Damæ Epiſcopi ordinatione, ut 2 Timoth. II. 22. νεωτερικὸς juvenilem ſignificat. In hac eadem Epiſtola eſt locus ille, unde *Blondellus* probare conatur, Epiſtolas has ſeriùs eſſe ſcriptas, quòd ibi arguat quoſdam qui dicant, λόγον ἀπὸ σιγῆς prodiiſſe. Id ille putabat ex hæreſi *Valentini* eſſe deſumtum. Pace tamen tanti viri, liceat mihi ab illo diſſentire. Nemo Veterum eſt, qui dicat *Valentinum* Æonas iſtos ex nihilo creaſſe, ſed omnes, putà *Irenæus*, *Tertullianus*, *Theodoretus* & alii in eo conveniunt, ut dicant illum veterem opinionem reſuſcitaſſe & ex plurium hæreſibus genealogias ſuas & μύθους iſtos ἀπεράντους condidiſſe. Quam magnam partem iſtorum Æonum deſumſit ex hæreſi *Baſilidis*, ita alia ex aliis mutuatus eſt. Neque verum eſt Valentinum immediatè ſtatuiſſe λόγον ἀπὸ σιγῆς prodiiſſe, ille λόγον produxit ἐκ τ̃ νῦ καὶ τ̃ ἀληθείας. Aliam itaque hæreſin hic indicat *Ignatius*, quæ fuit prior & ſimplicior illâ Valentinianâ. Sed nihil æque miror in *D. Blondello*, quam quòd ille putet *Ignatium* nullas ſcripſiſſe Epiſtolas. Vellem ſcire quid dicturus ſit de Epiſtola *Polycarpi*, in qua ejus Epiſtolarum fit mentio. Sed hæc non puto egere confutatione, cùm ſciam te in his longè alia ſentire, atque ille. *Blondellus*, partium ſtudio, σοφὰ ſæpe φάρμακα ſolet immiſcere ſcriptis. Conatur oſtendere Epiſcopos & Presbyteros eoſdem fuiſſe, prioribus duobus ſæculis à Chriſto Nato. Prodiit non ita pridem in Angliâ, edente *Seldeno*, *Eutychii* hiſtoria Patriarcharum

rum Alexandriæ, ex Arabico tranſlata, quæ egregie huic opinioni adverſatur, &c.

IV.

Eidem Idem.

MItto reliquam partem Epiſtolæ Ignatianæ ad Magneſios, mitto quoque Eutychium *Seldeni*, quem tibi, coram cùm eſſem, promiſeram. Utinam is auctor exſtaret Græcè; ita enim & plus auctoritatis obtineret, & certiùs in multis mentem ejus adſequeremur. De veritate tamen Scriptoris non dubitandum puto, neque enim illa Arabibus rerum Chriſtianarum peritia, ut talia fingere potuerint. Miratus ſum, cùm primùm legerem in eo, nullum fuiſſe Epiſcopum in Provinciis Ægypti, uſque ad tempora Demetrii Patriarchæ, (ita vocat Epiſcopum qui Alexandriæ electus eſt Anno CLXXV) quod etiamſi ita intelligatur tamquam nullus fuerit Epiſcopus, qui diverſam habuerit poteſtatem ab aliis Presbyteris; non tamen id faciet ad opinionem *D. Blondelli* firmandam, qui ſeriùs id factum putat. *Clementem* enim Alexandrinum vult primum eſſe, qui Epiſcopos alios à Presbyteris eſſe dixerit; illum autem *ςρωματεῦσι* ſcripſiſſe Anno CXCII. Atqui numquid ille, quem *Eutychius* vocat Patriarcham, erat Epiſcopus? Qui itaque fieri potuit, ut nullus in Ægypto fuerit Epiſcopus, cùm tamen X. ante illum Patriarchas numeret? Cùm enim Patriarchæ vocabulum inventum ſit, tum cùm Epiſcopis alii ſubordinarentur Epiſcopi, non potuerunt alio, quàm Epiſcopi nomine, adpellari, præſertim ſæculo ſecundo. Procul dubio itaque hoc eo modo capiendum eſt, quòd in tota Ægypto nullus alius ante Demetrium fuerit Epiſcopus, quàm ſolus Epiſcopus Alexandrinus. Sed utrumque ſtatuatur, nullum in Ægypto fuiſſe Epiſcopum, imò ne Alexandriæ quidem; ex eo ipſo quod addiderit, IN PROVINCIIS ÆGYPTI, non immeritò colliget quiſpiam, in aliis locis fuiſſe Epiſcopos, qui differrent à Presbyteris, ut Antiochiæ & alibi. Præcipuum argumentum quo pugnat *Blondellus*, eſt quòd auctores ſæculi ſecundi, qui ſunt pauci, nullum alium in Eccleſia ordinem agnoſcant, quàm Presbyterorum & Diaconorum. Neſcio an hoc movere debeat, nam omnino videntur Presbyteris accenſiti fuiſſe Epiſcopi, non tamquam ſingularis aliqua Eccleſiæ τάξις, ſed tamquam pars Presbyterii. Ejus rei manifeſtum habemus exemplum, in ipſo illo Alexandrino *Clemente*, qui cùm Chriſtianum Clerum in Epiſcopos, Presbyteros & Diaconos diſtribuat, (quibus verbis manifeſtè illos diſtinguit) alibi tamen: *ὁμοίως*, inquit, *κατὰ τὴν ἐκκλησίαν, τὴν μὲν βελτιωτικὴν οἱ Πρεσβύτεροι σώζουσιν εἰκόνα· τὴν ὑπηρετικὴν δὲ οἱ Διάκονοι*; (Locus exſtat Stromatum Lib. VII. p. 700. Edit. Pariſienſis.) Ubi duas tantum in Eccleſia τάξεις recenſet. Omnino itaque Epiſcopus accenſetur Presbyterio tamquam & ipſe Presbyter, non aliter ab iis differens, quàm ſolet Princeps Senatûs à reliquo Senatu. Sed hoc forſan verum erat, tempore *Clementis*, cœpiſſe Epiſcopos non amplius ſubjici Presbyterio, & tyrannidem quodammodo in ceteros Presbyteros exercere, de quo *Origenes* graviſſimè conqueritur. Maneo itaque in ſententia tua, & manebo ſemper, jam ſecundi ſæculi initio ſingularem Epiſcopatum fuiſſe ſupra Presbyteratum, &c.

V.

C. SALMASIO *Idem.*

IGnatium meum brevi mittam. Unum tantùm excudendum eſt folium, vellem ſcire quid ſibi velint verba illa in Ep. ad Romanos: *Δεδεμένος δέκα λεοπάρδοις, ὅ ἐστι στρατιωτικὸν τάγμα.* An ideò milites Leopardi, quòd vexillum ipſis fuerit Leopardus? Vel an iſta verba *ὅ ἐστι στρατιωτικὸν τάγμα* ex gloſſa irrepſerunt, & per priora verba nihil niſi feritatem militum voluit indicare? Sed tamen & apud *Euſebium*, & alios, qui hæc verba citant, eodem prorſus modo legitur, &c.

VI.

Clariſſimo & Eruditiſſimo Viro

EMERICO BIGOTIO, STEPHANUS BALUZIUS

Tutelenſis S. P. D.

CUm poſt exſtinctum Virum Clariſſimum *Joannem Baptiſtam Coteleriam*, cum quo mihi arctiſſimæ neceſſitudines intercedebant, conſtituiſſem de vita & moribus ejus aliquid tradere poſteris; tibi, Vir Eruditiſſime, placuit illud, qualecunque fuerit, inſcribere, quem ipſe alicubi teſtatus eſt publicè ſe, ab adoleſcentia primiſque ſtudiis, familiarem habuiſſe & amicum firmum, qui, ut Ovidii verbis utar, ſuiſti *vetuſtâ, penè puer puero, junctus amicitiâ.* Accedit ad hæc quòd illo ſequeſtro & interprete in amicitiam tuam, quæ mihi ampla eſt, quamque ſempiternam fore & opto & ſpero, receptus ſum, cum maxima utilitate mea. Itaque ſiſto tibi veterem contubernalem tuum.

Natus eſt ille ex nobili & antiqua gente *Coteleriorum*, apud clariſſimam Nemauſenſium coloniam, Anno MDCXXVII. initio menſis Decembris. Nonis baptizatus Belliquadri, in Eccleſia beatæ Mariæ pomariorum vulgò dicta. Patrem habuit *Joannem* virum doctiſſimum &, ut ipſe quoque ſcripto tradidit, Catholici cultûs amantiſſimum; matrem Mariam Deyroniam, æquè nobilem feminam, quæ ex latere matris genus ducebat à Groſſis, ex quibus fuit olim *Clemens* Papa, quartus iſtius nominis. Vix quatuor menſium puer erat, quum ſubitò ei lac nutricis defuit. Tum verò nutritus eſt lacte capræ, quæ in extremam ſenectutem ſervata domi eſt. A teneris unguiculis innutritum ſe fuiſſe litteris ipſe ſcripſit, in præfatione quadam; ſibique jam inde à cunabulis inſpiratas à patre fuiſſe artes beneque beatéque vivendi, virtutem, nimirum, & doctrinam, profeſſus eſt in Epiſtola ad eum ſcripta, quæ præfixa eſt diſſertationi quam hortatu ejus ſcripſit, de prædeſtinatione Sanctorum & gratia Chriſti. Nimirum, cùm haberet patrem Hebraicè, Græcè, Latineque doctiſſimum, is, qui gnatum haberet tali ingenio præditum, illum iiſdem litteris inſtruere, erudiréque ſtuduit, cum maxima cura, tanquam ominaretur id quod poſtea factum eſt. Itaque puer ſummam ac penè incredibilem de ſe exſpectationem concitavit, viris principibus ac plebeiis juxta carus &

amabilis; habuitque poſtea magnum adjumentum ſtudiorum ſuorum, quod de *Lipſio* dixit *Grotius*, gliſcentem ab adoleſcentia famam. Vix ſeptennium exceſſerat, & cùm Anno MDCXXXIV. ludi quidam Scholaſtici ederentur apud Nemauſum, ipſe verſus in laudem virtutum moralium recitavit, magno cum adſtantium plauſu. Et mox ibidem ſereniſſimum Principem Henricum Borbonium Condeum ſalutavit, IV. Idus Junii, verſuſque Gallicos de laudibus ejus recitavit. Tertio dein Idus Novembris, cùm vir nobiliſſimus Carolus Schombergius Dux Halluini, qui eâ tempeſtate Galliam Narbonenſem vice Regis tenebat, ab aula rediiſſet Nemauſum, puer iſte ad eum delatus, in ædes Caſſagnii Conſiliarii Regii, ei reduci applauſit carminibus elegantiſſimis à Patre compoſitis. Atque id ſanè, tanta cum omnium qui aderant admiratione, factum eſt, ut ſtatim puerum in brachia ſua ſublatum vir tantus, rei novæ miraculo obſtupefactus, ad uxorem ſuam Annam Halluinam deferret, ubi alia carmina dicta ab eo ſunt, in laudem nobiliſſimæ matronæ. Initio anni ſequentis, Alphonſo Cardinale Richelio Romam tendente, pro arduis quibuſdam negotiis, Halluinus putavit officii ſui, ut ad eum ſalutandum accederet Avenionem; ac ſecum Joannem Baptiſtam Cotelerium habere voluit, itineris comitem, quem Cardinali oſtenderet, quod factum eſt XV. Kal. Martias.

Eâ tempeſtate, Epiſcopus Nemauſenſis erat Anthimus Dionyſius Cohon vir eloquentiſſimus. Venit ille primùm in diœceſin & urbem ſuam Anno MDCXXXVI. pridie Kal. Junii. Et tum amicus noſter ei, ſolutâ & ſtrictâ oratione, gratulatus eſt, ab illo deinde in ordinem Clericorum allectus XIII. Kal. Januarii ſequentis anni. Neque ultra proceſſit. Anno eodem, quum idem Epiſcopus poſt peragratas parochias ſuas in urbem Nemauſenſem rediiſſet, menſe Octobri, Cotelerius illum Latinâ oratione convenit in Collegio Societatis Jeſu; & aliquot pòſt diebus in eodem Collegio certamen Ajacis & Ulyſſis ex Libro XIII. metamorphoſeon Ovidii recitavit, tanto cum favore audientium ut exprimi verbis vix poſſit.

Anno MDCXXXVIII. Nemauſo diſcedens Cotelerius Pater, cum duobus filiis ſuis, noſtro nimirum & Petro Fratre ejus natu majore, IV. Kal. Octobris ingreſſus iter, prætermiſſa urbe Lugdunenſi, quia peſte afflicta erat, per Arvernos Lutetiam advenit ſub finem menſis Octobris. Pater, qui fidem & induſtriam ſuam multis argumentis approbaverat magno illi Cardinali Richelio, hunc quoque filium ſuum tanto viro notum eſſe cupiit. Itaque ad eum, qui tum in Ruellano ſuo erat, deductus III. Idus Novembris, apud illum, ſumma cum ſuavitate & adſtantium favore, recitavit brevem ſed elegantem & terſum ac nitidum illius panegyricum, Latino ſermone conceptum. Quod adeò gratum Cardinali fuit, ut publicè poſtea laudaret hunc puerum, felicem quòd à tanto viro laudari meruiſſet; ac præterea XIII. Kal. Aprilis anni ſequentis eum ſibi iterum ſiſti rogaverit, qui jubere poterat. Aderat tum vir memorabilis Pater Joſephus Capucinus, qui poſt recitatum panegyricum, interrogavit puerum de multis rebus, ſibique ab illo ample ſatisfactum eſſe palam ac publicè aſſeveravit. Quæ laus extra adulationem erat. Nam cujus rei gratiâ vir religioſiſſimus & tanti faſtigii, adularetur ſive filio, ſive Patri, in mediocri, ſeu potiùs tenui fortuna conſtitutis?

Itaque cùm fama de eo ſurgeret, magnus ille Galliarum Cancellarius Petrus Seguierius, quem omnes vidimus per tot annos ſe communem ſtudiorum ac ſtudioſorum fautorem ac Patronum uſque ad ultimum vitæ terminum oſtendiſſe, quique magnam ac locupletem Bibliothecam in ampliſſimis ædibus ſuis pulcherrimo in loco conſtituerat; ille, inquam, famâ pueri tam ingenioſi támque in ætate adeò tenera docti commotus, IV. Kal. Decembris ejuſdem anni eum in conſpectum ſuum admiſit, in celebri conſeſſu virorum clariſſimorum; inter quos erant Leonorius de Stampis Epiſcopus tum Carnotenſis, poſtea verò Remenſis Archiepiſcopus, Franciſcus Grignanus Epiſcopus eâ tempeſtate Tricaſtinenſis, nunc autem Archiepiſcopus Arelatenſis, & Carolus Jacobus de Gelas de Leberon Epiſcopus Valentinus. In eum conſeſſum admiſſus puer, brevi primùm oratione Cancellarium aggreſſus, mox ipſius & ſingulorum qui aderant interrogationes varias excepit; ad quas reſpondit ex voto parentis, mirantibus cunctis vividum illius ingenium & ſcientiam, ſupra quàm ætas ferre videretur. Barrillonius in primis, vir clariſſimus, qui illic aderat, acriùs inſtitit, eum de Græcis interrogans. Pſalmos tum Davidis Hebraicos facilè interpretatus eſt, aperto libro, itemque Novum Teſtamentum Græcum.

Anno MDCXXXIX. Idibus Aprilis, Henricus, Dux Ventodomenſis, Cotelerios deduxit in Collegium Claromontanum Societatis Jeſu; ubi facto agmine multi viri docti, ex eo Collegio, coiere ad videndum puerum; in primis verò magna illa Gallicanæ Eccleſiæ lumina Jacobus Sirmondus & Dionyſius Petavius, qui eum de Græcis & Hebraicis litteris percunctatus eſt. Tum ad Cardinalem Rupifulcaldium ibidem præſentem habuit orationem. Et mox ductus in cubiculum Sereniſſimi Principis Armandi Borbonii Contii, qui tum ſtudiis litterarum dabat operam, in eodem Collegio, coram eo multùm interrogatus eſt de iis quæ ad eaſdem linguas pertinent, de quibus paullò antè dicebam. Poſt quæ ductus eſt ab eodem Duce, ad celeberrimum illum Præſidem Parlamenti Pariſienſis Henricum Memmium, cujus nomen ſemper in honore erit, apud bonarum litterarum Studioſos.

Anno MDCXL. menſe Octobri, viro inſigni & Patriæ ſuæ amantiſſimo Matthæo Moleo gratulatus eſt, Latinâ oratiunculâ, dignitatem primi Præſidis Parlamenti Pariſienſis, quam recentet in eum contulerat Ludovicus XIII. Rex Chriſtianiſſimus.

Sed in primis, inter proſpera amici noſtri, numerari debet annus MDCXLI. quo generalia Cleri Gallicani comitia celebrabantur, apud Medontam in Diœceſi Carnotenſi. Comitiorum Præſes erat Octavius, Archiepiſcopus Senonenſis. Apud hunc cœtum, Leonorius Epiſcopus Carnotenſis prid. Kal. Maias diſſeruit publicè, de virtutibus iſtius pueri. Cumque ille introductus fuiſſet, Biblia Hebraica & Novum Teſtamentum Græcum, aperto libro, facilè interpretatus eſt; eadem facilitate reſpondens, ad ea quæ illi objecta ſunt. Et mox quaſdam definitiones Euclidis explicavit. Quæ res magnam admirationem movit. Harum rerum fidem amplam faciunt commentarii publici eorum, quæ in iiſdem comitiis geſta ſunt.

Eodem anno, Cardinalem Richelium è Belgio reducem poſt captam urbem Ariam brevi oratione coram laudavit; in fine, teſtatus illi poſt tot res bene geſtas in cœlo paratam

eſſe

eſſe ac definitam ſedem. Exſtat enim adhuc ea oratio, ut & reliquæ quas ſuprà commemoravi.

Exeunte anno, cùm reduces Muſas Remigialia ſtituiſent, Philoſophiæ ſtudiis dedit operam in Collegio Graſſinæo; eoque ſtadio confecto, publicè theſes ex univerſa Philoſophia Græco ſermone propugnandas ſuſcepit, anno MDCXLIII. & ſtatim Magiſter, uti vocant, in Artibus, effectus eſt, prid. Idus Julias. Mox Theologiæ curſum aggreſſus eſt.

Anno ſequenti, XI. Kal. Februarii, ductus ad palatium regium, ubi tum Rex & Regina mater ejus morabantur, ab iis peramanter exceptus eſt & laudatus.

Anno MDCXLVII. Idibus Februarii, gradum Baccalaureatus in Theologia obtinuit, & Philoſophiam profeſſus eſt in Juſtitiano. Quippe ii qui Socii Sorbonici cupiunt evadere, debent in primis hunc curſum perficere. Tum VII. Kal. Septembris anni ſequentis, actum Theologicum, qui vulgò Robertina vocatur, ſuſtinuit; & anno MDCXLIX. IX. Kal. Januarii effectus eſt Socius Sorbonicus, concordibus ſuffragiis octoginta & octo Doctorum Theologorum, qui in eo conventu erant. Exſtat etiamnum oratio, quâ grates pro hoc beneficio egit Seniori Facultatis Theologicæ & Rectori Academiæ.

Anno MDCLI. patrem amiſit; qui exſtinctus eſt Lutetiæ VII. Idus Januarii, ac poſtridie ſepultus in templo Sancti Benedicti. Hinc ille magnum ac penè incredibilem dolorem accepit, non ſolùm ob patrem amiſſum; ſed quia meminerat quam ille curam ac diligentiam poſuiſſet in eo inſtituendo, erudiendo, atque docendo. Quàm enim diligens fuerit erga eum pater, quàm ſtudioſus, ipſe teſtatum reliquit in epiſtola ad eum ſcripta, cujus ſuprà feci mentionem. Referam autem ipſa ejus verba: *Integrum mihi non fuit tibi non morem gerere, cui, ut innumera alia taceam, certè & vitam debeo & bene beatéque vivendi artes, virtutem dico & doctrinam, quarum ſemina mihi inde à cunabulis inſpiraſti. Quòd ſi Alexander Macedo multa ſe debere Philippo patri profiteretur, plus tamen Ariſtoteli præceptori, quòd ille eum formaſſet, hic inſtituiſſet atque educaſſet; quid ego tibi non acceptum ferre debeam, qui mihi & fuiſti Philippus & Ariſtoteles, ſi non pari eventu, non impari tamen ſtudio, cura, & ſollicitudine.*

Anno MDCLIV. cùm Georgius Albuçonius, Archiepiſcopus eâ tempeſtate Ebredunenſis, nunc verò Epiſcopus Metenſis, reditum in diœceſin ſuam meditaretur, cogitaretque quanti ſolatii eſſet Antiſtiti in extremas regni ſolitudines abeunti habere ſecum virum doctum & antiqui moris, de Cotelerio ducendo cogitavit, propoſitis ei honeſtiſſimis conditionibus. Ergo Ebredunum profectus, cum Archiepiſcopo VII. Kal. Julii, illic ſtetit per quatuor annos. Eam commorationem ille non ſine dolore commemorabat, non propter Archiepiſcopum, cum quo illi ſuave erat habitare; ſed quia deſtitutus erat colloquiis virorum doctrinâ excultorum, & bonorum librorum penuriâ laborabat, ſine quibus vivere durum illi profectò erat & laborioſum. Tu ipſe, Vir Eruditiſſime, teſtis mihi eſſe potes querelarum ejus, de hoc itinere. Itaque cùm rediiſſet Lutetiam, ſtatuit ibidem ſedem figere, in reliquum vitæ tempus. Tum verò converſus ad ſtudia litterarum, cùm anno MDCLX. ope cujuſdam familiaris ſui, viri in omni genere laudis excellentis, nactus eſſet ex Bibliotheca regia Scorialenſi homilias quatuor Sancti Joannis Chryſoſtomi in Pſalmos, & interpretationem in Danielem Prophetam, primùm Latinè vertit, dein prælo commiſit, cum doctiſſimis annotationibus.

Eo labore defunctus, partim ſua ſponte, partim amicorum hortatu, aggreſſus eſt editionem Scriptorum Sanctorum Patrum, qui Apoſtolorum partim comites exſtitere, partim diſcipuli, id eſt, *Barnabæ*, *Hermæ*, *Clementis*, *Ignatii*, atque *Polycarpi*. Ea omnia in unum corpus collegit, emendavit ad codices antiquos, Latinè vertit, Notis eruditiſſimis illuſtravit, & tandem emiſit anno MDCLXXII.

Sed interim dum huic operi incumbit, incidit occaſio quæ editionem retardavit. Quippe vir illuſtriſſimus, & cui litteræ ac ceteræ bonæ artes tantùm debent, quantùm deberi homini poteſt à ſtudioſis bonarum artium, Joannes Baptiſta Colbertus, putavit è re litteraria fore evolui codices MSS. variarum linguarum Bibliothecæ Regiæ; & cum peritos harum rerum perquireret, Cotelerium in primis elegit anno MDCLXVII. qui Græcos codices examinaret, eorùmque catalogum conficeret. Quinquennium in hoc opere abſumptum eſt. Tum verò Cotelerius admiſſus eſt in familiaritatem illuſtriſſimi viri, ab eo peramanter exceptus & habitus, adeò ut juſſerit ad eum deferri domum omnes libros ſeu editos, ſeu manuſcriptos Bibliothecæ ſuæ, & Regiæ, quibus ille egeret, in ſubſidium ſtudiorum ſuorum & publicam litterarum utilitatem. Demum ejuſdem illuſtriſſimi viri ope & ſuffragio, factus eſt Lector & Profeſſor Regius Linguæ Græcæ, in Academia Pariſienſi anno MDCLXXVI. IV. Idus Julias.

In antiquis Bibliothecæ Regiæ libris, & in Colbertinis, invenit multa egregia Eccleſiæ Græcæ monumenta numquam antehac edita, quorum partem edidit in tribus Tomis, quos inſcripſit MONUMENTA ECCLESIÆ GRÆCÆ; quorum tertium abſolvit hoc anno, quo deceſſit ex hac vita, paulò antè quàm moreretur. Quippe editio Tomi illius abſoluta eſt IV. Idus Auguſti. Quartum parabat, qui ferè abſolutus eſt; in quo, præter cetera, continentur *Aſterii*, *Heſychii*, *Ephræmi*, *Joannis Chryſoſtomi*, *Antipatri Boſtrenſis*, & *Anaſtaſii Sinaitæ* homiliæ variæ, Sancti *Baſilii* Archiepiſcopi Cæſareæ Cappadociæ opuſcula ſex, *Diadochi* Epiſcopi Photices definitiones, quæ Latinè tantùm prodierunt, *Photii* Patriarchæ CP. collectiones & demonſtrationes è Synodicis & hiſtoricis ſcriptis de Epiſcopis & Metropolitis, *Conſtantini Porphyrogennetæ* Novella de iis qui ab inteſtato moriuntur, *Joannis Antiocheni* demonſtratio de Euchariſtia, *Theodori Balſamonis* Epiſtola ad Metropolitam Philippopoleos, *Marci Epheſini* Exegeſis Eccleſiaſticorum dogmatum, vita Sancti *Theodoſii* Archimandritæ ſcripta ab ejus diſcipulo *Theodoro* Epiſcopo Patrenſi, denique *Eunomii* hæretici apologeticus. Hæc monumenta apud me depoſuit heres & nepos amici noſtri, vir clariſſimus Joſephus Hector Cotelerius, Conſiliarius Regius in præfectura Nemauſenſi. Edentur autem, opportuno tempore.

Poſt abſolutam ergo editionem Tomi tertii monumentorum Eccleſiæ Græcæ, vir admodum infirmæ valetudinis, & qui eam parum curaret, III. Nonas Auguſti incidit in mor-

bum, quem Medici vocant affectum pectoris inflammatorium. Morbus ille eſt periculoſiſſimus, præſertim in tenuibus corpuſculis, & primò tentandus eſt per venæ ſectionem. Sed illam Cotelerius ſumma cura vitare cupiebat, quia paucis antè diebus quemdam familiarem ſuum è vita exceſſiſſe viderat, cùm ei undecies vena ſecta fuiſſet. Itaque metu mortis in mortem ruit. Quippe ut ſe ſubtraheret huic remedio, quod ſibi letale eſſe rebatur; initio diſſimulavit hunc morbum, neminem infirmitatis ſuæ admonens, ne Medicum quidem nec amicos, donec tandem quinto pòſt die, ad extrema fermè redactus, conſuluit Medicum an vena ſecanda eſſet. Secta ea eſt, ſed parum feliciter. Itaque vi morbi victus exceſſit è vivis IV. Idus Auguſti, horâ quintâ matutinâ. Poſtridie ſepultus eſt, in Eccleſia Parochiali ſancti Benedicti, juxta fontes baptiſmales. Habet ergo Eccleſia illa patrem & filium.

Hæc ſunt, Vir Clariſſime, quæ habui dicenda de viro optimo & utrique noſtrum amiciſſimo, ſed in primis tibi, quem plurimi ſemper fecit, uti par erat, quem, ut antea dixi, ab adoleſcentia ſe primiſque ſtudiis familiarem & amicum habuiſſe gloriabatur. Noſtrum eſt deinceps animæ ejus bene precari & meminiſſe amicitiæ, quæ inter nos fuit. Vale. Lutetiæ Pariſiorum XIV. Kal. Novembris MDCLXXXVI.

Extrait du Procés Verbal de l'Aſſemblée génerale du Clergé de France tenuë à Mante.

Du Mardy 30 Avril 1641.

Monſeigneur l'Evêque de Chartres a dit que le Sieur Cotelier, Miniſtre converti, ayant pris ſoin particulier d'élever un ſien fils dans l'étude des langues & des ſciences, afin de le rendre capable de ſervir un jour l'Egliſe, il ſeroit bien aiſe de faire voir à la compagnie combien il a reuſſi heureuſement & à quoy il a employé l'argent qu'il reçoit du Clergé. Ce jeune garçon introduit dans la ſale, âgé de douze ans ou environ, a expliqué facilement la Bible en Hebreu à l'ouverture du livre, & a rendu raiſon des difficultez qui luy ont eſté formées tant ſur la conſtruction de la langue que de ce qui dépendoit des uſages des Juifs. Et a auſſi expliqué couramment le Nouveau Teſtament Grec. Et aprés a fait quelques demonſtrations des Mathematiques, expliquant les definitions d'Euclide. Ce qui a paru comme un prodige en ſon âge, & a donné deſir à la compagnie de l'aſſiſter pour continuer ſes eſtudes. Et deliberation priſe par Provinces, a eſté reſolu que n'eſtant de la qualité requiſe pour eſtre employé ſur l'état, & ſon pere y eſtant déja couché pour ſix cens livres, cette penſion luy ſera augmentée juſques à la ſomme de mille livres, pour luy donner moyen d'avancer cet enfant dans les ſciences. A quoy il a eſté exhorté de la part de l'Aſſemblée par Monſeigneur le Preſident, & particulierement de l'élever en la crainte de Dieu, & ménager ſes forces dans un âge ſi tendre. Et en outre luy a eſté ordonné la ſomme de trois cens livres, qui luy ſera payée comptant, pour l'aider à acheter les livres neceſſaires.

EPITAPHIUM.

COTTELERI ingentis parvo ſub Marmore triſtes
Calcans exuvias, pavidus venerare viator,
Hæc non nota tenus cæcis eduxit ab umbris
Græcorum monumenta, quibus Romana ſuperbit
Relligio, longè poſthâc his fortior armis,
Regius interpres Græci ſermonis, Athenæ
Invideant tali, quo Gallia jactat, alumno.

Sanctolius Victorinus.

Aliud.

Sub hoc lapide
Conduntur triſtes exuviæ Joannis Baptiſtæ Cotelerii Nemauſenſis Clerici,
Domûs Sorbonicæ Theologi,
Linguæ Græcæ Profeſſoris Regii,
Viri mediocris quidem ſtaturæ,
Maximæ verò ac infinitæ propemodùm Litteraturæ:
Qui eruendis Eccleſiæ Græcæ Monumentis
Aſſiduam navans operam
Publicæque utilitati, etiam propriæ vitæ diſpendio,
Totus invigilans,
Fractis corporis viribus, animam exhalavit die XII. Auguſti
M. DC. LXXXVI.
Ætatis LVIII.
Requieſcat in Pace.
Amico juſta perſolvebat mœrens Franciſcus Pinſſonius
Advocatus Pariſienſis.

Con-

Continentur in hoc Volumine.

Barnabæ Epiſtola Catholica Græco-Latina. Pag. 15
Eadem Latinè. 55
Hermæ Paſtor. 75
Clementis Epiſtola ad Corinthios prima. 143
Ejuſdem Epiſtola ſecunda. 184
Conſtitutiones Apoſtolorum. 199
Cotelerii & *Beveregii* judicia de Canonibus Apoſtolicis. 424
Canones Apoſtolici. 437
Beveregii adnotationes ad eoſdem Canones. 451
Recognitiones *Clementis* à *Rufino.* 485
Clementina Græcè & Latinè. 597
Clementina Epitome de Geſtis Sancti Petri. 749
Martyrium Clementis. 804
Ephraïmi opuſculum de miraculo ad monumentum *Clementis* facto. 811

SANC-

SANCTI
BARNABÆ
APOSTOLI
EPISTOLA CATHOLICA.

VETERUM TESTIMONIA
DE
EPISTOLA S. BARNABÆ.

Clemens Alexandrinus, libro 2. Stromateon; multò poſt initium Editionis Pariſienſis pag. 373. *B.*

Εἰκότως οὖν ὁ Ἀπόστολος Βαρνάβας φησίν·

Meritò igitur Apoſtolus Barnabas ait: &c. *Locus habetur Ep. c. 1.*

Ibidem, pag. 375. B.

Καὶ Βαρνάβας ὁ Ἀπόστολος.

Et Barnabas Apoſtolus: &c. *In cap. 4.*

Ibidem, ante medium, pag. 389. D.

Ταῦτα μὲν ὁ Βαρνάβας·

Hæc quidem Barnabas. *cap. 10.*

Ibidem; poſt medium, pag. 396. D.

Ἀμέλει μυστικῶς ὁ Βαρνάβας·

Myſticè profectò Barnabas: *c. ultimo.*

Ibidem, ante finem, p. 410. C.

Οὔ μοι δεῖ πλειόνων λόγων, παραθεμένῳ μάρτυρα τὸν Ἀποστολικὸν Βαρνάβαν (ὁ δ᾽ ἦν τῶν ἑβδομήκοντα, καὶ συνεργὸς τοῦ Παύλου,) κατὰ λέξιν ὧδέ πως λέγοντα·

Non mihi pluribus verbis opus eſt, ſi adduxero teſtem, Apoſtolicum Barnabam (erat autem is ex ſeptuaginta diſcipulis, & Pauli adjutor) his verbis ſic dicentem: *cap. 16.*

Strom. lib 5. ante medium, pag. 571. 572.

Φησὶν ὁ Βαρνάβας.

Dicit Barnabas: *cap. 10.*

Ibidem, p. 577. 578.

Ἀλλὰ καὶ Βαρνάβας, ὁ καὶ αὐτὸς συγκηρύξας τῷ Ἀποστόλῳ, κατὰ τὴν διακονίαν τῶν ἐθνῶν, τὸν λόγον, φησίν.

Quinetiam Barnabas; qui ipſe quoque prædicavit verbum unà cum Apoſtolo, in miniſterio Gentium, ait: *cap. 6.*

Videndus etiam Clemens, lib. 2. Pædagogi cap. 10. & lib. 6. Stromatei; multò ante medium, pag. 646. C. In primo enim loco, ad caput hujus Epiſtolæ decimum reſpicit: in altero autem, Barnabam pro Clemente Romano citat, per memoriæ lapſum.

Origenes, libro primo contra Celſum, ſub finem; Editionis Auguſtanæ p. 50.

Γέγραπται δὴ ἐν τῇ Βαρνάβα καθολικῇ ἐπιστολῇ· Philocaliæ Cap. XVIII. p. 181.

Scriptum porro eſt in Barnabæ Catholica Epiſtola: *cap. 5.*

Idem, lib. 3. de Principiis cap. 2.

Eadem quoque Barnabas, in Epiſtola ſua declarat: *cap. 18.*

Lege ejuſdem Origenis librum primum Explanationum in Epiſtolam ad Romanos; ad capitis primi verſum 24.

Ex Rufini verſione.

Poſt hæc jam ſcriptura eſt quæ dicitur Actus Pauli: ſed & libellus qui appellatur Paſtoris, & Revelatio Petri: de quibus quàm maximè dubitatur. Fertur etiam Barnabæ Epiſtola, &c.

Euſebius, Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ lib. 3. cap. 25.

Inter novi Teſtamenti libros nothos collocentur etiam, Actuum Pauli ſcriptura, & liber qui dicitur Paſtor, & Revelatio Petri, inſuperque Barnabæ quæ fertur Epiſtola. *Lege Niceph. Hiſt. Eccl. lib. 2. c. 46.*

Ἐν τοῖς νόθοις κατατετάχθω καὶ τῶν Παύλου πράξεων ἡ γραφή, ὅ τε λεγόμενος Ποιμήν, καὶ ἡ ἀποκάλυψις Πέτρου, καὶ πρὸς τούτοις, ἡ φερομένη Βαρνάβα ἐπιστολή.

Ex interpr. Ruf.

Utitur ſanè exemplis, etiam ex his libris qui à nonnullis minimè recipiendi videntur: id eſt ex Sapientia quæ dicitur Salomonis, & ex Sapientia Sirach, quæ appellatur Eccleſiaſticus apud Latinos. Sed & de Barnabæ & Clementis Epiſtola ponit exempla.

Lib. 6. cap. 13.

Clemens Alexandrinus in Stromateis ſuis affert teſtimonia Scripturarum, quæ à nonnullis repudiantur; nempe ex Sapientia quæ dicitur Salomonis, & ex Sapientia Jeſu filii Sirachi, & ex Epiſtola ad Hebræos; item ex Barnabæ, Clementis ac Judæ Epiſtolis. *Niceph. lib. 4. cap. 33.*

Κέχρηται δ' ἐν αὐτοῖς καὶ ταῖς ἀπὸ τῶν ἀντιλεγομένων γραφῶν μαρτυρίαις, τῆς τε λεγομένης Σολομῶντος σοφίας, καὶ τῆς Ἰησοῦ τοῦ Σιράχ, καὶ τῆς πρὸς Ἑβραίους ἐπιστολῆς, τῆς τε Βαρνάβα καὶ Κλήμεντος καὶ Ἰούδα.

Ex verſ. Ruf.

In libris verò Informationum, ut breviter dicam, univerſam pariter Scripturam divinam compendioſis diſſertationibus explanavit: in quibus ne ea quidem quæ Apocrypha à quibuſdam habentur præteriit; ut eſt Petri Revelatio.

Ibidem, cap. 14.

Idem Clemens in libris Hypotypoſeon, omnium, ut uno verbo dicam, utriuſque Teſtamenti Scripturarum compendioſam inſtituit enarrationem; ne illis quidem omiſſis, de quibus ambigitur: Judæ Epiſtolam intelligo, & reliquas Catholicas; item Barnabæ Epiſtolam, & Revelationem quæ dicitur Petri. *Niceph. ibidem.*

Ἐν δὲ ταῖς ὑποτυπώσεσι, ξυνελόντα εἰπεῖν, πάσης τῆς ἐνδιαθήκου γραφῆς ἐπιτετμημένας πεποίηται διηγήσεις, μηδὲ τὰς ἀντιλεγομένας παρελθὼν· τὴν Ἰούδα λέγω, καὶ τὰς λοιπὰς καθολικὰς ἐπιστολάς, τήν τε Βαρνάβα, καὶ τὴν Πέτρου λεγομένην ἀποκάλυψιν.

Hieronymus, in Catalogo Scriptorum Eccleſiaſticorum.

Barnabas Cyprius, qui & Joſeph Levites, cum Paulo, Gentium Apoſtolus ordinatus, unam ad ædificationem Eccleſiæ pertinentem Epiſtolam compoſuit, quæ inter Apocryphas Scripturas legitur, &c. *Lege Adonem Viennenſem in libro de Feſtivitatibus ad 3. Idus Junii, Notkerum Freculfum, Honorium Auguſtod.*

Vetus interpretatio Græca.

Βαρνάβας Κύπριος, ὁ καὶ Ἰωσὴφ Λευίτης, μετὰ Παύλου τῶν ἐθνῶν ἀπόστολος καταταχθείς, μίαν πρὸς οἰκοδομὴν τῆς ἐκκλησίας ἐπιστολὴν συνέταξεν, ἥτις εἰς τὰς ἀποκρύφους γραφὰς ἀναγινώσκεται.

Lib. 13. Commentariorum in Ezechielem, ad verſum 19. capitis 43.

Vitulum autem qui pro nobis immolatus eſt, & multa Scripturarum loca; & præcipuè Barnabæ Epiſtola, quæ habetur inter Scripturas Apocryphas, nominat. *Cap. 8.*

Idem Hieronymus, lib. 3. adverſus Pelagianos, cap. 1. locum S. Barnabæ de Apoſtolis, laudatum ab Origene, lib. 1. in Celſum, perperam citat ſub nomine B. Ignatii.

Nicephorus C P. in fine Chronographiæ ſuæ Epiſtolam Barnabæ poſuerat inter Libros Novi Teſtamenti, quibus contradictum fuit, ut patet ex Anaſtaſii Bibliothecarii verſione. Vide & ſequens Cotelerii Judicium.

J. B. COTELERII JUDICIUM

DE

EPISTOLA S. BARNABÆ.

REFERTUR à B. Luca Joſem ſeu Joſephum, Levitem, genere Cyprium extitiſſe. Scilicet ea in inſula plurimi degebant Judæi: à quibus poſtea, imperante Trajano; uti diſcimus per Dionem Caſſium in Hiſtoria illius Imperatoris, Euſebium in Chronico, Oroſium lib. 7. cap. 12. atque hujus aſſeclam Pſeudo-Hieronymum tractatu de locis ex Actis Apoſtolorum; infinita hominum multitudo jugulata fuit, urbſque Salamis peremptis omnibus incolis funditus everſa. Dicit etiam Lucas Joſem cognomen Barnabæ ab Apoſtolis tuliſſe, quo ſignificetur *υἱὸς παρακλήσεως*, id eſt, *filius conſolationis & exhortationis*. Utrumque enim *παράκλησις* denotat; quamvis B. Hieronymo ad Titi II. 15. magis conſolationem quàm exhortationem ſonet. Tradit quippe ſanctus Auguſtinus, alios verbum *παρεκλήθην* Pſal. CXVIII. 52. vertiſſe *conſolatus ſum*, alios *exhortatus ſum*. Et utraque verſio cernitur in S. Hilario; qui ad ejuſdem Pſalmi verſiculum 76. *τοῦ παρακαλέσαι* reddit *ut exhortetur*; locumque Apoſtoli II. Cor. I. 3. ita effert; *Benedictus Deus & pater Domini noſtri Jeſu Chriſti, pater miſerationum, & Deus omnis exhortationis, qui exhortatur nos in omni tribulatione*. ubi Vulgata; *Deus totius conſolationis, qui conſolatur nos in omni tribulatione noſtra; ut poſſimus & ipſi conſolari eos qui in omni preſſura ſunt, per exhortationem quâ exhortamur & ipſi à Deo*, &c. Sic etiam apud Luciferum, libro de non conveniendo cum Hæreticis, hoc modo citatur Apoſtolus Hebr. III. 13. *Sed conſolamini voſmetipſos*. pro quo vulgatus Interpres *adhortamini*. A Gregorio autem Nazianzeno in Oratione 36. *παράκλητος* I. Joh. II. 1. exponitur *παρακλήτωρ exhortator*. Multaque ſimilia paſſim reperies. Denique ſanctus Ambroſius in illud Pſal. CXVIII. 76. *Ut exhortetur me*, ait; *Aliqui codices habent in hoc loco*, Ut conſoletur me. *Sed etiam in Apoſtolo legimus exhortationem pro conſolatione dictam, & conſolationem pro exhortatione.* Ex his duabus ſignificationibus *παρακλήσεως*, primam in explicando nomine Barnabæ accipiunt, Oecumenius ad Act. IV. 36. dum id nominis vult eſſe *μαρτυρίαν ἀρετῆς φιλοπτώχου*, & demonſtrare *παραμυθίαν ἢ οἰκτιρμόν*; Notkerus in Martyrologio, tomo 6. Antiquæ Lectionis Henrici Caniſii, ad III. Idus Junii, ſcribens; *Ab Apoſtolis Barnabas vel filius conſolationis eſt vocatus, pro eo quod cùm haberet agrum, eumque vendidiſſet, pretium ejus ante pedes Apoſtolorum ad conſolationem pauperum poſuerit*; nec non illi qui in Hieronymo, libro de nominibus Hebraicis, vertunt *filius conſolationis*: Ad poſteriorem verò etiam ſignificationem adduci poteſt expoſitio ſancti Chryſoſtomi Homiliâ XI. in Acta; *Βαρνάβας· ὅ ἐστιν υἱὸς παρακλήσεως· ἀπὸ τῶν ἀποστόλων ἐπωνομάσθη. καὶ δοκεῖ μοι ἀπὸ τῆς ἀρετῆς εἰληφέναι τὸ ὄνομα, ὡς πρὸς τοῦτο ἱκανὸς ὢν καὶ ἐπιτήδειος*. *Barnabas, hoc eſt, filius conſolationis & exhortationis ab Apoſtolis cognominatus eſt. Et mihi videtur, à virtute nomen aſſumpſiſſe, quòd ad illud aptus eſſet ac idoneus*, ad conſolandum nempe ac exhortandum. Accedit huc veriloquium Hieronymianum; *Barnabas, filius Prophetæ aut Prophetiæ*: hoc eſt, Propheta. Prophetarum ſcilicet ſive Doctorum eſt, adhortari & conſolari Dei plebem. Quocirca Act. XV. 32. habetur; *Ἰούδας δὲ καὶ Σίλας καὶ αὐτοὶ προφῆται ὄντες, διὰ λόγου πολλοῦ παρεκάλεσαν τοὺς ἀδελφοὺς, καὶ ἐπεστήριξαν.* Juxta noſtrum Interpretem; *Judas autem & Silas, & ipſi cùm eſſent Prophetæ, verbo plurimo conſolati ſunt fratres, & confirmaverunt.* Et I. Corinth. XIV. verſ. 3. *ὁ δὲ προφητεύων ἀνθρώποις λαλεῖ οἰκοδομὴν καὶ παράκλησιν καὶ παραμυθίαν. Nam qui prophetat, hominibus loquitur ad ædificationem, & exhortationem, & conſolationem.* Verſ. 31. *δύνασθε γὰρ καθ' ἕνα πάντες προφητεύειν, ἵνα πάντες μανθάνωσι, καὶ πάντες παρακαλῶνται.* Ex eadem Verſione; *Poteſtis enim omnes per ſingulos prophetare; ut omnes diſcant, & omnes exhortentur.*

De nomine Barnabæ.

Hunc Barnabam extitiſſe unum ex LXX. Domini diſcipulis comprobari poteſt teſtimonio Clementis Alexandrini, cùm lib. 2. Stromateon, tum in Hypotypoſibus apud Euſebium Hiſt. Eccl. lib. 1. cap. 12. & lib. 2. cap. 1. eamque traditionem ſequuntur Epiphanius in fine tom. 1. lib. 1. adverſùs Hæreſes, auctor Chronici dicti Alexandrini, Dorotheus in Synopſi, & ii qui Barnabæ res geſtas conſcripſerunt. Contrà objicit Beda in Act. IV. *Mirum quomodo hunc Barnabam, qui poſtea cum Paulo Gentium eſt ordinatus Apoſtolus, ac poſt longum ejus contubernium, denuo Cyprum unde ortus fuerat, prædicaturus redit, Euſebius in Hiſtoria Eccleſiaſtica de numero eſſe LXX. diſcipulorum Domini Salvatoris arbitratur; cùm manifeſtè ſcribat B. Lucas, eum poſt aſcenſionem Domini, ad diſcipulatum Apoſtolorum veniſſe: niſi fortè putandum eſt, eum priùs ita diſcipulatum Chriſti ſecutum, ut necdum renunciaverit omnibus quæ poſſidebat: quod utrùm Evangelicæ doctrinæ convenerit, cuivis facillimè patet.* Verùm pace viri venerabilis, nec Lucas dicit Barnabam poſt aſcenſionem Domini cœpiſſe credere, nec videtur neceſſe ut omnes Diſcipuli omnia ſua abjecerint; quod quamvis eſſet, potuit Noſter recèns hæreditate adeptum agrum vendere, quò pecuniam ad pedes Apoſtolorum poneret.

Barnabas unus ex LXX. diſcipulis.

Cæterùm de Barnaba multa narrantur in novo Teſtamento: inter alia, Act. XI. 29. 30. quòd Chriſtiani Antiocheni miſerint elæmoſynam ad Hieroſolymitanos, per manus illius: ex quo factum arbitror, ut Græci in ordinatione magni Oeconomi dicerent, *εὐχαῖς καὶ πρεσβείαις τοῦ ἁγίου καὶ πανευ-*

De Barnaba.

φήμη Βαρνάβα τοῦ ἀποστόλου καὶ γενναιομάρτυρος. precibus & interceſſionibus ſancti & celebratiſſimi Barnabæ, Apoſtoli & generoſi Martyris. quemadmodum videre eſt in Joh. Morini ſacris Ordinationibus parte 2. pag. 115. Reliqua ad Apoſtolum iſtum pertinentia, vera, fabuloſa, & vulgò cognoſcuntur, & ad inſtitutum noſtrum non valde faciunt: quare ea miſſa facimus.

Epiſtola Barnabæ. Venimus ad Epiſtolam nomen illius præferentem, Veteribus laudatam ſæpe, deſideratam ſuperioribus ſeculis, noſtro feliciter editam à viris doctiſſimis Hugone Menardo & Iſaaco Voſſio. Dubitatur an ſit genuinus fœtus, an ſuppoſitus. Exiſtimatum quidem Clementi Alexandrino, Origeni, ac Hieronymo, ſummis viris, quibus propterea fides facilè abrogari non debet, nihil hîc fraudis deliteſcere. At Euſebius, quando Hiſt. Eccl. lib. 3. cap. 25. Epiſtolam collocat inter libros ſpurios, *ἐν νόθοις*, dolum videtur ſuſpicatus: niſi ſi quis nothum volumen eo loci exponat, ut in Amphilochii Epiſtola Iambica ad Seleucum, illud quod non eſt genuinum ſacræ Scripturæ, ſive aliàs auctorem verum titulo præferat, ſive ementitum. Certè vix credi poteſt, quòd adeò eximius Apo-

Act. 11. 24. & 13. 2. ſtolus, *vir plenus Spiritu ſancto & fide*, ſegregatus unà cum Paulo à ſancto Spiritu in opus Evangelii, & collega ejuſdem Apoſtoli in Gentium Apoſtolatu, ea ſcripſerit quæ in Opuſculo præſenti continentur: coactas dico allegorias, enarrationes Scripturarum minùs veriſimiles, fabulas de animalibus, aliaque de quibus poſtea agemus. Hæc tamen vix credibilia, non remorata ſunt prædictos Clementem, Origenem, Hieronymum: ſicut pauci nævi, qui honeſtam faciem Epiſtolæ à Clemente Romano ad Corinthios Romanorum nomine conſcriptæ commaculant, non impedierunt quin tanti ea fieret; quamvis magna, meo quidem judicio, differentia intercedat ratione auctoritatis, Clementem inter & Barnabam, cujus Epiſtola tantùm famæ non eſt conſecuta ac illa Clementis. Ad hæc argumento, quo utitur ſanctus Auguſtinus lib. 1. contra Adverſarium Legis & Prophetarum cap. 20. ut Apocrypha ſub nominibus Andreæ Johanniſque ſcripta exſibilet atque explodat, *Si illorum eſſent, recepta eſſent ab Eccleſia*; eo, inquam, argumento in ſuſpicionem illegitimæ prolis venit Epiſtola, cùm jamdiu rejecta & ad Apocryphas Scripturas amandata fuerit. *Apocryphum*, inquit Hieronymus Epiſt. 7. ad Lætam, *ſciat non eorum eſſe, quorum titulis prænotantur.* Quapropter Origenes qui putavit Opus eſſe Barnabæ, credidit etiam eſſe Canonicum. *Sunt*, inquit ad verſ. 24. cap. 1. Epiſtolæ ad Romanos, *præterea (ſicut in multis Scripturæ locis invenimus) etiam utriuſque partis, vel utriuſque viæ, fautores quidam & adjutores Angeli* &c. ubi quis non videt alludi ad caput 18. noſtræ Epiſtolæ, de duabus viis, & de Angelis utrique viæ prepoſitis? Jam verò lib. 1. contra Celſum idem Adamantius vocem à Barnaba paulò duriùs in Apoſtolos prolatam, nequaquam rejicit, imò ſimilibus Scripturæ dictis munit ac firmat, inſuperque

Epiſtola Catholica. Epiſtolam ſacram eſſe innuit, & vocat Catholicam: quo quidem nomine etiam indicatur eam ſaltem à multis Catholicis fuiſſe admiſſam, atque inſtar Catholicarum lectitatam; non ſolùm autem ſignificatur, quod aiunt ex Leontio lib. de Sectis, Actione 2. à cujus opinione nullatenus diſſentit Oecumenius, ſcriptam eſſe ad omnes generaliter, non verò ad unam gentem. Nam ſi id tantùm declararet ea vox, cui umquam veniſſet in mentem, Johannis ſecundam, ad unam domum, & tertiam, ad unum hominem exaratas, in Catholicarum cenſum referre? Prudentiùs itaque factum ab Iſidoro Hiſpal. lib. 6. Originum cap. 2. (Nam confutari non meretur ſententia Hebedjeſu auctoris Chaldaici, affirmantis in Catalogo librorum, Catholicas ideò vocari Epiſtolas Jacobi, Petri, Johannis, & Judæ, quòd ab iis Apoſtolis omni charactere & lingua fuerint conſignatæ) qui cùm prædictum vocabulum poſteriori ſenſu uſurparet, Catholicas nuncupat Epiſtolas Petri, non item Jacobi, Johannis, & Judæ: quamquam Judæ & Jacobi generaliores ſint primâ Petri: unde notatum fuit à quodam Scholiaſte ad Epiſtolam Jacobi, MS. Regio 705. *προτέτακται ἡ τοῦ Ἰακώβου ἐπιστολὴ τῶν ἄλλων, ὅτι τε πρῶτος ἐπίσκοπος ἦν, καὶ ὅτι ἡ τοῦ Πέτρου καθολικωτέρα· ταῖς γὰρ ἀνὰ πᾶσαν τὴν γῆν διεσπαρμέναις ἐγράφη δώδεκα φυλαῖς.* Hoc eſt, *Poſita eſt ante alias* Catholicas *Epiſtola Jacobi; tum quia is primus erat Epiſcopus, tum quia illa univerſalior eſt Epiſtola Petri:* primâ ſcilicet: *duodecim quippe tribubus per univerſum orbem diſperſis ſcripta eſt.* Denique S. Hieronymus in libro quem de interpretatione nominum Hebraicorum, imitatus Philonem ac Origenem compoſuit, inter novi Teſtamenti libros non ſtatuiſſet Epiſtolam Barnabæ, ſicut facit, quam ipſe cum Apocryphis Scripturis legebat, niſi vidiſſet ita ab Origene fuiſſe actitatum. Eamdem quoque ſententiam deprehendimus in antiqua Stichometria Latina, quæ exſtat in duobus libris mſſ. altero non pridem Puteanorum Fratrum, nunc Chriſtianiſſimi Regis, altero Monachorum ſancti Germani. Illic Epiſtola Barnabæ collocatur poſt Epiſtolam Judæ, ante Johannis Revelationem & Actus Apoſtolorum.

Verùm in omnia diverſa abierat præceptor Origenis Clemens Alexandrinus: quippe qui Opus quod credit eſſe Barnabæ, impugnat, licèt ſuppreſſo honoris cauſſâ nomine; Pædagogi 2. cap. 10. Id porrò nequaquam commiſiſſet, ſi ad Canonem pertinere fuiſſet arbitratus. Ac fortè ſuſpicio erit alicui, variâſſe Clementem, aut ſe ad multorum opinionem accommodâſſe, tum cùm Scripturarum Canon certos limites nondum acceperat. Si quidem in libris *ὑποτυπώσεων*, referente Euſebio Hiſt. lib. 6. cap. 14. unà cum novi Teſtamenti libris enarraverat Epiſtolam Barnabæ; quam fortaſſe Pſeudepigrapham rebatur, quando confutabat. Sed & Hieronymus, ſuprà citatus de notione vocis *Apocryphum* pro Opere falſi tituli; tamen in locis à me relatis inter Veterum Teſtimonia, Epiſtolam Apocrypham, non Pſeudepigrapham vult. Quinetiam à Gelaſio Apocrypha non pro Pſeudepigraphis dumtaxat ſumuntur, vel quorum ſecreti auctores atque incogniti, verùm pro omnibus quæ quia notam aliquam mereri videntur, ſive ſuppoſitionis, ſive erroris, ſive impietatis, abſcondi debent atque ignorari, (*ἀποκρυφῆς μᾶλλον ἢ ἀναγνώσεως ἄξια* dicit auctor Synopſeos ſacræ Scripturæ creditus Athanaſius) nec in publica verſari notitia, ſicut libri Canonici Scripturarum, & ii Eccleſiaſtici Patrum, qui inoffenſo pede decurri queunt. Quare inter Apocrypha recenſet Clementis Alexandrini Opuſcula, Tertulliani, Cypriani, Arnobii, Lactantii, Euſebii, aliorum, quamvis indubia.

Ex quibus omnibus conficitur, non admodum clarere utrùm præſentem Epiſtolam adjudicare debeamus Barnabæ Apoſtolo, an alteri homini Apoſtolico, qui aut Barnabæ nomen aſſumpſerit, aut Barnabæ fuerit cognominis, prout à primis Chriſtianis nomina Apoſtolorum affectata fuiſſe docet nos Dionyſius Alexandrinus apud Euſebium lib. 7. cap. 25. Eò magis inclino, ut cenſeam non eſſe Apoſtoli. Quòd ſi quis certiora proferat, gratiſſimam ille rem faciet. Ego quod neſcio, ſcire me non poſſum profiteri.

Dices: Si non eſt Apoſtoli; quando ſcripta *Epiſtola Barnabæ, quando ſcripta* fuit? quantæ habenda & habita auctoritatis? De primo; patet ex Epiſtolæ cap. 16. datam fuiſſe poſt excidium Hieroſolymitanum. Liquet etiam ex Clemente Alexandrino laudatore Epiſtolæ,

ante

ante finem ſecundi ſæculi prodiiſſe. Sicut autem per primum non bene quis originem illius repeteret, à temporibus excidium mox ſubſequentibus; ita malè per ſecundum concluderetur natales ejuſdem contigiſſe, ſtatim antequàm Clemens libros ſuos componeret. An enim neceſſe fuit, ut ingenii monumentum Apocryphum, ſimulac è manibus Scriptoris exierat, ilico ad communem notitiam perveniret, atque à Patribus citaretur? eo præſertim tempore, quo & ſcribebant pauci, & qui ſua litteris committebant, ſolos ferè in teſtimonium adhibebant ſacros libros: ut non commemorem luctuoſiſſimam voluminum Eccleſiaſticorum prioribus ſæculis exaratorum jacturam. Itaque mediâ viâ incedendum videtur; & referendum Opus ad tempus, quod inter utrumque intercedit; ita tamen ut ad primum magis accedat: quam rem character dicendi, Apoſtolicam antiquitatem redolens, non obſcurè ſignificat.

Quantæ auctoritatis. Quantùm ad ſecundam interrogationem; de præſenti tempore nulla oritur difficultas. Conſtat inter omnes, Epiſtolam in Canone locum non habere. Nec minùs conſtare debet, dignam eſſe magnâ veneratione, quæ tantùm ferat ætatis atque exiſtimationis. Si autem conſideremus prima ſæcula, quando Canone diverſo utebantur Eccleſiæ; varia in ſtudia ſciſſi fuerunt Chriſtiani. *De diviſione Scripturæ.* Id ut intelligatur, obſervare oportet, Scripturarum, quæ aut ſacræ ſunt, aut tales ſunt habitæ à nonnullis, non unam apud ſanctos Patres reperiri diviſionem. Interdum duplex ſolummodo fit Scriptura; Canonica, cujus dictator Spiritus ſanctus, & Apocrypha, cujus auctor homo ſolus. Ita Hieronymus in Prologo galeato, Auguſtinus 2. de doctrina Chriſtiana cap. 8. & Iſidorus Originum lib. 6. cap. 2. Sic etiam duo genera Scripturarum ponuntur in Euſebio Hiſt. Eccl. lib. 3. cap. 3. *ὁμολογουμένων καὶ ἀντιλεγομένων* & *τῶν μὴ τοιούτων*, in Athanaſii ſeu alterius Synopſi *κανονιζομένων* & *μὴ κανονιζομένων*, in Cyrilli Hieroſolymitani quarta Catecheſi *τῆς διαθήκης καὶ τῶν ὁμολογουμένων* & *ἀποκρύφων καὶ ἀμφιβαλλομένων*, in Gregorii Nazianzeni Carmine 33. *θείων* ſeu *γνησίων* & *παρεγγράπτων* ſeu *μὴ γνησίων*: apud Hieronymum Epiſtolâ 129. & in caput 2. Epiſtolæ ad Titum, & Commentario in Pſalmos, ſi tamen hujus libri auctor exiſtimandus eſt, ad Pſalmum 149. *Eccleſiaſticarum* & *Apocrypharum*; apud Innocentium Papam Epiſt. 3. cap. 7. *receptarum in Canone ac repudiandarum.* Aliquando triplex Scriptura perhibetur; Canonica, omnino recipienda; Apocrypha, penitus rejicienda; & dubia, inter utramque poſita; ab aliquibus videlicet admiſſa, repudiata ab aliis; miſta & media inter genuinam ac notham; veræ proxima; cui contradicitur quidem, honor tamen habetur ut legatur Catechumenis; quam demum licèt non eodem in precio habeant Catholici, ac Canonicam, ut ex ea fidei dogmata confirment, non ideò quemadmodum Apocrypham abominantur, atque è templis eliminant, quinimo cum reverentia excipiunt, ac in Eccleſiis ad plebis ædificationem lectitant. Iſta edocemur ab Origene ad Johannis IV. 22. Euſebio Hiſt. lib. 3. cap. 3. 25. 31. & alibi, Athanaſio in Epiſtola Feſtali, & in Synopſi divinæ Scripturæ, Amphilochio in Iambico carmine ad Seleucum, Hieronymo in præfationibus ad Judith, & ad tria Salomonis volumina, Rufino in Symboli expoſitione, & Nicephoro Conſtantinopolitano in Canone Scripturarum. Porrò utriuſque hujus diviſionis membra ſubdividuntur. In primâ, Canonicæ Scripturæ, juxta ſententiam ſancti Auguſtini loco citato ex Doctrina Chriſtiana, vel ab omnibus accipiuntur Eccleſiis Catholicis, vel à pluribus & gravioribus, vel à paucioribus minoriſque auctoritatis, vel fortè à pluribus at non gravioribus, aut denique forſan à gravioribus ſed non pluribus; ſicque aut omnimodæ, aut majoris, aut æqualis auctoritatis cenſeri debent: quam inæqualitatem auctoritatis Judæis non fuiſſe inauditam colligo ex Philone libro de vita contemplativa, Joſepho libro 1. contra Apionem, atque Hieronymo in præfationibus ad Reges, ad Tobiam, ad Judítham, ad Opera Salomonis, & ad Danielem. Ab eodem Auguſtino lib. 18. de Civitate Dei cap. 36. duplex Canon Scripturarum veteris Teſtamenti ſtatui videtur; earum quas Judæi pro Canonicis habent, & earum quas Eccleſia: quâ de re conſulendæ Iſidori Origines lib. 6. cap. 1. In eadem prima diviſione, libri Apocryphi gradus ſimiliter obtinent, prout ad veritatem ac pietatem, falſitatem & impietatem magis aut minùs vergunt. In ſecunda pariter diviſione, dubiæ Scripturæ, apud Euſebium lib. 2. cap. 23. lib. 3. cap. 3. & 25. diverſitatem accipiunt ex proximitate ad Canonicas vel ad Apocryphas; cùm à pluribus Eccleſiis publicè lectitantur, cùm ab antiquis Doctoribus reperiuntur allegatæ, cùmque ſpuriæ videntur ac de quibus quàm maximè dubitatur.

His ita poſitis, evaneſcit omnis difficultas. Epiſtola Barnabæ ab Origene & quibuſdam Eccleſiis Canonica reputata fuit: à Clemente Alexandrino interdum Canonica, interdum dubia, interdum non Canonica, ſeu Apocrypha in bono ſenſu primæ diviſionis: ab Euſebio dubia, ſpuria, citata quidem ab Antiquis, at ſ[illegible]nioris notæ Apocryphis propinquior: à Hieronymo Apocrypha, ſeu extra Canonem, ad Eccleſiæ ædificationem pertinens: à Nicephoro Conſtantinopolitano non Canonica, non Apocrypha, ſed cui contradicitur: à nullo Apocrypha deterioris notæ; noxia ſcilicet, Hæretica, impia; cujus generis videtur fuiſſe Evangelium inſcriptum nomine Barnabæ, quod in Concilio Romano operâ Gelaſii damnatum eſt. Vide infra initio Notarum in Conſtitutiones Apoſtolicas, Indiculum Scripturarum, è Bibliotheca Regia depromptum.

Reſtat aliud nihil, niſi de titulo Epiſtolæ inquirere, ad quos ſcripta fuerit. Res non magni *Titulus Epiſtolæ.* eſt momenti. Ut enim præclarè Tertullianus; *Nihil de titulis intereſt; cùm ad omnes ſcripſerint Apoſtoli, tum ad quoſdam.* Ac fortè *ἀνεπίγραφος* ſemper exſtitit; qualem cernimus Johannis Apoſtoli primam. Quòd ſi aliter ſe res habeat, conjiciam ex tota orationis ſerie, ad Chriſtianos Hebræos miſſam, tenaces nimiùm antiquatæ Legis, ad Hebræos inſcriptam fuiſſe. Hincque potuit fieri, ut accepto rumore de Epiſtola quadam Barnabæ ad Hebræos à ſe non viſa, Tertullianus cap. 20. lib. de pudicitia, Epiſtolam Pauli Canonicam ad Hebræos, de cujus auctore ac auctoritate ambigebatur, putaverit à Barnaba fuiſſe deſtinatam. Atque hactenus de Epiſtola.

Vetus autem Interpretatio, barbariem ubique, ubique negligentiam oſtendit, eſtque imperfecta *Antiqua Verſio.* & mutila, tum paſſim, tum præcipuè ad finem, ubi poſteriora capita reſecantur, fortè quia minùs docta videbantur Interpreti, atque ad mores magis pertinentia: igitur omiſſis iis, pauciſque vocibus inſertis, colophonem per doxologiam imponit. Suum tamen illi Verſioni precium: cui debemus priora capita cum non paucis emendationibus Græci contextûs, ut nihil dicam de antiquitate illius ac ſimplicitate.

Cæterùm ineditam Stichometriam, cujus me- *Stichometria.* mini, placuit hîc apponere, tametſi mutilam & corruptam; quia non mediocrem fructum afferet legentibus, atque conferentibus cum illa Nicephori Conſtantinopolitani, cum mſſ. Bibliorum Codicibus, cumque Laterculis Scripturarum.

Vete

Verſus ſcripturarum ſacrarum.

	Geneſis.	Verſus MMMMD.
	Exodus.	MMMDCC.
	Leviticum.	MMDCCC.
	Numeri.	MMMDCL.
	Deuteronomium.	MMMCCC.
	Jeſu Naue.	MM.
	Judicum.	MM.
	Ruth.	CCL.
	Regnorum.	
	primus liber.	MMD.
	ſecundus liber.	MM.
	tertius liber.	MMDC.
	quartus liber.	MMCCCC.
Excidiſſe videntur libri Paralipomenon.	Pſalmi Davidici.	MMMMM.
	Proverbia.	MDC.
	Eccleſiaſtes.	DC.
	Cantica Canticorum.	CCC.
	Sapientia.	M.
	Sapientia Jeſu.	MMD.
Numerus generalis cum particularibus non concordat.	Duodecim Prophetæ.	MMMCX.
	Oſee.	DXXX.
	Amos.	CCCCX.
	Michæas.	CCCX.
	Joel.	XC.
	Abdias.	LXX.
	Jonas.	CL.
	Nahum.	CXL.
	Ambacum.	CLX.
	Sophonias.	CLX.
	Aggæus.	CX.
	Zacharias.	DCLX.
	Malachiel.	CC.
	Eſaias.	MMMDC.
	Jeremias.	MMMMLXX.
	Ezechiel.	MMMDC.
	Daniel.	MDC.

Maccabæorum ſic:

Liber primus.	MMCCC.	
Liber ſecundus.	MMCCC.	
Liber quartus.	M.	
Judith.	MCCC.	
Eſdras.	MD.	
Eſther.	M.	
Job.	MDC.	
Tobias.	M.	
Evangelia quatuor.		
Matthæus.	MMDC.	
Johannes.	MM.	
Marcus.	MDC.	
Lucas.	MMDCCCC.	
Epiſtolæ Pauli.		
Ad Romanos.	MXL.	
Ad Corinthios prima.	MLX.	
Ad Corinthios ſecunda.	* LXX.	** Numerus mancus.*
Ad Galatas.	CCCL.	
Ad Epheſios.	CCCLXXV.	
Ad Timotheum prima.	CCVIII.	
Ad Timotheum ſecunda.	CCLXXXIX.	
Ad Titum.	CXL.	*Deeſt Ad Philipp. ſ. ob eoſdem verſus cum ſequ. Ad Coloſſ.*
Ad Coloſſenſes.	CCLI.	
Ad Philemonem.	L.	
Ad Petrum prima.	CC.	*Deſiderantur Ad Theſſalonicenſes. I. Petri.*
Ad Petrum ſecunda.	CXL.	
Jacobi.	CCXX.	
Prima Johannis.	CCXX.	
Johannis ſecunda.	XX.	
Johannis tertia.	XX.	
Judæ.	LX.	
Barnabæ Epiſtola.	* DCCCL.	** Anaſtaſ. Biblioth. ex Niceph. CP. MCCCVI.*
Johannis Revelatio.	MCC.	
Actus Apoſtolorum.	MMDC.	
Paſtoris*.	MMMM.	** Supple liber.*
Actus Pauli.	MMMMDLX.	
Revelatio Petri.	* MMLXX.	** Al. CCLXX.*

H. MENARDI JUDICIUM

DE

SANCTO BARNABA,

ET EJUS EPISTOLA.

SANCTUS Barnabas natione Cyprius, gente Judæus, tribu Levites, qui & Joſeph appellatus, unus è Septuaginta duobus, Chriſti diſcipulis fuit, ut docent Clemens Alexandrinus lib. 2. Stromatum: & Euſebius lib. 1. hiſt. Eccl. cap. 12. & lib. 2. cap. 1. Agrum quem habebat vendidit, & attulit pretium, & poſuit ante pedes Apoſtolorum, ut ſcribitur Act. 4. una cum ſancto Paulo gentium Apoſtolus declaratus eſt à Prophetis & Doctoribus, qui erant Antiochiæ, Spiritu ſancto revelante, Act. 13. Multas terras & maria obivit ad Chriſti fidem diſſeminandam, multis ac variis exantlatis laboribus. Multas Eccleſias fundavit, inter quas Mediolanenſem. De tempore quo paſſus eſt, nihil certi ſtatui poteſt, cum nullus alicujus notæ ſcriptor antiquus ſuppetat, qui de illius morte ſcripſerit, ut notat Baronius. Ferunt quandam ab eo ſcriptam eſſe epiſtolam, quæ inter Canonicas Scripturas non habetur, quam etſi citent Clemens Alexandrinus & Origenes, tamen inter ſcripturas dubias, nothas & apocryphas connumeratur, cum nunquam Eccleſiæ auctoritate pro Canonica recepta ſit. Quod ſatis experientia conſtat, & ex Euſebio lib. 3. hiſt. Eccleſiaſticæ cap. 19. qui eam inter ſcripturas minimè germanas recenſet. *Inter ſcripturas minimè legitimas annumerantur acta Pauli, & liber qui vocatur Paſtor, & Apocalypſis Petri, καὶ πρὸς τούτοις ἡ φερομένη Βαρνάβα ἐπιστολή.* id eſt, *quibus addatur quæ fertur nomine Barnabæ epiſtola.* Idem cenſet Divus Hieronymus lib. de ſcriptoribus Eccleſiaſticis. *Barnabas Cyprius, qui & Joſeph Levites cum Paulo gentium Apoſtolus ordinatus unam ad ædificationem Eccleſiæ pertinentem epiſtolam compoſuit, quæ inter apocryphas ſcripturas legitur*, & lib. 13. commentariorum in Ezechielem cap 43. *Vitulum autem qui pro nobis immolatus eſt, & multa Scripturarum loca, & præcipue Barnabæ epiſtola, quæ habetur inter ſcripturas apocryphas, nominat.* Ejuſdem ſententiæ eſt Nicephorus Calliſtus lib. 2. cap. 46. & lib. 4. cap. 33. Nicephorus Patriarcha Conſtantinopolitanus in Canone Scripturarum eam inter Scripturas novi teſtamenti, ὅσαι ἀντιλέγονται, id eſt, quibus contradicitur, recenſet, non verò inter apocryphas. De illa tacet Synodus Romana ſub Gelaſio Papa, ſola Barnabæ Evangelii facta mentione, quod inter ſcripturas apocryphas connu-

numerat. Illius ſæpe meminit Alexandrinus, multóſque ex ea profert locos, quemadmodum & Origenes, quos omnes in noſtris obſervationibus notavimus: eámque citat ſanctus Gregorius Nazianzenus in Philocalia. Sanctus Hieronymus in libro de interpretatione nominum Hebraicorum poſt explicationem, quæ reperiuntur in Apocalypſi, interpretatur ea quæ extant in ſancti Barnabæ epiſtola, hoc modo: *De epiſtola Barnabæ. Abraham pater videns populum, &c.* Hi ſunt veteres auctores, qui de hac epiſtola ſcripſerunt, aut meminerunt. Quæ quidem jure inter Scripturas apocryphas à citatis auctoribus connumeratur, tum quia, an Barnabæ ſit, incertum eſt: tum quia in ea quædam reperiuntur, quæ difficultate minimè carent. Siquidem nonnullæ ſunt in ea ſalebræ, ad quas minùs cauti offendere poſſint, quas tamen pro modulo explanavi; non eo quidem animo, quaſi velim eam ab omni nævo pertinacius excuſare; quemadmodum hodie video nonnullos, qui vetera quædam monumenta à ſe edita, continentia meras putricularum nænias, ſeu potius ægroti veteris ſomnia, quæ ad primum intuitum viris doctis nauſeam moveant, tanta animi contentione (quamvis ſine ratione) defendere conantur, ut velint ea ſcriptorum omnium veterum ac recentiorum auctoritati præferri. Nec id movere quemquam debet, quod Clemens Alexandrinus, & Origenes, cum hanc citant epiſtolam, nunquam eam apocrypham eſſe dixerint. Siquidem ejuſmodi auctores ſæpe utuntur apocryphis: & libro Enoch, Paſtoris, Matthiæ traditionum libro, Petri Apocalypſi, Evangelio Ægyptiorum, & ſimilibus. Unum tamen certum eſt hanc epiſtolam, quæ modo à nobis exit, eam eſſe quam ſanctus Hieronymus, Clemens Alexandrinus, & Origenes olim præ manibus habuerunt; cum omnes locos ab illis ex ea citatos, in hac quam edimus, epiſtola, reperire liceat. Et ex noſtris obſervationibus manifeſtum erit: uno excepto, qui profertur à Clemente Alexandrino lib. 6. Stromatum, cum exponens hunc Pſalmiſtæ locum: *Hæc porta Domini, juſti intrabunt per eam*, ſic ait: ἐξηγούμενος τὸ ῥητὸν τοῦ Προφήτου, Βαρνάβας ἐπιφέρει· πολλῶν πυλῶν ἀνεῳγυιῶν, ἡ ἐν δικαιοσύνῃ αὕτη ἐστὶν, ἐν ᾗ οἱ μακάριοι πάντες οἱ εἰσελθόντες, id eſt, enarrans dictum Prophetæ, Barnabas infert: cùm multæ portæ ſint apertæ, quæ eſt juſtitia, ea eſt in Chriſtu, in quam beati ſunt omnes, qui ſunt ingreſſi. Sed puto, aut lapſum eſſe memoriâ Clementem Alexandrinum, aut certè locum eſſe depravatum, & legendum eſſe Κλήμης, non Βαρνάβας. Nam hic locus habetur in epiſtula ſancti Clementis ad Corinthios, ubi idem locus Pſalmiſtæ exponitur: αὕτη ἡ πύλη τοῦ κυρίου, δίκαιοι εἰσελεύσονται ἐν αὐτῇ· πολλῶν οὖν πυλῶν ἀνεῳγυιῶν, ἡ ἐν δικαιοσύνῃ αὕτη ἐστὶν ἡ ἐν Χριστῷ, ἐν ᾗ μακάριοι πάντες οἱ εἰσελθόντες· id eſt, hæc porta Domini juſti intrabunt in eam. Cùm igitur multæ portæ apertæ ſint, quæ in juſtitia eſt, eadem, & in Chriſto eſt, in quam beati omnes qui intrarunt. Ex quo loco legendum eſt apud Clementem Alexandrinum ἡ ἐν δικαιοσύνῃ, & exponendum: *ea quæ in juſtitia eſt.* Id etiam patet ex ipſo Clemente Alexandrino lib. 5. Stromatum, ubi idem locus, ſed longior citatur ex eadem epiſtola ſancti Clementis ad Corinthios, nominato tantum ſancto Clemente circa finem contextus, paucis verbis mutatis: hoc modo. *Hæc eſt porta Domini; juſti intrabunt in eam: cum ergo multæ apertæ ſint portæ in juſtitia, hæc ſit in Chriſto, in quam beati omnes qui intrarunt, & iter ſuum direxerunt in ſanctitate cognoſcendi poteſtate prædita:* αὐτίκα ὁ Κλήμης ἐν τῇ πρὸς Κορινθίους ἐπιστολῇ κατὰ λέξιν φησὶ τὰς διαφορὰς ἐκτιθέμενος τῶν κατὰ τὴν ἐκκλησίαν δοκίμων. ἤτω τις πιστὸς, ἤτω δυνατός τις γνῶσιν ἐξειπεῖν, ἤτω σοφὸς ἐν διακρίσει λόγων, ἤτω γοργὸς ἐν ἔργοις· id eſt, *jam Clemens in Epiſtola ad Corinthios, His verbis, inquit, exponens differentiam eorum, qui ſunt probati in Eccleſia, ſit aliquis fidelis, ſit potens in explicanda cognitione, ſit ſapiens in diſcretione ſermonum, ſit ſtupendus in operibus.* Tandem notandum eſt quoſdam exiſtimaſſe hæc verba Clementis Alexandrini lib. 2. Stromatum: ὁ νόμος ἀπαγορεύει ἀδελφῷ δανείζειν, id eſt, lex prohibet fratri fœnerari, &c. citari ex epiſtola Barnabæ, quod non ita eſt: ſed paulo ante citantur hæc verba ex Barnaba, quæ in hac epiſtola habentur ſub finem illius, ἐμφαίνει μυστικῶς ὁ Βαρνάβας. Ὁ δὲ Θεὸς ὁ τοῦ παντὸς κόσμου κυριεύων φησὶ, δῴη καὶ ὑμῖν γνῶσιν, &c. uſque ad illa verba, ἀγάπης εἶναι καὶ εἰρήνης, &c. quæ ſunt ex textu Clementis Alexandrini, qui tandem ſubjungit, *ſufficit hoc dicere, quod lex prohibet fratri fœnerari*, quæ quidem verba non extant in hac epiſtola, quæ ſancto Barnabæ adſcribitur. Tenuis quædam difficultas reſtat circa nomina Hebraica, quæ ſanctus Hieronymus profert ex epiſtola ſancti Barnabæ in libro de nominibus Hebraicis. Siquidem unum eorum, nempe *Nahum* in epiſtola deſideratur: ſic enim ait ſanctus Hieronymus, *Manaſſes, oblitus, Nahum, germen.* Sed error obrepſit: & legendum eſt, *Nave*, ut habetur in hac epiſtola, qui fuit pater Joſue, juxta Septuaginta: vel *Nun*, quod idem eſt ſecundum textum Hebraicum. Et ratio eſt, quia *Nahum*, non ſignificat germen, ſed conſolatorem, teſte eodem Hieronymo libri citati capite de Jona, & Nahum. *Nahum*, inquit, *Conſolator* à radice נחם, id eſt, conſolari. At Naue, ſeu Nun eſt germen juxta eumdem Hieronymum ejuſdem lib. cap. 1. *Nave, ſemen, germen, vel pulchritudo*, à verbo conjugationis *Niphal* נון id eſt, germinabit.

Cum autem hæc unica feratur ſancti Barnabæ epiſtola, notandum tamen eſſe putavi epiſtolam ſancti Pauli ad Hebræos à Tertulliano libro de pudicitia ſancto Barnabæ attribui, ut clarum eſt ex ejus verbis. *Extat enim & Barnabæ titulus ad Hebræos; adeo ſatis auctoritatis viro, ut quem Paulus juxta ſe conſtituerit in abſtinentia tenore: aut ego ſolus, aut Barnabas, non habemus hoc operandi poteſtatem: & utique receptior apud Eccleſias Barnabæ epiſtola illo apocrypho Paſtore Mœchorum. Monens itaque diſcipulos, omiſſis omnibus initiis, ad perfectionem magis tendere; nec rurſus fundamenta pœnitentiæ jacere ab operibus mortuorum: Impoſſibile enim eſt, inquit, eos qui ſemel illuminati ſunt, & donum cæleſte guſtaverunt & participaverunt Spiritum Sanctum, & verbum Dei dulce guſtaverunt*, &c. quæ verba legere licet in epiſtola Pauli ad Hebræos cap. 6. Hinc capiendus eſt Philaſtrius lib. de hæreſibus cap. 60. *Sunt alii qui epiſtolam beati Pauli ad Hebræos non aſſerunt eſſe; ſed dicunt, aut Barnabæ eſſe beati Apoſtoli, aut Clementis.* Ubi haud dubiè Tertullianum intelligit. Sed de his ſatis: nunc reſtat, ut de illius argumento, ſive ſubjecto breviter agam.

Cum Judæi quidam ad fidem Chriſti converſi galaticarentur (ut cum Tertulliano loquar) hoc eſt, legem Moſaicam una cum Evangelio retinendam eſſe putarent, idque multis Chriſtianis perſuaderent, ſanctus Barnabas, ſive quis alius, ſanctum Paulum imitatus eorum doctrinam hac epiſtola convellere conatur, docetque multis Scripturæ locis, ac figuris legem Moyſi jam abrogatam eſſe, eíque Evangelium ſucceſſiſſe. Hic eſt hujus epiſtolæ ſcopus; ad quem nonnulla hic, quæ non ſunt προηγουμένου, ſeu præcipui argumenti, ſed veluti ſecundarii tractatus, ut de adventu Chriſti, paſſione, &c. referuntur: nam illius gratia tractantur; cum ad ejus intelligentiam non parum conferant, juxta morem Oratorum, qui inter- *Epiſtolæ argumentum.*

dum aliò digrediuntur, non inutiliter quidem, cum id plenioris elucidationis gratià facere ſoleant. Sub finem epiſtolæ multa docet Chriſtianos, quæ ad vitam rectè inſtituendam plurimum inducunt. *Epiſtolæ diviſio.* Hinc fit, ut hæc epiſtola in duas partes commodè diſtribui poſſit: quarum altera eſt didaſcalica, quæ multis argumentis docet nullum eſſe amplius legis Moſaicæ, & Judaicarum cæremoniarum uſum: altera parænetica, in qua præclara & utilia monita ſalutis & præcepta dantur.

Prior pars epiſtolæ. Prior pars capita duodecim complectitur. In primo de ceſſatione ſacrificiorum Moſaicæ legis agitur; in ſecundo de jejuniorum ejuſdem legis abolitione, in tertio agitur de inſtantibus calamitatibus, admoneturque fideles, ad virtutum ſtudium, quod Judæi ſuis jejunis & cæremoniis poſtponebant: In quarto tractatur de Chriſti adventu, miſſione Apoſtolorum, Chriſti paſſione & exaltatione, in quinto de hominis reparatione diſputatur, in ſexto rurſus de Chriſti paſſione, & de quibuſdam illius circumſtantiis, in ſeptimo de antiquatione circumciſionis veteris, & de circumciſione aurium & cordis. In octavo de eſcis prohibitis in veteri lege, deque illarum myſtica interpretatione: in nono de baptiſmo & cruce: in decimo de reprobatione populi Judaici, & gentilium electione: in undecimo de abrogatione ſabbathi Judaici: in duodecimo de templi Judaici repudiatione ac demolitione, & de templi ſpiritualis ædificatione.

Secunda pars epiſtolæ. Secunda pars duobus capitibus abſolvitur. In primo agitur de via lucis; hoc eſt, de iis quæ Chriſtiano agenda ſunt; in altero de via tenebrarum, hoc eſt, de iis, quæ animæ fideli fugienda ac vitanda ſunt: tum demum ſequitur epilogus.

Hæc autem epiſtola ab Origene lib. 1. contra Celſum ſub finem, Catholica, id eſt, univerſalis appellatur: *Extat ſane in Barnabæ Catholica epiſtola ſcriptum, &c.* quia non ad unam certam gentem, aut nationem ſcripta eſt, ſed ad omnes Chriſtianos: Ita enim definiuntur Catholicæ Apoſtolorum epiſtolæ, ut manifeſtum eſt ex Leontio lib. de Sectis cap. 2. Καθολικαὶ δὲ ἐκλήθησαν, ἐπειδὴ οὐ πρὸς ἓν ἔθνος ἐγράφησαν, ὡς αἱ τοῦ Παύλου, ἀλλὰ καθόλου πρὸς πάντα, id eſt, Catholicæ dictæ ſunt, quod non ad unam ſcriptæ ſunt gentem, ut Pauli epiſtolæ, ſed generaliter ad omnes.

ISAACI VOSSII JUDICIUM

DE

BARNABÆ APOSTOLI

EPISTOLA CATHOLICA.

ALiquot jam ſunt anni, quod hanc Barnabæ Epiſtolam quam ab incomparabili Salmaſio acceperam, in lucem emittere decreveram. Sed iter meum obſtitit, quominus inſtitutum illud tum temporis perficere licuerit. Dum verò Angliam luſtro, alia ſeſe obtulit occaſio, quâ ſcriptum illud, quod jam diu lucem merebatur, tandem aliquando divulgaretur. Parabat tum novam Ignatii editionem Reverendiſſimus Hiberniæ Primas USSERIUS ARMACHANUS. Illi itaque poſtulanti, & offerenti, ut una cum Ignatianis hæc quoque Barnabæ excuderetur epiſtola, non tantum libenter id conceſſi, ſed etiam maximopere gaviſus ſum, in illas manus incidere antiquiſſimum iſtud monumentum, à quibus immenſum quantum ſplendoris mutuare ſibi poſſet. Et niſi ingens iſthoc incendium, quod non exiguam partem urbis Oxonienſis vaſtavit, omnia quoque exemplaria abſumſiſſet, pulcherrimam ejus auctoris editionem jamdiu habuiſſemus. Non defuere tamen in Gallia viri docti, qui indignum putabant, ſcriptum hoc diutius in tenebris latitare. Itaque nuper Hugo Menardus, monachus ordinis Sancti Mauri, novam nobis editionem adornavit. Quin plurimum hoc nomine meritus ſit de publico; nemo eſt, qui inficias iverit. Plus tamen meruiſſet, ſi contigiſſet illi, plura videre exemplaria. Cum enim tota illa editio ex uno promanarit codice: fieri aliter non potuit, quin mendatiſſima prodiret. Mihi, licet non uſque adeò fortuna faverit, ut quiſquam invidere debeat: ea tamen contigit felicitas, ut tribus in hoc corrigendo uſus ſim MSS. Primum mihi Florentiæ ſuppeditavit Bibliotheca Medicea. Altera duo Bibliotheca Vaticana, & Theatinorum, qui Romæ agunt. Illorum uſum acceptum fero Lucæ Holſtenio, viro ſummo, & nunquam non infra merita ſua laudando. Quid itaque ope iſtorum trium codicum præſtitum ſit, videbit is, qui operæ pretium duxerit editionem hanc cum altera, quam dixi, committere.

Neſcio autem, cur quidam opinati ſint, hanc epiſtolam non eſſe Barnabæ; cum tamen & Clemens, & Origenes, & alii, illam ei tribuant. Offenſi ſunt, credo, viri docti, quod hîc loca quædam S. Scripturæ aliter explicentur, quam explicari debebant. Perſuaderi nequeunt, ſic potuiſſe ea capi à viro tantæ auctoritatis, cujus toties ſacri libri meminerint, quique ſemper Pauli Apoſtoli comes fuerit individuus, & ipſe quoque unus è minoribus Apoſtolis. Sed quis à primis illis Chriſtianis omnigenam ſcientiam & doctrinam expoſtulet? quis illos non æquè hallucinatos exiſtimet, atque eorum nepotes; præſertim in rebus nihil ad fidem pertinentibus? Nunquid & in epiſtola Clementis, quam nobis dedit vir maximus Patricius Junius Bibliothecarius Regius (cui ego tantum debeo, ut plura ei debere non poſſim) ſimilia occurrunt? Quis enim bono animo concoquere poſſit fabellam illam, quam de Phœnice narrat, deque pluribus ultra Oceanum mundis? Non puto etiam quemquam velle admittere expoſitionem iſtam, ut linteum coccineum Raab meretricis, ſignum fuerit ſanguinis Chriſti, & alia quædam id genus, quæ non eſt hujus loci referre. Atqui tamen iſte Clemens, pari jure, atque Barnabas, dictus eſt Apoſtolus. Non debent itaque in hoc reprehendere, quod in altero excuſant. Notum eſt cuilibet, quàm nimiùm myſticè & ſuperſtitioſè (pene etiam ineptè) primi illi Chriſtiani Scripturas Sacras ſint interpretati. Si itaque & in hoc auctore quædam occurrant, quæ eruditis diſpliceant, dandum id potius moribus veterum Chriſtianorum, quam ut putetur ſcriptum eſſe ſuppoſititium. Sed neque hoc quemquam movere debet, quod Euſebius & Græci poſteriores,

res, inter ἀντιλεγόμενα repoſuerint epiſtolam Barnabæ. Non enim hoc eo factum, quod dubitarent de auctore; ſed quod non probarent myſticas iſtas interpretationes multorum S. Scripturæ locorum. Eadem ratione & Clementis Alexandrini, & multa Origenis opera, inter apocrypha relata ſunt. Neque tamen unquam dubitatum fuit, quin genuina eſſent illa opera. Et certe, ſi omnia quæ aliquando inter apocrypha habita ſint rejicere velimus, rejicienda quoque eſſet D. Pauli ad Hebræos epiſtola, item Judæ Apoſtoli epiſtola, & illa Clementis ad Corinthios. Quod quam abſurdum ſit, quis eſt qui non videat?

Alii ex ſtylo, & ſcriptionis genere, dixerunt, ſeſe deprehendere, epiſtolam hanc eſſe ſpuriam. De Ignatii epiſtolis idem adfirmabant. Sed nimium ſane acuti volunt videri, qui talia jactant. Non ita facile eſt ſpuria ſcripta à genuinis diſtinguere, quam ſit nativas gemmas dignoſcere ab adulterinis. Cum enim veri lapilli cum fictitiis committuntur & comparantur, tum ut plurimum fucus adparet: ita purpura ad purpuram dijudicatur: ita & in aliis mercibus fit. Sed quid eſt, unde iſti, qui negant, epiſtolas has eſſe Barnabæ, & Ignatii, iſthoc colligere potuerint? Nunquid alia eorum ſcripta viderunt? Non certe. Unde ergo iis innotuit, quo ſtylo uſi ſint Barnabas, & Ignatius? At, inquiunt iſti, ſeſe nihilominus ſcire vera eſſe, quæ ſentiant. Si ita eſt, jam verbum non addam. Pergamus, & videamus, ecquid operæ pretium fuerit ad hanc epiſtolam annotaſſe.

EX PRÆFATIONE
EDITIONIS OXONIENSIS
Anni MDCLXXXV.

Cum in editione Scriptorum veterum Eccleſiaſticorum verſarer, præterire non licuit S. Barnabæ Epiſtolam, primævæ antiquitatis, argumenti ſacri, & auctoris (quod præfert,) nomine pariter ſacri, commendatiſſimam. Hæc poſtquam per plurima ſecula in Bibliothecarum pluteis delituiſſet, Reverendiſſimi Uſſerii, Armachani Primatis, ſtudio & auſpiciis prelo hoc in loco ſubjiciebantur An. 1643. Sed urbis Oxoniæ parte magna gravi incendio correpta, Typographeum, cum tota ſupellectile, ſchedas impreſſas, & exemplari ipſo, conflagravit; ita ut ex clade iſta nihil ſupereſſet, præter paginas nonnullas, quæ penes correctorem, quantum conjicere datur, fuerant; quaſque vir eruditiſſimus Eduardus Bernardus SS. Theol. Doctor, & Aſtronomiæ Profeſſor Savilianus redemit, mihique benigne communicavit. Paulo poſt, nempe anno 1645. opus ab Hugone Menardo Monacho congregationis S. Mauri annotationibus eruditis illuſtratum, cura confratris Lucæ Dacherii, Menardo morte prærepto, in lucem Pariſiis prodiit. Porro An. 1646. illuſtriſſimus D. Iſaacus Voſſius, luculentiſſima ejus Epiſtolarum S. Ignatii editioni Epiſtolam hanc adjunxit; & notas, breves quidem, ſed eruditas addidit. Demum An. 1672. Jo. Bapt. Cotelerius Societatis Sorbonicæ Theologus, Bibliotheca ſua S. Patrum qui temporibus Apoſtolicis floruerunt Epiſtolam hanc inſeruit, verſionemque novam adornavit, notaſque laudatiſſimas appoſuit.

Quæ de opere ipſo dicenda ſuperſunt, ut viri Magni memoriæ litem, verbis illuſtriſſimi Primatis, prædicti quæ flammas evaſerant, exhibebo.

JACOBI ARMACHANI
DE
BARNABÆ EPISTOLA
PRÆMONITIO.

Polycarpi ad Philippenſes Epiſtolam, *longe prolixiorem illa quæ habetur typis excuſa*, apud ſe Græce ſcriptam extitiſſe, *Baronio* perſuaſerat *Franciſcus Turrianus*, Societatis Jeſu Presbyter. Sed exemplari illius diligentius inſpecto, partem ipſius maximam ad epiſtolam, quæ *Barnabæ* Apoſtoli ferebatur olim nomine, pertinuiſſe, deprehendit poſtea *Jacobus Sirmondus*, ejuſdem Societatis Theologus. Neque aliter habuiſſe, vel Bibliothecæ *Vaticanæ*, vel Cardinalis *Columnæi* codices, oſtendit *Petrus Halloixius*, & ipſe Jeſuita.

Baron. notat. in Martyrolog. Roman. Januar. 26.

Nempe in primo exemplari ex quo *Colomnenis* ille codex (qui omnium putatur antiquiſſimus,) & reliqui qui ſuperſunt hodie ſunt deſcripti, librariorum vitio quaternio vel omiſſus vel tranſpoſitus eſt: cujus defectu factum eſt, ut in Græcis ſuperſtitibus & finem epiſtolæ *Polycarpi* deſideremus, & principium *Barnabæ*.

P. Halloix notat. in vit. Polycarpi. cap. 10, 17, 28.

Nam longe antiquioribus etiam temporibus, non *Ignatii* ſolum literas huic *Polycarpi* Epiſtolæ (quod ex fine ipſius liquet,) ſubjectas fuiſſe, ſed ſimul cum eis & iſtam *Barnabæ*: ex illo *Hieronymi* loco, in libro 3. adverſus Pelagianos, blandiente conjectura, ut crederem, pene inductus ſum. *Ignatius, vir Apoſtolicus & martyr, ſcribit audacter: Elegit Dominus Apoſtolos, qui ſuper omnes homines peccatores erant.* Ut enim in poſteriore Ignatianarum Epiſtolarum Collectione, cum reliquis præfixæ fuiſſent *Mariæ Caſtabalitæ* nomine inſcriptæ litteræ, eas etiam ipſius *Ignatii* adſcripto titulo, in *Anton.* Meliſſa productas fuiſſe animadvertimus: ita etiam in priore illa, cum inter *Polycarpi* & *Ignatii* eidem ſubjunctas epiſtolas, etiam illa *Barnabæ* interpoſita legeretur; non mirum ſi ἁμαρτήματι μνημονικῷ conſimili, & eodem modo excuſabili, *Ignatii* nomine citaverit *Hieronymus*, quod proprie erat tribuendum *Barnabæ*.

Meliſſ. lib. 2. ſerm. 19.

In ea enim quam nunc damus illius epiſtola, ſententia hæc reperta eſt: *τοὺς ἰδίους ἀποστόλους τοὺς μέλλοντας κηρύσσειν τὸ εὐαγγέλιον αὐτοῦ, ἐξελέξατο ὄντας ὑπὲρ πᾶσαν ἁμαρτίαν ἀνομωτέρους.* Quam & ante *Hieronymi* tempora in eadem extitiſſe, Origen. contra Celſum, lib. 1. p. 50. verba illa *Origenis* fidem faciunt. *γέγραπται δὴ ἐν τῇ Βαρνάβα Καθολικῇ ἐπιστολῇ (ὅθεν ὁ Κέλσος λαβὼν τάχα εἶπεν, εἶναι ἐπιῤῥήτους καὶ πονηροτάτους τοὺς Ἀποστόλους,) ὅτι ἐξελέξατο τοὺς ἰδίους Ἀποστόλους Ἰησοῦς ὄντας ὑπὲρ πᾶσαν ἀνομίαν ἀνομωτέρους.* *Scriptum eſt ſane in Barnaba Catholica epiſtola, (unde fortaſſe Celſus occaſionem arripuit, ut Apoſtolos infames & nequiſſimos diceret,) quòd Apoſtolos ſuos elegiſſet Jeſus, qui erant omni iniquitate iniquiores.* Ubi *Catholicam* hanc appellat epiſtolam; quod nulli particulari vel perſonæ, vel Eccleſiæ inſcripta ea eſſet, ſed Chriſtianorum fratrum, ubicunque degentium, ipſi univerſitati. Neque verò mirabitur, *Ignatii* nomine productum fuiſſe ab *Hieronymo* quod erat *Barnabæ*; qui *Barnabæ* etiam titulo à *Clemente Alexandrino* laudatum animadverterit, quod *Romano Clementi* fuerat adſcribendum. Is enim citato loco Pſalmi, (*Aperite mihi portas juſtitiæ, in ipſas* Pſal. 118. (al. 117.) v. 19, 20. *ingreſſus confitebor Domino; hæc eſt porta Domini, juſti tranſibunt per eam,*) Prophetæ dictum hoc à *Barnaba* ſic expoſitum fuiſſe ait. *Πολλῶν πυλῶν ἀνεῳγυιῶν, ἡ [ἐν] δικαιοσύνῃ αὕτη ἐστὶν ἡ ἐν Χριστῷ, ἐν ᾗ μακάριοι πάντες οἱ εἰσελθόντες.* *Cum multæ portæ ſint apertæ: quæ eſt juſtitiæ, ea eſt in Chriſto: in quam beati ſunt omnes qui ſunt ingreſſi.* Quæ quidem, in *Barnaba* fruſtra quæſita, in priore *Clementis* Epiſtola (à doctiſſimo *Patricio Junio* non ita pridem edita,) totidem verbis expreſſa invenimus.

Porro duas haſce imperfectas *Polycarpi* & *Barnabæ* Græcas epiſtolas, ex *Andreæ Schotti* apographo ſua manu deſcriptas vir clariſſimus *Claudius Salmaſius*, una cum antiqua Latina *Barnabæ* verſione, ex vetere *Corbeienſis* Bibliothecæ codice à *Johanne Cordeſio* exſcripta, *Iſaaco Voſſio*, celeberrimi illius *Gerardi* filio, ſummæ ſpei juveni, tradidit: quam cum Græco *Barnabæ* textu conjunctim additis etiam eruditis notis, ad prælum ille apparavit. Ut igitur in Sylloges hujus initio, Græcum *Polycarpum*, poſteriore ſui parte ex antiqua verſione Latina ſuppletum, exhibuimus; ita & ad ejus finem *Barnabam*, priore ſui parte ex alia vetere interpretatione ſimiliter redintegratum (non ſine humaniſſimi *Voſſii* conſenſu,) repræſentare viſum fuit. Ex cujus utriuſque collatione mutua eſt deprehenſum, non ſolùm primam Epiſtolæ partem in exemplari Latino fuiſſe conſervatam, quam defuiſſe diximus in Græco; ſed etiam poſtremam vice verſa retentam fuiſſe in Græco, quæ aberat à Latino: atque in intermediis præterea, nonnulla habere Inter quæ & illud, à Clemente Alexandr. 5. Stromat. citatum: *Ἁπλούστερον ὑμῖν γράφω, ἵνα συνιῆτε.* Græcum quæ deſunt in Latino, & Latinum rurſus quæ non reperiuntur in Græco; cujus generis ea ſunt, quæ in utroque contextu uncis [ ] includenda curavimus.

Ex duobus autem præcipuis membris tota hæc conſtat Epiſtola: quæ in contextu Græco hac inter ſe tranſitione connexa vidimus. *Ταῦτα μὲν οὕτως. Μεταλάβωμεν δὲ καὶ ἐπὶ ἑτέραν γνῶσιν καὶ διδαχήν·* ubi, pro *μεταλάβωμεν*, alii *μεταβάλωμεν*, *Patricius Junius* noſter *μεταβῶμεν* legendum conjicit. In priore autem parte ſententia hæc longe ante præceſſerat: *Ἔχεις καὶ ἐν τούτῳ τὴν δόξαν τοῦ Ἰησοῦ, ὅτι ἐν αὐτῷ πάντα, καὶ εἰς αὐτόν.* Quam vetus Latinus interpres ſuo loco moram hic tranſtulit, totius Epiſtolæ Epilogum hunc ſatis inconcinnum ſtatuens. *Hæc autem ſic ſunt. Habetis interim de majeſtate Chriſti, quomodo omnia in illum, & per illum facta ſunt. Cui ſit honor, virtus, gloria, nunc & in ſecula ſeculorum.* Secunda Epiſtolæ parte penitus prætermiſſa: quam idcirco, Latina eruditiſſimi *Gerardi Langbaini* verſione, in hac editione locupletandam curavimus.

Ab hac vero *duarum viarum* diſtinctione pars iſta ducit exordium. *Ὁδοὶ δύο εἰσὶ διδαχῆς καὶ ἐξουσίας, ἥ τε τοῦ φωτὸς, καὶ ἡ τοῦ σκότους. Διαφορὰ δὲ πολλὴ τῶν δύο ὁδῶν. ἐφ' ἧς μὲν γάρ εἰσι τεταγμένοι φωταγωγοὶ ἄγγελοι τοῦ Θεοῦ, ἐφ' ἧς δὲ ἄγγελοι τοῦ Σατανᾶ.* Ad quæ verba reſpexiſſe *Origenem* non eſt dubium, in libro 3. *περὶ ἀρχῶν*, cap. 2. ita ſcribentem: *Eadem quoque Barnabas in Epiſtola ſua declarat, cum duas vias eſſe dicit, unam lucis, alteram tenebrarum; quibus & præeſſe certos quoſque Angelos dicit: viæ quidem lucis, Angelos lucis, tenebrarum autem viæ, Angelos Satanæ.* Etſi enim in priore quoque epiſtolæ parte, (uti etiam in *pſeudo-Clementinis* Conſtitutioni- Conſtitut. Apoſtolic. lib. 7. c. 1, 2. & deinceps. bus, quarum Auctorem ut ex *Romano Clemente*, *Ignatio*, & aliis alia, ita quæ de duabus vitæ mortiſque viis fuſius enarrat ex hac ipſa *Barnabæ* epiſtola intervertiſſe vel prima facie legenti conſtabit,) *duarum viarum* facta ſit mentio: hoc tamen tantum in loco, Angelorùm lucis & Satanæ, iiſdem præfectorum, occurrit commemoratio. Adde, quod & *Satanæ* ipſum nomen ab *Hieronymo*, in fine libelli de *Nominibus Hebraicis*, inter ea recenſetur quæ ex *Epiſtola Barnabæ* ſunt ſelecta; nec in priore tamen hujus epiſtolæ parte uſpiam extat in qua reliqua omnia ſunt reperta: ſi modo *Nave* (quo nomine *Jeſu* ſive *Joſuæ* patrem Græci indigitant,) pro *Nahum* repoſueris; quem librarii temeritate hîc fuiſſe infultum, *Germinis* adjuncta interpretatio ſatis evincit. Cum *Nahum* ſit *Conſolator*; *Nave* ve- Hieron. de Nominib. Hebraic. in Exodo. ro, *Semen*, *germen vel pulcritudo*: uti jam prius in eodem libro expoſuerat ipſe *Hieronymus*.

Longiorem quoque hanc fuiſſe Epiſtolam, *στιχομετρία* illa ſatis indicat, quam Latinis (nam Græca editio hîc eſt mutila,) ex *Nicephori* Patriarchæ Conſtantinopolitani chronographia tradidit *Anaſtaſius* Romanæ Eccleſiæ Bibliothecarius. In qua, ut ſeptem Catholicæ (quæ vocantur,) *Jacobi*, *Petri*, *Joannis* & *Judæ* Epiſtolæ, 1300. verſibus; ita & hæc *Barnabæ*, 1306. comprehenſa fuiſſe dicitur. In poſteriore denique Epiſtolæ parte reperta iſta ſunt, à *Clemente Alexandrino*, in libro 2. Stromatum, ex *Barnaba* citata: *Ὁ δὲ Θεὸς ὁ τοῦ παντὸς κόσμου κυριεύων, δῴη καὶ ὑμῖν σοφίαν καὶ σύνεσιν, ἐπιστήμην, γνῶσιν τῶν δικαιωμάτων αὐτοῦ, ὑπομονήν. Γίνεσθε δὲ θεοδίδακτοι, ἐκζητοῦντες τί ζητεῖ ὁ Κύριος ἀφ' ὑμῶν. ἵνα εὕρητε ἐν ἡμέρᾳ κρίσεως τὰς τούτων ἐπιβολάς. ἀγάπης τέκνα καὶ εἰρήνης γνωστικῶς προσαγορεύων.* Ubi poſtrema illa, ex *Barnabæ* noſtri contextu, ita ſunt reſtituenda; *ἵνα σωθῆτε ἐν ἡμέρᾳ κρίσεως. Τούτων ἐπιβολὰς* (vel *ἐπιβολαῖς*, ut emendat *Sylburgius*,) *ἀγάπης τέκνα καὶ εἰρήνης γνωστικῶς προσαγορεύων*, idem ſc. *Barnabas*; ſub ipſius epiſtolæ clauſulam, paulo poſt, eos ad quos ſcribit, ita ſalutans: *σώζεσθε, ἀγάπης τέκνα καὶ εἰρήνης.* Ut tum ex principio, tum ex fine manifeſte deprehenſum appareat, poſterius membrum hoc (utcunque à Latino interprete ſilentio prætermiſſum,) ejuſdem corporis partem eſſe, cujus & primum.

Ad totius vero Epiſtolæ *auctorem* & *auctoritatem* quod attinet: idem ille *Clemens* (ut de diſcipulo ipſius *Origene* nihil dicam,) & auctoris *Barnabæ*, & auctoritatis *Apoſtolicæ*, eam fuiſſe credidit. In libro enim illo 2. Stromatum, alia poſtea teſtimonia ex ea producens, hac utitur præfatione: *Ὅπως δ' ἡμᾶς τοῦ διαβόλου τὰς ἐνεργείας καὶ τὰ πνεύματα τὰ ἀκάθαρτα εἰς τὴν τοῦ ἁμαρτωλοῦ ψυχὴν ἐπιπέμπειν φαμὲν, οὐ μοι δεῖ πλειόνων λόγων παρατιθεμένῳ μάρτυρα τὸν Ἀποστολικὸν Βαρνά-*

βαν

ϐαν (ὁ ἢ τ̃ ἑϐδομήκοντα εἷς, ἢ συνεργὸς τοῦ Παύλου,) κατὰ λέξιν ὧδέ πως λέγοντα. *Quomodo autem nos Diaboli operationes, & ſpiritus immundos in peccatoris animam ſeminare dicamus, non mihi pluribus verbis opus eſt, ſi adduxero teſtem Barnabam Apoſtolicum (erat autem is ex Septuagintа, & Pauli adjutor,) his verbis ſic dicentem.* Ex in 5. Βαρνάϐας, ὁ ἢ αὐτὸς συγκηρύξας τῷ Ἀποστόλῳ κατὰ τ̃ διακονίαν τ̃ ἐθνῶν τ̃ λέγει. *Barnabas, qui ipſe quoque in Gentium miniſterio prædicavit verbum una cum Apoſtolo Paulo.* Neque *Apoſtolici* ſolum, ſed etiam *Apoſtoli Barnabæ* nomine, in 2. Stromatum libro, eandem epiſtolam laudat: ejuſdemque, non minus quam reliquarum Scripturarum Canonicarum, in libris Hypotypoſeon contractas explicationes exhibuit.

Idem etiam affirmat, in libro 7. Hypotypoſeon. (apud Euſeb. lib 2. hiſt. eccl. c. 1.)

Ἐπιτετμημένας πεποίηται διηγήσεις. Euſeb. lib. 6. hiſt. eccl. c. 14.

Barnabas Cyprius, qui & Joſeph Levites, cum Paulo gentium Apoſtolus ordinatus, unam ad ædificationem Eccleſiæ pertinentem epiſtolam compoſuit, quæ inter apocryphas Scripturas legitur: ait, in Eccleſiaſticorum Scriptorum Catalogo, B. *Hieronymus*, & libro 13. Commentariorum in Ezechiel. cap. 43. *Vitulum*, inquit, *qui pro nobis immolatus eſt, & multa Scripturarum loca, & præcipue Barnabæ epiſtola, quæ habetur inter Scripturas apocryphas, nominat.* Utrum vero ex propria mente ab *Apoſtolo ad ædificationem Eccleſiæ compoſitam* hanc fuiſſe epiſtolam ille dixerit, ex aliorum autem ſenſu in *apocryphorum* claſſem conjecerit, exquirant alii: in eam certe ſententiam propendiſſe illum aliquando, ex *Nominum Hebraicorum* libello colligi poſſe videatur; in quo, cum reliquis Novi Teſtamenti Scripturis, etiam *Barnabæ* iſtam epiſtolam conjunctam ab eo fuiſſe cernimus.

In illa *Nicephori* Conſtantinopolitani Patriarchæ στιχομετρίᾳ, (quam Latinis *Anaſtaſium* Romanæ Eccleſiæ Bibliothecarium tradidiſſe diximus,) à Novi Teſtamenti *apocryphis* quidem ſcriptis ſeparatur, ſed inter ea *quibus contradicitur* (ut & *Apocalypſis Joannis*,) recenſetur. In altero vero Indiculo, quem *Anaſtaſii Niceni* in S. Scripturam Quæſtionibus ſubjectam vidimus, una cum *apocryphis* ſimpliciter adnumeratur: & ipſius *Hieronymi* in Prologo Galeato ſuffragio accedente, & univerſalis Eccleſiæ ſimul judicio, quæ *Barnabæ* ſcriptum nullum in ſacrum Canonem unquam admiſiſſe comperta eſt. *Montani* enim ſpiritu afflatus fuit *Tertullianus*, qnum epiſtolæ ad Hebræos *Barnabæ* affixit titulum: & altera hæc, ἡ φερομένη Βαρνάϐα ἐπιστολή, ab *Euſebio* non ſolum inter ſcripturas *quibus contradicitur*, ſed etiam inter *nothas* collocatur. Ut hic etiam locum habeat, quod de aliis ejuſdem generis ab *Auguſtino* eſt dictum. *Hæc ſcripta caſtitas Canonis non recepit: non quod eorum hominum, qui Deo placuerunt, reprobetur auctoritas; ſed quod iſta non credantur ipſorum eſſe.*

Tertullian. de Pudicitia, cap. 20. & ex eo, Hieronym. Catalog ſcript. Eccleſiaſt. in Paulo.

Euſeb. lib. 6. hiſtor. Eccleſiaſt. cap. 14.

Id. ibid. l. 3. cap. 25.

Auguſtin. de Civitat. Dei, lib. 18. c. 38.

Quanquam non longe poſt ipſius *Barnabæ* tempora exaratam fuiſſe hanc Epiſtolam, tot illa à *Clemente Alexandrino* (qui proximo poſt Apoſtolos ſeculo claruit,) eſt ea, in *Stromatum* libris, laudata teſtimonia, fidem faciunt. Quibus & illa ejuſdem in *Pædagogo*, lib. 2. cap. 10. adjungere liceat. Καὶ τ̃ μὲν λαγὼν κατ᾽ ἔτος πλεονεκτεῖν φασι τ̃ ἀφόδευσιν, ἔχειν τοσαύτας ὅσα ἂν βιῷ ἔτη τρυπάς. Quæ ex iſtis Epiſtolæ hujus mutuatum eum fuiſſe, monuit me D. *Petrus Turnerus*, Savilianus in Academia Oxonienſi Matheſeos Profeſſor, eruditiſſimus. ὅτι ὁ λαγὼς κατ᾽ ἐνιαυτὸν πλεονεκτεῖ τ̃ ἀφόδευσιν· ὅσα γὰρ ἔτη ζῇ, τοσαύτας ἔχει τρυπάς. Sed & aliquam hic præferunt vetuſtatis ſpeciem, ipſarum apocrypharum Scripturarum, quarum jamdiu in Eccleſia obſolevit memoria, citationes non paucæ: inter quas & illam fortaſſe quis annumeraverit, *Regna in terris decem regnabunt: & reſurget retro puſillus, qui deponet tres in unum*; licet ea *Danielis* capitulo VII. uti olim in LXX. Interpretum editione legebatur, deſumtam fuiſſe ego quidem exiſtimaverim: quum *Theodotionis* interpretatio (quam in *Daniele*, altera illa poſthabita, Eccleſiam poſtea recepiſſe confirmat *Hieronymus*,) hanc nobis hodie lectionem exhibeat. Δέκα βασιλεῖς ἀναστήσονται, ἢ ἐπίσω.....

Hieron. Præfat. in Daniel.

R*Eliqua deſiderantur: quid autem eruditiſſimus, Hiberniæ juxta & melioris litteraturæ Primas, de epiſtola hujus auctore ſenſerit, quamquam non ex dictis liquido appareat; indicia tamen ſunt ſatis clara quæ fidem faciant, propendiſſe eum in hanc ſententiam ut crederet, opus hoc ſcriptori ignoto deberi. Eſto ergo huic operi aliena manu S. Barnabæ nomen appoſitum: aut, ſi libeat, Epiſtolam hanc conſolatoriam, (quæ ſæpius dicitur ideo ſcripta, ut lectores* lætos faceret,) *ex argumenti deſignatione, ab auctore ipſo,* Barnabas, *ſive* conſolator, *appellatam; eo fere modo quo liber Solomonis* Coheleth *ſive* Eccleſiaſtes, *dicitur; aut Hermæ opus* Paſtor *inſcribitur. Quicquid ſit, neceſſe eſt ut fateamur optima fide Scriptorem hunc uſum fuiſſe; non alienos, imo non aliquos, captaviſſe titulos; hoc vero ſolum ſibi arrogaſſe, ut ceu è fidelium grege minimus aliquis, unus ex illis, frater fratribus ſalutaria monita proponeret, per omnia orthodoxus & Apoſtolorum, præſertim S. Pauli, veſtigiis inſiſtens: ut ſi non laborum & itinerum, ſaltem dogmatum participem ubique agnoſcamus. Interea animadvertendum, Hiſtoriam Jobi, Ruth, Heſtheris, & Paralipomenon, aliaſque ex libris in Hebraicum Canonem receptis; quod pariter obtinet in epiſtola ad Hebræos, auctorum nomina minime præferre, & tamen de illorum fide, nulla eſt controverſia. Interim diſpiciendum videtur, an nos hac tempeſtate rectius de epiſtola hujus auctore poſſimus judicare, quam qui proximo vixerint ſeculo, Clemens Alexandrinus, atque Origenes, qui S. Barnabæ adſcripſere. Porro adnotandum, ſcripto alicui non ideo ſtatim fidem omnem abrogari ſi de ejus Auctore aliquando fuerit dubitatum, aut ſi ipſum per aliquod tempus delituerit. Nerunt eruditi hoc ipſa ſcriptis quibuſdam in Canonem nunc & olim receptis accidiſſe; & quæ de S. Barnabæ epiſtola refert Euſebius, eadem eum non modo de S. Joannis Apocalypſi & S. Judæ & catholicis omnibus Epiſtolis, ſed etiam de illa ad Hebræos, quæ nunc S. Paulo adſcribitur, licet olim S. Barnabæ imputaretur, retuliſſe.*

Conſtat Epiſtolam hanc, quæ fere tota eſt in Synagogæ ritibus, & S. Scripturarum myſticis ſenſibus evolvendis, ad rudis vulgi captum minus eſſe accommodatam, & proinde veriſimile eſt a lectione ejus publica Eccleſiam poſt tempus aliquod abſtinuiſſe: quod & hodie factum de nonnullis reconditioris argumenti periochis quæ in ſacro Canone continentur. Hoc vero fidenter dixerim, Epiſtolam hanc quo penitius intelligatur, eo acceptiorem futuram, & ad S. litterarum, nec non antiquiſſimorum Patrum cognitionem plurimum facturam. Quamquam enim perpetuus Veteris Inſtrumenti ad Meſſiam reſpectus nobis quaſi per tranſennam ex Chaldæi Paraphraſtis ſtructuris; ſcriptorum Talmudicorum, Rabbinorumque maligni interpretamentis compareat: olim tamen quando in omni Synagoga hebdomadatim non lecta tantum, ſed & enarrata erant ſcriptura; Midraſchiſtæ myſticus, ſive evangelicus Veteris Inſtrumenti ſenſus, non minus omnibus innotuit quam

ipſe ſacer textus: & proinde non minus idonea ſuppeditabat argumenta ad convincendos Judæos, quam ea quæ ex diſertiſſimis S. litterarum vocibus fuiſſent deducta. Hinc factum eſt, quod Dominus noſter & ejus Apoſtoli, fere paſſim adverſus Judæos exinde argumenta deprompſerint; & ſi forte aliqua apud Auctorem noſtrum occurrant quæ longius petita videntur, illa ipſa aut eorum ſaltem veſtigia in Epiſtolis Paulinis quis poterit reperire.

Sed nolumus pertinaci nimis patrocinio S. Barnabæ, aut quicunque Epiſtolæ hujus auctor is demum fuerit, invidiam facere; ne iniquum petendo eo quod æquum eſt excidamus. Modica ſunt quæ in ejus gratiam poſcimus, nec (ut puto,) facile recuſanda: ut numerum ſi non ipſi, ſaltem annis ejus honos habeatur: ſi non Apoſtolum agnoſcamus; eum tamen ceu Patrem vereamur: & demum, ſi non in Canonem illum recipiendum ducamus, ſaltem in Claſſicis Scriptoribus, pro dignitate quam olim obtinuit apud Eccleſiæ Scriptores antiquiſſimos, numeremus.



ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ

ΒΑΡΝΑΒΑ ΤΟΥ ΑΠΟΣΤΟΛΟΥ

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΚΑΘΟΛΙΚΗ.

SANCTI BARNABÆ APOSTOLI EPISTOLA CATHOLICA.

Deſunt quatuor prima Capita, cum quinti dimidio. Antiquam verſionem vide infrà.

. . . .

[a] l. καινὸν, [b] f. κρινεῖ. [c] al. πέρας γέ τοι.

[1] τὸν λαὸν [a] καινὸν ἑτοιμάζων, ἐπιδείξῃ, ἐπὶ τῆς γῆς ὢν, ὅτι ἀνάστασιν αὐτὸς ποιήσας [b] κρινεῖ. [c] [2] πέρας γέ τοι διδάσκων τὸν Ἰσραὴλ, καὶ τηλικαῦτα τέρατα καὶ σημεῖα ποιῶν, ἐκήρυξε, [3] καὶ ὑπερηγάπησεν αὐτόν. [4] ὅτε δὲ τοὺς ἰδίους Ἀποστόλους, [5] τοὺς μέλλοντας κηρύσσειν τὸ εὐαγγέλιον αὐτοῦ, ἐξελέξα-

V. populum novum parans; dum in terris degit, oſtenderet, quòd factâ reſurrectione, eſſet judicaturus. Et ad extremum, docens Iſraelem, atque tam magna prodigia & ſigna faciens, prædicavit, ac illum ſummè dilexit. Quando autem Apoſtolos ſuos, qui prædicaturi erant illius Evangelium *Apoſtoli*

1. *Ipſe ſibi populum parans*, &c.] Hic incipiunt quæ ex textu Græco ad nos pervenere. Hic autem locus corruptus eſt, & ſic ex textu Græco in margine caſtigato, reſtituendus. *Et per nos ipſe ſibi populum novum parans, indicabat in terra exiſtens, quod factâ reſurrectione judicaret, & ad ſummam*, id eſt, tandem, *docens populum Judæorum: & tanta monſtra, & ſigna faciens prædicavit & ſuperdilexit illum.* Dixi, *ad ſummam*, quia ubique ita vocabula πέρας γέ τοι, reddit interpres: etſi in codice manuſcripto corruptè legatur. *Ad ſummam.* In textu Græco particula, ὅτι, redundat. MENARDUS.

Τὸν λαὸν τὸν καινὸν ἑτοιμάζων] Hactenus omnia in Græco deſunt. Quod ideo factum eſt, quoniam in autographo illo, unde exemplaria, quæ extant, profluxere, unum & alterum forſan folium defuit. Ita ut hoc modo principium hujus, & finis epiſtolæ Polycarpi ad Philippenſes, perierint, quæ ſemper in veteribus libris conjunguntur. Male autem in editione Pariſienſi verba quædam hic præfigebantur, quæ ad ſuperiora, id eſt ad epiſtolam Polycarpi, quæ in MSS præcedit, pertinebant. VOSSIUS.

2. Tranſitionis formula apud Barnabam paſſim recepta. OXON.

3. Καὶ ὑπερηγάπησεν αὐτόν] Olim ſcriptum fuit, καὶ ὑπερ ἠγάπησαν αὐτόν. Poſtea legit interpres; ὅτε δὲ τοὺς ἰδίους ἀποστόλους, &c. VOSS.

4. *Non crediderunt, nec dilexerunt illum*] Hæc non ſunt in textu Græco. Lege tamen, *ſed non crediderunt*, &c. MENARDUS.

5. *Qui incipiebant prædicare*] In Græco textu legitur, τοὺς μέλλοντας κηρύσσειν, id eſt, qui debebant prædicare. Et non ſemel in hac epiſtola, ſic loquitur interpres. Ita Jacob. 2. *Per legem libertatis incipientes judicari.* In textu Græco, μέλλοντες. MEN.

Ib. Orig. cont. Celſ. l. 1. Hieron adv. Pelag. ubi Ignatio imputatur ſententia hæc. Intellexiſſe videtur Matthæum publicanum, Judam proditorem, & fortaſſe Petrum abnegantem Dominum, necnon Paulum perſecutorem. OXON. Vide Origenem Geneſeos initio f. 3. d. Hanc autem cenſuram Ignatio viro Apoſtolico ac Martyri, contra luculentum teſtimonium Adamantii & hujus Epiſtolæ fidem, vel error tribuit librarius libro 3. Hieronymi adv. Pelag. p. 390. vel beatum illum Presbyterum ante ſenium ſua fefellit memoria; aut potius decepit ipſum volumen ſcriptorum Apoſtolicorum, ubi Ignatiana ſolent præcedere, ſequi illa Barnabæ ac Clementis. Unde non diſſimilem errorem pridem erraverat ὁ ἐγκωμιαστὴς p. 646 adſcriptis Barnabæ, quæ fuerant verba cognominis ſui priore ad Corinthios p. 102. editionis Theatralis. Graviter vero ibidem dixit S. Hieronymus, *Teſtimoniis*, Evangelii viz. Nazareni & Epiſtolarum Ignatii, veteris Barnabæ, *ſi non niteris ad auc-*
tho-

Citatur ab Orig. 1. in Celſum, ſub finem; Editionis Hœſch. p. 50. Hieron. 3. in Pelagianos 1. *Matth.* 9. 13. *Chriſti incarnatio.*

lum, elegit, homines omni peccato iniquiores, ut oſtenderet, quòd non venit *vocare juſtos, ſed peccatores ad pœnitentiam*: tunc palàm fecit ſe eſſe filium Dei. Niſi enim veniſſet in carne, quo modo ſervati fuiſſemus nos homines, videntes eum? quandoquidem ii qui ſolem hunc, aliquando defiturum, opus manuum ejus, aſpiciunt, non valent radios illius obtueri. Filius itaque Dei ideo in carne venit, ut ſummam imponeret peccatis eorum, qui ad mortem perſecuti ſunt Prophetas illius. Igitur ob hoc paſſus eſt. Dicit enim Deus, plagam carnis illius ab ipſis

ων, ὄντας [6] ὑπὲρ πᾶσαν * ἁμαρτίαν ἀνομωτέρους, ἵνα δείξῃ, [7] ὅτι οὐκ ἦλθε καλέσαι δικαίους, ἀλλὰ ἁμαρτωλοὺς εἰς μετάνοιαν, τότε ἐφανέρωσεν ἑαυτὸν υἱὸν Θεοῦ εἶναι. Εἰ γὰρ μὴ ἦλθεν ἐν σαρκὶ, πῶς ἂν ἐσώθημεν ἄνθρωποι, βλέποντες αὐτόν; [8] ὅτι τὸν μέλλοντα μὴ εἶναι ἥλιον, ἔργον χειρῶν αὐτοῦ ὑπάρχοντα, [9] βλέποντες, οὐκ ἰσχύουσιν εἰς ἀκτῖνας αὐτοῦ ἀντοφθαλμῆσαι. [10] Οὐκοῦν ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ εἰς τοῦτο ἦλθεν ἐν σαρκὶ, ἵνα τὸ τέλειον τῶν ἁμαρτιῶν κεφαλαιώσῃ τοῖς διώξασιν ἐν θανάτῳ τοὺς προφήτας αὐτοῦ. Οὐκοῦν εἰς τοῦτο ὑπέμεινε. λέγει γὰρ [11] ὁ Θεὸς τὴν * [12] πληγὴν τῆς σαρκὸς αὐτοῦ, ὅτι ἐξ αὐ-

* Orig. ἀνομωτ.

* L. πληγήν.

ſtoritatem, utere ſaltem ad antiquitatem, quod omnes Eccleſiaſtici viri ſenſerint. BERNARDUS.

Τὴν μέλλοντας κηρύσσειν] Vetus Interpres, *Qui incipiebant prædicare.* Notat Menardus, ſæpe in hac Epiſtola ita converti, atque in vulgata Bibliorum Editione Jacobi 2: 12. Addere poterat, ſi voluiſſet, plurima alia Latini Interpretis loca, ex quibus colligi datur, inveniſſe eum Interpretem in contextu Græco 2. Epiſtolæ Petri, cap. 1. verſ. 12. διὸ μέλλω ὑμᾶς ἀεὶ ὑπομιμνήσκειν περὶ τούτων non ut nunc, διὸ οὐκ ἀμελήσω. Vertit enim, *Propter quod incipiam vos ſemper commonere de his.* idque confirmatur per MS. in quo διὸ μελλήσω ſcriptum habetur. Sed & eadem verbi μέλλειν expoſitio exſtat apud antiquos Interpretes Hermæ & Ignatii, necnon Euſebii Cæſarienſis in Opuſculis à Jacobo Sirmondo editis. Sic etiam loqui ſolet Calaritanus Lucifer. Apud Pſeudo-Ignatium Epiſt. ad Philippenſes cap. 4. μέλλοντός σου γίνεσθαι Latinum ſit, *Cum autem properares in ferres.* Refert autem ſanctus Auguſtinus Epiſt. 108. aliquos codices habuiſſe Act. 1: 5. *incipietis baptizari.* pro *baptizamini.* COTELERIUS.

6. *Super omne peccatum peccatores*] Hunc locum profert Origenes lib. 1. contra Celſum ſub finem. *Extat ſane in Barnaba Catholica epiſtola ſcriptum. Inde fortaſſe Celſus occaſionem arripuit, ut Apoſtolos infames, & nequiſſimos diceret. Jeſum ad Apoſtolicam functionem elegiſſe homines omni iniquitate nequiſſimos.* Et Gregorius Nazianzenus in Philocalia ex ſententiis Origenis cap. 18. *Scribitur in epiſtola Barnabæ Catholica, quod fortaſſe Celſus arripuit, dicitque Apoſtolos eſſe infames & nequiſſimos, Jeſum ſuos elegiſſe Apoſtolos omni injuſtitia injuſtiores. Et in Evangelio ſecundum Lucam ad Jeſum ipſe Petrus: Exi à me, quia homo peccator ſum, Domine. Quinetiam Paulus ad Timotheum, cum ipſe poſtea Apoſtolus Jeſu effectus: Fidelis ſermo, quia Jeſus Chriſtus venit in mundum ſalvos facere peccatores, quorum primus ego ſum.* Idem dici poteſt de Matthæo, & Juda Iſcariote. De aliis idem poteſt eſſe judicium, cum de eorum vita ante vocationem nihil in Scripturis, quod huic Barnabæ ſententiæ adverſetur, repertum ſit. Nolim tamen hyperbolicam videri, quod non ſemel contingit in ſacra Scriptura. Ab hac doctrina non multum recedit, Beatus Laurentius Juſtinianus, in ſermone de ſolemnitate Apoſtolorum Petri & Pauli: *Dum enim ad prædicationem Evangelii peccatores vocantur, & rudes, cœleſtis in illis commendatur gratia, fidei celſitudo, Evangelii veritas, divinaque virtutis auctoritas.* Et infrà: *Optime laudem ſuam perfecit Deus, ut diabolum debellaret, & ſeculum, quando ſimplices & perverſos erudivit inſpirata, atque præcipuos regni cœleſtis voluit eſſe præcones.* Nec nos moratur Jobius, qui lib. 9. ſcribit: τοὺς κορυφαίους κηρυκαλέσῃ; τὰς ἀρίστας λογάδας εἵλετο; id eſt, *diſcipuloſne legiſſe oportuit? optimos atque delegit.* Photius in Bibliotheca n. 222. Nam id apertiſſimè repugnat ſacræ Scripturæ, in qua videmus Zachæum & Matthæum publicanos fuiſſe diſcipulos Domini, & ipſum Matthæum fuiſſe Apoſtolum. Idque admirabili Dei conſilio factum eſt. Nam ſi in populoſa civitate omnes cives mali eſſent, alii plus minuſve, diceretque rex ſe omnibus velle parcere, id nunquam crederent, donec viderent omnium peſſimis eſſe condonatas injurias. Sic Chriſtus omnibus peccatoribus veniam pollicitus nequiſſimis omnium peccata dimiſit, eoſque in Apoſtolicæ dignitatis faſtigio collocavit, ut nemo poſthac de peccatorum ſuorum remiſſione dubitaret, ſi pœnitentiam agere vellet. Hæc S. Chryſoſtomus in 1 ad Timotheum cap. 1. quæ etſi de ſolo Paulo dicat, tamen cæteris Apoſtolis applicavimus, cum aptè juxta Barnabæ doctrinam illis conveniant. Hoc autem de tanta Apoſtolorum perverſitate effatum, Sanctus Hieronymus lib. 3. adverſus Pelagianos attribuit ſancto Ignatio Martyri. *Ignatius vir Apoſtolicus & Martyr ſcribit audacter. Elegit Dominus Apoſtolos, qui ſuper homines peccatores erant.* Sed cùm in toto Ignatio nihil hujuſmodi repertum ſit, puto eſſe lapſum memoriæ, & quod Barnabæ adſcribendum erat, Ignatio fuiſſe tributum. MEN.

Ὄντας ὑπὲρ πᾶσαν ἁμαρτίαν ἀνομωτέρους] Admodum hyperbolicè dictum videtur de Apoſtolis, quod quando vocavit eos Chriſtus, eſſent iniquiſſimi hominum, ac ſuper omne peccatum peccatores. Fateor quidem in illis, etiam poſt vocationem, ante adventum Spiritus S. reperta peccata, invidiam, iram, ambitionem, modicam fidem, incredulitatem, avaritiam, furtum, abnegationem, deſertionem ac proditionem Domini. Verum hæc prout narrantur in Scripturis ſacris, eos homines caſtiſſe oſtendunt, ac interdum malos, bipedum nequiſſimos principio fuiſſe nequaquam demonſtrant. Concedo etiam, de Juda Iſcariote credi id poſſe, quod generaliter hoc loco Apoſtolis tribuitur. Quocirca ingenioſè ac piè verba Barnabæ eò tranſtulit Origenes in verſ. 19. &c. cap. 14. Epiſtolæ ad Romanos, his verbis; *Nemo eſt peſſimorum, etiam ſi ipſe Judas ponitur, qui ſuper impietatem impius fuit, ut non aliquid etiam ipſe boni habuiſſe videatur.* Quamquam nihil cogit illud aſſerere; cùm potuerit Judas ex non valde flagitioſo, poſtea ſceleratiſſimus evadere. Non diffiteor quoque Matthæum publicani munus exercuiſſe, atque hinc ex Clemente Alexandrino Strom. 4. Edit. Pariſ. p. 488. Matthiam, & ex Chryſoſtomo ad initium cap. 10. Matthæi, ac Theodoreto in Pſalm 67. Jacobum Alphæi, in publicanos autem vehementer invehi cùm Scriptores, tum Patres. Attamen quis inficias ierit, non omnes publicanos omnibus vitiis fuiſſe coopertos? Denique conſtat Paulum ſemetipſum vocare blaſphemum, perſecutorem, contumelioſum, ac primum peccatorum. Sed non ideo malitiâ cunctos homines ſuperavit; qui quæ commiſit, ignorans fecit in incredulitate, per zelum; qui in juſtitia Legali inculpatus extitit, quique humilitate potiùs quàm peccatis primas tenuit. Unde relicto Barnaba cum ſuo aſſecla Origene lib. 1. contra Celſum, malim accedere Conſtantino Imperatori in Oratione ad Sanctorum cœtum cap. 11. & 15. ac Jobio lib. 9. cap. 38. apud Photium Bibliothecæ codice 222. atque Apoſtolos etiam antequam Chriſtum ſequerentur, indigitare viros reliquis ſapientiores pariter ac meliores. Nam ſi demas Judam proditorem, ac fortè Matthæum publicanum, in cæteris felicior benigniorque indoles ubique elucet, ac ſe prodit in Evangeliis. Cæterum locus quem manibus verſamus, à beato Hieronymo lib. 3. adverſus Pelagianos cap. 1. S. Ignatio datur, lapſu memoriæ, apud eos quoque non inſolito qui optimam habent, qualis dubio procul fuit Hieronymus. COT.

7. *Quia non venit vocare juſtos, ſed peccatores.*] Ex Matth. 6. Marc. 2. Luc. 5. cui ſimile eſt illud Luc. 19. *Venit enim filius hominis quærere, & ſalvum facere quod perierat.* Et 1. ad Timoth. c. 1. *Fidelis ſermo, & omni acceptione dignus, quia Chriſtus Jeſus venit peccatores ſalvos facere, quorum primus ego ſum.* Poſt *ad peccatores*, adde, *ad pœnitentiam*, ut in textu Græco. MEN.

8. *Cum reſpicientes in Solem.*] In textu Græco additur, *qui aliquando deſinere debet.* Rationem reddit, cur Deus in carne venit: quia homines non potuiſſent divinitatis illius majeſtatem intueri, qui non poſſunt fixis oculis in ſolem obtueri. Hanc eamdem rationem profert Orig. lib. 4. contra Celſum. *Id autem quod ad homines deſcendit, erat in forma Dei, & propter amorem humani generis ſeipſum exinanivit, ut poſſet concipi ab hominibus, abſque tamen mutatione boni in malum.* Et paulo poſt. *Quod ſi corpus mortale animamque humanam ab immortali Dei Verbo aſſumptam, Celſus vocat mutationem & alterationem, diſcat Verbum manere Verbum ſua ſubſtantia, nec pati eorum quicquam quæ corpus patitur: ſed deſcendere tamen interdum non valentibus claritatem & ſplendorem Deitatis obtueri, & velut carnem Logos corporaliter, tantiſper dum audiens paulatim per Verbum factus ſublimior, poſſet etiam illam principalem, ut ita nominem, formam ejus contemplari.* MEN.

9. *Soli qui ſerpentem æneum aſpexerunt ſalvabantur:* Porro dicunt veteres, Deum tantum in filii perſona videri poſſe. OXON.

10. *Filius ergo Dei in carne venit, &c*] Profert alteram cauſam adventus Chriſti, ut colligeretur, & ſubduceretur veluti ſumma peccatorum Judæorum, hoc eſt, ut conſummarentur peccata eorum, addita Chriſti morte, ſummumque impœnitentia ad necem, tot Prophetarum & juſtorum, quos antea occiderunt: & ſic juſtas penderent pœnas. MEN.

11. *Dicit autem Eſaias*] Præpone hæc verba: *Propterea igitur paſſus eſt.* Ut in textu Græco. MEN.

12. *Plaga corporis illius, &c*] Eſ. 53. in verſione communi, *livore ejus*, &c. ſed textus Græcus ſic habet: λέγει γὰρ ὁ Θεὸς τὴν πληγὴν τῆς σαρκὸς αὐτοῦ· ὅτι ἐξ αὐτῶν, ſed valde corruptus eſt, & ita caſtigandus: λέγει γὰρ ὁ Θεός· τῇ πληγῇ τῆς σαρκὸς αὐτοῦ ἡμεῖς ἰάθημεν id eſt, dicit enim Deus, per Prophetam, plagâ carnis illius ſanati ſumus. Et profert autem ſenſus, non verba. MEN.

Λέγει γὰρ ὁ Θεὸς τὴν πληγὴν τῆς σαρκὸς αὐτοῦ, ὅτι ἐξ αὐτῶν] Ita lego.

αὐτῷ, ὅταν [13] πατάξω τὸν ποιμένα, τότε σκορπισθήσεται τὰ πρόβατα τῆς ποίμνης. αὐτὸς ἠθέλησεν οὕτω παθεῖν. ἔδει γὰρ ἵνα ἐπὶ ξύλου πάθῃ. λέγει γὰρ ὁ προφητεύων ἐπ' αὐτῷ· [14] φεῖσαί μου τῆς ψυχῆς ἀπὸ ῥομφαίας. [15] καθήλωσόν μου τὰς σάρκας. [16] ὅτι πονηρευομένων συναγωγαὶ ἐπανέστησάν μοι. καὶ πάλιν λέγει· [17] ἰδοὺ τέθεικά μου τὸν νῶτον εἰς μάστιγας, καὶ τὰς σιαγόνας εἰς * ῥαπίσματα· τὸ δὲ πρόσωπόν μου ἔθηκα ὡς στερεὰν πέτραν.

* al. ῥαπισμούς.

Ὅτε οὖν ἐποίησεν ἐντολὴν, τί λέγει; [18] τίς ὁ κρινόμενός μοι; ἀντιστήτω μοι. ἢ [19] τίς ὁ δικαζόμενός μοι; ἐγγισάτω [20] τῷ παιδὶ κυρίου. οὐαὶ ὑμῖν ὅτι πάντες ὑμεῖς παλαιωθήσεσθε ὡς ἱμάτιον, καὶ σὴς καταφάγεται ὑμᾶς. καὶ πάλιν λέγει ὁ προφήτης, ἐπεὶ [21] ὡς λίθος ἰσχυρὸς ἐτέθη εἰς συντριβήν. [22] ἰδοὺ ἐμβαλῶ εἰς τὰ θεμέλια Σιὼν λίθον πολυτελῆ, ἐκλεκτὸν, ἀκρογωνιαῖον, ἔντιμον. εἶτα τί λέγει; [23] καὶ ὃς ἐλπίσει ἐπ' αὐτὸν, ζήσεται εἰς τὸν αἰῶνα. ἐπὶ λίθον οὖν ἡμῶν ἡ ἐλπίς; μὴ γένοιτο· ἀλλ' ἐπεὶ ἐν ἰσχύϊ ἔθηκε τὴν σάρκα αὐτοῦ ὁ κύριος, λέγει γάρ. καὶ * ἔθηκέ με ὡς στερεὰν πέτραν· [24] λέγει δὲ πάλιν ὁ προφήτης· λίθον ὃν ἀπεδοκίμασαν οἱ οἰκοδομοῦντες, οὗτος ἐγενήθη εἰς κεφαλὴν γωνίας. καὶ πάλιν λέγει· [25] αὕτη ἐστὶν ἡ ἡμέρα ἡ μεγάλη, καὶ θαυμα-

* l. ἔθηκε.

eſſe. *Cùm percuſſiam paſtorem, tunc diſpergentur* Iſa. 53.8.
oves gregis. Ipſe ſic pati voluit. Oportebat Zach. 13. 6.
quippe ut in ligno pateretur. Quia qui de illo
prophetavit, dicit; *Parce animæ meæ a framea.* Pſ. 21. 21.
Clavis confige carnes meas. Quia concilia ma- Pſ. 118. 120.
lignantium inſurrexerunt in me. Et rurſus ait; *Ecce* Pſ. 21. 17.
poſui dorſum meum ad flagella, & genas ad ala- Iſ. 50. 6. 7.
pas: faciem autem meam poſui ſicut ſolidam petram.

VI. Cùm autem fecit quod præceptum ei fuerat, quid ait? *Quis eſt qui judicetur mecum? reſi-* Iſ. 50. 8. 9.
ſtat mihi: vel quis eſt qui judicium ineat adverſùm me? appropinquet puero Domini. Væ vobis: quia omnes vos veteraſcetis quaſi veſtimentum; & tinea devorabit vos. Et iterum dicit Propheta; *Quoniam* Iſ. 8: 14.
ſicut lapis fortis poſitus eſt in contritionem. Ecce im- Iſ. 28. 16.
mitto in fundamenta Sionis, lapidem pretioſum, electum, angularem, honorabilem. Deinde quid loquitur? *Et qui ſperaverit in illum, vivet in æternum.* In lapidem ergo ſpes noſtra? Abſit: ſed quia Dominus in fortitudine poſuit corpus ſuum: ait namque; *Et poſuit me ſicut ſolidam petram:* Ad- Iſ. 50. 7.
huc autem dicit Propheta; *Lapidem quem reproba-* Pſ. 117. 22.
verunt ædificantes, hic factus eſt in caput anguli. 23.

Et

---

lego. Non reſpicit ad verſum 5. cap. 53. Iſaiæ, ut credidit vetus Interpres; ſed vel ad verſ. 8. ejus capitis, vel ad Zachariæ 13:6. COT.

13. *Feriam paſtorem*, &c.] Zach. 13. ubi ſic habetur: πάταξον τὸν ποιμένα, καὶ διασκορπισθήσονται τὰ πρόβατα· id eſt, percute paſtorem, & diſpergantur, juxta Septuaginta, & Hebraicum textum, ubi tamen in futuro habetur, *& diſpergentur*. Sed Barnabas ſecutus eſt Matthæum cap. 26. & Marcum cap. 14. πατάξω τὸν ποιμένα, καὶ διασκορπισθήσονται τὰ πρόβατα· id eſt, percutiam paſtorem, &c. excepto quod addit particulas, ὅταν, & τότε, & τῆς ποίμνης, explicationis gratia. MEN.

14. *Parce animæ meæ à gladio*] Pſal. 21. Ita in textu Græco, ſed apud Septuaginta, & in textu Hebraico: *Erue a framea animam meam.* Sed idem eſt ſenſus. MEN.

15. *Et confige clavis carnes meas.*] Pſ. 118. ſed lege, ut apud ſanctum Cyprianum lib. 2. de teſtimoniis, *Confige clavos de metu tuo carnes meas.* Et in textu Græco Barnabæ lege: καθήλωσον ἐκ τοῦ φόβου σου. In communi verſione confige timore tuo carnes meas. Et ſenſus erit hujus verſiculi, quo orat Chriſtus, ut cruci configatur ex timore Dei, qui quidem timor eſt ille, quo Chriſtus timet judicia Dei in peccatores, niſi pro iis ſanguinem ſuum fundat in cruce. Porro particula, &, quæ huic verſiculo præfigitur, virgula diſtinguenda eſt, ut per hanc particulam, quæ eo loci non habetur, denotetur alia citatio. MEN.

16. *Quia nequiſſimorum conventus inſurrexerunt in me.*] ex Pſ. 21 particula, *quia*, ſumitur ex noſtro verſiculi. Hic autem locus annectitur ſuperiori, quod non ſemel in hac epiſtola occurrit, ut & in ſacra Scriptura, & libris ſanctorum Patrum, qui citando ſacram Scripturam interdum plures locos compingere ſolent. Marci 1. *Initium Evangelii Jeſu Chriſti filii Dei, ſicut ſcriptum eſt in Eſaia Propheta: Ecce mitto Angelum meum ante faciem tuam, qui præparabit viam tuam ante te, vox clamantis in deſerto, parate viam Domini, rectas facite ſemitas ejus.* Ubi duo teſtimonia Malachiæ & Eſaiæ ſimul junguntur, nulla facta mentione Malachiæ, ſed ſolius Eſaiæ: & rectè quidem, quia cum nihil aliud juxta ſenſum dicat Malachias, quam Eſaias, nobilioris mentio facta eſt, alterius nomine ſuppreſſo, tum etiam, quia verba Eſaiæ rem magis exprimunt. Erat enim Joannes, de quo eſt hæc prophetia, vox clamantis in deſerto. Ita in epiſtola ſancti Clementis ad Corinthios citantur loci confuſi ca cap. 33. Ezechielis & Eſaiæ obſervato potius ſenſu, quam verbis: μετανοήσατε, οἶκος Ἰσραὴλ, ἀπὸ τῆς ἀνομίας ὑμῶν. εἶπον τοῖς υἱοῖς τοῦ λαοῦ μου. ἐὰν ὦσιν αἱ ἁμαρτίαι ὑμῶν ἀπὸ τῆς γῆς ἕως τοῦ οὐρανοῦ, καὶ ἐὰν ὦσι πυῤῥότεραι κόκκου καὶ μελανώτεραι σάκκου, &c. id eſt, Pœnitemini, domus Iſrael, ab iniquitate veſtra: dic filiis populi mei, ſi peccata veſtra à terra ad cœlum uſque multiplicentur, ſi cocco rubriora & cilicio nigriora fuerint, *& ad me ex toto corde veſtro converſi fueritis, & dixeritis pater, tanquam populo ſancto aurem vobis præbebo* MEN.

17. *Ecce poſui dorſum meum ad flagella*, &c.] Eſa. 50. Ita apud Tertullianum lib. 3. adverſus Marcionem, & ſanctum Cyprianum libro ſecundo de teſtimoniis adverſus Judæos juxta Septuaginta interpretes. MEN.

18. *Quis, & qui contradicit, reſiſtat mihi*, &c.] Fere juxta Septuaginta. MEN.

19. *Quis æqualis futurus eſt.*] Apud Septuaginta, καὶ τίς ὁ κρινόμενος in textu Græco Barnabæ, ἢ τίς ὁ δικαζόμενός μοι. in verſione communi habetur *adverſarius*. In textu Hebraico מי בעל משפטי id eſt, conjunx, & conſors judicii mei: quod ſane convenit cum vocabulo, *æqualis*. MEN.

20. *Puero Dei.*] Ita in textu Græco Barnabæ, qui potius ſpectavit ſenſum, quam verba, cum vulgo habeatur, *mihi*. MEN.

Væ vobis.] Ita in Græco Barnabæ. Vulgo, *ecce*. MEN.

21. *Tanquam lapis poſitus eſt in afflictionem*] Eſa. 8. potius juxta ſenſum, quam verba, quemadmodum Paulus ad Romanos: *Sic ſcriptum eſt: Ecce pono in Sion lapidem offenſionis, & petram ſcandali.* Apud Eſaiam enim ſic habetur: *In lapidem autem offenſionis, & petram ſcandali duabus domibus Iſrael*, juxta textum Hebraicum, non juxta Septuaginta interpretes, qui negationem apponunt. Tangit locum Petrus epiſt. 1. cap. 2. *Et lapis offenſionis, & petra ſcandali his qui offendunt verbo, nec credunt.* Hic igitur lapis poſitus eſt in afflictionem & contritionem, eorum videlicet, qui non credunt, juxta locum Petri citatum. Eſt etiam lapis offenſionis & petra ſcandali propter ignominiam crucis ex qua multi, increduli videlicet, ſcandalizabantur MEN.

22. *Ecce mittam in fundamenta Sion lapidem pretioſum, electum*] Eſa. 28. locus mutilus, & legendum, ut apud Sanctum Cyprianum lib. 2. de teſtimoniis: *Ecce immitto in fundamenta Sion lapidem pretioſum, electum, ſummum, angularem, honoratum:* Juxta textum Græcum Barnabæ, ubi in præſenti legitur ἐμβάλλω, id eſt, immitto, ut in epiſtola 1 Petr. cap. 2. ἰδοὺ τίθημι ἐν Σιὼν λίθον ἀκρογωνιαῖον, ἐκλεκτὸν, ἔντιμον· id eſt, Ecce pono in Sion lapidem ſummum angularem, electum, pretioſum, ſed mutato tempore: etſi apud Septuaginta futurum ſit. Porro in epiſtola Petri, in quibuſdam exemplaribus, & apud Cyprianum male hæc vocabula, *ſummum, & angularem* virgula diſtinguuntur, cum illa conjunctim ſumpta nihil, quam ἀκρογωνιαῖον dicant. Duos autem hic citat locos Barnabas, primum de lapide offenſionis, alterum de lapide pretioſo, oſtendere volens Chriſtum primo ſpernendum fore tanquam petram ſcandali, ſecundo honorandum tanquam lapidem pretioſum: quod præclare docet Tertullianus lib. 3. adverſus Marcionem: *Homo in plaga poſitus, & ſciens ferre infirmitatem, et poſitus a Patre in lapidem offenſionis, & petram ſcandali, minoratus ab eo modicum citra Angelos, vermem ſe pronuntians, & non hominem, ignominiam hominis, & nullificamen populi: quæ ignobilitatis argumenta primo adventui competunt, ſicut ſublimitatis ſecundo, cum fiet jam non lapis offenſionis, nec petra ſcandali, ſed lapis ſummus angularis poſt reprobationem aſſumptus, & ſublimatus in conſummationem templi, Eccleſiæ videlicet.* MEN.

23. *Et qui crediderit in illum, non confundetur.*] Ita ad Rom. 9. οὐ καταισχυνθήσεται. In textu Græco Eſaiæ, οὐ μὴ καταισχυνθῇ, id eſt, non confundatur. In textu Græco Barnabæ, *Qui ſperabit in eum, vivet in æternum.* MEN.

24. *Dicit iterum Propheta.*] His verbis præpone: *Dicit enim, & poſuit me ut ſolidam petram*, juxta textum Græcum. MEN.

25. *Hæc eſt dies quam fecit Dominus.*] Ita fere apud ſanctum Cyprianum: *Iſte eſt dies quem fecit Dominus*, lege tamen ut in textu Græco, *Hic eſt dies magnus & admirabilis*, &c. quæ epitheta addit Barnabas explicationis gratia. Hæc autem in textu Græco ſequuntur, quæ in Latina interpretatione deſiderantur: *Simplicius vobis ſcribo, ut intelligatis: Ego ſum peripſema caritatis veſtræ.* Quorum prior pars producitur à Clemente Alexandrino lib. 5. Strom. εἰκότως ὁ Βαρνάβας, ὃς καὶ αὐτὸς συνεκήρυξε τῷ Ἀποστόλῳ κατὰ τὴν διακονίαν τῶν ἐθνῶν, ἁπλούστερον φησὶν, &c. id eſt, quinetiam Barnabas, qui ipſe quoque prædicavit verbum una cum Apo-

Et iterum ait; *Hæc eſt dies magna & mirabilis,*
Cent. Clem. Alex. Strom. 3. ante medium, p. 377. D. Edit. Pariſienſis. *quam fecit Dominus.* Simpliciùs vobis ſcribo, ut intelligatis. Ego, purgamentum veſtræ caritatis. Quid ergo dicit Propheta? *Obſedit me concilium malignantium: Circumdederunt me, ſicut apes favum: & ſuper veſtem meam, miſerunt ſortem.* Cùm igitur in carne eſſet apparituras & paſſurus, præmonſtrata eſt ipſius paſſio: nam in Iſraëlem
Pſ. 21. 17. Pſ. 117. 12. Pſ. 21. 19. Iſ. 3. 9. dicit Propheta: *Væ animæ eorum, quia peſſimum conſilium inierunt adversùs ſemetipſos, dicentes: Alligemus juſtum, quoniam inutilis ac injucundus eſt*
Clem. Alex. ibid. *nobis.* Et verò dicit ad illos Moſes: *Ecce, iſta ait*
Ex. 33. 2. Lev. 20. 24. *Dominus Deus: Intrate in terram bonam, quam juramento promiſit Dominus Abrahamo, & Iſaaco, & Jacobo; & ut hereditatem poſſidete eam, terram*
Quid ſignificet terra fluens lacte ac melle. *fluentem lacte ac melle.* Quid dicat Cognitio, diſcite: *Sperate,* inquit, *in Jeſum qui in carne manifeſtandus eſt vobis.* Homo ſiquidem eſt terra quæ patitur: ex ſubſtantia enim terræ formatus eſt Adamus. Quid ergo dicit? *In terram bonam, lacte ac melle fluentem.* Benedictus ſit Dominus noſter, qui ſapientiam & intelligentiam occultorum ſuorum poſuit in nobis. Dicit namque Propheta:
Iſa. 40. 13. Prov. 1. 6. Eccli. 1. 10. *Parabolam Domini quis intelliget, niſi ſapiens & peritus, & diligens Dominum ſuum?* Ubi ergo nos renovavit per remiſſionem peccatorum; effecit us

καὶ, ἣν ἐποίησεν ὁ Κύριος. Ἁπλούστερον ὑμῖν γράφω, ἵνα συνιῆτε. Ἐγὼ [26] περίψημα τῆς ἀγάπης ὑμῶν. Τί οὖν λέγει πάλιν ὁ προφήτης; περιέσχε με συναγωγὴ πονηρευομένων· [27] ἐκύκλωσάν με, ὡσεὶ μέλισσαι κηρίον· καὶ ἐπὶ τὸν ἱματισμόν μου ἔβαλον κλῆρον. Ἐν σαρκὶ οὖν αὐτοῦ μέλλοντος [28] φανεροῦσθαι, καὶ πάσχειν, [29] προεφανερώθη τὸ πάθος. Λέγει γὰρ ὁ προφήτης [30] ἐπὶ τὸν Ἰσραήλ· οὐαὶ τῇ ψυχῇ αὐτῶν, ὅτι βεβούλευνται βουλὴν πονηρὰν καθ' ἑαυτῶν, εἰπόντες· [31] δήσωμεν τὸν δίκαιον, ὅτι δύσχρηστος ἡμῖν ἐστι. [32] Λέγει δὲ καὶ Μωσῆς αὐτοῖς· ἰδοὺ τάδε λέγει Κύριος ὁ Θεός· [33] εἰσέλθετε εἰς τὴν γῆν τὴν ἀγαθήν, ἣν ὤμοσε [34] Κύριος * τῷ Ἀβραάμ, καὶ Ἰσαάκ, καὶ Ἰακώβ, καὶ κατακληρονομήσατε αὐτήν, γῆν ῥέουσαν γάλα καὶ μέλι. Τί λέγει [35] ἡ γνῶσις, μάθετε. * [36] ἐλπίσατε ἐπὶ τὸν ἐν σαρκὶ μέλλοντα φανεροῦσθαι ὑμῖν Ἰησοῦν. [37] Ἄνθρωπος * γῆ ἐστι πάσχουσα· ἀπὸ προσώπου γὰρ τῆς γῆς ἡ πλάσις τοῦ Ἀδὰμ ἐγένετο. Τί οὖν λέγει; * τὴν γῆν τὴν ἀγαθήν, τὴν ῥέουσαν γάλα καὶ μέλι. Εὐλογητὸς ὁ Κύριος ἡμῶν, ὁ σοφίαν, καὶ νοῦν θέμενος ἐν ἡμῖν τῶν κρυφίων αὐτοῦ. [38] Λέγει γὰρ ὁ προφήτης· παραβολὴν Κυρίου τίς νοήσει, [39] εἰ μὴ σοφὸς καὶ ἐπιστήμων, καὶ ἀγαπῶν τὸν Κύριον αὐτοῦ; Ἐπεὶ οὖν [40] ἀνακαινίσας ἡμᾶς ἐν τῇ ἀφέσει τῶν ἁμαρτιῶν, ἐποίησεν ἡμᾶς ἄλλον τύπον, ὡς παιδίων ἔχειν τὴν ψυχήν.

* Clem. ὁ Θεὸς Ἀβραάμ.
* Clem. ἐλπίσατε Θεῷ.
* Clem. inſerit γάρ.
* Clem. εἰς τήν.

ſtolo ad miniſterium gentium. Simplicius, inquit, &c. ſe autem appellat peripſema Paulum imitatus, qui 1. ad Cor. 4. dicit Apoſtolos factos eſſe *omnium peripſema.* Quid ſit peripſema, docet Heſychius: [illegible] id eſt, ejectamentum, ſeu purgamentum, pretium redemptionis, piaculum, vel id quod eſt ſub veſtigiis omnium, pedibus omnium conculcatur: Suidas: περίψημα, [illegible] (lege [illegible]) (adde [illegible]) [illegible] id eſt, rejectamentum, luſtratio, piaculum: Ita enim dicebant illi, qui quotannis malis luſtrandis ſubjiciebantur, peripſema nobis ſias, hoc eſt, ſalutis pretium, ſicque in mare præcipitem agebant, tanquam Neptuno hoſtiam immolantes: idem docet Michael Apoſtolius, centuria 16. n. 3. MEN.

26. Mori paratus ſum ut vobis proſim περίψημα. Heſychius, [illegible], legerem [illegible]. [illegible] Heſychium ſic emendabis meo ſuaſu. [illegible] Ex 1 Cor. c. 4. 13. BERN.

27. *Vallaverunt me tanquam apes.*] Videtur deeſſe τὸ ſavum: nam in textu Græco additur κηρίον, quod idem ſonat, juxta Septuaginta interpretes. MEN.

28. *Venire.*] In textu Græco φανεροῦσθαι, καὶ πάσχειν, id eſt, apparere, & pati. MEN.

29. *Ante oſtenſa ſunt quæ paſſurus erat.*] Quod valde conſentaneum erat, ne veniret Chriſtus incognitus: ut ea quæ facturus & paſſurus erat, melius cognoſcerentur, & firmius crederentur, ſi antea per Scripturas prædicta fuiſſent, ut fuſe diſputat Tertullianus lib. 3. adverſus Marcionem, qui neſcio quem Chriſtum antea incognitum ſibi finxerat. MEN.

30. *Ad Judæos.*] Hæc verba non ſunt in textu Græco Barnabæ, qui dicunt: Hæc contracta ſunt: nam in textu Græco legitur: *Quia inierunt conſilium malum adverſum ſe dicentes.* Ex Eſa. cap. 3. Juxta Septuaginta interpretes, nam in Hebræo non habentur: quemadmodum & illa quæ ſequuntur. MEN.

31. *Circumveniamus*] Ita Sap. 2. ἐνεδρεύσωμεν, quod idem ſonat. Cujus loci interpretatio iiſdem verbis habetur apud Cyprianum lib. 2. de teſtimoniis. In textu Græco Barnabæ, & Eſa. 2. ſcriptum eſt, δήσωμεν· id eſt, vinciamus, apud Clementem Alexandrinum lib. 3. Strom. eſt ἄρωμεν· id eſt, auferamus, tollamus. Et ſanctus Juſtinus martyr dialogo cum Tryphone Judæo ait hoc verbum eſſe ex interpretatione Septuaginta, [illegible] id eſt, ſicuti Septuaginta expoſuerunt, intulit. Huic lectioni favet Tertullianus lib. 3. contra Marcionem. *Auferamus juſtum, quia inutilis eſt nobis.* MEN.

32. *Et Moyſes autem dicit ad illos.*] Hic locus citatur à Clemente Alexandrino lib. 3. Strom. uſque ad illa verba *Quæ ergo caro nos cognovit,* apud quem legitur: [illegible] id eſt, quid ait alius Propheta Moyſes. Hic ſanctus Apoſtolus incipit de hominis reparatione. MEN.

33. *Intrate in terram bonam,* &c.] Levit. 20. *Poſſidete terram eorum, quam dabo vobis in hereditatem, terram fluentem lacte & melle.* Sed Barnabas potius profert ſenſum, quam verba. *Promiſit,* in textu Græco, ὤμοσε, id eſt, juravit. MEN.

34 *Dominus Abrahæ.*] Ita in textu Græco Barnabæ, apud Clementem legitur: Κύριος ὁ Θεὸς, ὁ Θεὸς Ἀβραάμ· id eſt, Dominus Deus, Deus Abraham. MEN.

35. Scilicet quis ſenſus ſpiritualis & myſticus? quæ videtur notio D. Pauli. Matt. 18. 2. OXON

36. *Credite inquit in eum qui in carne apparebit,* &c. Explicat allegorice locum ex Moyſe prolatum, nempe quod terra bona fluens lacte & melle, ſit fides in Chriſtum, qui aſſumpta carne, quæ ex terra per carnem Adæ ſumpſit originem pro nobis paſſus eſt. MEN.

37. *Homo enim eſt terra.*] In textu Græco Barnabæ, & apud Clem. additur, πάσχουσα, id eſt, patiens. MEN.

38. *Dicit enim per Prophetas parabolam Dominus.*] Locus corruptus, lege, ut in textu Græco & apud Clementem, *dicit enim Propheta, parabolam Domini quis intelliget.* Locus habetur Eſa. 40. τίς ἔγνω νοῦν Κυρίου, id eſt, quis novit ſenſum Domini: Dixit autem Barnabas, parabolam, quæ eſt ſermo allegoricus & obſcurus, ut divinæ mentis obſcuritatem oſtenderet. MEN.

39. *Niſi ſapiens & diligens Dominum.*] Hæc verba non ſunt in loco citato Prophetæ, ſed addidit Apoſtolus explicationis gratia. Quia fidelis ſeu juſtus novit ſenſum Domini per fidem ipſi à Deo infuſam, juxta illud Eſaiæ 7. *Niſi crediderītis, non intelligetis,* quia *animalis homo non percipit ea, quæ ſunt Spiritus Dei.* Et eo ſenſu hunc Eſaiæ locum producit Paulus 1 ad Cor. cap. 2. Cum enim dixiſſet Spiritum Dei revelatum eſſe Apoſtolis & fidelibus, qui non acceperunt ſpiritum hujus mundi, ſed Spiritum, qui ex Deo eſt, tandem concludit hunc Eſaiæ locum citans: *Spiritualis autem judicat omnia, & ipſe à nemine judicatur, ſicut ſcriptum eſt: quis enim novit ſenſum Domini, aut quis inſtruxit eum: nos autem ſenſum Chriſti habemus.* Spiritalis ergo judicat omnia, qui accepit à Deo per revelationem, & ſenſum Chriſti habet: ille autem à nemine judicatur, nempe animali, nam quis de animalibus habet ſenſum Domini? Nos autem Apoſtolici, & ſpirituales ſenſum Domini habemus per revelationem. Unde ſubjicit Propheta eodem capite: *Ecce gentes quaſi ſtilla ſitulæ,* &c. Et infra. *Omnes gentes quaſi non ſint,* &c. Et infra. *Deficient pueri & laborabunt, & juvenes in infirmitate cadent:* quia ſenſum Domini non habent, nec ſunt unus ſpiritus cum eo. Tandemque de Juſtis ſubjungit: *Qui autem ſperant in Domino, mutabunt fortitudinem, aſſument pennas, ſicut Aquilæ.* Ejuſmodi enim homines non ſunt, ſicut ſtilla ſitulæ, ſed ſunt unus ſpiritus cum Deo, in illo fundati & radicati. Eamdem interpretationem patitur locus Jerem. c. 23. *Quis enim affuit in conſilio Domini, & vidit, & audivit ſermonem ejus!* &c. Hæc enim intelligenda ſunt de pſeudoprophetis, qui non noverunt ſenſum Domini: Nam cum paulo ante dixiſſet: *Hæc dicit Dominus exercituum, nolite audire verba Prophetarum, qui prophetant vobis & decipiunt vos, viſionem cordis ſui loquuntur, non de ore Domini,* &c. Statim ſubjungit: *Quis enim affuit in conſilio Domini?* &c. Quod clarum eſt ex Pſalmo 91. *Quam magnificata ſunt opera tua, Domine, nimis profundæ factæ ſunt cogitationes tuæ. Vir inſipiens non cognoſcet, & ſtultus non intelliget hæc.* MEN.

40. *Cognovit*] Lege, *recognovit,* id eſt, renovavit, ut in textu Græco ἀνακαινίσας. MEN.

41. *Nos*

* l. ἀναπλασσομένους.

χῶ, ὡς ἂν καὶ * ἀναπλασσομένους αὐτοὺς ἡμᾶς. [41] λέγει γὰρ ἡ γραφὴ περὶ ἡμῶν, ὡς λέγει τῷ υἱῷ· ποιήσωμεν κατ' εἰκόνα, καὶ καθ' ὁμοίωσιν ἡμῶν, τὸν ἄνθρωπον· καὶ ἀρχέτωσαν τῶν θηρίων τῆς γῆς, καὶ τῶν πετεινῶν τοῦ οὐρανοῦ, καὶ τῶν ἰχθύων τῆς θαλάσσης· καὶ εἶπε κύριος, [42] ἰδὼν τὸ καλὸν πλάσμα ἀνθρώπου· αὐξάνεσθε, καὶ πληθύνεσθε, καὶ πληρώσατε τὴν γῆν. ταῦτα πρὸς τὸν υἱόν. [43] πάλιν σοι * ἐνδείξω, [44] πῶς πρὸς ἡμᾶς δευτέραν πλάσιν ἐπ' ἐσχάτων ἐποίησε. λέγει κύριος, [45] ἰδοὺ ποιῶ τὰ ἔσχατα ὡς τὰ πρῶτα. Εἰς τοῦτο οὖν ἐκήρυξεν ὁ προφήτης· [46] εἰσέλθετε εἰς γῆν ῥέουσαν γάλα καὶ μέλι, καὶ [47] κατακυριεύσατε αὐτῆς. ἴδε οὖν ἡμεῖς ἀναπεπλάσμεθα· καθὼς πάλιν ἐν ἑτέρῳ προφήτῃ λέγει· ἰδού, λέγει κύριος, ἐξελῶ τούτων· τουτέστιν ὧν προέβλεπε τὸ πνεῦμα κυρίου· τὰς λιθίνας καρδίας, καὶ βαλῶ σαρκίνας αὐτοῖς· ὅτι [48] ἤμελλεν ἐν σαρκὶ φανεροῦσθαι, καὶ ἐν ἡμῖν κατοικεῖν· [49] ναὸς γὰρ ἅγιος, ἀδελφοί μου, τῷ κυρίῳ, τὸ κατοικητήριον ἡμῶν τῆς καρδίας. Λέγει γὰρ πάλιν κύριος· καὶ [50] ἐν τίνι ὀφθήσομαι τῷ κυρίῳ τῷ Θεῷ μου, καὶ δοξασθήσομαι; λέγει· ἐξομολογήσομαί σοι ἐν ἐκκλησίᾳ, ἐν μέσῳ ἀδελφῶν μου, καὶ ψαλῶ ἀναμέσον ἐκκλησίας ἁγίων. οὐκοῦν ἡμεῖς ἐσμέν, οὓς εἰσήγαγεν εἰς τὴν γῆν τὴν ἀγαθήν. [51] Τί οὖν τὸ γάλα καὶ μέλι; ὅτι πρῶτον τὸ παιδίον μέλιτι, εἶτα γάλακτι ζωο-

* al. ἐπιδείξω.

alitem formam haberemus, animam nempe puerili ſimilem: ipſe etenim reformavit nos. Nam de nobis Scriptura dicit, loquente Patre ad Filium; *Faciamus hominem ad imaginem & ad ſimilitudinem noſtram: & præſint beſtiis terræ, & volatilibus cæli, & piſcibus maris.* Gen. 1. 26. Tum Dominus, videns hominem, pulcrum figmentum ſuum, ait; *Creſcite, & multiplicamini, & replete terram.* Ibid. v. 28. Hæc ad Filium. Iterum autem tibi oſtendam, quo modo erga nos ſecundam formaturam in ultimis temporibus fecerit. Dicit Dominus; *Ecce faciam noviſſima tamquam priora.* Ezech. 36. 11. Idcirco igitur prædicavit Propheta; *Intrate in terram lacte & melle fluentem, & dominamini ei.* Ecce igitur nos denuò formati ſumus; quemadmodum rurſus in alio Propheta dicit: *Ecce, inquit Dominus, auferam ab eis,* Ezech. 11. 19. & 36. 26. hoc eſt, ab eis quos Spiritus Domini prævidebat, *corda lapidea, & immittam illis corda carnea:* quia oportebat eum in carne apparere, & habitare in nobis: templum enim ſanctum, fratres mei, Domino eſt, habitatio cordis noſtri. Etenim iterum ait Dominus; *Et in quo apparebo ad Dominum Deum meum, & glorificabor?* Pſ. 41. 3. Ait: *Confitebor tibi in Eccleſia, in medio fratrum meorum; & cantabo te in medio Eccleſiæ ſanctorum.* Pſ. 21. 23. Itaque nos ſumus, quos introduxit in terram bonam. Sed quare lac

&

41. *Nos enim, ſicut dicit Scriptura.*] Locus corruptus, & legendum, ut in textu Græco: *De nobis enim, dicit Scriptura, ſicut dicit Filio*, Deus videlicet, aut Pater. Et primam hominis creationem ſanctus Barnabas allegoricè interpretatur, de hominis renovatione. MEN.

42. *Dominus videns bonum figuram noſtram, &c.*] Perſequitur ſuam allegoriam, cum ergo per remiſſionem peccatorum Deus hominem renovaſſet Spiritu ſuo, ejuſque optimam formam conſideraſſet, dicit: *Creſcite & multiplicamini, & replete terram*, filiis ſpiritualibus & perfectis, videlicet. Quem locum ita etiam interpretatus ſanctus Methodius martyr lib. de caſtitate, ut docet Photius in Bibliotheca n. 237. περὶ τῶν κατὰ πνεῦμα γεγεννημένων τελειουμένων, οὓς ἐγέννησεν, ὅπερ καὶ Παῦλος βοᾷ τινας λέγων τοὺς ὑπ' αὐτοῦ γεννωμένους. &c. id eſt, de natis & perfectis ſecundum Spiritum, cum filios appellat illos, quos ita genuerat: *Filioli*, inquit, *quos iterum parturio, donec Chriſtus in vobis formetur.* Et iterum: *In Chriſto Jeſu per Evangelium, ego genui vos.* Ita etiam divus Gregorius Nyſſenus homil. 2. in hæc verba, *Faciamus hominem*, qui poſtquam hunc locum de incremento ſpirituali cujuſque hominis expoſuit, ſubjungit: πληθύνεσθε ἐκκλησίας τῇ εὐλογίᾳ, μὴ ἐν ἑνὶ περιγεγράφθω ἡ θεολογία· ἀλλ' εἰς πᾶσαν τὴν γῆν κηρυχθήτω τὸ εὐαγγέλιον τῆς σωτηρίας. Id eſt, multiplicamini Eccleſiæ benedictione, ne in uno concludatur cognitio Dei: ſed in omnem terram prædicetur Evangelium ſalutis. MEN.

43. *Cæterum vobis oſtendam.*] In textu Græco legitur, σοὶ id eſt, tibi: ſed lege ὑμῖν id eſt, vobis. In eodem hæc verba, ταῦτα πρὸς υἱόν id eſt, hæc filio, ſup. dicit, hic præcedunt: ſed puto, aut ſuperflua eſſe, aut ſubjungenda eſſe his ſuperioribus verbis, τῆς θαλάσσης. MEN.

44 *Quomodo vobis dicit ſecundum figuram in noviſſimis.*] Hæc corrupta ſunt, lege ex textu Græco, prout emendavi, *Rurſus vobis oſtendam, quomodo in noviſſimis temporibus fecit.* MEN.

45. *Dicit Dominus, ecce facio noviſſima, &c.*] Hæc ſententia in tota Scriptura non extat ſub hac verborum formula: attamen ſenſus ejus habetur, Iſ. 43. *Ne memineritis priorum & antiqua ne intueamini, ecce ego facio nova.* Et Thren. 5. *Innova dies noſtros ſicut à principio.* Hæc enim precatio eſt futurorum prædictio. Et Jerem. 33. *Et ædificabo eos ſicut à principio.* MEN.

46. *Intrate, &c.*] Repetit ſuperiorem allegoriam. MEN

47. *Et dominamini ejus.*] Hic nonnulla deſunt, quæ ſupplenda ſunt ex textu Græco: *Ecce igitur nos denuo plaſmati ſumus, quemadmodum in alio Propheta dicit: Ecce dicit Dominus: Auferam ab eis, id eſt, ab eis, quos prævidebat Spiritus Domini, corda lapidea, & dabo eis carnea.* Locus habetur. Ezech. 11. *Auferam cor lapideum de carne eorum, & dabo eis cor carneum.* Sed Barnabas profert potius ſenſum, quam verba. Idem habetur cap. 36. MEN.

48 *Incipiebat*] In textu Græco ἤμελλεν, id eſt, debebat, ut ſupra, & alibi paſſim. MEN.

49. *Templum Domini inhabitatio cordis noſtri eſt*] Juxta illud quod dixit ſupra: *Simus templum conſummatum Deo.* Et doctrinam Pauli 1. Cor. 3. *Neſcitis, quia templum Dei eſtis, & Spiritus ſanctus habitat in vobis, &c. Templum enim Dei ſanctum eſt, quod vos eſtis* cap. 6. *An neſcitis, quoniam membra veſtra templum ſunt Spiritus ſancti, qui in vobis eſt.* 2. ad Cor. cap. 6 *Vos enim eſtis templum Dei vivi.* Et præclare Sextus in ſententiis, *templum ſanctum eſt Deo mens pura: & altare optimum eſt ei cor mundum, & ſine peccato.* MEN.

50. *Quomodo apparebo Deo meo.*] Hæc non citantur juxta Scripturæ verba: habentur tamen Pſalmo 41 & 21. MEN

51. Τί οὖν τὸ γάλα, &c.] Hieronymus ad illud Jeremiæ XXXII. 22. *Dediſti eis terram fluentem lacte & melle.* ait de Judæis, *Necdum enim ſolidum poterant cibum capere, ſed melle & lacte nutriebantur infantiæ.* Similiaque profert ad ſimilem locum Ezechielis XX. 6. At in Jerem. XI. 5. terram lacte & melle manantem, tropologicè, quemadmodum Barnabas, exponit de Eccleſia, *in qua parvuli atque lactentes educamur per fidem, ut poſſimus ſolidum cibum capere.* Vide, ſi vacat, Benedictionem lactis & mellis in antiquis Ritualibus. Iam verò morem nutriendi infantes melle ac lacte, oſtendunt viri docti ex Scholiaſte Dionyſii Thracis, ex Paulo Æginetа, Aëtio, Oribaſio, ac ex Ariſtophanis Scholiaſte in Acharnenſes. Sed & ejus conſuetudinis mentio fit, tum apud Callimachum Hymno in Jovem, ubi ille Deus recèns natus lacte ac melle enutritur, quod etiam referunt Diodorus Siculus lib. 5. Bibliothecæ hiſtoricæ, & Lactantius Divinarum Inſtitutionum lib. 1. cap. 22. tum apud Ariſtophanem in fabula cui titulum fecit Θεσμοφοριαζούσαις.

> Τὸ δ' εἰσέφερε γραῦς ἐν χύτρᾳ τὸ παιδίον
> Ἵνα μὴ βοῴη, κηρίῳ βεβυσμένον.

que de re conſulendus Heſychius in κηρίῳ βεβυσμένον: tum denique apud Porphyrium libro de Antro Nympharum, Suidam in vocabulo Ἀμάλθεια, & Tertullianum IV. in Marcionem 21. Præterea interpretes divinorum librorum ad Iſaiæ VII. 15. *Butyrum & mel comedet.* Quoniam autem Baptiſmus eſt ſecunda nativitas, ideo baptizatis, poſt Lavacrum, velut tenellis infantibus dabant veteres Chriſtiani mel cum lacte degustandum. Res cunctis notiſſima, propter Tertullianum lib. de Corona cap. 3. & lib. 1. adverſus Marcionem cap. 14. Hieronymum lib. contra Luciferianos cap. 4. Concilium Carthaginenſe 3. cap. 24. Acta Suſannæ in Surio 11. Auguſti, & Ordinem Myſteriorum Æthiopum, tomo 6. Bibliothecæ Patrum. Nec multùm diſſimili ritu Eccleſiæ Occidentis, in Chriſto renatis, vinum lacque ſtribuebant, teſte Hieronymo ad Iſaiæ LV. 1. Quò cum docti homines referri poſſe ſuſpicantur obſcuriorem locum hunc S. Paulini Epiſt. 4. ad Severum p. 61. *Sed hoc, ut ſo magis intelligis, emendetur, quo primis naſcentium mulctra coaleſcit.* me non habent in eo conſentientem, ſicut nec in cæteris quæ adjungunt. Arbitror enim loqui Paulinum de peccato originali, ac reſpicere ad loca Scripturæ, Job. 2. 10. *Nonne ſicut lac mulſiſti me, & ſicut caſeum me coagulaſti?* Sap. VII. 2. *Decem menſium tempore, coagulatus ſum in ſanguine.* COT.

Ὅτι πρῶτον τὸ παιδίον μέλιτι, εἶτα γάλακτι ζωοποιεῖται.] In codice hoc ultra, quos vidi, non erat τὸ εἶτα. Itaque putavi debere reſcribi, μέλιτι καὶ γάλακτι, uti quoque interpres legerat. Notus enim ex Clemente Alexandrino, & Tertulliano, mos ille veterum Chriſtianorum, quo pueris recens baptizatis mel, eique lac miſtum, degustandum offerebant. Sed nunc alteram lectionem probo. Neque enim à Barnaba hoc loco tangi puto ritum iſtum, licet antiquiſſimum; ſed ſimpliciter loqui de conſuetudine veterum,

etiam;

& mel? Quoniam infans, primùm melle, tum lacte, viviſcit: ita & nos, fide repromiſſionis, & verbo, in vitam confirmati, vivemus, terram poſſidentes. Jam verò prædixit ſuperiùs; *Creſcant, & præſint piſcibus.* Quis poteſt nunc præeſſe beſtiis, vel piſcibus, vel cœli volucribus? Scire enim debemus *præeſſe* poteſtatem deſignare, ut quis imperet ac dominetur. Cùm igitur id nunc non contingat; profectò nobis dixit Quando? Cùm & ipſi adeo perfecti erimus, ut hæredes ſimus teſtamenti Domini.

Chriſti Paſſio. VII. Intelligite ergo, filii dilectionis ac lætitiæ, quòd bonus Dominus omnia nobis præmonſtravit; ut cognoſceremus, cui per omnia gratias agere ac laudes debemus offerre. Si ergo Dei Filius; qui eſt Dominus, & judicaturus eſt vivos ac mortuos; paſſus eſt, ut plaga illius vividos nos redderet; credamus non potuiſſe Filium Dei pati, niſi propter nos. Sed & cruci affixus, aceto ac

Allegoria. Lev. 23. 29. felle potabatur. Audite quo modo de hac re ſacerdotes templi ac plebis ſignificaverint: ſcripto

ποιεῖται. 52 οὕτω καὶ ἡμεῖς τῇ πίστει τῆς ἐπαγγελίας καὶ τῷ λόγῳ ζωοποιούμενοι, ζήσομεν, κατακυριεύοντες τῆς γῆς. προείρηκε δὲ ἐπάνω, ὅτι αὐξανέσθωσαν, καὶ 53 ἀρχέτωσαν τῶν ἰχθύων. * τί * νῦν ὁ δυνάμενος νῦν ἄρχειν θηρίων, ἢ ἰχθύων, ἢ πετεινῶν τοῦ οὐρανοῦ; αἰσθάνεσθαι γὰρ ὀφείλομεν, ὅτι τὸ ἄρχειν ἐξουσίας ἐστὶν, ἵνα τις ἐπιτάξας 54 κυριεύσῃ. εἰ οὖν οὐ γίνεται τοῦτο νῦν, ἄρα * ὑμῖν εἴρηκε. πότε; ὅταν καὶ αὐτοὶ τελειωθῶμεν, κληρονόμοι τῆς διαθήκης κυρίου γενέσθαι. — * τίς. — * al. ἡμῖν.

55 Οὐκοῦν νοεῖτε, τέκνα εὐφροσύνης, ὅτι πάντα ὁ καλὸς κύριος προεφανέρωσεν ἡμῖν, ἵνα γνῶμεν, ᾧ κατὰ πάντα εὐχαριστοῦντες ὀφείλομεν αἰνεῖν. εἰ οὖν ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ, ὢν κύριος, καὶ μέλλων κρίνειν ζῶντας καὶ νεκρούς, ἔπαθεν, ἵνα ἡ πληγὴ αὐτοῦ ζωοποιήσῃ ἡμᾶς· πιστεύσωμεν, ὅτι ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ οὐκ ἠδύνατο παθεῖν, εἰ μὴ διὰ ἡμᾶς. ἀλλὰ καὶ σταυρωθεὶς, ἐποτίζετο ὄξει καὶ χολῇ. ἀκούσατε πῶς περὶ τούτου * πεφανέρωκαν οἱ ἱερεῖς τοῦ * 56 λαοῦ. γεγραμμένης ἐντολῆς αὐτοῦ, 57 ὃς ἂν μὴ νηστεύσῃ τὴν νη- — * al. πεφανέρωσαν. — * f. ναοῦ.

---

etiam ethoteorum, qui infantes recens natos primum melle, deinceps vero lacte nutriebant. Hinc eſt, quod Diomedes, ſive alius Grammaticus, in Scholiis ad Dionyſium Thracem, mel primum infantium cibum vocet. Sed & ex medicorum præſcripto fiebat, ut infantes, antequam uberibus nutricum admoverentur, per aliquot dies nutrirentur melle. Quamvis enim lac ſit omnium convenientiſſimum naturæ nutrimentum, ut quod natura ipſa non hominibus tantum, ſed & reliquis animalibus, primum cibum ordinarit; multæ tamen ſunt rationes, cur recens genitis mel ſit conducibilius, quam lac; præcipue vero puerperarum, quod primo craſſius & ſeroſius eſſe ſolet. Paulus Æginetes: [illegible] Ita lege ex veteri codice. Sed & Aëtius [illegible] idem jubet, niſi quod à melle non ſtatim ad lac tranſeat, ſed hydromeli interponat. Verba ejus ſunt: [illegible] Huic rei inſerviebat vaſculum quoddam ſive ollula ([illegible] vocat Ariſtophanis Scholiaſtes) in qua erat ſpongia, quam melle implebant, & ita offerebant infanti. Galenus tamen in libris [illegible] ſtatim ad lac, & lavacra tranſit, nulla, quod ſciam, mellis aut mulſi mentione facta. VOSS.

52. *Sicut per fidem promiſſionis verbo dum admittimur, ſic vivificamur.*] Paulo aliter in Græco: οὕτω καὶ ἡμεῖς τῇ πίστει τῆς ἐπαγγελίας, καὶ τῷ λόγῳ ζωοποιούμενοι ζήσομεν· id eſt, ſic & nos fide promiſſionis & verbo vivificati vivemus. Itaque in verſione Latina ſic legendum puto: *Sic & nos per fidem promiſſionis, & verbum dum admittimur, vivemus.* Ita ut τὸ, ζωοποιούμενοι id eſt, vivificati, idem ſit hoc loco, quod admittimur, juxta veterem hunc interpretem, ut paulo ante dicitur, *infans melle & lacte*, ζωοποιεῖται in Græco, & in Latino, *vivificatur*, ubi utrumque vocabulum, idem eſt hoc loco, quod τὸ *nutritur*. Hæc autem doctrina conformis eſt ſacræ Scripturæ, Pſ. 18. *Lex Domini immaculata convertens animas, teſtimonium Domini fidele ſapientiam præſtans parvulis.* Pſ. 118. *Quia eloquium tuum vivificavit me.* Luc. 4. Matth 4. *Non in ſolo pane vivit homo, ſed ex omni verbo quod procedit de ore Dei.* 2 ad Cor. 3. *Littera occidit, Spiritus autem vivificat.* Ubi τὸ, *Spiritus*, eſt verbum Dei ſpiritaliter intellectum, non carnaliter more Judæorum. Cap. 1. ad Rom. *Juſtus autem ex fide vivit:* ad Galat. 3. *Quia juſtus ex fide vivit:* ad Hebr. 7. *Juſtus autem meus ex fide vivet.* Habacuc. 2. *Juſtus autem in fide ſua vivet.* Vivimus autem, ſeu vivificamur Dei verbo, quia illo per Dei gratiam in nobis operante ac movente noſtram voluntatem ad Deum convertimur. Juſtus vero ex fide vivit, ſeu vivificatur, quia ſine fide impoſſibile eſt placere Deo, & quicquid boni facimus, ſine ea nihil confert ad ſalutem, quod præclare docet ſanctus Auguſtinus libro tertio contra duas epiſtolas Pelagianorum, cap. 5. *Noſtra fides, hoc eſt, Catholica fides juſtos ab injuſtis non operum, ſed ipſa fides lege diſcernit. Quia juſtus ex fide vivit. Per quam diſcretionem fit, ut homo ducens vitam ſine homicidio, ſine furto, ſine falſo teſtimonio, ſine appetitu rei ullius alienæ, parentibus honorem debitum reddens, caſtus uſque ad continentiam abſque omni omnino concubitu, etiam conjugali, eleemoſynarum largiſſimus, injuriarum patientiſſimus, qui non ſolum non auferat aliena: ſed nec ſua repoſcat oblata, vel etiam venditis omnibus ſuis, erogatiſque in pauperes nihil ſuum proprium poſſideat, cum ſuis tamen iſtis velut laudabilibus moribus, ſi non in Deum fidem rectam & Catholicam teneat, de hac vita damnandus abſcedat. Alius autem habens quidem opera bona ex fide recta, quæ per dilectionem operatur: non tamen ita, ut ille bene moratus, incontinentiam ſuam ſuſtentat honeſtate nuptiarum, conjugii carnalis debitum, & reddit, & repetit, nec ſola propagationis cauſa, verum etiam voluptatis; quamvis cum ſola uxore concumbit: quod conjugatis ſecundum veniam concedit Apoſtolus: injurias tamen non patienter accipit, ſed ulciſcendi cupiditate fertur iratus; quamvis, ut poſſit dicere, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris, rogatus ignoſcat; poſſidet rem familiarem, faciens inde quidem eleemoſynas, ſed non tam largas, quam ille, non aufert aliena: ſed quamvis Eccleſiaſtico judicio non forenſi, tamen repetit ſua. Nempe iſte qui moribus illo videtur inferior, propter rectam fidem quæ illi eſt in Deum; ex qua vivit, & ſecundum quam in omnibus delictis ſuis ſe accuſat, in omnibus bonis operibus Deum laudat, ſibi tribuens ignominiam, illi gloriam, atque ab ipſo ſumens, & indulgentiam peccatorum, & dilectionem recte factorum, de hac vita liberandus, & in conſortium cum Chriſto regnaturorum recipiendus emigrat. Quare, niſi propter fidem? Quæ licet ſine operibus neminem ſalvat. (Ipſa enim eſt non reproba fides, quæ per dilectionem operatur:) tamen per ipſam etiam peccata ſolvuntur: quia juſtus ex fide vivit.* Hæc recte, quid ſit illud: *Juſtus ex fide vivit*, exponuntur, non videlicet ex ſola, & nuda fide quæ reproba eſt, quæ bonis operibus vacua eſt, ſed ex ea fide, quæ per dilectionem operatur, quæ cum bonis operibus conjuncta eſt. Unde lib. 1. ejuſdem operis cap. 3. recte dicit: *Ac per hoc bona voluntas qua ſe abſtrahit a peccato fidelis eſt, quia juſtus ex fide vivit.* Quamobrem præclare Haymo Halberſtadenſis Epiſcopus in capite 1 epiſt. ad Rom. hunc locum explanans: *Ex fide igitur*, inquit, *quæ concipitur corde, & profertur ore, & bonis operibus exornatur, vivit juſtus vita æterna. Fides autem ſine operibus mortua eſt.* Sanctus autem Barnabas dixit fidem promiſſionis, nempe futurorum bonorum, quæ promiſit Deus diligentibus ſe, ponens partem pro toto: maxime cum ejuſmodi fides contineat implicite omnia, quæ a Catholico & orthodoxo Chriſtiano credenda ſunt. Dicitur etiam homo fide, ſeu ex fide vivere: quia juxta Concilium Tridentinum ſect. 6. cap. 13. *Fides eſt humanæ ſalutis initium, fundamentum & radix juſtificationis.* Dici etiam poteſt homo fide promiſſionis futurorum bonorum vivere, quia per ejuſmodi fidem ejus animus ad ſpem futurorum bonorum erigitur, ac proinde nutritur, ac ſuſtentatur, adhibito bonorum operum aſſiduo exercitio, ad quod per fidem vivam, ac ſpem firmam maxime extimulatur: ac proinde hic locus longe abeſt ab hæreticorum mente, qui dicunt Evangelium eſſe nudam & abſolutam promiſſionem vitæ æternæ ſine conditione obſervationis mandatorum, quam ſententiam anathemate ferit Concilium Tridentinum, ejuſdem ſectionis Canone 20 Siquidem in hoc Barnabæ loco dicitur nos victuros per fidem promiſſionis, non vero per ſolam fidem promiſſionis. MEN.

53. *Dominatum agentes terræ.*] In textu Græco additur; προείρηκε δὲ ἐπάνω ὅτι, &c. Sed particula ὅτι, redundat. Adde igitur in verſione Latina: dixit ſuperius, creſcant, & dominentur piſcibus. *Quis eſt*, &c. In texto Græco, lege, τίς νῦν. MEN.

54. *Dominus ſit.*] Nonnulla deſunt, quæ ex textu Græco his verbis ſubjicienda ſunt: *Si igitur hoc minime nunc contingit, numquid nobis dixit aliquando, tum & ipſi conſummati & perfecti erimus, ut heredes ſimus teſtamenti Domini.* Hoc fiet. Et loco ὑμῖν, lege, ἡμῖν, id eſt, nobis. MEN.

55. *Intelligite ergo.*] Sextum caput eſt, in quo iterum de Chriſti paſſione agitur. MEN.

56. *Templi.*] In textu Græco, λαοῦ, id eſt, populi: ſed puto, legendum, ναοῦ, id eſt, templi. MEN.

57. *Ut ſi quis non jejunaret*, &c.] Ex populo videlicet.

Nam

νηστείαν, θανάτῳ ἐξολοθρευθήσεται, ἐνετείλατο κύριος· ἐπεὶ καὶ αὐτὸς ὑπὲρ τῶν ἡμετέρων ἁμαρτιῶν ἔμελλε [58] σκεῦος τοῦ πνεύματος προσφέρειν θυσίαν· ἵνα καὶ ὁ τύπος ὁ γενόμενος ἐπὶ Ἰσαὰκ, τοῦ προσενεχθέντος ἐπὶ τὸ θυσιαστήριον, τελέσθῃ. [59] Τί οὖν λέγει ἐν τῷ προφήτῃ; καὶ φαγέτωσαν [60] ἐκ τοῦ τράγου, τοῦ προσφερομένου τῇ νηστείᾳ ὑπὲρ πασῶν τῶν ἁμαρτιῶν. προσέχετε ἀκριβῶς· καὶ [61] φαγέτωσαν οἱ ἱερεῖς μόνοι πάντες τὸ ἔντερον ἄπλυτον, μετὰ ὄξους. πρὸς τί; [62] ἐπειδὴ ἐμὲ, εἶδον, ὑπὲρ ἁμαρτιῶν μέλλοντα [63] τοῦ λαοῦ τοῦ καινοῦ προσφέρειν τὴν σάρκα μου, μέλλετε ποτίζειν χολὴν μετὰ ὄξους· φάγετε ὑμεῖς μόνοι, τοῦ λαοῦ νηστεύοντος, καὶ [64] κοπτομένου ἐπὶ σάκκου καὶ σποδοῦ. ἵνα δείξῃ, ὅτι δεῖ αὐτὸν παθεῖν ὑπὲρ αὐτῶν. πῶς οὖν ἐνετείλατο; προσέχετε· [65] λάβετε δύο τράγους [66] καλοὺς καὶ ὁμοίους, καὶ προσενέγκατε· καὶ λαβέτω ὁ ἱε-

præcepto, ut qui jejunium non jejunaret, morte exterminaretur, præcepit Dominus: quia & ipſe pro peccatis noſtris vas Spiritus ſui oblaturus erat in hoſtiam; ut & impleretur figura facta in Iſaaco, qui ſuper altare fuit oblatus. Quid ergo dicit apud Prophetam? *Et manducent de hirco, qui in die jejunii offertur pro omnibus peccatis.* Attendite diligenter: *Et manducent ſoli ac omnes ſacerdotes inteſtinum non lotum, cum aceto.* Ad quid? Quoniam me, pro novi populi delictis oblaturum carnem meam, potaturi eſtis aceto cum felle; comedite vos ſoli, dum populus jejunat, & plangit in ſacco & cinere. Ut oſtenderet, quòd oportet ipſum mori pro illis. Quo modo igitur præcepit? Attendite; *Sumite duos hircos bonos & ſimiles, & offerte; & accipiat ſacerdos unum, in holocauſtum:* De

Ex Num. 29. 7. 11. & ex traditionibus Judæorum.

Levit. 16

Nam Levit. 16. cum agitur de expiatione populi per duos hircos præcipitur populo, ut affligat animas ſuas menſe ſeptimo, decima die menſis, qua fit ejuſmodi expiatio, & ejuſmodi afflictio animarum jejunium erat, ut planum eſt ex Tertulliano libro contra Judæos ejuſmodi hircorum duorum enarrante figuram: *Sic enim & duorum hircorum, qui jejunio offerebantur, faciam interpretationem.* Locus tamen à ſancto Barnaba productus ſumitur ex 23. Levit. in quo, cum dies expiationum præcipitur: ſic ſcriptum eſt: *Omnis anima, quæ non fuerit afflicta die hac peribit de populis ſuis.* Qui locus ab Tertulliano libro de jejuniis adverſus Pſychicos exponitur etiam de jejunio: *At quod ad jejunia pertineat, certos dies a Deo conſtitutos apponunt, ut cum in Levitico præcipit Dominus Moyſi decimam menſis ſeptimi diem placationis, Sancta, inquiens, erit vobis dies, & vexabitis animas veſtras: & omnis anima, quæ vexata non fuerit illa die, exterminabitur de populo ſuo.* Hic autem locus à Barnaba prolatus eſt potius ex ſenſu, quam verbis. MEN.

58. *Vas ſpiritus ſui*] Id eſt, corpus. *Et manducent de hirco, Sacerdotes* hæc utrobique tanquam ſcripta ſint, citantur, cum in tota Scriptura non reperiantur. Sed quia tradita ſunt, & imperata populo, quaſi ſcripta eſſent proferuntur. Sed de his mox agetur. MEN.

59. *Τί οὖν λέγει ἐν τῷ προφήτῃ*] Cùm nihil ſimile his prout jacent, vetus Teſtamentum referat, neceſſariò recurrendum eſt aut ad libros Apocryphos, aut quod malim ad traditiones Judaicas, ſeu ſcriptas ſeu non ſcriptas; ex quibus etiam Apoſtolus didiciſſe nomina Magorum qui reſtiterunt Moyſi dicitur à ſanctis Patribus. Hinc igitur Barnabas iſta, & alia quædam infert adſumpſit. COT.

Verba illa *τί οὖν λέγει* non videntur denotare voces Prophetæ alicujus, ſed eſſe explicationem myſterii latentis in ritu legali à Moſi propoſito: quod advertiſſe non pigebat. OXON.

60. *De hirco.*] Hircus hic in die jejunii, hoc eſt, ſeptimi menſis decimo die mactabatur, præter duos illos hircos, qui eodem die pro expiatione populi offerebantur, quorum alter erat emiſſarius, alter offerebatur in holocauſtum: de quo Numer. cap. 29. *Decima quoque dies hujus menſis ſeptimi.* Et paulo poſt. *Et hircum pro peccata, abſque his, quæ offerri ſolent in expiationem & holocauſtum ſempiternum cum ſacrificiis & libaminibus eorum.* Ubi vides hunc hircum diſtingui ab iis quæ offeruntur in expiationem, nempe ab his duobus hircis, quorum alter emiſſarius erat, alter in holocauſtum ad populi expiationem, de quibus agitur, Levit. 16. Ubi tamen nulla mentio fit prioris hirci, de quo nunc agimus. Id etiam clarum eſt ex Joſepho, lib. 3. antiquit. cap. 10. *θύουσι δὲ ἐν ταύτῃ ταῦρον μὲν ἕνα, καὶ κριοὺς δύο, καὶ ἄρνας ἑπτά, καὶ ὑπὲρ ἁμαρτημάτων ἔριφον. προσάγουσι δὲ δύο τράγους.* Ita legendum, non *τούτους*, ut bene obſervavit interpres, *ἐρίφους*, &c. id eſt, *Sacrificantque eodem die taurum & arietes duos, agnos ſeptem, & pro peccata hœdum: adducunt autem duos præter hunc hœdos, quorum alter vivus extra fines in deſertum emittitur,* &c. MEN.

In die Cippurim hircus pro peccato oblatus, comedebatur veſperi. Tenuidin umuſuphia c. 10. ſect. 1. Porro victimis piacularibus, nemini niſi Sacerdoti, ejuſque filio veſci licuit, neque his niſi intra ſanctuarium. Confer Num. 18. 9, 10. cum Lev. 6. 16 & Levit. 23. 20. Dicis ergo cauſa comedebat Sacerdos ſummus de ſacrificio *hirci oblati extrinſecus inter veſperas*, jejunium interim continuante populo, uſque dum ipſe finitis omnibus diei muniis è ſanctuario prodiret: & tunc demum ille juſtam cœnam ſumebat, *invitatis amicis, quando in pace exierat è ſanctuario*: ut habetur Cod. Joma. c. 7. ſect. 4. & Abod yom haccipurim, c. 4. in fin. OXON.

61. *Et manducent ſoli ſacerdotes*] Hæc non ſunt in Scriptura, ſed credendum eſt, ut & alia obſervari ſolita ex traditione antiqua. MEN.

Ritus manducandi inteſtina non lota aceto, videbatur deſumtus à ſolennitate paſchali, ubi agnus comedendus dicitur *ὠμὸν*, *οὐδὲ ἑψημένον ἐν ὕδατι, ἀλλ' ὀπτὸν πυρί*. Exod. 12. 9. cujus miniſterii circumſtantias paſſionem dominicam reſpicere, docent Apoſtoli Vide Joh. 19. 36. & 1 Cor. 5. 7. OXON.

62. *Ἐπειδὴ ἐμὲ εἶδον ὑπὲρ ἁμαρτιῶν μέλλοντα τοῦ λαοῦ τοῦ καινοῦ προσφέρειν τὴν σάρκα μου*] Importuna vox *εἶδον*, quam Interpres præterit, at Menardus expungit, cur in textum irrepſerit, operoſum eſt conjicere. An quia lectorum non nemo, locum illuſtrem judicans, notâ marginali *ἴδε.* inſigniendum putaverat; hoc eſt, *ἴδε.* *vide. animadverte!* COTEL.

Quoniam me, &c.] In textu Græco, *ἐπειδὴ εἶδον*· ſed *τὸ εἶδον* videtur redundare. MEN.

63. *Populi mei*] In textu Græco, *λαοῦ τοῦ καινοῦ*, id eſt, populi novi, non ita recte: quia Chriſtus pro univerſo mundo paſſus eſt. MEN.

64. *Plangite vos*] Lege, *plangente*, expuncto pronomine, *Vos*, ut in textu Græco *κοπτομένου*· id eſt, plangente. Nam populus illa die debebat affligere animas jejunio, ut ſupra explicatum eſt, in cinere & cilicio, ut hic planius declaratur. MEN.

65. *Λάβετε δύο τράγους καλοὺς καὶ ὁμοίους*] De hircorum ſimilitudine, ac bonitate, ſeu pulcritudine, integritate, in Levitico ne verbum quidem. Quamquam ea quæ offerebantur Deo, maculâ debebant carere: & qui creditur eſſe Dionyſius Alexandrinus in Epiſt. adverſus Paulum Samoſatenſem, Reſponſione ad 4. Quæſtionem, hircos *ὁμοίους* appellat; quæ eſt etiam ſententia Procopii Gazæi hic. Cyrillus Alexandrinus in Glaphyris; *καλοί τε καὶ ἰσομεγέθεις ἀλλήλοις ἀμφω τε ἰσήλικες, ὁμόχροοί τε καὶ οὐδὲ ἔλαττον ἔχοντες τὴν ἀρτιμέλειαν.* Hoc eſt, ut vertendum fuit; *pulcri, & ejuſdem inter ſe magnitudinis ambo, & coævi, item ejuſdem coloris, nec ullâ omnino affecti membrorum læſione.* Similes autem extitiſſe, præter auctores laudatos, & Thalmudiſtas in Joma, ac Maimonidem, De die propitiationum, teſtatur Juſtinus Martyr in Dialogo cum Tryphone Edit. Pariſ. p. 259 atque Tertullianus Contra Judæos cap. ultimo, & III. adverſus Marcionem, cap. 7. COT.

Sumite duos hircos.] Explicat allegorice duorum hircorum ſacrum, qui in expiationem populi offerebantur. Levit 16. MEN.

66. *Bonos ſimiles.*] Lege, *bonos & ſimiles*, in textu Græco, *καλοὺς καὶ ὁμοίους*· conſtat *ὁμοίους*. Ubi nota, etſi in capite citato Levitici nihil de hircorum ſimilitudine præcipiatur, tamen apud ſanctum Juſtinum Martyrem dial. cum Tryphone Judæo dicuntur, *τράγοι δύο ὅμοιοι*· id eſt, hirci duo ſimiles, & Tertullianus libro contra Judæos appellat, *Pares & conſimiles*: ſed unde ſumpſerunt, niſi ex hac epiſtola? MEN.

Hircos ſimiles eſſe debere docent Rabbini. Ita in Cod. Joma. c. 6. ſect. 1. dicitur quod *de duobus hircis diei expiationis mandatum eſt, quod erant pares aſpectu, ſtatura, pretio, & eodem tempore capi debere* addit Maim. in Yom haccippur. Solenne eſt Barnabæ in hac Epiſtola, cum Judaicum aliquem ritum propoſuerit, & ad redemtionis noſtræ myſterium deduxerit, tractationem particularem reſumere; hic ergo obſervat ſacerdotem cum de ſacrificio comederet, adumbraſſe Dominicam paſſionem non pro ſuis, ſed aliorum peccatis toleratam; cum univerſalis ſit regula, neminem comedere de ſacrificio expiatorio pro peccatis ſuis. Et propterea ſcelere: hinc inſuper diſcendum, Dominum eſſe illam expiationem quæ comedebatur cum amaritudinibus: de qua re Evangeliſta Matt. 26. 23. Nam ne illa circumſtantia inobſervata præteriret, Dominus in cœna paſchali proditoris Judæ indicium, intinctionem in paropſidem illud turbidum, eſſe voluit. OXON

67. *Unum*

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

De altero vero quid facient? *Maledictus*, inquit, *unus*. Attendite quo pacto figura Jeſu manifeſtetur. *Et conſpuite illum omnes, ac lancinate; &*

ρὸς [67] τὸν ἕνα εἰς ὁλοκαύτωμα. [68] τὸν δὲ ἕνα τί ποιήσουσιν; ἐπικατάρατος, φησὶν, ὁ εἷς. προσέχετε πῶς ὁ τύπος τοῦ Ἰησοῦ φανεροῦται. [69] καὶ ἐμπτύσατε πάντες, καὶ κα-

---

67. *Unum holocauſtum*] Lege *unum in holocauſtum*. Juxta cap. 16. Levit. Joſeph capite citato, & Philonem Judæum. At aliter Tertullianus: *Alter vero pro delictis oblatus, & ſacerdotibus tantum templi in pabulum datus*. Sed puto lapſum memoria Tertullianum & hircum illum, qui dabatur in viſcerationem ſeu pabulum ſacerdotibus ſumpſiſſe, pro illo qui offerebatur in holocauſtum ad populi expiationem ſimul cum emiſſario, & in hac epiſtola, quam haud dubie legit, non diſtinxiſſe tres hircos, unum quem edebant ſacerdotes, de quo Barnabas: *Et manducent de hirco, quem oblaturi ſunt ad jejunium pro omnibus peccatis. Attendite diligenter, & manducent ſacerdotes ſoli inteſtinum non lotum cum aceto*. Et infra. *Manducate vos ſoli populo jejunante & plangente*. Alterum immolatum in holocauſtum, tertium emiſſarium. MEN.

68. *Alium in maledictionem*] Hæc contractius reddita ſunt, cum in Græco paulo fuſius habeantur. Hic autem hircus in Græco textu Barnabæ dicitur ἐπικατάρατος id eſt, maledictus, quia cum imprecatione emittebatur ad expiationem populi: Levit. 16. ubi appellatur *emiſſarius* in vulgata verſione, & ἀποπομπαῖος apud Septuag. quod idem ſonat, ἀποπομπὴ, *ablegatio* in gloſſis veteribus, etiam averſio apud Suidam. Unde ἀποπομπαῖοι dæmones apud Julium Pollucem libro 5. cap. 26. qui maledictiones averruncabant. Et ἀποπομπαῖος hoſtia piacularis quæ emittebatur cum execratione, aliàs περίψημα, quia quotannis populi mala in ſe continens vel ſuſcipiens in mare demergebatur hoſtia piacularis Neptuno futuros, cui veteres dicebant: περίψημα ἡμῶν γενοῦ, ἤτοι σωτηρία, καὶ ἀπολύτρωσις id eſt, ſis expiatio noſtra, vel ſalus, & redemptio, apud Suidam, & Apoſtolum ſupra, aliàs φαρμακὸς. Heſychius φαρμακοὶ, καθαρτήριοι, περικαθαίροντες τὰς πόλεις, ἀνὴρ καὶ γυνή id eſt, purgatores luſtrantes urbes, vir & mulier. Duo erant Athenis piacula urbis, qui urbe ejiciebantur unus virorum, alter mulierum, apud Harpocrationem & Suidam, de quibus Helladius in Chriſtomathia. ἔθος ἦν ἐν Ἀθήναις φαρμακοὺς ἄγειν δύο, τὸν μὲν ὑπὲρ ἀνδρῶν, τὸν δὲ ὑπὲρ γυναικῶν, πρὸς τὸν καθαρμὸν ἀγομένους· καὶ ὁ μὲν τῶν ἀνδρῶν μελαίνας ἰσχάδας περὶ τὸν τράχηλον εἶχε. λευκὰς δὲ ἅτερος, &c. Id eſt, mos fuit Athenis duos ducere expiatores, unum pro viris, alterum pro feminis, qui ad expiationem ducebantur. Virorum expiator caricas nigras circa collum habebat, mulierum albas. Ejuſmodi autem expiatio ſiebat ad averruncandam peſtem, ſumpſitque initium à nece Androgeo, inquit idem auctor. Sic olim apud Æthiopes erant emiſſariæ hoſtiæ regionis expiatoriæ. Hic mos erat apud eos à priſcis temporibus ex oraculo traditus, ut per ætates viginti, annos vero ſexcentos: (ætas enim triginta perficitur annis,) duobus hominibus expiationem facerent. Habebant præparatum navigiolum ad ferendas maris tempeſtates, & quod duo viri facile poſſent regere. In id ſex menſium victu, quod ſatis eſſet ambobus impoſito, viros inducentes mandabant, ut ſecundum Oraculi reſponſa naviculam verſus meridiem dirigerent: venturos eſſe eos in inſulam felicem, & humanos homines qui beate viverent: eodem modo & eorum patriam, ſi ipſi in inſulam perveniſſent, ſexcentis annis in pace felicitateque futuram: ſin vero longitudine maris territi curſum retro verterent, tanquam impios ac ſceleſtos omni eorum genti magnarum calamitatum cauſam præbituros, ut ſcribit Diodorus Siculus libro 2. Bibliothecæ cap. 13. MEN

69. *Καὶ ἐμπτύσατε &c*] Lege Tertullianum: item Hebræos, qui veris fabuloſa permiſcent: necnon auctorem Sermonis de reſurrectione Domini, tomo 9. Operum Hieronymi Num. 34. לעזאזל id eſt τῷ ἀποπομπαίῳ. *capro emiſſario*, aut *in caprum emiſſarium*. Levitici XVI. quia עז & *hircum* & *fortem* ſeu *obfirmatum* ſignificat; אזל autem eſt *abiit*. Vertebat Aquila, εἰς τράγον ἀπολυόμενον vel ἀπολελυμένον εἰς τὴν ἔρημον. *in hircum dimiſſum ad ſolitudinem*. & εἰς κατισχυμένον. *in obfirmatum ſive fortem*. Symmachus, εἰς τράγον ἀπερχόμενον. *in hircum abſcedentem*. Hoc diſcimus ex Theodoreto, Procopio & Heſychio, ac ex Scholiis Græcis ad LXX. licèt mutilis & corruptis. Nam in Scholio 1. Σύμμαχος. τὸν ἀποπομπαῖον οὕτως ἡρμήνευσεν ὁ δὲ Ἀκύλας, εἰς τράγον ἀπολελυμένον εἰς τὴν ἔρημον desideratur Symmachi interpretatio, ſuppienda ex his Theodoreti Quæſtione 22. in Leviticum; καὶ ὁ Σύμμαχος δὲ τὸν ἀποπομπαῖον οὕτως ἡρμήνευσεν. εἰς τράγον ἀπερχόμενον· ὅτι ἀπεστέλλετο αὐτὸς εἰς τὴν ἀοίκητον γῆν. ὁ δὲ Ἀκύλας. εἰς τράγον ἀπολυόμενον εἰς τὴν ἔρημον. Et in Scholio 2. Ἀκύλας. ἀλλᾶσον εἰς κατισχυμένον, καὶ εἰς ἀπερχόμενον. legendum haud dubiè, Ἀκύλας, ἀλλὰ σὺν εἰς κατισχυμένον Σύμμαχος. εἰς ἀπερχόμενον. quia ſcilicet ex Symmachi voce contractà facta ſuit copula καὶ. Refelluntur autem à Cyrillo, Theodoreto & Procopio qui Azazelem ſeu ἀποπομπαῖον de quodam Dæmone accipiunt: quam ſententiam probavit Origenes lib. 6. contra Celſum pag 314. Editionis Auguſtanæ; amplectuntur Cabaliſtæ. Azazelis quoque mentionem factam reperies apud Irenæum lib. 1. cap.

15. At auctori Carminum Sibyllinorum lib. 2. Editionis Pariſ. p. 203. Ἀζαὴλ videtur alius eſſe quàm Ἀζαζὴλ, Azaël dictus quaſi *fortis ſeu fortitudo Dei*. In libro denique qui inſcribitur Henochi, inter ἐγρηγόρους nominatur Ἀζαλζὴλ, perperam, pro Ἀζαζὴλ: imo potiùs Ἀζαὴλ עזאל Uſiel enim vocatur à Jonathane Geneſ. VI. 4. COTELER.

Expuite in illum omnes, & pungite, & imponite lanam coccineam.] Hæc ſane notanda, cum graphicè exprimant Chriſti paſſionem, quæ etiam obſervat Tertullianus lib. 1. contra Judæos, & libro tertio contra Marcionem: *Unus autem eorum circumdatus coccino maledictus, & conſputatus, & convulſus, & compunctus à populo extra civitatem abjiciebatur in perditionem, manifeſtis notatus inſignibus Chriſti paſſionis, qui coccinea circumdatus veſte, & conſputatus, & omnibus contumeliis afflictus extra civitatem crucifixus eſt*. Quæ quidem circumſtantiæ à Barnaba notatæ, etſi non ſint in Scriptura, tamen per traditionem innotuerunt, ut alia plura, quæ in hac epiſtola continentur, quod in præſentiarum oſtendere operæ pretium duxi. Antiqui igitur Hebræi, præter legem ſcriptam, habebant quaſdam traditiones non ſcriptas, ut notum eſt ex Philone Judæo, libro de circumciſione: ταῦτα δὲ εἰς ἀκοὰς ἦλθε τὰς ἡμετέρας ἐκ παλαιολογούμενα παρὰ θεσπεσίοις ἀνδράσιν, οἳ τὰ Μωσέως οὐ παρέργως διηρμήνευσαν· id eſt, hæc igitur ad noſtras aures pervenerunt per manus à ſanctis viris traditione accepta, qui ſcripta Moſis non oſcitanter ſunt interpretati. Hæc videre eſt apud Euſebium libro quarto hiſt. Eccleſiaſticæ cap. 22. cum agit de Hegeſippo, ἄλλα τε ὡς ἐξ Ἰουδαϊκῆς ἀγράφου παραδόσεως μνημονεύει id eſt, alia item tanquam è Judaica traditione ſine ſcripto accepta memorat. Idem teſtatur S. Hilarius in Pſal. 2. *Erat autem jam à Moſe antea inſtitutum in ſynagoga omni ſeptuaginta eſſe doctores. Nam idem Moyſes, quamvis veteris teſtamenti verba in litteris condidiſſet: tamen ſeparatim quædam ex occultis legis ſecretiora myſteria ſeptuaginta ſenioribus, qui doctores deinceps manerent, intimaverat*, ex divo Hieronymo in cap. 45 Ezech. *At vero primitiva, quæ de frugibus offerebant, non erant ſpeciali numero definita, ſed offerentium arbitrio derelicta. Traditionemque accepimus Hebræorum non lege præceptam, ſed magiſtrorum arbitrio amitiam: qui plurimum, quadrageſimam partem dabat ſacerdotibus, qui minimum, ſexageſimam: inter quadrageſimam & ſexageſimam licebat offerri quodcumque voluiſſent*, &c. His conſonat Galatinus vir in omni Hebræorum diſciplina verſatiſſimus, cum lib. 2. de arcanis, cap. 1. ait duplicem eſſe legem à Moſe traditam, unam ſcriptam, alteram ore, hancque manaſſe in poſteros per continuam & ſucceſſivam traditionem. Id videmus in emptionibus Hebræorum, in quibus ſiebant duo inſtrumenta, unum clauſum, & publico ſigillo obſignatum ad faciendam ſidem in judicio, alterum apertum, ut omnibus legendum exhiberetur, ut notum Jeremiæ 32. *Et præcepit Baruc coram eis dicens: Hæc dicit Dominus exercituum Deus Iſraël: ſume libros iſtos, librum emptionis hunc ſignatum, & librum hunc, qui apertus eſt; & pone illos in vaſe fictili, ut permanere poſſint diebus multis*. De quibus tamen libris nihil in lege Moſis ſcriptum reperitur. Erant etiam hiſtorica quædam quæ non ſcripto, ſed traditione poſteris traducta ſunt, ut videre eſt 2. ad Timotheum cap. 3. *Quemadmodum Jannes & Jambres*, alii ſcribunt, *Mambres, reſtiterunt Moyſi: ita & hi reſiſtunt veritati*. Hi fuerunt Magi, qui in Ægypto Moyſi obſiſtentes falſa miracula edebant, quorum nomina ſcripta non fuerunt, ſed per traditionem ad ipſum Paulum pervenerunt. Horum mentionem etiam facit Numenius antiquus Philoſophus Pythagoricus apud Euſebium lib. 9. de præparatione Evangelica cap. 8. Ἰαννῆς καὶ Ἰαμβρῆς Αἰγύπτιοι ἱερογραμματεῖς ἄνδρες οὐδενὸς ἥττους μαγεῦσαι κριθέντες εἶναι ἐπὶ Ἰουδαίων ἐξελαυνομένων ἐξ Αἰγύπτου, id eſt, *Jannes & Jambres ſcribæ ſacrarum rerum Ægyptii, quo tempore Ægypti finibus ejecti ſunt Judæi claruere, viri omnium judicio rerum Magicarum ſcientia nemini concedentes: quippe ambo quidem communi Ægyptiorum conſenſu delecti ſunt, qui Muſæo, ita Moyſem appellat, duci Judæorum, cujus apud Deum potentiſſimæ preces erant, ſeſe opponerent*. Loci hujus Numenii meminit Origenes lib 4. contra Celſum, Jannis meminit Plinius lib. 30. cap. 1. Sed errat, cum eum Judæum Magum appellat. Hi Magi in ſolitudine Ægyptiaca ſibi ſepulcrum condiderunt ex lapidibus quadratis, & cum illic auri multum depoſuiſſent, & omne genus arborum plantaſſent, maximum aquæ puteum effoderunt, putantes poſt obitum ſrui deliciis in illo paradiſo: illudque κηποτάφιον appellarunt. Illuc viſendi gratia olim profectus eſt ſanctus Macarius, ut refert Palladius in Lauſiaca, cap. 20. Horum meminit Philoſtorgius lib. 9. hiſt. Eccl. c. 2 ὑπὸ Μωσέως φησὶ τούς τε Ἰαννὴν καὶ Ἰαμβρὴν ἐν ἕλκεσι κολασθῆναι, καὶ τὴν ἑκατέρου τούτων μητέρα τῷ θανάτῳ παραπεμφθῆναι· id eſt, ait à Moſe Jannem & Jambrem ulceribus punitos, & utriuſque horum matrem morti adjudicatam, in epiſt. Judæ Apoſtoli ſcribitur: *Cum Michaël Archangelus cum diabolo diſputans altercaretur de Moyſi corpore*,

καταπτύσατε, καὶ περίθετε τὸ ἔριον τὸ κόκκινον [70] περὶ τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ· καὶ οὕτως εἰς ἔρημον βληθήτω· καὶ οὕτω γενομένου, ἄγει ὁ βαστάζων τὸν τράγον εἰς τὴν ἔρημον, [71] ἀφαιρεῖ τὸ ἔριον, καὶ ἐπιτίθησιν αὐτὸ ἐπὶ [72] φρύγα-

imponite lanam coccineam circa caput ejus : & sic in desertum emittatur. Et cùm ita factum fuerit; qui portat hircum, abducit eum in eremum, & aufert ab illo lanam; quam ponit super fruticem, qui

---

pore, non est ausus judicium inferre blasphemiæ, sed dixit, imperet tibi Dominus. Trajecto mari rubro Pharaoni populum Iſraeliticum inſequenti viſi ſunt fulgores è cœlo micantes flammarum inſtar, ut narrat Ezechielus antiquus tragœdiarum ſcriptor Hebræus.

Ἀπ' οὐρανοῦ δὲ φέγγος ὡς πυρὸς φάνη
Ὥσθ' ἡμῖν εἰκάσαι ὡς ἦν τοῦθ' ὑπῆρχεν
Αὐτοῖς ἀρωγὸς ὁ Θεός.

Id eſt, è cœlo vero lux magna tanquam ignis emicuit nobis, ut conjicere eſt, aderat ipſis adjutor Deus. Idem refert Artapanus antiquus ſcriptor apud eundem cap. 27. ejuſdem libri: *συνεπιόντων δὲ Αἰγυπτίων, καὶ διωκόντων φασὶ πῦρ αὐτοῖς ἐκ τῶν ἔμπροσθεν ἐκλάμψαι* id eſt, fugientium terga prementibus Ægyptiis ex adverſo ignem coruſcaſſe dicit idem Ezechielus apud Euſebium, libri citati cap. 29. narrat de quadam ave admirabili, quæ viſa eſt Iſraelitis, cùm perveniſſent ad locum ubi erant ſeptuaginta palmæ, & duodecim fontes aquarum.

Διπλοῦν γὰρ ἦν τὸ μῆκος αἰετοῦ σχεδόν.
Πτεροῖσι ποικίλοισιν ἠδὲ χρώμασι
Στῆθος μὲν αὐτοῦ πορφυροῦν ἐφαίνετο, &c.

Id eſt, geminæ aquilæ magnitudo illius ferme fuit, multiplici pennarum colore decoram, pectus ei purpureum videbatur miniatis fulgens cruribus, aureo croco cervix fulgebat, ſubflavus erat oculus, pupilla ſimilis cocco fulgebat.

Φωνὴν δὲ πάντων εἶχεν ἐκπρεπεστάτην,

Vocemque habebat omnium ſuaviſſimam. Hujus Ezechieli Judaicarum tragœdiarum Scriptoris meminit Clemens Alexandrinus cap. 1. Strom. aliquot illius verſus ibidem citans. Cum obtulit Abel Domino ſacrificium, ignis in ejus holocauſtum è cœlo deſcendit, ut refert S. Ephræm, ſermone primo de ſacerdotio: *Cæterum revertamur ad juſtum Abel, qui ut initio creationis ſacerdos factus eſt, diſcamuſque ex ipſo, quando in principio victimam ſuam ſacrificavit Deo, nonne ignis è cœlo deſcendens ipſius ſacrificium devoravit?* Et paulo poſt. *Vides primum ſacerdotem Abel in prima creatione, quo pacto ignis cœlitus in terram deciderit, propter irreprehenſibile ejus ſacrificium.* Idem habetur apud ſanctum Joannem Chryſoſt. epiſt. ad Hebr cap. 11. *πῶς δ' ἄλλως ἐμαρτυρήθη ὅτι ἦν δίκαιος; λέγεται πῦρ κατελθὸν ἀναλῶσαι τὰς θυσίας· ἀντὶ γὰρ τοῦ εἶπεν Ἄβελ ἐπεῖδε, καὶ ἐπὶ θυσίαις αὐτοῦ ὁ Θεός, ἐνεπύρισεν, φησίν·* id eſt, quomodo principaliter teſtimonium accepit, quod juſtus eſſet? dicitur ignis deſcendens conſumſiſſe victimam. Pro hæc enim verbis, reſpexit Dominus ad Abel, & ad ſacrificium ejus, dixit, inflammavit. Ubi poſt τὸ εἶπεν ſubſtituendum eſt vox Θεοδοτίων. Nam illi ſancti Patres ex illius interpretatione hanc ſumpſere traditionem, ut notum eſt ex Haymone Alberſtatenſi in idem caput: *Teſtimonium quoque Deo perhibente muneribus ejus, ſive quod ignis deſcendit, ut in Theodotione legitur, quia inflammavit Dominus deſuper Abel, & ſuper munera ejus.* Quod confirmatur ex divo Hieronymo in quæſtionibus ad Geneſim: *Unde ſcire poterat Cain, quod fratris ejus munera ſuſcepiſſet Deus, & ſua repudiaſſet, niſi illa interpretatio vera eſſet, quam Theodotion poſuit? & inflammavit Dominus ſuper Abel, & ſuper ſacrificium: Super Cain vero, & ſuper ſacrificium ejus non inflammavit.* Geneſis 21. 6. de Agar & Iſmaele ſcripſere Septuaginta interpretes: *καὶ ἔῤῥιψε τὸ παιδίον ὑποκάτω μιᾶς ἐλάτης·* id eſt, & ejecit filium ſuum ſubter unam abietem: in in Hebræo habetur generatim ſubter unam arborem. Unde habuere Septuaginta hanc arborem eſſe abietem, niſi ex traditione. Cap. 10. Geneſis juxta eoſdem Septuaginta interpretes: *Arphaxad genuit Cainan, Cainan genuit Sale,* quem ſecutus eſt ſanctus Lucas cap. 3. quæ ſane generatio cum in Hebræo ſit omiſſa, interpoſita eſt à Septuaginta ex traditione. Inter munera quæ dedit Abraham filiis Chethuræ, fuerunt aurum, thus, & myrrha, quæ à Sodomorum & Gomorrhæ regibus acceperat. Quemadmodum habetur in traditionibus Hebræorum, ut refert ſanctus Epiphanius in expoſitione fidei Catholicæ. Quamobrem eorum poſteri in Magodia Arabiæ regione eadem munera Chriſto nato obtulerunt, ut refert ibidem Epiphanius lib. 2. Paralip 2. cap. 26. narratur Oziam regem Juda lepra percuſſum in templo, eo quod ſibi ſacerdotale munus arrogaſſet. Sed Joſephus lib. 9. Antiqu. Judaic. cap. 11. narrat, cum Rex objurgatus à Pontifice Azaria diſcedere nolens ei mortem minaretur, templo ſuperne diſciſſo ex terræ motu ſplendorem ingentem illuxiſſe, & regis faciem invaſiſſe, quod tamen in ſacris codicibus non extat, excepto tamen terræ motu, de quo cap. 1. Amos & Zachariæ 14. extat. MEN.

Mala tractatio ejus qui hircum emiſſarium educit in Tract. Joma. c. 6. ſect. 4. ſic enarratur: *evmes evellicabant & dicebant, vade & exi, vade & exi.* Et Gemara Babylon. *quare demoras manes hircus iſte cum peccata populi tam numeroſa ſint.* Idem mos apud Gentes invaluit, qui rebus in arcto poſitus, maleficum, & nullius pretii hominum, ita in induatum pro expiatione civitatis immolabant, poſtquam eum contumeliis omnimodis oneraſſent; is vero piaculum & catharma dicebatur. Hinc inclamarunt, teſte interprete Ariſtophanis in Acharn. ὁ δῆμος κεχηνώς, καὶ βοῶντες πάντες ἆρον. Pari modo, Salvatore noſtro ſputo & colaphis peſſime habito, cum morti deſtinaretur, clamore vulgi ingeminatum, *tolle, tolle, crucifige.* OXON.

70. Lanam hanc coccineam Talmudiſtæ *linguam* appellant quæ hirci emiſſarii capiti appenſa erat, ut denotaret, prout verſu 19 cap. 16. Levit. dicitur: *impoſitas eſſe omnes iniquitates filiorum Iſrael, capiti ejus.* Bajulus vero hirci piacularis, cum eum ad rupem Zuck perduxiſſet, tum enarrante codice Joma cap. 6 ſect. ult. *linguam coccineam dividebat, dimidium ad rupem,* alterum, in ſpinam illic creſcentem. alterum vero *dimidium inter cornua ejus alligabat.* Negantur porro Gemaristi, aliquando albeſcere coccinum, quandoque ruborem retinere, prout expiatio rite aut ſecus peragebatur: quo reſpicere volunt illud Iſai. 1. 18. *ſi fuerint peccata veſtra ut coccinum, quaſi nix dealbabuntur.* Utcunque res ſit, pariter accidebat in tractatione Domini noſtri; qui veſte coccinea à Pilati militibus indutus, Marc 15. 17. imo inſuper & alba, λαμπρᾷ ab Herode Luc. 23. 11. Locum hunc fere integrum, ſcriptis ſuis inſeruit Tertull. adv. Judæos, necnon lib. 3. cont. Marcion. cap. 7. Pertractat etiam Juſtinus Martyr dial cum Tryphone p. 259. qui pariter, agnum paſchalem verubus transfixum Domini noſtri crucifixionem exhibere oſtendit. OXON.

71. *Et auferat.*] Adde τὸ *lanam*, ut eſt in textu Græco. MEN.

72. *Φρύγανον τὸ λεγόμενον ῥαχήλ*] Optima Iſaaci Voſſii emendatio ῥαχία, ex gloſſis Herodoti, quæ ῥαχίας exponunt φρυγανοῦ. ὁ ὄρπηξ τῶν φρυγάνων. Atque inde, ut ex membranis Regiæ, emaculandus Suidas ῥαχία, φρύγανα. ὁ ὄρπηξ τῶν φρυγανωδῶν. Ἡρόδοτος. Scrib. ὄρπηξ. Quod nonnulli exiſtimant ad lanam coccineam, de qua hic ſermo, reſpici Iſaiæ 1:18. id verò tenui admodum nititur fundamento. COT.

Quæ dicitur rubus.] In textu Græco, λεγόμενον ῥαχήλ locus corruptus, & legendum ῥαχία, pro ῥαχήλ, quod nuſquam reperies, ῥαχία eſt ſtirps ſpinoſa. Heſychius: ῥαχία, &c. Et paulo poſt: ὅσα δὲ ἀκανθώδη φυτὰ καὶ τὰ φρύγανα. Eſt autem ſpinoſa ex qua fiunt ſepes: quod mire locum Barnabæ illuſtrat, & ῥάχος apud auctorem veteris etymologici eſt ῥάβδος ἀκανθώδης, baculus ſpinoſus, ῥαχία apud Suidam φραγμοί ſepes, maceriæ, quæ ex virgultis ſpinoſis maxime fiunt. Conſule Phavorinum. MEN.

Ἐπὶ φρύγανον τὸ λεγόμενον ῥαχήλ] Legendum ῥαχία. Gloſſæ Herodoti: ῥαχία, φρυγανοῦ. ὁ ὄρπηξ τῶν φρυγανῶν. Idem plane, quod ῥάχος ſive ῥάχις. Vetus interpres reddidit, rubum. Sed ῥάχος, ſive ῥαχία, non magis rubum ſignificat, quam quodcunque aliud genus ſpinæ, unde ſepes fiant; uti ſunt rhamnus, oxyacantha, paliurus, cynoſbatus, &c. Operæpretium eſt itaque, ut videamus, de quo ſpinæ genere intelligendus ſit hic locus. Multi enim nimium quam curioſe, & ſollicite, inquiſiverunt in genus illud ſpinæ, unde corona Chriſti fuerit contexta. Nemo tamen aliquid certi, quod ſciam adeptus. Ut ergo hoc melius ſciretur, repoſui ῥαχία ex illis, quos vidi codicibus; cum antea legeretur ῥάχηλ, quod locum hic habere non poteſt. Nemo ita fructum rubi appellat, ſed rubum ipſum. Heſychius; βάτος ὁ τῆς ἀκάνθης καρπός καλεῖται δὲ καὶ ἀκάνθιον, καὶ ῥάχος. Ita lege. Alii etiam βάτον vocant ſpinæ hujus fructum, ſed male βάτον. Omnino itaque vera eſt lectio, quam repoſui. Male autem vetus interpres *fructus* vertit. Βοτάνη enim eſt *germen*. Hinc adparet, falli eos, qui putarunt, ex vepribus, aut ex ſpina inſiugifera, textam fuiſſe coronam Chriſti. Sed neque recte ſenſerunt illi, qui eam ex rhamno fuiſſe credunt. Argumenta quæ afferunt, qui loca ſancta luſtrarunt, ejus non ſunt generis, ut cuiquam debeant perſuadere. Nam utcunque verum fuerit, quod adfirmant, rhamnos ſibi frequentes, rubos vero nullos, in iis locis vidiſſe; olim ita non fuit. Crebra eſt mentio ruborum in ſacris libris. Sed neque hoc eos juvat, quod rhamnum Itali quidam Spinam ſanctam vocent. Ita enim hanc dictam puto, quod amuletum eſſe contra veneficia credatur. Unde eam Nicander ἀλεξίκακον, alius quidam ἀλεξιφάρμακον, vocavit. Fuſius hoc ipſum docet vetus quidam Poëta, qui agit de plantis ſacris, deoque alicui conſecratis. Eum accepi à viro maximo Leone Allatio, cujus humanitati plurima quoque alia debeo. Verſus adſcribam;

Ῥάμνον ἔχει Πανὸς σὺ εὐγενέα παιφάσσειν
Θεσσαλίην φρυγανοῖσιν ἀκάνθαις ἐκτελέουσαν.
Ὥρα δ' ἐν φυτὸν τοῦτ' ἐπίκουρον ἐπὶ θύρῃσιν
Βαστάζειν τότε φαρμάκων, ὅπως φθίνουσι πάλιν
Διωκτικὴ παντοίων φαρμάκων κακὰ μαγγανεύματα
Κεραμεικῶς ὁπόταν ᾖ ἀποτρέψῃς κακοτροπίας

Δαφ-

qui vocatur rubus, cujus germina in agris reperta ſulemus manducare: ſic ſolius rubi fructus dulces ſunt. Cur itaque & hoc? Attendite: *Unum quidem, ſuper altare; alium verò maledictum.* Et quare qui maledictus eſt, coronatur? Quia videbunt eum illâ die habentem circa corpus talarem coccineam: & dicent; Nunne hic eſt, quem nos aliquando deſpectum, compunctum ac illuſum crucifiximus? Verè ille eſt, qui tunc ſe dicebat eſſe Filium Dei. Sicut ergo ſimilis: ita; *Similes hircos, bonos, & æquales:* ut cùm viderint eum tunc venientem, percellantur de hirci ſimilitudine. Itaque videtis figuram ejus qui paſſurus erat Jeſu. Quamobrem verò lanam in medio ſpinarum ponunt? Id figura eſt Jeſu, Eccleſiæ poſita; ut ſcilicet qui noluerit lanam coccineam auferre; eò quòd ſpina formidabilis ſit, debeat plurima ſufferre, & afflictatus potiri illius. Sic, inquit, qui volunt me videre, & ad regnum meum per-

Zach. 12. 10.

νὸς, τὸ λεγόμενον * ῥαχὴλ, [73] οὗ καὶ τοὺς * βλαστοὺς [74] εἰώθαμεν τρώγειν, ἐν τῇ χώρᾳ εὑρίσκοντες. [75] οὕτως μόνης τῆς ῥαχῆς οἱ καρποὶ γλυκεῖς εἰσι. τί οὖν καὶ τοῦτο; προσέχετε· τὸν μὲν ἕνα ἐπὶ τὸ θυσιαστήριον, τὸν δὲ ἕνα ἐπικατάρατον. καὶ ὅτι τὸν ἐπικατάρατον [76] ἐστεφανωμένον; ἐπειδὴ ὄψονται αὐτὸν, [77] τότε τῇ ἡμέρᾳ, τὸν [78] ποδήρη ἔχοντα τὸν κόκκινον περὶ τὴν σάρκα. καὶ ἐροῦσιν· οὐχ οὗτός ἐστιν, ὅν ποτε ἡμεῖς ἐσταυρώσαμεν, ἐξουθενήσαντες, καὶ κατακεντήσαντες, καὶ ἐμπαίξαντες; ἀληθῶς οὗτος ἦν, ὁ τότε λέγων ἑαυτὸν υἱὸν Θεοῦ εἶναι. [79] * πῶς γὰρ ὅμοιος, * καὶ τοῦτο, ὁμοίους τοὺς τράγους, καλοὺς, καὶ ἴσους· [80] ἵν᾽ ὅταν ἴδωσιν αὐτὸν τότε ἐρχόμενον, ἐκπλαγήσονται ἐπὶ τῇ ὁμοιότητι τοῦ τράγου. οὐκοῦν * ἴδε τὸν τύπον τοῦ μέλλοντος πάσχειν Ἰησοῦ. [81] τί δὲ ὅτι τὸ ἔριον εἰς μέσον τῶν ἀκανθῶν τιθέασι; [82] τύπος ἐστὶ τοῦ * Ἰησοῦ, τῇ ἐκκλησίᾳ κείμενος· ἵνα ὃς ἐὰν θέλῃ τὸ ἔριον ἆραι τὸ κόκκινον, δεῖ αὐτὸν πολλὰ παθεῖν, διὰ τὸ εἶναι φοβερὰν τὴν ἄκανθαν, καὶ θλιβέντα [83] κυριεῦσαι. [84] Οὕτω, φησὶν, οἱ θέλοντές με ἰδεῖν, καὶ ἅψασθαι

* al. ῥαχήλ.
* al. βλαστούς.
* f. ὁ τράγος ὅμοιος, apud nos τοῦτο ὁμοίως.
* al. εἰς τό.
* al. ἴδιον.

Φαρμακίδες τε κακῶν καὶ βάσκανα φῦλ᾽ ἀνθρώπων.
Πρῶτα γὰρ μανιάκην γ᾽ ἐχρήσατο τῆσδε φυτείης
Παλλὰς Ἀθηναίη κούρη Διὸς αἰγιόχοιο.
Παίδεσσιν στυγερῶν μάχας κορυφῇσι βίηφι.
Τίμιος ἐν ἀθανάτοισι θεοῖς, θνητοῖς τε γέγαντες,
Σημεῖον ἀεὶ ἔμεναι κρατερῶν νίκησιν ἰόντες
Πανδήμως δ᾽ ἄρ᾽ ἔπειτα θεοὺς [illegible]
Καὶ τοὺς [illegible] θεῶν καὶ ἀγάλματα [illegible].
Θρεμμάτων γοῦν, ἵνας τε καλὸν φυτὸν [illegible].
Περί τε [illegible] κεφαλῆς, καὶ δαίμονας [illegible].
Πάντα γὰρ [illegible] φάρμακα [illegible].

Sed neque hic auctor, neque quiſquam veterum, quod ſciam, dixit, thamnum fructum dulcem, aut germina edulia producere. Quod ſi quis illam quorundam opinionem ſequatur, qui putant, albam ſpinam eſſe eandem atque thamnus; eædem manent difficultates. Forſan tamen intelligent non de frutice, ſed de herba; uti fecit Marcellus Empiricus, cap. XXIII. *Herba Salutaris, id eſt ſpina alba, qua Chriſtus coronatus eſt, quæ velut uvam habet, lienem leviter in eodem loco perfricata ſanabit.* De eadem herba loquitur Plinius, cum ait, *albæ ſpinæ caulem pro pomo eſſe*; & alibi cum inquit quod *ſpinæ albæ cauliculi inter oblectamenta quandoque gulæ condiantur.* Ita fere meliores libri. Hæc enim verba Plinii de herba eſſe intelligenda, docuit ὁ πανυπέρτατος, in divino exercitationum opere, quidquid alii aut ante, aut poſtea, fuerint nugati. Uti igitur neque de rhamno, ita neque de alba ſpina ſive frutice, ſive herba, accipi poſſunt hæc Barnabæ verba. Ille enim nec germen, neque fructum edulem præſtat; altera vero eſt herba. Utcunque autem fateamur, eandem plantam à veteribus non raro promiſcue vel herbam, vel fruticem, nuncupari: quis tamen adeo fuit fatuus, ut ſepes ex herba conſtruxerit? Ῥάχος vero aliter, quam de frutice, unde ſepimentum fiat, intelligi non poteſt. Fruſtra eſt itaque Marcellus, & ſi qui eum ſequuntur. Fuere alii, qui alias excogitarunt ſpinas; uti acaciam, juncum marinum, uvam criſpinam: ſed eorum opiniones tanti non ſunt, ut mereantur confutari. Omnino verum eſſe puto, coronam Dominicam ex rubo fuiſſe contextam; in illam enim omnia, quæ dixi, conveniunt. Neque obeſt, quod Pollux βάτον, & ῥάχον, tanquam diverſas ominet. Differunt enim in genere, & ſpecie. Clemens Alexandrinus, ubi de hac corona loquitur, adſignat huic ſpinæ σταφυλὴν, ſive uvam. Rubo eam ipſam adſignat Theophraſtus. Germina vero ruborum, id eſt, τὰς βλαστὰς τῶν βάτων, commendat etiam inter cibos Galenus περὶ τροφῶν δυνάμεως β΄. Sed relinquamus ſpinas, in quibus ſatis jamdiu hæſimus. Iſtud addam, illa de hirco emiſſario, quæ in Sacra Scriptura paucis memorantur, exſtare quoque apud Tertullianum libro contra Judæos, & iiſdem pæne verbis III. contra Marcionem: ac præterea in Judæorum Miſnajoth ſimilia de hoc hirco haberi. Vide tractatum Joma cap. V. & VI. &c. VOSS.

Ῥαχήλ.] Scribo τὸ λεγόμενον ῥάχην, rubum profecto in rupe ortum, רָחֵל; quod Latine ſonat *Præcipitium*, dato nomine ex ritu quàm ſevero. BERN.

73. *Cujus & fructus*] In textu Græco, οὗ τοὺς βατοὺς corrupté legitur: nam βατὸς oxytoné eſt pervius, & βάτος gravitoné rubus: lege igitur, οὗ καὶ τὰ βάτινα: eſt enim βάτινον fructus rubi. Galenus s. de alimentis. τὰ βάτινα καρπὸν ὀνομάζουσιν οἱ κατ᾽ ἐμὲ ἄνθρωποι βάτινον: id eſt, ruborum fructum nominant homines noſtri βάτινον. MEN.

74. *Adſuemus.*] Lege *adſuevimus*, ut in textu Græco εἰώθαμεν. MEN.

75. *Hujus ſtirpis.*] In textu Græco: οὕτω μόνης τῆς ῥαχῆς, lege, τοῦτο ῥαχοῦ, expunctis tribus primis vocabulis: *Et quare is qui maledictus*, hæc deſiderantur in textu Græco. MEN.

Οὕτως μόνης τῆς ῥαχῆς] Lege, τοίνυς μόνης τῆς ῥάχου. Male alius aliter emendavit. Paulo poſt lege; καὶ ὅ, τι τὸν ἐπικατάρατον ἐστεφανωμένον. Ita infra, ὅ, τι δὲ τὸ ἔριον ἐπὶ τὸ ξύλον. Quomodo particula ὅτι, & in hac epiſtola, & apud alios autores, ſæpiſſime accipitur. Male itaque viri docti hæc corrigunt. VOSS.

76. *Coronatus.*] Lege, *coronatus eſt. Videbunt illum tunc.* Juxta illud Zachariæ cap. 12. *Et aſpicient ad me quem confixerunt, & plangent cum planctu.* Ita hunc Prophetæ locum applicat ſanctus Hippolytus libro de Antichriſto, de judicio agens, καὶ ἅπαξ πάντα θεάσονται ὁ τῶν Ἑβραίων δῆμος, καὶ κόψονται, καὶ κλαύσονται, καθὼς βοᾷ ὁ προφήτης, ὄψονται εἰς ὃν ἐξεκέντησαν: id eſt, ſemel omnia videbit Hebræorum populus, & planget, & flebit, quemadmodum clamat Propheta: *Videbunt in quem pupugerunt.* Quem locum, etſi Joannes cap. 19. explicaverit de paſſione, nihil tamen obeſt, quin explicari etiam poſſit de ſecundo Chriſti adventu. His conſonat ſanctus Juſtinus Martyr dialogo cum Tryphone Judæo, ubi agens de duobus hircis ait per ejuſmodi figuram repræſentari utrumque Chriſti adventum, & agens de ſecundo ſcribit: ὅτι ἐν τῷ αὐτῷ τόπῳ τῶν Ἱεροσολύμων ἐπιγνώσεσθε αὐτὸν τὸν ἀτιμωθέντα ὑφ᾽ ὑμῶν: id eſt, quia in ipſo loco Hieroſolymorum cognoſcetis ipſum, qui à vobis ignominia affectus eſt. MEN.

77. *In illa die.*] Id eſt, in die judicii Zachar. cap. 12. *In die illa ponam duces Juda, ſicut caminum ignis in lignis:* Et infra. *In die illa magnus erit planctus in Hieruſalem.* Paulus 2. ad Timotheum 1. *Det illi Dominus invenire miſericordiam à Domino in illa die.* Et cap. 4. *Quam reddet mihi Dominus in illa die juſtus judex.* Et cap. 1. ejuſdem epiſtolæ dixit, *ſervare in illum diem.* MEN.

78. *Chlamydem habentem coccineam circa corpus.*] Nota Chriſtum in die judicii venturum eſſe chlamyde coccinea circumdatum, qui etiam apparebit cum cæteris paſſionis ſuæ notis, ut docet ſanctus Hippolytus loco citato: τῶν γὰρ Ἑβραίων ὁ δῆμος ὄψεται ἐν σχήματι ἀνθρώπου καθὼς αὐτοῖς ὤφθη ἐν τῷ σώματι [illegible] καὶ καθὼς αὐτὸν ἐσταύρωσαν, καὶ δείξει αὐτοῖς χειρῶν, καὶ τῶν ποδῶν τοὺς ἥλους, καὶ τὴν πλευρὰν αὐτοῦ νενυγμένην διὰ τῆς λόγχης, καὶ τὴν κεφαλὴν τὴν ἐξ ἀκανθῶν ἐστεφανωμένην, καὶ τὸν τίμιον σταυρόν: id eſt, populus enim Hebræus videbit ipſum in habitu hominis, quemadmodum ab ipſis viſus eſt ex ſancta Virgine natus in carne, & quemadmodum eum crucifixerunt, & oſtendet illis manuum, & pedum clavos, & latus ſuum lancea confoſſum, & caput ſpinis coronatum, & honorandam crucem. MEN.

79. *Sicut ergo ſimilis.*] In textu Græco: πῶς γὰρ ὅμοιος, male: lege, ὡς ἂν ὅμοιος. Sic in textu Græco, καὶ τοῦτο l. οὕτως. Senſus horum eſt, ſicut ergo Chriſtus ſimilis eſt duobus illis hircis in die jejunii ad populi expiationem oblatis, ſic ſimiles hircos & æquales: ſubaudi, offerri præcepit Moyſes. MEN.

80. *Ut cum viderint unum ex illis tunc paſcentem.*] Hæc corrupta ſunt: ſed lege, ut in textu Græco: *Sed cum viderint eum tunc venientem:* lege tamen in textu Græco, νῦν, loco, τοτέ. MEN.

81. *Quare & lanam in medio ſpinarum ponunt.* Intelligit lanam coccineam, qua velatus erat caper emiſſarius, qui inter ſpinas projicitur in ſolitudinem ablegatus. MEN.

82. *Figura Jeſu*] Lege, *figura Jeſu eſt*, &c. MEN.

83. *Dominari illius.*] In textu Græco, κυριεῦσαι, deeſt, αὐτοῦ, id eſt, illius, nempe ἐρίου, id eſt, lanæ. Dominari illius, id eſt, habere illam in poteſtate, cum maxtrum de ſpinis ſublata fuerit. MEN.

84 *Sic, inquit, &c.*] Nempe Jeſus. Non profertur hic certus aliquis Evangelii locus, ſed ſenſus multorum Chriſti dictorum, de tribulationibus perferendis ab eis qui ſunt æternæ vitæ ſtudioſi, ut: *Arcta via eſt quæ ducit ad*

vitam

ψαί με τῆς βασιλείας, ὀφείλουσι θλιβέντες [81] καὶ παθόντες λαβεῖν με.

[86] Τίνα δὲ δοκεῖτε τύπον εἶναι, ὅτι [87] ἐντέταλται τῷ Ἰσραὴλ, προσφέρειν δάμαλιν τοὺς ἄνδρας ἐν οἷς ἁμαρτίαι τέλειαι, καὶ σφάξαντας κατακαίειν· [88] καὶ αἴρειν τότε τὴν σποδὸν παιδία, καὶ βάλλειν [89] εἰς ἄγγη, καὶ [90] περιτιθέναι * τὸ ἔριον τὸ κόκκινον, καὶ τὴν ὕσσωπον, καὶ οὕτω ῥαντίζειν τὰ παιδία [91] καθ᾽ ἕνα, τὸν λαὸν, ἵνα ἁγνίζωνται ἀπὸ τῶν ἁμαρτιῶν; νοεῖτε, πῶς [92] ἁπλότητι λέγει ὑμῖν. [93] Ὁ μόσχος οὗτός ἐστιν ὁ Ἰησοῦς· οἱ προσφέροντες, ἄνδρες ἁμαρτωλοὶ, οἱ προσενέγκαντες αὐτὸν ἐπὶ σφαγήν· [94] εἶτα οὐκέτι ἄνδρες, οὐκέτι ἁμαρτωλῶν ἡ δόξα. Οἱ δὲ ῥαντίζοντες παῖδες, εὐαγγελιζόμενοι ἡμῖν τὴν ἄφεσιν τῶν ἁμαρτιῶν, καὶ τὸν ἁγνισμὸν τῆς καρδίας, οἷς ἔδωκε τοῦ Εὐαγγελίου τὴν ἐξουσίαν (οὖσι δεκαδύο, [95] εἰς μαρτύριον τῶν φυλῶν, ὅτι δεκαδύο αἱ φυλαὶ τοῦ Ἰσραὴλ) εἰς τὸ κηρύσσειν. [96] Διὰ τί δὲ τρεῖς παῖδες οἱ ῥαντίζοντες; εἰς μαρτύριον Ἀβραὰμ, καὶ Ἰσαὰκ, καὶ Ἰακὼβ, ὅτι οὗτοι μεγάλοι τῷ Θεῷ. Ὅτι δὲ τὸ ἔριον ἐπὶ τὸ ξύλον; [97] ὅτι ἡ βασιλεία τοῦ Ἰησοῦ ἐπὶ τῷ ξύλῳ· [98] διότι οἱ ἐλπίζοντες * εἰς αὐτὸν, ζήσονται εἰς τὸν αἰῶνα. Διὰ τί δὲ ἅμα τὸ ἔριον καὶ τὴν ὕσσωπον; ὅτι [99] ἐν τῇ βασι-

* add. τῷ ξύλῳ.

* al. ἐπ᾽ αὐτὸν.

venire; debent per afflictiones ac tormenta poſſidere me.

VIII. Quam autem figuram potatis eſſe, quòd præcipitur Iſraëli, ut homines conſummatæ nequitiæ, juvencam offerant, & eam mactatam comburant; utque tunc pueri tollant cinerem, ac in vaſa mittant; poſtea baculo alligent lanam coccineam cum hyſſopo; & ſic populum ſigillatim pueri aſpergant, ut à peccatis purgetur? Aſpicite quo modo in ſimplicitate nobis loquatur. Vitulus iſte, Jeſus eſt, homines nequam qui obtulerunt, ſunt ii qui Dominum ad necem obtulerunt: ſed nunc non ampliùs viri, nulla ampliùs peccantium gloria. Jam verò pueri aſpergentes, ſunt qui fauſtè nunciaverunt nobis remiſſionem peccatorum & purificationem cordis; quibus dedit Evangelii prædicandi poteſtatem; quique ſunt duodecim, in tribuum teſtimonium, quia apud Iſraëlitas duodecim erant tribus. At cur tres pueri aſpergentes? Nempe, in teſtimonium Abrahami, & Iſaaci, & Jacobi; quòd ii magni fuerint coram Deo. Cur verò lana in ligno, ſeu baculo? Quia regnum Jeſu in ligno exſiſtit: ideo qui in illum ſperant, vivent in æternum. Quare autem ſimul lanam & hyſſopum? Quoniam in regno illius

Num. 19.

Laudatur à Hieronymo in Ezechiel. 43 19.

Apoſtoli.

vitam, *qui vult venire poſt me*, &c. Et ſimilia, quæ paſſim in Evangelio reperire eſt. MEN

85. *Et multa pati accipere.*] Lege, *& multa patientes accipere me*, ut in texto Græco. Senſus ergo eſt: quemadmodum is, qui vult accipere lanam ſpinis involutam, id præſtare prius non poteſt, quam ſpinarum aculeis pungatur: Sic nemo Chriſto frui poterit, qui prius pro illo dura & acerba multa non pertulerit, juxta illud Pauli: *Per multas tribulationes, oportet nos intrare in regnum cælorum.* MEN.

86. *Quam autem figuram putatis eſſe.*] Aliam profert paſſionis Chriſti figuram quæ eſt de aſperſione cineris vitulæ rufæ. MEN.

87. *Ἐντέταλται τῷ Ἰσραήλ.*] Philo Judæus libro de victimas offerentibus, paulo poſt initium, *κελεύει γὰρ, δάμαλιν πυρρὰν ἄζυγα ἀχθεῖσαν σφαγιασθῆναι μὲν ἔξω πόλεως, τὸν δὲ ἀρχιερέα λαμβάνοντα ἀπὸ τοῦ αἵματος, ἑπτάκις ἐπιρραίνειν ἀντικρὺ τοῦ νεὼ πάντα· εἶθ᾽ ὅλην κατακαίειν σὺν δορᾷ καὶ σαρξὶ καὶ τῇ κοιλίᾳ μεστῇ ὀνθυλευμάτων. ἤδη δὲ ὑπομαραινομένης τῆς φλογὸς, εἰς τὸ μεσαίτατον τρία ταῦτα ἐμβάλλειν, ξύλον κέδρινον, ὕσσωπον, καὶ κόκκινον κλωστόν.* Quo loco rectè obſervatum fuit à Menardo, ex Numerorum cap. 19 *κόκκινον* ſcribi debere, ac deleri *κόμμι*. Addo ego, hinc etiam reſtituendum *κρίνον*, expulſâ vitioſâ voce *κέρας*. Adeò ut ſenſus ſit, *Præcipit enim juvencam rufam indomitam, eductam mactari quidem extra civitatem; Pontificem vero ſumpto illius ſanguine, ſepties eum contra templum aſpergere; tum totam exurere cum pelle, & carnibus, plenoque excrementis ventre. Jamque ſubſidente flammâ, in medium tria hæc jubet injicere, lignum cedrinum, hyſſopum, & coccinum.* COT.

Quia præceptum eſt populo Judæorum, &c.] Numer. 19. Judæis præcipitur, ut adducant Moyſi vaccam ſine macula, quæ non portaverit jugum, ut ſacerdos immolet eam extra caſtra, & combuſtis ejus carne, ſanguine, fimo & pellibus cum ligno cedrino, hyſſopo, & cocco bis tincto, vir mundus collectos cineres ponat in loco puriſſimo extra caſtra: *Ut ſint multitudini filiorum Iſrael in cuſtodiam, & in aquam aſperſionis: quia pro peccato vacca combuſta eſt*, inquit Moyſes. Tandem præcipit, ut aqua ſuper cineres in vas infuſa, mundus homo aſpergat hyſſopo eos, qui mundandi ſunt, de quibus eodem capite agitur. Ejuſmodi aſperſionem tangit Paulus ad Hebr. 9. *Si cinis vitulæ aſperſus*, &c. Ita Moyſes. ſed Barnabas quaſdam circumſtantias, quæ ex traditione obſervabantur, addit: 1. quod vacca illa a peccatoribus deberet offerri, id eſt, adduci ad offerendum. 2. Quod pueri mitterent cinerem in vaſa fictilia. 3. Quod iidem lana coccinea & hyſſopo ligno circumligatis uterentur, tanquam aſperſorio. Philo Judæus libro de victimis offerentibus, ait cornua etiam atque inteſtina vaccæ comburi ſolita, quæ non exprimuntur Num. cap. citato, ſanguine prætermiſſo, qui debet etiam comburi ex cap. citato: additque circumſtantiam, quando ligna debeant cedrina, cum hyſſopo, & cocco bis uncto in ignem injici, nimirum jam ſubſidente paulatim flamma: *κελεύει*, inquit, *δάμαλιν πυρρὰν ἄζυγα ἀχθεῖσαν σφαγιασθῆναι μὲν ἔξω πόλεως, τὸν δὲ ἀρχιερέα λαμβάνοντα ἀπὸ τοῦ αἵματος ἑπτάκις ἐπιρραίνειν ἀντικρὺ τοῦ νεὼ· εἶθ᾽ ὅλην κατακαίειν σὺν δορᾷ, καὶ σαρξὶ, καὶ κέρασι, τῇ κοιλίᾳ ἀνεστομωμένῃ· ἤδη δὲ ὑπομαραινομένης τῆς φλογὸς εἰς τὸ μεσαίτατον τρία ταῦτα ἐμβάλλειν ξύλον κέδρινον, ὕσσωπον, καὶ κόμμι καλῶν·* lege *κόκκινον* id eſt, præcipit enim lex vaccam rufam indomitam mactari extra pomœrium, deinde pontificem deſumpto ejus ſanguine ſepties eum contra templum aſpergere, tum totam exurere una cum pelle, cornibus atque interaneis, jamque ſubſidente paulatim flamma in medium hæc tria ſuperinjici lignum cedrinum, hyſſopum, cuminumque. Reddendum tamen erat, *coccinumque*, juxta caput 19. Num. MEN.

88. *Tollere tunc cinerem pueros*] In cap. 19 Num. dicitur generatim hunc cinerem tolli ab homine mundo. MEN.

89. *In vaſa fictilia.*] Hæc circumſtantia vaſis non exprimitur, ex quo ſatis patet, id quod ſupra diximus, videlicet non fuiſſe omnia à Moyſe expreſſa. MEN.

90. *In ligno.*] In texto Græco deeſt, *τῷ ξύλῳ*, id eſt, ligno, ſed reſtituendum, ut ex ſequentibus clarum eſt. In capite citato, Num. ſola fit hyſſopi mentio, ligno & lana coccinea prætermiſſis. MEN.

91. *Circa ſingulas turbas populi.*] Hæc generatim dicuntur, ſed diſtributive de his qui polluti fuerant, intelligenda ſunt. MEN.

92. *In ſimilitudine.*] In texto Græco legitur, *ἁπλότητι*, male, lege *ἐν ὁμοιότητι*, id eſt, in ſimilitudine. MEN.

93. *Vacca erat Jeſus.*] In textu Græco, *ὁ μόσχος οὗτός ἐστιν ὁ Ἰησοῦς·* id eſt, vitulus iſte Jeſus eſt, cum ſupra ſcriptum ſit, *δάμαλιν*, id eſt, vaccam: Sed puto retinendum eſſe vocabulum *μόσχος*, & exponendum, *vitulus*, expuncto pronomine *οὗτος*, qui non extat in verſione Latina, hoc pacto; *Vitulus eſt Jeſus* & poſitum eſſe vocabulum à Barnaba, ut Chriſto convenientius. Quod ſatis liquet ex ſancto Hieronymo in caput quadrageſimum tertium Ezechielis, ubi hujus epiſtolæ profert auctoritatem, quæ de nullo alio ejus loco, quàm de hoc intelligenda eſt. *Vitulum autem qui pro nobis immolatus eſt, & multa Scripturarum loca, & præcipue Barnabæ epiſtola, quæ habetur inter Scripturas apocryphas, nominat.* MEN.

94. *Ad victimam.*] In textu Græco hæc ſequuntur, quæ non extant in interpretatione Latina: *εἶτα οὐκέτι ἄνδρες, οὐκέτι ἁμαρτωλῶν ἡ δόξα.* Sed puto legendum: *εἶτα οὐκέτι ἄνδρες ἁμαρτωλοὶ, οὐκέτι ἁμαρτιῶν ἡ δόξα·* id eſt, deinde non amplius homines peccatores, nulla amplius peccatorum opinio, quæ nihil aliud ſibi volunt, quam quod Chriſti paſſione peccatum deletum ſit. MEN.

95. *Teſtimonium*] Lege, *in teſtimonium, Judæorum*, adde ad prædicandum: *Quare tres pueri aſpergentes? in teſtimonium Abraham, Iſaac, Jacob, quia hi magni apud Deum*, ut in textu Græco. MEN

96. *Quare ergo.*] In textu Græco legitur, *ὅτι δὲ*· ſed legendum, *διὰ τί δέ*. MEN.

97. *In ligno eſt.*] Adde, ut in textu Græco: *Quia regnum Chriſti in ligno eſt.* MEN.

Ὅτι ἡ βασιλεία τοῦ Ἰησοῦ ἐπὶ τῷ ξύλῳ.] Propter hunc locum Barnabæ additum crede *ἀπὸ ξύλου* & *ἐβασίλευσεν* codicibus aliquot Græcis Pſalterii ævo Juſtini, & inde compluribus Ægyptii ψ Gi. 9. non alicui ψ ſequentium, *ὁ δὲ κύριος ἐβασίλευσεν ἀπὸ ξύλου*. Noſtra etenim exemplaria Græca, Latina, Arabica, cæteraque cuncta carent hac appendice, præter Coptica. BERN.

98. *Quia qui.*] Lege, *quare qui*, ut in textu Græco. MEN.

99. *in regno illius*] Ideſt, in Eccleſia Chriſti. MEN.

hus erunt dies mali ac ſordidi, in quibus nos ſervabimur: quandoquidem qui corpore ægrotat, à ſordibus per hyſſopum curatur. Et propter hoc, quæ ita habent, nobis quidem manifeſta ſunt, Judæis autem obſcura; quia non audierunt vocem Domini.

IX. Dicit enim iterum de auribus, quo modo
Circumciſio. noſtras aures, & cor circumciderit. Ait Domi-
Pſ. 17. 45. nus apud Prophetam; *In auditu auris obedivit*
Iſ. 33. 13. *mihi.* Et iterum dicit; *Auditu audient qui longè*
Jer. 4. 4. *ſunt, quæ feci ſcient.* Et, *Circumcidite corda*
Jer. 7. 2. *veſtra, ait Dominus.* Et rurſus ait; *Audi Iſraël, hac dicit Dominus Deus tuus.* Iterumque Spiritus
Pſ. 33. Domini prophetat: *Quis eſt qui vult vivere in perpetuum? Auditione audiat vocem filii mei.* Et
Iſ. 1. 2. iterum dicit; *Audi cælum, & auribus percipe terra; quia Dominus locutus eſt.* Hæc in teſtimo-
Iſa. 1. 10. nium. Rurſuſque ait; *Audite verbum Domini,*
Iſa. 40. 3. *principes populi hujus.* Et adhuc; *Audite, filii, vocem clamantem in deſerto.* Ergo circumcidit aures noſtras; ut audito verbo, credamus. Circumciſio enim, in qua confidebant, irrita facta eſt. Præcepit enim circumciſionem, non carnis: illi autem tranſgreſſi ſunt, quia malus Angelus dece-
Jer. 4. 3. 4. pit illos. Ait ad eos: *Hac dicit Dominus Deus veſter: hic invenium novam legem: nolite ſerere ſuper ſpinas. Circumcidimini Domino veſtro.* Et quid
Jer. 7. 26. dicit? *Circumcidite duritiam cordis veſtri; & cer-*
Jer. 9. 25. 26. *vicem veſtram ne induretis.* Atque iterum; *Ecce, dicit Dominus: Omnes gentes incircumciſæ ſunt, ac*

λεία αὐτοῦ [1] ἡμέραι ἔσονται πονηραὶ καὶ ῥυπαραί, ἐν αἷς ἡμεῖς σωθησόμεθα· ὅτι καὶ ἀλγῶν τὴν σάρκα [2] διὰ τοῦ ῥύπου τοῦ ὑσσώπου ἰᾶται. Καὶ διὰ τοῦτο [3] οὕτω γινόμενα, ἡμῖν μέν ἐστι φανερά, ἐκείνοις δὲ σκοτεινά. ὅτι οὐκ ἤκουσαν φωνῆς τοῦ κυρίου.

[4] Λέγει γὰρ πάλιν περὶ τῶν ὠτίων, πῶς περιέτεμεν ἡμῶν, καὶ τὴν καρδίαν. λέγει ὁ κύριος ἐν τῷ προφήτῃ. εἰς ἀκοὴν ὠτίου * ὑπήκουσάν μου. Καὶ πάλιν λέγει· ἀκοῇ ἀκούσονται οἱ πόῤῥωθεν, ἃ ἐποίησα γνώσονται. Καὶ [5] περιτμήθητε, λέγει κύριος, τὰς καρδίας ὑμῶν. Καὶ πάλιν λέγει· [6] ἄκουε Ἰσραήλ, ὅτι τάδε λέγει κύριος ὁ Θεός σου. Καὶ πάλιν τὸ πνεῦμα κυρίου προφητεύει. τίς ἐστιν [7] ὁ θέλων ζῆσαι εἰς τὸν αἰῶνα, ἀκοῇ ἀκουσάτω τῆς φωνῆς τοῦ παιδός μου. Καὶ πάλιν λέγει· ἄκουε οὐρανέ, καὶ ἐνωτίζου ἡ γῆ, ὅτι [8] ὁ * Θεὸς ἐλάλησε. Ταῦτα εἰς μαρτύριον. Καὶ πάλιν λέγει· [9] ἀκούσατε λόγον κυρίου ἄρχοντες τοῦ λαοῦ τούτου. Καὶ πάλιν λέγει· ἀκούετε τέκνα, τῆς φωνῆς βοῶντος ἐν τῇ ἐρήμῳ. Οὐκοῦν περιέτεμεν ἡμῶν τὰς ἀκοάς, ἵνα ἀκούσαντες λόγον * [10] πιστεύσωμεν· ἡ γὰρ περιτομή, ἐφ' ᾗ πεποίθασι, κατήργηται. Περιτομὴν γὰρ εἴρηκεν, οὐ σαρκὸς γενηθῆναι· ἀλλὰ [11] παρέβησαν, ὅτι ἄγγελος πονηρὸς * ἐσόφισεν αὐτούς. Λέγει πρὸς αὐτούς· Τάδε λέγει κύριος ὁ Θεὸς ὑμῶν· ὧδε * [12] εὑρίσκω ἐντολήν· * [13] μὴ σπείρητε ἐπ' ἀκάνθαις. Περιτμήθητε τῷ κυρίῳ ὑμῶν. Καὶ τί λέγει· [14] περιτμήθητε τὸ σκληρὸν τῆς καρδίας ὑμῶν, καὶ τὸν τράχηλον ὑμῶν οὐ μὴ * σκληρυνεῖτε.

* al. ὑπήκουσε.
* al. κύριος.
* al. πιστεύωμεν.
* al. ἐσόφιζεν.
* f. [illegible]
* non add.
* al. σκληρύνητε.

1. *Dies erunt neguiſſimi & ſordidi.*] Ob varias tentationes, & perſecutiones. *Quibus*, lege, *in quibus*. In textu Græco additur ἡμεῖς, ſed l. ὑμεῖς id eſt, nos. *Sanabimur.* In texto Græco hæc ſequuntur: ὅτι καὶ ἀλγῶν τὴν σάρκα διὰ τοῦ ῥύπου τοῦ ὑσσώπου ἰᾶται. ubi lege τοῦ ῥύπου τῷ ὑσσώπῳ id eſt, quia is qui carne ſordidatur, hyſſopo ſanatur, nempe in lege Moyſis, quæ erat tantum ad emundationem carnis. MEN.

2. ἀλγῶν τὴν σάρκα διὰ τοῦ ῥύπου τοῦ ὑσσώπου ἰᾶται.] Modicâ trajectione ſanandus eſt locus hunc in modum, ὁ ἀλγῶν τὴν σάρκα, τοῦ ῥύπου διὰ τοῦ ὑσσώπου ἰᾶται. *Qui corpore ægrotat, à ſordibus per hyſſopum curatur.* Aut reſcribendum, ἀλγῶν τὴν σάρκα διὰ τὸν ῥύπον, τῷ ὑσσώπῳ ἰᾶται. *Qui corpore ægrotat ex ſordibus, hyſſopo curatur.* Commentarii loco erunt iſta Origenis Homilia 8. in Leviticum, ubi de hyſſopo; *Hoc genus herbæ, naturam habere medici ferunt, ut diluat & expurget ſi qua illa pectori hominum ſordes ex corruptione noxii humoris inſederint.* Et hæc Athanaſii relata in Catenâ Græcorum Patrum in Pſalmos, ad Pſalm. L. 9. ὑσσώπῳ δὲ τὴν τοῦ ἁγίου πνεύματος ἐνέργειαν ἀφομοιοῖ ὡς θερμαίνουσαν, καὶ πᾶσαν τὸν ἐν ἡμῖν ῥύπον ἀποσμήχουσαν. *Hyſſopo autem, Spiritus ſancti efficaciam comparat, ut pote calefacientem, ac omnes ſordes noſtras abſtergentem.* Traditur à plurimis, Plinio ſæpe, Dioſcoride lib. 3. cap. 30. Theodoro Heracleote ad Pſalm. L. 9. in Catena, Gregorio Nazianzeno Oratione 40. p. 641. Hieronymo lib. 1. adverſus Jovinianum cap. 6. & lib. 2. cap. 9. atque in Pſalmum L. Ambroſiaſtro ad Hebr. IX. 19. Auguſtino in Pſalmum prædictum, l. de doctrina Chriſtiana 41. & tractatu 119. in Johannem, Cyrillo in Matthæi VIII. Theodorito Quæſt. 19. in Leviticum, 35. in Numeros, & ad Hebr. IX. 19. Procopio Gazæo in Leviticum, Gregorio Papa lib. 6. in Job. cap 17. ac expoſitione in IV. Pſalmum, Euthymio in Pſalm. L. Iſidoro Originum lib. 17. cap. 9. Petro Damiani lib. 7. Epiſt. 5. Bernardo Serm. 45. in Cant. & Heſychio ac Suida in Lexicis, hyſſopum eſſe herbam ῥυπτικήν, σμηκτικήν, σμήχουσαν, ἢ ἐκ θερμότητος καθαρτικήν, ῥυπτικήν, θερμαντικήν, θερμοτάτην, abſtergentem, deprimentem, purgantem, purificantem, calidam, excoquentem atque acrem. Quocirca vehementer miror affirmationem viri ſtupendæ eruditionis Sam. Bocharti in Hierozoico, naturam hyſſopi nihil habere σμηκτικόν, locum verò Heſychii expoſ debere de abſterſione ſeu purgatione in lege Moſis. COT.

3. *Dum ſic ſunt*] Clarius expoſuiſſet: *Quæ ſic facta ſunt. Nobis lucet ia.* ſupp. *ſunt.* Senſus autem eſt. Ejuſmodi figuræ nobis Chriſtianis planæ ſunt, & manifeſtæ: Judæis vero qui ſolum Scripturæ corticem ſpectant, obſcuræ. MEN.

4. *Dicit autem de auribus.*] Caput eſt hujus prioris partis de circumciſione auris & cordis, reprobata carnis circumciſione. MEN.

5. *Circumcidite aures veſtras.*] In textu Græco legitur: *Circumcidite corda veſtra*, male: Nam omnes qui ſequuntur loci, ſpectant ad aurium, non ad cordis circumciſionem. Locus tamen ſub hac verborum formula non habetur in Scriptura. Videtur tamen locus ſumptus ex Hierem. 6. *Ecce incircumciſæ aures eorum, & audire non poſſunt.* Nam quod dixit Propheta per querimoniam, protulit Apoſtolus, imperando: ut ſupra: Ubi Zacharias dixit: *Percute paſtorem*, & redditur ſenſus, non verba. MEN.

6. *Audi Iſrael, quia hæc dicit Dominus Deus tuus.*] Hæc verba ſimul poſita nuſquam reperies in Scripturis: ſed ex diverſis locis conglobata ſunt. MEN.

7. *Quis qui vult vivere in perpetuum*, &c.] Neque iſta in tota Scriptura leges: ſed puto reſpicere eum ad iſta Pſ. 33. *Venite filii, audite me; timorem Domini docebo vos: quis eſt homo, qui vult vitam, & diligit dies videre bonos?* reddito ſenſu, non verbis MEN.

8. *Quia Dominus locutus eſt.*] In texto Græco additur: *Hæc in teſtimonium.* MEN.

9. *Audite verbum Domini principes populi hujus.*] Eſa. c. 1. *Audite verbum Domini principes Sodomorum.* Ita Propheta appellat principes populi Iſrael, ob peccatorum gravitatem. Sed Barnabas vocem odioſam mutavit, ne Judæos exacerbaret: proferens ſenſum, non verba. Aut certe reſpicit ad illud Micheæ cap. 3. *Audite principes Jacob, & duces domus Iſrael*, nempe verbum Domini. MEN.

10. *Credamus.*] In textu Græco hæc ſequuntur, quæ in Latina interpretatione deſiderantur: *Circumciſio enim in qua confiſi ſunt, abrogata eſt.* MEN.

11. *Prætererunt*] Id eſt, prævaricati ſunt, tranſgreſſi ſunt, Et Pſalm 148. *Præceptum poſuit, & præteribit.* MEN.

12. *Hic invenio legem novam.*] Græca corrupta ſunt, ſed lege: ὧδε εὑρίσκω ἐντολὴν νέαν. In texto Græco Hieremiæ, νεώσατε ἑαυτοῖς νεώματα· id eſt, novate vobis novalia. Apud ſanctum Cyprianum libro 1. de teſtim. *Renovate inter vos novitatem.* Sed more ſuo ſanctus Barnabas ſenſum poſuit, non verba. MEN.

13. *Væ illis qui ſeminant in ſpinis.*] Hæc corrupta ſunt in texto Græco: lege ut apud Hieremiam: καὶ μὴ σπείρητε ἐπ' ἀκάνθαις· id eſt, & non ſeminate in ſpinis. MEN.

14. *Circumcidite nequitiam de præcordiis veſtris.*] Interpres Latinus dixit nequitiam, juxta Symmachum, qui ita vertit, ut teſtatur ſanctus Hieronymus in hunc locum: *Symmachus poſuit, purificamini Domino, & auferte malitias cordium veſtrorum.* In textu Græco legitur, τὸ σκληρὸν τῆς καρδίας· id eſt, duritiam cordis. Quod uno verbo dixerunt Septuaginta interpretes, σκληροκαρδίαν, quod idem ſonat. In texto Græco additur, καὶ τὸν τράχηλον ὑμῶν, οὐ μὴ σκληρυνεῖτε· id eſt, & collum veſtrum ne induretis, quod non erat apud Hieremiam: eſt tamen apud Philonem libro de offerentibus victimas: καὶ ὁ τράχηλος, φησίν, ὑμῶν μὴ σκληρὸς ἔστω id eſt, & collum, inquit, veſtrum durum non ſit. Ad locum Hieremiæ hæc præclare annotat Philo Judæus libro citato: ὡς ἐκεῖνοι, φασίν, περιτέμνεσθε τὴν σκλη-

μώσιτε. Καὶ πάλιν· ἰδοὺ λέγει ὁ κύριος· [14] πάντα τὰ ἔθνη ἀπερίτμητα, ἀκροβυστίᾳ· ὁ δὲ λαὸς οὗτος ἀπερίτμητος καρδίᾳ. Ἀλλὰ ἐρεῖς· καὶ μὴν περιτέτμηται ὁ λαὸς [16] εἰς σφραγῖδα. Ἀλλὰ καὶ [17] πᾶς

præputium habens: iſte verò populus corde eſt incircumciſus. At inquies: Et verò ille populus in ſignum circumciditur. Verùm & circumciduntur Syri omnes ac Arabes, ac omnes Sacerdotes Idolorum.

συλλελογισμένα. τὸ δέ ἐστι, τὰς ἀφειδεῖς φύσεις τῆς ὑλικῆς ὁρμῆς, ἃς ἐκ ἀφεῖλεν τῷ πάθει λογισμῷ, τὰς συναυξούσας ὀρέξεις, id eſt, quos monet; dicens: circumcidite duritiam cordis veſtri, hoc eſt; ſuperflua mentis germina progn ata & coalita ex immoderatis affectibus: & ſanctus Auguſtinus libro de ſpiritu, & littera ad Marcellinum cap. 8 *Circumciſionem autem cordis dicit puram ſcilicet ab omni illicita concupiſcentia voluntatem.* Et ſanctus Hieronymus in capite 48. Ezech. *Cor circumcidimus cultello Dei, & auferatur de corde noſtro præputium, quando turpes cogitationes nequaquam exeunt de corde noſtro, nec de nobis dicitur: impinguatum eſt cor populi hujus, & auribus ſuis graviter audierunt.* Hic autem juxta ſanctum Hieronymum in cap. 6. Hieremiæ, *notandum eſt, quod circumciſio tribus generibus in Scripturis appellatur in præputio, corde, & auribus.* Addit quarta à Rabbi Akiba, quæ eſt oris. Præputii circumciſio habetur Geneſ 17. *Et circumcidetis carnem præputii veſtri*, cordis: Deuter. cap. 10. *Et circumcidetis præputium cordis veſtri*: auris, Jerem. 6. *Ecce incircumciſæ ſunt aures eorum.* Et Actor. cap 7. *Dura cervice & incircumciſi cordibus & auribus*, oris, Exod. 6. *Ego incircumciſus labiis.* MEN.

15. *Omnes nationes ſine circumciſione corporis ſunt*] Hic locus habetur, cap. 9 Jerem. *Omnes gentes habent præputium, omnis autem domus Iſraël incircumciſi ſunt corde ſuo.* MEN.

16. *In ſignum*] Gen. 17 *Et circumcidetis carnem præputii veſtri, & erit in ſignum teſtamenti inter me & vos.* Quod non tantum eſſet in ſigno populo Judaico circumciſio, ſed etiam delet peccatum originale, ut communiter docens Scholaſtici Theologi. Plura circumciſionis commoda profert Philo Judæus tractatu de Circumciſione MEN

17. Πᾶς Σύρος] Credi volebant Ægyptii, circumciſionem apud ipſos primitus uſurpatam, inde ad Judæos aliosque populos dimanâſſe: eodemque de primatu gloriabantur Colchi atque Æthiopes. Refertur ab Herodoto lib. 2. cap. 36. & 104. Diodoro Siculo lib. 1. Edit. Gr. p. 17. & 33. ac Origene lib. 1. contra Celſum p. 17. & lib. 5. p. 266. Julianus apud Cyrillum T. 6. p. 354. Ἀβραάμ, Γαμίας, Γαμαῖος, ὄντας Χαλδαίους. φύσει λέγω καὶ συγγενεῖς, τὴν περιτομὴν ἔμαθον, Αἰγυπτίοις ἐπιξενωθέντας. Contrà Dei eloquio, ac Patrum traditione nos ſulti, ita aſſerimus: Circumciſio à Deo conceſſa Abrahamo, per filios ejus ad reliquos homines pervenit: per Iſaacum videlicet ad Judæos & Samaritas, per Iſmaëlem ad Iſmaëlitas, per Ceturæ liberos ad multas Orientis gentes, per Edomum ſeu Eſavum filium Iſaaci ad Idumæos. Poſtea alii populi, maximè vicini aut coloni, ſuperiùs dictos, præſertimque Judæos imitari in animum induxerunt, partim ſtolido ſtudio, partim ducti ingentibus circumciſionis utilitatibus, quas eleganter juxta ac eruditè expoſitas habes apud Platonem Judæum in Opuſculo de Circumciſione. Quamquam accurata ritûs obſervatio penes ſolos Hebræos erat. Cæteri & rem ad ſe non pertinentem affectabant, inſuperque in tempore aut in modo delinquebant, dum vel non circumcidebant octavo die, vel non ut oportuit ſecabant, vel non omnes omnino circumcidebantur, ſed ſoli ſacerdotes, & eruditionis ac pietatis ſtudioſi. ὥστε δὲ inquit Artapanus apud Euſebium Præparationis Evangelicæ lib. 9. cap. 27. τοὺς Αἰθίοπας, καίπερ ὄντας πολεμίους, στέρξαι τὸν Μώϋσον, ὥστε καὶ τὴν περιτομὴν τῶν αἰδοίων παρ' ἐκείνου μαθεῖν· οὐ μόνον δὲ τούτους, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἱερεῖς ἅπαντας. *Æthiopes autem, tametſi hoſtes, tam propenſo tamen in Moyſum animo fuiſſe, ut & circumciſionem pudendorum ab eo didicerint: non ſolum vero illos didiciſſe, ſed etiam omnes ſacerdotes.* Idemque teſtatur de ſacerdotibus, circumciſos ſcilicet fuiſſe, Origenes Homiliâ 5. in Jeremiam, Huetianæ Editionis p. 85. de Iſmaëlitarum ſacerdotibus Procopius Gazæus In Geneſ. l. 14. de ſacerdotibus Ægyptiorum Horus Apollo lib. 1. Hieroglyph. cap. 14. Anaxandrides apud Athenæum lib. 7. p. 300. Joſephus 2. adverſus Apionem p. 1049. Clemens Alexandrinus Strom. 1. p. 302. Epiphanius Hæreſi 30. num. 33. Hieronymus ad initium cap. 5. Epiſtolæ ad Galatas, & Ambroſius in Leviticis cap. 12. de Dianæ conſecratis. Athenagoras Legatione pro Chriſtianis p. 29. Edit. Pariſ. in fol. ab Interprete (ut obiter moneam) non intellectus. Neque verò præteriri debent inſignia verba Origenis Ad Roman. II. 35. &c. etſi longiora. *Etenim circumciſio apud vos, ô Gentiles, ita magni habetur, ut non paſſim vulgo ignobili, ſed ſolis ſacerdotibus, & his qui inter ipſos electioribus ſtudiis mancipati fuerint, credatur. Nam apud Ægyptios, qui in ſuperſtitionibus veſtris & vetuſtiſſimi habentur & eruditiſſimi; à quibus prope omnes reliqui ritum ſacrorum & cærimonias mutuati ſunt, apud hos, inquam, nullus aut Geometria ſtudebat, aut Aſtronomia, quæ apud illos præcipua ducitur, nullus certè Aſtrologia & Geneſeos, quâ nihil divinius putant, ſecreta rimabatur, niſi circumciſione ſuſceptâ. Sacerdos apud eos, aruſpex, aut quorumlibet ſacrorum miniſter, vel ut illi appellant Propheta, omnis circumciſus eſt. Literas quoque ſacerdotales veterum Ægyptiorum, quas Hieroglyphicas appellant, nemo diſcebat niſi circumciſus. Omnis Hierophantes, omnis Vates, omnis cæli (ut putant) infernique myſtes & conſcius, apud eos eſſe non creditur, niſi fuerit circumciſus. Hoc igitur apud nos turpe & obſcænum judicatis, quod apud vos ita honeſtum habetur & magnum, ut cæleſtium infernorumque ſecreta nonniſi per hujuſcemodi inſignia enunciari vobis poſſe credatis?* Paucisque interjectis; *Verùm ſi replicetis hiſtorias veſtras, invenietis non ſolùm Ægyptiorum ſacerdotes & Hierophantas uſos eſſe circumciſione, ſed & Arabas, & Æthiopas, & Phœnices, aliosque, quorum ſtudia gratiâ hujuſmodi ſuperſtitionis nobilius vigent.* Cyrillus Alexandrinus lib. 9. adverſus Julianum Apoſtatam p. 298. Αἰγύπτιοι τοὺς ἱερωτέρους τῶν περιτέμνουσι, καὶ σύν γε τούτοις Χαλδαῖοι καὶ Σαρακηνοί, οὐκ ἀπαγορεύεται τοιγαροῦν αὐτοῖς ἡ περιτομή.

Quæ cùm ita ſint, facilè intelligitur quo pacto circumcidendi mos invaluerit inter Gentiles, Syros, Phœnices, Madianæos, Ammonitas, Moabitas, Idumæos, Ægyptios, Troglodytas, Æthiopas, Arabes, Sabæos, Homeritas, Indos, Creophagos, Iſmaëlitas, Saracenos, Colchos, Macrones, ac fortè quoſdam alios, ut nihil dicam de novo orbe: quemadmodum præter allata teſtimonia fidem faciunt loci Philonis libello de circumciſione; Joſephi Antiquitatum Judaicarum lib. 1. cap. 13. lib. 8. cap. 4. & lib. 1. contra Apionem p. 1047. Scriptoris Commentariorum in Job. (inter Opera Origenis) ſub finem; Arnaldi Abbatis Bonæ Vallis De cardinalibus operibus Chriſti, tractatu de ratione circumciſionis, in Operibus ſancti Cypriani; Hieronymi ad Jeremiæ 9: 25. 26. Theodoriti ad eumdem locum, Ad Ezechielis 20: 13. & Quæſtione 68. in Geneſim, 3. in Exodum, ac Sermone de fide; Ariſtophanis in Avibus p. 565 ibique Scholiaſtæ, necnon Suidæ in ψωλός, Agatharchidis lib. 5. cap. 30. apud Photium Codice 250. Diodori Siculi lib. 3. Auctoris Recognitionum lib. 1. cap. 33. lib. 8. cap. 53. Origenis in Celſum lib. 5. p. 270. & tomo 3. Explanationum in Geneſim, Philocaliæ cap. 22. p. 363. ac in Euſebio Præparat. Evangel. lib. 6. cap. 11. p. 293 Ambroſii lib. 2. de Abrahamo cap. ult. Philoſtorgii lib. 3. cap. 4. Euſtathii In Hexahemeron p. 60. Metaphraſtis De Aretha & ſociis, ad diem 24. Octob. Nicephori Hiſt. Eccleſ. lib. 8. cap. 33. lib. 21. cap. 47. Strabonis lib. 16. multò poſt medium; atque Sozomeni Hiſt. lib. 6. cap. 38.

Cùm autem per multa documenta Judæis aſſeri poſſit prærogativa ritûs circumciſionis; quem tanti faciebant Phœnices, ut Saturnum ſuum ſive Iſraëlem affirmarent ſeipſum ac ſocios circumcidiſſe, ſicut in illorum Theologia cernitur apud Euſebii Præpar. Evang. lib. 1. cap. 10. Theodoritus Quæſtione 3. in Exodum, ac Sermone de fide, rem ex eo confici putat, quod Pharaonis filia expoſitum infantem Moſem ſimul ac conſpexit, cognovit eſſe Hebræum; non aliâ porrò notâ quàm circumciſionis, nondum tunc ab Ægyptiis receptæ. Ea tamen magni doctoris argumentatio non caret reſponſione. Quid enim? ut recutiti eſſent Ægyptii, nullane alia ſigna poterant apparere, quibus Judæus puer ab Ægyptio diſcerneretur? Nonne ille ipſe occurſus ad fluvium, expoſiti genus conjicere dabat mulieri, quam non latebat crudele patris edictum de Hebræorum infantibus maſculis projiciendis in flumen: Exod. 1: 22. Adde teſtimonium S Ambroſii paullo ante indicatum, de Ægyptiaca circumciſione quartodecimo anno factâ; quæ proinde ad puerulum Moſem pertinere non poterat, licet tunc uſurparetur ab Ægyptiis. Sed hîc ſuo quiſque utatur judicio.

Venio jam ad locum Barnabæ, atque tria in illo obſervo. I. quod dicitur omnem Syrum circumcidi. Nam vocem πᾶς omiſit Interpres; Joſephus autem ἀρχαιολογίας lib. 8. cap. 4. & lib. 1. adverſus Apionem pag. 1047 negat, exceptis Judæis, ullos homines in Palæſtina Syriæ circumciſionem pati. Certè Noſtri Interpres pro Syro Judæum poſuit. Præterea in Gentilium populis qui circumcidebantur, generalis non ſolebat eſſe circumciſio; quemadmodum colligere licet ex citatis locis, Joſephi 1. contra Apionem, Recognitionum Scriptoris lib. 1. Origenis lib. 2. Explanationum in Epiſtolam ad Romanos, & Homiliâ 5. in Jeremiam, Epiphanii Hæreſi 30. Hieronymi lib. 2. Commentariorum in Jeremiam, & Ambroſii Ad Leviticum. His non obſtantibus, ſufficit ad contextûs Græci veritatem, ut in unâ Syriâ una ſaltem natio Gentilis univerſè præputium depoſuerit, propter quam Syros omnes, Syriæ nomine ſtrictius ſumpto, circumcidi dictum fuerit: tales verò gentes nonnullas memorant multa teſtimoniorum ſuprà allatorum. Secunda res quam obſervo, eſt circumciſio omnium ſacerdotum: non ita quidem intelligenda,

lorum. Hinc ergo pertinent quoque ad Domini teſtamentum? Sed & Ægyptii circumciſionem uſurpant. Diſcite igitur, filii, de omnibus abundè. Abrahamus, qui primus dedit circumciſionem, in ſpiritu proſpiciens in Filium, circumcidit, accepto trium litterarum documento: narrat

Σύρος, [18] καὶ Ἄραψ, [19] καὶ πάντες οἱ ἱερεῖς τῶν εἰδώλων. ἆρα οὖν κἀκεῖνοι ἐκ τῆς διαθήκης αὐτοῦ εἰσιν; ἀλλὰ καὶ [20] Αἰγύπτιοι ἐν περιτομῇ εἰσί.
[21] Μάθετε οὖν, τέκνα, περὶ πάντων πλουσίως,
[22] ὅτι Ἀβραάμ, ὁ πρῶτος περιτομὴν δοὺς, ἐν πνεύματι, [23] προβλέψας [24] εἰς τὸν υἱὸν, περιέτεμε

---

da, quaſi omnes omnium infidelium ſacerdotes verpos ſe fecerint; id quippe manifeſtò veritati adverſatur: ſic verò accipienda, quod apud gentes quæ circumciſionem probabant, omnes Idolorum ſacrificuli eam ſibi procurarent. Tertium quod hic obſervatu mihi dignum videtur, locus eſt ſancti Epiphanii memoratus, Hæreſ. 30 num. 33. Conſimili quippe argumento ac Barnabas pugnat adverſus Ebionæos. ὁ δὲ πανοῦργος, inquit, Ἐβίων περιτομήν, ἐπειδὴ καὶ οἱ εἰδωλολάτραι καὶ μαγαρεῖς τῶν Αἰγυπτίων περιτομὴν ἔχουσιν, ἀλλὰ καὶ οἱ Σαρακηνοὶ, οἱ καὶ Ἰσμαηλῖται, περιτομὴν ἔχουσι, καὶ Σαμαρεῖται, καὶ Ἰουδαῖοι, καὶ Ἰδουμαῖοι, καὶ Ὁμηρῖται. τούτων δὲ οἱ πλείους οὐ διὰ νόμον τοῦτο ποιοῦσιν, ἀλλὰ ἀλόγῳ τινὶ συνηθείᾳ. Hoc eſt; *Et verò quid eſt quòd Ebion adeo de circumciſione glorietur: cùm & Idolorum cultores, & impuri ſacerdotes Ægyptiorum, ſeipſos quoque circumcidant? Quod & Saraceni qui & Iſmaelitæ, Samaritani, Judæi, Idumæi & Homeritæ faciunt. Quorum id plerique non propter Legem, ſed conſuetudine quadam citra ullam rationem ſuſcipiunt.* Ad quæ, μαγαρεῖς à viris doctis mutatur in ἱερεῖς, minùs bene; quia corrigendum eſt vel μαγαρῖται, vel μαγαροὶ, vel μαγαρεῖς, ex Conſtitutionibus Apoſtolicis lib. 2. cap. 58. & 61. ex alio Epiphanii texto relato in Quæſtionibus Anaſtaſii Antiocheni, Quæſtione 45. ubi fruſtrà ſcribunt ad marginem, μαγαρεῖς *fortè* ἡμιερεῖς *ſemiſacerdotes*; cùm Codex Regius optimæ notæ habeat μαγαρεῖς: quaſi μαγαροὶ *non ſacerdotes*: alter verò ejuſdem Bibliothecæ non tanti pretii, ut vulgò μαγαρεῖς: quod ſicut & μιαροὺς impuros ac prophanos denotat Sacerdotes; referente Phrynico in Dictionibus Atticis quoſdam pronunciâſſe μαγεὺς pro μιαρεύς. Præterea ex Petri Siculi Hiſtoria, ſub finem; quo loci Scholium marginale, μαγαρεῖς *Auctor appellat, quaſi* ἀπὸ τοῦ μιαροὺς καὶ ἱερεῖς *impuros ſacerdotes. Sed* μαγαρεῖς (ἀπὸ μιαροὺς καὶ ἱερεῖς *conſacerdotes*) *conſacerdotes, ſymmuſtas valet*: poſteriori parte nequaquam tolerabile eſt: tum ex his Georgii Hamartoli Chronologi nondum editi, ubi de Crœſo; ἐπέρχεται εἰς τὰ μαντεῖα ὡς ἔθος, ἠρώτησε διὰ τοῦ μαγαρεῖς τὸν Πύθιον, ἐπελθὼν καὶ Κροῖσος τοῦτο καὶ εἰσελθὼν ὁ μαγαρεὺς καὶ ἐπερωτήσας, ἔλαβε χρησμὸν &c. denique ex Theodori Balſamonis Reſponſionibus ad Interrogationes Marci Alexandrini Reſp. ad Int. 30. Juris Græco Romani lib. 5. p. 379. ubi leges, τῶν περιτομῶν ἱερατικῶν, μαγαρευτικῶς περιζωσθέντων. De Circumciſione rurſus quædam infrà dicentur, Ad Recognit. IX. cap. 28. COT.

Sed & Judæus.] Lege, *ſed & Syrus*, ut in textu Græco. Nam jam hic loquitur Apoſtolus de aliis populis, qui præter Judæos circumciſi erant: ut erant multæ vicinæ Judææ & Palæſtinæ gentes, quemadmodum teſtatur Sanctus Epiphanius libro primo contra hæreſes tom. 2. numer. 30. *Et ſacerdotes Ægyptiorum circumciſionem habeant.* ἀλλὰ καὶ Σαρακηνοὶ, οἱ καὶ Ἰσμαηλῖται, περιτομὴν ἔχουσι, καὶ Σαμαρεῖται, καὶ Ἰουδαῖοι, καὶ Ἰδουμαῖοι, καὶ Ὁμηρῖται. Divus Hieronymus in capite nono Jeremiæ: *Multarum ex quadam parte gentium, & maximè, quæ Judææ & Palæſtinæ confines ſunt, uſque hodie circumciduntur: & præcipue Ægyptii Idumæi, Ammonitæ & Moabitæ, & omnis regio Saracenorum, qui habitant in ſolitudine*, &c. Juxta illud Jerem. eodem capite: *Ecce dies veniunt, dicit Dominus, & viſitabo ſuper omnem qui circumciſum habet præputium, ſuper Ægyptum, & ſuper Judam, & ſuper Edom, & ſuper Ammon, & ſuper Moab*, &c. Nec eſt quod ſequentia nos perturbent: *quia omnes gentes habent præputium*, hunc enim juxta ſanctum Hieronymum habent ſenſum: *Cum præter Ægyptios, Idumæos, Ammonitas, Moabitas, & Iſmaelitas in ſolitudine commorantes, quorum pleraque pars circumciſa eſt, omnes aliæ nationes incircumciſæ ſunt carne, omnis domus Iſrael incircumciſa eſt corde, non carne.* Quod ad Syros ſpectat, Herodotus in Euterpe ait circumciſos fuiſſe, etſi Joſephus libro primo contra Apionem id de ſolis Judæis interpretetur: quamvis enim, ſoli Judæi omnium, qui habitant Palæſtinam, circumciſi eſſent ætate Joſephi, nihil obeſt, quin alii Palæſtinæ incolæ tempore Herodoti circumciderentur. Ubi etiam duas Syrorum gentes Herodotus diſtinguit, unam eorum, qui habitant in Palæſtina, alteram eorum qui jacent ad Thermodoontem & Parthenium fluvios, quos ait etiam eſſe circumciſos. MEN.

18. *Et Arabs.*] Arabes olim circumciſioni obnoxii fuere, ut ſunt Moabitæ & Idumæi, & Saraceni, ut clarum eſt ex loco ſancti Hieronymi ſupra citato, id docet ſanctus Ambroſius annot. in Levit. ad Conſtantium. *Reperimus autem in hiſtoria veterum, non ſolum Ægyptios, ſed etiam Æthiopum & Arabum, & Phœnicum aliquos circumciſione erga ſuos uſos.* Et auctor libelli de circumciſione inter opera ſancti Cypriani: *Inter omnia teſtamenti veteris ſacramenta nihil circumciſione ſolemnius, antiqua celebravit religio: nec tantum in Hebræos, ſed etiam in Phœnicas & Arabes hæc traditio inolevit.* Et ſanctus Epiphanius libro primo adverſus hæreſes tom. 2. inter eos qui circumciduntur, recenſet Homeritas, qui ſunt Arabiæ populi. Idem docet Philoſtorgius lib. 3. hiſt. Eccleſ. cap. 4 atque octavo die circumcidi: At Joſephus libro primo antiqui. cap. 13. ait poſt annum decimum tertium circumcidi. Ἄραβες δὲ μετ' ἔτος τρισκαιδέκατον περιτεμνόμενοι. MEN.

19. *Et omnes ſacerdotes idolorum.*] Quod intelligendum eſt, maximè de ſacerdotibus Ægyptiorum, Arabum, Æthiopum, & ſimilium. Artapanus apud Euſebium libro nono de præparatione Evangelica cap. 27. *Æthiopes autem ipſos etiamſi hoſtes, tam propenſo tamen animo in Moyſen fuiſſe, ut ipſius quoque circumciſionis ab eo ritum acceperint*, ὁ μόνον δὲ τούτους, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἱερεῖς ἅπαντας· id eſt, *non ſolum illos, ſed & omnes ſacerdotes.* Joſephus libro ſecundo contra Apionem, agens de ſacerdotibus Ægyptiorum: *Hæc enim dico dicunt ſibimet ab initio à regibus eſſe præcepta, ut deos colant, & ſapientiam diligant, quod illi facere præcipue judicantur.* οὗτοι τοίνυν ἅπαντες περιτέμνονται, καὶ χοιρείων ἀπέχονται βρωμάτων, id eſt, *illi igitur circumciduntur omnes, & abſtinent à carnibus ſuillis.* Et Philo Judæus tractatu de circumciſione, afferens rationes, cur diverſæ nationes circumcidantur, ait: δευτέραν δὲ τὴν τοῦ σώματος παντὸς καθαριότητα, ἁρμόττουσαν ἱερωμένῳ· id eſt, *alteram, ut totum corpus ſit purius, nec impediat officia ſacerdotalis ordinis.* Et ſanctus Epiphanius loco citato: καὶ οἱ εἰδωλολάτραι, καὶ μαγαρεῖς, lege ἱερεῖς Αἰγυπτίων περιτομὴν ἔχουσι· id eſt, & idololatræ & ſacerdotes Ægyptiorum circumciſionem habent. MEN.

20. *Et Ægyptii.*] Male hæc vocabula transferuntur in textu Græco. adde tamen, ut in textu Græco, *in circumciſione ſunt.* Ægyptios olim circumciſione uſos eſſe clarum eſt ex Herodoto loco citato: μοῦνοι δὲ πάντων Κόλχοι, καὶ Αἰγύπτιοι, καὶ Αἰθίοπες περιτάμνονται ἀπ' ἀρχῆς τὰ αἰδοῖα id eſt, ſoli Colchi, & Ægyptii, & Æthiopes ab initio pudenda circumcidunt: ſancto Clemente lib. 1. recognitionum: *Inde denique & Indorum quidam, & Ægyptiorum circumcidi didicere, ac puritatis obſervantia eſſe, quam cæteri.* Philone Judæo tractatu de circumciſione: γελᾶται ἡ τῶν γεννητικῶν περιτομὴ σπουδαζομένη ἡ μετρίως τιμῆς παρ' ἑτέροις ἔθνεσι, καὶ μάλιστα τοῦ Αἰγυπτιακοῦ· id eſt, *Ridetur majorum noſtrorum circumciſio, quamvis non in mediocri honore habita ſit apud alias gentes, maxime Ægyptiam*, &c. Diodoro Siculo libro primo Bibliothecæ cap. 2. & lib. 3. cap. 3. Origene libro quinto contra Celſum: *Sed nec ideo ſanctiores ſunt cæteris, quia circumciduntur, hoc enim priores fecerunt Colchi & Ægyptii:* Et infra. *Cæterum circumciſionis cauſa non eadem eſt Judæis, quæ Colchis & Ægyptiis.* Sancto Ambroſio loco citato: Unde Pythagoras cum eſſet in Ægypto, ut in Ægyptiorum adyta ſecretiora admitteretur ſe ab illis circumcidi paſſus eſt, ut refert Clemens Alexandrinus libro primo Strom. *Thales autem cum eſſet Phœnix genere etiam cum Ægyptiorum Prophetis congreſſus eſſe dicitur:* περιτέμνεται γοῦν ὁ Πυθαγόρας αὐτοῖς γε τούτοις δι' οὓς περιετέμνετο, ἵνα δὴ καὶ εἰς τὰ ἄδυτα κατελθὼν τὴν μυστικὴν παρ' Αἰγυπτίων ἐκμάθῃ φιλοσοφίαν· id eſt, *ſicut & Pythagoras cum iis ipſis, propter quos eſt circumciſus, ut in adyta admiſſus myſticam Ægyptiorum diſceret philoſophiam.* Sed & multæ aliæ gentes verenda olim circumcidebant, ut Æthiopes, Troglodytæ, Phœnices, Colchi, & Macrones, ut videre eſt in auctoribus ſupra citatis. Hoc etiam de Troglodytis & Ægyptiis teſtatur Agatharchides lib. 5. c. 3. in Bibliotheca Photii num. 250. τὰ δὲ αἰδοῖα τοὺς μὲν ἄλλους Τρωγλοδύτας [illegible] περιτέμνεσθαι, παραπλησίως Αἰγυπτίοις [illegible] id eſt, verenda circumcidere Troglodytis more eſt receptum, ut cuncti ſolent Ægyptii: Et Diodorus Siculus, libro tertio capite tertio. MEN.

21. *Quos dicit filios Abrahæ de omnibus gentibus.*] Hæc corrupta ſunt. ſed pro iis lege: *Ergo diſcite, filii, de omnibus abundè*, juxta textum Græcum. MEN.

22. *Quia Abraham primus circumciſionem dedit.*] Contrarium docent Herodotus libro ſecundo, & Diodorus Siculus libro primo Bibliothecæ cap. 2 qui ſcribunt circumciſionem ab Ægyptiis ad Judæos, cæteraſque gentes manaſſe, ſed hoc à nemine Chriſtiano aſſertum iri arbitror. Et ſane ex ſacris Scripturis ſatis liquet, quam vani ſunt nonnulli Ethnici ſcriptores, qui ſibi haud ſatis comperta alios docere voluerunt. MEN.

23. *Quod proſpiciebat*] Deleto, *quod*, lege *proſpiciens*, ut in textu Græco. MEN.

24. *In Jeſum.*] Rectius quam in textu Græco, ubi legitur, εἰς τὸν υἱὸν id eſt, in filium: Sed poſt *in Jeſum*, lege, ut in textu Græco, *accipiens trium litterarum doctrinam*, nempe T, I, & H, ut mox videbitur: Nam ex myſtico numero circumciſorum probat Abraham Jeſum in

Spi-

με, [25] λαβὼν τριῶν γραμμάτων δόγματα. λέγει γάρ· καὶ περιέτεμεν Ἀβραὰμ ἐκ τοῦ οἴκου αὐτοῦ [26] ἄνδρας δέκα καὶ ὀκτὼ καὶ τριακοσίους. Τίς οὖν ἡ δοθεῖσα * τούτῳ γνῶσις; [27] μάθετε τοὺς δεκαοκτὼ πρώτους, εἶτα τοὺς τριακοσίους· τὸ δὲ δέκα καὶ ὀκτώ, [28] ἰῶτα δέκα, ἦτα ὀκτώ· [29] ἔχεις Ἰησοῦν· ὅτι δὲ σταυρὸς [30] ἐν τῷ, T, ἔμελλεν ἔχειν τὴν

* al. αὐτῷ.

enim Scriptura, quòd Abrahamus viros è domo ſua decem & octo & trecentos circumcidit. Quæ ergo illi in hoc data eſt cognitio? Diſcite: primò, *decem & octo*; dein, *trecentos*: decem autem & octo exprimuntur per, ι, decem, η, octo: habes initium nominis Ἰησοῦς: quia verò crux in figura litteræ T, *quæ deſignat numerum* CCC, habitura Gen. 17. & 14.

Spiritu proſpexiſſe, & hoc myſtico numero Jeſum & Crucem fuiſſe præfiguratam. Sed quia Græca corrupta ſunt, lege demptis quibuſdam ſuperfluis, προβλέψας εἰς τὸν Ἰησοῦν. λαβὼν τριῶν γραμμάτων δόγματα περιέτεμεν Ἀβραὰμ, &c. Latina vero ſic legito, *proſpiciens in Jeſum, accipiens trium litterarum doctrinam, circumcidit Abraham*, &c. MEN.

25. Λαβὼν τριῶν γραμμάτων δόγματα] Sciunt quotquot in lectione Magiſtrorum Eccleſiæ aliquantum operæ impenderunt, Allegoriam liberis evagari legibus, non inſtar Hiſtoriæ ſtrictis regulis coërceri; adeoque in expoſitionibus myſticis non ſolere adhiberi maximam diligentiam, ſed ſpectari præcipuè pietatem ſensûs, cum nonnulla veriſimilitudine. Sic iſta de trecentis decem & octo domeſticis ab Abrahamo circumciſis, in figuram nominis & crucis Jeſu; quæ tantopere placet noſtro Auctori, ut nihil ſe unquam majus, nihil verius docuiſſe profiteatur; quemadmodum procul dubio pia eſt, ac non omnino abſona fidei, ita quin nonnihil habeat vitii dubitari non poteſt. Etenim, quod rectè obſervat S. Irenæus lib. 2. adverſus Hæreſes cap. 40. 41. Hebræorum litteræ per omnia non conveniunt cum numeris Græcorum, & nomina Hebraica ad Græcorum numeros incommodè transferuntur. Ad hæc, ſacra Scriptura non refert Geneſ. 17. quòd Abrahamus è domo ſuâ circumciderit homines 318. ſed quòd circumciderit ſe, Iſmaëlem filium, cunctoſque mares domus ſuæ. Numerus autem ille, petitus ex Geneſ. 14: 14. ubi Patriarcha armat ſuos vernaculos 318. adverſus quatuor reges, non comprehendit Abrahamum, & Iſmaëlem, nec tum emptitios quos tunc poſſidebat Abrahamus, quam quibus inter utrumque tempus auxiſſe familiam ſuam credibile ſit, nec multos pueros qui ob ætatem in expeditione non militaverant, nec denique eos qui interea nati videntur in domo; quibus omnibus præputium etiam ademptum fuit. Unde ſancti Patres dum in numero 318, vel 300. ſecundo ſimile myſterium quærunt, non circumciſos ab Abrahamo aſſumunt, ſed vernaculos ejus milites. De Clemente Alexandrino loquor Strom. 6 p. 656. Origene Hom. 2. in Geneſim; Hilario libro de Synodis, ſub finem, Liberio Epiſt. ad Epiſcopos Macedonianorum, apud Socratem lib. 4. cap. 12. Chryſoſtomo ſeu quodam alio Serm. 4. Tom. 6. quibus addo Prudentium præfatione in Pſychomachiam; Ambroſium lib. 1. de Abrahamo cap. 3. & in Procemio libri 1. de fide; Paulinum in fine Epiſtolæ 2. ad Severum; Auctorem Commentariorum in Marcum, inter Hieronymi Opera, ad cap. 4. verſ. 5. Auguſtinum Quæſtionum in Heptateuchum lib. 7. quæſt. 37. Hincmarum in Opuſculo Cur Nicænam Synodum myſticam appellaverit; cum Eucherio, Fauſto, Iſidoro, Ruperto, & aliis.

Cæterùm quando hujus Epiſtolæ parens T. crucem interpretatur, rem profert ab omnibus propemodum Scriptoribus Eccleſiaſticis celebratam, necnon à Luciano in Judicio vocalium: quando autem in T, quatenus trecentos deſignat, reperit Domini crucem, conſentientes in eo habet, cum ſuprà memoratis, Clementem Alexandrinum Miſcellaneo 6 p 658. incertum Poëtam cum Tertulliano editum, Carm. 3. adverſus Marcionem; Ambroſium cap. 32. lib. de Noë & arca, & cap. 9. lib. 1. de fide; Auguſtinum Epiſt. 59. in ſolutione quæſtionis 3. Enarratione in Pſalmum 67. ad verſ. 24. & Sermone 108 de Tempore; Gregorium Papam lib. 30. in Job. cap. 17. & Iſidorum ac Bedam Ad Geneſ. VII. Cùm denique numerum 18. expreſſum per ιη applicat primis litteris nominis Ἰησοῦς, ſuffragium meretur rum eorumdem ſuperiùs memoratorum, tum etiam Ambroſii lib. 1. de fide cap. 9. & Epiphanii Hæreſi 42. 0. 12. p. 374. Quo loci Epiphanius, poſtquam ex Scripturis à Marcione corroſis, ſoliſque apud Marcioniſtas receptis, Evangelio nimirum Lucæ ac Epiſtolis Pauli, teſtimonia centum & octodecim ſelegiſſet, ad impiam Hæreſim ſuo ſibi gladio jugulandam, eo in numero myſterium ſcrutatur. Ait ergo; ὡς εἶναι τὰς πάσας (μαρτυρίας ex præcedentibus) ὀκτὼ δέκα, ἀντιλογίας ... τῷ αὐτοῦ Μαρκίωνι γνώμη. ὡς δεῖ ... διὰ τὸ ... καὶ τὸ αὐτοῦ ... διὰ τῆς ἑκατοντάδος. (i. ἑκατὸν) Vides juxta duplicem numerum duas tangi allegorias; atque octodecim, ιη, accommodari ad nomen Domini, hoc eſt, ad nomen Ἰησοῦς: centum, ad fauſtam præclaramque Dei benedictionem, quâ cumulantur ii quos ad dexteram ſuam aliquando ſtatuet Filius hominis. Nam centeſimus numerus plenus perfectuſque habetur, ac ſæpe ab Eccleſiæ doctoribus de benedictione & vitâ æternâ exponitur. Itaque Epiſcopi Cyprii verba non debuerunt mendi accuſari, ſed potiùs verti ad hunc modum; *Adeò ut centum omnino atque octodecim teſtimonia exſtent, quæ quidem omnia ſententiæ Marcionis contradicunt, quaſi ſub ſpecie nominis Domini, per octodecim, & ex fauſta ejus benedictione, per centum.* Omiſi de induſtria quæ circa priora nominis Jeſu elementa deblaterabant Gnoſtici, ne chartam impuris dictis conſpurcarem, neve cum ſanctorum explicationibus conjungerem deliria impiorum. Ea petes ex Irenæo lib. 1. cap. 1. p. 17. cap. 12. p. 87. ex Epiphanio Hær. 31. cap. 14. & Hær. 34. cap. 9. COTEL.

26 *Homines trecentos decem & octo.*] Cap. 17. Geneſ. Ubi deſcribitur ejuſmodi circumciſio, hic numerus non habetur: ſed quia Gen. 14. dicitur Abraham ad liberationem fratris ſui Loth armaſſe trecentos decem & octo vernaculos ſuos, eo quod tot haberet, hunc numerum poſuit ſanctus Barnab 1. MEN.

27. *Quia primatum trecenti ſunt*, &c.] Hæc ſunt valde corrupta & intricata, lege ergo: *Scitote, quia decem & octo primo, tum trecenti ſunt: & diſtinctione facta dicit decem & octo: In duabus litteris, Iota, decem, & Ita, octo, habes Jeſum. Quia vero crux in Tau, incipiebat habere donum, tum dicit, & trecentos. Habes igitur Jeſum in duabus litteris, & in una littera Tau, crucem*, &c. Græca vero ſic caſtiganda arbitror: μάθετε τοὺς δεκαοκτὼ πρώτους, εἶτα τριακοσίους· τὸ δὲ διαστολὴν ποιησάμενος τὸ δέκα καὶ ὀκτὼ ἐν τοῖς δυσὶ γράμμασιν ἰῶτα δέκα, ἦτα ὀκτώ, ἔχεις Ἰησοῦν· cætera plana ſunt. MEN.

28. Interpres non ἦτα legit, ſed ἰησοῦ, & ſcriptoria ſcopus id poſcere videtur. Compendia illa dictionum quæ Plutarchus definit, σημεῖα ἐν βραχέσι τύποις πολλῶν γραμμάτων δύναμιν ἔχοντα, priſcis ſeculis fuerunt in uſu. Simpliciſſima ſiglorum ejuſmodi ratio erat, ut initiales dictionum literæ, pro integris vocibus ſubſtituerentur; quod in Marmoribus, & prænominum deſignatione apud Authores veteres paſſim occurrit. Ita Chriſtiani per ἰχθὺς, Ἰησοῦν Χριστὸν Θεοῦ υἱὸν σωτῆρα indigitabant. Siglam porro illam inter Chriſtianos primorum ſeculorum receptiſſimam fuiſſe, ex Tertulliani libro de Bapt. manifeſtum habetur. Unde minime mirum, literas ιη. v. Ἰησοῦ compendium, iiſdem deſignaſſe. Atque hoc ipſum ab Irenæo diſcimus invaluiſſe, ejus ſeculo, qui ait Gnoſticos, *per præcedentes nominis Jeſu duas literas, ι. & η. octodecim æonas, ſignificanter manifeſtare.* His addantur quæ habet Clem. Alex. Strom. 6 p. 656. ... Quod poſtquam obtinuit, & deſerviret literis formatis conſignandis, quæ ſiglis potiſſimum expediebantur, & in uſu quotidiano fuerant; inobſervatum ille præterire non poterant, notas iſtas quæ Domini noſtri nomen præferunt, in ſacro textu Geneſeos conſpicientes; familiam Abrahami, in qua omnes gentes olim benedicendæ, in *Jeſu crucifixo*, contineri. Et ut infert in loco prælaudato Clemens: ... Si hæc quibuſdam levia videantur, conſiderent S. Joan. in Apocal. literarum numeralium ſupputatione in re magni momenti, Antichriſti deſignatione, uſum, c. 13. verſ. 17, 18. in quibus enodandis, non modo ſecuti noſtri homines; ſed patrum antiquiſſimi, Irenæus, Hippolytus, aliique ingenia ſua exercuere. OXON.

29. Τῷ δὲ δέκα καὶ ὀκτὼ ιη. ἔχεις Ἰησοῦν] Ejuſmodi profecto luſus Grammaticos ſæpius lego in Talmudis, in Rabbot, aliiſque monumentis Phariſæorum: etiam de prima ſacrarum vocum בראשית. Unde geminum mundum, hunc & futurum, aliaque multa derivant. Rabbini quidem dialecto Hebraica: Barnabas vero & Johannes Theologi Chriſtiani Græca alludunt, dum ſcribunt Græce; ambo tamen imitatione Cabalæ Judaicæ. Namque, ut ſtemus in domo Abraami, Barnabas Levita famulorum 318. numerum per Geometriam, quæ falſo vocatur, transfert ad Jeſum Crucemque ejus: pariterque Barabbas Deuteroes Abraami Oeconomum אליעזר ſtentorum fuiſſe contendit inſtar virûm 318. ex valore tot literarum Hebraicarum. *Talm. Bab. Nedarim f. 32. & Breſit rabba f. 47. nec non Cap. 17. Eliezer, & Paraphraſi Uzielidæ Gen. c. 14.* BERN.

30 *Habes in duabus litteris Jeſum.*] Ita Clemens Alexandrinus loco citato: τὸ δὲ ἰῶτα καὶ ἦτα τὸ ὄνομα σημαίνειν τὸ σωτήριον id eſt, Iota vero & Ita nomen ſignificare Salvatoris. Eadem mens fuit Valentini hæretici, in quo ſaperet, ſi ejuſmodi litterarum interpretatione non abuteretur ad ſuam hæreſim. Dicebat enim, ut refert ſanctus Epiphanius libro primo adverſus hæreſes tom. 2. num. 14 διὰ τὸ παρηγμένον τὸ ὄνομα αὐτοῦ, Ἰησοῦ, δύο γραμμάτων ... καὶ

tura erat gratiam; ideo ait, *& trecentos*. Oſtendit itaque Jeſum, in duabus litteris; & crucem, in tertia. Scit hoc, qui inſitum donum doctrinæ ſuæ poſuit in nobis. Nemo magis germanum à me accepit ſermonem: ſed ſcio vos dignos eſſe.

Levit. 11. Deut. 14. Hæc laudantur à Clem. Al. 2. Strom. ante medium, p. 389 & 5. Strom. ante medium, p. 571. 572. Alleg. c. 4.

X. Quare autem Moyſes dixit; *Non manducabitis ſuem, neque aquilam, neque accipitrem, neque corvum, nec ullum piſcem qui non habeat ſquamam?* Tria dogmata in intellectu comprehendit. Denique ait illis in Deuteronomio; *Et diſponam ad populum hunc juſtificationes meas.* Itaque mandatum Dei non eſt, ne manducare;

[31] χάριν, [32] λέγει, καὶ τοὺς τριακοσίους. Δηλοῖ οὖν τὸν μὲν Ἰησοῦν ἐν τοῖς δυσὶ γράμμασι, καὶ ἐν ἑνὶ τὸν σταυρόν. Οἶδεν, ὁ τὴν [33] ἔμφυτον δωρεὰν τῆς διδαχῆς αὐτοῦ θέμενος ἐν ἡμῖν. Οὐδεὶς [34] γνησιώτερον ἔμαθεν ἀπ' ἐμοῦ λόγον. ἀλλὰ οἶδα, ὅτι ἄξιοί ἐστε ὑμεῖς.

[35] Ὅτι δὲ Μωσῆς εἴρηκεν· οὐ φάγεσθε [36] χοῖρον, οὐδὲ ἀετὸν, οὐδὲ [37] ὀξύπτερον, οὐδὲ κόρακα, οὐδὲ πάντα ἰχθὺν, ὃς οὐκ ἔχει λεπίδα ἐν αὐτῷ· τρία ἔλαβεν ἐν τῇ συνέσει δόγματα. Πέρας γέ τοι λέγει αὐτοῖς ἐν τῷ Δευτερονομίῳ· καὶ διαθήσομαι πρὸς τὸν λαὸν τοῦτον τὰ δικαιώματά μου. [38] Ἆρ' οὖν οὐκ ἔστιν ἐντολὴ Θεοῦ τὸ μὴ τρώγειν· Μωσῆς δὲ ἐν πνεύ-

---

[illegible] id eſt, per primas nominis illius, Jeſu, litteras iota & ita, octodecim æonas, ſive ſæcula præclare ſignificari. Cum enim ille ſtatueret triginta æonas, reſiduos ea dodecade, octodecim dicebat per duas priores nominis Jeſu litteras iota, & ita ſignificari. Porro de trecentorum, & octodecim numero, juxta noſtram explicationem, capiendus eſt locus Prudentii in præfatione Pſychomachiæ, ubi eamdem hiſtoriam enarrat.

> . . *Vigilandum in armis pectorum fide ut,*
> *Omnemque noſtri portionem corporis,*
> *Quæ capta fœde ſerviat libidini,*
> *Domi coactis liberandam viribus.*
> *Nos eſſe large vernularum divites,*
> *Si quid trecenti bis novenis additis*
> *Poſſint, figura noverimus myſtica.*

Hæc nihil aliud dicunt, quam pugnandum eſſe cum vitiis, nobiſque ſatis eſſe vernularum, ſi noverimus, quid hoc myſtico numero ſignificetur, nempe crucem & Jeſum. MEN.

31. *Dom.*] In textu Græco χάριν· Heſychius, χάριν, δωρεάν· id eſt, donum: Per donum autem hoc loco S. Barnabæ, intelligenda eſt myſtica ſignificatio. MEN.

32. *Tum dicit & trecentos.*] Ita Clemens Alexandrinus libro ſexto Strom. [illegible] id eſt, trecentis vernaculis ſuis numeratis, hoſtes aggreſſus vicit maximum eorum numerum. Dicunt ergo eſſe Dominici ſigni typum, quoad figuram, elementum, quod ſignificat trecentos. Et divus Auguſtinus, quæſt. 37. in librum Judicum exponens illud Jud. 7. *Fuit itaque numerus eorum, qui manu ad os projicientes lambuerunt aquas, trecenti viri,* docet trecentos per litteram T, ſignificari: *Quorum*, inquit, *numerus, quia trecenti erant, ſignum inſinuat crucis propter litteram T, Græcam, qua iſte numerus ſignificatur.* Recte dixit, *Græcam* & de illa, non de Hebraica intelligendus eſt S. Barnabæ locus, quia littera Tau Hebraica, non trecentos, ſed quadringentos ſignificat. Ne quis autem exiſtimet ejuſmodi myſticas numerorum ſignificationes unicculorum nævias eſſe, adeat ipſum Auguſtinum libro ſecundo de doctrina Chriſtiana cap. 16. & videbit quantum conferat ad ſacræ Scripturæ notitiam, numerorum notitia. MEN.

Habens in una littera TAU *crucem.*] Juxta formam Græci characteris, T, littera crucem ſignificat, ut docet Tertullianus libro tertio contra Marcionem exponens hunc locum Ezechielis cap. 9. *De qua Ezechiel, dixit Dominus ad me, pertranſi medio porta in media Jeruſalem, & da ſignum Tau in frontibus virorum. Ipſa eſt enim littera Græcorum, Tau, noſtra autem, T, ſpecies crucis, quam portendebat futuram in frontibus noſtris apud veram & Catholicam Hieruſalem, in qua fratres Chriſti filios Dei gloriam patri Deo relaturos Pſalmus vigeſimus primus canit.* MEN.

33. *Naturale.*] In textu Græco ἔμφυτον· id eſt, inſitum, firmiter radicatum, ut ſupra.

34. *Arctius.*] In textu Græco γνησιώτερον· id eſt, magis proprie, familiarius, Heſychius: γνήσιος, ἴδιος, οἰκεῖος· id eſt, proprius, familiaris. MEN.

35. *Quare autem Moyſes dixit.*] Tranſit ad caput 8. de cibis à lege prohibitis, eorumque myſticam explicationem enucleat. MEN.

36. *Porcinam.*] Gloſſæ veteres: *Porcina*, χοιρεία. MEN.

37. Ὀξύπτερον.] Recte vetus Interpres, *accipitrem*. Non extat quidem id nominis in LXX. Seniorum verſione: difficile nihilominus non eſt, quænam ex prenicibus avibus hic intelligatur conjecturam facere per Levitic. XI. & Deuteronomii XIV. Ibi quippe à volatûs celeritate non nuncupantur ſolummodo [illegible] *milvus*, & [illegible] *accipiter*. De milvo Barnabas accipi non poteſt, cum ſtatim ἰκτῖνα, qui eſt milvius, ab ὀξυπτέρῳ diſtinguat. Supereſt itaque accipiter dictus Homero Iliad. ν. ἴρηξ ὠκύπτερος, Iliad. Ο. ὠκέϊ ἴρηκι; Odyſſ. ν. ἐλαφρότατος πετεηνῶν, Heſiodo autem in Operibus ὠκυπέτης ἴρηξ. Etymologicum magnum, ἱέραξ, [illegible] Unde apud Horum lib. 2. cap. 15. accipiter eſt figura ventorum, apud Plutarchum lib. de Iſide ac Oſiride p. 371. Oſirim repræſentat, & apud Euſebium Præparat. Evangel. lib. 3. cap. 12. ſoli conſecratur. Græci recentiores [illegible] & [illegible] appellant. In Macario initio Homiliæ 32. ὀξύπτερος ſit mentio. Clemens autem qui Strom. 2. p. 389. & Strom. 5. p. 572. verba hujus Epiſtolæ citat, in Pædagogi lib. 3. cap. 11. p. 254. ad eadem reſpiciens, ὠκύπτερον [illegible] ſcribit, hoc eſt *accipitrem rapto viventem*. Male cum qui ὠκύπτερον vertunt *avem*, tum qui [illegible] *manu venantem*. Quod vero exiſtimetur à [illegible] Bocharto Hierozoici parte 2. lib. 6. cap. 3. in Vulgata Deuteron. XIV. 13. pro *ixion* legi oportere *oxyn* qui ſit ὀξύπτερος, vereor ut pro certo habeamus; quoniam *ixon*, ſive ut alii codices oculis offerunt, *ixion* confici potuit per depravationem Græcæ vocis ἰκτῖνα. COT.

Accipitrem] In Græco, ὀξύπτερον· id eſt, volatu celerem, alias ὠκύπτερον, id eſt, ταχύπτερον, volatu celerem, apud Suidam. Utrumque vocabulum idem ſignificat: Nec ὀξὺ tantum acutus dicitur, ſed & ταχὺ, Pernix, velox, in gloſſis veteribus. Ita ſanctus Auguſtinus libro ſecundo de doctrina Chriſtiana cap. 12. *Sicut quidam codices habent: acuti pedes ad effundendum ſanguinem: ὀξὺς enim apud Græcos & acutum, & velocem ſignificat. Ille ergo vidit ſententiam, qui tranſtulit, veloces pedes eorum ad effundendum ſanguinem.* ὀξύπτερος ergo hoc loco Barnabæ eſt volatu celer, & pro accipitre uſurpatur. MEN.

38. Ἆρ' οὖν οὐκ ἔστιν ἐντολὴ Θεοῦ τὸ μὴ τρώγειν.] Non admodum miror quod Plutarchus homo Ethnicus, in Sympoſiacon lib. 4. problemate 5. agens de Judæorum abſtinentia ab eſu carnis ſuillæ, crediderit fabulas videri leges ac ritus illius populi, niſi is habeat rationes quaſdam graves, quas non efferat: neque quod veteres Hæretici Legis ac Dei hoſtes mundiciam, immundiciamque ciborum Judaicam irriderent. Id quod mihi mirum videtur, eſt Tertullianum lib. 5. adverſus Marcionem cap. 5 ſcribere, nihil tam contemptibile eſſe quàm ciborum exceptionem per Moſem præceptam: addere Origenem Homilia 7. in Leviticum, leges Moſaicas de cibis, ſi ſecundùm litteram ſumantur, indignas apparere Deo, minuſque elegantes ac rationabiles legibus hominum, verbi gratiâ vel Romanorum, vel Athenienſium, vel Lacedæmoniorum, & lib. 4. de principiis cap. 2. p. 470. ſeu Philocaliæ cap. 1 p. 34. 15 in iis legibus reperiri nonnullas à ratione alienas, aut etiam impoſſibiles obſervatu; quod innuit quoque Novatianus Epiſtolâ de cibis Judaicis cap. 3. Hæc & ſimilia quædam apud Antiquos oratoriè dicta arbitror, atque ex juſto odio erga Judæos & erga Judaizantes Chriſtianos. Profectò colligerentur facilè plurima è diverſo ab iiſdem Veteribus in laudem legum earumdem commodiùs prolata. Quæ leges quo penitius ſuſpiciuntur, eò magis legiſlatorum maximi Moyſis profunda ſuſpicitur ſapientia. Prudentiſſime ſecutus eſt ille rationes partim Phyſicas, petitas ex natura animalium ad eſcam vel conceſſorum, vel prohibitorum, quas exponit S. Thomas primâ ſecundæ quæſt. 102. artic. 6. tanguntque à Plutarcho ubi ſuprà & alibi; cui adjunge Ælianum lib. 10 de animalibus cap. 16. atque alios: partim Morales, ſumptas aut ex animantium inſtinctu, de quibus multa & varia videre eſt paſſim in ſanctis Patribus, ut & hoc capite, & apud Ariſteam lib. de LXX. Interpretibus, circa medium, quem locum profert Euſebius Præparationis Evangelicæ lib. 8 cap. 9. atque apud Philonem Judæum ſæpe, aut ex conſuetudinibus Ægyptiorum, nimiumque vanæ genti addictorum Hebræorum. Nam uti docemur ab Origene lib. 4. contra Celſum p. 232. Theodorito Quæſtione 1. in Leviticum, & Sermone de ſacrificiis Tom 4. p. 584. 585. Auctore Reſponſionum ad Orthodoxos in Operibus Juſtini Martyris, Reſponſ. ad Quæſt. 35. atque Æliano in loco citato, Ægyptii multis belluis ad præſagia utebantur, cunctaque animalia præter ſuem, quem exſecrabantur, quoque veſcebantur ſolo, adorabant. Quamquam de adoratione ſuis per Ægyptiorum nonnullos habemus affirmationem in Hiſtoria Barlaami apud Damaſcenum, cap. 27. & de Ægyptiaca circa hoc animal indulgentia ſententiam Eudoxi eodem

πνεύματι ἐλάλησεν. [39] Τὸ οὖν χοῖρον πρὸς τοῦτο εἴρηκεν· οὐ μὴ κολληθήσῃ, φησὶν, [40] ἀνθρώποις τοιούτοις, οἵτινες ὅμοιοί εἰσι χοίροις. Ὅταν γὰρ [41] σπαταλῶσιν, ἐπιλανθάνονται τοῦ κυρίου ἑαυτῶν· ὅταν δὲ ὑστερῶνται, ἐπιγινώσκουσι τὸν κύριον. Καὶ χοῖρος ὅταν τρώγῃ, οὐκ οἶδε τὸν κύριον· ὅταν δὲ πεινάζῃ, κραυγάζει, καὶ λαβὼν πάλιν, σιωπᾷ. Οὐδὲ μὴ φάγῃς, φησὶ, τὸν ἀετὸν, οὐδὲ τὸν ὀξύπτερον, οὐδὲ τὸν ἰκτῖνα, οὐδὲ τὸν κόρακα. Οὐ μὴ, φησὶ, κολληθήσῃ * ἀνθρώποις τοιούτοις, οἵτινες [42] οὐκ οἴδασι διὰ κόπου, καὶ ἱδρῶτος πορίζειν ἑαυτοῖς τὴν τροφήν· ἀλλὰ ἁρπάζουσι τὰ ἀλλότρια ἐν ἀνομίᾳ αὐτῶν, καὶ ἐπιτηροῦσιν, ὡς ἐν ἀκεραιοσύνῃ περιπατοῦντες. * [43] καὶ καθήμενα ἀργὰ ταῦτα, ἐκζητεῖ πῶς ἀλλοτρίας σάρκας καταφάγῃ, ὄντα λοιμὰ τῇ πονηρίᾳ αὐτῶν. Καὶ οὐ μὴ φάγῃς, φησὶ, [44] σμύραιναν, [45] οὐδὲ πολύποδα, οὐδὲ

* Ex Interpret. & Cl. Al. add. οὐδὲ ὁμοιωθήσῃ.

* Plura in vet. Interpr.

cent: ſed Moyſes in ſpiritu locutus eſt. Quapropter ſic *ſuem* ait; quaſi diceret; Non adhærebis hominibus talibus, qui ſimiles ſunt porcis. Nam cùm in deliciis vivunt, Domini ſui obliviſcuntur: cùm autem deſtituuntur neceſſariis, Dominum agnoſcunt. Et quidem porcus quando comedit, Dominum non novit: quando autem eſurit, clamat: & acceptâ iterum eſcâ, tacet. *Nec manducabis*, inquit, *aquilam*, *neque accipitrem*, *neque milvum*, *neque corvum*. Hoc eſt, non adhærebis, neque aſſimilaberis iis hominibus, qui neſciunt ſibi labore ac ſudore parare victum; ſed aliena rapiunt iniquè; & cùm videantur in ſimplicitate ambulare, tamen aliis inſidiantur: hæ ſiquidem aves, dum otioſæ ſedent, quærunt quo modo alienas carnes devorent; ſuntque in malitia ſua peſtiferæ. *Nec manducabis*, inquit, *murænam*, *neque*

---

eodem Æliani capite, atque Anaxandridis verſus in Athenæi Dipnoſophiſtis lib. 7. p. 299. 300. Hinc itaque vetitum Judæis porcinam comedere: hinc ad immundarum numerum relatæ animantes univerſæ, quæ habebantur pro præſagis: hinc ex pecudibus Diis Ægyptiorum, manſuetiores ſacrificiis & dapibus depotatæ fuerunt, aliæ verò impuratum nomine donatæ: quo cultûs indigna judicarentur ea quæ apponebantur altaribus & menſis, quæque ab epulis impuritatis cauſſâ ejiciebantur. Præclarè Tertullianus lib. 2. contra Marcionem cap. 18. *Et ſi Lex aliquid cibis detrahit, & immunda pronuntiat animalia quæ aliquando benedicta ſunt, conſilium exercendæ continentiæ intellige, & frenos impoſitos illi gulæ agnoſce, quæ cum panem ederet Angelorum, cucumeres & pepones Ægyptiorum deſiderabat. Agnoſce ſimul & comitibus gulæ, libidini ſcilicet atque luxuriæ proſpectum, quæ ferè ventris caſtigatione frigeſcunt. Manducaverat enim populus, & biberat, & ſurrexerat ludere. Proinde ut & pecuniæ ardor extingueretur ex parte, quæ de victûs neceſſitate cauſſatur, pretioſorum ciborum ambitio detracta eſt. Poſtremo, ut facilius homo ad jejunandum Deo formaretur, paucis & non glorioſis eſcis aſſuefactus, & nihil de lautioribus eſuriturus.* Igitur Barnabæ ſententia, non fuiſſe mandatum Dei, ut Judæi certis cibis abſtinerent, intelligentem lectorem poſtulat, qui ſenſu Auctoris inveſtigato *Mandatum non fuiſſe* explicet, Dei in ferendo mandato præcipuum non fuiſſe conſilium, ut ſolam legis conſiderarent literam, ſed potius ut ad præcepti cauſſas animum adjicerent, nempe ad pietatem in Deum, cautionem erga ſe, caritatem verſus proximum. Atque pari modo exponi debent multi Scripturæ textus: *Non accipiam de domo tua vitulos, neque de gregibus tuis hircos.* Pſ. XLIX. 9. *Quo mihi multitudinem victimarum veſtrarum* &c. Iſ. I. 11. *Miſericordiam volui, & non ſacrificium.* Oſ. VI. 6. *Scriptum eſt in lege Moyſi, Non alligabis os bovi trituranti. Numquid de bobus cura eſt Deo? An propter nos utique hoc dicit?* I. Corinth. IX. 9. & alii. COT.

Ergo mortis mandatum Dei ne manducent.] Imo ſi manducaſſent eſcas prohibitas, haud dubie peccaſſent: & revera has de cibis interdictis leges obſervare tenebantur Judæi. Quare verba S. Barnabæ ita capienda ſunt, quod etſi Deus vellet mandatum obſervari, tamen potius deſiderabat, ut ea quæ ſpiritaliter lex deſiderabat, facerent: ut cum dicit Propheta: *Miſericordiam volo, non ſacrificium*, non quia Deus ſacrificium reſpueret, ſed quia miſericordiam potiorem ſacrificio judicaret. MEN.

39. Τὸ οὖν χοῖρον πρὸς τοῦτο εἴρηκεν.] Dubitatur apud Plutarchum in loco ſuperiori Notâ citato, an Judæi ſuillam non manducarent ob venerationem porci, an per abominationem. Rationes dubitandi legat qui volet. Locus eſt obvius: quem nec memoraſſem, niſi à Joſepho Scaligero Epiſt. 232. animadvertiſſem ſpecie correctionis ſuiſſe depravatum. Adversùs Judæos ibi dicitur, ὅτι τὸ δικαιότατον κρέας οὐκ ἐσθίουσι, *quod juſtiſſimam carnem non comedunt*, hoc eſt, meo quidem judicio, carnem quæ omnium æquiſſimè cibum præbet. Nec reſcripſiſſet ἡδιστότατον vir magnus, ſi præcedens Problema, quo res declaratur, lectitaſſet. Sic apud Clementem Alexandrinum Strom. 7. p. 718. Plato Comicus ait ex quadrupedibus ſolum ſuem ad eſum occidi debere. Et verò eam pecudem dum vivit nullum afferre emolumentum; factam eſſe ei ſolummodo cauſſâ ut eſcam præſtet, vocatam ὗν quaſi θῦν, quod ad θύσιν dumtaxat & σφαγὴν apta ſit; atque accepiſſe animam tantùm ut ſalem ne putiſceret, multi dixerunt. De quo conſule Varronem lib. 2. de re ruſtica cap. 4. Ciceronem ſub finem libri 2. de natura Deorum, & ante medium libri 5. de finibus bonorum & malorum, Plinium Naturalis Hiſtoriæ lib. 8. cap. 51. Plutarchum ejuſdem Operis Sympoſ. lib. 5. quæſt. 10 Clementem cùm loco laudato, tum Strom. 2. p. 405. 406. & Lactantium lib. 4. divinarum Inſtitutionum cap. 17. COT.

40. Ciborum vetitorum rationes conſimiles reddit Philo Jud. in lib. de Agric. & pejor. inſid. meliori, necnon Ariſtob. in Ariſtæo, laudatus ab Euſeb. Præp. Evan. l. 8. Pergit ergo S. Barnabas, ex recepta inter Rabbinos ſententia, Judæos convincere. Documenta autem hæc ab animalium indole deſumta, ſæpius opinionibus apud vulgus receptis, quam hiſtoriæ naturali reſpondent. Rectè Joannes Baptiſta ingratam Deo gentem, viperarum progeniem appellaverit; licet, contra quod paſſim creditur, ſerpentes minime utero materno exeſo, per parricidium in lucem prodeant. Quod ideo à me dictum, quia Epiſtolæ hujus auctoritatem elevat eruditiſſimus Cotelerius, eo nomine quod quæ hic de Hyæna referuntur Clemens Alex. rejecerit Pædag. l. 2. c. 10. non id facturus, ſi ſcriptorem apoſtolicum virum credidiſſet. Hæc ſi rata ſint, metuendum plane eſt, ne ii qui Copernici & Galilæi placitis accedunt, ſolem in centro mundi quieſcere, & planetas in liquido ferri exiſtimantes, tota Biblia abnegaſſe cenſeantur. OXON.

41. *Luxuriant.*] In textu Græco, σπαταλῶσι, id eſt, in deliciis vivunt. Heſychius σπαταλᾷ, τρυφᾷ· id eſt, in deliciis vivit. Gloſſæ veteres: σπατάλη, *laſcivia*, *delitiæ*, σπάταλος, *delicatus*, σπαταλῶ, *delicias ago*. Vide notas noſtras ad Concordiam regularum cap. 48 §. 15. MEN.

42. *Qui neſciunt per laborem & ſudorem*, &c.] Eamdem explicationem profert Heſychius in cap. 11. Levit. *Rapaces & cibum alienum male ſectantes, quæſtibuſque injuſtis gaudentes per prædicta ſignificat.* MEN.

43. *Quem ſpolient: ſed & iſta aves ſolæ ſibi non acquirentes eſcam*] Hæc deſunt in textu Græco, ſed reſtituenda hoc modo: ἵνα τινα σκυλῶσι· ὅτι καὶ ταῦτα τὰ πετεινὰ μόνα οὐχ ἑαυτοῖς πορίζουσι τροφήν. MEN.

44. Σμύραιναν, οὐδὲ πολύποδα, οὐδὲ σηπίαν.] Legem generalem ſine certis nominibus poſitam à Moyſe de iis piſcibus non comedendis qui pinnis aut ſquamis carent, ideoque in imo degunt, ad eorum nonnullos determinat, murænas, polypos, ſepias. Quemadmodum Tertullianus II. adversùs Marcionem 20. *Sedenim ſepiæ iſti, quorum figurâ illud quoque piſculentum de cibis Lex recuſavit, ut traductionem ſui ſentiunt, tenebras hinc blaſphemiæ intervomunt, atque ita intentionem uniuſcujuſque jam proximam diſpargunt, jactitando & adſeverando ea quæ relucentem bonitatem Creatoris infuſcent.* Item Hieronymus Epiſt. 151. quæſt. 10. *Neque guſtaveritis carnem ſuillam, & leporum, & ſepiarum, & loliginum, murænæ, & anguillæ, & univerſorum piſcium, qui ſquamas, & pinnulas non habent.* Necnon Athanaſius in Synopſi, ubi de contentis in Levitico; τὰ δὲ ἐν τοῖς ὕδασιν, ἐν τε τῇ θαλάσσῃ καὶ τοῖς ποταμοῖς, καὶ χειμάῤῥοις ζῶντα, ταῦτα λέγει εἶναι καθαρά· ὅσα ἔχει πτερύγια καὶ λεπίδας οἷόν ἐστι, τρίγλα, σκάρος, γλαῦκος, κεστρεὺς, καὶ τὰ ὅμοια αὐτοῖς· τὰ δὲ λειπόμενα ἓν τι τούτων, ἀκάθαρτά ἐστι (ſeu potius ἦν, ut habet Codex MS. Bibliothecæ Regiæ 436. in quo poſt Leviticum, caput iſtud legitur ſine nomine auctoris) καὶ οὐ βρωτά· οἷόν ἐστι σηπία (ita Codex) πτερύγια μὲν γὰρ ἔχει, οὐκ ἔχει δὲ λεπίδας. *In aquis verò, hoc eſt in mari, fluminibus, ac torrentibus nata, ea dicit eſſe munda, quæcumque habent pinnulas & ſquamas; ut ſunt mullus, ſcarus, glaucus, mugil, & conſimilia: quæ verò alterutro carent, immunda ſunt, & nullatenus comedenda; ut ſepia; ſi quidem habet pinnulas, ſquamas autem non habet.* COT.

Non manducabis, inquit, Murænam.] Murænos inter cibos immundos non expreſſe recenſeri à Moyſe 11. Levit. & 14. Deut. Sed quia non habet pinnas & ſquamas, & in fundo natat, juxta Moyſis doctrinam immunda creditur. Unde multa in hoc capite dicuntur à Barnaba tantum ex Scripturæ ſenſu. Murænam ferunt coire cum vipera. Oppianus libro primo Halieutico, Horus libro ſecundo, Ælianus libro primo de animalibus cap. 50. Dubitat Nicander in Theriacis. Negat Andreas in libro de his quæ falſo creduntur, apud Athenæum libro ſeptimo, cum Muræna in locis cœnoſis verſetur, ut vipera in ſolitudinibus nemoroſis. MEN.

45. *Polypum*] Piſcis eſt à multitudine pedum nomen habens

neque polypum, neque ſepiam. Non, inquit, adhærebis nec ſimilis eris hujuſmodi hominibus, qui in perpetuum impii ſunt, & ad mortem ſunt adjudicati: quemadmodum iſti piſciculi, ſoli maledicti, in profundo volutantur; nec ut reliqui piſces natant; ſed in terra, quæ in profundo maris eſt, degunt. Ad hæc; *Leporem*, inquit, *non co-*

46 σηπίαν. Οὐ μὴ, φησὶν, ὁμοιωθήσῃ κολλώμενος ἀνθρώποις τοιούτοις, οἵτινές εἰσιν εἰς τέλος ἀσεβεῖς, καὶ 47 κεκριμένοι τῷ θανάτῳ· ὡς καὶ ταῦτα τὰ ἰχθύδια, μόνα ἐπικατάρατα, 48 ἐν τῷ βυθῷ νήχεται, μὴ κολυμβῶντα, ὡς τὰ λοιπά· ἀλλ' ἐν τῇ γῇ κάτω τοῦ βυθοῦ κατοικεῖ. Ἀλλὰ καὶ 49 τὸν δασύποδα οὐ φάγῃ, φησίν. Πρὸς τί; οὐ μὴ γένῃ

---

beoe: Hebet enim octo cum acetabulorum ordine duplici, quorum beneficio ori cibum admovet, oculos ſupra duos pedes habet, os & dentes in pedum medio, ait Ariſtoteles apud Athenæum libro ſeptimo, fugiens ob metum, colorem mutat ad ſimilitudinem loci, in quo ſe occulit, ut referunt Athenæus, Ælianus libro primo de Varia hiſt. Ovidius in Halieut.

Et ſub lege loci ſumit, mutatque colorem
Semper ei ſimilis, quem contigit.

Oppianus in Halieut. lib. 2.

Πουλυπόδων δ' οὔπω τιν' ὀΐομαι ἴδριν ἀπόπτου
Τέχνης. οἳ πέτρῃσιν ὁμοίιοι ἰνδάλλονται
Τῇσί κε προσπτύξωνται,

Id eſt, Polypodum aſtutiæ neminem arbitror eſſe ignarum, qui ſimiles ſcopulis finguntur, quemcumque amplexati ſint. Theophraſtus Polypodem inter animalia, quæ colorem mutant, recenſet: cauſam refert ejuſmodi, ὁ δὲ πολύπους δοκεῖ τῷ δεδοικέναι τοῦτο ποιεῖν τὰς μεταβολάς. πολυχρώματον γὰρ φύσει· id eſt, Polypus videtur anhelim mutare colorem: eſt enim natura ſlexuoſus, apud Photium in Bibliotheca num. 278. Dicitur de his qui moribus ſe regionis alienæ accommodant. Clearchus libro ſecundo Proverbiorum apud Athenæum libro citato.

Polypi, mi fili, Amphiloche Heros, mentem habe.
Et ad quorum gentem veneris, te iis accommoda.

Dicitur etiam de hypocrita, ſimulatore, & verſipelle. Hyeme cibo carens ſuos pedes rodit, qui verno tempore renaſcuntur: Athenæus libro citato: Ælianus libro decimoquarto de animalibus cap. 26. Horus libro ſecundo Hierogl. ἐκεῖνος γὰρ ἐὰν ἀπορῇ τροφῆς τῆς ἀπ' ἄλλων, τὰς ἰδίας πλεκτάνας ἐσθίει id eſt, ille enim ſi alienis eſcis indiget, ſua brachia rodit. Oppianus libro citato.

Ἀλλ' οἱ γε γλαφυροῖσιν ἐνιζόμενοι θαλάμοισι
Πτώσσοντες δαίνυνται ἑοὺς πόδας οἷά τε βρῶμα
Ἀλλότριον· οἱ δ' αὖτις ἑοῖς κορέσαντες ἄνακτας
Φύονται·

Id eſt, ſed ipſi quidem cavis inſidentes cubilibus trepidi depaſcuntur ſuos pedes, tanquam carnes alienas, qui rurſum ſuos, cum ſaturarint dominos, renaſcuntur. Unde proverbium apud Suidam & Heſychium: πολύποδος δίκην αὑτὸς ἑαυτὸν κατεσθίων id eſt, ſeipſe inſtar polypodis devorans, quod poteſt dici de invidis, & melancholicis. Carneades dicebat dialecticam eſſe polypodi ſimilem. Uti Polypus enim ſuos cirros auctos devorat; ita dialecticos jam peritiores factos ſuas opiniones refutare refert Stobæus ſerm. 80. Brevioris eſt vitæ, quæ annum non excedit, mas ob vehementiorem coitum, ob quem viribus reſolutis, aliorum etiam minimorum piſciculorum præda factus interit: femella ob difficilem partum, quod ova ſimul cohærentia in modum uvæ per anguſtum meatum emittat, ait Oppianus libro citato, qui tandem concludit.

Τοὔνεκα λυκάβαντος ὑπέρτερον οὔ ποτε μέτρον
Πουλύποδες ζώουσι, διαφθίνουσι δ' ἀεὶ
Αἰνοτάτῳ γάμῳ τε, καὶ αἰνοτάτοισι τόκοισι·

Id eſt, quapropter ultra anni menſuram Polypodes non vivunt, ſed pereunt ſemper difficillimo concubitu, & difficillimo partu. Idem docet Ælianus libro ſecun. de anim. cap. 28. qui ideo πολύποδα ἀκολαστότατον τῶν ἰχθύων, id eſt, libidinoſiſſimum piſcium appellat. Polypus adeo firmiter adhæret ſcopulo, ut vix inde avelli poſſit à Murænâ hoſte, nec id ſit prius

κλόνιος αὐτοῖς
Λαίνεαι μένωσι κοτυληδόνες ἐμπεφυυῖαι·

Id eſt, quam ipſa reliquantur ſola acetabula infixa, ſumitur pro homine rapace, tenace, & avaro. Unde Plautus in Aulularia.

Ego iſtos novi Polypos, qui, ubi quid tetigerint, tenent.

Plura vide apud Athenæum libro citato. MEN.

46. *Sepiam.*] Sepie piſcis octo pedes habet, promuſcidas duas, quibus velut lino piſciculos piſcatur. Inter pedes & promuſcidas, os & oculos habet, dentes duos, alterum infrà, alterum ſuprà, ut docet Ariſtoteles apud Athenæum libro ſeptimo. Perſequente piſcatore effundit internorum liquorem nigrum, atramento ſimilem, fugere ſimulans, ut aqua turbata eludat piſcatorem, ait Athenæus ibidem: & Ælianus libro primo de animalibus cap. 34. Horus libro ſecundo Hieroglyph. αὕτη γὰρ ἐπὰν ἴδῃ τινὰ βουλόμενον αὐτὴν θηρεύειν, ἀφίησιν εἰς τὸ ὕδωρ ἐκ τῆς κοιλίας τὸ μέλαν, &c. id eſt, ſi enim ipſa videat aliquem ſe volentem capere, ex alvo mittit in mare atramentum. Ovidius in Halieutico.

Sepia tarda fugæ tenui cùm forte ſub unda
Deprenſa eſt, aut jamque manus timet illa rapaces
Inficiens æquor nigrum vomit illa cruorem
Avertitque vices oculos fruſtrata ſequentum.

Nicander in Alexipharmacis.

Ἢ ἀπὸ σηπιάδος φολιδωτὸς ὅτε μελαίνῃ
Οὔλοπα χολῇ δολίοντα μυχὸν ὑποχεύσηται ἀγρῶν.

Id eſt, vel inſtar ſepiæ fugientis, quæ fluctus felle denigrat, ut doloſum impetum cognovit piſcatoris. Oppianus libro tertio Halieutici.

Ὀρφναίας ῥαθάμιγγας ἀνέπτυσαν, ἀμφὶ δὲ πάντῃ
Πόντον πιαίνουσι καὶ ἠμαλδύνει κελαινὴ
Ἰχὼρ ἀχλυόεις. ἀνὰ δ' ἔτραπεν ὄμματα πάντα.

Id eſt, atras guttas evomunt, circum vero mare univerſum, paſſim polluit, & obſcurat ſanies tenebricoſa, & evertit omnem conſpectum. Unde à Perſio Satyra 3. nomen uſurpatur pro atramento.

Tum querimur craſſus calamo quod pendeat humor,
Nigra quod infuſa vaneſcat ſepia lympha.

Ad bimatum ſepiæ vita non producitur, velut nec polypi ut Athenæus lib. 7. MEN.

47. Καὶ κεκριμένοι τῷ θανάτῳ.] In quibuſdam codicibus erat, κατακεκριμένοι: ſed melior eſt lectio, quam dedimus; eamque vetus etiam confirmat interpres. VOSS.

48. *Altitudinis.*] id eſt, profundi maris. MEN.

49. Καὶ τὸν δασύποδα οὐ φάγῃ.] De leporum foraminibus, ſeu, ſalacitate, quid Veteres ſcripſerint, & quo modo id animal figura dicatur pædiconum, pathicorum, adulterorum, & libidinoſorum omnium, non commemorabo impræſentiarum: te ſolùm, Lector, remittam ad Ariſtotelem lib. 5. de Hiſtoria animalium cap. 2. lib. 6. cap. 33. Ælianum de animalibus lib. 2. cap. 12. lib. 13 cap. 12. Democritum Geopon. lib. 19. cap. 14. Varronem lib. 3. de re ruſtica cap. 12. Plinium Hiſt. lib. 8. cap. 55. Clementem Alexand. lib. 2. Pædagogi cap. 10. p. 188. 190. Auctorem Recognitionum lib. 8. cap. 25. Novatianum cap. 3. Epiſtolæ de cibis Judaicis; Altercationem Synagogæ & Eccleſiæ, ubi de Levitico; Donatum ad Terentii Eunuch. Act. 3. Sc. 1. ac Epitaphium ad eumdem Comici locum; qui poſtremus ex penultimo emaculandus venit. *Natura leporis, inquit, talis eſt, ut utroque ſexu vivat.* Leg. *utroque ſexu vivat* *. Quemadmodum verò de ſue, ita & de lepore ambigitur in Sympoſiacis Plutarchi lib. 4. quæſt. 5. utrùm ejus eſu abſtinuerint Judæi honoris ergo, aut exſecrationis. Verba præſtantiſſimi Scriptoris luxata, dejecta, mutila, corrupta, non intellecta ab Interprete, infeliciter tentata à Scaligero in Epiſtola ſuperius citata e3a. licèt prolixiora ſubjiciam, ſi forte queant ad priſtinam integritatem arte Pæoniâ revocari. Ecce illa; ὡς τὸν ὄνον δι' ἀναφήναντα πηγὴν αὐτοῖς ὕδατος τιμῶσιν. οὕτως καὶ τὸν ὗν σέβεσθαι σπόρου καὶ ἀρότου διδάσκαλον γενόμενον. ἢ Δία καὶ τὸν λαγωὸν φασί με ἀπέχεσθαι τοὺς ἄνδρας, ὡς μυσαρὸν καὶ ἀκάθαρτον δυσχεραίνοντας τὸ ζῶον. οὐδ' * * * * ὁ Λαμπρίας ὑπολαβών ἀλλὰ τὸν μὲν λαγωὸν ἀπέχονται [illegible] *** [illegible] &c. Quid enim, amabo, hæc ſibi volunt? Supplebat & emendabat Scaliger, οὐδ' ἀπὸ τρόπου τοῦ ἔοικεν, ἔφη ὁ Λαμπρίας tum [illegible] Verùm quis non videt per iſtam lectionem Plutarchum inconſequentia & pugnantia loqui? Reſtituendum opinor hoc ferè modo; οὐδ' ἀπὸ τρόπου, ἔφη ὁ Λαμπρίας ὑπολαβών. ἀλλὰ τὸν μὲν λαγωὸν ἀπέχονται διὰ τὸ πρὸς τὸν ὄνον, ὑπ' αὐτῶν μάλιστα τιμώμενον, ἐμφερέστατον. καὶ γὰρ ἡ χρόα, καὶ τὰ ὦτα, καὶ τῶν ὀμμάτων ἡ λιπαρότης, καὶ τὸ λάγνον (Ita Scaliger, quamquam ἀλλόκοτον idem poteſt ſignificare) ἔοικε θαυμασίως ὥστε μηδὲν οὕτω μικρὸν μεγάλῳ τὴν μορφὴν ὅμοιον γεγονέναι. εἰ μὴ νὴ Δία καὶ πρὸς τὰς ὁμοιότητας αἰγυπτιάζοντες, τὴν ὠκύτητα τοῦ ζώου θεῖον ἡγοῦνται, ὁ γὰρ λαγωὸς μεγάλως ἐστὶ τάχους ἐν αὐτοῖς εἶναι. καὶ τὴν ἀκρίβειαν τῶν αἰσθητηρίων: Confer cum Porphyrio IV. de abſtinentia 7. & Diodoro Siculo lib. 1. p. 56 Gr. Edit. totumque locum ſic interpretare; *Quemadmodum autem aſinum, quòd ipſis fontem aquæ monſtraverit, honorant, ita & ſuem colere, quod fuerit ſationis ac arationis magiſtra. Et ſanè lepore etiam abſtinere homines illos dicit nonnullus, quoniam animal ut pollutum ac impurum averſentur. Neutrum ita habet, inquit Lamprias ſermonem excipiens. Sed à lepore quidem temperant,*

γῇς [50] παιδοφθόρος, οὐδὲ ὁμοιωθήσῃ τοῖς τοιούτοις. [51] Ὅτι ὁ λαγωὸς κατ᾽ ἐνιαυτὸν πλεονεκτεῖ τὴν ἀφόδευσιν· ὅσα γὰρ ἔτη ζῇ, τοσαύτας ἔχει τρύπας. Ἀλλὰ [52] οὐδὲ τὴν ὕαιναν φάγῃ. Οὐ μή,

medes. Quamobrem? Id eſt, non eris puerorum corruptor, nec ſimilem te iis hominibus efficies. Quoniam lepus annis ſingulis anum multiplicat; quotque annos vivit, tot habet foramina. Clem. Al. 2. Pædag. 10. *Lepus.*

---

peram, propter maximam quam gerit ſimilitudinem cum aſino; beſtiâ inter ipſas celebratiſſimâ. Etenim color, aures, & oculorum ſplendor ac elegantia, mirificè conveniunt; ut nihil omnino, neque ulla res parva cum magna, tantam formæ ſervet ſimilitudinem. Niſi; per Jovem; præter ſimilitudinem, Ægyptios imitati, velocitatem quoque animalis, divinum quid arbitramur; ſi quidem lepus magnitudine velocitatis videtur excellere; ac ſenſuum ſubtilitatem: nam oculus leporum indefeſſus eſt, adeò ut etiam oculis apertis dormiant: auditûs vero neminem cenſetur præſtare; quam rem admirati Ægyptii, in ſuis ſacris litteris pictâ lepore auditum deſignant. Suillam verò carnem Judæi videntur abominari, quia &c. Cæterùm nomen ἀφοδεύσεως in Barnaba vetus Interpres tranſtulit per verbum *adſellare*, quod explicatur à Scaligero ad Varronem, & ab aliis. Ac fortè id verbi reponet aliquis in Lucifero lib. 1. pro S. Athanaſio p. 28. ubi textum I. Reg. XXIV. 4. καὶ Σαοὺλ εἰσῆλθε παρασκευάσασθαι, Latinum facit, *Et introivit Saul ad ſellam.* legetque, *Et introivit Saul adſellare.* Neſcio autem an hîc locum habeat ſequens obſervatio; exſtare in Conciliorum Collectionibus Epiſtolam Zachariæ Papæ ad Bonifacium Achiepiſcopum, numero duodecimam vel decimamtertiam, per quam à menſis Chriſtianorum lepores quoque removentur. *In lepore & urſo & corniculis & hujuſmodi, ſicut Græci, Judaizant.* de Armenis referunt Vincentius Bellovacenſis Speculi Hiſtorialis lib. 30. cap. 98. & S. Antoninus Parte 3. tit. 19. cap. 8. §. 10. COTEL.

Lepuſem in textu Græco, δασύποδα ut Deuter. cap. 14. Heſychius & Suidas, δασύπους λαγωός· id eſt, lepus, ab hirtis pedibus. MEN.

50 *Non eris puerorum corruptor.*] Ita etiam explicat Clemens Alexandrinus libro ſecundo Pædagogi cap. 10. παιδεραστίαν ... τὴν τοῦ λαγὼ ... ἐδωδὴν ἀπαγορεύων· id eſt. *& ea ratione dum leporis eſum prohibet, ſignificat ſe dehortari puerorum amorem.* MEN.

51. *Quia lepus ſingulis annis facit ad adſellandum ſingula foramina*] Id eſt lepori, foramen novum, ſeu anus ad alvi egeſtionem, quotannis adnaſcitur. Ita docet Clemens Alexandrinus capite citato Pædagogi, καὶ τὸν λαγὼ πλεονεκτεῖν φασὶ τὴν ἀφόδευσιν εἰς ἀριθμὸν ὧν βεβίωκεν ἐτῶν ἴσχοντα τρώγλας id eſt, & leporem multiplicare ſeceſſum habentem foramina pro numero annorum, quibus vixit: ubi interpres ἀφόδευσιν male interpretatur, venerem. Eamdem foraminum in lepore multiplicationem teſtatur Plinius libro octavo cap. 55. *Archelaus auctor eſt, quot ſint corporis caverna ad excrementa lepori, totidem eſſe annos ætatis*, qui locus eſt caſtigandus: legendum eſt enim, *caverna*, neut. g. non, *caverna*, fem. Cavernum enim eſt foramen. Gloſſæ veteres τρώγλη. *foramen, cavernum*, Aliæ Gloſſæ, *cabernum*, τρῆμα, id eſt, foramen, b, pro v, ut ſæpe contingit in veteribus codicibus manuſcriptis. Hinc etiam caſtigandus eſt locus Victorini in libro primo Rhetor. Cicer. *Aquam enim per totum diem exceperunt tenuiſſima caverna defluentem, & hanc majores noſtri in duodecim partes diviſerunt, ex his partibus horis numerum impoſuerunt.* Ubi legendum aſt, *tenuiſſimo caverno.* Ibi enim agunt de clepſhydris, quæ ad diſtinctionem horarum aquam ex tenuiſſimo emittunt foramine. Ælianus libro ſecundo de animalibus cap. xx. τεκμήρια δὲ αὐτοῦ τῶν ἐτῶν τρώγλας τινὰς ὑποφαίνειν id eſt, ejus annos indicant foramina quædam. Hinc fit hoc animal eſſe ſalaciſſimum & fœcundiſſimum: quia concipit ſingulis menſibus, & ſuperfœtat, coit autem, & parit femella.

Οὐδ᾽ αὐτοῖς ὠδῖσιν ἀναινομένη Κυθέρειαν.

Id eſt, neque in ipſis partus doloribus recuſans venerem, inquit Oppianus, libro tertio de venatione. Poſtquam autem peperit, ſtatim initur, & rurſus concipit adhuc lactans, ut docent Ariſtoteles, libro ſexto de hiſt. animal. cap. 37. Clemens Alexandrinus capite citato. Herodotus in Thalia, Athenæus libro nono. & Philoſtratus in iconibus, libro ſecundo cap. de Amoribus, quod præclare deſcribit Oppianus his verſibus, libro tertio de venatione.

—— Τὸ μὲν ἄρ ποτὶ μαλκὸς ἐκτὸς
Ἔκθορεν ἀνδρώσαντα τετελεσμένον· ἄλλο δ᾽ ἔνερθεν
Νηδύι τετρηχὸς φορέει· τὸ δ᾽ ἄρ ἡμιτέλεστον ἀέξει·
Ἄλλο δ᾽ ἀναρθρον ἔχει θηλὺν ἀμορφὸν ἀνείκελον εἶδος.

Id aſt, alius certe extra ventrem fœtus proſilit perfectus, alium vero intus depilam geſtat, alius porro ſemiperfectus creſcit, alium denique inarticulatum habet ſeminalem fœtum aſpectu. Idem docet Ælianus capite citato. Cum igitur tanta ſit in beſtia ſalacitas: Clemens Alexandrinus capite citato rectè ſcribit ejuſmodi cibi prohibitione vetari adulteria, vehementiores appetitus, mutuas congreſſiones, cum prægnantibus feminis conjunctiones, puerorum ſtupra, & alienos initus. MEN.

Ad adſellandum.] Adſellare eſt egerere alvum, Gallicè *aller à la ſelle*, in textu Græco, τὴν ἀφόδευσιν, id eſt, ſeceſſum, alvi egeſtionem ſeu purgationem, & ita hoc vocabulum interpretandum in loco citato Clementis, non, *venerem*: quod interpres Barnabæ ſatis declarat, cum dixit, *ad adſellandum*: maxime cum Clemens ipſiſſima Barnabæ verba ſuppreſſo ejus nomine proferat. πλεονεκτεῖν φασὶ τὴν ἀφόδευσιν Idem patet ex Julio Polluce, libro quinto Onomaſtici cap. 14. ubi in titulo περὶ ἀφοδεύσεως καὶ τῆς κατὰ γαστέρα poſuit, agens deinceps de iis, quæ ſpectant ad ventris purgationem, ex Gloſſis veteribus, ἀφοδεύω, *caco*: à quo vocabulo nemo eſt, qui non videat, τὴν ἀφόδευσιν deduci. Et clarum eſt ex Plinio ſupra, qui dixit, *ad excrementa.* MEN.

52. Οὐδὲ τὴν ὕαιναν φάγῃ. Quoniam hyæna, ut rectè oſtenditur in Bocharti Hierozoico, non debet confundi cum chœrogryllo LXX. ac vulgati Interpretis, ſeu שפן Hebræi textus, non puto hîc agi de eo animali; quamvis aliàs hoc videri poſſet ob ſimilitudinem Etymologiarum, quæ ex porci Græcis nominibus petuntur. Hyæna nominatim in Levitico ac Deuteronomio non exprimitur, ſed comprehenditur in lege generali, quâ vetatur eſus animantium quæ aut non ruminant, aut diviſas ungulas non habent. Quocirca collocatur per Petrum Damiani lib. 2. Epiſt. 18. inter immunda, & manducari prohibita. Ac de ejus immunditia etiam Hieronymus ad Jeremiæ XII. 9. Audi Martyrem Methodium libro de caſtitate ſeu in Sympoſio Orat. 5. p. 69. Edit. Pariſ. οὐ φαγεῖ τὴν ὕαιναν, οὔτε, καὶ τὸ ἄρρεν αὐτῆς. Iam verò quod de hyæna dicit Barnabas, eam alternare ſexum, creditur quidem ab Horo Hieroglyph. lib. 2. cap. 69. Æliano lib. 1. de animalium proprietatibus cap. 25. Oppiano lib. 3 de Venatione verſ. 288. Artemidoro Onirocrit. lib. 2. cap. 12. Phile de natura animalium cap. 43. Ovidio Metamorph. lib. 15. fab. 38. Tertulliano cap. 3. libri de pallio, Scriptore Recognitionum lib. 8. num. 25. & Petro Damiani laudatâ Epiſtolâ: ſed refellitur ſolidè per Ariſtotelem lib. 3. de generatione animalium cap. 6. & lib. 6 de Hiſtoria animalium cap. 32. Diodorum Siculum Hiſtoriæ lib. 32. in Photio cod. 244. Plinium lib. 8. Natur. Hiſt. cap. 30. lib. 28. cap. 8. Clementem Alexandrinum 2. Pædagogi cap. 10. ac Euſtathium in Hexaëmeron. p. 39. Nec erit forſan abs re, nonnulla eorum teſtimoniorum aut obſcura illuſtrare, aut emendare corrupta.

In Phile eleganter hyæna μητροπάτωρ appellatur, pater ſimul & mater. Ineptè Interpres, *maternus avus.* Diodori verba inſignia ſunt, utpote medium veritatem inter & fabellam tenentia. Vere ſi quidem negat ſexuum mixturam & permutationem, fabulosè autem, ac fortè propter Ariſtotelem non intellectum, dat hyænæ feminæ aliquid ſimile membro maris. καὶ γὰρ καὶ τὰς λεγομένας ὑαίνας τινὲς μυθολογοῦσιν ἄρρενας ἅμα καὶ θηλείας ὑπάρχειν, καὶ παρ᾽ ἐνιαυτὸν ἀλλήλας ὀχεύειν· τῆς ἀληθείας οὐχ οὕτως ἐχούσης. ἑκατέρου γὰρ τοῦ γένους ἁπλῆν ἔχοντος καὶ ἀνεπίμικτον τὴν φύσιν, συμβαίνεται τὸ ψευδογραφοῦν καὶ παρακρουόμενον τοὺς εἰκῇ θεωροῦντας. τῇ μὲν θηλείᾳ προσκεῖται τι κατὰ τὴν φύσιν παρεμφερὲς ἄρρενι μορίῳ. τῷ δὲ ἄρρενι ... τὸ ἐναντίον ἐμφαίνειν (l. ἐμφαίνεται) θηλείας φύσεως. Id eſt, ut vertendum exiſtimo; *Etenim animantes quæ hyænæ dicuntur, nonnulli fabulantur mares ſimul eſſe ac feminas, & alternis annis ſe mutuo inire; quod tamen revera non ita habet. Nam cùm uterque ſexus ſimplicem impermiſtamque naturam obtineat, deſcripta eſt falſa litura, quæ decipit eos qui indiligenter ſpectant. Equidem feminæ hyænæ adjacet aliquid ſecundum naturam ſimile membro virili, contrà mari ſpecies femininæ naturæ adhæret.*

Iam priorem locum Plinii, difficultate non carere liquet, ut & illum Ariſtotelis è quo expreſſus fuit. *Hyænis*, inquit Plinius, *utramque eſſe naturam, & alternis annis mares, alternis feminas fieri, parere ſine mare, vulgus credit, Ariſtoteles negat.* In Philoſopho autem III de generat animal. 6. habemus; ὑπολαμβάνουσι δὲ καὶ λίαν ἀνδρογύνους, καὶ οἱ περὶ τρόχου καὶ ὑαίνης λέγοντες. φασὶ γὰρ τὴν μὲν ὕαιναν πολλοί, τὸν δὲ τρόχον Ἡρόδωρος ὁ Ἡρακλεώτης, δύο αἰδοῖα ἔχειν, ἄρρενος καὶ θήλεος· καὶ τὸν μὲν τρόχον, αὐτὸν αὑτὸν ὀχεύειν, τὰς δὲ ὑαίνας ὀχεύειν καὶ ὀχεύεσθαι παρ᾽ ἔτος. ὦπται γὰρ ἡ ὕαινα ἔχουσα αἰδοῖον ἕν· ἐν ἐνίοις γὰρ τόποις οὐκ ἀπορός ἐστι θεωρίας. ἀλλ᾽ ἔχουσιν αἱ ὕαιναι ὑπὸ τὴν κέρκον γραμμὴν ὁμοίαν τῷ τοῦ θήλεος αἰδοίῳ. ἔχουσι μὲν οὖν καὶ οἱ ἄρρενες καὶ αἱ θήλειαι τὸ τοιοῦτον σημεῖον· ἁλίσκονται δ᾽ οἱ ἄρρενες μᾶλλον· διὸ τοῖς ἐκ παρόδου θεωροῦσι ταύτην ἐποίησε τὴν δόξαν. Quis enim ſenſum accommodum ex his vocibus eliciat, ὦπται γὰρ ἡ ὕαινα ἔχουσα αἰδοῖον. An illum Interpretis Theodori Gazæ. *Sed viſa eſt hyæna mas, & altera femina, ſuo diſcrimine genitalis.* hoc eſt, una habens maſculum membrum, & femina femininum. An alium Theodori Metochitæ & Michaëlis Epheſii, quorum Ennarrationes manuſcriptas conſului in Bibliotheca Regia; viſam fuiſſe hyæ-

Hyæn. na. *Sed nec hyænam manducabis.* Non eris, inquit, adulter, neque corruptor; nec talibus aſſimilaberis. Quare? Quia iſtud animal annuatim ſexum mutat, & modò mas, modò femina eſt. Muſtela. Sed & muſtelam juſto odio proſecutus eſt. Diſſimilem, inquit, te præbebis illis, quos audimus ore impuro nequitiam patrare; nec imitaberis ea-

φησὶ, 53 οὐκ ἔσῃ μοιχὸς, οὐδὲ φθορεὺς, οὐδὲ ὁμοιωθήσῃ τοῖς τοιούτοις. Πρὸς τί; ὅτι τὸ 54 ζῶον παρ' ἐνιαυτὸν ἀλλάσσει τὴν φύσιν, καὶ ποτὲ μὲν ἄῤῥεν, ποτὲ δὲ θῆλυ γίνεται. Ἀλλὰ καὶ 55 τὴν γαλῆν ἐμίσησε καλῶς. Οὐ μὴ γὰρ, φησὶν, ὁμοιωθήσῃ τοῖς τοιούτοις, οἵους ἀκούομεν ἀνομίαν ποιοῦντας τῷ στόματι, διὰ ἀκαθαρσίαν· οὐδὲ κολληθήσῃ ταῖς ἀκαθάρτοις

---

hyænam marem cum feminæ genitali. ὕαινα δὲ ἐστιν, ait prior, ὅ φασί τινες * χοῖρον ζῶον &c. καὶ γὰρ καὶ ἄῤῥεν ὤφθη ἔχων ὑπὸ τὴν κέρκον αἰδοῖον θῆλυ. Alter, (editus ſub falſo nomine Johannis Grammatici Philoponi) ἔστι δὲ ἡ ὕαινα, ζῶον ὅμοιον λύκῳ, ὅπερ ὁ Ἡρόδωρος ὁ πολὺς ἄνθρωπος χοῖρον ὀνομάζει. λέγουσι δὲ ὡς ἄῤῥενες ὕαιναι ἄῤῥεν ἔχουσι αἰδοῖον καὶ θῆλυ. Verùm Græca Ariſtotelis minùs efferunt, ſignificantque duntaxat, viſam hyænam habentem genitale. Ego nullâ ferè mutatione in locum ὑπὸ præpoſitionis ſufficio nomen ἓν, quod ſeparo à voce αἰδοῖον, ut jungam vocabulo αἰδοῖον. Sicque totum interpretor; *Sunt autem valde ſimplices ac decepti, qui de trocho & hyæna narrant. Hyænam enim complures aiunt, trochum verò Herodorus Heracleota, duplex genitale habere, maris ac feminæ; & trochum ſeipſum inire, hyænam inire ac iniri annis alternis. Viſa namque eſt hyæna habens unum* (unicum, non duplex) *genitale. Siquidem quibuſdam locis penuria hujus conſpectûs non eſt. Verùm habent hyænæ ſub cauda lineam ſimilem feminino membro: eamque notam cùm mares, tum feminæ habent; ſed magis capiuntur mares; idcirco iis qui in tranſcurſu ſpectant, ea res talem dedit opinionem.* Itaque non poſſumus quin Plinium incuriæ accuſemus in legendo Philoſopho; niſi aut vocibus importunis *parere ſine mare* adhibeamus ſpongiam; aut quod malim, *trochos* in textum inſeramus, hoc pacto; *Hyænis utramque eſſe naturam, & alternis annis mares, alternis feminas fieri, trochos parere ſine mare; vulgus credit, Ariſtoteles negat.* Sic utcumque reddiderit iſta, τρόχον αὐτὸν αὑτὸν ὀχεύειν, per hæc, *trochos parere ſine mare*, hoc eſt ſine alterius congreſſo. Rectiùs lib. 9. cap. 52. *Qui Trochos appellatur à Græcis, ipſe ſe inire traditur.*

Porrò Clemens Alexandrinus hanc Epiſtolæ noſtræ partem manifeſtè reſpicit, licèt adductus reverentiâ, Barnabæ nomen prudenti ſilentio obtegat; quia diſſentit de ſexûs mutatione, geminiſque genitalibus: conſentiens in hyænæ interdictione, ac in expoſitione tropologicâ adversùs mœchos atque pæderaſtas: φθορεῖς enim hos præcipuè, hoc in loco denotat, ſicut *corruptores* in iſto Minucii Felicis ſub finem Dialogi ſui, *Philoſophorum ſupercilia contemnimus, quos corruptores, & adulteros novimus, & tyrannos, & ſemper adversùs ſua vitia facundos.* Clementem κατὰ πόδα ſequitur Euſtathius: ſed à levibus mendis purgari debet, ſcribendo ἢ νῦν ἄῤῥεν ἐστὶ τὸ ζῶον, & ὥσπερ οὐκ ἔχει μέρος.

Supereſt reddenda ratio, cur pro hyæna noſter Interpres belluam poſuerit. Ea in promptu eſt; uſus nempe, deſumptus ex notiſſima belluæ feritate. Lexicon Græco-Latinum vetus, ὕαινα, ζῶον, bellua. Gloſſæ Labbæi, citatæ à Salmaſio ad Julii Capitolini Gordianos tres; ὕαινα, *velua*, quod idem eſt cum belua ſive bellua; B. enim & V. ſæpiſſimè inter ſe commutantur. Iſidori Gloſſæ; *Viſtia, balbe.* Corrigo, *belba*: hoc eſt, *Beſtia, belua.* Julius Capitolinus in fine Gordiani tertii; *Belbi*, *id eſt hyænæ.* Belbi, belui, bellui, nequaquam differunt. Clementis Recognitionum lib. 8 cap 25. *Hyænæ, quas beluas vocant.* Apud Arnobium lib. 7. multo poſt initium; *Camelos & beluas ſeu belbas, & leones.* Euſebius Opuſculo 11. editus à Jacobo Sirmondo, p. 236. *Sunt ſanè & quædam animalia, verſipelliones*, (f. *veſpertiliones*: quamquam in Gloſſariis verſipelliones ſunt λυκάνθρωποι & κυνάνθρωποι) *& belua, & quæcumque iſtius generis habentur, quæ in totum non ſuſtinent luminis radios.* Quò loci de hyæna haberi ſermonem, nullo negotio mihi concedet, qui viderit eam ab Oppiano κυνηγ. III. 263. &c. nuncupari ἀνδροφάγον, νυκτιπόρον, νυκτιλαμπῆ, οἷς ἔπλετο νυκτὸς φάος, αὐτίκα δ' αὖτε ἀγνὴ ἠώς, à Hieronymo ad Jerem. XII. 9. nocturnam beſtiam, & à Pſeudo-Chryſoſtomo Homil. 13. in Matthæum, beſtiam quæ ſemper in nocte, numquam in die eſt. Citantur etiam de belua hyæna Theodorus Priſcianus & Cœlius Aurelianus medici. Nullatenus ergo neceſſaria eſt virorum doctorum emendatio, qui in Barnabæ Interprete malunt *belvam* aut *belbum*. Sicut autem Latini nomen belluarum hyænis ob immanitatem donaverunt; ita etiam videntur Hebræi eaſdem appellâſſe צבעים à צבע, quòd ſanguinariæ ſint, tinctæ ac fœdatæ ſanguine occiſorum animalium. Sanè I. Samuelis XIII 18. הצבעים גי vertere antiquus Interpres φάραγξ τῆς ὑαίνης, *vallem hyænarum.* Et Jeremiæ XII. 9. צבוע LXX. atque aliis Interpretibus hyæna intelligitur. COTEL.

Nec belluam] In textu Græco ὕαιναν, id eſt, Hyænam, & rectè interpretatio: Gloſſæ veteres, ὕαινα, ζῶον, bellua. Ita ut hyæna, quæ eſt truculentiſſimum animal, κατ' ἐξοχὴν, dicatur bellua. In citatis capitibus Levitici & Deuteronomii nullâ eſt explicita hyænæ mentio, de cujus tamen illius interdictione Clemens Alexandrinus, libro ſecundo Pædagogi cap. 10. Moyſem citat. ὁρᾶτε γοῦν, ὁ πάνσοφος Μωσῆς ἄντικρυς κρυπτῶς συμβολικῶς τὴν ἄγονον ἀποπεμπόμενος σπορὰν ἐν ἰδίοις, λέγων, τὸν λαγὼν, οὐδὲ τὴν ὕαιναν· id eſt, videte igitur, quomodo ſapientiſſimus Moyſes infrugiferam aliquando ſeminationem ſymbolicè repulit: non comedes, inquiens, leporem, nec hyænam. MEN.

53. *Hoc eſt, non eris mœchus, nec adulter, aut corruptor.*] Ita Clemens Alexandrinus capite citato agens de lepore & hyæna, οὐ βούλεται τῆς ποιότητος αὐτῶν μεταλαμβάνειν τοὺς ἀνθρώπους, οὐδὲ μὴν τῆς ἴσης ἀσελγείας ἀπογεύσασθαι· ὀργιῶσι γὰρ τοι περὶ τὰς μίξεις τὰ ζῶα ταῦτα ἐκμανέντα· id eſt, non vult homines eſſe qualitatis eorum participes, neque eis æqualem guſtare libidinem. Hæc enim animalia ad libidinem feruntur inſano quodam ſtupore. MEN.

54. *Quia hæc beſtia alternis annis mutat naturam.*] Id eſt, alternis annis ſexum mutat: Id teſtatur Tertullianus libro de pallio: *Hyæna, ſi obſerves, ſexus annalis eſt, marem & feminam alternat.* Horus libro ſecundo Hierogl. *Inſtabilem aliquem, neque in eodem ſtatu permanentem, verùm modo fortem & audacem cùm volunt ſignificare, ὕαιναν ζωγραφοῦσι· αὕτη γὰρ ὅτε μὲν ἄῤῥεν, ὅτε δὲ θῆλυ·* id eſt, *Hyænam pingunt; illa enim modo mas eſt, modo femina.* Interpres addit τὸ *ſerpentem*, ſed id minus neceſſarium eſt, quamvis ſit & hyæna ſerpens: Ælianus libro primo de animalibus cap. 25. τὴν ὕαιναν οὕτως εἰ μὲν ἄῤῥενα εἴδοιο, τὴν αὐτὴν εἰς νέωτα ὄψει θῆλυν· id eſt, hyænam, ſi videas uno quidem anno marem, altero videbis feminam. Ovidius 15. Metamorph.

— quæ modo femina tergo
Paſſa marem, nunc eſſe marem miramur hyænam.

Ita docet Herodorus Heracleotes, apud Ariſtotelem libro tertio de generatione animalium cap. 6. Oppianus libro tertio de venatione:

Θαῦμα δὲ καὶ τόδ' ἄκουσα πολυστίκτοισιν ὑαίναις.
Ἄρσενα καὶ θήλειαν ἀμειβομένας λυκάβαντι·

Id eſt, miraculum etiam hoc audivi de maculoſis hyænis marem & feminam mutare quotannis. Id negat Clemens Alexandrinus libro ſecundo Pædagogi cap. 10. ut & quod aiunt ſimul habere pudenda maris & femellæ: οὐδὲ τὴν ὕαιναν μεταβάλλειν τὴν φύσιν πιστευτέον ποτέ. οὐδὲ γὰρ αἰδοῖα ἔχει τὸ αὐτὸ ζῶον ἄμφω ἄῤῥενος καὶ θήλεος. Diodorus Siculus lib. 32. Hiſtoriarum negat etiam Hyænis utrumque ineſſe ſexum, & intra annum ſibi invicem coire: dicit tamen femellæ adjacere quiddam ſimile parti virili, & mari quiddam quod referat ſpeciem femellæ: in Bibliotheca Photii n. 244. Ita docet Ariſtoteles capite ſupra citato, & libro 6. de hiſt. animal cap. 32. Nocte vadet, die non item. Oppianus libro citato.

Οὕτως οἱ ξυνὸν νύκτωρ φάος, αὐτίκα αὖτε μετ' ἠῶ

Id eſt, propterea ipſi nocte lumen eſt, tenebræ vero poſt auroram. Infeſta eſt canibus. Unde Eccleſiaſtici cap. 13. τίς εἰρήνη ὑαίνῃ πρὸς κύνα, καὶ τίς εἰρήνη πλουσίῳ πρὸς πένητα· id eſt, quæ pax Hyænæ ad canem, quæ pax divici ad pauperem. Quibus vomitum hominum imitando inſidiatur, ut ſcribit Ælianus libro ſeptimo de animal. cap. 22. quibus & hyænæ pellis terriculamento eſt: ſi enim ex ea calceos feras

— φορέοις πεδίλοισι ῥινὸν ὑαίνης κερμαίων
Καί σε κύνες κείνοισιν ἐρυόμενον πεδίλοις
Ἄτρεα οὐχ ὑλάουσι·

Inquit Oppianus libro tertio de venatione, id eſt, afferes magnum terriculamentum canibus: & te canes illis incedentem calceis non allatrant. Sepulchris effoſſis cadavera depaſcitur. Sanctus Hieronymus in cap. 12. Hierem. *Nunquid ſpelunca hyænæ hereditas mea mihi: referamus ad immunditiam nocturnæ beſtiæ, quæ vivit cadaveribus mortuorum, & de ſepulchris ſolet effodere corpora.* Imo vivis hominibus inſidiatur hyæna Indica, quam Crocotam Indi vocant, clam ad ædes eorum accedens, vocemque eorum quos repta faciles norit, imitando appellat, quos foras egreſſos corripit, ac devorat, ut docet Porphyrius, libro tertio de abſtinentia ab animalibus. Idem narrat de Crocota Æthiopica, Agatharchides lib. 5. cap. 40. MEN.

55. *Τὴν γαλῆν ἐμίσησε καλῶς.*] Non advertens Interpres damnari hoc loco nefandam fellatorum & fellatricum nequitiam, aliò rem traduxit; nempe ad audientes ac loquentes iniqua & impura. Fabulabantur cum Anaxagora Veteres quidam, qui ab Ariſtotele confutantur lib. 3. de generatione animalium cap. 6. quoſque ſequitur Ovidius lib. 9. Metamorphoſ. fabulâ 5. muſtelam ore parere. Affirmabant alii, eam per os concipere, per aurem parere; ſicut infrà patebit de eo qui Recognitionum libros compoſuit,

lib.

σιν [56] διὰ τὴν ἀνομίαν ποιοῦσι τῷ στόματι. [57] Τὸ γὰρ ζῶον τοῦτο τῷ στόματι κύει. Περὶ τῶν βρωμάτων μὲν οὖν Μωσῆς τρία δόγματα [58] ἐν πνεύματι ἐλάλησεν· Οἱ δὲ κατ' ἐπιθυμίαν τῆς σαρκὸς, ὡς περὶ βρωμάτων προσεδέξαντο. Λαμβάνει [59] δὲ τριῶν δογμάτων [60] γνῶσιν Δαβὶδ, καὶ λέγει ὁμοίως· Μακάριος ἀνὴρ, ὃς οὐκ ἐπορεύθη ἐν βουλῇ ἀσεβῶν· [61] καθὼς οἱ ἰχθύες πορεύονται ἐν σκότει εἰς τὰ βάθη. Καὶ ἐν ὁδῷ ἁμαρτωλῶν οὐκ ἔστη· καθὼς οἱ δοκοῦντες [62] φοβεῖσθαι τὸν κύριον, ἁμαρτάνουσιν [63] ὡς * χοῖροι. Καὶ ἐπὶ καθέδραν λοιμῶν οὐκ ἐκάθισε· καθὼς τὰ πετεινὰ [64] τὰ καθήμενα εἰς ἁρπαγήν. [65] Ἔχετε τελείως καὶ περὶ τῆς γνώσεως. Ἀλλὰ εἶπε Μωσῆς· Φάγεσθε πᾶν διχηλοῦν, καὶ [66] μαρυκώμενον. Τί λέγει; * τὴν τροφὴν λαμβάνων, οἶδε

* al. ὀχέρ- ὡς

* al. ὁ τὴν νεμόμενον.

rum impuritatem, quæ infandum facinus ore perpetrant. Nam hoc animal ore concipit. Igitur Moyſes de eſcis tria decreta locutus eſt in ſpiritu: illi verò, juxta carnis cupiditatem, quaſi de eſcis ſimpliciter egiſſet, acceperunt. Horum porro trium ſcitorum cognitionem ſumit David, & ait ſimiliter; *Beatus vir qui non abiit in conſilio impiorum:* ſicut ii piſces ambulant in tenebris ac maris profundo. *Et in via peccatorum non ſtetit:* ſicut ii qui videntur timere Dominum, & veluti ſus peccant. *Et in cathedra peſtilentium non ſedit:* quemadmodum aves quæ ad rapinam ſedent. Habetis perfecte de cognitione. At Moyſes dixit; *Manducabitis omne biſidum, ac ruminans.* Quid ait? Significatur is qui acceptâ eſcâ, memi-

Laudat. Cl. v. Strom. ante med. p. 589. Pſ. 1. 1.

Citat. Cl. 5. Strom. ante med. p. 571. 572.

---

lib. 8. cap. 23. & ut cernere eſt in Iſidoro Originum lib 12. cap. 3. (fruſtra quippe laborant viri docti, quando vulgatam lectionem ſollicitant) in Ratramno libro de nativitate Chriſti cap. 5. quod Opus exſtat tomo primo Spicilegiorum viri de Eccleſia optimè meriti Lucæ Acherii; in Petri Damiani lib. 2. Epiſt. 18. atque in Arabibus ab eruditiſſimo Bocharto prolatis. Alii contrà, concipere aure, parere ore; Ariſteas de LXX. Interpretibus, paullo poſt medium, citatus etiam ab Euſebio Præparat. Evangel. lib. 8. cap. 9. & multi apud Plutarchum lib. de Iſide & Oſiride p. 380. 381. ubi perperam γαλῆν *felem* vertit Interpres. Itaque noſter Barnabas ex illorum numero exſtitit, qui nimium commentis creduli, admittebant conceptum muſtelæ per aurem. Ad quam opinionem reſpexiſſe videtur Ælianus lib. 15. de animalibus cap. 11. cum dicit de Gale fabuloſâ feminâ; Ἀφροδίτης παρήγορον εὐνὴν & ad aliam in Horo Hierogl. lib. 2. cap. 34. poſitam. COT.

56. *Qui iniquitatem faciunt ore ſuo.*] Adde, ut in textu Græco: *Hoc enim animal ore parit.* Hanc de hoc animali quorumdam opinionem refert Ariſtoteles libro tertio de generatione animalium cap. 6. οἱ μὲν γὰρ τινές φασι γεννᾶν τῷ στόματι μίγνυσθαι τὸν ἰχνεύμονα, καὶ τὴν ἴκτιν, καὶ τῷ στόματι τίκτειν τὴν γαλῆν. id eſt, quidam enim dicunt cervos, & ibin coire, ex quadrupedibus muſtellam ore parere. Quod improbat ipſe, & Iſidorus libro duodecimo Originum. cap. 3. *Falſò autem opinantur, qui dicunt muſtellam ore concipere, aure* (lege, *ore*) *effundere partum.* Sed & muſtella piſcis ore parit, & fœtum aliquando in alvum recipit, mox emiſſura, ut teſtatur Ælianus libro ſecundo de animalibus cap. 55. ὁ γαλεὸς ὠδίνει διὰ τοῦ στόματος ἐν τῇ θαλάττῃ, &c. id eſt, muſtellus, ſive muſtella ore in mari parit, & fœtum eodem denuo recipit, redditque eadem via vivum & incolumem. cum nempe fœtus ſibi à piſcium occurſu timens in matris alvum ſe recipit, quos illa revomit metu periculi ſublato, ut ſcribit Oppianus libro primo Halieut.

> Τοὺς δ' ὅτε που τρομέοντας ἴδῃ κρατερώτερον ἰχθὺν,
> Ἀμφιχανοῦσα κατέδεκτο ἑῷ στόμα, μέσφα δίηται
> Χάσματος, τότε δ' αὖθις ἀνέπτυσε λαιμοῖο.

Id eſt, hos autem cum trementes viderit validiorem piſcem, rictu aperto recipit in os, donec timor abſceſſerit, tunc foras eos reſpuit ex gula. Idem ſcribit Athenæus libro ſeptimo: Hinc capiendus eſt Horus libro ſecundo Hierogl. *Hominem cibos ſuos evomentem, & rurſus immoderatè comedentem ſignificare volentes,* ἰχνεύμονα γαλέον ζωγραφοῦσιν· ἐπειδὴ νῦν μὲν διὰ τοῦ στόματος τεκνοῖ, ὕστερον δὲ καταπίνει τὰ τέκνα· id eſt, *aquaticam muſtellam pingunt: illa enim parit quidem ore; natam verò abſorbet iterum.* MEN.

57. Τὸ γὰρ ζῶον τοῦτο τῷ στόματι κύει] Hæc non habentur in veteri interprete. Sed cum apud illum præceſſerit, *non eris talis, qui audit iniquitatem, & loquitur immunditiam;* adparet Barnabam non tantum hic egiſſe de partu muſtelæ, sed etiam de ejus conceptione. Hoc itaque modo præcedentia conſtituenda videntur: Οὐ μὴ γὰρ, φησὶ, ὁμοιωθήσῃ τοῖς τοιούτοις, οἵτινες ἀκούουσιν ἀνομίαν, καὶ λαλοῦσι τῷ στόματι ἀκαθαρσίαν. Intelligit autem fellatores. Sed quid facias verbis ſequentibus, in quibus mera adparet balbuties, cum nihil in illis dicatur, quod non dictum ſit antea? Emendatiores forſan codices hoc nos aliquando docebunt. Quæ autem deinceps ſunt, ita corrige: Τὸ γὰρ ζῶον τοῦτο δι' ὤτων συλλαμβάνει, καὶ τῷ στόματι κύει. Muſtelam auribus concipere, & ore deinceps parere, notiſſima inter nonſores fabella. Illam tamen non videtur audiviſſe ſuperius editor, qui occaſione ex hoc loco ſumta, verba Iſidori conatus eſt corrumpere. Ita enim apud illum legendum erat, *Falſo autem opinantur, qui dicunt, muſtelam aure concipere, ore effundere.* Hoc præceptum eodem modo enarrat Pſeudoariſteas VOSS.

58. *In ſpiritu ſic locutus eſt*] Eaſdem etiam leges Moyſi de eſcis interdictis, ſic Novatianus libro de cibis Judaicis myſtice interpretatus eſt: cujus locum, quia caſtigandus eſt, ſubjiciam: *quid enim vult ſibi lex cum dicit: Camelum non manducabis, niſi quoniam de exemplo animalis vitam damnat enervem & criminibus tortuoſam, at cum ſuem cibo prohibet aſſumi, reprehendit utique cœnoſam, & luteam, & gaudentem vitiorum ſordibus vitam, bonum ſuum non in animi generoſitate, ſed in ſola carne ponentem, aut cum leporem, accuſat reformatos in feminam viros. Quis autem muſtellæ corpus cibum faciat? ſed furta reprehendit. Quis lacertum? ſed odit variam incertam veritatem. Quis ſtellionem? ſed maculas exſecratur* [a] *prædam de aliena morte quærentes: aut quis corvum? ſed verſutas exſecratur voluntates. Paſſerem quoque cum interdicit, intemperantiam coarguit: quando noctuam, odit lucifugas veritatis, quando cygnum, cervices altæ ſuperbos: quando charadrium, garrulam nimis linguæ intemperantiam: quando veſpertilionem, quærentes tenebras noctis ſimul & erroris.* Hæc etiam habentur apud ſanctum Iſidorum cap. 9. commentar. in Levit. Sed ex Novatiano ſumpſit, quemadmodum totum illud caput, ſed quibuſdam amputatis, ex quo tamen quædam caſtiganda ſunt in verbis citatis, id eſt, reſtituo τὸ manducabis, etiam ex cod. mſ. Corb. nam etſi in Levitico ſit τὸ *manducabitis*, non tamen ita ſcripſit Novatianus, qui ſe noluit ipſiſſimis ſcripturæ verbis aſtringere, ut videre eſt in antiquis ſcriptoribus, 2. lege, *informem*, pro, *enervem*: quod ex ſequentibus patet, nec elephas, cum ſit animal generoſum, poteſt eſſe vitæ enervis, & imbecillæ ſymbolum. 3. Poſt τὸ *maculas exſecratur*, hæc ſunt interpolanda, hoc modo: *Quis accipitrem, aut milvum, aut aquilam? Sed odit raptores & violentos ſcelere viventes. Quis vulturem? ſed exſecratur prædam de aliena morte quærentes.* Et ſic cuncta rite procedunt, & ſenſus eſt integer. 4. Pro, *tenebras noctis ſimul & erroris*, lege, *tenebris noctis ſimiles errores* Quod autem ſpectat ad illam Novatiani interpretationem, quod Deus per vulturem exſecretur, *prædam de aliena morte quærentes*, videtur intelligenda juxta hanc Origenis clariorem & fuſiorem explicationem, Homil. 7. in Levit. *Ego puto, & illos in his nominari, qui alienis incubant mortibus, & arte quadam vel fraude teſtamenta ſubjiciunt. Hujuſmodi enim vultures & aquilæ merito appellantur, velut mortuorum cadaveribus inhiantes.* MEN.

[a] Locus corruptus.

59. *Accepit autem eorum trium conſtitutionum ſcientiam David, &c.*] Hæc & ſequentia profert ex Barnaba Clemens Alexandrinus libro ſecundo Strom. circa medium. MEN.

60. Memineris Lector, γνῶσιν, ſpiritualem ſenſum, ſive *Midraſch* paſſim hic deſignare. Laudantur iſta à Clem. Alex. v. Strom. OXON.

61. *Sicut piſces eunt in tenebris.*] Adde *in profundo*, ut in textu Græco, & apud Clementem. MEN.

62. *Timere.*] Adde τὸ *Dominum*, ut in textu Græco, & apud Clementem. MEN.

63. *Tamquam porcus.*] Apud Clementem additur, πεινῶν γὰρ κραυγάζει, πληρωθεὶς δὲ τὸν δεσπότην οὐ γνωρίζει, ut ſupra, id eſt, eſuriens enim grunnit, repletus autem non agnoſcit Dominum. MEN.

64. *Quæ ſedent.*] Ita in textu Græco, apud Clementem ἕτοιμα· id eſt, quæ paratæ ſunt, apud quem hæc ſequuntur in utroque textu Barnabæ deſiderata: παρήγγειλε δὲ Μωσῆς ὁ φάγειν χοῖρον, οὐδὲ ἀετὸν, οὐδὲ ὀξύπτερον, οὐδὲ κόρακα, οὐδὲ πάντα ἰχθὺν ὃς οὐκ ἔχει λεπίδα ἐν αὐτῷ· id eſt, præcepit Moyſes non manducare porcum, neque aquilam, neque accipitrem, neque corvum, neque omnem piſcem, qui ſquamas non habet. Hiſque ſubjungit: ἕως μὲν ὁ Βαρνάβας· id eſt, hæc quidem Barnabas. MEN.

65. *Habetis conſummatam de eſcis*] Adde τὸ *cognitionem*, vel quid ſimile. Sed & Græca corrupta ſunt, quæ ſic caſtiganda arbitror: ἔχετε τελείως περὶ τῶν βρωμάτων γνῶσιν. MEN.

66. Μηρυκᾶσθαι & *ruminare*, tam apud Græcos quam Latinos auctores, *ſecundas cogitationes* denotant. Sic Ariſtoph. Lucian. Cicer. Varro. Porro corurgetorum, ſeu quod idem eſt, ruminantium animalium in ſacrificiis ethnicorum rationem peculiarem habitam fuiſſe, ex Corniceano, apud Plin. l. 8. c. 51. diſcimus, qui ea *ruminales hoſtias* appellat. Hac de re videatur locus eximius Iren. l. 5. cap. 8. OXON.

minit nutrientis ſe, atque in illo conquieſcens, lætatur. Rectè dixit, reſpiciens ad mandatum. Quid ergo ait? Adhærendum eſſe ad eos, qui timent Dominum; qui in corde meditantur quam acceperunt verbi diſtributionem; qui loquuntur ac ſervant juſtificationes Domini; qui ſciunt, meditationem opus eſſe lætitiæ; & qui Domini ſermonem ruminant. Quid verò ſibi vult biſidum? Quòd juſtus in hoc mundo ambulat, & ſanctum exſpectat ſæculum. Videte quàm pulcrè ſanxerit Moſes. Sed undenam illis, hæc intelligere ac comprehendere? Nos ergo juſte mandata intelligentes, loquimur ut Dominus voluit: propterea aures noſtras & corda circumcidit, ut iſta animadvertamus.

Alleg. de aqua & cruce. XI. Quæramus verò an Domino curæ fuerit præmonere de aqua, & de cruce. Et quidem de aqua, ſcriptum eſt in Iſraëlitas, quo modo baptiſmum qui affert peccatorum remiſſionem, non ſunt recepturi; ſed alium ſibi paraturi. Dicit itaque Propheta; *Obſtupeas, cœlum; & ſuper hoc inhorreat terra. Quia duo magna & mala fecit populus hic: me dereliquerunt fontem vivum; & foderunt ſibi ciſternas contritas. Numquid petra deſerta eſt mons ſanctus meus * Sinà? Eritis enim veluti avis pulli avolantes nido ablato.* Et rurſus ait Propheta: *Ego ibo ante te, & montes complanabo, & portas æreas conteram, & vectes ferreos confringam: & dabo tibi theſauros tenebroſos, abſconditos, inviſi-*

Jer. 2.12.

Iſ. 16.1.

* Sion.

Iſ. 45.2.

τὸν τρέφοντα αὐτὸν, καὶ ἐπ' αὐτῷ [67] ἀναπαυόμενος εὐφραίνεσθαι δοκεῖ. Καλῶς εἶπε βλέπων τὴν ἐντολήν. Τί οὖν λέγει; [68] κολλᾶσθε * μετὰ τῶν φοβουμένων τὸν κύριον, μετὰ τῶν μελετώντων, ὃ ἔλαβον, [69] διάσταλμα ῥήματος, ἐν τῇ καρδίᾳ, μετὰ [70] τῶν λαλούντων τὰ δικαιώματα κυρίου, καὶ τηρούντων, μετὰ τῶν εἰδότων, ὅτι ἡ μελέτη [71] ἔργον ἐστὶν εὐφροσύνης, καὶ μαρυκωμένων τὸν λόγον κυρίου. [72] Τί δὲ τὸ διχηλοῦν; ὅτι ὁ δίκαιος ἐν τούτῳ τῷ κόσμῳ περιπατεῖ, καὶ τὸν * ἅγιον αἰῶνα ἐκδέχεται. Βλέπετε πῶς ἐνομοθέτησε Μωσῆς καλῶς. Ἀλλὰ πόθεν [73] ἐκείνοις ταῦτα νοῆσαι, ἢ συνιέναι; Ἡμεῖς οὖν δικαίως νοήσαντες τὰς ἐντολὰς, λαλοῦμεν [74] ὡς ἠθέλησε κύριος· διὰ τοῦτο περιέτεμε τὰς ἀκοὰς ἡμῶν, καὶ τὰς καρδίας, ἵνα συνιῶμεν ταῦτα.

* Clem. add. διὰ.

* al. ἅγιον.

[75] Ζητήσωμεν δὲ εἰ ἐμέλησε τῷ κυρίῳ προφανερῶσαι περὶ τοῦ ὕδατος, καὶ τοῦ σταυροῦ. Περὶ μὲν τοῦ ὕδατος, γέγραπται ἐπὶ τὸν Ἰσραὴλ, πῶς τὸ βάπτισμα τὸ [76] φέρον εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν, οὐ μὴ προσδέξονται· [77] ἀλλ' ἑαυτοῖς * οἰκοδομήσουσι. Λέγει γὰρ ὁ προφήτης· [78] ἔκστηθι οὐρανέ, καὶ ἐπὶ τούτῳ [79] φριξάτω ἡ γῆ. Ὅτι [80] δύο μεγάλα καὶ πονηρὰ ἐποίησεν ὁ λαὸς οὗτος· ἐμὲ ἐγκατέλιπον πηγὴν ζῶσαν, καὶ ἑαυτοῖς ὤρυξαν [81] λάκκους συντετριμμένους. [82] Μὴ πέτρα ἐρημός ἐστι τὸ ὄρος τὸ ἅγιόν μου Σινᾶ; [83] ἔσεσθε γὰρ ὡς πετεινοῦ νεοσσοὶ * ἀνιπτάμενοι νοσσιᾶς ἀφῃρημένοι. Καὶ πάλιν λέγει ὁ προφήτης· ἐγὼ πορεύσομαι ἔμπροσθέν σου, καὶ ὄρη ὁμαλιῶ, καὶ θύρας χαλκᾶς συντρίψω, καὶ μοχλοὺς σι-

* ſ. οἰκοδομοῦσιν.

* al. ἀνιπτάμενοι.

---

67. *In ſe refrigerans.*] Hæc corrupta ſunt; lege ut in textu Græco: *Et refrigeratus in eo lætari videtur.* Juxta id quod ſupra dixit ſanctus Barnabas: *Non eris conjunctus talibus hominibus, qui cum luxuriant, obliviſcuntur Dominum.* MEN.

68. *Adhærete eis.*] Quædam hic deſiderantur ex textu Græco ſupplenda: lege igitur: *Adhærete eis qui timent Dominum, qui tenent.* &c. MEN.

69. Ὃ ἔλαβον διάσταλμα ῥήματος.] Nuperus editor repoſuerat διάγγελμα, quod ſane non intelligo. Et certe ne quidem eſt Græcum. VOSS.

Διάσταλμα videtur intelligendum in ea vocis notione, quæ *præceptum* denotat. OXON.

70. *Qui loquuntur æquitates Domini.*] In Græco additur τῶν τηρούντων id eſt, cuſtodientium, lege igitur: *Adhærete eis, qui loquuntur æquitates Domini, & cuſtodiunt.* Philo Judæus libro ſecundo de agricultura, hunc locum Moyſi allegorice explicans, non abeſt à mente Barnabæ. [illegible] id eſt, cæterum quæcumque animalia utrumque hoc habent, pura pronuntiantur merito, quando utramque jam dictam abſurditatem effugerunt. Propoſitum enim ſine memoria, meditatione, jugique tractatione rerum bonarum, bonum imperfectum eſt. Et Novatianus libro de cibis Judaicis. *Mundi ſi ruminant, id eſt, ſi in ore ſemper habeant, quaſi cibum quemdam præcepta divina.* MEN.

71. *Utilis eſt.*] In textu Græco legitur ἔργον ἐστὶν εὐφροσύνης id eſt, opus eſt lætitiæ. Hic verba adde, ut in textu Græco: *Et cum his qui ruminant verbum Domini: Quid animal ungulam dividens? quia juſtus in hoc mundo ambulat, & regnum cælorum recipit.* Novatianus explicat de inceſſu ſemper firmo ac robuſto: *Dum lubricos partis alterius ungula firmamento fulcitur, & in veſtigiis ſoliditate retinetur.* MEN.

72. Τί δὲ τὸ διχηλοῦν.] Clemens Alexandrinus lib. 3. Pædagogi cap. 11. p. 254. [illegible] *Biſida meritò eſt juſtitia; ut quæ & hic ſanctificet, & in ſæculum futurum tranſmittat.* Quibus ſimilia tradunt ab Origene Homil. 7. in Leviticum, à Theodorito Quæſt. 11. in eumdem Scripturæ librum, & à Procopio Gazæo ibidem. Notabilis in primis locus Porphyrii, ex Chæremone de ſacerdotibus Ægyptiorum ita differentis lib. 4. de abſtinentia ab animatis num. 7. [illegible] COT.

73. *Illis.*] Id eſt, Judæis. MEN.

74. *Sicut voluit Dominus.*] In textu Græco hæc ſequuntur; *Propterea circumcidit nobis aures, & corda, ut hæc intelligamus.* MEN.

75. *Quæramus ergo, ſi curæ fuerit Domino:*] Cap. 9. incipit, in quo agit de baptiſmo & cruce. MEN.

76. *Quæ affert remiſſionem.*] In textu Græco legitur. φέρον εἰς ἄφεσιν, i. conferens remiſſionem. MEN.

77. *Sed ſibi inſtituunt.*] Baptiſma videlicet: intelligit crebra, & ſuperſtitioſa Judæorum baptiſmata. MEN.

Ἀλλ' ἑαυτοῖς οἰκοδομήσουσιν.] Ita quidem libri. Sed quid hoc rogo, βάπτισμα ἑαυτοῖς οἰκοδομήσουσιν? Lege itaque, οἰκονομήσουσιν. VOSS.

78. *Horruit cœlum, & in hoc plurimum expavit terra.*] Juxta Septuaginta interpretes, ἐξέστη ὁ οὐρανὸς ἐπὶ τούτῳ· In textu Græco Barnabæ, ἔκστηθι οὐρανέ· id eſt, horreas, cœlum. MEN.

79. *Expavit terra.*] Ita apud Septuaginta, ſed deeſt ἡ γῆ, id eſt, terra: In textu Græco Barnabæ: φριξάτω ἡ γῆ id eſt, expaveat terra: quod vocabulum Maldonatus hunc locum exponens ait reperiri in quibuſdam exemplaribus: Unde apparet non perperam repetiri in hac epiſtola. In verſione communi juxta textum Hebraicum totus hic locus ſic habetur: *Obſtupeſcite cæli ſuper hoc, & portæ ejus deſolamini vehementer.* MEN.

80. *Duo mala.*] In textu Græco S. Barnabæ, *duo magna & mala.* MEN.

81. *Qui non poſſunt aquam portare.*] Hæc deſunt in textu Græco, apud Septuaginta eſt συνέχειν id eſt, continere. MEN.

82. Μὴ πέτρα ἐρημός ἐστι τὸ ὄρος τὸ ἅγιόν μου Σινᾶ.] Oportuit Σιὼν dicere. Σινᾶ ergo eſt erratum aut memoriæ in Barnaba, aut incuriæ in librariis. Via enim crediderim ab eo montes *Sina* & *Sion* pro uno eodemque fuiſſe habitos, juxta gravem errorem Gregentii in Diſputatione cum Herbano Judæo. Ubi diſceptantes de verbis Pſalm. 109. 2. *Virgam virtutis tuæ emittet Dominus ex Sion.* Judæus dicit; [illegible] *Quòd autem ex Sione emittendam eſſe virgam affirmat, nonne è monte Sinà exciſum fuit illud lignum, ex quo crux facta eſt?* Reſpondet Archiepiſcopus, [illegible] *Ex Sione autem cum audis, ne deorſum circumſpicias; ſed Sinam montem juxta ſenſum intelliges illud enim quoque anagogicè dictum fuit. Nam Sion eſt ſuperna Metropolis Domini.* Atque eum etiam errorem forſan excavit is qui Vitas Prophetarum ſcripſit, in loco inferiùs quartâ poſt hanc Notâ proferendo. De diſtinctione horum montium extat tractatus antiquus inter Opera Cypriano ſuppoſita. COT.

Numquid petra rimoſa eſt mons ſanctus meus Sina] In textu Græco, πέτρα ἐρημός· id eſt, petra deſerta: quare puto legendum, *ruinoſa*: Locus habetur Eſaiæ 16. juxta Septuaginta hoc modo, μὴ πέτρα ἔρημός ἐστι τὸ ὄρος τῆς θυγατρὸς Σιών. id eſt, numquid petra deſerta eſt mons filiæ Sion, ſed apud Barnabam irrepſit Sina, pro Sion, & Apoſtolus adjecit τὸ *Sanctus*, explicationis gratia. MEN.

83. *Eritis tamquam avis puſiles ablatis*] Eſa. capite citato: in textu Græco Barnabæ: ἔσεσθε ὡς πετεινοῦ νεοσσοὶ ἀνιπτάμενοι νοσσιᾶς ἀφῃρημένοι id eſt, eritis ut avis pulli inſtabiles nido ſublato, apud Septuaginta: ἔσῃ γὰρ ὡς πετεινοῦ ἀναπτάμενος νεοσσὸς ἀφῃρημένος· id eſt, eris enim ut avis volantis pullus ablatus. Ex quo facile emendantur verba Latina hujus epi-

σιδηροῦς [84] συνθλάσω· καὶ δώσω σοι θησαυροὺς σκοτεινούς, ἀποκρύφους, ἀοράτους, [85] ἵνα γνῶσιν, ὅτι
* add. ἐγώ. * κύριος ὁ Θεός. Καὶ κατοικήσει [86] ἐν ὑψηλῷ σπηλαίῳ πέτρας ἰσχυρᾶς. Εἶτα τί λέγει ἐν τῷ υἱῷ; τὸ ὕδωρ αὐτοῦ πιστόν. Βασιλέα [87] μετὰ δόξης ὄψεσθε, καὶ ἡ ψυχὴ ὑμῶν μελετήσει [88] φόβον κυρίου. Καὶ πάλιν ἐν ἄλλῳ προφήτῃ λέγει· ἔσται [89] ὁ ταῦτα ποιῶν, ὡς τὸ ξύλον τὸ πεφυτευμένον παρὰ τὰς διεξόδους τῶν ὑδάτων, ὃ τὸν καρπὸν αὐτοῦ δώσει ἐν καιρῷ αὐτοῦ· [90] καὶ τὸ φύλλον αὐτοῦ οὐκ ἀποῤῥυήσεται, καὶ πάντα ὅσα ἂν ποιῇ, κατευοδωθήσεται. Οὐχ οὕτως οἱ ἀσεβεῖς, οὐχ οὕτως· ἀλλ' ὡσεὶ [91] χνοῦς ὃν ἐκρίπτει ὁ ἄνεμος ἀπὸ προσώπου τῆς γῆς. Διὰ τοῦτο [92] οὐκ ἀναστήσονται ἀσεβεῖς ἐν κρίσει, οὐδὲ ἁμαρτωλοὶ ἐν βουλῇ δικαίων· ὅτι γινώσκει κύριος ὁδὸν δικαίων, καὶ ὁδὸς ἀσεβῶν ἀπολεῖται. [93] Αἰσθάνεσθε πῶς τὸ ὕδωρ καὶ τὸν σταυρὸν ἐπὶ τὸ αὐτὸ ὥρισε. Τοῦτο γὰρ λέγει· [94] μακάριοι οἱ ἐπὶ τὸν σταυρὸν ἐλπίσαντες, κατέβησαν εἰς τὸ ὕδωρ· ὅτι τὸν μὲν μισθόν, λέγει, ἐν καιρῷ αὐτοῦ· τότε, φησίν, ἀποδώσω. Νῦν δὲ
* al. ἀποῤῥυήσονται. λέγει [95] τὰ φύλλα οὐκ * ἀποῤῥυήσεται. [96] Τοῦτο λέγει· ὅτι πᾶν ῥῆμα, ὃ ἐὰν ἐξέλθῃ ἐξ ὑμῶν διὰ τοῦ στόματος ἐν πίστει καὶ ἀγάπῃ, ἔσται εἰς ἐπιστροφὴν καὶ ἐλπίδα πολλοῖς. Πάλιν ἕτερος προφήτης λέγει· καὶ

ſibiles; ut ſciant, quia ego Dominus Deus. Et; *Habitabit in excelſa ſpelunca petra fortiſſima.* Deinde Iſa. 33. 16.
quid ait in Filio? *Aqua illius fidelis. Regem cum gloria videbitis; & anima veſtra meditabitur timorem Domini.* Et iterum in alio Propheta dicit; Pſ. 1. 3.
Erit, qui hæc fecerit, *tamquam lignum quod plantatum eſt ſecus decurſus aquarum; quod fructum ſuum dabit in tempore ſuo: & folium ejus non defluet: & omnia quæcumque faciet, proſperabuntur. Non ſic impii, non ſic: ſed tamquam pulvis, quem projicit ventus à facie terræ. Ideo non reſurgent impii in judicio, neque peccatores in conſilio juſtorum: quoniam novit Dominus viam juſtorum; & iter impiorum peribit.* Animadvertite, quo modo aquam & crucem ſimul deſcripſit. Hoc enim dicit; Beati qui cùm ſperaſſent in crucem, deſcenderunt in aquam: quia mercedem, inquit, in tempore ſuo; id eſt, tunc retribuam. Nunc verò, ait; *folia non defluent.* Hoc ait; Omnis ſermo qui ex ore veſtro exierit in ſpe & caritate, erit in converſionem ac ſpem multis. Rurſum alius Propheta di-

---

epiſtolæ, hoc modo: *Eritis enim tanquam alitis pullus ablatus.* In textu Hebræo, וְהָיָה כְעוֹף נוֹדֵד קֵן מְשֻׁלָּח id eſt, & erit tanquam avis fugientis nidus ablatus, & conveniet cum interpretatione Septuaginta, ſi νοσσὸς ſumatur pro nido, ut aliquando contingit: Gloſſæ veteres: νοσσός, *nidus, pullus.* Si vero textum Hebraicum ita verteris, ut verti poteſt, & erit tanquam avis fugiens nido ſublato, non multum diſcrepabit a Græca citatione Barnabæ. In verſione autem vulgata ſic habetur: *Et erit ſicut avis fugiens, & pulli de nido avolantes.* Hic autem conjungit Barnabas locos duos ſimul, unum Hieremiæ, alterum Eſaiæ: ut ſupra obſervatum eſt. MEN.

84. *Συνθλάσω.*] Hodierni LXX. Interpretum codices exhibent συγκλάσω; eodem ſenſu. Verum ea antiquis libris nonnulli præferebant ut hic, & in Aldina Editione, ac in Cyrillo & Procopio, necnon in altero è MSS. Regiis, συνθλάσω. Unde id verbi apparet apud Johannem Chryſoſtomum Tom. 5. lib. Quod Chriſtus ſit Deus, cap. 5. & apud Macarium Homil. 31. Nonnulli utrumque ſervabant; cujus lectionis veſtigium remanſit in interpretatione Operis Teſtimoniorum adverſus Judæos Tom. 2. Gregorii Nyſſeni, ubi iſte textus hoc modo effertur initio paginæ 160. *Vectes ferreos contundam & confringam.* Lege Chryſoſtomi Sermonem in Cœmeterii appellationem. COT.

85. *Ut ſciant.*] Ita in textu Græco Barnabæ. Apud Septuaginta interpretes, & in textu Hebræo, *ut ſcias*, *inhabitans*, lege, *&. inhabitabit*, ut in textu Græco, virgula interpoſita, ut ſignificetur altera citatio. MEN.

86. *In altiſſima ſpelunca fortis petræ.*] Ita in textu Græco Barnabæ, ut apud Septuaginta, in verſione communi: *In excelſis habitabit, munimenta ſaxorum ſublimitas ejus.* Sed ſenſus idem eſt. In textu Græco Barnabæ ſequitur: *Deinde quid dicit filio?* quæ deſiderantur in verſione Latina. MEN.

87. *Et regem cum magnitudine videbitis.*] In textu Græco Barnabæ, & in Septuaginta explicatione legitur, μετὰ δόξης, id eſt, cum gloria: In communi verſione juxta textum Hebraicum: *Regem in decore ſuo videbunt oculi ejus.* MEN.

88. *Timorem*] Adde, *Domini*, ut habetur in textu Græco Barnabæ, qui hoc vocabulum addit explicationis gratia, cum non reperiatur in textu Hebræo, nec apud Septuaginta. MEN.

89. *Qui hæc facere cœperit*] Hæc non extant in pſalmo, ſed adduntur explicationis gratia. MEN.

90. *Et folia ejus non decident.*] Hic in textu Græco legitur, τὸ φύλλον id eſt, folium, ſed legendum τὰ φύλλα, id eſt, folia, tum quia ita reddit interpres, tum quia paulo poſt ſequitur: νῦν δὲ λέγει, τὰ φύλλα οὐκ ἀποῤῥυήσεται· id eſt, nunc vero dicit, folia non decident. Ita Apollinarius in metaphraſi.

Νωλεμέως φύλλοισιν ἀκηρασίοισι τεθηλώς·

Id eſt, perpetuo foliis intonſis virens: Etſi in textu Hebræo, & apud Septuaginta ſingulare ſit. Nam eſt enallage, numerus pro numero, ſingularis pro plurali. cum unius arboris unicum non ſit folium. MEN.

91. *Ὡσεὶ χνοῦς.* Nomen χνοῦς quod à χνῶ addito ο, deducit auctor Etymologici magni, ab Heſychio exponitur τὰ λεπτὰ τῶν ἀχύρων, *minuta palearum*: ſicque optimè reſpondet Hebraico מֹץ. Idem atque χνοῦς ſignificat ἄχνη, cujus alibi, tum in hac eleganti Nazianzeni Epiſtolâ, quam nunc primum ea libris Regiis editam leges.

Γρηγορίου ἐπιστολὴ πρὸς Νεκτάριον ἐπίσκοπον Κωνσταντινουπόλεως χειροτονηθέντα μετὰ τὴν αὐτοῦ ὑποχώρησιν.

Gregorii Epiſtola ad Nectarium Epiſcopum Conſtantinopoleos, qui ordinatus fuit poſtquam ille receſſiſſet.

Ἔδει τὸ βασιλέων ἄγαλμα τὴν βασιλίδα πόλιν κοσμεῖν· διὰ τοῦτο σὲ μὲν ὡς ἔπρεπεν ἐναπολαβοῦσα ἔχει μετὰ τῶν ἀρετῶν καὶ τῶν λόγων καὶ τῶν ἄλλων καλῶν, οἷς ὁ Θεός σε χάριτι ἀξίᾳ κατεπλούτισεν. ἡμᾶς δὲ ἀπεπτύσατο καὶ ἀπέῤῥιψεν, ὥσπερ συρφετόν τινα καὶ ἄχρηστον, καὶ κῦμα θαλάσσιον. ἀλλ' ἐπειδὴ τὰ τῶν φίλων κοινά, κοινωνοῦμαι μὲν ἐγὼ τῆς σῆς εὐημερίας, καὶ τῆς σῆς δόξης μετέχειν ἡγοῦμαι, καὶ τῆς ἄλλης εὐημερίας· κοινώνει δὲ καὶ αὐτὸς * ὡς * δεῖ τῶν ἐμῶν φροντίδων καὶ ἀθλιοτήτων τῆς σῆς ἀποδημίας, καὶ μὴ μόνον τὸ χρηστὸν ἀπολαβὼν ἔχε· τοῦτο δὴ τὸ τοῦ τραγῳδοῦ· ἀλλὰ καὶ τῶν πόνων συναντιλαμβανόμενος τῷ φίλῳ, ἵνα πανταχόθεν δίκαιος ᾖς, δικαίως καὶ ἴσως διανέμων φιλίᾳ καὶ φίλοις. καί σοι * προσγένοιτο τὸ εὐπραγεῖν χρονιώτερον, ὡς καὶ τὸ δημιουργεῖν πλέον, μᾶλλον δὲ ἀσφαλὲς τὸ σὸν ἀγαθὸν καὶ ἀΐδιον, μετὰ τὴν ἐντεῦθεν εὐδαιμονίαν * ἐπὶ * τὴν * ἐκεῖ διαβῆναι.

Oportebat ut regiam urbem regum decus exornaret. Ideo te quidem ſicuti decet ſinu ſuo fovet atque complectitur, cum virtutibus, & ſermonibus, aliiſque præclaris, quibus te divina gratia condigne locupletavit. Nos verò expulit ac projecit velut retrimenta & quiſquilias, gluviem & fluctum marinos. Verùm quandoquidem res amicorum communes ſunt, ego quidem tecum communico felicitatem, itaque gloriæ particeps eſſe mihi videor, necnon reliquæ proſperitatis. Tu verò ſicut oportet, communes quoque habe nobiſcum peregrinis tuis curas atque ærumnas hujus loci: nec ſolus, id quod ſuave eſt conſequere; juxta Tragicum; ſed & labores ac moleſtias ſimul cum amico ex parte ſuſcipe: quò undique juſtus evadas, juſte & ut par eſt vivens amicitiæ atque amicis. Ac apud te diuturnior maneat proſpera fortuna, ut & magis bene facias, immò tibi adſit ſtabilis atque perpetua, poſt hujus ſæculi tranquillitatem, & tranſitum ad illud ævum. COT.

* Al. ὥσπερ. * δή.
* Al. παραγένοιτο.
* Al. καὶ τὴν ἐκεῖθεν.

Ἀλλ' ὡσεὶ χνοῦς. ὃν ἐκρίπτει ὁ ἄνεμος.] Nihil huc facit lanugo. Scribe χνοῦς. Pudet tam levia monere. VOSS.

92. *Reſurgunt.*] Lege, *reſurgent*, ut in textu Græco Barnabæ, apud Septuaginta, & in textu Hebraico. Tamen apud Sanctiſſimum Hilarium, Ambroſium, & Hieronymum legitur, *reſurgunt.* MEN.

93. *Sentire autem debetis, &c*] Concluſio eſt explicationis verſuum Pſalmiſtæ, quibus oſtendit per aquam baptiſmum, & per lignum crucem ſignificari. MEN.

94. *Felices qui ſperaverunt in aquam & crucem*] In textu Græco legitur: *Felices, qui ſperaverunt in crucem, deſcenderunt in aquam.* Sed lege, μακάριοι, &c. καὶ κατέβησαν εἰς τὸ ὕδωρ· id eſt, Felices, qui ſperaverunt in crucem, & deſcenderunt in aquam. Et ita caſtiganda eſt verſio Latina: ſequitur in textu Græco, ὅτι τὸν μισθὸν λέγει· ſed λέγει, redundat. MEN.

95. *Folia illius.*] In textu Græco deſideratur particula αὐτοῦ, qui dicit, τὸ, qui, redundat. MEN.

96. *Hoc eſt, quia omnis ſermo, &c.*] Ita hunc locum Pſalmiſtæ exponit Sanctus Hilarius: *Et quid inſolitis ſignificet, ex comparatione rerum corporalium abſolutum eſt: namque hunc eſſe*

Sophon. 3. 19. dicit; *Et erat terra Jacob laudata per omnem terram.* Hoc ait, vas ſpiritus illius, quod magnificat. Deinde quid dicit? *Et erat flumen à dextra fluens; & ex eo emergebant arbores pulcræ: & quicumque ex illis manducaverit, vivet in æternum.* Hoc ait; quòd nos deſcendimus quidem in aquam pleni peccatis ac ſordibus, inde autem emergimus fructum afferentes, in corde, timorem & ſpem in Jeſum habentes ex ſpiritu. *Et quicumque ex illis manducaverit, vivet in æternum.* Id dicit; quicumque eos audierit vocantes, & crediderit, vivet in perpetuum.

Ezech. 47.

XII. Similiter & de cruce definit in alio Propheta, dicente; *Et quando hæc conſummabuntur: & dicit Dominus; cum lignum inclinatum fuerit,*

[97] καὶ ἦν ἡ γῆ τοῦ Ἰακὼβ ἐπαινουμένη παρὰ πᾶσαν τὴν γῆν. [98] Τοῦτο λέγει, [99] τὸ σκεῦος τοῦ πνεύματος αὐτοῦ, ὃ δοξάζει. Εἶτα τί λέγει; καὶ [1] ἦν ποταμὸς ἕλκων ἐκ δεξιῶν, καὶ ἀνέβαινεν ἐξ αὐτοῦ δένδρα ὡραῖα· καὶ ὃς ἐὰν φάγῃ ἐξ αὐτῶν, [2] ζήσεται εἰς τὸν αἰῶνα. Τοῦτο λέγει, ὅτι ἡμεῖς μὲν καταβαίνομεν εἰς τὸ ὕδωρ γέμοντες ἁμαρτιῶν καὶ ῥύπου, καὶ ἀναβαίνομεν καρποφοροῦντες ἐν τῇ καρδίᾳ τὸν φόβον καὶ τὴν ἐλπίδα εἰς τὸν * Ἰησοῦν ἔχοντες ἐν τῷ πνεύματι. Καὶ ὃς ἐὰν φάγῃ ἀπὸ τούτων, ζήσεται εἰς τὸν αἰῶνα. Τοῦτο λέγει δὲ ἄν, φησίν, ἀκούσῃ τούτων * καλουμένων, καὶ πιστεύσῃ, ζήσεται εἰς τὸν αἰῶνα.

* al. υἱόν.

* al. λαλουμένων.

Ὁμοίως πάλιν περὶ τοῦ σταυροῦ ὁρίζει ἐν ἄλλῳ προφήτῃ λέγοντι, [3] καὶ πότε ταῦτα συντελεσθήσεται· καὶ λέγει κύριος. [4] ὅταν ξύλον κλιθῇ καὶ ἀναστῇ,

καὶ

---

naturam foliorum continemur, ut ad cuſtodiam fructuum fructibus ipſis circumſepta prorumpant, ut quodam vallo tenera pomorum initia communiant. Doctrina ergo verborum Dei, quæ promiſſos nobis fructus convestit, ſignificatur in folio. His enim verbis ſpes noſtra inumbrantur, horum inter has ſæculi tempeſtates munimine conteguntur. Unde Eſ. 47. *Et folia ejus ad medicinam.* MEN.

97. *Erit Jacob laudabilis ſuper omnem terram.*] Lege ut in textu Græco. *Erit terra Jacob,* &c. Locus ſumptus videtur ex capite tertio Sophoniæ: καὶ θήσομαι αὐτοὺς εἰς καύχημα, καὶ ὀνομαστοὺς ἐν πάσῃ τῇ γῇ & ponam eos in gloriam, & nominatos in omni terra. Et paulo poſt: διότι δώσω ὑμᾶς ὀνομαστούς, καὶ εἰς καύχημα πᾶσι τοῖς λαοῖς τῆς γῆς· id eſt, dabo enim vos in nomen & in laudem omnibus populis terræ. MEN.

98. Crediderim pro τοῦτο reponendum τόπον, ex Eſai. 60. 13. aut τὴν γῆν; certè vocem *terram* interpres ſcripſit. OXON.

99. *Terram vas ſpiritus illius magnificat.*] Hæc corrupta ſunt & mutila, l. ut in textu Græco: hoc dicit vas ſpiritus illius quod magnificabit. MEN.

1. *Erat flumen trahens ad extra,* &c.] Hic locus videtur ſumptus ex capite quadrageſimo ſeptimo Ezechielis: ubi ſic habetur: *Et ſuper torrentem, ſive fluvium, orietur in ripis ejus ex utraque parte omne lignum pomiferum, non defluet folium ex eo, & non deficiet fructus ejus, per ſingulos menſes afferet primitiva: quia aquæ ejus de ſanctuario egredientur, & erunt fructus ejus in cibum, & folia ejus in medicinam.* MEN.

2. *Vivet in perpetuum*] In textu Græco additur: *Hoc dicit: Si quis, inquit, audierit hoc vocantes, atque eis crediderit, vivet in æternum.* MEN.

3. Καὶ πότε ταῦτα συντελεσθήσεται;] Iſta ex quodam Apocrypho deſumpta ſunt. *Si autem tibi dederit Altiſſimus vivere, videbis poſt tertiam tubam. & relucеſcet ſubitò ſol noctu, & luna ter in die, & de ligno ſanguis ſtillabit, & lapis dabit vocem ſuam, & populi commovebuntur.* IV. Eſdræ V. 4. Auctor Commentariorum in Marcum, inter Opera B. Hieronymi, ad Marci XV. 33. *Hic ſtillavit ſanguis de ligno.* Citantur autem ex parte ab eo qui falsò putatus Gregorius Nyſſenus libro laudato in Nota ſuperiorem præcedente, capite de cruce & tenebris, ſic juxta Siſani interpretationem; *Et tunc hæc conſummabuntur, dicit Dominus, quia de lignis ſanguis diſtillabit.* Hoc eſt Græcè, καὶ τότε ταῦτα συντελεσθήσεται. λέγει κύριος, ὅτι ἐκ ξύλου αἷμα στάξει. Quamquam ſuſpicor ſcriptum fuiſſe primitus, καὶ πότε ταῦτα συντελεσθήσεται; λέγει κύριος. ὅτι ἐκ ξύλου αἷμα στάξει. *Et quando hæc conſummabuntur? Dicit Dominus, Quando de ligno ſanguis ſtillabit.* Accedit ad hanc confictam prædictionem illa apud Pſeudo-Epiphanium libro de Vitis Prophetarum; in Jeremia; [illegible] κύριος ἐκ Σινᾶ (al. Σιών) εἰς τοὺς οὐρανούς. καὶ πάλιν ἐλεύσεται ἐν δυνάμει ἁγίᾳ· καὶ τοῦτο σημεῖον ἔσται τῆς αὐτοῦ παρουσίας, ὅτε ξύλον πάντα τὰ ἔθνη προσκυνήσουσιν. ſeu ex Dorothei Synopſi; *Profectus eſt Dominus è Sina in cælum; & iterum veniet legiſlator ex Sion cum potentia: & ſignum adventus ipſius erit vobis, quando univerſæ gentes lignum adorabunt.* Item alia in Theophylacto ad calcem Enarrationis in Jonam. COTEL.

Et quando hæc conſummabuntur, dicit Dominus, cum lignum inclinatum fuerit, &c.] Hæc citantur in illo tractatu, qui inſcribitur: *Teſtimonia de adventu Domini in carne,* qui vulgo ſancto Gregorio Nyſſeno tribuitur: *Et tunc conſummabuntur, dicit Dominus, quia de ligno ſanguis ſtillabit.* Sed locus mutilus eſt, & caſtigandus ex hoc Barnabæ loco. Dixi autem hunc tractatum vulgo attribui ſancto Gregorio Nyſſeno; quia illius non eſt, ſed recentioris alicujus ſcriptoris: nam capite penultimo citat ſanctum Joannem Chryſoſtomum, qui Gregorio Nyſſeno poſterior fuit: qui ſane nullo ex alio libro, quam, ex hac epiſtola hunc locum promere potuit: cum non extet in ſacra Scripturæ: quod mirum non eſt, quia id & aliis Apoſtolis contingit, ut quædam citent, quæ in tota Script. haud licet invenire, ut videre eſt Matth. 2. *Ut adimpleretur quod dictum eſt per Prophetas, quoniam Nazaræus vocabitur:* Nempe à loco habitationis, non ab alia cauſa, ut manifeſtum eſt ex Epiſt. ad Eph. 5. *Propter quod dicit: Surge, qui dormis, & exurge à mortuis, & illuminabit te Chriſtus,* 1. ad Cor. 15. *Sicut ſcriptum eſt: Factus eſt primus homo Adam, in animam viventem, noviſſimus Adam in ſpiritum vivificantem.* In epiſt. Judæ: *Cum Michael Archangelus cum diabolo diſputans altercaretur de Moyſi corpore, non eſt auſus judicium inferre blaſphemiæ, ſed dixit, imperat tibi Dominus* Et infra: *Prophetavit autem & de his ſeptimus ab Adam Enoch dicens: Ecce venit Dominus in ſanctis millibus ſuis facere judicium,* &c. qui omnes loci in ſacra Scripturæ non extant. Sicut & hic, qui citatur à ſancto Clemente in epiſt. ad Corinth. 1. tanquam ex verbis à Moyſe prolatis: ἐγὼ δέ εἰμι ἀτμὶς ἀπὸ κύθρας id eſt, ego ſum vapor ollæ. De his ac ſimilibus reſpondet ſanctus Joannes Chryſoſtomus homil. 9. in 1. ad Cor. quia non ſecundum verba, ſed ſecundum res ipſas in hiſtoriis habentur, vel quia ſenſus tantum exprimitur, & verba minime producuntur. Et infra dicit ſcripta eſſe quidem in hiſtoriis ſacris, ſed multos libros interciſſe. Hæc ille. Et quamvis ejuſmodi libri non amplius extarent temporibus Apoſtolorum, tamen fieri poteſt quaſdam illarum ſententias à prioribus Doctoribus traditas remanſiſſe, eaſque per traditionem ad Apoſtolos perveniſſe. Nec eſt dicendum locum Matthæi referri ad locum. Eſa. c. 11. *Et flos de radice ejus aſcendet.* Et in Hebræo ſcribi, id eſt, נצר, Nazaræus: nam hoc vocabulum florem ſignificat, non Nazaræum, & quamvis id ſignificaret, non tamen reperitur in eo loco ſenſum Matthæi, qui non ſimpliciter Jeſum appellat Nazaræum, ſed ſcribit eum vocandum eſſe Nazaræum. Ad locum Pauli, *propter quod dicit: Surge:* dicunt nonnulli, cum hæc ſcriberet Paulus repente Spiritum ſanctum in eum irruiſſe, & hoc ſignificaſſe, cum ſcripſit: *Propter quod dicit*, ſed hæc reſponſio non placet multis, cum quicquid ſcriberet Paulus, illud eſſet ex ſancti Spiritus illapſu. Alii reſpondent, hunc locum à Paulo citatum eumdem habere ſenſum cum hac Prophetia Eſai. 6. *Surge, illuminare Hieruſalem, quia venit lumen tuum, & gloria Domini ſuper te orta eſt:* quod non ſatisfacit: Nam hæc prophetia haud dubie eſt de Chriſti adventu, ejus manifeſtatione, & de gloria, ſplendore, & amplitudine illius Eccleſiæ, atque etiam cœleſtis Hieruſalem. At Paulus per locum citatum, nihil aliud intendit probare, quam quod mala opera arguantur, & manifeſtentur per lumen, qui Chriſtus eſt. Quod vero ſpectat ad ſecundum Pauli locum, non eſt quod reſpondeant nonnulli primum illius membrum haberi in Geneſi. *Factum eſt primus homo,* &c. alterum vero additum eſſe à Paulo. Nam falſum eſt alterum additum eſſe à Paulo. Si enim ita eſſet, nihil ipſe probaret. Hac enim citatione intendit probare agens de reſurrectione mortuorum, id quod eſt animale præcedere id quod eſt ſpiritale. *Seminatur,* inquit, *corpus animale, ſurget corpus ſpiritale. Si eſt corpus animale, eſt & ſpiritale, ſicut ſcriptum eſt: Factus eſt primus homo,* &c. Et continuo ſubjungit: *Sed non prius quod ſpiritale eſt, ſed quod animale: deinde quod ſpiritale. Primus homo de terra terrenus, ſecundus homo de cælo cæleſtis.* MEN.

Καὶ πότε ταῦτα συντελεσθήσεται.] Quemadmodum Ignatius ſuos habuit interpolatores, qui illum corrumperent: ita neque defuit, qui id ipſum quoque in Barnaba licere ſibi crediderit. In altero enim Romano codice hæc ſequebantur: [illegible] VOSS.

4. Sententia hæc *Cum lignum inclinatum fuerit & reſurrexerit* videtur proverbialis dicendi formula, denotans pariter

no-

καὶ [5] ὅταν ἐκ ξύλου αἷμα στάξῃ. Ἔχεις πάλιν περὶ τοῦ σταυροῦ, καὶ τοῦ σταυροῦσθαι μέλλοντος. [6] Λέγει δὲ πάλιν ἐν τῷ Μωσῇ, πολεμουμένου τοῦ Ἰσραὴλ ὑπὸ τῶν ἀλλοφύλων· καὶ ἵνα ὑπομνήσῃ αὐτοὺς πολεμουμένους, ὅτι διὰ τὰς ἁμαρτίας αὐτῶν παρεδόθησαν εἰς θάνατον, [7] λέγει εἰς τὴν καρδίαν Μωσῆ τὸ πνεῦμα, [8] ἵνα ποιήσῃ τύπον σταυροῦ, καὶ τοῦ μέλλοντος πάσχειν· ὅτι ἐὰν μὴ ἐλπίσωσιν ἐπ' αὐτῷ, εἰς τὸν αἰῶνα πολεμηθήσονται. Τίθησιν οὖν Μωσῆς [9] ἓν ἐφ' ἓν ὅπλον ἐν μέσῳ τῆς πυγμῆς· καὶ σταθεὶς [10] ὑψηλότερος πάντων, ἐξέτεινε τὰς χεῖρας, καὶ οὕτως πάλιν ἐνίκα ὁ Ἰσραήλ· εἶτα ὁπόταν πάλιν καθεῖλε, [11] πάλιν ἐθανατοῦντο. Πρὸς τί, ἵνα γνῶσιν, ὅτι οὐ δύνανται σωθῆναι, ἐὰν μὴ ἐπ' αὐτῷ ἐλπίσωσι. Καὶ ἐν ἑτέρῳ προφήτῃ λέγει· ὅλην τὴν ἡμέραν ἐξεπέτασα τὰς χεῖράς μου πρὸς λαὸν ἀπειθοῦντα, καὶ ἀντιλέγοντα [12] ὁδῷ δικαίᾳ μου. Καὶ πάλιν Μωσῆς [13] ποιεῖ τύπον τοῦ Ἰησοῦ· ὅτι δεῖ αὐτὸν παθεῖν, καὶ αὐτὸν * [14] ζωοποιήσει, ὃν δόξουσιν ἀπολωλεκέναι· ἐν σημείῳ πίπτοντος τοῦ Ἰσραήλ. Ἐποίησε γὰρ πάντα ὄφιν δάκνειν αὐτούς, καὶ ἀπέθνησκον· [15] ἐπειδὴ ἡ παράβασις διὰ τοῦ ὄφεως ἐν Εὔᾳ γέγονεν, ἵνα ἐλέγξῃ αὐτούς, ὅτι διὰ τὴν παράβασιν αὐτῶν ἐν θλίψει θανάτου παρα-

* l. ζωοποιῆσαι.

& reſurrexerit; & cum de ligno ſanguis ſtillaverit. Habes iterum de cruce & de eo qui erat cruci affigendus. Adhuc verò dicit in Moſe, quando Iſraël prælio ſuperabatur ab alienigenis: & ut commonefaceret eos, quod propter peccata ſua traderentur ad mortem; ad cor Moſis, dicit Spiritus, ut faciat figuram crucis & ejus qui erat paſſurus; quia ſi in hunc non ſperaverint, ſemper debellabuntur. Poſuit itaque Moſes arma ſuper arma in medio aggeris; & omnes ſupereminens, manus extendit; ſicque rurſus Iſraëlitæ vincebant: cùm autem iterum manus demittebat, iterum occidebantur. Cur hoc? Ut cognoſcerent, quòd non poterant ſervari, niſi per ſpem in illum. Et in alio Propheta dicit; *Tota die expandi manus meas ad populum incredulum, & contradicentem viæ juſtæ meæ.* Et iterum Moſes facit figuram Jeſu (quòd paſſurus eſſet & vitam præbiturus, ipſe quem putabunt periiſſe) in ſigno cadentis Iſraëlis. Effecit enim Deus, ut cuncti ſerpentes morderent eos; & moriebantur: quoniam tranſgreſſio per ſerpentem in Eva contigit; ut argueret eos, quòd propter tranſgreſſionem ſuam, in angu-

Exod. 17.
Iſ. 65. 2.
Num. 21.
Joh. 3. 14.

gu-

---

impoſſibile quid, ac ſi mortuus reviviſcat. Sortem humanam deſcripturus Solomon Eccl. 11. 3. ait, *in quocunque loco ceciderit lignum, ibi erit.* Sub hoc ergo ſchemate arboris quæ ſucciſa denuo erecta conſtiterit, Domini noſtri non modo mortis genus, ſed etiam de morte triumphus accommodatiſſime adumbratur. Quinimo ſiquidem veſtigia carminum heroicorum, hic ſatis manifeſte appareant, ſuſpicari licebit, prophetiam hanc ex earum numero fuiſſe, quæ verſibus circumferebantur; & Sibyllinæ audiebant, poſtquam libris Sibyllinis Romæ igne conſumtis, fatidica carmina per orbem terrarum, & præſertim Erythris, ubi Judæi non cum mercibus iſtis abundabant, exquirebantur. Facili flexura omiſſis voculis, λέγει κύριος, quæ per parentheſin inſerebantur, carminum ratio conſtabit: καὶ πότε ταῦτα συντελεσθήσεται; ὅταν τὸ ξύλον κλιθῇ καὶ ἀναστῇ. Huic conjecturæ adſtipulatur, quod vox prorſus Poetica κλιθῇ à Menardo videtur lecta fuiſſe, nam κλιθῇ nihil valet, cujus loco ſequentes editores κλιθῇ repoſuerunt. Porro ea quæ proxime ſequuntur; ὅταν ἐκ ξύλου αἷμα στάξῃ, ejuſdem eſſe generis cenſeri poſſint; & ceu proverbiale dictum, in omnium ore circumferri. Siquidem ad verbum occurrunt, Eſdr. l. 4. cap. 5. v. 4. necnon in Comment. S. Marc. inter Hieronymi opera ad cap. 15, 33. & etiam Tom. 2. Greg. Nyſſen. pag. 156. Sibyllas in honore fuiſſe primis Chriſtianiſmi ſeculis, non tantum ex Theoph. Antiocheno, Juſtino Mart. Clem. Alex. aliiſque ex Patribus complurimis diſcimus, ſed etiam Herma qui erat ætati Apoſtolorum, & ſcriptoris noſtri ſuppar; is enim revelationes ſibi factas Sibyllæ aſcribit, l. 1. Viſione 2. cap. 4. OXON.

Ὅτι ξύλον κλιθῇ vel κλιθῇ, ut amat codex Carolinus & perveteres alii. καὶ ἀναστῇ.] Sumtum ex Judæorum ſcriptis apocryphis deperditiſque: non adeo a Salomone Eccleſiaſte, neque à cap. 14. Job. BERN.

5. Ὅταν ἐκ ξύλου αἷμα στάξῃ.] Ex quarto Eſdræ nihil antiquius citatum offendes; unde libri iſtius vetuſtas oſtendi poſſit, qui hodieque apud Latinos ſolos ſervatur. BERN.

6. *Dicit autem iterum in Moyſi.*] Iterum probat virtutem crucis, quod populus pugnans cum Amalec, Moyſe expaſſis manibus orante, vinceret hoſtes. Eamdem hiſtoriam profert, & ſic explicat ſanctus Juſtinus Martyr in dialogo cum Tryphone Judæo, ὅτε ὁ λαὸς ἐπολέμει τῷ Ἀμαλήκ, καὶ ὁ τοῦ Ναυῆ υἱὸς ὁ ἐπονομασθεὶς τῷ Ἰησοῦ ὀνόματι τῆς μάχης ἦρχε· αὐτὸς Μωσῆς ηὔχετο τῷ θεῷ τὰς χεῖρας ἑκατέρως ἐκπετάσας, &c. id eſt, *Cum populus bellum gereret adverſus Amalec, & Nave filius Jeſu nomine cognominatus exercitui præeſſet, Moyſes ipſe Deum orabat manibus utrinque expaſſis,* &c. Tertullianus libro adverſus Judæos: *Jam vero Moyſes quid utique tum tantum cum Jeſus adverſus Amalec præliabatur expanſis manibus orabat reſidens, quando in rebus tam attonitis magis utique genibus poſitis, & manibus cædentibus pectus, & facie humi volutata orationem commendare debuiſſet? Niſi quia illic, ubi nomen Jeſu dimicabat, dimicaturi quandoque adverſus diabolum, crucis habitus quoque erat neceſſarius, per quam Jeſus victoriam eſſet relaturus.* Idem repetit libro tertio adverſus Marcionem: Eodem refert hunc locum ſanctus Cyprianus, libro ſecundo de teſtimoniis. MEN.

7. *Dixit in præcordiis Moyſi ſpiritus,* &c.] Hæc verba non ſunt in ſacra Scriptura. Exod. 17. Ubi hæc hiſtoria tractatur: ſed his verbis narrat Apoſtolus, quæ hic narrantur, facta fuiſſe à Moyſe S. Spiritus impulſu. MEN.

8. *Fac figuram crucis.*] In textu Græco additur, *& ejus qui paſſurus eſt*, quæ reſtituenda interpretationi Latinæ, ut rite ſequatur: *quia ſi non crediderint in illum*, &c. MEN.

9. *Aſcendit Moyſes in aggerem*] In textu Græco, τίθησιν οὖν Μωσῆς ἓν ἐφ' ἓν ὅπλον ἐν μέσῳ τῆς πυγμῆς· id eſt, poſuit igitur, Moyſes clypeum ſuper alium clypeum in medio aggeris, quæ non ſunt in ſacra Scriptura: cum juxta illud Moyſes ſederit ſuper lapidem. Sed deſcribit Barnabas aliquam circumſtantiam quam habuerat ex traditione, prætermiſſa lapidis mentione: ὅπλον, hoc loco clypeus eſt, ſcutum. Gloſſæ veteres ὅπλον, *telum, ſcutum.* loco τῆς πυγμῆς, legendum puto, τοῦ πυγμῶνος· quod hoc loco eſt agger, licet impropriè. Nam propriè πῆγμα, ſeu pegma eſt machina lignea ſeu contignatio ſublime poſita, in qua quis ſtat, ut aliis eminens ab omnibus videatur, aliàs pulpitum, cataſta, Prudentius in ſancto Romano.

Tabulis ſuperne ſtrata texunt pulpita.
Rimoſa rari pegmatis compagibus.

Et paulo poſt.

—— *inque texta pontis ſubditi*
Fundit vaporem flumen & late æſtuat. MEN.

Ἓν ἐφ' ἓν ὅπλον ἐν μέσῳ τῆς πυγμῆς] Codices omnes ſcripti exhibebant, πύγμας. Unde nuperus editor faciebat πυγμῶνος. Quod locum hic habere non poteſt. Vera omnino eſt lectio πύγος. Πέγα vel πήγα, uti apud Heſychium, locum excelſum ſignificat. Sed hæc hactenus. Neque enim animus erat in Barnabam notas ſcribere. Et tamen, currente prælo, hæc quoque paucula abſolvimus. Plura quidem ſupererant; ſed difficile eſt in eundem autorem bis notas ſcribere. Sufficit textum Græcum locis innumeris meliorem, & auctiorem dediſſe, quam ſit nupera illa Pariſienſis. Tu vale lector, ſi quis unquam futurus ſis, & properanti ſi quæ exciderint, ignoſce. VOSS.

Τίθησιν ἓν ἐφ' ἓν ὅπλον, idem valere videtur, quod ſuperimponere, in verſione uſitata. Porro ſacer textus habet αὐτὸν ἐπὶ τὴν κορυφὴν τοῦ βουνοῦ. πύγος collem ſignificare olim in hunc locum advocavit illuſtriſſimus Voſſius. MS. πυγῆς. OXON.

10. *Et ſtans.*] Additur in textu Græco, *eminentiſſimus omnium.* Stare autem hoc loco eſt eſſe, exiſtere, ut ſæpe ita accipitur. Nam Moyſes non ſtabat, ſed ſedebat ſuper lapidem, ut diximus. MEN.

11. *Deinde cum depoſuerat, vincebat Amalec.*] In textu Græco, εἶτα ὁπόταν πάλιν ἐθανατοῦντο locus mutilus, & legendum: ὁπόταν δὲ ἀφῆκε τὰς χεῖρας, πάλιν ἐθανατοῦντο id eſt deinde cum demittebat manus, rurſus occidebantur, nempe Judæi. Aut certe loco, ἐθανατοῦντο, lege, ἐνίκα Ἀμαλήκ· id eſt, vincebat Amalec. MEN.

12. *Viæ juſtæ.*] In textu Græco Barnabæ additur, δικαίᾳ, qui locus habetur. Eſa. 65. MEN.

13. *Item Moyſes facit figuram Jeſu.*] Jam explicat figuram ænei ſerpentis erecti in deſerto, eamque applicat Chriſti paſſioni & cruci. MEN.

14. *Et quia ipſi vivificavit.*] In textu Græco habetur: καὶ αὐτὸν ζωοποιήσουσι, id eſt, & illum vivificabunt: Sed lege, καὶ ὅτι αὐτὸς ἐζωοποίησεν id eſt, & quia ipſe vivificavit, nempe genus humanum: ut ſenſus ſit: *Et rurſus, Moyſes facit figuram Jeſu: quia oportet eum pati: & quia ipſe, quem illi* (nempe Judæi) *putaverunt periiſſe, vivificavit genus humanum videlicet*: aut certe lege, *nos vivificavit.* MEN.

15. *Quia prætereà Eva per colubrum fuerat.*] Ita Philo Judæus libro tertio Allegoriarum: πῶς οὖν γέγονεν ἡ ἀπάτη τῆς γυναικός, ὅτε ὄφις ἦρξε ... τῆς Εὔας ... ὁ σο-

φος-

guſtias mortis eſſent tradendi. Denique Moyſes,
Deut. 27.15. qui præceperat : *Non erit vobis neque ſculptile, neque conflatile, in Deum veſtrum* : ipſe id facit, ut oſtendat figuram Jeſu. Facit ergo Moſes ſerpentem æneum, ac glorioſè collocat; atque per præconem convocat populum : congregati igitur, orabant Moſen, ut pro ipſis offerret, deprecans pro ſanatione eorum. Dixit autem Moyſes ad illos: *Cum*, inquit, *aliquis ex vobis morſus fuerit; veniat ad ſerpentem in ligno poſitum; & credat atque ſperet, quod licèt mortuus ille ſit, poteſt vitam præſtare; & confeſtim ſervabitur.* Atque ita faciebant. Habes etiam in hoc gloriam Jeſu; quod
Jeſus. in ipſo ſint omnia, & in ipſum. Quid iterum
Num. 13. 17. dicit Moſes, Jeſu filio Navæ, cùm illi, Prophetiæ gratiâ prædito, id nominis imponeret, ideo ſolum ut omnis populus intelligeret, Patrem de

διαφθείρονται. Πάρεργος γὰρ τοι [16] αὐτὸς Μωσῆς, ἐντειλάμενος· οὐκ ἔσται ὑμῖν, οὔτε γλυπτὸν, οὔτε χωνευτὸν εἰς Θεὸν ὑμῖν· ποιεῖ, ἵνα τύπον τοῦ Ἰησοῦ δείξῃ. Ποιεῖ οὖν Μωσῆς χαλκοῦν ὄφιν, καὶ [17] τίθησιν ἐνδόξως, καὶ κηρύγματι καλεῖ τὸν λαόν· ἐλθόντες οὖν ἐπὶ τὸ αὐτὸ, ἐδέοντο Μωσέως, ἵνα ὑπὲρ αὐτῶν ἀνενέγκῃ, δεόμενος περὶ τῆς ἰάσεως αὐτῶν. Εἶπε δὲ πρὸς αὐτοὺς Μωσῆς· ὅταν, φησὶ, δηχθῇ τις ὑμῶν, [18] ἐλθέτω ἐπὶ τὸν ὄφιν τὸν ἐπὶ τοῦ ξύλου ἐπικείμενον, καὶ ἐλπισάτω πιστεύσας, ὅτι νεκρὸς ὢν, δύναται ζωοποιῆσαι· καὶ παραχρῆμα σωθήσεται. [19] Καὶ οὕτως ἐποίουν. Ἔχεις καὶ ἐν τούτῳ τὴν δόξαν τοῦ Ἰησοῦ, ὅτι ἐν αὐτῷ πάντα, καὶ εἰς αὐτόν. Τί λέγει πάλιν Μωσῆς τῷ Ἰησοῦ τῷ τοῦ [20] Ναυῆ υἱῷ, ἐπιθεὶς αὐτῷ τοῦτο ὄνομα ὄντι προφήτῃ, ἵνα μόνον ἀκούσῃ πᾶς ὁ λαὸς, ὅτι πάντα ὁ πατὴρ [21] φανεροῖ περὶ τοῦ υἱοῦ Ἰησοῦ υἱῷ Ναυῆ; καὶ [22] ἐπιθεὶς τοῦ-

---

φαρμακείᾳ λόγος id eſt, quomodo igitur ſit medela morbi, cum alter ſerpens (æneus) conſtructus eſt Evæ ſerpenti contrarius, temperantiæ ratio. Præteritio eſt tranſgreſſio, prævaricatio, ut ſæpe ponit, præterire, pro tranſgredi, prævaricari. Dicit colubram feminine priſcorum more. Nonius Marcellus cap. 3. *Colubra feminine.* *Lucilius Satyr. lib.* 20.

Iam diſrumpetur medius, tam ut Marſus colubras
Diſrumpit cantu, venas cum extenderit omnes.

Turpilius in Leucadia: arripuit colubram mordicus. Varro Eumenidibus: quod dubitare, utrum nunc ſitis cercopitheci, an colubræ, &c. MEN.

16. *Ut ipſe Moyſes*, &c.] τὸ ut, redundat: Idem profert Tertullianus libro adverſus Judæos, & lib. 3. contra Marcionem: *Idem rurſus Moyſes poſt interdictam omnis rei ſimilitudinem, cur æneum ſerpentem ligno impoſitum pendentis habitu in ſpectaculum Iſraeli ſalutare propoſuit, eo tempore, quo à ſerpentibus poſt idololatriam exterminabantur? niſi quod hic Dominicam crucem intentabat, qua ſerpens diabolus publicabatur, & læſo cuique ab ejuſmodi colubris, id eſt, Angelis ejus à delictorum peccantia ad Chriſti crucis ſacramenta intento ſalus efficiebatur*: Et ſanctus Juſtinus Martyr in dialogo cum Tryphone Judæo: εἴπατε γάρ μοι, οὐχὶ Θεὸς ἦν ὁ ἐντειλάμενος διὰ Μωϋσέως, μήτε εἰκόνα, μήτε ὁμοίωμα, μήτε τῶν ἐν οὐρανῷ ἄνω, μήτε τῶν ἐπὶ τῆς γῆς, ὅλως ποιῆσαι, καὶ αὐτὸς ἐν τῇ ἐρήμῳ διὰ τοῦ Μωϋσέως τὸν χαλκοῦν ὄφιν ἐνήργησε ποιηθῆναι, καὶ εἰς σημεῖον ἔστησε, δι' οὗ σημείου ἐσώζοντο οἱ ὀφιόδηκτοι, καὶ ἀναίτιος ἦν ἀδικίας, &c. id eſt, *Dicite namque mihi, an non Deus is erat, qui per Moyſen ſanxit, ne qua omnino fieret, vel imago, vel ſimilitudo, neque eorum quæ in cælo ſunt ſurſum, neque in terris deorſum? atqui idem ipſe in ſolitudine per Moyſen fieri fecit æneum ſerpentem, eumque pro ſigno ſtatuit, per quod ſervabantur, qui ſerpentum morſu lethaliter læſi fuerant: & extra culpam omnem eſt? Sacramentum namque arcanum per hunc, prout antea dixi, denuntiavit: quo ſerpentis quidem, qui etiam prævaricationis ab Adam auctor fuerat, poteſtatem everſum iri ſignificabatur: ſalus autem credentibus in iſtum, qui per ſignum id adumbrabatur*. τουτέστι, τὸν σταυροῦσθαι μέλλοντα, ἀπὸ τῶν δηγμάτων τοῦ ὄφεως, ἅπερ εἰσὶν αἱ κακαὶ πράξεις, εἰδωλολατρεῖαι, καὶ ἄλλαι ἀδικίαι· hoc eſt, *Qui crucifigendus erat, à ſerpentis morſibus, qui ſunt actiones pravæ, idolorum cultus, & aliæ iniquitates, promittebantur.* Ita etiam S. Proſper lib de promiſſionibus, &c. p. 2. c. 11. Ita ſanctus Gregorius Nyſſenus in Theoria de vita Moyſi, & ſanctus Epiphanius libro primo hær. tom. 3. num. 7. juxta Chriſti doctrinam, Joan. 3. *Et ſicut Moyſes exaltavit ſerpentem in deſerto, ita exaltari oportet filium hominis.* MEN.

17. *Et poſuit in cruce* :] In textu Græco, καὶ τίθησιν ἐνδόξως id eſt, glorioſe, ſed interpres noſter legiſſe videtur, ἐν σημείῳ id eſt, in cruce: Et ſane paulo poſt in textu Græco generatim dicitur, τὸν ὄφιν ἐπὶ τοῦ ξύλου ἐπικείμενον· id eſt, ſerpentem in ligno poſitum: ſerpentem autem illum Moyſes erexit in cruce, ut docet Prudentius in Enchiridio.

Fervebat via ſicca eremi ſerpentibus atris,
Jamque venenati per livida vulnera morſus
Carpebant populum, ſed prudens ære politum
Dux cruce ſuſpendit, qui viras temperet, anguem.

Et ſanctus Juſtinus Martyr apologia 2 pro Chriſtianis: καὶ κατ' ἐπίπνοιαν καὶ ἐνέργειαν τὴν παρὰ τοῦ Θεοῦ λαβόντα τὸν Μωσέα χαλκὸν, καὶ ποιῆσαι τύπον σταυροῦ, καὶ τοῦτον στῆσαι ἐν τῇ ἁγίᾳ σκηνῇ· id eſt, ac Moſen per eam, quæ dicitur Dei inſpirationem & inſtinctum æs accepiſſe, & ſignum crucis feciſſe, idque ad ſanctum tabernaculum ſtatuiſſe, quod ita intelligendum, ut fecerit ſerpentem ex ære, illumque in cruce exaltarit. Hunc locum profert Juſtinus, oſtenditque eum fuiſſe Platoni notum, eo quod dicerit in Timæo agens de filio Dei: ἐχίασεν αὐτὸν ἐν τῷ παντί· id eſt, decuſſavit eum in univerſo. Id etiam planum eſt ex verbis Chriſti ſupra citatis: *Sicut Moyſes exaltavit ſerpentem in deſerto*, &c. In quibus ſane de crucifixione ſermo eſt. MEN.

18. *Veniat ad colubrum.*] In textu Græco additur, τὸν ἐπὶ ξύλου ἐπικείμενον· id eſt in ligno poſitum. Ubi loquitur generatim, nam de cruce intelligendum : eodem modo locutus eſt Tertullianus loco ſupra citato agens de ſerpente æneo: *Idem rurſum Moyſes poſt interdictum omnis rei ſimilitudinem cur æneum ſerpentem ligno impoſitum pendentis habitu in ſpectaculum Iſraeli ſalutare propoſuit*, &c. Et ſanctus Proſper Aquitanicus capite ſupra citato : *Verum ille ſemper pius & miſericors Deus, qui partibus judicans dat locum pœnitentiæ remedium exaltati ſerpentis in ligno contra mortiferos ſerpentum morſus. Jubetur enim Moyſes æneum formare ſerpentem, eumque alto ligno transfixum populo præcipere, ut ſi quis ſe vulneratum cujuslibet ſerpentis morſu ſentiret, ſtatim æneum reſpiceret ſerpentem, cujus aſpectu continuo ſanaretur.* Porro Rabbenu Haccados refert ex Rabbi Simeone filio Johai Moyſem ſerpentem æneum ſtatuiſſe ſuper arbore illa, cujus lignum miſit in aquam Mara ut dulceſceret. MEN.

19. *Et ita faciebant.*] In textu Græco hæc ſequuntur, *Habem in hoc gloriam Jeſu, quod in ipſo ſint omnia, & in ipſum*, ubi τὸ *in ipſum*, eſt per ipſum. Nam *omnia per ipſum facta ſunt.* Joan. 1. MEN.

20. Ναυῆ. Reſpicitur proculdubio iſte locus apud Hieronymum in fine libri de nominibus Hebraicis, cùm *Nahum* profertur ex Epiſtola hac, & exponitur *germen*. Scribendum quippe ibi *Nave*, ut ſit Græcum Ναυῆ; quod vellim ſcire an habeat Codex Vindobonenſis, de quo V. Cl. Petrus Lambecius lib. 3. Commentariorum de Bibliotheca Cæſarea p. 55. Nec verò me præterit Iſidorum Originum lib. 7. cap. 8. Nanm interpretari germen ſive conſolatorem; verum in Barnaba id nominis non exſtat: quod autem exſtat Nave, vertitur in eodem nominum Hebraicorum libro capite de Exodo *germen*. Quæres, quo modo *Nave* tranſire potuerit in *Nahum*. Dico. Fortè annotaverat aliquis ad oram libri ſui, *Nun*, ſeu quod idem eſt *Naun*, vocem Hebraicam quæ Græcæ *Nave* reſpondet. Unde poſtea alius exiſtimans ſermonem haberi de Nahumo Propheta, vitioſam nobis obtrufit lectionem. Hanc Notam cum Typographo imprimendam daturus retractarem, legeram eo die locum corruptum, ubi *de Jeſu Mave* pro *de Jeſu Nave* ſcriptum habetur. De quo lectorem admonere quid vetat? Eſt ille locus Archelai Epiſcopi Diſputatione adverſus Manichæum, quam vir clariſſimus & longè doctiſſimus Henricus Valeſius Socrati ac Sozomeno ſubjunxit, pag. 202. col. 2. COT.

Quid dicit iterum Moyſes Auſe filio Naue. In textu Græco legitur, τῷ Ἰησοῦ τῷ τοῦ Ναυῆ υἱῷ· ſed lege τῷ Αυσῆ, &c. Sed in hoc textu quæ ſequuntur huc ſpectantia ſunt valde confuſa. MEN.

21. *Auſe filio Naue, ut oſtenderet Jeſum eſſe filium*, &c.] Hæc aliter in textu Græco. Iam proponit aliam de Joſue duce copiarum Iſraël figuram. Joſue autem appellatus eſt *Auſe*, ut videre eſt ex libro primo recognitionum ſancti Clementis: *Igitur Moyſes his adminiſtratis Auſen quemdam nomine præponens populo*, &c. Et ea mira dicendis, unde quidam allucinantur, putantes hunc locum eſſe unum ex hujus libri nævis. MEN.

Ut oſtenderet Jeſum eſſe filium Dei] Hæc deſiderantur in textu Græco. MEN.

Audiente populo, quia omnia pater oſtendit filio ſuo] Lege, *de filio ſuo Jeſu*, filio Naue. Ita Græca videntur ſic caſtiganda, τί λέγει πάλιν Μωσῆς τῷ Αυσῆ τοῦ Ναυῆ υἱῷ, ἵνα δείξῃ Ἰησοῦν εἶναι υἱὸν Θεοῦ. λαοῦ ἀκούοντος, ὅτι πάντα ὁ πατὴρ φανεροῖ περὶ τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ Ἰησοῦ τοῦ υἱοῦ Ναυῆ. ἐκάλεσε Μωσῆς υἱὸν Ναυῆ, καὶ ἐπέθηκεν αὐτῷ ὄνομα Ἰησοῦ· Cetera ſunt expungenda. id eſt, quid dicit rurſus Moyſes Auſe filio Naue, ut oſtendat Jeſum eſſe filium Dei: populo audiente, quod omnia Pater de filio ſuo Jeſu oſtendit filio Naue, vocavit Moſes filium Naue, & impoſuit illi nomen Jeſu MEN.

22. *Et impoſuit illi nomen Jeſus.*] Adde juxta Græcum, *quando miſit eum exploratorem terræ.* Sic Tertullianus libro ad-

τῦτο ὄνομα; ὁπότε ἔπεμψε κατάσκοπον τῆς γῆς,
* add. ὑπ. * [23] λάβε βιβλίον εἰς τὰς χεῖράς σε, καὶ γράψον ἃ λέγει κύριος· ὅτι ἐκ ῥιζῶν [24] ἐκκόψει
* f. add. Ἰησοῦς. πάντα τὸν οἶκον τοῦ Ἀμαλὴκ ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ * ἐπ' ἐσχάτων τῶν ἡμερῶν. * Οἱ δὲ πάλιν Ἰησοῦς
* l. ἀλλ. οὐχ ὁ υἱὸς ἀνθρώπου, ἀλλ' ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ, τύ-
* al. δὲ. πῳ * καὶ [25] ἐν σαρκὶ φανερωθείς. Ἐπεὶ οὖν μέλλουσι λέγειν, ὅτι ὁ Χριστὸς υἱός ἐστι Δαβίδ, φοβούμενος καὶ συνιὼν τὴν πλάνην τῶν ἁμαρτωλῶν, λέγει. Εἶπεν ὁ κύριος τῷ κυρίῳ μου,
* al. ἵνα. κάθου ἐκ δεξιῶν μου, * ἕως ἂν θῶ τοὺς ἐχθρούς σου ὑποπόδιον τῶν ποδῶν σου. Καὶ πάλιν λέγει
* al. Κύρῳ. οὕτως Ἡσαΐας. [26] εἶπε κύριος τῷ Χριστῷ μου * κυρίῳ, οὗ ἐκράτησα τῆς δεξιᾶς αὐτοῦ. [27] ἐπακοῦσαι ἔμπροσθεν αὐτοῦ ἔθνη, καὶ ἰσχὺν βασιλέων διαρρήξω. Ἴδε πῶς λέγει Δαβὶδ αὐτὸν κύριον, καὶ υἱὸν Θεοῦ.

[28] Ἀλλ' ἴδωμεν, εἰ οὗτος ὁ λαὸς κληρονόμος, ἢ ὁ πρῶτος, καὶ εἰ ἡ διαθήκη εἰς ἡμᾶς, ἢ εἰς ἐκείνους. Ἀκούσατε νῦν περὶ τοῦ λαοῦ, τί λέγει ἡ γραφή. Ἐδεῖτο δὲ Ἰσαὰκ περὶ Ῥεβέκκας τῆς γυναικὸς αὐτοῦ, [29] ὅτι στεῖρα ἦν· καὶ συνέλαβεν. Εἶτα καὶ ἐξῆλθε Ῥεβέκκα πυθέσθαι παρὰ κυ-

Filio ſuo Jeſu cuncta manifeſtaſſe filio Navæ? Impoſito igitur eo nomine, quando miſit eum in exploratorem terræ, dixit: *Accipe librum in manus* Ex. 17. 14.
tuas, & ſcribe quæ dicit Dominus: quoniam in noviſſimis diebus Filius Dei [Jeſus] exſcindet à radicibus omnem domum Amalec. Ecce rurſum non filius hominis, ſed Filius Dei Jeſus, qui figurâ in
carne apparuit. Quoniam ergo dicturi erant, Matth. 22.
Chriſtum eſſe filium Davidis; reformidans & in- 42.
telligens errorem ſceleratorum, ait: *Dixit Domi-* Pſ. 109. 1.
nus Domino meo; ſede à dextris meis: donec ponam inimicos tuos ſcabellum pedum tuorum. Eſaias verò
ita loquitur: *Dixit Dominus Chriſto meo Domino,* Iſ. 45. 1.
cujus apprehendi dexteram, ut obediant coram eo gentes; & fortitudinem regum diſrumpam. Vides quo modo David eum Dominum vocet, & Dei Filium.

XIII. Sed videamus, utrum hic populus hæ- Duo populi.
res ſit, an verò primus; & utrum teſtamentum ad nos, an ad illos pertineat: Audite nunc quid
Scriptura dicat de populo. Orabat Iſaacus Re- Gen. 25. 21.
beccæ uxoris ſuæ causâ, quòd eſſet ſterilis: & illa concepit. Poſtea verò Rebecca egreſſa eſt ad in-

---

adverſus Judæos, & libro tertio contra Marcionem: *Dum Moyſi ſucceſſor deſtinatur Auſes filius Nave, transfertur certe de primo nomine, & incipit vocari Jeſus.* Et infra. *Sic & Jeſus ob nominis ſui futurum ſacramentum: id enim nomen ſuum confirmavit, quod ipſe ei indiderat: quia non Angelum, nec Auſen, ſed Jeſum eum juſſerat exinde vocari.* Idem pluribus locis docet ſanctus Juſtinus Martyr in dialogo cum Tryphone Judæo. Lactantius libro quarto de vera ſapientia cap. 17. *Qui cum primum Auſes vocaretur, Moſes juſſit eum Jeſum vocari.* Euſebius libro quarto Evangelicæ demonſtrationis cap. 17. Ναυῆ υἱὸν τῷ αὐτῷ ὀνόματι οἱ γεννήσαντες, ἀλλ' ὁ προφήτης τοῦ Θεοῦ τὸ ἐκ γενετῆς ἀμείψας ὄνομα, Ἰησοῦν τὸν ἄνδρα κατὰ τὸ θεῖον ἐκάλεσε πνεῦμα. (Ubi tamen Αὐσῆν, non, Ναυῆν, ut in aliis ejuſdem capitis locis legendum eſt) id eſt, Auſen enim eum nominaverant parentes, ſed Propheta Dei mutato natali nomine, eum impulſu Spiritus ſancti Jeſum nominavit. Res geſta habetur Num. 13. cum miſit eum Moyſes exploraturum terram Canaan, ἐπωνόμασε Μωσῆς τὸν Αὐσῆ υἱὸν Ναυῆ Ἰησοῦν id eſt, cognominavit Moſes Auſen filium Nave Jeſum. MEN.

23. *Et accipe librum in manu tua, &c.*] In textu Græco deſideratur, καὶ λέγει. Hæc autem in nulla Scriptura reperiri poſſunt, quam Exodi 17. Ubi poſtquam Joſue debellavit Amalec, dixit Deus Moyſi: *Scribe hoc ob monumentum in libro & trade auribus Joſue, delebo enim memoriam Amalec ſub cælo.* Itaque etſi hic poſterior locus videatur conjungi cum ſuperiori, ad rem tamen diverſam ſpectat, & additur ad commendationem Jeſu filii Dei, cujus figura eſt Joſue, quare legendum puto, ut ſæpe occurrit in hac epiſtola, *& rurſus dixit*, & in textu Græco: καὶ πάλιν λέγει. MEN.

24. *Quia amputabit à radicibus omnem domum Amalec.*] In textu Hebræo, & apud Septuaginta hæc efferuntur per primam perſonam: ſed quia Barnabas applicat Chriſto, cujus figura eſt Joſue, poſuit in tertia perſona addens hæc verba: *Filius Dei in noviſſimis diebus*, proferens ſenſum, non verba: quia Chriſtus in finis ſua paſſione deleturus erat regnum Diaboli. MEN.

25. *In carne apparuit.*] In textu Græco hæc ſequuntur: *Quoniam igitur dicturi erant, quod Chriſtus filius ſit David: veritus & intelligens errorem peccatorum.* Dicturi erant Judæi Chriſtum eſſe filium David, non Dei: quod accidit, cum interrogati à Chriſto. Matth. 22. *Quid vobis videtur de Chriſto? cujus filius eſt? dicunt ei, David.* Quod prævidens Propheta, ut eos confunderet, ſcripſit: *Dixit Dominus Domino meo.* MEN.

26. Εἶπε κύριος τῷ Χριστῷ μου κυρίῳ. Cùm LXX. ſcripſiſſent Κύρῳ, antiquarii exiſtimantes Iſaiam loqui de Chriſto Jeſu, nec ad Cyrum attendentes, aſſumptâ vicinâ voce κυρίῳ, locum Scripturæ jam olim corruperunt. Quapropter Tertullianus Adverſus Judæos cap 7. & Adverſus Praxeam cap. 11. & 28. Cyprianus Teſtimoniorum lib. 1. cap. 21. Novatianus De Trinitate cap. 21. cum plurimis tam Græcis quàm Latinis apud Hieronymum Ad hunc textum Iſ. XLV. 1. & Ad Habac III. 13. κυρίῳ legunt, ac de Chriſto Domino interpretantur. Verba ſunt incerti alius Collectoris Græci Teſtimoniorum adverſùs Judæos, qui editus eſt cum S. Gregorio Nyſſeno, capite cui titulus Ad Judæos. *Nam cum David dixiſſet, Dixit Dominus Domino meo, ſede a dextris meis, & reliqua, Eſaias planiùs & apertius dicit, Dicit Dominus Chriſto meo Cyro.* (Κύρῳ. At ſenſus videtur poſtulare κυρίῳ Domino) *Aiunt autem hæc de Cyro Perſa eſſe dicta: ſed ridiculum: quî enim reliqua Cyro conveniunt?* &c. Pari modo exſtat locus, Diſputationis Gregentii contra Herbanum fol. 67. in quo κύριος pro Κῦρος impreſſum fuiſſe ſuſpicor. ὁ Ναβουχοδονόσορ ᾐχμαλώτευσε τὴν Ἱερουσαλὴμ, καὶ ἀπῆρε τὸν λαὸν αὐτῆς, καὶ ταύτην κατέστρεψεν; ὁ μετὰ ταῦτα σπλαγχνισθεὶς ὁ κύριος αὐτὴν ᾠκοδόμησε, καὶ τὰ σκεύη διεσπαρμένα συνήγαγε; Non Nabuchodonoſor Hieroſolymam captam in ſervitutem redegit, & populum ejus abſtulit, ac eam evertit? Non poſtea miſertus Cyrus hanc reædificavit, & vas diſperſos in unum coëgit? COT.

Sic dicit Dominus Chriſto meo Domino.] Ita Tertullianus, & ſanctus Cyprianus, in textu Græco legitur: εἶπε κύριος τῷ Χριστῷ μου Κύρῳ id eſt, dixit Dominus Chriſto meo Cyro. Juxta Septuaginta interpretes, & textum Hebraicum, in quo pro hac voce, Κύρῳ legitur לכורש quod perinde eſt, nam כורש Hebraice Cyrum ſignificat. At interpres hujus epiſtolæ, legiſſe videtur κυρίῳ, id eſt, Domino, juxta multorum, tum Græcorum, tum Latinorum opinionem. Quam lectionem non probat divus Hieronymus, qui vult totum hoc caput intelligi de magno illo Cyro Medorum & Perſarum Rege, qui populum Judaicum à jugo ſervitutis liberavit, non de Chriſto: his Prophetæ verbis inductus: *Et vocavi te nomine tuo, aſſimilavi te, & non cognoviſti me*, quæ, ut ipſe ſcribit, minus Chriſto conveniunt. Aliter cenſent Tertullianus libro contra Judæos, ſanctus Cyprianus libro primo de teſtimoniis: divus Gregorius Nyſſenus in teſtimoniis de adventu Chriſti in carne cap. ad Judæos. Itaque dico quidem juxta literam caput Eſaiæ de Cyro intelligi, tum propter populi Iſraelitici dimiſſionem, ſeu liberationem, tum propter verba ab ſancto Hieronymo objecta, quæ ſane de Chriſto dici non poſſunt: ſed juxta ſenſum allegoricum caput eſſe intelligendum de Chriſto, cujus figura fuit Cyrus: nam quemadmodum ille populum Judaicum à captivitate redemit, ſic Chriſtus mundum à diaboli jugo liberavit. Unde Propheta initio capitis ſequentis prorumpens in apertiorem Prophetiam dixit: *Rorate cæli deſuper, & nubes pluant juſtum; aperiatur terra, & germinet Salvatorem.* Quæ ſane nullâ ratione Cyro convenire poſſunt. Etſi enim Propheta loquatur primo de Cyro ſecundum litteram, in ipſo tamen progreſſu agit de Cyro ſecundum ſpiritum, id eſt, Chriſto, latenter ab illo ad hunc tranſeundo: quod eſt familiare ſacræ Scripturæ, ut rectè monet ſanctus Auguſtinus, libro tertio de doctrina Chriſtiana cap. 34 MEN.

Non ſine myſterio crediderunt veteres, voces κύριος & κῦρος unico apice ab invicem variaſſe: ſiquidem Cyrus, Meſſias ſive unctus Dei, in S. litteris appellatur, & liberator gentis Iſraeliticæ, inſigniter Domini noſtri typum geſſit. Non mirum ergo, voces iſtas promiſcue fuiſſe iunctas. OXON.

27. *Exaudiant illum gentes.*] Lege, *ut exaudiant illum gentes*, ut apud Tertullianum, & ſanctum Cyprianum: ut textu Græco Barnabæ, & apud Septuaginta, ἐπακοῦσαι ἔμπροσθεν αὐτοῦ ἔθνη id eſt, ut obediant ante eum gentes. In verſione communi: *Ut ſubjiciam ante faciem ejus gentes, & virtutem Regum corrumpam, vel diſrumpam*, ut apud Septuaginta. MEN.

28. *Quæramus ergo ſi hic populus, &c.*] Hic incipit caput 10 de reprobatione Judæorum, & electione gentium. MEN.

29. *Quia ſterilis erat.*] Adde, ut in textu Græco, *& concepit*: Sed his præponenda ſunt hæc verba, Gen. cap. 25. ἐπήκουσε δὲ αὐτῷ ὁ Θεός idest, *exaudivit autem eum Deus*: Deinde, καὶ συνέλαβεν idest, *& concepit.* MEN.

interrogandum Dominum; & dixit Dominus ad illam; *Duæ gentes in utero tuo ſunt, ac duo populi in ventre tuo: atque unus populus alterum ſuperabit; & major ſerviet minori.* Debetis intelligere quis ſit Iſaacus, quæ Rebecca; & de quibuſnam declaraverit, quod hic vel ille populus major futurus ſit. Et in alia Prophetia manifeſtius loquitur Jacobus ad filium ſuum Joſephum, dicens: *Ecce*
Gen. 48. 11, 9. *Dominus non privavit me facie tua: adduc mihi filios tuos, ut benedicam eis.* Et adduxit Manaſſen & Ephraimum; cupiens ut Manaſſes benediceretur, quia erat natu major. Itaque Joſephus adduxit eum ad manum dextram patris ſui Jacobi. Vidit autem ſpiritu Jacobus figuram populi venturi. Et quid narrat Scriptura? Et commutavit Jacobus manus ſuas; & dexteram poſuit ſuper caput Ephraimi, minoris ac junioris; & benedixit illi. Dixitque Joſephus ad Jacobum; *Transfer dextram tuam ſuper caput Manaſſis, quia primitivus filius meus eſt.* Et reſpondit Jacobus Joſepho; *Scio, fili, ſcio: ſed major ſerviet minori; benedicetur autem etiam ille.* Aſpicite quibus aſſignaverit, eſſe populum iſtum primum, ac teſtamenti hæredem. Si ergo adhuc & per Abrahamum populus ille commemoratus eſt, accepimus perfectionem ſcientiæ noſtræ. Quid ergo dicit Deus Abrahamo, cùm ob fidem poſitus eſt in juſtitia?
Gen. 15. & 17. Rom. 4. *Ecce poſui te, patrem gentium, quæ per præputium credunt Domino.*

XIV. Sed etiam quæramus, an dederit teſtamentum, quod Patribus juravit, ſe populo daturum. Dedit quidem: verùm illi propter peccata ſua indigni fuerunt qui acciperent. Dicit
Exod. 24. 18. enim Propheta; *Et Moſes in monte Sina jejunavit*
Deut. 9. 10. *quadraginta diebus & quadraginta noctibus, ut teſtamentum Domini, ad populum, acciperet.* Et
Exod 31. 18. accepit à Domino duas tabulas ſcriptas digito ma-
Deut. 9. 10. nus Domini, in ſpiritu: ſumptaſque Moyſes deferebat ad populum, ut traderet: & dixit Domi-
Exod. 32. 7. nus ad Moſen: *Moyſes, Moyſes, deſcende celeri-*
Deut. 9. 12. *ter; inique enim ſe geſſit populus tuus; quos de terra Ægypti eduxiſti.* Intellexitque Moſes, quòd iterum fecerant conflaturas; & projecit de manibus tabulas; contritæque ſunt tabulæ teſtamenti Dominici. Accepit itaque Moſes; ipſi verò digni non fuerunt. Quo modo nos habuerimus, diſcite. Moſes, cùm eſſet ſamulus, eas accepit; nobis autem ipſe Dominus, cui ſumus in popu-

εἶπεν· καὶ εἶπε κύριος πρὸς αὐτήν. 30 Δύο ἔθνη ἐν τῇ γαστρί σου, καὶ δύο λαοὶ * ἐν τῇ κοιλίᾳ σου· καὶ λαὸς λαοῦ ὑπερέξει, καὶ ὁ μείζων δουλεύσει τῷ ἐλάσσονι. Αἰσθάνεσθαι ὀφείλετε, τίς ὁ Ἰσαὰκ, τίς ἡ Ῥεβέκκα, 31 καὶ ἐπὶ τίνων δέδειχεν, ὅτι μείζων ὁ λαὸς οὗτος, ἢ ἐκεῖνος. Καὶ ἐν ἄλλῃ προφητείᾳ 32 λέγει φανερώτερον ὁ Ἰακὼβ πρὸς τὸν Ἰωσὴφ τὸν υἱὸν αὐτοῦ, λέγων· ἰδοὺ οὐκ ἐστέρησέ με κύριος 33 τοῦ προσώπου σου· προσάγαγέ μοι τοὺς υἱούς σου, ἵνα εὐλογήσω αὐτούς. 34 Καὶ προσήγαγεν * Ἐφραῒμ, καὶ Μανασσῆ θέλων ἵνα εὐλογηθῇ, ὅτι πρεσβύτερος ἦν. 35 Ὁ γὰρ Ἰωσὴφ προσήγαγεν εἰς τὴν δεξιὰν χεῖρα τοῦ πατρὸς Ἰακώβ. Εἶδε δὲ Ἰακὼβ τύπον, τῷ πνεύματι, τοῦ λαοῦ τοῦ μεταξύ. Καὶ τί λέγει; καὶ ἐποίησεν Ἰακὼβ ἐναλλὰξ τὰς χεῖρας αὐτοῦ. καὶ ἔθηκεν * ἐπὶ τὴν κεφαλὴν Ἐφραῒμ τοῦ δευτέρου καὶ νεωτέρου, καὶ ηὐλόγησεν αὐτόν. Καὶ εἶπεν Ἰωσὴφ πρὸς Ἰακώβ· μετάθες σου τὴν δεξιὰν ἐπὶ τὴν κεφαλὴν Μανασσῆ, ὅτι πρωτότοκός μου ἐστὶν υἱός. Καὶ εἶπεν Ἰακὼβ πρὸς Ἰωσήφ· οἶδα, τέκνον, οἶδα. ἀλλ' ὁ μείζων δουλεύσει τῷ ἐλάσσονι, καὶ οὗτος δὲ εὐλογηθήσεται. Βλέπετε ἐπὶ τίνων τέθεικε, τὸν λαὸν εἶναι τοῦτον πρῶτον, καὶ τῆς διαθήκης κληρονόμον. 36 Εἰ οὖν ἔτι, καὶ διὰ τοῦ Ἀβραὰμ ἐμνήσθη, 37 ἀπέχομεν τὸ τέλειον τῆς γνώσεως ἡμῶν. Τί οὖν λέγει τῷ Ἀβραὰμ, * 38 ὅτι * ἐπίστευσε, ἐτέθη εἰς δικαιοσύνην; ἰδοὺ τέθεικά σε πατέρα ἐθνῶν τῶν πιστευόντων δι' ἀκροβυστίας τῷ κυρίῳ.

Καὶ αὐτὴν τὴν διαθήκην ἣν ὤμοσε τοῖς πατράσι, δοῦναι τῷ λαῷ, εἰ δέδωκε, ζητῶμεν. Δέδωκεν· 39 αὐτοὶ δὲ οὐκ ἐγένοντο ἄξιοι λαβεῖν διὰ τὰς ἁμαρτίας αὐτῶν. Λέγει γὰρ ὁ προφήτης· καὶ ἦν Μωσῆς νηστεύων ἐν ὄρει Σινᾶ, τοῦ λαβεῖν τὴν διαθήκην κυρίου πρὸς τὸν λαὸν, ἡμέρας τεσσαράκοντα καὶ νύκτας τεσσαράκοντα· καὶ ἔλαβε παρὰ κυρίου τὰς δύο πλάκας γεγραμμένας τῷ δακτύλῳ τῆς χειρὸς κυρίου ἐν πνεύματι· καὶ λαβὼν Μωσῆς κατέφερε πρὸς τὸν λαὸν, δοῦναι· καὶ εἶπε κύριος πρὸς Μωσῆν· Μωσῆ, Μωσῆ, κατάβηθι τὸ τάχος, ὅτι * ἠνόμησεν ὁ λαός σου, οὓς ἐξήγαγες ἐκ γῆς Αἰγύπτου. Καὶ συνῆκε Μωσῆς, ὅτι ἐποίησαν πάλιν * χωνεύματα, καὶ ἔῤῥιψεν ἐκ τῶν χειρῶν τὰς πλάκας, καὶ συνετρίβησαν αἱ πλάκες τῆς διαθήκης κυρίου. Μωσῆς μὲν γὰρ ἔλαβεν, αὐτοὶ δὲ οὐκ ἐγένοντο ἄξιοι. 40 Πῶς ἡμεῖς ἐλάβομεν, μάθετε. Μωσῆς θεράπων ὢν ἔλαβεν· αὐτὸς δὲ ὁ κύριος ἡμῖν ἔδωκεν, * 41 εἰς λαὸν κληρονομίας, δι' ἡμᾶς ὑπομείνας. Ἐφα-νε-

* f. ἐν τῇ κοιλίᾳ.
* l. Μανασσῆ πρὸ Ἐφραΐμ.
* f. deeſt. τὴν δεξιάν.
* f. ὅτι.
* l. πιστεύσαντι.
* al. ἀνόμησεν.
* al. χωνεύματα.
* add. ἡ.

30. *Duæ nationes, &c.*] Ex reprobatione Eſau majoris, & electione Jacob minoris natu oſtendit reprobationem Synagogæ, & electionem Eccleſiæ, abdicationem Judæorum & adoptionem gentium, juxta Paulum cap. 9. ad Romanos, quem ſecuti ſunt Sanctus Juſtinus Martyr in dialogo cum Tryphone Judæo, ſanctus Irenæus libro quarto capite trigeſimo octavo. Tertullianus lib. contra Judæos circa initium, Proſper Aquitanicus de promiſſionibus, p. 1. cap. 20. MEN.

31. *Et qui populus minor aut major.*] In textu Græco hæc ita habentur: καὶ ἐπὶ τίνων δέδειχεν, ὅτι μείζων ὁ λαὸς οὗτος, ἢ ἐκεῖνος. Ubi legendum, τίς, pro, ὅτι, id eſt, & quare oſtendit, quis major eſſet populus hic, an ille. MEN.

32. *Iterum dixit Jacob Joſeph filio ſuo:*] Idem quod ſupra declarat, ex hiſtoria Ephraim & Manaſſe, quam etiam huic doctrinæ applicat ſanctus Cyprianus lib. 1. de teſtimoniis. MEN.

33. *Ex genere tuo.*] In textu Græco legitur, *conſpectu tuo*, rectius juxta ſacram Scripturam. MEN.

34. *Et adduxit Manaſſen & Ephrem, &c.*] Hæc Græca corrupta ſunt, ſed lege, καὶ προσήγαγε τὸν Μανασσῆ. καὶ Ἐφραῒμ θέλων ἵνα Μανασσῆ, &c. MEN.

35. *Statuit illum.*] In textu Græco. ὁ γὰρ Ἰωσὴφ προσήγαγεν, ſed particulæ, ὁ γὰρ, videntur redondare. MEN.

36. *Sic ergo.*] Lege, *ſi hoc ergo*, jam amplius probat gentium vocationem per promiſſionem Abrahæ factam. MEN.

37. *Habemus*] In textu Græco, ἀπέχομεν. Quo vocabulo utitur Matthæus cap. 6. ἀπέχουσι τὸν μισθὸν αὐτῶν id eſt, receperunt, habent mercedem ſuam. Heſychius: ἀπέχει, λαμβάνει, id eſt, accepere. MEN.

38. *Cum ſolus credidiſſet, & poſitus eſſet in juſtitia.*] Lege *poſitum*, ut in textu Græco, in quo ſic habetur, *quia credidiſti, poſitum eſt in juſtitiam*, ex Gen. cap. 15 & cap. 17. potius tamen juxta ſenſum, quam juxta verba. Probat igitur Abraham eſſe patrem nationum, quia credidit Deo, & reputatum eſt ei ad juſtitiam in præputio: & promiſſionem accepit benedictionis ſeminis ſui in præputio, juxta doctrinam Pauli ad Rom. 4. quam ſequitur hic Barnabas *Dicimus enim*, inquit, *quia reputata eſt fides Abrahæ ad juſtitiam: quomodo ergo reputata eſt, in circumciſione, an in præputio? non in circumciſione, ſed in præputio. Et ſignum accepit circumciſionis ſignaculum juſtitiæ fidei, quæ eſt in præputio, ut ſit pater omnium credentium per præputium*, quæ poſteriora verba imitatus eſt Barnabas: *Ecce poſui te patrem nationum quæ credunt Domino, non circumciſo*: in textu Græco, δι' ἀκροβυστίας, id eſt, per præputium: Sunt tamen, qui exponunt illa Pauli verba, *per præputium*, id eſt, per juſtitiam fidei, quam habuit Abraham in præputio. MEN.

39. *Sed illi non fuerunt digni, &c.*] Repetit quæ ſuperius non procul ab initio jam ſcripſerat, probatque à fractione tabularum Moyſi, quam fuerint indigni Judæi accipere legem, ac proinde illis repudiatis, Chriſtum nobis ſuum dediſſe teſtamentum. MEN.

40. *Quomodo acceperimus nos diſcite*] Quædam hic deſiderantur ſupplenda ex textu Græco: *Moyſes cum eſſet ſervus, accepit: ipſe vero Dominus nobis dedit*, ſup. legem, teſtamentum Dominus, id eſt, Chriſtus. MEN.

41. *Cui nos in hereditatem.*] Hæc corrupta ſunt: Lege, *qui nos in hereditatem elegit*: in textu Græco legitur, εἰς λαὸν κληρονομίας, ſed puto æque corrupta, & legendum, ἡμᾶς ἐκλεξάμενος εἰς κληρονομίαν. MEN.

42. Et

νερώθη δὲ, ἵνα κἀκεῖνοι τελειωθῶσι τοῖς ἁμαρτήμασι, καὶ ἡμεῖς [a] [42] διὰ τοῦ κληρονομοῦντος διαθήκην κυρίου Ἰησοῦ λάβωμεν. Καὶ πάλιν ὁ προφήτης λέγει· Ἰδοὺ τέθεικά σε εἰς φῶς ἐθνῶν, [43] τοῦ εἶναί σε εἰς σωτηρίαν ἕως ἐσχάτου τῆς γῆς· λέγει κύριος ὁ λυτρωσάμενός σε Θεός· ὃς εἰς τοῦτο ἡτοιμάσθη, ἵνα αὐτὸς φανεὶς, τὰς ἤδη δεδαπανημένας ἡμῶν [b] καρδίας τῷ θανάτῳ, καὶ παραδεδομένας τῇ τῆς πλάνης ἀνομίᾳ, λυτρωσάμενος ἐκ τοῦ σκότους, διάθηται ἐν ἡμῖν διαθήκην λόγῳ. Γέγραπται γὰρ πῶς αὐτῷ ὁ πατὴρ ἐντέλλεται, λυτρωσάμενος ἡμᾶς ἐκ τοῦ σκότους, ἑτοιμάσαι ἑαυτῷ λαὸν ἅγιον. Λέγει οὖν ὁ προφήτης· ἐγὼ κύριος ὁ Θεός σου, ἐκάλεσά σε ἐν δικαιοσύνῃ, καὶ κρατήσω τῆς χειρός σου, καὶ ἐνισχύσω σε· καὶ ἔδωκά σε εἰς διαθήκην γένους, εἰς φῶς ἐθνῶν, ἀνοῖξαι ὀφθαλμοὺς τυφλῶν, καὶ ἐξαγαγεῖν ἐκ δεσμῶν πεπεδημένους, ἐξ οἴκου φυλακῆς καθημένους ἐν σκότει. Γινώσκετε οὖν πόθεν ἐλυτρώθημεν. Καὶ πάλιν ὁ προφήτης λέγει· πνεῦμα κυρίου ἐπ' ἐμὲ, οὗ εἵνεκεν ἔχρισέ με, [44] εὐαγγελίσασθαι [45] ταπεινοῖς χάριν ἀπέσταλκέ με, ἰάσασθαι τοὺς συντετριμμένους τὴν καρδίαν, κηρύξαι αἰχμαλώτοις ἄφεσιν, καὶ τυφλοῖς ἀνάβλεψιν, καλέσαι ἐνιαυτὸν [c] κυρίου δεκτὸν, καὶ ἡμέραν [d] ἀνταποδόσεως, παρακαλέσαι πάντας τοὺς πενθοῦντας.

[46] Ἔτι καὶ περὶ τοῦ σαββάτου γέγραπται [47] ἐν τοῖς δέκα λόγοις, ἐν οἷς ἐλάλησεν ἐν τῷ ὄρει Σινᾶ πρὸς Μωσῆν κατὰ πρόσωπον· καὶ [48] ἁγιάσατε τὸ σάββατον κυρίου [49] χερσὶ καθαραῖς, καὶ καρδίᾳ καθαρᾷ. Καὶ

[a] l. δι' αὐτοῦ κληρονομοῦντες.
[b] l. καρδίας.
[c] al. κυρίῳ.
[d] vel. ἀνταπ.

lum hæreditatis, tradidit; pro nobis paſſus. Ad hoc verò apparuit, quò tum illi in peccatis conſummarentur; tum nos per ipſum hæreditatem adeuntes, Domini Jeſu teſtamentum poſſideremus. Et iterum Propheta dicit: *Ecce poſui te in* Iſ. 49. 6
lucem gentium, ut ſis in ſalutem uſque ad extremum terræ: dicit Dominus, qui redemit te Deus: qui ad hoc paratus eſt, ut per adventum ſuum, præcordia noſtra jam à morte abſumpta & tradita erroris iniquitati, redimens à tenebris, verbo diſponat in nobis teſtamentum. Scriptum quippe eſt, quo modo Pater illi mandaverit, ut redimens nos à tenebris, ſibi pararet populum ſanctum. Dicit igitur Propheta; *Ego Dominus Deus tuus, vocavi te* Iſ. 42. 6.
in juſtitia; & tenebo manum tuam, & corroborabo te: & dedi te in teſtamentum generis, in lucem gentium; ad aperiendum oculos cæcorum, & ad educendum de vinculis illigatos, de domo carceris ſedentes in tenebris. Agnoſcite ergo, à quo ſimus redempti. Rurſus Propheta dicit; *Spiritus Domini ſuper* Iſ. 61. 1.
me; propter quod unxit me; Evangelizare humilibus miſit me, ſanare contritos corde; prædicare captivis remiſſionem, & cæcis viſum; & vocare annum Domini acceptum, & diem retributionis; conſolari omnes lugentes.

XV. Adhuc & de Sabbato ſcriptum eſt in Decalogo, ſeu decem verbis, quæ Dominus in monte Sina locutus eſt ad Moſen os ad os: *Et ſanctificate Sabbatum Domini, manibus mundis, &* Exod 20. 8.
puro

De Sabbato.

42. *Et nos per illum hereditatem teſtamenti.*] In textu Græco: καὶ ἡμεῖς διὰ τοῦ κληρονομοῦντος διαθήκην, hæc corrupta ſunt: Lege, καὶ ἡμεῖς δι' αὐτοῦ κληρονομοῦντες διαθήκην *Domini noſtri Jeſu Chriſti.* Ita in textu Græco, ſed hæc vocabula redundant. *Qui in hoc paratus eſt.* Hæc uſque ad illa verba: *Et iterum Propheta dicit*, tranſpoſita ſunt in textu Græco, poſt hæc verba: *dicit Dominus, qui te liberavit.* MEN.

43. *Ut ſis ſanctitas mea.*] In communi verſione juxta textum Hebraicum, *ut ſis ſalus mea.* In textu Græco Barnabæ, & apud Septuaginta, τοῦ εἶναί σε εἰς σωτηρίαν id eſt, *ut ſis in ſalutem*, lege ergo expuncto vocabulo, *mea*, *ut ſis in ſanctitatem*, id eſt, ſalus. MEN.

44. Εὐαγγελίσασθαι ταπεινοῖς χάριν ἀπέσταλκέ με. Notanda lectio ταπεινοῖς, quæ optimè quadrat cum Hebraico ענוים, quamque oſtendit in hoc Scripturæ teſtimonio Marchali MS. Codex. Apud LXX. & Lucæ IV. 18 habetur πτωχοῖς, hoc eſt pauperibus; vel quia *humiles*, *manſuetus*, *pauper*, nomina ſunt affinis ſignificationis; vel quia poſuerat Iſaias ענוים, quod facile fuit mutare in עניים. Adverbium autem χάριν adjeciſſe Barnabas videtur majoris claritatis cauſâ. COT.

45 *Hominibus.*] Lege, humilibus, ut in textu Græco Barnabæ, ταπεινοῖς· Apud Septuaginta, πτωχοῖς, id eſt, pauperibus. In textu Hebræo ענוים, id eſt, manſuetis, humilibus, ſeu objectis. MEN.

46. *Adhuc de ſabbato.*] Hic incipit caput undecimum, quod eſt de ſabbati abrogatione. MEN.

47. *In decem verba.*] id eſt, præceptis. Nam λόγος præceptum eſt, ut à nobis obſervatum eſt ad Concordiam regularum c. 1. §. 9. Hæc decem præcepta erant in duabus tabulis ſingulis unam pentadem, hoc eſt, quinque præcepta continentibus, ut docet Joſephus, libro tertio antiquit. c. 4 πλάκας ἐπέδειξε δύο τοὺς δέκα λόγους ἐν ἑκατέρᾳ πέντε, καὶ χεὶρ ἦν ἐπὶ τῇ γραφῇ τοῦ Θεοῦ· id eſt, cum hæc dixiſſet, duas tabulas eis oſtendit inſcripta habentes decem præcepta, in utraque quinque, & manus Dei in Scriptura erat, & cap. 6. *in hanc arcam repoſuit duas tabulas decem præcepta continentes*, ἀνὰ πέντε μὲν εἰς ἑκατέραν, ἀνὰ δύο δὲ καὶ ἥμισυ κατὰ μέρος ἐγγεγραμμένας· id eſt, in utraque quina, & in unaquaque facie, ſeu in ſingulis paginis duo cum dimidio. Philo Judæus libro de decem verbis: ὥστε εἶναι τὴν μὲν μίαν γραφὴν τὴν ἀρχὴν Θεὸν, καὶ πατέρα ποιητὴν τοῦ παντός. τὸ δὲ τέλος γονεῖς· id eſt, ita ut primæ tabulæ, ſeu ſcripturæ ſit initium Deus Pater Creator Univerſi, finis vero parentes: Et paulo poſt, ἡ δὲ ἑτέρα πεντὰς τὰς πάσας ἀπαγορεύσεις περιέχει· id eſt, alter quinarius interdictiones omnes continet. Et libro: *Quis rerum divinarum heres ſit*: dicit duas eſſe legum tabulas ejuſdem numeri, ac animæ partes, quæ ſunt ſuperior & inferior, in eiſque decem eſſe leges, dividique æqualiter in duos quiniones, primumque continere ea, quæ ad Deum ſpectant, alterum ea quæ ad homines: Et paulo poſt, ait: τέταρτος δὲ ὁ περὶ γονέων τιμῆς, καὶ γὰρ οὗτος ἱερὸς ἔχων τὴν ἀναφορὰν οὐκ ἐπ' ἀνθρώπους, ἀλλ' ἐπὶ τὸν σπορᾶς καὶ γενέσεως τοῖς ὅλοις αἴτιον· id eſt, quintum vero præceptum de honore parentum. Illud enim ſacrum eſt, cum non referatur ad homines, ſed ad eum qui eſt creatis omnibus cauſa generationis. Alii aliter dividunt, quatuor in prima tabula, ſex in ſecunda conſtituentes, ut ea Hebræorum commentariis obſervat Druſius, Cent. Miſcellan cap 19. MEN.

48. *Sanctificate ſabbatum, &c*] Exod. 20. & 31. Levit. 19. & 26. & Deut. 5. Sed profert potius ſenſum, quam verba, explicatque modum & rationem celebrandi Sabbati. MEN.

49. *Manibus mundis & puro corde.*] Vacando ſcilicet orationi, contemplationi, & retro actæ vitæ mala diligenter examinando ac plangendo. Ita olim diem illum agebant Judæi, ut docet Philo, lib. de decalogo: τέταρτον ἐστὶ τὸ πρόσταγμα τὸ περὶ τῆς ἱερᾶς ἑβδόμης, ἵνα διάγηται ὁσίως ἄγεται· id eſt, quartum mandatum eſt de die ſacra ſeptima, ut illa ſancte ac pie tranſigatur. Et paulo poſt: *Juſſit igitur, ut quicunque iſta inſtituta recepiſſent, ſicut in cæteris, ita in hoc quoque Deum ſequerentur operando per ſex dies*, ἀνέχοντας δὲ καὶ φιλοσοφοῦντας τῇ ἑβδόμῃ. καὶ θεωρίᾳ μὲν τῆς φύσεως σχολάζοντας, ἐπισκοποῦντας δὲ καὶ εἴ τι καθαρῶς ἐν ταῖς προτέραις ἐπράχθη, &c. *Septima vero interquieſcendo, vacandoque contemplationi verum & ſtudio ſapientiæ: retractandoque etiam cogitatione acta præterita, & rationem eorum à ſe repoſcendo, ſicubi à legum præſcriptis aberratum fuerit, ut in poſterum cautiores eſſent, proſpicerentque, ne iterum impingerent in eadem offendicula:* Et Agatharchides aliàs Judæis infeſtus, apud Joſephum libro primo, ἀργεῖν εἰθισμένοι διὰ ἑβδόμης ἡμέρας· id eſt, feriari ſoliti ſeptimo die. Et paulo poſt: ἀλλ' ἐν τοῖς ἱεροῖς ἐκτετακότες τὰς χεῖρας εὔχεσθαι μέχρι τῆς ἑσπέρας id eſt, ſed in templis expanſis manibus orare uſque ad veſperam. Quare optime ſanctus Athanaſius oratione de Sabbato, & circumciſione, ait Deum inſtituiſſe Sabbatum, non ut populus otio delectaretur, ſed ut ſuum cognoſceret conditorem. Venerabilis ergo fuit ſeptima dies, quia, ut ait Ariſtobulus Judæus apud Euſebium, libro decimo tertio de præparatione Evangelica, cap. 12. διὰ ἑβδομάδων, κύκλος πᾶς ὁ κόσμος κυκλεῖται τῶν ζωογονουμένων, καὶ τῶν φυομένων ἁπάντων· id eſt, hebdomadarum orbe ipſa tam animantium, quam plantarum univerſitas volvitur. Ac proinde eadem dies in pretio etiam fuit gentilibus, & ſacra ab illis appellatur. Ita appellat Heſiodus, apud eumdem Euſebium ejuſdem libri cap. 13.

Πρῶτον ἕνη τετράς τε, καὶ ἑβδόμη ἱερὸν ἦμαρ·

Id eſt,

Luna extrema dies, tum quarta & ſeptima ſacra eſt.

Homerus.

Ἑβδομάτη δ' ἔπειτα κατήλυθεν ἱερὸν ἦμαρ.

Id eſt,

Septima deinde dies ſequitur ſacrata.

Et alibi:

Ἑβδόμη ἦν ἱερή· id eſt, *ſeptima ſacra fuit.*

Et Callimachus. ἑβδόμη ἐν ἀγαθοῖς· id eſt, ſeptima dies bona. Sacram etiam fuiſſe ſabbati diem, (quam ille Saturni vocat,) apud Judæos teſtatur Dio Caſſius lib. 37. hiſt. Rom. MEN.

Ceſſationem ab operibus quotidianæ vitæ, per *manus mundas* explicat Auctor noſter; illæ enim laboribus admotæ, *ſunt*

Jer. 17. 24. *pura corde.* Et alibi dicit; *Si cuſtodierint filii mei, Sabbata; tunc ponam miſericordiam meam ſuper illos.* Sabbati meminit in principio creationis: *Fe-*
Gen. 2. 2. *citque Deus in ſex diebus opera manuum ſuarum; & conſummavit in die ſeptima, & in ea requievit, & ſanctificavit eam.* Advertite, filii, quid dicat; *conſummavit in ſex diebus:* id ait; omnia conſum-
Mundus per quot annos duraturus. mabit Dominus Deus in ſex millibus annorum. Nam apud illum dies æquiparatur mille annis; ut

ἐν ἑτέρῳ λέγει· [50] ἐὰν φυλάξωσιν οἱ υἱοί μου τὰ σάββατα, τότε ἐπιθήσω τὸ ἔλεός μου ἐπ' αὐτούς. Τὸ σάββατον λέγει ἐν ἀρχῇ [51] τῆς κτίσεως· καὶ [52] ἐποίησεν ὁ Θεὸς ἐν ἓξ ἡμέραις τὰ ἔργα τῶν χειρῶν αὐτοῦ, καὶ συνετέλεσεν ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῇ ἑβδόμῃ, καὶ κατέπαυσεν ἐν αὐτῇ, καὶ ἡγίασεν αὐτήν. Προσέχετε, τέκνα, τί λέγει, τὸ συνετέλεσεν [53] ἐν ἓξ ἡμέραις· τοῦτο λέγει, ὅτι * συντελεῖ ὁ Θεὸς κύριος [54] ἐν ἑξακισχιλίοις ἔτεσι τὰ πάντα. Ἡ γὰρ ἡμέρα παρ' αὐτῷ χίλια

* al. συντελεῖ κύριος.

ſordes contrahunt; Hinc Marci 7. 3. dicitur, Judæos nunquam cibos ſumſiſſe illotis manibus; multo minus ſine diligenti lotione, ſacris operabantur: præſertim cum diem Sabbati *ſanctificare* eſſent juſſi, quod in Rabbinica dialecto idem valet quod aquis proluere. Huc ſpectat quod D. Paulus monet 1 Tim. 2. 8. in oratione puras manus attollere. OXON.

50. *Et alibi, ſi cuſtodierint, &c.*] Hic locus non eſt in ſacra Scriptura: ſub hac verborum formula, habetur tamen Hierem. 17. his verbis: *Si ſanctificaveritis diem Sabbati, ut non faciatis in eo omne opus, ingredientur per portas civitatis hujus reges & principes ſedentes ſuper ſolium David, & aſcendentes in curribus & equis, ipſi & principes eorum viri Juda, & habitatores Hieruſalem, & habitabitur civitas hæc in ſempiternum, &c.* Ubi capiemitur ſpeciatim, quod dixit Barnabas generatim. MEN.

51. *Conſummationis.*] Id eſt, creationis mundi videlicet. MEN.

52. *Καὶ ἐποίησεν ὁ Θεὸς ἐν ἓξ ἡμέραις τὰ ἔργα τῶν χειρῶν αὐτοῦ, καὶ συνετέλεσεν ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῇ ἑβδόμῃ.* Ad hunc locum, partim ex Geneſ. II. 2. partim ex Exod. XX. 11. & XXXI. 17. conſarcinatum, duo obſervabis. Primum, fortaſſis nonnulla Græcæ Editionis exemplaria olim concordâſſe cum Hebræo, atque in Geneſi ſcriptum habuiſſe, *καὶ συνετέλεσεν ὁ Θεὸς ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῇ ἑβδόμῃ τὰ ἔργα αὐτοῦ ἃ ἐποίησε.* non ut nunc, *ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῇ ἕκτῃ.* Certè Quæſtio 51. earum quas S. Athanaſio nonnulli tribuunt, ſic proponitur; *διὰ τί δὲ τῇ ἑβδόμῃ ἡμέρᾳ ὁ Θεὸς τὴν κτίσιν ἐτέλεσε;* Alterum, ſive Deus dicatus compleviſſe opera ſua die ſeptimo, ſive die ſexto, perinde eſſe quoad ſenſum: ratione videlicet termini interioris (ut loquuntur) ac exterioris. Quo pacto qui per totum unum diem laboràſſet, nullum que opus in ſequenti ſuſcepiſſet, diceretur finem laboris feciſſe in utroque die; propter ultimum momentum diei primæ, & primum ſecundæ; incluſivè reſpectu ultimi momenti, & excluſivè reſpectu primi, aiunt barbarorum filii. Quocirca minùs urget argumentum B. Hieronymi in Traditionibus Hebraicis; *Pro die ſexta, in Hebræo diem ſeptimam habet. Arctabimus igitur Judæos, qui de otio Sabbati glorientur; quòd jam tunc in principio Sabbatum diſſolutum ſit, dum Deus operatur in Sabbato, complens opera ſua in eo, & benedicens ipſi diei, quia in illo univerſa compleverit.* Rectius Theodorus, citatus per Theodoritum Quæſtione 21. in Geneſim, docet ideo Deum ad ſex dies creationis addidiſſe diem ſeptimum quietis, ac ſeptem diebus circulum omnem dierum concluſiſſe, ut ſex dies ſignificatio eſſent eorum quæ creata ſunt, ſeptimus verò quòd creaturæ finem complementumque acceperint, nihilque amplius in illis deſideretur. Vide etiam Gregorium Nyſſenum in Pſalmum 6. COT.

53. *Sexto die.*] Ita apud Septuaginta, Gen. 2. In textu Græco Barnabæ, *ἐν ἓξ ἡμέραις* id eſt, in ſex diebus, ut Exod. c. 20. & 31. MEN.

54. *Τοῦτο λέγει, ὅτι συντελεῖ ὁ Θεὸς κύριος ἐν ἑξακισχιλίοις ἔτεσι τὰ πάντα.* Multis auctorimibus, nullâ firmâ ratione, ſe tuentur qui certum mundo terminum temporis figunt, quo adveniente, non ampliùs permanſurus ſit in præſenti ſtatu; in præſtantiorem ſcilicet reformandus. Etenim placuit præter Barnabam, Hebræis ex Eliæ ſchola profectis, Chaldæis Theologis, Orpheo, Hiſtorico Tuſco apud Suidam in voce Τυῤῥηνία, atque ut ad Noſtros veniam, inter Græcos Irenæo lib. 5. adverſùs Hæreſes cap. 28 29. Hippolyto in codice 202. Photianæ Bibliothecæ, Euſtathio in Hexaëmeron p. 55. Scriptori Quæſtionum & Reſponſionum, inter Opera Juſtini Martyris, cap. 71. & Cedreno circa initium Hiſtoriæ ſuæ, obiter citat Joſephum, ac librum Apocryphum, cujus nomen eſt Parva Geneſis; inter Latinos autem Lactantio lib. 7. Inſtitutionum cap. 14. 25. ac Epitomes cap. 10. Hæretico cuidam in quem invehitur Beda Epiſtolâ Apologeticâ, quam edidit Jacobus Waræus; Hilario in Matthæum Canon. 18. & 20. Hieronymo cùm Epiſtolâ 139 ad Cyprianum, tum Commentario in Michæam ad initium capitis 4. Auctori Quæſtionum veteris & novi Teſtamenti ad finem quæſtionis 106. Tom. 4. S. Auguſt Gaudentio Brixiano Tractatu 10. Caſſiodoro Variarum lib. 1. Epiſt. 10. atque Iſidoro in Geneſim. Ab his omnibus, inquam, necnon ab aliis pluribus, & ab indocto vulgo creditum eſt, mundo poſt annum à Creatione ſextum millеſimum, ſive poſt ſextam ætatem, finem ac in melius reſtaurationem venturam. Alii eo numero non contenti, quingentos annos addidêre. Probat divinationem Germanus Conſtantinopolitanus in Contemplatione rerum Eccleſiaſticarum, circa medium, *ac SS. Hippolyto, Cyrillo, Chryſoſtomo attribuit, his inſignibus verbis, quæ non carent difficultate; *τὸ σφραγίζειν τὸν λαὸν τὸν ἀρχιερέα, ὑποδηλοῖ τὴν μέλλουσαν Χριστοῦ παρουσίαν, ἐν τῷ ἑξακισχιλιοστῷ πεντακοσιοστῷ ἔτει μέλλειν ἔσεσθαι, διὰ τῆς ψηφίδος τῶν δακτύλων ἐμφαινόντων ἑξακισχιλιοστὸν πεντακοσιοστόν. τοῦτο καὶ Ἱππόλυτος Ῥώμης, καὶ ὁ ἅγιος Κύριλλος λέγουσιν ἐν τοῖς περὶ τοῦ Ἀντιχρίστου λόγοις αὐτῶν, ἐν τῷ ἑξακισχιλιοστῷ πεντακοσιοστῷ ἔτει τὴν μέλλουσαν παρουσίαν ἔσεσθαι, καὶ ὁ Χρυσόστομος.* *Cum Pontifex obſignat populum, ea res ſubindicat, quòd futurus adventus Chriſti, anno ſexies milleſimo quingenteſimo, eveniet; ex ſupputatione digitorum ſignificante ſexies milleſimum quingenteſimum. Hoc & Hippolytus Romæ, & ſanctus Cyrillus dicunt in ſuis de Antichriſto libris, fore anno ſexies milleſimo quingenteſimo eum adventum qui futurus eſt, itemque Chryſoſtomus.* Loquitur de ſigno crucis quod ſuper populum fit ab Epiſcopo manu dextrâ, porrectis tribus digitis, pollice, indice, medio, ita tamen ut pollex inclinet ad indicem, & aliis duobus digitis incurvatis; per quam indigitationem numerum 6500. exprimi docent nos libri ea de re à Nicolao Smyrnæo & à Beda conſcripti. Quod autem ſubditur de ſententia Hippolyto & Chryſoſtomi, de Hippolyto quidem comparandum eſt cum iis quæ habent Photius codice 202. & Andreas Cæſarienſis ad Apocalypſ. XVII. 10. de Chryſoſtomo verò, cùm Homilia aurei Doctoris in Pſalmum 6. quam ex Bibliotheca Regis Catholici ſuperioribus annis edi curavimus, quamque interpolavit Anaſtaſius Sinaita, ut videre eſt Tomo I. novi Auctarii Bibliothecæ Patrum; item cum Oecumenio ad I. Johannis II. 18. Nec mirandum, ſi non omnia uſquequaque conveniant. Num enim hæ ſunt *κυρίαι δόξαι*, ut variè loqui non liceat?

Exſtiterunt etiam qui rerum finem ad annorum ſeptem millia protraxêre. Eſt illa opinio Cypriani libro de exhortatione Martyrum cap. 11. & Methodii libro de caſtitate, apud Photium codice 237. Ita namque interpretor quod ait, ſeptem dies manſionis in feſto Tabernaculorum, Levit. cap. 23. eſſe typum ſeptem ſæculorum; ut octavus Scenopegiæ dies ſit figura reſurrectionis. Eſt quoque ſententia Hilarii in Pſalmum 118. ad verſ. 18. Quibus junge Chryſoſtomum Homiliâ mox citatâ; illoſque quorum meminit Auguſtinus initio Enarrationis in Pſalmum 6. ac poſt eum Beda in Apologetica Epiſtola. Denique Serum plerique ac Sinæ ſtatuunt ſæculi hujus finem & futuri principium ponere ad annum 8000. Contra quos omnes diſputare, noſtrum excedit inſtitutum, qui Notas non Dogmata Theologica ſcribimus. Legat qui volet, Interpretes quà veteres, quà recentiores, ad Matth. XXIV. 36. 44. ad Act. I. 7. & ad I. Theſſal. V. 1 2. Conſulat Ambroſium in Lucæ IX. 28. Auguſtinum lib. 1. de Geneſi contra Manichæos capite penult. Epiſt. 78. & 80. lib. 4 de Trinitate cap 4. lib. 18 de Civitate Dei cap. 53. lib. 20. cap. 7. lib. 22. cap. 30. ac in Pſalm. 6. & 89. Andream Cæſarienſem ad Apocalypſeos XX. 7. cum Iſidoro lib. 5. Originum cap. 38. & 44. Beda libro de temporum ratione cap. 66. & Epiſtolâ Apologeticâ; Ambroſio Autperto in Apocalypſ. XIII. 18. atque Alcuino aut alio de divinis officiis cap. 3. Adeat Photii Bibliothecam tum loco laudato, tum codice 115. in fine.

Quòd ſi memorabilia vanitatis hariolantium exempla cupis audire, dabo nonnulla. Hippolytus in Photio præcipitis caliditatis meritò arguitur, eo quod Anti Chriſti adventum, mundique hujus finem quingentis poſt Chriſtum annis circumſcripſerit: (quia ſcilicet Chriſti nativitatem anno mundi 5500. cum multis ponebat.) quæ opinatio ab Hæreſiarcha quodam Chronographo approbata, confutatur per Bedam in Epiſtola ſæpius laudata. Præterea Lactantius lib. 7. cap. 25. ſimiliter audaci tunc dicta, nunc ridiculo errore, omnem exſpectationem conſummationis extremæ, ducentis annis concludit. Nec diſpar confidentia & eventus in nonnullis illis à Philaſtrio memoratis libro de Hæreſibus parte 3. cap. 59 qui arbitrabantur, à primo adventu Domini uſque ad ſecundum, ſæculique concluſionem, trecentos ſexaginta quinque annos, nec plus nec minùs, debere numerari; occaſione, ut equidem ſentio, ſumptâ ex Oraculo Græco, cujus mentionem facit Auguſtinus lib. 18. de Civitate Dei cap. 53. ubi ſanctiſſimus Doctor etiam deridendos nobis proponit alios, quorum calculis inter aſcenſionem Dominicam & ultimum Chriſti adventum, anni aut quadringenti, aut quingenti, aut mille ſupputabantur. Vide in Bibliotheca Patrum libellum de mon-

mundi duratione, Quinti Julii Hilarioniſnomen præferentem. Verum omnes temeritate ſuperavit qui in vatem ac Sibyllam mentitus eſt: ultima ſiquidem tempora poſuit ea, quibus vivebat, Sibyllinorum Oraculorum lib. 5. & 8.

Hæc poſtquam ſcripſiſſem, commodùm venerunt in manus meas duo libri Gazæ Regiæ, Græcè ſcripti, numerati 2215. & 1820. in quibus loca jacent de conſummatione ſeculi inſignia. Itaque operæ precium duxi illa ſubſungere, vertere, explicare.

Sub finem primi Codicis.

† Similia habet Codex Reg. 2216. fol. 73.

† Ἴσθι ὅτι τὸ Μωυσῆς ὄνομα ψηφιζόμενον, ἔχει ἀριθμὸν [illegible] τὸ δὲ Χριστοῦ [Al. Χριστὸς] ὄνομα ψηφιζόμενον, ἔχει ἀριθμὸν [illegible] Χριστοῦ. [illegible] ἔχει [Al. ἔχοι] τὸ ἀληθὲς, [illegible]

† Hactenus MS. 2216. [illegible] †

Sciendum eſt quod nomen Μωυσῆς (Moyſes) ſi computetur, numerum habet 1648 & inventa eſt Moſaïca Lex per tot annos obtinuiſſe. At calculatum Chriſti nomen, exhibet numerum 1480. autumque qui iſta interpretati ſunt, ad totidem annos duraturum Chriſti Evangelium, numeratos à Dominica Incarnatione. Alii verò nomen σταυρὸς, quod crucem ſignificat, ſupputantes, colligunt numerum 1271. dicuntque perſeveraturam eſſe preciſſa crucis adorationem annis totidem, numeratis à tempore quo ei confixus eſt Chriſtus. Utrumlibet autem verum ſit, uſque ad illud temporis & præſens compleri debet ſeculum; quemadmodum ex Scriptura dycamus.

Inveni in quodam libro ſcripta hæc.

Sciri debet quòd nomen Μωυσῆς ſi computetur, numerum conſtet 1648. & inventa eſt Moſaica Lex per tot annos obtinuiſſe. At calculatum nomen Χριστὸς, numerum conſtat 1480. & aiunt qui iſta interpretantur, ad totidem annos duraturum & Chriſti Evangelium; numerantes à Dominica Incarnatione. Alii vero nomen σταυρὸς ad numerum 1271. vocantes, dicunt totidem annis duraturam religionem ac venerationem Crucis; numerantes à tempore crucifixionis Chriſti. Et ſupputatio quidem vocis σταυρὸς complebitur in anno 6805. vocis vero Χριστὸς in anno 6980. Atque arbitror quod ab anno 6805. incipiet everſio Chriſtianæ fidei, ac uſque ad annum 6980. fides omnium (heu!) obliterabitur. Erunt autem & Reges interea, qui deſcripti ſunt in libro Sancti Andreæ ſecundùm Chriſtum ſtulti. Reliqui verò anni, nempe viginti, ad ſeptimi ſæculi complementum, omni tempore redundabunt. Denique commovebunt ad iram. Ac propter malitiam hominum illius temporis, venturus eſt Antichriſtus, qui & illos inveniet paratos ad recipiendam pravitatem ſuam & improbitatem.

Εὗρον ἔν τινι βιβλίῳ γεγραμμένα ταῦτα.

Ἴσθι ὅτι τὸ Μωυσῆς ὄνομα ψηφιζόμενον [illegible] Χριστὸς ὄνομα ψηφιζόμενον [illegible] Χριστοῦ. [illegible] σταυρὸς [illegible] Χριστοῦ [illegible] Χριστὸς [illegible] Χριστιανῶν [illegible] Ἀνδρέα [illegible] Ἀντίχριστος [illegible] — Libri hujus Capita continet MS. Reg. 919. ubi de illis regibus.

Εἰρηναῖος.

Γνωστὸν ἔστω σοι, ὅτι ὅσαις ἡμέραις ἐγένετο ὁ κόσμος, τοσαύταις χιλιοντάσι συντελεῖται. [illegible]

Geo. 2. 1. — [illegible]

Pſ. 89. 4. 2 Pet. 3. 8. — [illegible]

Irenæi.

Notum tibi ſit, quòd quotquot diebus factus eſt mundus, tot & millenis annis conſummatur. Et propter hoc ait Scriptura; Et conſummata ſunt cœlum & terra, & omnis ornatus eorum. Et conſummavit Deus die ſexto opera ſua quæ fecit, & requievit Deus in die ſeptimo ab omnibus operibus ſuis. Hoc autem eſt & antefactorum narratio, & futurorum Prophetia. Eſt enim dies Domini quaſi mille anni. In ſex igitur diebus conſummata ſunt quæ facta ſunt. Manifeſtum ergo eſt quoniam conſummatio ipſorum, ſextus milleſimus annus eſt. Et ſeptimâ die orbem judicat: & octava, quæ eſt futurum ſeculum, alios quidem tradit in pœnam æternam, alios in vitam. Propter hoc dicti ſunt Pſalmi Pro octava.

Ad medium Codicis poſterioris.

Περὶ συντελείας.

cap 8. &c. — Εὗρον ἐν τῇ ἑρμηνείᾳ τῆς ἀποκαλύψεως τοῦ ἁγίου Ἰωάννου τοῦ θεολόγου [illegible] σταυρὸς [illegible]

De Conſummatione.

Reperi in Interpretatione Revelationis ſancti Johannis Theologi, quod nomen σταυρὸς ſeptem litteras complectitur; quodque ſeptem Angeli, ea in Apocalypſi deſcripti, ſigna habent ſingulis litteris adjacentia. Verbi gratiâ primus Angelus habet σ, ſecundus τ, ſicque deinceps. Et computat ille Interpres annos 2272. qui colliguntur ex nominis σταυρὸς calculo, à tempore crucifixionis Dominicæ, hoc eſt ab anno mundi 5534. atque ad annum 6805. conſummationem fore. Porrò aliquis ita contradixerit; Si indubium eſt, uni cuique Angelo adſcribi unam litteram è nomine σταυρὸς, igitur ſupputentur anni a tempore quo Theologus revelationem vidit, quodcunque illud ſit: incidit autem juxta illum Interpretem in annum 5596. Atque ſi ab eo enumeraveris, jam anno 6867. aderit Conſummatio. Tu verò attende, & ſi videris, ad annum 6867. contingere ali-

Ex his patet quo modo conſtitui debeant verba ſancti Irenæi, in antiqua Interpretatione Latina, lib. 5. cap. 28. Et verò juxta tres obſervatiunculas, imò meras hariolationes, apertè nunc falſas, Μωυσῆς valet ψῆφον M DC XLVIII. μ. XL. ω. DCCC. υ. CCCC. σ. CC. η. VIII. ς. CC. Χριστὸς αὐτὴ MCCCCLXXX. χ. DC. ρ. C. ι. X. σ. CC. τ. CCC. ο. LXX. ς. CC. σταυρὸς αὐτὴ. MCCLXXI σ. CC. τ. CCC. α. I. υ. CCCC. ρ. C. ο. LXX. ς. CC. Denique Adnotator ultimus in iis nomen ſuum profitetur, qui mundo annos VII M. durationis aſſignant. COT.

In ſex millia annorum.] Multorum fuit opinio tantum ſex millium annorum curriculo ſæculum hoc circumſcribi, quo evoluto finem mundi adventurum, juxta numerum dierum, quo Deus hunc mundum fabricatus eſt. Hæc doctrina videtur eſſe ſancti Pauli epiſt. ad Hebræos cap. 4. *Ingredimur enim in requiem qui credimus: quemadmodum dixit, quibus juravi in ira mea, ſi introibunt in requiem meam, & quidem operibus ab inſtitutione mundi perfectis. Dixit enim in quodam loco de die ſeptima ſic: & requievit Deus die ſeptima ab omnibus operibus ſuis.* Unde infra dicit: *Nam ſi eis Jeſus requiem præſtitiſſet, nunquam de alia loqueretur poſthac die: Itaque relinquitur ſabbatiſmus populo Dei.* Hoc eſt, requies cœleſtis regni, quæ dies ſeptimæ ſuccedit. Quia tamen hæc interpretatio videtur nova, nolim eam pertinacius defendere: Ita ſanctus Irenæus libro quinto adverſus hæreſes cap. 28. *Quot enim diebus hic factus eſt mundus, tot & millenis annis conſummatur. Et propter hoc, ait Scriptura Geneſeos, & conſummata ſunt cœlum & terra, & omnis ornatus eorum,* &c. Et cap. 29. *Sexcentique anni Noe, & numerus cubitorum imaginis, propter quam juſti in caminum ignis miſſi ſunt, numerum ſignificat illius* (beſtiæ videlicet, de qua in Apocalypſi) *in quam recapitulabitur ſex millium annorum, propter quæ & diluvium ſuperveniet ignis.* Origenes libro ſecundo contra Celſum: *Neſcit enim quiſnam ſit ille poſt ſex dies à mundo condito ſecuturus dies ſabbati, in quo cuncti, qui ſex illis diebus opera ſua perfecerint, ubique eorum prætermiſerint, quæ pertinerent ad ſuum officium, cum Deo feriabuntur, aſcendentes ad ſpectacula, & juſtorum beatorum celebritatem.* Stratonices Cumarum Epiſcopus in Collectaneis

 citat

Pſ. 89. 4. ipſemet teſtatur, dicens; *Ecce hodiernus dies erit tamquam mille anni.* Itaque, filii, in ſex diebus, hoc eſt, in ſex annorum millibus conſummabuntur univerſa. *Et requievit die ſeptima:* Hoc ait: quando veniens ejus Filius tempus Iniqui abolebit, ac judicabit impios, & mutabit ſolem ac lunam, ſtellaſque; tunc pulcrè requieſcet in die ſeptima. Denique ait; *Sanctificabis eam in manibus mundis & corde puro.* Si ergo quam diem Deus ſanctificavit, aliquis nunc poteſt ſanctam efficere, niſi ſit per omnia mundus corde; erravimus. Vide igitur; tunc pulcrè requieſcens ſan-

χίλια ἔτη· αὐτὸς δὲ μαρτυρεῖ, λέγων· 55 Ἰδοὺ σήμερον ἡμέρα ἔσται ὡς χίλια ἔτη. Οὐκοῦν, τέκνα, ἐν ἓξ ἡμέραις, ἐν τοῖς ἑξακισχιλίοις ἔτεσι συντελεσθήσεται τὰ πάντα. Καὶ κατέπαυσε τῇ ἡμέρᾳ τῇ ἑβδόμῃ· τοῦτο λέγει· ὅταν ἐλθὼν ὁ υἱὸς αὐτοῦ, καὶ 56 καταργήσει τὸν καιρὸν * αὐτοῦ, καὶ κρινεῖ τοὺς ἀσεβεῖς, καὶ 57 ἀλλάξει τὸν ἥλιον, καὶ τὴν σελήνην, καὶ τοὺς ἀστέρας, τότε καλῶς καταπαύσεται ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῇ ἑβδόμῃ. Πέρας γέ τοι λέγει· ἁγιάσεις αὐτὴν ἐν χερσὶ καθαραῖς, καὶ καρδίᾳ καθαρᾷ. Εἰ οὖν ἣν ὁ Θεὸς ἡμέραν ἡγίασεν, νῦν τις δύναται ἁγιάσαι, εἰ μὴ καθαρὸς ὢν τῇ καρδίᾳ ἐν πᾶσι, πεπλανήμεθα. Εἰ * f. ἀνόμου.

δὲ

---

citat ex libro traditionum Eliæ Prophetæ prædictionem quamdam de mundi conſummatione, quæ futura ſit anno ſexies milleſimo ab ejus creatione, ut refert Sixtus Senenſis, libro ſecundo Bibliothecæ, vocabulo Elias. Lactantius libro ſeptimo de divino præmio cap. 14. *Ergo quoniam ſex diebus cuncta Dei opera perfecta ſunt, per ſæcula ſex, id eſt, annorum ſex millia manere in hoc ſtatu mundum neceſſe eſt. Dies enim magnus Dei mille annorum circulo terminatur, ſicut indicat Propheta, qui dicit: ante oculos tuos Domine, mille anni tanquam dies unus.* Sanctus Hilarius Can. 20. in Matthæum. *In undecima autem hora corporei adventus tempus oſtendit. Nam ex omni numero, qui ſpatio præſentis ſæculi eſt conſtitutus, in eamdem rationem conveniet ortus ejus, in quam undecima hora tempus ex die. Diviſione enim per quingentenum numerum facta in omne ſex millium annorum ſumma tempus corporei ortus ejus undecimo diviſionis totius calculo ſupputatur.* Ubi male in editione Eraſmi legitur, *duodecima*, & *duodecimo*. Sanctus Hieronymus epiſt. ad Cyprianum: *Ego arbitror ex hoc loco, & ex epiſtola, quæ nomine Petri Apoſtoli inſcribitur, mille annos pro una die ſolitos appellari, ut ſcilicet, quia mundus in ſex diebus fabricatus eſt, ſex millibus annorum tantum credatur ſubſiſtere, & poſtea venire ſeptenarium numerum & octonarium, in quo verus exercetur ſabbatiſmus, & circumciſionis puritas redditur:* Ita loquitur, quia circumciſio, quæ hic octava die eſt illius octavi ſæculi figura, in quo protectio eſt purgatio, quam in circumciſione. Sanctus Athanaſius explicat de die Dominica, de qua infra. Idem in cap 65 Eſa. *Et nunc breviter eſt dicendum non venire in neomeniis & ſabbatis, quia ſex diebus, in quibus factus eſt mundus, tranſcenſis & præteritis feſtinant ad ſeptimum diem, id eſt, ſabbatum, in quo vera eſt requies.* His accedit Hebræorum opinio, ex qua convincuntur jam Meſſiam veniſſe, in Talmud tractatu Sanedrim Cap. Helec, ubi dicitur ſex millium annorum mundum fore, & poſtea deſtruendum: duo millia annorum inanitatis, id eſt, ſine lege, duo millia legis, & duo millia dierum Meſſiæ, ut refert Galatinus libro quarto de Arcanis cap. 20. Hanc opinionem divus Auguſtinus libro vigeſimo de civitate Dei cap. 7. non improbat, cum explicat, quid ſint mille anni in Apocalypſi: *Mille autem anni, inquit, duobus modis poſſunt, quantum mihi occurrit, intelligi, aut quia in ultimis annis mille iſta res agitur, id eſt, ſexto annorum milliario tanquam ſexto die, cujus nunc ſpatia poſteriora volvuntur, ſecuturo deinde ſabbato, quod non habet veſperam, requie ſcilicet Sanctorum, quæ non habet finem: ut hujus milliarii tanquam diei noviſſimam partem, quæ remanebat uſque ad terminum ſæculi, mille annos appellaverit eo loquendi modo, quo pars ſignificatur à toto.* Hæc ille: etſi in epiſtola ad Heſychium Salonitanæ urbis Epiſcopum hanc opinionem rejiciat. Sed videtur mutaſſe ſententiam: nam libros de civitate Dei ſcripſit Auguſtinus poſt hanc epiſtolam: cum illius mentionem faciat, libro vigeſimo de civitate Dei cap 5. *Quod facere curavi in quadam epiſtola, quam reſcripſi ad beatæ memoriæ virum Heſychium Salonitanæ urbis Epiſcopum, cujus epiſtolæ titulus eſt de fine ſæculi*, qui tamen in Pſal. 89 contrarium tenet. His accedit, quod ipſe Auguſtinus libro primo de Geneſi adverſus Manichæos, & libro vigeſimo ſecundo de civitate Dei cap. 30. mundi durationem ſeu ætatibus definit, jamque ſextam agi dicit, quæ juxta eum nullis certis generationibus circumſcribitur, quod etſi verum ſit, quia tamen debet eſſe aliqualis ſaltem proportio inter ſextam ætatem, & ceteras, *hæc de ſexto millenario opinio non improbabilis videtur.* Neque hæc opinio Evangelio adverſatur, in quo Deus noluit judicii diem diſcipulis revelare. Neque actibus Apoſtolorum, in quibus dixit, non eſt veſtrum noſſe tempora, cum definiri non poſſit annus, ſeu dies finis ſæculi; quia non penitus conſtat, quot ſint anni ab exordio mundi uſque ad Chriſtum natum elapſi. & etſi quærentibus diſcipulis judicii diem Chriſtus noluerit revelare, quod tunc eis tanquam rudibus id ſcire non expediret, nihil tamen obſtat, quin Spiritus ſanctus adveniens eis revelaverit ſaltem confuſe: ut ſatis patet ex eorum ſcriptis, qui etſi illum nobis manifeſte non aperuerint, cito tamen futurum aſſeruerunt, quod tamen dicere ſine ſancti Spiritus impulſu non potuerunt. Unde illa, *in quos fines ſæculorum devenerunt: & ubi venit plenitudo temporis.* Ex quibus auctor quæſtionum ad Orthodoxos, quæ tribuuntur ſancto Juſtino Martyri præſentis mundi ſtatum eſſe ſex millium annorum aſſeruit. His annis quidam plures addiderunt, quos refert ſanctus Germanus Conſtantinopolitanus, libro de theoria rerum: νῦν καὶ Γεννάδιος Ῥώμης καὶ ὁ ἀρχιεπ. Κύριλλος λέγουσιν ἐν τοῖς περὶ τοῦ Ἀντιχρίστου λόγοις αὐτῶν ἐν τῷ ἑξακισχιλιοστῷ πεντακοσιοστῷ ἔτει τὴν μέλλουσαν παρουσίαν εἶναι Χριστοῦ καὶ ὁ Χρυσόστομος· id eſt, hoc & Hippolytus à Roma & ſanctus Cyrillus dicunt in ſuis de Antichriſto ſermonibus in anno ſexies milleſimo quingenteſimo futurum (Chriſti) adventum, ſed de hac re ſilet Hippolytus, in libro de Antichriſto. Quidam alii, de quibus S. Auguſtinus in expoſitione Pſalmi ſexti arbitrati ſunt ſeptimo annorum milliario judicii diem affore, quod ſucceſſura eſſet octava, quæ ſit æternæ felicitatis initium. MEN.

Divinus Scriptor ad Hebræos ſabbatum lege Moſaica ſancitum, ad ſpiritualem ſenſum pariter deducit, cap. 4. ubi oſtendit *relinqui ſabbatiſmum populo Dei.* Et quidem de ſabbato magno quod totius creationis labores finiet, ſex mille annis evolutis, ſumma animorum inclinatione, imo prono impetu conſenſum eſt. Ut Talmudicam traditionem domus Eliæ, & Orphei & Ethnicorum nænias præteream, in hac ſententia verſantur Irenæus l. 5. adv. Hæreſ. Hippolytus apud Photium, Orig. cont. Celſ. l. 2. Lactant. Inſtit. l 7. Athanaſ. in Eſa 64. Hilar. in Matt. 24. Hieron Ep. ad Cypr. aliique minorum gentium Scriptores. Et ſi forte aliquis, erroris manifeſti jam & olim comperti, mundi finem intra paucorum annorum ſpatia definiverit; hoc eamde factum, quod ſex mille annos, ex ſupputatione Græcorum, quæ Conſtantinopolitana audit, aut alia conſimili, ſtatim explendos autumaverint. OXON.

Ἐν τοῖς ἑξακισχιλίοις ἔτεσι συντελεσθήσεται τὰ πάντα &c.] Uſque ad Evangelii tempora. Sic intelliges Prædicatorem Cyprium cum hoc capite. Non de extremo mundi quem porro ad octavam annorum chiliada & ille & Irenæus & veteres alii deferunt. Animos enim fuit ac ſuſpicio virorum Apoſtolicorum, ſi non Apoſtolorum, paulum ſuper mille annos duraturum Chriſtianiſmum, quam is ab æterna felicitate abſorberetur. Huc bene convenit priſca traditio, quam de tribus mundi diſchiliadibus ſchola Eliana ab apocryphis Eſdræ l. iv. c. 14 arreptam interpretando corrupit. Conſtat autem ſpatium mundi longius produci ab Eſdra, quam Rabbini aut noſtri fere Theologi cupiunt, ſi partem octavam omnium ſeculorum, tantula enim reſtabat exigenda ver. 11, 12. à Nabonido ſive ab anno xxx. vaſtitatis Ædis prioris ad ſecundæ deſtructorem Veſpaſianum rite ſupputes. Quinetiam Μωσῆς, ut nonnemo veterum ſcite obſervavit, Græcis literis numeranti Liturgiæ ſuæ diuturnitatem oſtendit: quod etiam Philo Joſephuſque profitentur. Chronologiam itaque Judaicam refutant hic Cabaliſta Græcus, & Eſdras Latinus, imo fides communis Judæorum, Chriſtianorumque veterum de ſexies mille annis mundi ἀγῶνι, quod conſtanter fuiſſe traditum non audent negare vel iniquiſſimi temporum circumciſores. Sed & Talmudici capite quarto 17. ubi fatentur jam tum ceſſiſſe annos DCCXIV. quintæ chiliadis, tam Moſis quam Meſſiæ ſui manes, nimirum, ſub conditu Talmudi Babylonici, quod pauci ſciunt. Verum hæc hactenus. BERN.

55. *Ecce hodiernus dies, &c.*] Pſ. 89. *Quoniam mille anni ante oculos tuos, tanquam dies heſterna quæ præteriit.* Et Petri 2. cap. 3. *Unum hoc vos non prætereat dilectiſſimi, quia una dies apud Deum, quaſi mille anni, & mille anni quaſi unus dies.* Ita ſanctiſſimi Patres ſupra citati. MEN.

56. *Et amputabit tempus iniquitatis.*] In textu Græco, lege, ἀνομίας· id eſt, iniquitatis, loco, αὐτοῦ. MEN.

57. *Mutabit ſolem, lunam, & ſtellas.*] In melius videlicet, juxta illud Eſa. c. 30. *Et erit lux lunæ, ſicut lux ſolis, & lumen ſolis erit ſeptuplum.* Non interitum ſignificat priſtinorum, ſed commutationem in melius, inquit ſanctus Hieronymus in cap. 65. Eſa. ipſe enim exiſtimat in die judicii cælos non interituros ab igne, ſed in melius eſſe mutandos, & ita explicat locos Pſ. cit. 1. Cor. 7. & 2. Petri 3. Quemadmodum & totius mundi renovationem & purgationem, ita explicat ſanctus Auguſtinus, libro vigeſimo

* f. δε. * l. ἁγιάσει. * f. δικαιωθ.

δ' * οὐδ' ἄρα τότε καλῶς [58] καταπαυόμενος * [59] ἁγιάζει αὐτήν, ὅτε δυνησόμεθα αὐτοί, * δικαιωθέντες καὶ ἀπολαβόντες τὴν ἐπαγγελίαν, οὐκέτι οὔσης ἀνομίας, γεγονότων δὲ καινῶν πάντων ὑπὸ Κυρίου, τότε δυνησόμεθα αὐτὴν ἁγιάσαι, αὐτοὶ ἁγιασθέντες πρῶτον. Πέρας γέ τοι λέγει αὐτοῖς. τὰς νεομηνίας ὑμῶν, καὶ τὰ σάββατα ὑμῶν οὐκ ἀνέχομαι. Ὁρᾶτε, πῶς λέγει· οὐ [60] τὰ νῦν σάββατα ἐμοὶ δεκτά· ἀλλ' ὃ πεποίηκα, ἐν ᾧ καταπαύσας τὰ πάντα, [61] ἀρχὴν ἡμέρας ὀγδόης ποιήσω, ὅ ἐστιν ἄλλου κόσμου ἀρχήν. [62] Διὸ καὶ ἄγομεν τὴν ἡμέραν τὴν ὀγδόην

ctificabit illam; quando nos poterimus receptâ juſtâ promiſſione, deletâ iniquitate, novatis vero cunctes à Domino; poterimus, inquam, tunc eumdem diem ſanctum reddere, ipſi priùs ſancti effecti. Demum illis dicit; *Novilunia veſtras & Sabbata veſtra non fero.* Iſ. 1. 13. Cernite qua ratione loquatur: Non mihi accepta ſunt præſentia Sabbata; ſed illa quæ feci; quando ſcilicet univerſis finem imponens, octavi diei faciam initium, hoc eſt, initium alterius mundi. Dies octavus. Idcirco & diem octavum in lætitia agimus; in quo & Jeſus reſur-

---

ſimo de civitate Dei cap. 16. *Tunc figura hujus mundi mundanorum ignium conflagratione præteribit: ſicut factum eſt mundanarum aquarum inundatione diluvio: Illa itaque, ut dixi conflagratione mundana elementorum corruptibilium qualitates, quæ corporibus noſtris corruptibilibus congruebant, ardendo penitus interibunt: atque ipſa ſubſtantia eas qualitates habebit, quæ corporibus noſtris immortalibus mirabili mutatione conveniant, ut ſcilicet mundus in melius innovatus aperte accommodetur hominibus, etiam in carne in melius innovatis.* MEN.

58. *Refrigerans.*] Id eſt, requieſcens. MEN.

59. *Sanctificavit illam*] In textu Græco ſequitur, ὅτε δυνησόμεθα· ſed expungendum: & in Latina interpretatione reſtituenda quæ omiſſa ſunt, ut in textu Græco habentur, *Ipſi juſtam recipientes promiſſionem*, id eſt, quæ promiſſa ſunt, *ſublata iniquitate, renovatis vero omnibus à Domino.* MEN.

60. *Hæc ſabbata*] Judaica, *non accepta*, τὸ *non*, redundat: In textu Græco habetur, ἐμοὶ· ubi hæc, & ſequentia efferuntur in prima perſona, tanquam ſi eſſent ex Prophetæ textu. MEN.

61. *Ἀρχὴν ἡμέρας ὀγδόης ποιήσω*. Conjungit Sabbathum cum Octava ad ſignificationem alterius ſæculi, ſolemni Patrum more. Qui quidem ſenarium ſæpiſſime applicant præſenti vitæ, octonarium futuræ, ſeptenarium autem modo uni, modo alteri. Lege Clementem Alexandrinum Strom. 6. p. 682. &c. Origenem Homil. 23. in Numeros. Hieronymum Epiſt. 139. ſeu ad Pſalm. LXXXIX. 4. & Auguſtinum Epiſt. 119. cap. 13. *Quo fit*, dicitur in libro Sacramentorum B. Gregorii Papæ p. 13. *in ſenario numeri perfectione in hoc ſæculo vivatis; & in ſeptenario inter beatorum ſpirituum agmina requieſcatis: quatenus in octavo reſurrectione renovati, Jubilei remiſſione ditati, ad gaudia ſine fine manſura perveniatis.* Et in Commentario Bedæ ad Pſalm. LXXXIX. 10. *Sex ætates hujus ſæculi ſunt: ſeptima dormientium, id eſt, illorum qui adhuc expectant communem reſurrectionem: octava vero reſurgentium, quando noviſſima mors deſtruetur, & quando duplici ſtolâ veſtientur, ſcilicet, in anima & in corpore.* Atque in Petro Damiani lib. 6. epiſt. 33. *Quaſi enim ſexta feria eſt tota hæc vita, in qua nunc tanquam morientes vivimus, & in qua crucem quotidie poſt Jeſum portare jubemur: Sabbatum autem, quod utique requies interpretatur, illud ſignificat ſpatium, quod eſt à die quâ morimur, uſque ad reſurrectionis diem, qua videlicet ad tribunal æterni Judicis reſumptis corporibus præſentamur: dies verò Dominicus illa poſt judicium æternitas erit, quæ lucis & gloriæ terminum non habebit. In hujus ergo deficientis temporis Sabbato unuſquiſque noſtrum ſuum corpus affligat, ut in illo poſtmodum ſuaviter requieſcat.* Enimvero Chiliaſtæ annos ſex mille præſenti rerum ſtatui tribuebant, ſeptimum millenarium aſſignabant regno Chriſti cum ſanctis ſuis, ogdoadem æternæ beatitudini conſecrabant. Adi Bedam de temporum ratione cap. 66. COT.

Initium octavæ diei faciam.] Ex his patet noviſſimum diem hujuſce ſæculi eſſe ſeptimum: cui ſucceſſurus octavus dies æternæ felicitatis initium. Hoc enim perpetuæ beatitudinis ævum, unicum & æternum complectens diem ſine ulla caligine, & lucis viciſſitudine à ſanctis Patribus Octava appellatur, qui ſeptimo diei hebdomadæ ſuccedit. Cum enim Deus, ait ſanctus Gregorius Nyſſenus in Expoſitione in Pſal. 6. mundum & omnia quæ in eo ſunt, ſex diebus creaſſet, & ſeptimo requieviſſet: ſicque per revolutionem ſeptimanarum omnia decurrant uſque ad judicii diem, finita ultima ſeptimana, incipit octavus dies in ævum manſurus, ſine ulla dierum revolutione, ſine ulla noctis & lucis viciſſitudine, διὰ τῆς ἑβδομαδικῆς περιόδου συμπεραιουμένου τοῦ χρόνου ὀγδόη μετὰ τὴν ἑβδόμην ἡμέρα ὀγδόη μὲν λεγομένη, ὅτι μετὰ τὴν ἑβδόμην γίνεται, ἀριθμὸν δὲ τὸν διαδοχῆς ἐφ' ἑαυτῆς δεχομένη, &c. id eſt, propterea quod ſeptenario tempore finito, poſt ſeptimum ſuccedet dies octavus: qui octavus quidem dicitur, quia poſt ſeptimum exiſtit? numeri vero viciſſitudinem in ſeſe non amplius admittet: Unus enim in perpetuum nulla unquam caligine diremptus permanet: alius enim eum efficit ſol, qui verum ſuo fulgore lucem edit. qui poſtquam nobis ſemel illuxerit, ut inquit Apoſtolus, deinceps occaſu non occultatur. Hujus rei notitiam aliquam habuiſſe videtur Plato rerum Hebraicarum haud plane ignarus, qui ait ſanctos viros poſt

hanc vitam, poſtquam ſeptem dies in prato amœniſſimo conſtiterint, octavo inde migraturos ad cælum, videlicet per ſeptem planetarum orbes· ἃ δή φασι τὰς πλανωμένας πορεία ἐπὶ τὸν οὐρανὸν ἄγει. ταύτην τὴν ὀγδόην κινεῖσθαι τε καὶ ἡμέραν, id eſt, quod autem poſt errantes illos orbes iter ſuſcipitur, rectâ perducit ad cælum: is enim octavus eſt motus & dies, apud Clementem Alexandrinum, lib. 5. Strom. MEN.

62. *Ἄγομεν τὴν ἡμέραν τὴν ὀγδόην εἰς εὐφροσύνην, ἐν ᾗ καὶ ὁ Ἰησοῦς ἀνέστη ἐκ νεκρῶν.* Videto hic Conſtitut. Apoſtol. lib. 5. cap. ult. & Ignatium ad Magneſianos num. 9. Τὰς συνάξεις ἀπέταξας, inquit Epiphanius in Expoſitione fidei cap. 22. ἐπιτελεῖσθαι ἐν τῇ κυριακῇ ἡμέρᾳ. Ante eum verò ſcripſerat Tertullianus Apologetici cap. 16. *Diem Solis lætitiæ indulgemus.* Atque is dies à SS. Patribus Reſurrectionis dies appellatur, quia eo Chriſtus Deus noſter revixit; ut cum aliis docet Origenes Homiliâ 5. in Iſaiam, quam ex Græco corrupto in Latinum tranſlatam habemus inter Opera illius. Verba quidem Interpretationis ſunt; *Et quia nunc populi multitudo eſt propter Paraſceven, & maximè in Dominica die, quæ paſſionis Chriſti commemoratrix eſt (neque enim reſurrectio Domini ſemel in anno, & non ſemper poſt ſeptem dies celebratur) orate Deum &c.* At res poſtulat, *Et quia nunc populi multitudo eſt propter Paraſceven, quæ paſſionis Chriſti commemoratrix eſt; & maximè in Dominica die. neque enim &c.* Eleganter in Explanatione Pſalmi 117. Tom. 9. B. Hieronymi, ad verſiculum 24 *Hæc eſt dies quam fecit Dominus, exſultemus & lætemur in ea: Omnes dies quidem fecit Dominus; ſed cæteri dies poſſunt eſſe Judæorum, poſſunt eſſe Hæreticorum, poſſunt eſſe Gentilium: dies Dominica, dies Reſurrectionis; dies Chriſtianorum, dies noſtra eſt. Unde & Dominica dicitur: quia in ea Dominus victor aſcendit ad Patrem. Quòd ſi à Gentilibus dies Solis vocatur, & hoc nos libentiſſimè confitemur. Hodie enim lux mundi orta eſt, hodie ſol juſtitiæ ortus eſt.* COT.

Propter quod agimus diem octavum.] Reddit rationem quare celebritas diei octavi, id eſt, diei Dominici ſucceſſerit Sabbati ſolennitati, quia videlicet repræſentatio eſt diei illius octavi, qui harum rerum corruptioni ſuccedens, eſt felicitatis initium, tum etiam ob memoriam venerandæ reſurrectionis Chriſti. Ita ſanctus Hilarius præfatione in explanationem Pſalmorum agens de ſabbato ſabbatorum, quod quinquagenario numero circumſcribitur, cujus perfectio eſt Ogdoas, id eſt, octavus numerus, quo ſignificatur perfecta remiſſio peccatorum, eique ſuccedens regnum Hieruſalem cæleſtis, tandem ait. *Namque cum in ſeptimo die, ſabbati ſit, & nomen, & obſervantia conſtituta: tamen nos in octava die, quæ & ipſa prima eſt, perfecti ſabbati feſtivitate lætamur.* His quadrat illud Theodoreti in 1. epitome: ἡ μὲν οὖν τῆς πνευματικῆς ἀναπαύσεως τὸ μυστήριον, ἐν ὀγδοάδι ἡ κυριακὴ ἐσφράγισται· id eſt, requies igitur ſpiritualium in Dominica, in octava, quæ Dominica appellatur. Sanctus Ignatius epiſt. ad Magneſianos: μετὰ τὸ σαββατίσαι ἑορταζέτω πᾶς φιλόχριστος τὴν κυριακήν, τὴν ἀναστάσιμον, τὴν βασιλίδα, τὴν ὕπατον πασῶν ἡμερῶν. ἣν ἀποβλέπων ὁ προφήτης ἔλεγεν εἰς τὸ τέλος ὑπὲρ τῆς ὀγδόης· ἐν ᾗ καὶ ἡ ζωὴ ἡμῶν ἀνέτειλε, καὶ ὁ τοῦ θανάτου νῖκος γέγονεν ἐν Χριστῷ· id eſt, poſt Sabbatum omnis Chriſti amator Dominicum celebret diem, reſurrectioni Domini conſecratum, & principem omnium dierum, quem exſpectans Propheta dicebat, *in finem pro octava:* In quo vita noſtra orta eſt, & mortis victoria in Chriſto facta eſt: ubi octavam non pro initio felicitatis æternæ, ſed pro die reſurrectionis Chriſti uſurpat, nec diſcrepat ſanctus Athanaſius ſerm. de Sabbato & circumciſione. τέλος μὲν οὖν τῆς προτέρας κτίσεως ἦν τὸ σάββατον. ἀρχὴ δὲ δευτέρας ἡ κυριακή. ἐν ᾗ τὴν παλαιὰν ἀνενέωσε, καὶ ἀνεκαίνισε, &c. id eſt, finis igitur prioris creationis ſabbatum: ſecundæ autem creaturæ initium Dominicus dies, in quo veterem renovavit & inſtauravit. Sicut igitur prioribus temporibus ſabbati diem ſervari voluit, in monumentum finis priorum, ita Dominicum diem veneramur, ut monumentum exordii ſecundæ reparationis. Et præclare auctor quæſtionum veteris teſtamenti quæſt. 19. rationem reddens quare octavo die mandatum eſt circumcidi: *quia juxta numerum & curricula dierum poſt ſeptem ipſe rurſum primus invenitur, quaſi poſt ſabbatum, ut jam non octavus habeatur, ſed primus. Quia enim ſalus futura per Chriſtum in primo* die

ſurrexit à mortuis: & cùm apparuiſſet, aſcendit ad cœlos.

De Templo. XVI. Adhuc & de templo dicam vobis; quo modo errantes miſeri, non in ipſum Deum effectorem eorum, ſpem habuerunt, ſed in ædem, quaſi domus Dei eſſet. Nam ferè inſtar Gentium, conſecraverunt illum in templo. Atqui quo pacto Dominus loquatur, templumque irri-
Iſ. 40. 12. tum faciat, accipite: *Quis menſus eſt cœlum, palma; & quis terram, pugillo? Nonne ego? Dicit*
Iſ. 66. 1. *Dominus; Cœlum mihi thronus eſt; terra autem ſcabellum pedum meorum. Quam mihi domum ædificabitis; aut quis locus requietis meæ?* Cognoſcite quòd vana eſt ſpes illorum. Et tandem rur-
Iſ. 49. 17. ſus ait; *Ecce qui deſtruxerunt templum hoc; ipſi illud ædificabunt.* Idque evenit. Nam quia bellum gerunt, nunc ab hoſtibus deſtructum eſt templum; ipſique hoſtium miniſtri reædificant illud.

εἰς εὐφροσύνην, ἐν ᾗ καὶ ὁ Ἰησοῦς [63] ἀνέστη ἐκ νεκρῶν. [64] καὶ φανερωθεὶς ἀνέβη εἰς τοὺς οὐρανούς.

[65] Ἔτι καὶ περὶ τοῦ ναοῦ ἐρῶ ὑμῖν· πῶς πλανώμενοι οἱ ταλαίπωροι [66] ἐπὶ τὴν ὁδὸν ἤλπισαν, καὶ [67] οὐκ ἐπὶ τὸν Θεὸν αὐτῶν τὸν ποιήσαντα αὐτούς, ἀλλ' ὡς ὄντα οἶκον Θεοῦ. Σχεδὸν γὰρ, ὡς τὰ ἔθνη, ἀφιέρωσαν αὐτὸν ἐν τῷ ναῷ. Ἀλλὰ πῶς λέγει κύριος, καταργῶν αὐτὸν, μάθετε· [68] τίς ἐμέτρησε τὸν οὐρανὸν σπιθαμῇ, καὶ τίς τὴν γῆν δρακί; [69] οὐκ ἐγώ; λέγει κύριος· ὁ οὐρανός μοι θρόνος, ἡ δὲ γῆ ὑποπόδιον τῶν ποδῶν μου. Ποῖον οἶκον * οἰκοδομήσετέ μοι, ἢ τίς τόπος τῆς καταπαύσεώς μου; γνῶτε, ὅτι ματαία ἡ ἐλπὶς αὐτῶν. Πέρας γοῦν πάλιν λέγει· ἰδοὺ [70] οἱ καθελόντες τὸν ναὸν τοῦτον, αὐτοὶ αὐτὸν [71] οἰκοδομήσουσι. Γίνεται. Διὰ γὰρ τὸ πολεμεῖν αὐτοὺς, [72] καθῃρέθη ὑπὸ τῶν ἐχθρῶν· νῦν καὶ αὐτοὶ [73] οἱ τῶν ἐχθρῶν ὑπηρέται * ἀνοικοδομήσουσιν αὐτόν. Πάλιν [74] ὡς ἤμελλεν ἡ πόλις, καὶ

* l. οἰκοδομήσετε.

* f. ἀνοικοδομῶσι.

---

die erat prædeſtinata, qui Dominicus ideo dicitur: quia in eo reſurrexit Dominus, qui eſt poſt ſabbatum. Ita ſanctus Athanaſius ſermone citato: Διὰ τοῦτο καὶ ὀγδόῃ ἡμέρᾳ περιτέμνεσθαι ὁ νόμος ἐκέλευσε, καὶ οὐδέποτε παρέβη τὸ ἐπίταγμα, σημαίνων τὴν μετὰ τὴν ἑβδόμην ἀναγέννησιν πάντων· id eſt, idcirco octavo die circumcidi imperatum fuit à lege, neque id unquam violabatur mandatum: ſignificans poſt ſeptimum diem omnium regenerationem. Duas reddit rationes ſanctus Juſtinus Martyr ſub finem ſecundæ Apologiæ pro Chriſtianis, τὴν δὲ τοῦ ἡλίου ἡμέραν κοινῇ πάντες τὴν συνέλευσιν ποιούμεθα. ἐπειδὴ πρώτη ἐστὶν ἡμέρα, ἐν ᾗ ὁ Θεὸς τὸ σκότος, καὶ τὴν ὕλην τρέψας κόσμον ἐποίησε· καὶ Ἰησοῦς Χριστὸς ὁ ἡμέτερος σωτὴρ τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ ἐκ νεκρῶν ἀνέστη· id eſt, ſolis autem die communiter omnes conventum agimus, quandoquidem is primus dies eſt, quo Deus tenebris, & materia verſa mundum effecit: & Jeſus Chriſtus Salvator noſter eo ipſo die à mortuis reſurrexit. Solis dies eſt Dominicus MEN.

In legationem.] Lege *in lætitia*, ut in textu Græco. In lætitia agunt diem octavum, ſeu Dominicum Chriſtiani, quia illo die ex antiquo Apoſtolorum, & Eccleſiæ inſtituto non jejunabant, nec genua flectebant. Sanctus Ignatius epiſt. εἴ τις κυριακὴν ἢ σάββατον νηστεύει, πλὴν ἑνὸς σαββάτου τοῦ πάσχα, οὗτος Χριστοκτόνος ἐστί· id eſt, ſi quis jejunat in Dominica, vel Sabbato, excepto uno (nempe magno Sabbato ante Paſcha) Chriſticida eſt. Auctor quæſtionum ad orthodoxos inter opera S. Juſtini Martyris quæſt. 115. τὸ δὲ ἐν τῇ κυριακῇ μὴ κλίνειν γόνυ σύμβολόν ἐστι τῆς ἀναστάσεως, &c. id eſt, in Dominica non flectere genu ſignum reſurrectionis eſt: & paulo poſt: ἐκ τῶν Ἀποστολικῶν δὲ χρόνων ἡ τοιαύτη συνήθεια ἔλαβε τὴν ἀρχὴν, καθώς φησιν ὁ μακάριος Εἰρηναῖος ὁ μάρτυς, καὶ Ἐπίσκοπος Λουγδούνου ἐν τῷ περὶ τοῦ Πάσχα λόγῳ· id eſt, hæc autem conſuetudo initium accepit à temporibus Apoſtolorum, ut dicit beatus Irenæus martyr & Epiſcopus Lugduni in libro de Paſcha. S. Hilarius in prologo Pſalmorum explicationis: *Et hæc quidem ſabbata ſabbatorum ea ab Apoſtolis religione celebrata ſunt, ut his quinquageſimæ diebus, nullus neque in terram ſtrato corpore adoraret, neque jejunio feſtivitatem ſpiritualis hujus beatitudinis impediret: quod ad ipſum extrinſecus etiam in diebus Dominicis eſt inſtitutum, qui altera ſabbati numeram per plenitudinem Evangelicæ prædicationis accedunt: Namque cum in ſeptimo die, ſabbati ſit nomen & obſervantia conſtituta, tamen nos in octava die, quæ & ipſa prima eſt, perfecti ſabbati feſtivitate lætamur.* Ubi *in extrinſecus*, id eſt, extra Dominicas quinquageſimæ. Hac de re, vide obſervationes noſtras ad Concordiam regularum S. Benedicti Abbatis Anianenſis cap. 50 §. 3. & 7. Quod autem hic dicit S. Ignatius de jejunio Sabbati, hoc maxime ſpectat ad Orientales, de quo conſule etiam obſervationes noſtras ad eamdem Concordiam cap. eod. §. 6 MEN.

63. Ita dies Dominica non tantum Servatoris noſtri, ſed univerſalem omnium reſurrectionem repræſentat, & æternum in cœleſti gaudio ſabbatiſmum. Hinc erat quod cum ſolenni lætitia celebraretur; & die illo jejunare Anathemate olim vindicatum. OXON.

64. *Et apparuit, & aſcendit*] Hic videtur dicere Chriſtum aſcendiſſe in cœlum die Dominica, imo eodem die quo reſurrexit, quod falſum eſt. Itaque puto hunc locum eſſe corruptum. In textu Græco legitur, καὶ φανερωθεὶς ἀνέβη εἰς τοὺς οὐρανούς· id eſt, *& cum apparuiſſet, aſcendit ad cœlum*: quæ ita ſunt interpretanda: cum apparuiſſet per quadraginta dies videlicet, poſtea aſcendit ad cœlos: quaſi hæc dicta ſint obiter extra ſuum locum: ut non neceſſe ſit referri ad diem octavum. MEN.

Quando dicitur, quod die Dominica, Servator *reſurrexit & apparuit & aſcendit in cœlos*, ita intelligendum, quod revera reſurrexit eo die, & ſæpius apparuit; ſed deinde quadrageſima aſcendit. In Græco habetur φανερωθεὶς, ſcil. *cum apparuiſſet, aſcendit.* OXON.

65. *Adhuc & de templo dicemus.*] Sequitur caput, in quo agit de templo Judæorum, & de illius ruina, & de templi ſpiritalis ædificatione. MEN.

66. Ἐπὶ τὴν ὁδὸν ἤλπισαν. Interpres, *In ædem ſpem habuerunt.* ſive legerit τὸν οἶκον, aut τὸν δόμον, aut quid ſimile, ſive ita voluerit vertere ex ſenſu. Fortè enim templum appellarit viam ὁδὸν, quia ducit ad Deum, conctorum terminum. Quid ſi alludamus ad locum III. Reg. VIII. (cui conſimilis II. Paralip. VI. 34. 38) in LXX. verſ. 44 ὅτι (aliter at melius ὅτι) ἐξελεύσεται ὁ λαός σου εἰς πόλεμον ἐπὶ τοὺς ἐχθροὺς αὐτοῦ ἐν ὁδῷ ᾗ ἐπιστρέψεις αὐτούς, καὶ προσεύξονται ἐν ὀνόματι κυρίου ὁδὸν τῆς πόλεως ἧς ἐξελέξω ἐν αὐτῇ, καὶ τοῦ οἴκου οὗ ᾠκοδόμησα τῷ ὀνόματί σου. verſ. 48 καὶ προσεύξονται πρὸς σὲ ὁδὸν γῆς αὐτῶν ἧς ἔδωκας τοῖς πατράσιν αὐτῶν, καὶ τῆς πόλεως ἧς ἐξελέξω, καὶ τοῦ οἴκου οὗ ᾠκοδόμησα τῷ ὀνόματί σου. Conſtat Judæos plus ſatis confidiſſe templo Hieroſolymitano. Quò factum, ut poſtea Ebionæi, qui Judaïcas ſuperſtitiones cum Chriſtiana Religione connectebant, Hieroſolymam adorarent, quaſi domum Dei, teſte ſancto Irenæo lib. 1. cap. 26. COTEL.

In ædem] In textu Græco, ἐπὶ τὴν ὁδὸν, id eſt, in viam male. Lege, ἐπὶ τὸν οἶκον, id eſt, in ædem MEN.

67. *Tamquam in Dominum*] Lege, *tamquam non in Deum* e ex textu Græco. MEN.

68. *Quis menſus eſt, &c.*] Eſa. 40. Juxta Septuaginta. Sed locum mutilum ita reſtitue: *Quis menſus eſt manu aquam, & cœlum palmo, & totam terram pugno*, & dele *in*, *apprehendat.* Græca etiam corrupta ſic caſtiganda ſunt: τίς ἐμέτρησε τῇ χειρὶ τὸ ὕδωρ, καὶ τὸν οὐρανὸν σπιθαμῇ, καὶ πᾶσαν τὴν γῆν δρακί. MEN.

69. *Nonne mihi dicit Dominus*, &c. Lege: *Nonne, dicit Dominus, cœlum mihi*: & in textu Græco lege: οὐκ ἐγώ λέγει κύριος. Eſa. 66. MEN.

70. *Qui depoſuerunt templum hoc*, &c. Hic locus habetur, Eſa. 49. καὶ ταχὺ οἰκοδομηθήσῃ ὑφ' ὧν καθῃρέθης, καὶ οἱ ἐρημώσαντές σε ἐξ σοῦ ἐξελεύσονται, &c. *Et cito ædificata es, à quibus deſtructa fuiſti, & qui deſolaverunt te, ex te egredientur. Leva in circuitu oculos tuos, & vide omnes. Ecce congregati ſunt, & venerunt tibi.* Sed Barnabas poſuit ſpeciem pro genere, ſeu partem pro toto, id eſt, templum pro gente Iſraelitica, clarioris explicationis gratia: Hocque procedit juxta quartam regulam Tichonii apud ſanctum Auguſtinum, libro tertio de doctrina Chriſtiana cap. 34. & ſenſus eſt: qui deſtruxerunt te corporaliter ò Iſrael, ædificabunt te ſpiritualiter: qui deſtruxerunt templum ſuum materiale, ædificabunt ſpirituale: *ex te exibunt*: quia gentiles ab Apoſtolis Judæis veri Dei cultum docebuntur. MEN.

71. *Ædificabunt.*] Spiritaliter, ut mox videbitur. MEN.

72. *Depoſitum eſt ab inimicis*] Intelligit deſtructionem templi Hieroſolymitani à Tito factam: Poſt hæc verba, *depoſitum eſt ab inimicis*, ſequitur in Græco. MEN.

73. *Nunc & ipſi inimicorum miniſtri ædificabunt illud.*] Quæ verba deſiderantur in Latino. Hæc autem intelligenda ſunt ſpiritaliter de templo ſpirituali, quod ethnici ad fidem converſi in ſe ædificant, ut ex ſequentibus patet. Quare in textu Græco male τὸ νῦν jungitur nomini ἐχθρῶν, miniſtri inimicorum ſunt aulicæ imperatorum Neronis, Veſpaſiani, & Titi, qui fuerunt inimici ſeu poſtis hoſtes Judæorum. Multi enim horum Imperatorum domeſtici fidem Chriſti receperunt. Unde ad Philip. 4. *Salutate omnem Sanctum, maxime autem qui de Cæſaris domo ſunt.* MEN.

74. *Sicut.*] Ideſt, quemadmodum. MEN.

Imminebat.] Ideſt, debebat, ut in textu Græco, ἤμελλεν ut ſuprà notatum eſt. MEN.

καὶ ὁ ναὸς, καὶ ὁ λαὸς Ἰσραὴλ παρεδίδοτο, [75] ἐφανερώθη. Λέγει γὰρ ἡ γραφή· [76] καὶ ἔσται ἐπ' ἐσχάτων ἡμερῶν, παραδώσει κύριος τὰ πρόβατα τῆς νομῆς, καὶ τὴν [77] μάνδραν, [78] καὶ τὸν πύργον αὐτῶν, εἰς καταφθοράν. Καὶ ἐγένετο καθ' ἃ ἐλάλησε κύριος. [79] ζητήσωμεν οὖν, εἰ ἔστι ναὸς Θεοῦ. Ἔστιν· ὅπου αὐτὸς λέγει ποιεῖν καὶ καταρτίζειν. Γέγραπται γάρ. Καὶ ἔσται [80] τῆς ἑβδομάδος συντελουμένης οἰκοδομηθήσεται ναὸς Θεοῦ * ἐνδόξως, ἐπὶ τῷ ὀνόματι κυρίου. Εὑρίσκω οὖν ὅτι ἐστὶ ναός. Πῶς οὖν οἰκοδομηθήσεται ἐν ὀνόματι κυρίου; μάθετε. [81] Πρὸ τοῦ ἡμᾶς πιστεῦσαι τῷ Θεῷ ἦν ἡμῶν τὸ [82] κατοικητήριον τῆς καρδίας φθαρτὸν καὶ ἀσθενές; [83] ὡς ἀληθῶς οἰκοδομητὸς ναὸς διὰ χειρός· ὅτι [84] ἦν πλήρης μὲν εἰδωλολατρείας, * οἶκος, * εἰδωλολατρεία [85] ἦν οἶκος δαιμονίων, διὰ τὸ ποιεῖν ὅσα ἦν ἐναντία τῷ Θεῷ. Οἰκοδομηθήσεται δὲ ἐπὶ τῷ ὀνόματι κυρίου. [86] Προσέχετε, ἵνα ὁ ναὸς κυρίου * ἐνδόξως οἰκοδομηθῇ. Πῶς; μάθετε· [87] λαβόντες τὴν ἄφεσιν τῶν ἁμαρτιῶν, [88] καὶ ἐλπίσαντες ἐπὶ τῷ ὀνόματι τοῦ κυρίου, ἐγενόμεθα καινοί, [89] πάλιν ἐξ ἀρχῆς κτιζόμενοι· διὸ ἐν τῷ κατοικητηρίῳ ἡμῶν ἀληθῶς ὁ Θεὸς. κατοικεῖ ἐν ἡμῖν. Πῶς; ὁ λόγος αὐτοῦ τῆς πίστεως, ἡ κλῆσις αὐτοῦ ἐπαγγελίας, ἡ σοφία τῶν δικαιωμάτων, αἱ ἐντολαὶ τῆς διδαχῆς· αὐτὸς [90] ἐν ἡμῖν προφητεύων, αὐτὸς ἐν ἡμῖν κατοικῶν, τοῖς τῷ θανάτῳ δεδουλωμένοις [91] ἀνοίγων ἡμῖν θύρας τοῦ ναοῦ, [92] ὅ ἐστι στόμα, μετάνοιαν διδοὺς ἡμῖν,

* l. ἐνδόξως.

* καὶ Clem. & Interpr.

* Clem. ἐνδόξως Pars distinctione juvandus Clemens.

Iterum quòd tradenda eſſet civitas unà cum templo & cum populo Iſraëlitico, eſt declaratum. Ait quippe Scriptura; *Et erit in noviſſimis diebus, tradet Dominus oves paſcuæ, & caulam, & turrim eorum, in exitium.* Atque contigit quemadmodum locutus eſt Dominus. Quæramus itaque an exſtet templum Dei. Exſiſtit; quandoquidem ipſemet ſe illud facere ac perficere teſtatur. Scriptum enim eſt; *Et erit, hebdomadâ completâ ædificabitur magnificè templum Dei, in nomine Domini.* Invenio igitur, quòd templum exſiſtit. Qua ratione ergo ædificabitur in nomine Domini? Diſcite. * Antè quàm Deo crederemus, erat cordis noſtri domicilium corruptioni obnoxium & imbecille, ad modum templi verè per manus ædificati: plenum ſiquidem erat Idolorum cultu, & erat domus Dæmoniorum; quòd faceret quæcumque Deo contraria ſunt. Ædificabitur autem in nomine Domini. Attendite; ut templum Domini magnificè ædificetur. Quo modo? Diſcite; acceptâ remiſſione peccatorum, & ſpe habitâ in nomen Domini, facti ſumus novi, iterum ab integro creati: quare in domicilio noſtro verè Deus exſiſtit; habitat in nobis. Quo modo? Verbum ejus fidei, vocatio ejus promiſſionis, ſapientia juſtificationum, mandata doctrinæ: ipſe in nobis prophetat; ipſe in nobis inhabitat; morti addictis nobis aperit fores templi, id eſt, os; nobis dat pœnitentiam; ſicque in-

Jer. 25. Iſ. 5.

Dan. 9. Agg. 2.

* Hæc & ſequentia citantur à Cl. Alex. 2. Strom. ante finem. p. 410. 411.

75. *Propalavit.*] Lege, *propalatum eſt.*] MEN.

76. *Dicit enim Scriptura in noviſſimis diebus, &c.*] Hæc, prout hic habentur, non ſunt in tota Scriptura: ſed quia ſparſim multis in Scripturæ locis comminatur Deus civitatis, & templi deſtructionem, S. Barnabas hæc juxta Scripturæ ſenſum propoſuit MEN.

77. *Cubile.*] Lege, *Ovile*, ut in textu Græco, μάνδραν. MEN.

78. *Et turrem eorum.*] Alludit ad turrim illam, de qua in parabola vineæ, Eſa 5. MEN.

79. *Quæramus ergo.*] Iam deſtructo templo Hieroſolymitano, quærit an alterum templum ſucceſſurum ſit. MEN.

80. *Septimo die conſummato.*] In textu Græco legitur, τῆς ἑβδομάδος συντελουμένης· id eſt, ſeptimana conſummata clarius & rectius. Et hæc eſt hebdomada ultima hebdomadarum ſeptuaginta apud Danielem cap. 9. quæ quadringentis annis & nonaginta conſtant: quibus evolutis deſtructa eſt Hieruſalem ſublatis hoſtia & ſacrificio. De qua ultima hebdomada ita apud Prophetam: *Confirmabit autem pactum multis hebdomada una, & in dimidio hebdomadis deficiet ſacrificium & hoſtia*: Quod his verbis interpretatus eſt ſanctus Barnabas: *Cum ait, & ſeptimana conſummata ædificabitur templum Deo præclare*: id eſt, templum ſpirituale, cum Deus confirmaverit pactum ſuum multis, cum videlicet ſublatis veteris legis ſacrificiis, & ceremoniis adorabunt Patrem in Spiritu & veritate. Harum autem ſeptuaginta hebdomadarum complementum contigit juxta Tertullianum, cum deſtructa eſt Hieroſolyma, primo anno imperii Veſpaſiani, qui ſupputat initium hujuſmodi hebdomadarum ab anno primo Darii Perſarum Regis, quemadmodum & auctor quæſtionum ex veteri teſtamento, qu. 44. ex Tertulliano Julius Africanus, ut refert Euſebius, libro octavo de demonſtratione Evangelica cap. 2. ut eas terminaret ad Chriſti paſſionem deducens eas à vigeſimo anno regni Artaxerxis Longimani, quo Nehemias pincerna regius præceptum à Rege accepit, ut ædificaretur Hieruſalem, juxta annos Hebræorum, qui computantur ad Lunæ curſum ſingulis annis aſſignando trecentos, & quinquaginta quatuor dies. Cum autem addit Barnabas. *Ædificabitur templum Deo præclare in nomine Domini*, reſpicere videtur ad illud Aggæi Prophetæ cap. 2. proferens potius ſenſum, quam verba: *Magna erit gloria domus iſtius noviſſimæ pluſquam primæ.* Ita ut duos locos Danielis, & Aggæi ſimul conjunxerit, cum dixit: *Et ſeptimana conſummata ædificabitur templum Deo*, &c. MEN.

81. *Antequam crederemus Deo.*] Hæc uſque ad illa verba, *in nobis prophetans*, proferuntur a Clemente Alexandrino libro ſecundo Strom. MEN.

Hinc quidam ſibi perſuaſerunt, conſtare poſſe, auctorem hujus Epiſtolæ non fuiſſe Barnabam, ſed aliquem qui ex Ethniciſmo ad fidem perveneratt: minime conſiderantes illum in enarratione ſenſus myſtici ſpiritualis templi verſari. Nimirum, licet Judæi ſibi placerent quod verum Deum colerent, & ab idolis abhorrerent; *illos pitnos fuiſſe* docet *adorationibus idolorum*, & fuiſſe *domus dæmoniorum*, *propter quod facerent quæ Deo eſſent contraria.* Hoc ſenſu, Clemens Alex. Strom. 2. locum hunc intellexit, adducitque ut probet τὰ ἀρμόδια ταῖς ἐνεργείαις καὶ τὰ ποιήματα τοῖς ἀγγέλοις εἰς τὴν ἁμαρτωλοῦ ψυχὴν ἐπεισιέναι· hoc adjecto elogio eum eſſe μάρτυρα ἀποστολικὸν ὃ τῶν ἑβδομήκοντα εἷς καὶ συνεργὸς τοῦ Παύλου. Eodem certe jure quo ex iſtis verbis elicitur hujus Epiſtolæ Scriptorem alienigenam fuiſſe, idem de B. Petro conficietur, quia 1 Ep. 4. 3. ſe illis adnumerat qui polluebantur ἀθεμίτοις εἰδωλολατρείαις. OXON.

82. *Habitatio.*] In textu Græco Barnabæ, κατοικητήριον, apud Clementem, οἰκητήριον: In textu Græco Barnabæ, & apud Clementem additur, τῆς καρδίας, id eſt, cordis. MEN.

83. *Sicut.*] Ita apud Barnabam, ὡς, quod deeſt apud Clem. apud quem ſequitur ἀληθῶς, id eſt, verè, quod deeſt in expoſitione Latina. MEN.

84. *Pleni eramus adorationibus idolorum.*] In textu Græco Barnabæ, ὅτι ἦν πλήρης μὲν εἰδωλολατρείας οἶκος· id eſt, quia plena erat domus idololatriæ, apud Clementem deeſt, οἶκος, recte, & expone: *quia erat plenum*, (templum videlicet) *idololatria*. MEN.

85. *Et erat domus dæmoniorum.*] Ita apud Clementem. Apud Barnabam, non ita recte additur, εἰδωλολατρεία· Exponens autem Clemens hæc Barnabæ verba ait: τὰς ἐνεργείας ἂν τοῖς δαιμονίοις καταλλήλως ἐπιτελεῖν φησι τοὺς ἁμαρτωλούς, οὐχὶ δὲ αὐτὰ τὰ πνεύματα ἐν τῇ τοῦ ἀπίστου κατοικεῖν ψυχῇ λέγει· id eſt, operationes igitur dæmonis convenientes facere dicit peccantes, non autem ipſos Spiritus, hoc eſt, dæmones in anima infidelis hominis habitare. MEN.

86. *Præclare templum Deo attendite.*] Hæc ſunt mutila, & tranſpoſita, lege, ut in textu Græco, *attendite, ut præclare templum Deo ædificetur.* MEN.

87. *Ut accipiatis.*] Lege, *ut cum accepimus.* MEN.

88. *Cum crediderimus.*] Præpone particulam, &, ut in textu Græco, & apud Clementem. MEN.

89. *Quales ab initio creati.*] Hic quædam deſunt, ut in textu Græco, ſic ſupplenda ex Clem. οὐ γὰρ οἱ δαίμονες ἡμῶν ἐκβάλλονται, ἀλλ' αἱ ἁμαρτίαι ἀφίενται ἃς ὁμοίως ἐκείνοις ἐπετελοῦμεν, πρὶν ἢ πιστεῦσαι· id eſt, non enim ex nobis dæmones ejiciuntur, ſed peccata dimittuntur, quæ ſimiliter atque illi faciebamus, antequam crederemus. Explicat ergo, quomodo peccator ſit dæmonis habitaculum: nimirum non quod vere dæmon inhabitet in peccante: ſed quia peccator dæmoni opera convenientia facit: ac proinde non proprie ejici dæmonem ex anima, ſed peccata dimitti, quæ conformiter dæmonibus homo faciebat, antequam crederet. MEN.

90. *In nobis prophetans.*] Nempe Deus, cujus impulſu prophetamus. MEN.

91. *Aperuit oſtium templi noſtri.*] Lege ergo in Græco: ἀνοίγων θύραν τοῦ ναοῦ ἡμῶν. Nam ut ex antecedentibus notum eſt, tota hæc diſputatio eſt de habitaculo, ſeu templo hominis fidelis, in quo Deus habitat. MEN.

92. *Quod eſt in ſapientia.*] Lege, ut in textu Græco, *quod eſt os pœnitentiam dans nobis.* Nam oſtium templi noſtri eſt os, quod aperitur per confeſſionem, data nobis divinitus pœ-

introduxit in templum incorruptum. Quare qui cupit eſſe ſalvus; non in hominem reſpicit, ſed in eum qui in homine habitat atque loquitur; admirans quòd numquam, neque audierit eum talia verba ore fundentem, neque ipſe audire deſideraverit. Hoc eſt templum ſpiritale Domino conſtructum.

XVII. Quantùm & quàm ſimpliciter potuimus vobis declarare; ſpes eſt animo meo, nihil me deſiderio meo reliquiſſe eorum quæ ad veſtram ſalutem ſpectant, quæque ſunt præſentia: Si enim de futuris ſcripſero vobis, non intelligetis; quoniam in Parabolis poſita ſunt. Et hæc quidem ad hunc modum.

Duæ viæ. Origen. 3. de Principiis 2. & ad Rom. 1. 24.

XVIII. Transeamus autem & ad alteram cognitionem atque doctrinam. Duæ ſunt viæ doctrinæ ac poteſtatis; una lucis, altera tenebrarum. Differentia verò multa duarum viarum. Uni ſiquidem præpoſiti ſunt, lucis conciliatores, Angeli Dei; alteri verò, Angeli Satanæ: ac ille quidem, Dominus eſt à ſæculis in ſæcula; hic autem, princeps temporis iniqui.

93 εἰσάγαγε εἰς τὸν ἄφθαρτον ναόν. Ὁ γὰρ ποθῶν σωθῆναι 94 βλέπει οὐκ εἰς τὸν ἄνθρωπον, ἀλλ' εἰς τὸν 95 ἐν αὐτῷ κατοικοῦντα, καὶ λαλοῦντα ἐπ' αὐτῷ· ἐκπλησσόμενος ἐπὶ τῷ μηδέποτε, μήτε τοῦ λέγοντος τὰ ῥήματα ἀκηκοέναι ἐκ αὐτοῦ στόματος, μήτε αὐτός ποτε ἐπιτεθυμηκέναι ἀκούειν. 96 Τοῦτό ἐστι πνευματικὸς ναὸς οἰκοδομούμενος τῷ κυρίῳ. — al. ϖῶ. — al. ἐκ τ.

Ἐφ' ὅσον ἦν ἐν δυνατῷ καὶ ἁπλότητι δηλῶσαι ὑμῖν, ἐλπίζει μου ἡ ψυχὴ, τῇ ἐπιθυμίᾳ μου μὴ παραλελοιπέναι με τι τῶν ἀνηκόντων ὑμῶν εἰς σωτηρίαν, 97 ἐνεστώτων. Ἐὰν γὰρ περὶ τῶν μελλόντων γράφω ὑμῖν, οὐ μὴ νοήσητε, διὰ τὸ ἐν παραβολαῖς κεῖσθαι. Ταῦτα μὲν οὕτως. 98 — al. ὑμῶν.

99 Μεταβῶμεν δὲ καὶ ἐπὶ ἑτέραν γνῶσιν καὶ διδαχήν. 1 Ὁδοὶ δύο εἰσὶ διδαχῆς καὶ ἐξουσίας· ἥτε τοῦ φωτὸς, ἥτε τοῦ σκότους· Διαφορὰ δὲ πολλὴ τῶν δύο ὁδῶν. Ἐφ' ἧς μὲν γάρ εἰσι τεταγμένοι φωταγωγοὶ ἄγγελοι τοῦ Θεοῦ, ἐφ' ἧς δὲ 2 ἄγγελοι τοῦ σατανᾶ· καὶ 3 ὁ μὲν ἐστι κύριος ἀπ' αἰώνων εἰς τοὺς αἰῶνας, ὁ δὲ ἄρχων καιροῦ τῆς ἀνομίας.

Η'

---

pœnitentia, ſeu compunctione, per quam templum animæ fidelis fit incorruptum, hoc eſt, ab omni peccati labe expurgatum. MEN.

93. *Fecit de vobis domum incorruptam.*] Rectè juxta expoſitionem noſtram, quia tota hæc diſputatio eſt de Dei habitatione in animo juſti. In textu Græco, εἰσάγαγε εἰς τὸν ἄφθαρτον ναόν id eſt, introduxit in templum incorruptum, non ita rectè. MEN.

94. *Vivit.*] Lege, videt, id eſt, reſpicit, ut in textu Græco: βλέπει ſenſus eſt, qui ſaluti ſuæ, & ad Deum converſioni ſtudioſus eſt, cum audit divini verbi præconem, non tam attendit homini, quam Deo in illo loquenti: cum ipſe præco templum Dei ſit, in quo Deus habitat, & loquitur. Hæc eſt mera Chriſti doctrina. Luc. 10. *Qui vos audit, me audit,* &c. Matth. 10. *Non eſtis vos qui loquimini, ſed Spiritus Patris veſtri, qui loquitur in vobis.* Et præclare S. Hilarius in Pſal. 77. *Segregata itaque pluvia ad Evangelium erogandum Dominus dabit verbum, id ipſum in ſenſum noſtrum, & in ora diffundens, ſecundum illud, non enim vos eſtis qui loquimini,* &c. MEN.

95. *Qui habitat.*] In textu Græco additur, *& qui loquitur*, rectè. MEN.

96. *Hic eſt ſpiritualiter ædificatus.*] Lege, ut in textu Græco: *Hoc eſt ſpiritale ædificatum Domino templum.* MEN.

97. *Quicquam.*] In textu Græco hæc ſequuntur: *Sperat anima mea me nihil deſiderio meo reliquiſſe aliquid eorum quæ ſpectant ad veſtram ſalutem.* Et Græca ſic legenda arbitror: ἐλπίζει ἡ ψυχή μου μὴ παραλελοιπέναι με τῇ ἐπιθυμίᾳ μου, &c. MEN.

98. *Si enim de inſtantibus ac futuris.*] Ex his patet Græca ſic legenda eſſe, ἐὰν γὰρ περὶ τῶν ἐνεστώτων, καὶ μελλόντων. MEN.

99. *Habes autem de majeſtate Chriſti,* &c.] Hæc non ſunt in textu Græco. Hucuſque verſio Latina codicis Corbeienſis. MEN.

In Græco textu deinceps. *Μεταβῶμεν ἐπὶ ἑτέραν γνῶσιν.*] Secunda pars eſt epiſtolæ, quæ parænetica ſeu adhortatoria eſt MEN.

Hæc quæ ſequuntur in exemplaribus Latinis deſiderata & διδαχῆς titulum præferentia aſſumentum fuiſſe ſequioris manus, viris aliquot Eruditis viſum eſt. Nimirum, in primis ſæculis nonnulli, ut adverſus hæreſes proſcriberent, aut placita ſua commendarent, dogmata apoſtolicorum virorum ſcriptis mandarunt, & illorum διδαχὰς appellavere. Hujus generis videtur fuiſſe liber quem memorat Euſeb. Eccl. hiſt. l. 3. c. 25. & Athan. Ep. 39. cujus epigraphe erat τῶν ἀποστόλων διδαχαί. Sed, præterquam quod numerus verſuum in ſtichometriis vetuſtiſſimis huic Epiſtolæ aſſignatus, ſuadet hanc acceſſionem ad ejus molem omnino deſiderari, pariter à Clement. Alex & Origene, nec non Auctore Conſtitutionum laudatur, ac aliæ partes hujus Epiſtolæ. Et ſi in Latinis exemplaribus deſiderari, idoneum ſit argumentum unde confici poſſit, quicquid ſic ποριζόμενον eſt, genuinum non eſſe ſcriptum; periclitabitur prioris Epiſtolæ partis fides, quandoquidem Græce non comparuit. Concluſionem, quæ in Latinis exemplaribus hodiernis comparet, librariis deberi libenter conceſſerim, ſiquidem ii iſtiuſmodi Epilogis libros à ſe conſcriptos alibi paſſim ornarunt. Sed & iteratæ ſcriptione poſt ſolennem valedictionem, in Epiſtolis non deſunt exempla. Sic Ep. 2. ad Tim. poſt Doxologiam, quædam reſumto calamo ſubnectuntur, ut alia ejus generis præteream. OXON.

1. *Ὁδοὶ δύο εἰσί.*] Et ex non dicto duæ viæ ? lucis utque tenebrarum, ut loquitur Barnabas poſt Salomonem Proverb. IV. 18. 19. juſtorum & peccatorum, ut David Pſalm. I. 6. 1. vitæ & mortis, ut Jeremias cap 21 verſ. 8. necnon Sibylla lib. 8. Edit. Pariſ. p 395 & Auctor Conſtitutionum Apoſtolicarum lib. 7. cap. 1. recta & prava, apud Hermam Mandato 6. cap. 1. ex Eccleſiaſtici II. 16. dextera & ſiniſtra, paſſim in SS. Patribus poſt Proverb. IV. 27. & in Scriptoribus profanis, propter bivium literæ Pythagoricæ Y, lippis ac tonſoribus notæ: arcta & lata, Matth. VII. 13. 14. cœli & inferorum, Lactantius lib 6. cap. 3. libertatis ac ſervitutis, Oracula cum Carminibus Sibyllinis edita p 30. virtutis & vitii, frugalitatis & voluptatis, veritatis ac erroris, ſalutis ac perditionis, Dei & hominum, &c. quemadmodum multi ac ſæpe nominant. Huc quoque pertinet liber olim ſub titulo *Duæ viæ* lectus, quem Rufinus in Expoſitione Symboli collocat inter eos qui Eccleſiaſtici nuncupati ſunt. Cæterùm à Barnaba præficiuntur bonæ viæ Angeli Dei, malæ viæ Angeli Satanæ; cùm Scriptor Clementinorum à me nunc primùm vulgatorum, Homiliâ 7. cap. 7. ipſæ ſides faciat fidem ac incredulitatem; Lactantius verò lib. 7. cap. 3. 4. Deum & Diabolum; Baſilius autem in Pſalmum I. bonum Angelum & malum Dæmonem. COT.

1. *Ὁδοὶ δύο εἰσί*] Has duas vias tangit ſupra: *Ergo conſiderate opera malæ viæ* Et iterum: *quia juſte peribit homo habens veritatis ſcientiam, & ſe à via tenebroſa non continet.* De his agit Origenes proferens hunc Barnabæ locum lib. 3. περὶ ἀρχῶν cap. 2. *Sed & de paſtoribus libro hæc eadem declarat, dicens: quod boni Angeli ſinguli quoſque hominum comitentur: & ſi quando bonæ cogitationes aſcenderint, à bono Angelo ſuggeri dicit, ſi vero contraria, mali Angeli dicit eſſe inſtinctum. Eadem quoque Barnabas in epiſtola ſua declarat, cum duas vias eſſe dicit, unam lucis, alteram tenebrarum, quibus & præeſſe certos quoſque Angelos, via quidem lucis, Angelos Dei, tenebrarum autem via, Angelos Satanæ.* Quæ quidem viæ fundamentum habent in Evangelio, ubi Chriſtus dicit: Matth. 7. *Quia lata porta & ſpatioſa via eſt, quæ ducit ad perditionem, & multi ſunt, qui intrant per eam quam anguſta porta, & arcta via eſt, quæ ducit ad vitam, & pauci ſunt, qui inveniunt eam.* Has vias eleganter deſcribit Prudentius in Hamartigenia.

Sæpe egomet memini fratres geminos ad bivium
Perveniſſe ſimul brevium mutante juventa,
Et dubitaſſe diu bifido ſub tramite, quodnam
Eſſet iter melius: cum dextrum ſpinea ſylva
Sentibus arctaret, ſcopuloſaque ſemita longe
Duceret aërium clivoſo margine collem;
At lævum, nemus umbriferum per amœna vireta
Ditibus ornaret pomis: & leve jacentem
Planicies daret ampla viam: ſqualentibus unum
Contemtum ſpinis repeaſſe per ardua ſaxa:
Porro alium campo ſeſe indulſiſſe ſiniſtro:
Illum ſideribus caput immiſcere propinquis,
Hunc in cœnoſas ſubito cecidiſſe paludes.

Simile quid in litteris Gentilium reperitur de bivio Herculo, de quo ſanctus Juſtinus Martyr apologia prima pro Chriſtianis. Adi obſervationes noſtras ad Concordiam regularum cap. 2. §. 2. Prius autem ſanctus Barnabas de his duabus viis generatim loquitur: mox eas fuſius explicaturus. MEN.

2. *Ἄγγελοι τοῦ Σατανᾶ*] Ita Paulus 2. Cor. 12. Apoc. 12. *Draco pugnabat, & Angeli ejus.* MEN.

3. *Ὁ μὲν ἐστι κύριος*] Deus videlicet. Hic rectè diſtinguitur imperium Dei à Satanæ poteſtate; diciturque Deus Dominus à ſæculis in ſæcula, tamquam verus hujuſce

mun-

Ἡ οὖν ὁδὸς τοῦ φωτός, ἐστιν αὕτη. [4] Ἐάν τις
* al. ὁδὸν ὁδεύειν. θέλων * ἀδδὸν ἐπὶ τὸν ὡρισμένον τόπον, σπεύσῃ
τοῖς ἔργοις αὐτοῦ. [5] Ἔστιν οὖν ἡ δοθεῖσα ἡμῖν γνῶ-
σις τοῦ περιπατεῖν ἐν αὐτῇ, τοιαύτη. Ἀγαπήσεις
τόν σε ποιήσαντα. Δοξάσεις τόν σε λυτρωσάμενον
ἐκ θανάτου. Ἔσῃ ἁπλοῦς τῇ καρδίᾳ, καὶ [6] πλού-
σιος τῷ πνεύματι. Οὐ κολληθήσῃ μετὰ τῶν πορευο-
* al. πᾶν. μένων ἐν ὁδῷ θανάτου. Μισήσεις * πᾶν ὃ οὐκ
ἀρεστὸν τῷ Θεῷ. Μισήσεις πᾶσαν ὑπόκρισιν. Οὐ
μὴ ἐγκαταλίπῃς ἐντολὰς κυρίου. Οὐχ ὑψώσεις
σεαυτόν, ἔσῃ δὲ ταπεινόφρων. Οὐκ ἀρεῖς ἐπὶ σεαυ-
τὸν δόξαν. Οὐ λήψῃ βουλὴν πονηρὰν κατὰ τοῦ πλη-
σίον σου. Οὐ δώσεις τῇ ψυχῇ σου θράσος. Οὐ πορ-
* al. παιδοφθορήσεις. νεύσεις. Οὐ μοιχεύσεις. Οὐ * παιδοφθορεύσεις.
Οὐ μή σου ὁ λόγος τοῦ Θεοῦ ἐξέλθῃ ἐν ἀκαθαρσίᾳ
* al. ἐλέγξαι. τινῶν. Οὐ λήψῃ πρόσωπον * ἐλέγξαι τινὰ ἐπὶ
* παραπτώματι. Ἔσῃ πραΰς. Ἔσῃ ἡσύχιος.
* παραπτώματι. [8] Ἔσῃ τρέμων τοὺς λόγους, οὓς ἤκουσας. Οὐ μὴ μνη-
Conſt. Ap. 7. 10. σικακήσῃς τῷ ἀδελφῷ σου. [7] Οὐ μὴ * διψυχή-
* al. διψύχης. σῃς πότερον ἔσται, ἢ οὔ. Οὐ μὴ λάβῃς ἐπὶ ματαίῳ
[8] εἰς ὄνομα κυρίου. [9] Ἀγαπήσεις τὸν πλησίον σου
ὑπὲρ τὴν ψυχήν σου. Οὐ φονεύσεις τέκνον ἐν φθο-
ρᾷ, οὐδὲ πάλιν γεννηθὲν ἀνελεῖς. Οὐ μὴ ἄρῃς τὴν
χεῖρά σου ἀπὸ τοῦ υἱοῦ σου, ἢ ἀπὸ τῆς θυγατρός σου,
ἀλλ' [10] ἀπὸ νεότητος διδάξεις φόβον κυρίου. Οὐ
μὴ γένῃ ἐπιθυμῶν τὰ τοῦ πλησίον σου, οὐδὲ μὴ γένῃ
πλεονέκτης. Οὐδὲ κολληθήσῃ ἐκ ψυχῆς σου μεθ'
ὑψηλῶν, ἀλλὰ μετὰ δικαίων καὶ ταπεινῶν ἀναστρα-
φήσῃ. Τὰ συμβαίνοντά σοι [11] ἐνεργήματα, ὡς
ἀγαθὰ προσδέξῃ. Οὐκ ἔσῃ διγνώμων, οὐδὲ δί-
γλωσσος· παγὶς γὰρ θανάτου ἐστὶν ἡ διγλωσσία. Ὑ-
ποταγήσῃ κυρίῳ, [12] κυρίοις ὡς τύπῳ Θεοῦ, ἐν
αἰσχύνῃ καὶ φόβῳ. [13] Οὐ μὴ ἐπιτάξῃς παιδίσκῃ,
ἢ δούλῳ σου ἐν [14] πικρίᾳ, τοῖς ἐπὶ τὸν αὐτὸν ἐλπί-
ζουσι, μήποτε οὐ φοβηθήσῃ [15] τὸν ἐπ' ἀμφοτέροις
* al. κατὰ. Θεόν, ὅτι ἦλθεν [16] οὐκ * ἐπὶ πρόσωπον καλέ-
σαι, ἀλλ' ἐφ' οὓς τὸ πνεῦμα ἡτοίμασε. Κοινωνή-

XIX. Via igitur lucis hæc eſt. Si quis cupiens *Via lucis.*
incedere ad præfinitum locum, ſuis operibus pro-
peret. Cognitio itaque nobis data, in hac via
ambulandi, ejuſmodi eſt. Diliges Creatorem
tuum. Gloriâ afficies eum qui redemit te à mor-
te. Eris corde ſimplex, & ſpiritu dives. Non
adhærebis ad eos qui incedunt in via mortis. O-
dio habebis omne id perpetrare, quod Deo non
placet. Abhorrebis omnem ſimulationem. Ne Conſt. Apoſt. 7 14.
derelinquas mandata Domini. Teipſum non exal- Ib. cap. 8.
tabis; eris autem humilis. Non aſſumes tibi glo-
riam. Non capies malum conſilium adversùs pro-
ximum tuum. Non dabis animo audaciam & con- Ibid.
fidentiam. Non fornicaberis. Non adulterium fa-
cies. Pueros non corrumpes. Ex te non egre- Ib. cap. 2.
diatur verbum, tibi à Deo conceſſum, in ulla im-
puritate. Non accipies perſonam, in arguendo Ib. cap. 8.
cujuſpiam lapſu. Eris manſuetus. Eris quietus.
Contremiſces ad verba quæ audiiſti. Fratri tuo Iſ. 66. 2.
ignoſces. Ne ambigas utrum futurum ſit, nec- Conſt. Apoſt. 7. 11.
ne. Ne aſſumas in vanum nomen Domini. Di- & inf Clem.
liges proximum tuum, pluſquam animam tuam. Epiſt. 1.
Non interficies fœtum in abortione, nec etiam cap. 10.
interimes poſt nativitatem. Ne auferas manum Conſt Apoſt 7. 3.
tuam à filio tuo, vel à filia tua; ſed à pueritia do- Ib. cap. 12.
cebis eos timorem Domini. Bona proximi tui
non concupiſces, nec eris avarus & fraudator. Ib. cap. 4.
Neque ex anima tua adhærebis ſuperbis; ſed cum
juſtis atque humilibus adſcriberis. Quæ tibi con- Ib. 8.
tingunt vexationes, tamquam bona admitte. Non Conſt. Ap.
eris inconſtans, nec bilinguis; laqueus enim mor- 3. 6, 21. &
tis eſt, lingua duplex. Subjicieris Domino Deo; 7. 4.
dominis verò, ut Dei imagini, in verecundia & Conſt. Ap.
timore. Ne in amaritudine imperes ancillæ aut 7. 13.
ſervo tuo, qui in eumdem ſperant; ne fortè non
timeas Deum, qui ſuper utrumque eſt; quoniam
non venit vocare ſecundùm perſonam, ſed ſuper
quos

---

mundi opifex, cujus *regnum, regnum omnium ſæculorum, & dominatio ejus in generatione & generationem.* At Satan dicitur princeps temporis, iniquitatis, nempe hujus ſæculi in quo regnat iniquitas, illius verus artifex, hoc eſt, ſuggeſtor & impulſor: cujus regnum ſublata iniquitate in fine ſæculi delebitur. Ex quo Barnabæ loco refutatur hæreſis Manichæorum. MEN.

4. Solenne eſt in ſcriptis apoſtolicis, quemadmodum ut S. Patrum, ut monitis ethicis ſermones ſuos claudant. OXON.

5. Ἔστιν οὖν ἡ δοθεῖσα.] Primum caput eſt hujus ſecundæ partis, in quo declaratur, quænam ſit via lucis. MEN.

6. Πλούσιος τῷ πνεύματι.] Dives ſpiritu: hoc eſt, divitiis ſpiritualibus abundans. Simplex autem corde eſt, quod dixit Chriſtus, pauper ſpiritu. MEN.

7. Οὐ μὴ διψυχήσῃς.] Lege, μὴ διψυχήσῃς, id eſt, ne dubites, ne hæſites. Heſychius: διψυχία, δισταγμὸς, id eſt, hæſitatio. Dicit ergo Apoſtolus, ne hæſites utrum futurum ſit, an non, id videlicet, quod Deus per Scripturas promiſit, ſeu prædixit eſſe venturum, nempe judicium, merces Sanctorum, & malorum ſupplicia. Quod ſatis declaratur epiſt. 1. ſancti Clementis ad Corinthios: διὸ μὴ διψυχῶμεν μηδὲ ἰνδαλλέσθω ἡ ψυχὴ ἡμῶν ἐπὶ ταῖς ὑπερβαλλούσαις, καὶ ἐνδόξοις δωρεαῖς αὐτοῦ. πόῤῥω γενέσθω ἡ γραφὴ αὕτη, ὅπου λέγει, ταλαίπωροί εἰσιν οἱ δίψυχοι, οἱ διστάζοντες τὴν ψυχὴν, οἱ λέγοντες ταῦτα ἠκούσαμεν, καὶ ἐπὶ τῶν πατέρων ἡμῶν, καὶ ἰδοὺ γεγηράκαμεν, καὶ οὐδὲν ἡμῖν τούτων συμβέβηκεν. *Quare ne hæſitemus, ne vacillet anima noſtra ſuper exuperantibus & glorioſis ejus donis: procul ſit à nobis Scriptura illa, ubi dicit, miſeri & infelices ſunt animo dubio & ancipiti homines, qui dicunt, hæc audivimus a patribus noſtris, & ecce ſenuimus, & nihil horum nobis accidit.* Idem habetur 2. epiſt. ad Corinthios, quæ ejuſdem Clementis nomine circumfertur, paucis verbis mutatis. Locus Scripturæ, quem videtur innuere ſanctus Clemens, extat 2. Petri cap. 3. *Hoc primum ſcientes, quod venient in noviſſimis diebus in deceptione illuſores juxta proprias concupiſcentias ambulantes, dicentes, ubi eſt promiſſio & adventus ejus, ex quo enim patres dormierunt, omnia ſic perſeverant creaturæ.* Hinc capiendus eſt Paulus ad Eph. cap 5. *Nemo vos ſeducat inanibus verbis: propter hæc enim venit ira Dei in filios diffidentiæ: Nolite ergo fieri participes eorum.* Ubi filii diffidentiæ ſunt ii, qui in diluvio perierunt, & Sodomitæ, qui animo hæſitantes & diffidentes dicebant iram Dei non eſſe venturam. MEN.

8. Εἰς ὄνομα.] Particula, εἰς, redundat. MEN.

9. Ἀγαπήσεις τὸν πλησίον σου, &c.] Juxta id quod dixit ſupra: *Cogito diligere vos ſupra animam meam.* Et iterum: *Omnes amans ſuper animam meam*: juxta illud Chriſti. Joan. 15. *Majorem hac dilectionem nemo habet, ut animam ſuam ponat quis pro amicis ſuis.* Et cap. 10. *Paſtor bonus animam ſuam dat pro ovibus ſuis.* Itaque hoc loco loquitur ſanctus Barnabas de ſublimiori illa dilectione, quæ perfectos decet. MEN.

10. Ἀπὸ νεότητος, &c.] Ita ſanctus Polycarpus in epiſtola ad Epheſios, καὶ τὰ τέκνα παιδεύειν τὴν παιδείαν τοῦ φόβου τοῦ Θεοῦ. Id eſt, & liberos docere timorem Domini. MEN.

11. Ἐνεργήματα.] Sunt vexationes dæmonum, quas hortatur ferre patienter: alii interpretantur inſpirationes Spiritus ſancti. MEN.

12. Κυρίοις.] Temporalibus videlicet. MEN.

Ὡς τύπῳ Θεοῦ.] Sic Paulus 6. ad Eph. ſervis præcipit, ut obediant dominis ſuis ſicut Chriſto: quia domini & magiſtri, ſeu temporales, ſeu ſpiritales Deum repræſentant, quod profitetur de Epiſcopis ſanctus Ignatius epiſt. ad Smyrnenſes: τίμα μὲν τὸν Θεὸν, ὡς αἴτιον τῶν ὅλων καὶ κύριον, ἐπίσκοπον δὲ ὡς ἀρχιερέα. Θεοῦ εἰκόνα φοροῦντα, κατὰ μὲν τὸ ἄρχειν, Θεοῦ, κατὰ δὲ τὸ ἱερατεύειν, Χριστοῦ. id eſt, honora Deum tamquam auctorem rerum omnium & dominum, Epiſcopum vero, ut principem ſacerdotum imaginem Dei referentem: Dei quidem propter principatum, Chriſti vero ob ſacerdotium. MEN.

13. Οὐ μὴ ἐπιτάξῃς, &c.] Idem docet Paulus, capite citato. MEN.

14. Πικρίᾳ.] Hoc vocabulo utitur Paulus ad Eph. 4. πᾶσα πικρία, id eſt, omnis amaritudo. Gloſſæ veteres, πικρία, amaritia, amaritudo, acrimonium. MEN.

15. Τὸν ἐπ' ἀμφοτέροις Θεόν.] Ita Paulus cap. 6. ad Epheſios: *Scientes, quia & illorum, & veſter Dominus eſt in cælis.* MEN.

16. Οὐκ ἦλθεν οὐκ ἐπὶ πρόσωπον καλέσαι.] Ita Paulus capite citato eadem de re agens; *Et perſonarum acceptio, non eſt apud Deum.* MEN.

Ib. cap 12. quos Spiritus præparavit. Communicabis in omnibus cum proximo tuo, nec quidquam dices proprium: ſi enim in incorruptis conſortes eſtis, quanto magis in iis quæ corrumpuntur? Non eris linguâ præceps: os enim laqueus eſt mortis. Quantùm potes, & ſupra quàm potes, coles ca-
Eccli. 4. 36. Conſt. Ap. 7. 12. ſtitatem. Noli porrigere manus tuas ad accipiendum, ad dandum verò contrahere. Diliges ut pu-
Ib. cap. 9. pillam oculi tui omnem qui tibi loquetur verbum Domini. In memoriam tuam nocte ac die revocabis judicii diem. Exquires quotidie vultus ſanctorum; etiam ſpeculatus per verbum, & ad exhortandum incedens, atque meditans, ad ſervandam animam per verbum. Et manibus tuis operaberis, ad redemptionem peccatorum tuorum.
Ib. cap. 12. Non dubitabis dare, neque murmurabis cùm
Luc. 6. 30. das: *Omni petenti te, tribue*: cognoſces autem
Conſt. Ap. 7. 14. quis ſit bonus mercedis retributor. Servabis quæ accepiſti, nec addens, nec demens. Malus, odio-
Ib. cap. 10. ſus tibi erit in perpetuum. Juſtè judicabis. Non facies diſſidium; ſed pacem conciliabis inter con-

σεις [17] ἐν πᾶσι τῷ πλησίον σου, [18] οὐκ ἐρεῖς ἴδια· εἰ γὰρ ἐν τῷ ἀφθάρτῳ κοινωνοί ἐστε, πόσῳ μᾶλλον ἐν τοῖς φθαρτοῖς; Οὐκ ἔσῃ [19] πρόγλωσσος· παγὶς γὰρ στόμα θανάτου. [20] Ὅσον δύνασαι, * ὑπὲρ τὴν ψυχήν σου ἁγνεύσεις. [21] Μὴ γίνου πρὸς μὲν τὸ λαβεῖν ἐκτείνων τὰς χεῖρας, πρὸς δὲ τὸ δοῦναι συσπῶν. Ἀγαπήσεις, ὡς κόρην ὀφθαλμοῦ σου, πάντα τὸν λαλοῦντά σοι λόγον κυρίου. [22] Μνησθήσῃ αὐτὸν ἡμέραν κρίσεως, νυκτὸς καὶ ἡμέρας. Ἐκζητήσεις καθ' ἑκάστην ἡμέραν τὰ πρόσωπα τῶν ἁγίων· καὶ διὰ λόγου κοπιῶν, καὶ πορευόμενος εἰς τὸ παρακαλέσαι, καὶ μελετῶν εἰς τὸ σῶσαι ψυχὴν τῷ λόγῳ. Καὶ [23] διὰ τῶν χειρῶν σου ἐργάσῃ [24] εἰς λύτρωσιν τῶν ἁμαρτιῶν σου. Οὐ διστάσεις δοῦναι, οὐδὲ διδοὺς γογγύσεις. [25] Παντὶ αἰτοῦντί σε δίδου. Γνώσῃ δὲ, τίς ὁ τοῦ μισθοῦ καλὸς ἀνταποδότης. Φυλάξεις ἃ παρέλαβες, μήτε προστιθεὶς, μήτε ἀφαιρῶν. Εἰς τέλος μισήσεις [26] τὸν πονηρόν. Κρινεῖς δικαίως. Οὐ ποιήσεις * σχίσμα, εἰρηνεύσεις δὲ * μαχομένους συναγαγών. [27] Ἐξομολογήσῃ ἐπὶ ἁμαρ-

* f. deeſt καὶ. f. leg. ὑπὲρ τῆς ψυχῆς σου, ἁγνεύσεις.
* l. σχίσμα.
* l. μαχομένους.

---

17. Ἐν πᾶσι.] Bonis videlicet, tam ſpiritalibus, quam temporaneis. Subjungit enim: ſi in bonis incorruptibilibus communicatis, quanto magis in corruptibilibus. MEN.

18. Οὐκ ἐρεῖς ἴδια.] Juxta antiquam formam primorum Hieroſolymæ Chriſtianorum, quibus erant omnia communia: ita ut nec quippiam ſuum quis eſſe diceret. Act. 4. *Nec quiſquam eorum quæ poſſidebat, aliquid ſuum eſſe dicebat: ſed erant illis omnia communia.* Ex his apparet auctorem hujus epiſtolæ ſcripſiſſe tempore Apoſtolorum. MEN.

19 Πρόγλωσσος.] Lege, πρόγλωσσος, Gloſſæ veteres: πρόγλωσσος, *volubilis lingua*. MEN.

20. Ὅσον δύνασαι, ὑπὲρ τὴν ψυχήν σου ἁγνεύσεις.] Exiſtimavi vel καὶ ponendum ante ὑπὲρ, ut ſenſus eſſet is quem in verſione ſecutus ſum, *Quantum potes, & ſupra animam tuam*, ſive *ſupra quam potes, coles caſtitatem*; juxta locutionem illius qui de ſingularitate Clericorum ſcripſit, cujuſque tractatus cum Cyprianicis permiſtus eſt: *Rogo vos*, ait ſub finem, *quantum valeo, & ultra quam valeo*: vel reſcribendum, ὑπὲρ τῆς ψυχῆς σου ἀγωνίσεις, *Pro anima tua decertabis*: quò reſpicitatur ſententia Eccleſiaſtici cap. 4. verſ. 39. prout à Latino Interprete profertur, *Pro juſtitia* (Auxilius lib. 2. cap. 31. publici juris factus per virum doctiſſimum Johannem Morinum in Commentario de ſacris Eccleſiæ Ordinationibus; *In juſtitia*) *agonizare pro anima tua, & uſque ad mortem certa pro juſtitia.* Legere etiam ac diſtinguere poteſ ad hunc modum, ὅσον δύνασαι, καὶ ὑπὲρ. τὴν ψυχήν σου ἀγωνίσῃ. Eccleſiaſtici XIV. 26. ἀγίασον τὴν ψυχήν σου. COT.

21. Μὴ γίνου πρὸς μὲν τὸ λαβεῖν ἐκτείνων τὰς χεῖρας. πρὸς δὲ τὸ δοῦναι συσπῶν. Ex Eccleſiaſtici IV. 36. μὴ ἔστω ἡ χείρ σου ἐκτεταμένη εἰς τὸ λαβεῖν· καὶ ἐν τῷ ἀποδιδόναι συνεσταλμένη. *Non ſit porrecta manus tua ad accipiendum, & ad dandum collecta.* Unde Cyrillus Hieroſolymitanus Catecheſi 13. μὴ γὰρ ἔστω ἡ χεὶρ μόνον ἐκτεταμένη εἰς τὸ λαβεῖν, ἀλλὰ καὶ εἰς τὸ ἐργάζεσθαι ἕτοιμος. Et alter Cyrillus, nempe Alexandrinus, explicans vocem χωλοχειρίας II. LVIII. 9. [illegible] Item Chryſoſtomus [illegible] Homilià, multò poſt initium, [illegible] hoc eſt, me interprete, *Adrotatus manu et contractum ad accipiendum formatâ*, [illegible] *pollicetur, ut præmio ſempto eam conſtringat.* Denique Hieronymi verba ſunt ad Eph. IV. 28. *Qui igitur ad hoc tantùm laborat, ut ipſe non egeat, & à cæteris contrahit manum, quamvis applaudat ſibi, tamen Apoſtoli præceptum non ſecit.* Pari ratione apud Diogenem Laërtium præcipit Diogenes canis, ut manus ad amicos extendantur digitis non contractis ac inflexis, μὴ συγκεκαμμένοις τοῖς δακτύλοις. Vide Nilum Chryſoſtomi diſcipulum lib. 2. Epiſt. 302. & Auctorem incertum in Hieronymo Tom 9. Epiſt. 14. atque in Appendice Codicis Regularum p 14. Edit. Pariſ. COT.

22. Μνησθήσῃ αὐτὸν ἡμέραν κρίσεως, νυκτὸς καὶ ἡμέρας. Conſtitutionum Apoſtolicarum ſuppoſitor videtur legiſſe, μνησθήσῃ αὐτοῦ ἡμέρας καὶ νυκτός. quam lectionem ſpernendam non puto, licèt noſtram præferendam judicem. COTEL.

23. Διὰ τῶν χειρῶν σου ἐργάσῃ εἰς λύτρωσιν τῶν ἁμαρτιῶν σου. Duobus modis hæc poſſunt intelligi; ſimpliciter, & per Metaphoram; ut commendetur aut labor manuum per artium aliquam, aut diſtributio facultatum in Eleemoſyna. Hoc ultimo modo accipitur Conſtitutionum Apoſtolicarum lib. 7. cap. 12. Quare iſta paraphraſis fit; ἐὰν ἔχῃς, διὰ τῶν χειρῶν σου δὸς. ἵνα ἐργάσῃ εἰς λύτρωσιν ἁμαρτιῶν σου. *Si habes, manibus tuis præbe, ut opereris in redemptionem peccatorum tuorum.* Prior tamen ſenſus magis arridet. Hortantur ſæpenumero Eccleſiæ Magiſtri ad opus manuum; tum quò deſidia fœcunda vitiorum parens evitetur, tum ut pauperibus bene ſiat; exerceatur humilitatis virtus; & corpus redigatur in ſervitutem; peccata denique tali ſeveritate redimantur. Et verò (ut Monachos prætereàm, rem nulli non notiſſimam; ut taceam Apoſtolos, de quibus alius dabitur dicendi locus) Epiſcopi & reliqui Clerici olim manibus operabantur: quod inter alios teſtantur poſt Epiphanium Hæreſi 70. cap. 2. Hæreſ. 8. cap. 6. Baſilium Epiſtolâ 319: Rufinum Eccleſ. Hiſtor. lib. 1. cap. 5. Socrates lib. 1. cap. 12. Acta Metrophanis & Alexandri apud Photium codice 256. Nicephorus lib. 8. cap. 42. cum Suida in voce Σπυρίδων, Gennadio de Scriptoribus Eccleſiaſticis cap. 69. Gregorio Turonenſi libro de Vitis Patrum cap. 8. Gregorio Papa lib. 1. Dialogorum cap. 12. necnon Theodulfo in Capitulis ad Presbyteros Parochiæ ſuæ num. 3. Quibus adde Patres Concilii Carthaginenſis 4. Canon. 51, 52, 53. Concilii Turonenſis 1. Can. 10. & Concilii generalis 7. Can. 15. Legimus quoque, inter Hebræos Rabbinorum pleroſque artificio victum ſibi comparâſſe, docentes gratis. Et in Regula S. Iſidori cap. 7. dicitur, *Philoſophi gentiles ſutores & ſartores fuerunt.* Contrà Electi Manichæorum, atque Hæretici dicti Meſſaliani omnem operationem cane pejùs & angue averſabantur. COT.

24. Εἰς λύτρωσιν ἁμαρτιῶν σου.] Opus manuum valet ad redemptionem peccatorum noſtrorum, ſi ex operis proventu demus neceſſitatem patientibus, ut præcipit Apoſtolus ad Epheſ. 4. MEN.

25. Παντὶ αἰτοῦντί σε δίδου.] Hæc eadem verba habentur, Luc. 6. Sanctus Juſtinus Martyr apologia 2. pro Chriſtianis locum citat in plurali: παντὶ τῷ αἰτοῦντι δίδοτε id eſt, omni petenti date: ſed mutavit, ut accommodaret textum multis Scripturæ locis, quos ibi accumulat. Hoc Domini præceptum generale eſt, quo abuſus quidam adoleſcens ex eorum ſecta, qui communionem bonorum inter Chriſtianos ad quaslibet res venereæ conjunctionem referebant, cum ad quamdam pudicam virginem acceſſiſſet, dixiſſe fertur: *Omni à te petenti da*: at illam hominis petulantiam non intelligens reſpondit graviter, ut in conveniret matrem de matrimonio. Refert Clemens Alexandrinus libro tertio Strom. Sed hoc præceptum ad eleemoſynam ſpectat, ut rectè explicat Tertullianus libro de baptiſmo: *Omni petenti dato, ſuum habet titulum, nempe ad eleemoſynam.* Illoque jubemur date omni eleemoſynam poſcenti. Qua de re conſule S. Joannem Chryſoſtomum. ſerm. 11. in cap 6. epiſt. ad Hebræos. MEN.

26. Τὸν πονηρόν.] Id eſt, malignum, diabolum. MEN.

27 Ἐξομολογήσῃ ἐπὶ ἁμαρτίαις.] Phraſis Hebraica, pro accuſativo, ut Pſ. 109. *Judicabit in nationibus*, id eſt, judicabit nationes: Nota hic peccatorum confeſſionem. MEN.

e

28. Οὐ-

ἁμαρτίαις σου. [28] Οὐχ ἥξεις ἐν προσευχῇ σου ἐν συνειδήσει πονηρᾷ. Αὕτη ἐστὶν ἡ ὁδὸς τοῦ φωτός.

[29] Ἡ δὲ τοῦ μέλανος ὁδός ἐστι σκολιὰ, καὶ κατάρας μεστή. Ἔστι γὰρ ὁδὸς τοῦ θανάτου αἰωνίου μετὰ τιμωρίας· ἐν ᾗ ἐστι τὰ ἀπολλύντα τὴν ψυχὴν αὐτῶν, εἰδωλολατρεία, θρασύτης, ὕψος δυνάμεως, ὑπόκρισις, διπλοκαρδία, μοιχεία, φόνος, ἁρπαγὴ, ὑπερηφανία, παράβασις, δόλος, κακία, αὐθάδεια, φαρμακεία, μαγεία, πλεονεξία, ἀφοβία Θεοῦ. [30] Διῶκται τῶν ἀγαθῶν, μισοῦντες ἀλήθειαν, [31] ἀγαπῶντες, * οὐ γινώσκοντες μισθὸν δικαιοσύνης, οὐ κολλώμενοι ἀγαθῷ, οὐ κρίσει δικαίᾳ χήρᾳ καὶ ὀρφανῷ προσέχοντες, ἀγρυπνοῦντες οὐκ εἰς φόβον Θεοῦ, ἀλλ᾽ ἐπὶ τὸ πονηρόν· ὧν μακρὰν καὶ πόῤῥω, πραΰτης, καὶ ὑπομονή· ἀγαπῶντες μάταια, διώκοντες ἀνταπόδομα, οὐκ ἐλεοῦντες πτωχὸν, οὐ πονοῦντες ἐπὶ τῷ καταπονουμένῳ, εὐχερεῖς ἐν καταλαλίᾳ, οὐ γινώσκοντες τὸν ποιήσαντα αὐτοὺς, φονεῖς τέκνων, φθορεῖς πλάσματος Θεοῦ, ἀποστρεφόμενοι τὸν ἐνδεόμενον, καταπονοῦντες τὸν θλιβόμενον, πλουσίων παράκλητοι, πενήτων ἄνομοι κριταί, πανθαμάρτητοι.

* add. ψεῦδος, ex Const. Apost.

[32] Καλὸν οὖν ἐστι μαθόντα τὰ δικαιώματα τοῦ κυρίου, [33] ὅσα προγέγραπται, ἐν τούτοις περιπατεῖν. Ὁ γὰρ ταῦτα ποιῶν, ἐν τῇ βασιλείᾳ τοῦ Θεοῦ δοξασθήσεται· ὁ [34] ἐκεῖνα ἐκλεγόμενος, μετὰ τῶν ἔργων αὐτοῦ συναπολεῖται. Διὰ τοῦτο ἀνάστασις, διὰ τοῦτο ἀνταπόδοσις. Ἐρωτῶ τοὺς ὑπερέχοντας, εἴ τινά μου γνώμης ἀγαθῆς λαμβάνετε συμβουλίαν, ἔχετε εἰς οὓς ἐργάσησθε, μεθ᾽ ἑαυτῶν, μὴ ἐγκαταλείπητε. Ἐγγὺς γὰρ ἡμέρα ἐν ᾗ συναπολεῖται πάντα τῷ πονηρῷ. [35] Ἐγγὺς ὁ κύριος, καὶ ὁ μισθὸς αὐτοῦ. Ἔτι καὶ ἔτι ἐρωτῶ ὑμᾶς, ἑαυτῶν γίνεσθε νομοθέται ἀγαθοὶ, ἑαυτῶν μένετε σύμβουλοι πιστοὶ, ἄρατε ἐξ ὑμῶν πᾶσαν ὑπόκρισιν. [36] Ὁ δὲ Θεὸς ὁ παντὸς τοῦ κόσμου κυριεύων, δῴη ὑμῖν [37] σοφίαν, ἐπιστήμην, σύνεσιν, γνῶσιν τῶν δικαιωμάτων αὐτοῦ, [38] ἐν ὑπομονῇ. [39] Γίνεσθε δὲ θεοδίδακτοι, ἐκζητοῦντες τί ζητεῖ κύριος ἀφ᾽ ὑμῶν, καὶ ποιεῖτε, ἵνα σωθῆτε ἐν ἡμέρᾳ κρίσεως. Εἰ δέ τις ἔστιν ἀγαθοῦ μνεία, μνημονεύετέ μου, μελετῶντες ταῦτα, ἵνα καὶ ἡ ἐπιθυμία, καὶ ἡ ἀγρυπνία εἴς τι ἀγαθὸν χωρήσῃ.

tendentes, eos aſſocians. Confiteberis peccata tua. Ib. c. 14.
Non accedes ad orationem tuam in conſcientia mala. Hæc eſt via lucis. Ib. c. 17.

XX. Via autem tenebrarum & cæcitatis, obliqua eſt, plenaque maledictionis. Eſt enim via mortis æternæ cum ſupplicio: in qua ſunt quæ perdunt animam viatorum; Idolorum ſervitus, temeritas, elatio poteſtatis, ſimulatio, cor duplex, adulterium, homicidium, rapina, ſuperbia, tranſgreſſio, dolus, malitia, arrogantia, veneficium, magia, avaritia, nullus Dei timor. *In qua ſunt*, bonorum perſecutores; oſores veritatis, amatores mendacii; non cognoſcentes mercedem juſtitiæ, non adjuncti ad bonum, viduæ & pupillo non adtendentes ex juſto judicio; vigilantes, non ad timorem Dei, ſed ad malitiam: à quibus longè ac procul ſunt manſuetudo, & patientia: qui diligunt vana, conſectantur remunerationem; non miſerentur inopis, non laborant in gratiam illius qui labore ac ærumnis confectus eſt: ad obtrectationem prompti, non cognoſcentes auctorem ſuum; liberorum interemptores, in abortione corrumpentes Dei opus; averſantes egenum, opprimentes afflictum, divitum advocati, pauperum iniqui judices; per omnia peccatores.

Via tenebrarum
Conſt. Ap. 7. 18.

XXI. Æquum igitur eſt, ut edocti juſtificationes Domini, quotquot priùs ſcriptæ ſunt, in eis ambulemus. Qui enim eas facit, in regno Dei, gloriâ cumulabitur: qui verò alia elegerit, ſimul cum ſuis operibus peribit. Propterea reſurrectio, propterea retributio. Rogo vos qui reliquos antecellitis; ſi accipitis aliquod bonæ voluntatis meæ conſilium; habetis vobiſcum, quibus benefeciſtis, ne eos derelinquatis. Propè ſiquidem eſt dies, in qua omnia cum Malo peribunt. Propè eſt Dominus, & merces ejus. Etiam atque etiam rogo vos; Eſtote vobis boni legiſlatores, vobis manete conſiliarii fideles; tollite ex vobis omnem hypocriſim. Deus autem, qui univerſo mundo dominatur, det vobis ſapientiam, ſcientiam, intelligentiam, cognitionem juſtificationum ſuarum, in patientia. Efficiamini autem, docti à Deo; exquirentes quid à vobis requirat Dominus; & efficite, ut ſalvi ſitis in die judicii. Si qua verò eſt bonæ rei recordatio, mementote mei, hæc meditantes; ut & deſiderium, & vigilantia, in

Iſ. 40 & 62.
Philipp. 4. 5.
Citat. Cl. Alex. 2. Strom poſt med. p. 396. 397.

---

28. Οὐκ ἥξεις ἐν προσευχῇ σου, &c.] Quies pro motu, quod non raro accidit. Sana admonitio, ut non accedamus ad orationem in conſcientia mala, quia Deo inviſa eſſet & ingrata: ut rectè notat ſanctus Hilarius expoſitione in Pſal. 54. *Deſpicientur orationes leves, diffidentes, inutiles, ſeculi curis anxiæ, & rerum corporalium deſideriis implicatæ, bonorum operum fructibus infœcundæ. Hæ igitur deſpicabiles ſunt orationes Dei dignatione non digna, de quibus per Eſaiam Prophetam ait: Et cum extenderitis manus veſtras ad me, avertam oculos meos à vobis. Et cauſam deſpiciendæ orationis continuo ſubjecit, dicens: Manus veſtræ ſanguine plenæ ſunt: ubi ergo operatio iniquitatis obſtabit, illic deſpicitur oratio deprecantis.* Poteſt etiam eſſe προσευχὴ locus orationis ad ſimilitudinem Judæorum, qui προσευχὰς locos ad orandum extra civitates habebant, ut notum eſt ex ſancto Epiphanio hæreſi. 80. n. 2. juxta illud Luc. Act. 16. οὗ ἐνομίζετο προσευχὴ εἶναι: Eſt etiam cœtus apud Suidam, προσευχὴ, συναγωγή· & converſatio mentis cum Deo, id eſt, oratio apud eumdem. MEN.

29. Ἡ δὲ τοῦ μέλανος ὁδός ἐστ.] Hic incipit ſecundæ partis hujus caput ſecundum, in quo via tenebrarum deſcribitur. MEN.

30. Διῶκται τῶν ἀγαθῶν, &c.] Subaudi, ἐν ᾗ εἰσι. id eſt, in qua ſunt. MEN.

31. Ἀγαπῶντες.] Lege, ἀγαπῶντες, hoc modo, μισοῦντες ἀλήθειαν ἀγαπῶντες, id eſt, odio habentes veritatis amatores: aut certe videtur deeſſe nomen ψεῦδος, id eſt, mendacium: hoc modo: ἀγαπῶντες ψεῦδος. id eſt, amantes mendacium. MEN.

32. Καλὸν οὖν ἐστ.] Concluſio eſt totius epiſtulæ. MEN.

33. Ὅσα προγέγραπται.] Nempe in explanatione viæ lucis. MEN.

34. Ἐκεῖνα.] Videtur legendum, ἐναντία, id eſt, contraria, ut expoſuimus. MEN.

35. Ἐγγὺς κύριος, &c.] Alludit ad illud Eſa. 40. *Ecce Dominus Deus in fortitudine veniet*, &c. *Ecce merces ejus cum eo*, &c. 62. *Ecce Salvator tuus venit, ecce merces ejus cum eo.* MEN.

36. Ὁ δὲ Θεὸς, &c.] Locus Clementis Alexandrini in quo iſta laudantur, pravâ interpunctione deformatus jacet. Quippe ediderunt, ἵνα εὕρητε ἐν ἡμέρᾳ κρίσεως τοὺς τούτων ἐνεδρευτὰς, ἀγάπης τέκνα καὶ εἰρήνης γνωστικῶς προσηγόρευσεν: verteruntque, *Ut inveniatis in die judicii horum inſidiatores. Dilectionis & pacis filios appellavit ex cognitione.* Quibus quid inſulſius! Tu meo periculo ſic diſtingue; ἵνα εὕρητε ἐν ἡμέρᾳ κρίσεως. τοὺς τούτων ἐνεδρευτὰς, ἀγάπης τέκνα καὶ εἰρήνης γνωστικῶς προσηγόρευσεν. Hoc eſt, *Ut inveniatis in die judicii. Illa capeſſentes, dilectionis & pacis filios ex cognitione appellavit*, Barnabas nimirum in fine Epiſtolæ. COT.

Ὁ δὲ Θεὸς παντός.] Hunc locum profert Clemens Alexandrinus libro ſecundo Strom. uſque ad illa verba, καὶ ποιεῖτε, &c. MEN.

37. Σοφίαν, ἐπιστήμην, σύνεσιν.] Apud Clementem legitur, σοφίαν, καὶ σύνεσιν, ἐπιστήμην. MEN.

38. Ἐν ὑπομονῇ.] Apud Clementem ſublata præpoſitione, ἐν, legitur, ὑπομονήν. MEN.

39. Γίνεσθε δέ.] Apud Clementem legitur, γίνεσθε δὲ ἵνα σωθῆτε, &c. apud Clementem legitur. ἵνα εὕρητε ἐν ἡμέρᾳ κρίσεως τοὺς τούτων ἐνεδρευτάς id eſt, ut inveniatis in die judicii horum inſidiatores. MEN.

in aliquod bonum evadat. Rogo vos, gratiam poſtulans: qua diu pulcrum hoc vas vobiſcum eſt, in nullo horum deficite; ſed indeſinenter hæc
Corpus. exquirite, & adimplete omne mandatum: hæc namque digna ſunt. Quare potiſſimum id operam dedi, quantum in me fuit, ut ſcriberem vobis; quò exhilararem vos. Salvete, filii dilectio-
Cl. Al. ibid. nis, & pacis. Dominus gloriæ & omnis gratiæ, ſit cum ſpiritu veſtro. Amen.

40 Ἐρωτῶ ὑμᾶς, χάριν αἰτούμενος· 41 ὡς ἔτι τὸ καλὸν σκεῦός ἐστι μεθ' ὑμῶν, μὴ ἐλλείπητε μηδενὶ αὐτῶν, ἀλλὰ συνεχῶς ἐκζητεῖτε ταῦτα, καὶ ἀναπληροῦτε πᾶσαν ἐντολήν· ἔστι γὰρ ταῦτα ἄξια. Διὸ μᾶλλον ἐσπούδασα γράψαι, ἀφ' ὧν ἠδυνήθην, εἰς τὸ εὐφρᾶναι ὑμᾶς. Σώζεσθε, ἀγάπης τέκνα, καὶ εἰρήνης. Ὁ κύριος τῆς δόξης καὶ πάσης χάριτος, μετὰ τοῦ πνεύματος ὑμῶν. Ἀμήν.

FINIS EPISTOLÆ BARNABÆ Apoſtoli, Comitis Pauli ſancti Apoſtoli.

ΤΕΛΟΣ ἘΠΙΣΤΟΛΗΣ ΒΑΡΝΑΒΑ τοῦ ἀποστόλου, συνεκδήμου Παύλου τοῦ ἁγίου ἀποστόλου.

---

40. Ἐρωτῶ ὑμᾶς.] ἐρωτῶ, hoc loco, ut paulo antea, eſt, rogo, precor. Gloſſæ veteres: *Rogat:* ἐρωτᾷ. Matth. 15. ἠρώτων αὐτὸν λέγοντες, id eſt, *rogabant eum dicentes.* MEN.

41. Ὡς ἔτι.] Id eſt, cum adhuc: Gloſſæ veteres: ὡς, cum, &c. Heſychius, ὡς, &c. ἢ ὅτι, vel quando. MEN.

SAN-

SANCTI BARNABÆ APOSTOLI
EPISTOLA CATHOLICA.

Ex vetere Interprete.

I. [1] AVETE filii & filiæ, in nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti, qui [2] nos dilexit [3] in pace. [4] Magnarum & honeſtarum * [5] Dei æquitate abundantiam ſciens eſſe in vobis, ſupra modum exhilaror beatis & præclaris ſpiritibus veſtris; quòd [6] ſic naturalem gratiam accepiſtis. Propter quod plurimùm gratulor mihi, ſperans liberari: quia verè video in vobis infuſum ſpiritum [7] ab honeſto fonte Dei. Cùm perſuaſum mihi ſit hoc; & * plenus ſciam, quia dum ad vos adloquor, [8] multa mihi bona ſucceſſerunt in via [9] æquitatis Domini. Ideo [10] fors & ego cogito diligere vos ſuper animam meam: quia magnitudo fidei & dilectio habitat in illo, & ſpes [11] vitæ illius. [12] Cogitans ergo hoc, * quaſi curæ mihi fuerit, ut vobiſcum partiar ex eo quod accepi, futurum mihi talibus [13] ſpiritus * ſervientes, hoc in mercede, [14] adpropiavi pauca vobis mittere, ut fidem veſtram conſummatam habeatis, & [15] ſcientiam.

* l. æquitatum.

* ſ. plenius.

* ſ. quia ſi.

* ſ. ſpiritu ſerviens.

Cle-

---

1. *Avete filii & filiæ.*] Hoc eſt exordium hujus epiſtolæ, in quo ſalutat fideles, ipſiſque plurimum gratulatur, ob gratiam Spiritus ſancti ipſis à Deo infuſam: nec mediocriter lætatur ob multa bona, quæ ſibi ex eorum fide obvenerunt: profiteturque ſe hanc epiſtolam ad eos ſcribere, ob mercedem, quam ſe inde à Deo conſecuturum ſperat. Tandemque propoſitis tribus conſtitutionibus Domini, promittit ſe monſtraturum ea per quæ majorem lætitiam, ſpiritalem videlicet adipiſcantur. Hoc autem exordium variis mendis conſperſum eſt, vel ob negligentiam exſcriptoris, vel ob melioris exemplaris defectum, quibus mederi difficile eſt, ob Græci textus tam immanem lacunam. MEN.

Filii & filiæ] Ita fideles appellat, quos per Evangelium genuit: & hic ſtylus Apoſtolicus eſt. Joan. 1. cap. 2. *Filioli mei, hæc ſcribo vobis.* Pauli 1. ad Cor. 4. *Sed ut filios meos cariſſimos moneo.* Et paulo poſt. *Ideo miſi ad vos Timotheum, qui eſt filius meus chariſſimus.* Unde 1. Petri cap. 2. *ſicut modo geniti infantes.* Ipſi ergo Chriſtiani filii Apoſtolorum ſunt, ab ipſis ſpiritaliter geniti, Apoſtoli vero patres. Hinc Paulus 1. Cor. cap. 4. *Nam ſi decem millia pædagogorum habeatis in Chriſto: ſed non multos patres: nam in Chriſto Jeſu per Evangelium ego vos genui.* Ad Gal. 4. *Filioli mei, quos iterum parturio, donec formetur in vobis Chriſtus.* MEN.

Avete.] Χαίρετε, quod vertitur *avete* à Vulg. Int. Matt. XXXIII. 9. *Ex ora Menardinæ Ed. manu ignota.*

2. *Nos.*] Uſſer. *vos*. OXON.

3. *In pace.*] Eſt trajectio figura, & revocandum eſt vocabulum ad τὸ *Ave*. Apoſtolorum eſt dare pacem initio epiſtolarum. Paulus paſſim: *Gratia vobis & pax à Deo*, 1. Petri 1. *Gratia vobis, & pax multiplicetur.* 2. Joan. 1. *Sit vobiſcum gratia, miſericordia, pax à Deo patre magnarum.* Ita correctum videtur in codice manuſcripto, cum antea legeretur, *magnæ*, ex quo efficies *magnarum rerum*. MEN.

In pace.] בשלום, ut Luc. II. 29. VII. 50. & Jac. III. 18. OXON.

4. *Magnarum*] Mallem ſic conſtitui: *in pace magna. Rerum bonitiarum, Dei æquitate abundantiam*, &c. Σοῦ δικαιωμάτων ἀφθονίαν, &c. Vel ſic: *pace. Nam gratiæ & honeſtarum* (τῶν ἀγαθῶν) *æquitate. Ex ora Men.*

5. *Dei æquitate*] Id eſt, Dei gratia, bonitate, humanitate, miſericordia. Æquus eſt bonus, benignus, amicus, humanus: iniquus contra, juxta illud Naſonis.

Æqua Venus Teucris, Pallas iniqua fuit.

Supra modum exhilaror. Exhilaratur, ſeu lætatur Barnabas de fidelium donis & gratia, ut pater ſapiens de filiorum profectu. Unde Paulus ad Philipp. cap. 2. *Implete gaudium meum, ut idem ſapiatis, eamdem caritatem habentes*, & cap. 4. *Itaque fratres mei & deſideratiſſimi gaudium meum & corona mea.* 1. ad Theſſal. cap. 2. *quæ eſt noſtra ſpes, aut gaudium, aut corona gloriæ? Nonne vos ante Dominum noſtrum Jeſum in adventu ejus? vos enim eſtis gloria noſtra & gaudium.* Ad Philem. cap. 1. *Gaudium enim magnum habui, & conſolationem in caritate tua.* Joan. epiſt. 3. *Majus horum non habeo gaudium, quam ut audiam filios meos in veritate ambulare.* Prov. 10. & 15. *Filius ſapiens lætificat patrem*: & cap. 29. *Vir qui amat ſapientiam, lætificat patrem ſuum.* MEN.

Æquitatum] MS. *æquitate*. OXON Fortè *qualitatum*, id eſt, δικαιωμάτων. Vide Rom. V. 17. *Ex ora Men.*

6. *Quod ſic naturalem gratiam accepiſtis.*] Infra. *Qui naturale donum doctrinæ ſuæ poſuit in nobis.* In textu Græco, τῆς ἐμφύτου δωρεᾶς Naturalis gratia eſt firma, altius radicata, bene inſita, & plantata in anima juſti. ἔμφυτον eſt, inſitum, & Sap. 12. ἔμφυτος ἡ κακία id eſt, naturalis malitia, hoc eſt, obfirmata & inveterata. Metaphora ab arboribus, quæ altis defixæ radicibus terræ firmiter inhærent. *Accepiſtis*, à Deo. MEN.

Naturalem] Infra Cap IX. τὴν ἔμφυτον δωρεὰν, reddit Int. *naturale* donum. OXON. Imitatio Jacobi Cap. I. 21. δέξασθε τὸν ἔμφυτον λόγον. *Ex ora Men.*

7. *Ab honeſto fonte Dei.*] Ex quo omnia bona, maxime ea quæ ad vitam æternam conferunt, profuſiſſime ſcaturiunt: ita Pſ. 17. *Quoniam apud te eſt fons vitæ.* Eſaiæ 12. *Haurietis aquas in gaudio de fontibus Salvatoris.* Hieremiæ 2. *Me dereliquerunt fontem aquæ.* Honeſto, id eſt, egregio. Gloſſæ veteres: *Honeſtus, egregius.* ἀξιόλογος. MEN.

8. *Multa mihi bona ſucceſſerunt.*] Spiritalia videlicet, in mercedem Evangelicæ prædicationis. MEN.

9. *Æquitatis.*] Id eſt, juſtificationis, ut infra. MEN.

10. *Fors*] Lege, *forſan*, quo vocabulo utitur, modeſtiæ gratia. *In illo*, id eſt, in hoc, in hac re. MEN.

Fors.] In Oxonienſi editione, ex conjectura *If. Voſſii*, legitur *fratres*, quaſi per compendium fuerit ſcriptum *fras*; quod cùm exſcriptor non intelligeret mutarit in *fors*, quæ vox quidem Latina eſt, ſed caret hic ſenſu; nam ineptum eſt quod de modeſtia habet *Menardus*. CLERICUS.

11. *Vitæ*] Æternæ videlicet. *Illius*. Hoc vocabulum videtur redundare, aut certe dicendum eſt poſt illa verba, ſuper animam meam, quædam deeſſe. MEN.

12. *Cogitans ergo hoc.*] τὸ hoc, videtur redundare. MEN.

13. *Spiritu ſervientes.*] Lege, *Spiritu ferviens*, juxta illud Pauli ad Philipp. 3. *Spiritu ſervimus Deo.* MEN.

Hoc in mercede.] Hæc vocabula videntur tranſpoſita. Hæc igitur periodus ſic legenda eſt *Cogitans ergo (quaſi curæ mihi fuerit, ut vobiſcum partiar ex eo quod accepi) futurum mihi hoc in mercede talibus ſpiritu ſerviens, adpropiavi*, &c. MEN.

14. *Adpropiavi pauca vobis*, &c.] Hæc verba uſque ad illa, *tres ſunt ergo*, &c. citat Clemens Alexandrinus lib. 2. Strom MEN.

Adpropiavi.] Imò *adproperavi*, nam hoc ſignificat *ἐσπούδασα*. Vide 2. Tim. IV. 9. 21. Tit. III. 12. ubi hoc verbum à Vulg. Int. vertitur *feſtinare*. Gloſſæ Veteres: Σπουδάζω, *feſtino, propero*. CLER.

15. *Scientiam.*] Per γνῶσιν intelligit myſteriorum fidei, & præcipuè reconditi Scripturarum ſenſus *cognitionem*; de qua re Lectorem in limine fuiſſe admonitum non pigebit. OXON.

Clemens Alexandrinus in 2. Stromateo; multò poſt initium; Edit. Pariſ. p. 373. B. iſta ſic citat:		*In Clem. Alexandr. ibidem.*	
ἀφ' οὗ ἔλαβον μέρους, ἐσπούδασα κατὰ μικρὸν ὑμῖν πέμψαι· ἵνα μετὰ τῆς πίστεως ὑμῶν, τελείαν ἔχητε καὶ τὴν γνῶσιν.	*Ex ea parte quam accepi, ſtudui pauca ad vos mittere, ut cum fide veſtra perfectam etiam habeatis cognitionem.*	τῆς μὲν οὖν πίστεως ἡμῶν εἰσὶν αἱ συλλήπτορες, φόβος καὶ ὑπομονή· τὰ δὲ συμμαχοῦντα ἡμῖν, μακροθυμία καὶ ἐγκράτεια. Τούτων οὖν, τὰ πρὸς τὸν κύριον, μενόντων ἁγνῶς, συνευφραίνονται αὐτοῖς σοφία, σύνεσις, ἐπιστήμη, γνῶσις.	*Fidei ergo noſtra adjutores ſunt timor & tolerantia: quæ autem nobiſcum pugnant, æquanimitas & continentia. His ergo, in iis quæ ad Dominum pertinent, caſtè manentibus, unà cum eis lætantur ſapientia, intelligentia, ſcientia, cognitio.*

[16] Tres ſunt ergo [17] conſtitutiones Domini, vitæ ſpes, initium, & conſummatio. Propalavit enim Dominus per Prophetas, [18] qui præterierunt, & [19] futurorum dedit nobis initia ſcire. Sicut ergo locutus eſt, honeſtius & altius [20] accedere ad aram illius. Ego autem non tamquam doctor, ſed unus ex vobis, demonſtrabo pauca, [21] per quæ in plurimis lætiores ſitis.

II. [22] Cùm ſint ergo dies nequiſſimi, & [23] Contrarius [24] habeat hujus ſæculi poteſtatem, [25] debemus attendentes inquirere æquitates Domini. [26] Fidei ergo noſtræ * adjutor * eſt timor, & ſuſtinentia: quæ autem nobiſcum pugnant, patientia eſt, & continentia. Hæc cùm apud Dominum permanent * caſta, conlætantur illis ſapientia & intellectus.

* *f.* adjutores.
* *f.* caſtè.

Adaperuit enim nobis per omnes Prophetas, quia non utitur noſtris hoſtiis, neque victimis, neque oblationibus, hæc dicens: *Quò mihi multitudinem ſacrificiorum veſtrorum, dicit Dominus?* [27] *Plenus ſum holocauſtomatibus arietum, &* [28] *pinguaminibus agnorum; & ſanguinem hircorum & taurorum nolo:* [29] *nec ſi veniatis * videre mihi. Quis enim exquiſivit hæc de manibus veſtris? calcare aulam meam non adjicietis.* [30] *Si attuleritis mihi ſimilaginem, vanum; ſupplicamentum exſecratio mihi eſt. Neomenias veſtras, & Sabbata, & diem magnum non ſuſtineo: jejunium, & ſe-*

In ſacrificia, & alia veteris legis. *Iſ.* 1. 11.
* l. videri.

OXON. De hac voce hoc ſenſu ſumta vide *H. Hammondi* adnot. ad 1. Cor. I. 5. 2. Pet. I. 5.

16. *Tres ſunt ergo conſtitutiones Domini.*] Id eſt, tria conſtituit Deus ad noſtram ſalutem. *Vitæ ſpes.* Æternæ, videlicet. *Initium.* Nempe vitæ perfectæ *Conſummatio.* Id eſt, perfecta caritas, prout adquiri poteſt in hac vita. Primo igitur præcedit ſpes vitæ æternæ, quæ nos extimulat, ad ea quæ recta ſunt agenda, deinde initium bonorum operum videlicet, quæ aſſidue verſata, & ſine intermiſſione cum animi fervore repetita nos perducunt ad conſummationem, hoc eſt, perfectam caritatem MEN.

17. *Conſtitutiones*] Apud Interpretem hunc, hæc vox ſæpe occurrit & δόγμα redditur. OXON.

18. *Qui præterierunt.*] In Oxon. Ed. legitur *quæ.*

19 *Et futurorum dedit nobis initia ſcire*] Per initia futurorum intelligitur fides, quæ eſt fundamentum, ac veluti primordium, eorum quæ nobis in cœlis revelabuntur. Fides enim eſt veluti prælibatio quædam futuræ gloriæ, iis, dico, fidelibus, qui divina ſapiunt. MEN.

20. *Accedere.* l. *accedite.* *Ad aram illius.*] Id eſt, ad ſublimem myſteriorum ejus cognitionem. *Unus ex vobis.* Id eſt, ſimilis vobis, ut Gen. 3. *Ecce Adam quaſi unus ex nobis.* Eamdem phraſim infra repetit. MEN.

Accedere.] Huic voci ex conjectura in Oxon. Ed. præfigitur *oportet.* Sed in præceptis, paſſim δεῖ ſubintelligitur ante Infinitivum. CLER.

21. *Per quæ in plurimis lætiores ſitis.*] Quia doctrina Apoſtolica non mediocri lætitia & conſolatione fideles afficit; ſpiritali quidem, quæ vera & ſola lætitia eſt. Ita Joan. ep. 1. cap. 1. *Et hæc ſcribimus vobis, ut gaudeatis, & gaudium veſtrum ſit plenum.* Et Paulus ad Philipp. 1. *Ad profectum veſtrum, & gaudium fidei.* MEN.

In plurimis lætiores ſitis] Sic in calce operis, ἐν τῷ εὐφραίνεσθαι ὑμᾶς. OXON.

22. *Cum ſint dies nequiſſimi.*] Ita Paulus ad Epheſ. 5. *quoniam dies mali ſunt.* Mali dicuntur dies ob nequitiam hominum, in quibus regnat peccatum. Hic autem incipit prima pars hujus epiſtolæ: & primo proponit, quare ſint Dei juſtificationes & mandata inquirenda; tum recenſet virtutes, quibus fides noſtra fulcienda ſit; tandemque oſtendit, quam vani fuerint Judæi, qui univerſam juſtitiam in ſuis ſacrificiis & cæremoniis legalibus poſitam eſſe cenſuerunt, oſtenditque ejuſmodi ſacrorum abolitionem. MEN.

23. *Contrarius.*] Id eſt, Satan, Gloſſarium vetus mſ. Satan, adverſarius, contrarius. MEN.

24. *Habeat hujus ſæculi poteſtatem.*] Unde Joan. 12. 14 & 16. *Princeps hujus mundi*, & ad Eph 6. *ſed adverſus principes & poteſtates, adverſus mundi rectores tenebrarum harum.* Contrarius ergo, id eſt, Satan, & diabolus habet poteſtatem hujus ſæculi, id eſt, mundi, ſed tenebrarum harum, hoc eſt, malitiæ mundanæ, cui præeſt, id unum ſtudens, ut vias Domini rectas ſubvertat, homines inferendo & inducendo in tentationem, eoſque à gratia Dei deturbando. Origenes lib 1. περὶ ἀρχῶν cap. 5. dubitat an princeps hujus mundi diabolus ſit, ſive quis alius: *Nec non, inquit, & quidem Angeli diaboli nominantur, ſed & princeps mundi hujus, qui utrum ipſe ſit diabolus, an alius quis, nondum mani-* *feſte declaratum eſt.* Nulli tamen dubium eſſe debet, quin princeps hujus mundi, vel Contrarius habens hujus ſæculi poteſtatem, ut loquitur ſanctus Barnabas, diabolus ſit. Nam cum omnes cæleſtes illi ſpiritus, qui ob ſuperbiam à gratia Dei exciderunt, diaboli ſint, & princeps hujus mundi ex eis unus ſit, & eorum caput, clarum eſt eum eſſe diabolum. MEN.

25 *Debemus attendentes inquirere æquitates Domini.*] Ita Paulus capite quinto ad Eph. *Propterea nolite fieri imprudentes quæ ſit voluntas Dei* Æquitates hoc loco ſunt juſtitiæ, ſeu juſtificationes. MEN.

26. *Fidei ergo noſtræ adjutor eſt timor*, &c.] Expuncto verbo ſubſtantivo, lege uno verbo, *adjutores*, ut in textu Græco apud Clementem Alexandrinum lib. 2. Strom. qui hunc locum profert, συλλήπτορες quam vocem ita explicat Heſychius συλλήπτορας. συνεργοῦντας id eſt, adjutorem. Et in Gloſſis veteribus, συλληψις. βοήθεια, ſpitulatio. *Caſta*, id eſt, integra. MEN.

27. *Plenus ſum holocauſtomatibus arietum, & pinguaminibus agnorum*] Ita in veteri editione textus Hebraici Cardinalis Ximenes, ubi tantum poſt vocem מריאים id eſt, agnorum ponitur accentus diſtinctivus: Quam tamen interpunctionem non agnoſcit ſanctus Hieronymus hunc locum explanans: *Plenus ſum: hoc ſenſu eſt explicandum: nulla re indigeo, Domini eſt terra & plenitudo ejus.* Quemadmodum Tertullianus lib. adverſus Judæos: *& adhuc dicit: & holocauſtomata, & ſacrificia veſtra, & adipem hircorum, & ſanguinem taurorum nolo.* Ita ſanctus Cyprianus lib. 1. de teſtimoniis adverſus Judæos. At Septuaginta interpretes ſic legunt: πλήρης εἰμὶ ὁλοκαυτωμάτων κριῶν id eſt plenus ſum holocauſtis arietum: cætera referuntur ad verbum βούλομαι MEN.

28. *Et pinguaminibus agnorum* &c. Locum Iſaiæ I. 11. ſic retuliſſe videtur Barnabas, καὶ στέαρ ἀρνῶν: quod facile fuit facere ex στέατ☉ ἀρνῶν vel στέατ☉ τῶν ἀρνῶν, ut forè ſcripſerant 222. Senes. Zeno Veronenſis ſermone de Pſalmo 49. *Et pinguamine agnorum.* Apud S Baſilium στέαρ τῶν ἀρνῶν habetur. & S. Cyprianus legebat *ſtream*, lib. 1. Teſtimoniorum adverſus Judæos cap. 16. Deinde poſitum à Barnaba, ἐὰν φέρητέ μοι σεμίδαλιν: illudque μοι agnoſcunt Conſtitutiones Apoſtolicæ lib. 6. cap. 22. Tertullianus contra Judæos cap. 5. Baſilius ad eum locum, Gregorius Nyſſenus, ſeu quis alius, in Teſtimoniis adverſum Judæos, Chryſoſtomus cùm ad locum Prophetæ, tum alibi, & Gregentius in Diſputatione cum Judæo. Demum ἀρχὴν habebatur in Græco Barnabæ, ſicuti apud Irenæum lib. 4. cap. 32. quam lectionem firmat cum Tertulliano lib. 1. in Marcionem cap. 20. & lib. 5. cap. 4. Collatio Carthaginenſis tertia habita cum Donatiſtis: deerat autem poſtremum νηστείαν, quod etiam fruſtra quæres in locis citatis ex Doctrina Catholica, Tertulliano, Collatione, Baſilio, Gregorio, & Chryſoſtomo. COT.

29. *Nec ſi veniatis videre mihi.*] Lege, *videri*, ut apud Tertullianum loco citato: *Nec ſi veniatis videri mihi*: juxta Septuaginta interpretes, οὐδ' ἂν ἔρχησθε ὀφθῆναί μοι id eſt, nec ſi veniatis apparere mihi. *Videri* mihi eſt videri à me, phraſis Græca. Vulgo, *cum veneritis ante conſpectum meum*, juxta textum Hebraicum MEN.

30. *Si attuleritis mihi ſimilaginem, vanum, ſupplicamentum exe-*

[31] *ferias*; *& dies feſtos veſtros odit anima mea.*
Nova lex. [32] Hæc ergo vacua fecit, ut nova lex Domini noſtri Jeſu Chriſti, quæ [33] ſine jugo neceſſitatis eſt, [34] humanam habeat oblationem. Dicit
Jer. 7. 22. Dominus iterum ad illos: [35] *Numquid ego præcepi parentibus veſtris, cùm exierunt de terra Ægypti, ut offerrent mihi hoſtias & victimas: ſed*
Zach. 8. 17. *hoc præcepi illis dicens:* [36] *Unuſquiſque veſtrûm adversùs proximum non habeat malitiam, & juramentum* [37] *mendum* * *non habet.* Intelligere ergo debemus, cùm non ſimus ſine intellectu, con-
* ſ. amet, vel habeat.

ſilium benignitatis patris noſtri: quià nobis dicit; volens nos ſimiliter errantes quærere, quemadmodum ad illum accedamus; nobis enim dicit:
[38] *Sacrificium Deo, cor contribulatum, & humiliatum Deus non deſpicit.* Certiùs ergo inquirere Pſ. 50. 19.
debemus, fratres, de noſtra ſalute, [39] ut ne quando habeat introitum in nobis, & evertat nos à [40] vita noſtra.

III. [41] Dicit ergo iterum de his ad illos:
[42] *Ut quid mihi jejunatis, ut hodie audiatur vox* Iſ. 58. 4.
veſtra in clamore? Non tale jejunium elegi, dicit Domi-

---

execrata mihi eſt.] Ita fere Tertullianus libro citato: *Quoniam ſi attuleritis mihi ſimilam, vanum ſupplicamentum execramentum mihi eſt.* In textu Græco: ἐὰν φέρητε σεμίδαλιν, μάταιον, θυμίαμα βδέλυγμά μοι ἐστί id eſt, ſi obtuleritis mihi ſimilam, vanum, incenſum abominatio mihi eſt. Ubi vides τὸ *vanum*, tum in ep. ista apud Tertul. diſtinguendum eſſe à vocabulo, *ſupplicamentum*: Quod patet etiam ex ſancto Hilario in Pſal. 2. qui addit verbum, eſt: *ſi afferatis ſimilaginem, vanum eſt.* Et ſupplicamentum in his locis pro thymiamate, ſeu incenſo ponitur: *Et diem magnum*: ita apud Septuaginta, *jejunium*; ita apud Septuaginta. MEN.

31. *Ferias*] Apud Septuaginta ἀργίαν id eſt, otium, ſed Interpres hujus epiſtolæ legiſſe videtur ἀργίας id eſt, ferias. Gloſſæ veteres: ἀργίαι αἱ σχολαί *feriæ*. MEN.

32. *Hæc ergo vacua fecit.*] Sacrificia veteris legis. MEN.

33. *Quæ ſine jugo neceſſitatis.*] Id eſt, quæ non eſt aſtricta legi Moſaicæ. Ità Paulus ad Gal. 5. *State & nolite iterum jugo ſervitutis contineri.* Et ſupra eodem capite dicit: *Vos enim in libertatem vocati eſtis.* Nempe ſoluti à jugo legis veteris per Jeſum Chriſtum. Vides ergo, ut conſonant Barnabæ verba Pauli doctrinæ. MEN.

34. *Humanam habeat oblationem.*] Id eſt, cor habeat præparatum, ad parendum Dei mandatis, ut locus Prophetæ poſtea citatus ſatis indicat. MEN.

35. *Numquid ego præcepi parentibus veſtris.*] Locus habetur Hierem. 7. ad quem hæc habet ſanctus Hieronymus: *Manifeſte intelligitur, quod primum decalogum dederit in tabulis lapideis, ſcriptum digito Dei, & poſt offenſam idololatriæ, caputque vituli poſtea juſſerit ſibi magis fieri, quam dæmonibus.* Imo ipſa die, qua egreſſus eſt populus de Ægypto, præcepit Dominus ſibi offerri & immolari primogenita exceptis homine & aſino Exodi 13. ubi & reperit præceptum immolationis Phaſe, & Exodi 29. præter ſacrificia inaugurandorum ſacerdotum, præcipitur quotidianum ſacrificium matutinum unius agni, & veſpertinum alterius, quæ omnia præcepta ſunt ante idololatriam populi in ſolitudine. Auctor quæſtionum ex utroque teſtamento mixtim quæſt. 103. duo ſacrificiorum genera diſtinguit, *unumquodper ſingula genera mandatum eſt, & aliud quod voluntarium dictum eſt*: Hoc non fuiſſe mandatum, illud præceptum fuiſſe: & ideo eos argui à Propheta, quod ſacrificia illa minus devote, ſed negligenter offerrent Judæi. Sed extorta videtur hæc interpretatio, maxime cum toto hoc capite nulla mentio ſit ſacrificii voluntarii. Quidam dicunt verba Hieremiæ intelligenda eſſe dumtaxat pro illo quadraginta annorum ſpatio, quo Judæi in ſolitudine commorati ſunt, dum in terram promiſſionis introirent, cumque nullas hoſtias ex Dei præcepto immolaſſe, ut habetur Amos cap. 5. Sed quia mandatorum obſervatio, quæ hic ab Hieremia inculcatur, non tantum erat pro illo tempore, quo habitarent in deſerto Judæi: ſic id quod dicit Propheta, quod à die, quo educti ſunt de Ægypto nihil Deus de victimis & ſacrificiis præcepit, non intelligitur pro illo intervallo, quo in deſerto commorati ſunt. Nec locus Prophetæ Amos ad rem facit. Nam ſolam idololatriam, cui in deſerto obnoxii fuere, Judæis exprobrat. Optima explicatio ſancti Irenæi lib. 4. adverſus hæreſes cap. 32. ubi ſcribit his Hieremiæ verbis ſignificari non ob ſacrificia eductos fuiſſe Iſraelitas de terra Ægypti, ſed ut obliti idololatriæ Ægyptiorum poſſent audire verbum Domini: ac proinde non præcipue mandatum eis fuiſſe de ſacrificiis, ſed de voluntate Dei audienda, & facienda: *Et iterum*, inquit, *ſignificans, quoniam non propter hoc eduxit eos de Ægypto, ut ſacrificia ei offerrent, ſed ut obliti idololatriæ Ægyptiorum audire vocem Domini poſſent, quæ erat eis ſalus & gloria, per eumdem Hieremiam, hoc dicit Dominus: Holocauſtomata veſtra colligite cum ſacrificiis veſtris, & manducate carnes, quoniam non ſum locutus ad patres veſtros, nec de holocauſtomatibus & ſacrificiis præcepi eis, qua die eduxi eos de Ægypto: ſed ſermonem hunc præcepi eis dicens: Audite vocem meam, & ero Deus veſter*, &c. Et paulo poſt: *Non enim principaliter hæc* (nempe ſacrificia) *ſed ſecundum conſequentiam, & propter prædictam cauſam habuit populus.* MEN.

36. *Unuſquiſque veſtrum adverſus proximum*, &c.] Apud Hieremiam cap. 7. hæc ita habentur in verſione communi juxta textum Hebraicum & Græcum: *Audite vocem meam, & ero vobis Deus, & vos eritis mihi populus, & ambulate in omni via, quam mandavi vobis, ut bene ſit vobis.* Sed Apo-

ſtolus protulit potius ſenſum, quam verba: & quod dixit Propheta generatim, ille dixit ſpeciatim. Hic mos eſt Apoſtolorum, & virorum Apoſtolicorum, ut ſæpe citent ſacram Scripturam non juxta verba, ſed juxta ſenſum, ut docet de veteri teſtamento S. Hieronymus in caput quintum Amos Prophetæ: *Et hoc in omnibus ſanctis Scripturis obſervandum eſt Apoſtolos, & Apoſtolicos viros in ponendis teſtimoniis de veteri teſtamento non verba conſiderare, ſed ſenſum, nec eadem ſermonum calcare veſtigia, dummodo à ſententiis non recedant.* Ut Marci 1. & Matthæi 11. *Ecce mitto Angelum meum ante faciem tuam, qui præparabit faciem tuam ante te*: quod habetur Malach. 3. apud quem tamen ſic legitur, tum juxta textum Hebraicum, tum Græcum: *Ecce mitto Angelum meum, & præparabit viam ante faciem meam.* Sic Matth. 26 & Marc. 14. *Percutiam paſtorem* Ex Zach. 13. Ubi tamen habetur, tum juxta textum Hebraicum, tum Græcum: *Percute paſtorem.* Et 1. ad Cor. 2. *Sicut ſcriptum eſt, quod oculus non vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis aſcendit, quæ præparavit Deus his qui diligunt illum.* Qui locus ita habetur. Eſai. 64. *Oculus non vidit, Deus, abſque te, quæ præparaſti expectantibus te.* Sic ſanctus Ignatius in epiſt. ad Trallianos hunc locum, Joan. 11. ita citat: καὶ πᾶς ὁ ζῶν καὶ πιστεύων εἰς ἐμὲ κἂν ἀποθάνῃ, ζήσεται εἰς τὸν αἰῶνα, id eſt, & omnis qui vivit & credit in me, etiamſi mortuus fuerit, vivet in æternum: ſed apud Joan. ſcribitur, καὶ πᾶς ὁ ζῶν, &c. οὐ μὴ ἀποθάνῃ εἰς τὸν αἰῶνα id eſt, & omnis qui vivit, &c. non morietur in æternum: & in epiſtola ad Smyrnenſes, citatur illud Matth. 10. ὁ τιμῶν τὸν προφήτην εἰς ὄνομα προφήτου, &c. id eſt, qui enim honorat Prophetam in nomine Prophetæ, &c. apud quem ita habetur; *qui recipit Prophetam in nomine Prophetæ*, &c. Ita ſanctus Clemens epiſtola prima ad Corinthios, οὕτως γάρ που λέγει ἡ γραφή, καταστήσω τοὺς ἐπισκόπους αὐτῶν ἐν δικαιοσύνῃ, καὶ τοὺς διακόνους αὐτῶν ἐν πίστει id eſt, ſic enim alicubi dicit Scriptura, conſtituam epiſcopos eorum in juſtitia, & diaconos eorum in fide. Eſa. 60. Ubi habetur juxta Septuaginta, καὶ δώσω τοὺς ἄρχοντάς σου ἐν εἰρήνῃ, καὶ ἐπισκόπους σου ἐν δικαιοσύνῃ id eſt, dabo principes tuos in pace, & epiſcopos tuos in juſtitia. Et ſanctus Juſtinus Martyr citans initium Geneſeos hoc modo: ὅτι γὰρ Μωσῆς γέγραφεν ἐν ἀρχῇ ἐποίησεν ὁ θεὸς τὸν οὐρανὸν, καὶ γῆν. εἶτα ἥλιον, καὶ σελήνην, καὶ ἀστέρας id eſt, in principio creavit Deus cœlum & terram, deinde ſolem & Lunam, & ſtellas, quæ tamen ſic non habentur cap. 1. Gen. MEN.

37. *Mendum.*] Lege, *mendax*, ſicut & Zachariæ 8. *Juramentum mendax ne diligatis.* MEN.

Juramentum mendum.] Cave hæc mutes, cum *Menardo & Oxonienſibus*, in *mendax*; eſt enim priſca vox Latina, ut docet *Chariſius* Lib. I. *Mendum, in mendacii ſignificatione, dicitur; menda, in culpa operis aut corporis.* Hinc factum mendax. CLER.

38. *Sacrificium cor contribulatum*, &c.] Ita fere apud Tertullianum lib. contra Judæos: *Cor contribulatum & humiliatum hoſtia Deo eſt.* Sanctus Irenæus libro quarto adverſus hæreſes cap. 32. primo citat illud Pſalmi 50. *Sacrificium Deo Spiritus contribulatus*, &c. Et infra eodem capite, ſic ait: *Quemadmodum alibi ait: Sacrificium Deo cor contribulatum: odor ſuavitatis Deo, cor clarificans eum qui plaſmavit.* Itaque puto hunc locum Barnabæ mutilum eſſe, & ſic reſtituendum eſſe: *Sacrificium Deo cor contribulatum: odor ſuavitatis Deo cor clarificans eum, qui plaſmavit.* Et: *Sacrificium Deo ſpiritus contribulatus: Cor contritum & humiliatum Deus non deſpicit.* Ita ut multi loci ſimul conglobati citentur, juxta morem Barnabæ, & priſcorum, ut infra clarius demonſtrabitur, quorum duo proſequutus potius ex ſenſu Scripturæ, quam ex ipſis verbis, quos ſanctus Irenæus mutuaverit ex hac Barnabæ epiſtola. *Non deſpicit*, in vulgata editione, *non deſpicies*. Vide obſervationes noſtras in concordiam regularum. MEN.

39. *Ut ne quando habeat introitum in nobis.*] Videtur deeſſe vocabulum, *Satan*, vel, *Contrarius*, vel quid ſimile, ut legatur; *Ut ne quando Contrarius habeat introitum in nobis.* MEN.

40. *Vita noſtra.*] Oxon. fortè *via*. Sed non opus eſt, nam vita eſt pro vitæ inſtituto. CLER

41. *Dicit ergo iterum.*] cap. 2. Eſt de jejuniorum Judaicorum abolitione. MEN.

42. *Ut quid mihi jejunatis?* &c.] Reprobat Eſaias jeju-

H

nium

Dominus, [43] *ut quis humiliet animam ſuam ſine cauſa. Neque ſi curvaveris quaſi circulum collum tuum, & ſaccum te circumdederis, & cinerem ſtraveris: nec ſic celebrabis jejunium acceptum.*
Iſ. 58. 6. Ad nos autem ſic dicit: *Cùm* * *jejunaveritis*, * *ſ. jejunaveris.*
ſolve omnem nodum injuſtitiæ, & [44] *omnem conſignationem iniquam dele, reſolve ſuffocationes* [45] *impotentium* [46] *commerciorum, dimitte quaſſatos in remiſſionem, & omnem cautionem malignam diſſipa. Frange eſurienti panem tuum, & egenos ſine tecto induc in domum tuam; cùm videris nudum, veſti, &* [47] *domeſticos ſeminis tui non deſpicies. Tunc erumpet* [48] *temporaneum lumen*
* l. *orientur.* *tuum, &* [49] *veſtimenta tua citò* * *orientur: & præibit ante te juſtitia, & claritas Dei circumdabit te. Tunc* [50] *exclamas, & Deus exaudiet te; cùm adhuc loqueris, dicet, ecce adſum;* [51] *ſi abſtuleris a te nodum, &* [52] *ſuadelam malorum, & verbum murmurationis; & dederis eſurienti panem ex animo.* In hoc ergo, fratres, providens eſt, & miſericors Deus, [53] quia in ſimplicitate crediturus eſſet populus, quem comparavit dilecto ſuo, atque antè oſtendit omnibus nobis, ut non incurramus, tamquam proſelyti ad illorum legem.

IV. [54] Oportet ergo [55] de * hiſtantibus * *ſ. hiſtantis, vel inſtantibus.*
multùm ſcrutantes ſcribere, quæ * non poſſint * *l. nos.*
ſanare. Fugiamus ergo ab omni opere iniquitatis, & odio habeamus errorem hujus temporis, [56] ut futuro diligamur. Non [57] demus animæ noſtræ ſpatium; ut poſſit habere poteſtatem diſcurrendi cum nequiſſimis & peccatoribus; ne quando [58] ſimilemus illis. Conſummata enim
tentatio, [59] ſicut ſcriptum eſt, ſicut Daniel di- *Dan.* 9
cit, adpropinquavit. Propter hoc enim Dominus * [60] interdicit tempora, & dies, ut accele- * *l. intercidit.*
ret

---

nium Judæorum, quod cum faſtu erat, & triſtitia affectata ad oſtentationem, quale eſt jejunium hypocritarum Matth. 6. & bonis operibus vacuum, maliſque plenum. MEN.

43. *Ut quis humiliet animam ſuam ſine cauſa.* Quid legerit in Græco divinare non poſſum. Attamen LXX. Iſ. LVIII. 5. [illegible] τὴν ψυχὴν αὐτοῦ. Sed jam olim corruptum locum oſtendit Cyprianus, dum lib. 3. Teſtimoniorum cap. 1. vertit, *Niſi humiliet homo animam ſuam*, id eſt, [illegible] &c. Suſpicabitur aliquis lectum fuiſſe ab Interprete noſtro [illegible], aut [illegible], aut [illegible]. Sequitur in eodem Prophetæ verſiculo, *Nec ſic celebrabis jejunium acceptum.* [illegible]. Hodie male in LXX. [illegible]. quod tamen & habet Cyrillus, & interpretantur Lucifer lib. 1. pro ſancto Athanaſio ſub finem, atque Ambroſius cap. 10. lib. de Nabuthe: pejus verò Cypriani exemplaria exhibebant [illegible]. Retinet [illegible] Chryſoſtomus Homil. 56. in Matthæum; nec non Hieronymus in Commentario ſuo; item Procopius. COT.

44. *Et omnem conſignationem iniquam dele.* Relegari debent iſta ad marginem, unde in textum induxit ea neſcio quis: ſunt quippe alia verſio verborum [illegible]: quæ hic redduntur, *Et omnem cautionem malignam diſſipa*: à Cypriano autem lib. de Oratione Dominica ante finem, & lib. 3. ad Quirinum cap. 1. *Et omnem conſignationem injuſtam diſſipa.* COT.

45. *Impotentium*] Id eſt, violentorum. MEN.

46. *Commerciorum.*] In textu Græco [illegible] nam [illegible] eſt commercium. Gloſſæ veteres: [illegible], commercium. MEN.

47. *Et domeſticos ſeminis tui ne deſpicias.*] Juxta Septuaginta. Vulgo juxta textum Hebraicum, *Et carnem tuam ne deſpexeris.* De cujus loci diverſa interpretatione, hæc habet ſanctus Auguſtinus lib. 2. de doct. Chriſt. cap. 12. *Sicut illud Eſaiæ Prophetæ unus interpres ait: & carnem tuam ne deſpexeris: alius & domeſticos ſeminis tui ne deſpexeris: uterque ſibimet invicem atteſtantur: namque alter ab altero exponitur: quia & caro poſſit accipi propriè, ut corpus ſuum quiſque non deſpiceret, ſe putaret admonitum: & domeſtici ſeminis tranſlatè Chriſtiani poſſunt intelligi, ex eodem verbi ſemine nobiſcum ſpiritaliter nati. Nunc autem collato interpretum ſenſu, probabilior occurrit ſententia propriè de conſanguineis non deſpiciendis eſſe præceptum: quoniam domeſticos ſeminis cum ad carnem retuleris, conſanguinei potiſſimùm occurrunt.* Sed exiſtimo eumdem eſſe ſenſum apud Septuaginta, ac in Hebræo, ut ſint domeſtici ſeminis tui homines, qui ſunt ejuſdem tecum naturæ & carnis, quod eſt graviſſimum argumentum ad excitandam miſericordiam: cui ſimile eſt illud ſancti Aſterii ſerm. in hæc, *Homo quidam deſcendebat ab Hieruſalem in Jericho*: [illegible] id eſt, illos vocamus fratres, qui eodem editi ſemine, ut eodem utero geniti, qui verò eumdem habemus creatorem, & eamdem matrem terram, è qua conditi ſumus, & eamdem animæ dignitatem, unam pietatis & vitæ legem, eamdem futuri ſpem, quomodo nos invicem non diligimus magis, quam fratres, & conſanguinei: ſi videris hominem, te ipſum in eo vides. Quare oportet eum, qui ejus calamitates videt, famem, ſitim, nuditatem, aliamque neceſſitatem, & morbos, aliaſque afflictiones, tanquam proprios dolores, ac damna clementer reſpicere. MEN.

48. *Temporaneum.*] Ita apud Tertullianum libro de reſurrectione carnis. In textu Græco [illegible] juxta textum Hebraicum, id eſt, matutinum. MEN.

49. *Et veſtimenta tua*] Ita apud Tertullianum libro citato. Apud Septuaginta interpretes juxta textum Hebraicum legitur: [illegible], id eſt, ſanitates, pro quo quidam legerunt [illegible], id eſt, veſtimenta, ut notat ſanctus Hieronymus hunc locum exponens. Quod ob vocabulorum Græcorum ſimilitudinem contigiſſe videtur. Hinc factum eſt, ut interpres Barnabæ Latinus verterit, *veſtimenta*, non ſanitates. Quod vocabulum ſumpſit pro carne Tertullianus, loco citato: *non ſubſericam utique, aut pallium, ſed carnem volens accipi, ortum carnis reſurrecturæ de mortis occaſu prædicavit.* MEN.

50. *Exclamas.*] Lege, *Exclamabis*, ut apud ſanctum Cyprianum libro tertio de teſtimoniis. MEN

51. *Si abſtuleris à te nodum, & ſuadelam malorum.*] Eleganti atque Attica voce, [illegible], uſi ſunt LXX. Seniores, quæ manûs porrectionem deſignat. Barnabæ verò Interpres, quaſi id nominis à [illegible] *pejor* deduceretur, vertit *malorum ſuadelam.* Nec abſimili, ut videtur, deductione Lucifer lib. 1. pro Athanaſio in fine interpretatur, *Si auferas à te vinculum iniquitatis & obligationis.* Conſule Iſaiæ explanatores, necnon Gregorium Nazianzenum in fine Orationis 16. & ante medium 15. ibique Nicetam Heraclienſem, ac Eliam Cretenſem. Opinari quis poſſet Interpretem noſtrum ſcripſiſſe, *ſuadelam manuum*, vel *juſſelam malorum.* MEN.

52. *Et ſuadelam malorum*, apud Septuaginta [illegible], quod quidam exponunt ordinationem, in vulgata editione juxta textum Hebraicum: *Si deſieris extendere digitum.* MEN.

Suadelam malorum] Imperitia Interpretis effecit ut [illegible] putaret compoſitam eſſe ex [illegible] *deterior*, cùm ea [illegible] *manus* componatur. Tum etiam ſyllabas [illegible] non modo à [illegible] eſſe credidit, ſed Verbum hoc interpretatus eſt *contendere*, hoc eſt, vehementer velle & niti perſuadere. Quæ omnia mania ſunt. In Hebraïco textu eſt שלח אצבע *miſſio digiti*, quo fortè ſigno utebantur in teſtimoniis, ut ſe ex animi ſententia loqui ſignificarent, onde addit Propheta *& loqui falſum.* LXX. Intt. verterunt [illegible], quia jurantes [illegible] *tendebant manum in cœlum.* Fortè utrumque conjungendum, ita ut mos eſſet manûs ſublatæ indicem erigere. CLER.

53. *Quia in ſimplicitate.*] Lege, *quia cum in ſimplicitate.* MEN.

54. *Oportet ergo.*] 3. caput eſt de inſtantibus calamitatibus, cum exhortatione ad virtutem. MEN.

Oportet ergo de his tantibus multùm ſcrutantes ſcribere.] Lege, *de his talibus.* Semel autem lectorem moneo, me non probare maximam partem lectionum Monachi illius Pariſienſis, quæ ille ad oram veteris hujus interpretationis adpoſuit. Si quid itaque occurrat, quod diſpliceat, ne id mihi vitio vertatur. Quamvis enim multa delevi ſint, plura tamen remanſerunt. Ita aliquanto poſt, *peribis* correxit pro *periet*; cum non hoc minus, quam alterum, in uſu fuerit ævo poſteriori. Ita & alibi, *exierat*, *exiit*: & *tranſiet*, etiam apud Tibullum. VOSS.

55. *De hiſtantibus*] Oxon *his talibus*, [illegible]. Uſſerius legebat: *oportet ergo nos de inſtantibus multùm ſcrutantes ſcribere, quæ non poſſint ſervare.*

56. *Futuro diligamur.*] Oxonienſes ex conjectura Uſſerii: *futuro diligamur.*

57. *Demus.* Uſſer. *debemus.* OXON.

58. *Similemus.*] Id eſt, ſimiles ſimus, & infra pagina 10. Dicit, *ſimilitus*, verbum neutraliter ſumitur. MEN.

59. *Sicut ſcriptum eſt, ſicut Daniel.*] Uſſer. *de quo ſcriptum eſt, ſicut Daniel &c.* OXON.

60. *Intercidit.*] Ita legendum monui in margine, juxta illud

ret [e] dilectus illius ad hereditatem ſuam. Dicit ſic Propheta? [62] *Regna in terris decem regnabunt,* & [63] *reſurget retro puſillus,* [64] *qui deponet tres in unum.* [65] De regnis ſimiliter. De hoc ipſo dicit iterum Daniel; [66] *Et vidi quartam beſtiam, nequam & fortem & ſæviorem* [67] *cæteris beſtiis marinis: & apparuerunt illi decem cornua: & aſcendit aliud cornu breve in medio illorum: & dejecit cornua tria de majoribus cornibus.* Intelligere ergo debemus. Adhuc & hoc rogo vos tamquam unus ex vobis, omnes amans ſuper animam meam, ut attendatis vobis; & non ſimiletis eis, qui peccata ſua congerunt, & dicunt; [68] quia teſtamentum illorum & noſtrum eſt. [69] Noſtrum autem, quia illi in perpetuum
Ex. 31. & 34. perdiderunt illud, quod Moyſes accepit. Dicit enim Scriptura: *Et fuit Moyſes in monte jejunans quadraginta diebus, & quadraginta noctibus: & accepit teſtamentum à Domino, tabulas lapideas*
Ex. 32. 9. Deut. 9. 12. *ſcriptas manu Dei.* Sed converſi in Idola perdiderunt illud: dicit enim Dominus Moyſi: *Moyſes deſcende celeriùs, quia prævaricavit legem* [70] *populus tuus, quem eduxiſti de terra Ægypti.* Et projecit Moyſes tabulas lapideas de manibus ſuis, & confractum eſt teſtamentum eorum, ut dilectio Jeſu conſignetur in præcordiis veſtris, [71] in ſpem fidei illius. Propter quod attendamus noviſſimis diebus. Nihil enim proderit nobis omne
* f. odio. tempus vitæ noſtræ, & fidei, ſi non * modo [72] iniquum & futuras tentationes habeamus; [73] ſicut dicit Filius Dei: *Reſiſtamus omni iniquitati, & odio habeamus eam.* Ergo [74] conſiderate opera malæ viæ. [75] Non ſeparatim debetis ſeducere vos tamquam juſtificati; ſed in unum convenientes inquirite, quod communiter dilectis conveniat & proſit. Dicit enim Scriptura: [76] *Væ illis, qui ſibi ſoli intelligunt, & apud ſe docti videntur.* [77] Simus ſpiritales, [78] ſimus templum conſummatum Deo: in quantum eſt in nobis, [79] meditemur timorem Dei, & cuſtodiamus mandata illius. Iſ. 5. 21.

Clemens Alexandrinus paulò poſt loca allata, p. 375. B. ita habet.

Καὶ Βαρνάβας ὁ ἀπόστολος, Οὐαὶ οἱ συνετοὶ παρ' ἑαυτοῖς, καὶ ἐνώπιον αὐτῶν ἐπιστήμονες, προειπὼν, ἐπήγαγε· πνευματικοὶ γενώμεθα, ναὸς τέλειος τῷ Θεῷ· ἐφ' ὅσον ἐστὶν ἐφ' ἡμῖν, μελετῶμεν τὸν φόβον τοῦ Θεοῦ, καὶ φυλάσσειν ἀγωνιζώμεθα τὰς ἐντολὰς αὐτοῦ, ἵνα ἐν τοῖς δικαιώμασιν αὐτοῦ εὐφρανθῶμεν.	*Et Barnabas Apoſtolus cùm præpoſuiſſet: Væ qui ſunt intelligentes apud ſeipſos; & coram ſemetipſis ſcientes: ſubjunxit; Efficiamur ſpiritales, & templum Deo perfectum: in quantum eſt in nobis, meditemur timorem Dei, & ejus præcepta ſervare contendamus; ut in illius juſtificationibus lætemur.* Iſ. 5. 21.

Do-

---

illud Danielis 7. *Septuaginta hebdomadæ abbreviatæ ſunt.* MEN.

Interdicit.] Pro *intercedit*. Reſpiciunt hæc verba Domini, Matt. XXIV. 22. Vide Eſ. X. 23. OXON.

61. *Dilectus.*] Uſſer. *dilectos*. Vid. Mal. III. 1. OXON.

62. *Regna*] Ita in textu Græco *βασιλεῖαι*. In textu Hebraico מלכים id eſt, reges, ut in vulgata interpretatione. MEN.

63. *Et reſurget retro puſillus rex.*] Aliter in vulgata editione: *Et alius conſurget poſt eos, & ipſe potentior erit*, ut in textu Græco & Hebraico. Verum Apoſtolus verba non reddidit, ſed ſenſum, alludens ad illud parvulum cornu, quod de medio decem cornuum quartæ beſtiæ ortum tria de cornibus primis, hoc eſt, tres reges contrivit. Ille ergo rex, qui dicitur cæteris potentior, ab Apoſtolo appellatur puſillus, quia per illud parvum cornu ſignificatur. MEN.

64. *Qui deponet tres in unum.*] Id eſt, qui tres reges humiliabit, juxta textum Hebraicum, Græcum, & verſionem communem. MEN.

65. *De regnis ſimiliter.*] Subaudi, *dicendum eſt*: quæ nempe cum ſuis regibus ab illo potentiore funditus evertentur. MEN.

66. *Vidi quartam beſtiam*, &c.] Proferuntur ex ſenſu, potius quam ex codice. MEN.

67. *Cæteris beſtiis marinis.*] Ita appellantur juxta illud Danielis: *Et quatuor beſtiæ grandes aſcendebant de mari diverſæ inter ſe.* MEN.

68. *Et dicunt, quia teſtamentum illorum*, &c.] Intelligit Nazaræos, illiſque ſimiles Chriſtianos, qui legem Moyſi cum Evangelio retinebant. MEN.

69. *Noſtrum eſt autem.*] Oſtendit quomodo vetus teſtamentum ſit etiam Chriſtianorum, cum videlicet repudiata lege à Judæis, quod quidem ſignificatur per fractionem tabularum, nova lex data eſt ſcripta, non in tabulis lapideis, ſed in tabulis cordis, cum illis à Deo repudiatis, Chriſtiani fuerunt adoptati in novum populum, ut infra de eadem tabularum confractione agens, rectè docet ſanctus Barnabas, accepto teſtamento à Judæis per idololatriam abjecto. Quod quidem teſtamentum intelligitur tantum de decalogo, qui in duabus tabulis Dei digito ſcriptis, & à Moyſe fractis continebatur. Origenes libro primo contra Celſum, primas tabulas dicit eſſe legem in cordibus hominum ſcriptam, quæ cum ſuperfuſione peccatorum eſſet aboliti: iterum Deus dedit ſcriptam in excuſis per Moſen tabulis lapideis, nimirum, prophetico ſermone præparante animam poſt primum peccatum ad ſecundas Dei literas. MEN.

70. *Populus tuus*, &c.] Non dicit Deus, *Populus meus*, ſed, *populus tuus*, quaſi populus eſſet Moyſi, cujus ille dux erat: quaſi Deus ob idololatriam Iſraelem à facie ſua projeciſſet. Unde Ozee cap. 1. *Et dixit, voca nomen ejus, non populus meus: quia vos non populus meus, & ego non ero veſter.* MEN.

71. *In ſpem fidei illius.*] Spes hic ſumitur pro retributione vitæ æternæ, quæ datur fidelibus ob fidem, quæ per dilectionem operatur, ut 2. ad Titum, *Expectantes beatam ſpem* MEN.

72. *Iniquum.*] Id eſt, iniquitatem. *Et futuras tentationes*, lege, *ſed & futuras*, &c. tentationes hoc loco ſunt peccata, metonymicè cauſa pro effectu, quibus ſequentia cohærent. MEN.

Iniquum.] Uſſer. *Animum*. OXON.

73. *Sicut dicit Filius Dei, reſiſtamus*, &c.] Hanc Chriſti ſententiam in toto Evangelio non reperietis, ſed eam audivit ab ipſo Chriſto, aut ab aliquo diſcipulo: qualis eſt hæc Pauli ſententia. Act. 20. *Et meminiſſe verbi Domini Jeſu, quoniam ipſe dixit: Beatius eſt magis dare, quam accipere.* MEN.

74. *Conſiderate opera malæ viæ.*] Alludit ad viam duplicem alteram lucis, alteram tenebrarum de qua infra multis agit. MEN.

75. *Non ſeparatim debetis ſeducere vos.*] Id eſt, non debetis vos ab aliorum conſortio ſeparare. Nam ſeducere, eſt ſe ab aliis ſeparare & amovere. Plautus in Aulularia: *Eo nunc ego ſecreto ſe huc foras ſeduxi.* MEN.

Non ſeparatim debetis &c.] Similia habet Ep. ad Heb. X. 25. OXON. Videtur alludere ad nomen Phariſæorum פרושים *priſcbim*, quod ſeorſim ab aliis viventes ſonat, cùm id genus homines ſe præ ceteris *juſtificatos* cenſerent, ut paſſim ex Evangeliis apparet. *Epiphanius* adverſus hæreſes Lib. I. de Hæreſ. Phariſ. §. 1. Ἐλέγοντο δὲ Φαρισαῖοι διὰ τὸ ἀφωρισμένους εἶναι αὐτοὺς ἀπὸ τῶν ἄλλων, διὰ τὴν ἐθελοπερισσοθρησκείαν, τὴν παρ' αὐτοῖς νενομισμένην. Φάρες γὰρ ἑρμηνεύεται Ἑβραΐδι ἀφορισμός. *Dicebantur autem Phariſæi, quod eſſent ſejuncti ab aliis ob ſpontaneam & ſupervacuam ſuperſtitionem cui adſueverant. Phares enim Hebraicè vertitur ſeparatio.* CLER.

76. *Væ illis qui ſibi ſoli intelligunt*] In tertia perſona juxta textum Hebraicum, Septuaginta interpretes, apud quos legitur οὐαὶ οἱ συνετοὶ, atque etiam juxta ſanctum Cyprianum libro tertio de teſtimoniis ad Quirinum: *Væ qui arguti ſunt in ſemetipſis.* At in editione vulgata hic textus habetur in ſecunda perſona: *Væ qui ſapientes eſtis in oculis veſtris, & coram vobiſmet ipſis prudentes.* Hunc autem locum citat Clemens Alexandrinus libro ſecundo Strom. non ex Eſaia, ſed ex Barnaba, ὡς Βαρνάβας ὁ Ἀπόστολος. οὐαὶ οἱ συνετοὶ παρ' ἑαυτοῖς, &c. Porro hac ſententia docemur eos, qui ſe ab aliorum ſocietate per ſchiſmata ſejungunt, ſuam ſequi ſapientiam, non Dei. Quod proinde etiam cavetur. Proverb. 3. *Ne ſis ſapiens apud temetipſum.* MEN.

77. *Simus ergo ſpiritales.*] Rectè: quia vere ſpiritalis eſt is, qui poſita ſenſus proprii ſuperbia, Dei ſapientiam communitati conſentiens ſequitur. MEN.

78 *Simus templum conſummatum Deo.*] Idem infra *templum Domini inhabitatio cordis noſtri eſt.* Juxta doctrinam ſancti Pauli, de qua infra. MEN.

Simus templum.] Paulus hac loquendi formula, ſæpe utitur. 1. Cor. III. 16 Epheſ. II. 21. 1. Theſſ. II. 4. OXON.

79. *Meditemur timorem Dei.*] Juxta illud Eſa. 33. *Cor tuum meditabitur timorem.* MEN.

Dominus [80] non acceptâ perſonâ judicat mundum. [81] Unuſquiſque ſecundùm quæ facit, accipiet. [82] Si fuerit bonus, bonitas eum antecedit; ſi nequam, merces nequitiæ eum ſequitur. [83] Adtendite, ne quando quieſcentes jam vocati addormiamus in peccatis noſtris, & nequam accipiens [84] poteſtatem noſtram, ſuſcitet & excludat à regno Domini. Adhuc & illud intelligite, cùm videritis [85] tanta ſigna, & monſtra in populo Judæorum, [86] & ſic illos dereliquit Dominus. Adtendamus ergo, ne fortè, ſicut ſcriptum eſt, [87] *multi vocati, pauci electi* inveniamur.

Matth. 22. 14.

De Chriſti paſſione.

V. [88] Propter hoc Dominus ſuſtinuit tradere corpus ſuum in exterminium, ut remiſſione peccatorum ſanctificemur, quod eſt [89] ſparſione ſanguinis illius. [90] Scriptum eſt enim de illo, quædam ad populum Judæorum, quædam ad nos. [91] Dicit autem ſic: [92] *Vulneratus eſt propter iniquitates noſtras, & vexatus eſt propter peccata noſtra;* [93] *ſanguine illius ſanati ſumus. Tamquam ovis ad victimam adductus eſt: & ſicut agnus coram tondente ſe, ſic non aperuit os ſuum.* Supergratulari ergo debemus Domino, quia & præterita nobis oſtendit, & ſapientes fecit, & [94] de futuris non ſumus ſine intellectu. [95] Dicit autem, [96] *Non injuſte tenduntur retia avibus.* Hoc dicit, [97] quia juſtè periet homo habens viam veritatis, ſcientiam, & ſe à via tenebroſa non continet adhuc. Et ad hoc Dominus ſuſtinuit pati pro anima noſtra, cum ſit orbis terrarum Dominus; [98] cui dixit die

Iſa. 53.

Prov. 1. 17.

80. *Dominus non accepta perſona judicat mundum.*] Ad Gal. cap. 2. *Deus perſonam hominis non accepit.* 1. Petri cap. 1. *Et ſi patrem invocatis eum, qui judicat ſine acceptione perſonarum.* MEN.

81. *Unuſquiſque ſecundum quæ facit,* &c.] Juxta doctrinam Apoſtolicam 1. Cor. 3. *Unuſquiſque autem propriam mercedem accipiet ſecundum ſuum laborem.* Notanda merces bonorum operum. MEN.

82. *Si fuerit bonus,* &c.] Juxta illud Gen. 4. *Nonne ſi bene egeris, accipies: ſin autem male, ſtatim in foribus peccatum aderit.* Ubi τὸ peccatum eſt pœna peccato debita. MEN.

83. *Adtendite ne quando quieſcentes,* &c.] Alludit ad parabolam decem Virginum, Matth. 25. MEN.

84. *Poteſtatem noſtram.*] Noſtram, id eſt, noſtri, id eſt, in nos. *Suſcitet*, lege ſuſcitetur, adverſus nos videlicet. MEN.

85. *Cum videritis tot ſigna,* &c.] Verbum videritis, eſt præteritum hoc loco. Nam infra loquitur de ſubverſione templi Hieroſolymitani jam facta. MEN.

Monſtra] Monſtrum ſignum aliquid ſiniſtri portendens. Gloſſæ veteres: *Monſtrum*, τέρας, σημεῖον. παράδειγμα. quod imminentia monſtret, Nonius cap. 5. Unde & monſtra monita deorum. Virgil. 3. Æn.

..... primumque parenti

Monſtra Deum refero.

Idem infra. Idem etiam docet Feſtus. Vide Iſidorum lib. 11. Orig. cap. 3. MEN.

Signa & Monſtra.] Reſpicit ſigna & prodigia, quæ excidium Jeroſolymitanum comitabantur à Domino prædicta, Matth. XXIV. OXON.

86. *Et ſic*] Id eſt, & quod ſic. MEN.

87. *Multi vocati,* &c.] Reſpicit ad illud Matth. 22. cap. *Multi enim ſunt vocati, pauci vero electi.* MEN.

88. *Propter hoc Dominus ſuſtinuit.*] 4. caput eſt de Chriſti paſſione, adventu, &c. MEN.

89. *Sparſione ſanguinis illius.*] 1. Petri cap. 1. *In aſperſionem ſanguinis Jeſu Chriſti.* Nota ſparſionem ſanguinis Chriſti ſumi à Barnaba pro remiſſione peccatorum. Ex quo liquet nos juſtificari per applicationem meritorum Chriſti. Quid eſt enim ſparſio ſanguinis Chriſti, niſi applicatio paſſionis illius. MEN

90. *Scriptum eſt enim.*] Lege, *ſcripta ſunt enim.* MEN.

91. *Dicit autem.*] Videntur deeſſe vocabula, *ad nos.* MEN.

92. *Vulneratus eſt,* &c.] Eſaiæ cap. 53. Ubi hujus textus membra ſparſim habentur, non continuo; ſed ea ſimul conjunxit Apoſtolus facilitatis & brevitatis cauſa. MEN.

93. *Sanguine illius.*] Vulgo habetur, *livore ejus.* In textu Hebræo חבורה quod propriè plagam ſignificat, in qua ſanies congregatur. MEN.

Sanguine illius.] Legiſſe videtur Int. τῷ αἵματι, non τῷ μώλωπι ut eſt apud LXX. Intt. in Hebræo Codice. OXON. Senſum hic ſequutus eſt *Barnabas*, nam ſub finem Cap. V. vocem μώλωπι in hoc loco habet.

94. *Et de futuris non ſumus ſine intellectu.*] In veteri codice, unde hanc verſionem ſumpſimus, ſic erat, *Et de futuris non ſumus, ſumus ſine intellectu*, ſed hæc corrupta ſunt, & expuncto, *ſumus*, legendum, *& de futuris non ſumus ſine intellectu*, id eſt, non ignoramus, quæ ventura ſunt. MEN.

95. *Dicit autem*] Videntur deeſſe hæc vocabula, *ad illos.* Nam primus locus ex Eſaia citatus ad eos pertinet, quibus profuit ſanguis Chriſti, Judæis repudiatis. Poſtea vero dicit ad illos Scriptura ſequentem locum Proverbiorum, ut oſtendat eos in tenebris ambulantes non potuiſſe retia, & laqueum evitare venantium. MEN.

96. *Non injuſte tenduntur retia avibus.*] Proverb. 1. cap. juxta Septuaginta interpretes: οὐ γὰρ ἀδίκως ἐκτείνεται δίκτυα πτερωτοῖς. In textu Hebraico ſine ulla negatione habetur חנם כי id eſt, fruſtra enim. Quæ verba quidam proferenda putant per interrogationem, quod mihi arridet, tum quia hoc pacto expoſitio Græca non diſcrepabit à textu Hebræo: tum quia id ſenſus poſtulat. Nam cum admonet ſapientia filium ſuum, ut declinet à ſocietate latronum, bene per ſimilitudinem exprimit hæc facinora in ipſorum perniciem converti, ipſiſque eſſe veluti retia, quibus aves implicantur, quæ ſe demittendo inferius, cum altius volare deberent, merito ab illis intercipiuntur. Unde recte ſequitur: *Ipſi quoque contra ſanguinem ſuum inſidiantur*, peccando videlicet. Nec ibi legendum eſt τὸ *eorum*, loco *ſuum*, ut de his qui ſpoliantur, locus intelligatur. Nam in textu Græco legitur, θησαυρίζουσιν ἑαυτοῖς κακά· id eſt, ſibi ipſis mala theſaurizant. MEN.

97. *Quia juſte.*] Hic applicat locum citatum ex Proverb. primo. Nam quemadmodum avibus juſte retia tenduntur, ſi volando ſe forſitan humilius deprimant, cum poſſent ea ſe altius attollendo devitare: ſic juſte peribunt Judæi, qui cum haberent lucem Scripturarum, in ea non ambularunt, ſed in tenebris: nec ſe in altum extulerunt, ſed humi repſerunt. MEN.

98. *Cui dixit.*] Videtur deeſſe τὸ *Pater.* Nam inde probare contendit, & Filii excellentiam, quod ſit terrarum orbis Dominus, & quod ei dixerit Pater: *Faciamus hominem,* &c. Quod etiam repetit infra: λέγει γὰρ ἡ γραφὴ περὶ ἡμῶν, ὡς λέγει τῷ υἱῷ, ποιήσωμεν κατ' εἰκόνα, &c. Id eſt, dicit enim Script. de nobis, ſicut dicit filio, ſup. Deus, ut ex antecedentibus patet, *Faciamus hominem ad imaginem*, &c. Quem ſecuti ſunt antiqui Patres, in probanda ejuſdem Filii Dei præſtantia, & divinitate. Sanctus Juſtinus Martyr in dialogo cum Tryphone Judæo: καὶ τοῦτο αὐτὸ, ὦ φίλοι, ἔφην, καὶ διὰ Μωσέως ὁ τοῦ θεοῦ λόγος μηνύων ἡμῖν, ὃν ἐδήλωσε, τὸν θεὸν λέγειν τοῦτο αὐτὸ τῇ ποιήσει τοῦ ἀνθρώπου, λέγων ταῦτα· ποιήσωμεν ἄνθρωπον, &c. Id eſt, hoc ipſum, ô amici, quoque dixit verbum Dei per Moſen indicans nobis, quem eodem intellectu Deum nominandum eſſe declaravit, in creatione hominis hæc dicens; *Faciamus hominem,* &c. Theophilus libro ſecundo ad Autolycum: οὐκ ἄλλῳ δέ τινι εἴρηκε, ποιήσωμεν, ἀλλ' ἢ τῷ ἑαυτοῦ λόγῳ, καὶ τῇ ἑαυτοῦ σοφίᾳ· id eſt, nulli alii dixit: *Faciamus*, quam ſuo Verbo, & ſapientiæ. Idem docet Origenes libro ſecundo contra Celſum. Euſebius Cæſarienſis libro primo hiſtor. Eccleſ. cap. 2. *Quin etiam magnus ille Moſes, & Prophetarum omnium antiquiſſimus, dum hujus univerſi conformationem & conſtructionem deſcribens,* τὸν κοσμοποιὸν καὶ δημιουργὸν τῶν ὅλων αὐτῷ δὴ τῷ Χριστῷ, καὶ οὐκ ἄλλῳ ἢ τῷ θείῳ δηλαδὴ καὶ πρωτογόνῳ ἑαυτοῦ λόγῳ τὴν τῶν ὑποβεβηκότων ποίησιν ἐγχωροῦντα διδάσκει, αὐτῷ τε κοινολογούμενον ἐπὶ τῇ ἀνθρωπογονίᾳ. φησὶ γοῦν, εἶπεν ὁ θεός· ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα καὶ καθ' ὁμοίωσιν ἡμετέραν. Id eſt, *Docet hunc mundi artificem ipſi Chriſto, nulli alii, quam divino ſcilicet & primogenito ſui verbo horum inferiorum conceſſiſſe fabricam, cumque eo communiter confabulatum. Dixit enim Deus: Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram.* Sanctus Ambroſius libro ſexto in Hexameron cap. 7. *Cui dicit? Non ſibi utique: quia non dicit, faciam, ſed faciamus. Non Angelis; quia miniſtri ſunt: Servi autem cum Domino, & cum auctore non poſſunt operationis habere conſortium. Sed dicit filio, etiamſi Judæi nolint, etiamſi Ariani repugnent.* Ex quibus patet, quam vana ſit hæreſis Saturnini & Baſilidis, qui hominem ab Angelis eſſe creatum affirmant, illoſque ſe cohortando ad ejuſmodi opus ſibi invicem dixiſſe, faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram. Et planum eſt ex ſancto Irenæo libro ſecundo de hæreſibus cap. 23. ſancto Epiphanio libro primo hær. 23. Philaſtrio, hær. 3. & 4. Plurimi autem Patres aſſerunt in hominis creatione Patrem, non ſolum locutum eſſe Filio ſuo, ſed etiam Spiritui ſancto, cum dixit: *Faciamus hominem*, &c. ac proinde fuiſſe trium perſonarum opus. Ita ſanctus Irenæus, in præfatione libri quarti adverſus hæreſes. *Homo eſt autem temperatio animæ, & carnis, qui ſecundum ſimilitudinem Dei formatus eſt, & per manus ejus plaſmatus eſt, hoc eſt, per filium & ſpiritum, quibus & dixit: Faciamus hominem*, & ejuſdem libri cap. 37. *Adeſt enim ei ſemper verbum & ſapientia filius, & Spiritus ſanctus, per quos & in quibus omnia libere & ſponte fecit, ad* quos

Gen. 1. 26. 99 die ante conſtitutionem ſæculi: *Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram.* Quo
modo ergo ſuſtinuit, cùm ab hominibus hoc pateretur, diſcite. Prophetæ [1] ab ipſo habentes donum, in illum prophetaverunt: ille autem ut vacuam faceret mortem, & [2] de mortuis reſurrectionem oſtenderet, quia [3] in carne oportebat eum adparere, [4] ſuſtinuit, [5] ut promiſſum parentibus
redderet: & ipſe, ſibi populum parans, reſurre-
* ſ. judicat, vel judicabit. ctione facta, in terris, * judicabat * illis ad vi-
tam ducens populum Judæorum, & magna ſigna,
* ſ. ille ad ſummam, vel ad finem docens. ſ. ſinem autem, docens. & monſtra faciens, non crediderunt, nec dilexerunt illum. Tunc Apoſtolos ſuos, qui incipiebant prædicare Evangelium ſuum, elegit, qui
erant ſuper omne peccatum peccatores: ut oſten-
Matth. 9. 13. deret, quia non venit *vocare juſtos, ſed peccatores.* Tunc oſtendit ſe eſſe filium Dei. Si enim
non veniſſet in carne, quo modo poſſent homi-
* ſ. ſalvari. nes * ſanari? Cùm reſpicientes ſolem, qui eſt
opus manus Dei, non poſſint radios ejus diutius intueri. Filius ergo Dei ideo in carne venit, ut conſummationem peccatorum definiret eis, qui perſecuti ſunt ad mortem Prophetas illius. Di-
Iſ. 53. 5. cit autem Eſaias: *Plaga corporis illius omnes ſanati*
Zach. 13. 7. *ſumus.* Et alius Propheta: *Feriam paſtorem, &*
diſpergentur oves gregis. Ipſe autem voluit ſic
Pſ. 21. 21. pati. Dicit enim, qui prophetat de illo: *Parce*
Pſ. 118. 120. *animæ meæ à gladio.* Et: *Confige clavis carnes*
Pſ. 21. 17. *meas, quia nequiſſimorum conventus inſurrexerunt*
Iſ. 6. 7 30. *in me.* Et iterum dicit: *Ecce poſui dorſum
meum ad flagella, & maxillas meas ad* [6] *palmas. Faciem autem meam poſui tamquam ſolidam petram.*

VI. Cùm autem fecit Dei præceptum, quid
Iſ 50. 8. 9. dicit? *Quis eſt, qui contradicit? reſiſtat mihi.*
* legebat ἰσομοιωθήσεται. *Quis * æqualis futurus eſt mihi? propinquet puero Dei. Væ vobis, quia vos omnes * veteraſcitis tam-*
* ſ. veteraſcetis. *quam veſtimentum, & tinea devorabit vos.* Ite-
Iſa. 8 14. rum dicit Propheta; *Tamquam lapis expoſitus eſt*
Iſa. 28. 16. *in adflictionem. Ecce mittam in fundamenta Sion lapidem pretioſum, electum.* Et quid dicit? *Et qui crediderit in illum, non confundetur.* In lapide ergo fides noſtra? abſit. Sed quia in fortitudine poſuit corpus illius. Dicit iterum Pro-
Pſ. 117. 22. pheta: *Lapidem, quem reprobaverunt ædificantes, hic factus eſt in caput anguli. Hic eſt dies, quem*
Pſ. 21. 27. *fecit Dominus.* Quid ergo dicit? *Circumvenerunt me conventus nequiſſimorum: vallaverunt me* Pſ. 117. 12.
tamquam apes. Et iterum dixit: *Super veſtem* Pſ. 21. 19.
meam ſortes miſerunt. In carne ergo incipiente illo venire, antè oſtenſa ſunt quæ paſſurus erat.
Dicit ergo Propheta ad Judæos: *Væ animæ eo-* Iſ 3. 9.
*rum, * quia dicunt inter ſe; Circumveniamus* Sap. 2. 12.
juſtum, quia inſuavis eſt nobis. Et Moyſes autem * l. quia.
dicit ad illos: *Hæc dicit Dominus Deus: Intrate* Ex. 33. 1.
in terram bonam, quam promiſit Dominus Abra- Levit 20. 24.
ham, Iſaac, & Jacob; & domini eſtote illius terræ, quæ trahit lac & mel. Quid dicat ſcientia, diſcite: *Credite,* inquit, *in eum qui in carne apparebit, Jeſum.* Homo enim terra eſt: cùm ex terra ſit figmentum Adæ. Quid ergo dicit? *In terram bonam, fluentem lac & mel.* [7] Et bene-
dictus Dominus, * quia ſapientiam, & ſenſum * l. qui.
poſuit in nobis abſconditorum ſuorum. Dicit
autem per * Prophetas parabolam * Dominus: * ſ. Prophetam.
Quis intelliget, niſi ſapiens, & diligens Dominum ſuum? Quia ergo, cùm nos cognovit in remiſ- * ſ. Domini.
ſionem peccatorum, fecit nos aliam figuram, Iſ. 40. 13. Prov. 1. 6.
tamquam pueros habere; ut ſpiritu figuraret nos: Eccli. 1. 16.
nos enim; ſicut dicit Scriptura; *Faciamus homi-* Gen. 1. 26.
nem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram: & ſuperſit beſtiis terræ, & avibus cæli, & piſcibus maris. Et Dominus videns bonam figuram no-
ſtram, dixit: *Creſcite & multiplicamini, & re-* Gen. 1. 28.
plete terram. Iterum vobis oſtendam, quo mo-
do * vobis * dicit ſecundam figuram in noviſ- * ſ. nobis fecit.
ſimis. Dicit Dominus: *Ecce facio noviſſima tam-* Ezech. 36.
quam priora. Propter hoc ergo prædicavit Propheta: *Intrate in terram, quæ trahit lac & mel, & dominamini ejus.* Quia ipſe incipiebat apparere, & in nobis habitare: templum enim Domini, inhabitatio cordis noſtri eſt. Dicit ergo
iterum: *Et quo modo apparebo Deo Domino meo,* Pſ. 41. 3.
& magnificabor? Inquit: *Confitebor in Eccleſia* Pſ. 21. 23.
fratrum meorum, & decantabo tibi in Eccleſia Sanctorum. Nos ergo ſumus, quos induxit in terram bonam. Quid ergo lac & mel? Quia ab
initio infans melle & lacte vivificatur; ſic * ut * l. &
per fidem promiſſionis, * verbo dum adnutri- * ſ. & verbo.
mur, ſic * vivificamur, dominatum agentes ter- * ſ. vivificabimus.
ræ. Quis eſt, qui poſſit modò eſſe ſuper beſtias, aut ſuper aves, aut ſuper piſces? Sentire debetis, quia [8] ſupereſſe poteſtatis eſt, ut quis im-
perans, * domino ſit. * l. dominus.

VII. In-

quos & loquitur, dicens: Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram. Sanctus Gregorius Nyſſenus orat. 1. in verba, *Faciamus hominem,* &c. νῦν δὲ τις ποιήσωμεν, ἵνα γνωρίσῃς πατέρα καὶ υἱὸν καὶ πνεῦμα ἅγιον. Id eſt, nunc autem ſcriptum eſt, *faciamus,* ut cognoſcas Patrem, Filium, & Spiritum ſanctum. Ita ſanctus Epiphanius hær. citata, Leontius actione 3. & communiter Theologi. Car autem ſanctus Barnabas, & ſupra citati Patres de Spiritu ſancto tacuerint, ratio eſt, quia tantum de Chriſti divinitate & excellentia agere animus erat. MEN.

99. *Die ante conſtitutionem ſæculi.*] Dies ante conſtitutionem ſæculi ſextus eſt, quo Deus hominem creavit, hora ſexta (cum prius eodem die brutas creaſſet animantes) qua Chriſtus cruci affixus, ut eadem hora, qua creatus homo, redimeretur, ut notat Origenes tractatu 35. in Matthæum: *Dominus autem etiam in aliis locis, quod cum duæ creaturæ generales in ſexta die factæ fuiſſent, prius quidem animalia, deinde homo ſecundum Dei imaginem factus, conſequens eſt, ut & dies ille ſextus diviſus fuiſſe intelligatur in duas ſpecies creaturæ: ut ante ſextam quidem animalia intelligantur fuiſſe creata, in ſexta autem hora dixiſſe Dominum: Faciamus hominem ad imaginem noſtram, & feciſſe eum tunc. Propter quod conveniebat pro ſalute ejuſdem hominis morientem in ipſa hora ſexta ſuſpendi.* Accedit, quod ipſe homo die ſexto creatus eſt, quo redemptus. *Ante conſtitutionem ſæculi,* id eſt, ante plenam & perfectam mundi conſtitutionem, quia animalibus, & homine nondum creatis, non erat mundus plane perfectus. MEN.

1. *Prophetæ ab ipſo habentes donum.*] Prophetiæ videlicet. Nam Prophetæ Dei ſpiritu afflati prophetarunt 1. Petr. cap. 1. *De qua ſalute exquiſierunt, atque ſcrutati ſunt Prophetæ, qui de futura in nobis gratia prophetaverunt, ſcrutantes in quod, vel quale tempus ſignificaret in eis ſpiritus Chriſti.* Hinc refutatur Cerdo hæreticus, *qui legem & Prophetas repudiat,* inquit Tertullianus, libro de præſcriptionibus hæreticorum. Hanc hæreſim multis inſectatur Origenes libro ſecundo, περὶ ἀρχῶν cap. 4. Fuit etiam hæc Manichæorum hæreſis. MEN.

2. *De mortuis reſurrectionem.*] 1. Petr. 1. c. 1. *Ex mortuis reſurrectio,* id eſt, mortuorum reſurrectio. MEN.

3. *Quia in carne oportebat eum adparere.*] Diſcipulis poſt mortem videlicet, ſed lege, *Et quia,* &c. MEN.

4. *Suſtinuit.*] Id eſt, paſſus eſt. MEN.

5. *Ut promiſſum parentibus redderet.*] Id eſt, ut quæ priſcis patribus per Prophetas prænuntiata ſunt, adimpleret. Et τὸ, *ut,* hoc loco ſequelam ſignificat, non cauſam, quaſi diceres: *Ita ut promiſſum parentibus redderet.* MEN.

6. *Palmas.*] Hoc eſt, colaphos palmâ impactos. Gloſſæ Veteres. *Depalmare,* κολαφίζειν. CLER.

7. *Et benedictus.*] Int. vocem & interponens videtur ea quæ ſequuntur pro ſacræ Scripturæ textu laudaſſe. Fortaſſe Prov. III. 33. aut Pſal. CXVIII. 12. Sed *Clemens Alexandrinus* lectionem Græci textûs confirmat. OXON.

8. *Supereſſe.*] Hoc eſt, *dominari, præeſſe.* OXON. In eadem Editione eſt: *in literali textu feris animalibus non dominamur, relinquitur ut in ſpirituali id contingat; brutos, nimirum, & feroeientibus affectibus domitis; nam ad tempora Evangelii ſpectant illa Eſaiæ,* leo & bos ſimul accumbent. Hæc editor Oxonienſis, ſed revera brutis dominamur, in eo quod pro arbitrio ea occidimus, & in uſus noſtros ſeu arte, ſeu vi adhibemus. Vide quæ ſcripſimus ad locum Geneſeos. CLERICUS.

 9. Bo-

VII. Intelligite ergo, filii dilecti, quia omnia [9] bonus Dominus oſtendit nobis, ut ſciremus, * cùm per omnia gratias agere debeamus. [* l. cui.] Si ergo Filius Dei, cùm ſit Dominus, qui incipiet judicare vivos & mortuos, paſſus eſt, ut plaga illius vivificaret nos; credamus, quia Filius non poterat pati, niſi propter nos. Sed & potatur aceto, & felle. Audite quemadmodum de hoc ſignificaverint ſacerdotes templi: Inſcriptâ lege præcepti [Lev. 23. 29.]: ut ſi quis non jejunaret jejunium, morte moreretur, præcepit Dominus: quia ipſe pro peccatis noſtris incipiebat vas ſpiritus ſui offerre hoſtiam; ut & figuram quæ fuerat ſub Iſaac, qui oblatus eſt ad aram, conſummaret. Quid dicit * Propheta? [* ſ. add. in Num. 29. 7, 11.] [10] *Et manducent de hirco, quem oblaturi ſunt ad jejunium pro omnibus peccatis.* Adtendite diligenter: *Et manducent ſacerdotes ſoli inteſtinum non lotum, cum aceto.* Ad quid? Quoniam me pro peccatis populi mei incipientem offerre corpus meum, potabitis aceto cum felle, manducate vos ſoli, populo jejunante, * & plangite vos in cilicio & cinere. [* l. plangente.] Et ut oſtenderet, quia * ab illis debet pati, ſic præcepit [* ὑπ' αὐτῶν.] [Levit. 16.]: *Sumite hircos duos bonos, ſimiles, & offerte; & accipiant ſacerdotes unum holocauſtum pro peccatis, alium autem in maledictionem.* Adtendite, quo modo figura Jeſu oſtendebatur. *Exspuite in illum,* inquit, *omnes, & pungite, & imponite lanam coccineam circa caput illius, & ſic in* * *aram ponatur* [* leg. ἔρημον.]*: & cùm ita factum fuerit, adducite; qui ferat hircum in eremum, & auferat* * [* deeſt lanam.]*, & ponat illam in ſtirpem, quæ dicitur rubus, cujus & fructus in agris* * *adſumus invenientes manducare* [* l. adſuevimus.]*: hujus ſtirpis dulces fructus inveniuntur.* Ad quid ergo hoc? Adtendite: *Unum ad aram, alium tamquam maledictum.* Et quare is, qui maledictus [Zach. 12. 10.], coronatus? Quia videbunt illum tunc in illa die, chlamydem habentem coccineam circa corpus, & dicent: Nonne hic eſt, quem nos crucifiximus, faſtidientes, & * conſpuentes [* ἐμπτύοντες.], & compungentes? Verè hic fuit, qui tunc ſe dicebat eſſe Filium Dei. Sicut ergo ſimilis, ſic ſimiles hircos & æquales; ut cùm viderint unum ex illis tunc * paſcentem [* ſ. patefcentem.], admirentur in ſimilitudine capri. Ergo [11] videtis figuram ejus, qui paſſurus erat, Jeſu. Quare & lanam in medio ſpinarum ponunt? Figura Jeſu, Eccleſiæ poſita: quia qui voluerit tollere lanam coccineam, oportet illum multa pati, propter ſpinæ nequitiam, & coattatum ſic dominari illius. *Sic,* inquit, *qui volunt me videre, & attingere regnum meum, debent compreſſi, & multa paſſi accipere.*

VIII. Quam autem figuram putatis eſſe; quia præceptum eſt populo Judæorum [Num. 19.], offerre vaccam [12] homines, in quibus peccata conſummata ſunt, & occiſam comburere, & tollere tunc cinerem pueros, & mittere in vaſa fictilia, & ſuſpendere in ligno lanam coccineam & hyſſopum, & ſic ſpergere pueros circa ſingulas turbas populi, ut ſanctificentur à peccatis? Videte ergo, quo modo in * ſimilitudine dicat nobis [* ſ. ſimplitudine.]. Vacca erat Jeſus: qui offerebant, homines peccatores, hi qui obtulerunt eum ad victimam: [13] qui ſparſerunt pueri, hi erant, qui nunciaverunt nobis remiſſionem peccatorum, & caſtitatem præcordii noſtri; quibus dedit Evangelii poteſtatem; qui ſunt duodecim, teſtimonium tribuum; quia duodecim ſunt tribus Judæorum. Quare ergo & lana in ligno eſt? * Quia qui crediderit in illum [* locus mancus.], vivet in perpetuum. Quare in unum lanam & hyſſopum? Quia in regno illius dies erunt nequiſſimi, & ſordidi, quibus nos * ſanabimur [* ſ. ſalvabimur.]. Et propter hoc dum ſic fiunt; nobis lucida, illis autem obſcura; quia non audierunt vocem Domini.

IX. Dicit autem de auribus, quo modo circumcidat aures præcordii noſtri. Dicit per Prophetam: *Auditu auris exaudivit me.* [Pſ. 17. 45.] Et iterum dicit: *Auditione audient, qui longe ſunt, & quæ* [Iſ. 33. 13.] * *faciet, ſcient* [* l. feci.]. *Circumcidite, dicit Dominus, aures veſtras.* [Jer. 4. 4.] Et iterum dicit: *Audi Iſrael, quia hæc dicit Dominus Deus tuus.* [Jer. 7. 2.] Et iterum Spiritus Domini prophetat: * *quia* [* ſ. Quis.] * *qui vult vivere in perpetuum? Auditione audiat vocem pueri mei.* [Pſ. 33.] Et iterum dicit: *Audi cælum, & percipe auribus terra, quia Dominus locutus eſt.* [Iſ. 1. 2.] Et iterum dicit: *Audite verbum Domini, principes populi hujus.* [Iſa. 1. 10.] Et iterum: *Audite vocem clamantis in eremo.* [Iſa 40. 3.] Ergo * circumcidite aures noſtras [* l. circumcidit.], ut audito verbo credamus. Circumciſionem autem dixit, non corporis: ſed præterierunt; quia Angelus nequam docebat illos. Dicit autem ad illos: *Hæc dicit Dominus Deus veſter.* [Jer. 4. 3.] *Hic invenio novam legem. Væ illis, qui ſeminant in ſpinis. Circumcidite vos Domino veſtro.* Hoc eſt, audite Dominum veſtrum: *& circumcidite nequitiam de præcordiis veſtris.* Dicit autem iterum: *Ecce dicit Dominus: omnes nationes ſine circumciſione corporis ſunt: hic autem populus ſine circumciſione cordis eſt.* [Jer. 9. 25, 26.] Sed etiam circumciſus eſt populus in ſigno? Sed & * Judæus [* ſ. Idumæus, vel Syrus.], & Arabs, & omnes ſacerdotes Idolorum, & Ægyptii. Ergo & hi de teſtamento ſunt? quos dicit filios Abrahæ de omnibus gentibus: quia Abraham primus circumciſionem dedit, in Spiritu, quòd proſpiciebat in Jeſum. Circumcidit de domo ſua homines trecentos octodecim, quia * primatum trecenti ſunt [* ſ primi octodecim, tum.]; & diſtinctione factâ, dicit decem & octo: habes in duabus litteris Jeſum. In quibus incipiebat ha-

9. *Bonus Dominus.*] Quæ hîc dicuntur de iis quæ *bonus Dominus oſtendit* videntur reſpicere quæ ſupra dicta erant quòd *benedictus Dominus qui & ſapientiam* &c. pro more hujus Scriptoris, qui à ſe propoſita denuo retractat. OXON.

10. *Manducent* &c.] Hæc quæ ſequuntur tam exactam legis Moſaïcæ, & rituum Judaïcorum cognitionem ſapiunt, ſcriptoremque non modò Iſraëlitam, ſed etiam Levitam, qualis erat Barnabas, fuiſſe demonſtrant; ut mirum ſit, ex leviſſimis conjecturis aliquibus in mentem veniſſe illum ex Ethnico fidem Chriſtianam accepiſſe. OXON.

11. *Videtis.*] Fortaſſe ἴδε τ̃, quod nunc obtinet legit ἴδετε, quæ melior lectio. OXON.

12. *Homines in quibus peccata.*] Dicunt Judæi, *ſummum ſacerdotem huic muneri obeundo exemtum, quod pollueret eos qui in eo miniſtrabant.* Maimon. in Parah. C. I. § 11. Imò non modò Judæus, ſed & alienigena quilibet vaccæ mactandæ ſuffecerat, & etiam eidem comburendæ idoneus habebatur, quod in Num. XIX. 3. adnotat Sal. Jarchi. quandoquidem dicuntur hæc fieri debere *in oculis*, hoc eſt, ſaltem in conſpectu Sacerdotis. Ritum hunc dominicam expiationem reſpexiſſe oſtendit Paulus, Heb IX. 13. Imo ipſe Maimonides, poſtquàm dixit novem juvencas rubras à tempore Moſis, ad Templi deſtructionem combuſtas fuiſſe, ſubjungit *decimam à Meſſia Rege exſpectari*, in Parah. C III. § 4. De cinerum reſervatione idem ait *quemlibet Iſraëlitam illi curæ idoneum eſſe, & vas quodlibet ſufficere, licèt ſit fictile*; & demum concludit, *neminem eſſe in Iſraële, qui mundus ſit vilis.* Cap. XIII. §. 12. OXON.

13. *Victimam*] Eſt præterea in Græcis: *Sed nunc non amplius viri, nulla ampliùs peccantium gloria.* Quæ ad divinæ præſentiæ pignus in arca fœderis videntur referenda, & excidium Hieroſolymitanum reſpicere; nam Epiſtolam hanc poſt ἀποστασίας illam fuiſſe conſcriptam infrà docemur. Privilegia Judaïca recenſens Paulus dicit penès illos fuiſſe τὴν δόξαν, καὶ τὰς διαθήκας &c. Rom. IX 4. Niſi fortè hæc verba ſint interpretamentum ſententiæ illius quæ præceſſit *ſpargere pueros* &c. & tunc obtinebit lectio Cod. Uſſeriani. οὐκ εἰσὶν ἄνδρες ἁμαρτωλοὶ, οὐκ ἔστιν ἁμαρτωλῶν ἡ δόξα. Poſt conſperſionem, viri illi non ſunt ampliùs peccatores nec pro peccatoribus habentur. OXON.

14. *Ar-*

habere donum, tunc dicit, & trecentos: habes in una litiera, ΤΑΥ, crucem. * Scitote, * quia naturale donum doctrinæ ſuæ poſuit in nobis. Nemo [14] artius didicit à me verbum: ſed ſcio, quia digni eſtis.

[* f. ſcit hoc qui]

X. Quare autem Moyſes dicit: *Non manducabis porcinam, nec aquilam, nec accipitrem, nec corvum, nec omnem piſcem, qui non habet in ſe ſquamam?* Tres accepit Moyſes in conſcientia ſua conſtitutiones. Ad ſumma dicit illis in ſecunda lege: *Et diſponam ad populum hunc æquitates meas.* Ergo non eſt mandatum Dei, ne manducent, ſed Moyſes in figura locutus eſt illis. * Porcinæ ergo ad hoc dixit: Non eris conjunctus hominibus talibus, qui cùm luxuriant, obliviſcuntur Dominum ſuum. Porcus enim cùm manducat, Dominum non novit: cùm eſurit, tunc clamat; & cùm accepit iterum, tacet. *Nec manducabis*, inquit, *aquilam, aut accipitrem, aut corvum.* Hoc dicit: Non adjungeas te, nec ſimilabis talibus hominibus, qui neſciunt per laborem & ſudorem ſibi acquirere eſcam; ſed rapiunt * alienam, per ſuam iniquitatem; & obſervant quaſi in ſimplicitate ambulantes, quem diſpolient: ſic aves iſtæ ſolæ ſibi non acquirentes eſcam, ſed pigræ ſedentes, quærunt quo modo alienas carnes devorent; cùm ſint peſtilentioſæ per ſuam nequitiam. *Non manducabis*, inquit, *murenam, nec polypum, nec ſepiam.* Non, inquit, ſimilabis adhærens talibus hominibus, qui in perpetuo impii, & judicati jam * mortui ſunt. Hi enim piſces ſoli maledicti ſunt, non natantes, ſicut reliqui, ſed in ima altitudinis terra inhabitant. *Sed nec leporem manducabis.* Ut quid dicit? Non eris, inquit, corruptor puerorum, nec ſimilabis talibus. Quia lepus ſingulis annis facit ad adſellendum ſingula foramina; & quotquot annis vivit, totidem foramina facit: *Sed nec bellnam*, inquit, *manducabis*: Hoc eſt; Non eris mœchus, aut adulter, nec corruptor, nec ſimilabis talibus: quia hæc beſtia alternis annis mutat naturam, & fit modò maſculus, modò femina. Sed & quod dicit: *Muſtelam odibis* Non eris, inquit, talis, qui audit iniquitatem, & loquitur immunditiam. Non, inquit, adhærebis immundis, * qui faciunt iniquitatem ore ſuo. De eſcis ergo Moyſes acceptis tribus conſtitutionibus in Spiritu, ſic locutus eſt: illi autem ſecundùm concupiſcentiam corporis, tamquam de eſcis diceret, ſic perceperunt. * Accepit autem earum trium conſtitutionum ſcientiam David, & dicit: *Beatus vir, qui non abiit in concilio impiorum*; ſicut piſces eunt in tenebras: *Nec in via peccatorum ſtetit*; ſicut qui videntur timere, & exerrant, tamquam porcus: *Nec in peſtilentia cathedra ſedit*; ſicut aves, quæ ſedent ad rapinam. Habetis * conſummatam de * eſcis. Sed dicit Moyſes: *Manducabitis omne quod ruminat.* Hoc eſt, qui eſcâ acceptâ, ſcit eum, qui ſe paſcit, in ſe refrigerari. Bene dicit, providens mandatum. Quid ergo dicit? Adhærete eis, qui tenent diſtinctum ſermonem in corde ſuo, & cum eis qui loquuntur æquitates Domini, cum eis qui ſciunt, quia aſſidua lectio utilis eſt. Videte quo modo ſpiritualiter legem conſtituit Moyſes. Sed unde illis, hæc intelligere? Nos autem intelligentes mandata, loquimur ſicut voluit Dominus.

[Lev. 11. Deut. 14. — Deut 4. — * l. porcinam. — * f. aliena. — * f. morti. — * f. quæ — * f. Accipit — Pſ. 1. 2. — * f. conſummatim — * legebat Apoſtolus.]

XI. Quæramus ergo, ſi curæ fuerit Domino oſtendere de aqua, & de cruce. De aqua ſcriptum eſt ad populum Judæorum, quo modo tinctionem, quæ adfert remiſſionem peccatorum, non recipiant, ſed ſibi inſtituant. Dicit ergo Propheta: *Sic horruit cælum, & in hoc plurimùm expavit terra. Quia duo mala fecit populus hic; me dereliquerunt fontem aquæ vitæ, & foderunt ſibi lacus detritos, qui non poſſunt aquam portare. Numquid petra* * [15] *runnoſa eſt mons ſanctus meus Sina? Eritis enim tamquam* * *alitis puſilius ablatæ.* Et iterum dicit Eſaias: *Ego antecedam te, & montes æquabo, & oſtia ærea contribulabo, & ſeras ferreas confringam; & dabo tibi theſauros obſcuros, inviſos, ut ſciant, quia ego ſum Dominus Deus. Inhabitans in altiſſima ſpelunca fortis petræ. Et aqua illius fidelis. Regem cum magnitudine videbitis, & anima veſtra meditabitur timorem.* Et iterum David dicit: *Erit*, qui hæc facere cœperit, *tamquam lignum, quod plantatum eſt juxta tractus aquarum, quod fructum ſuum dabit tempore ſuo: & folia ejus non decident, ſed omnia quæcumque faciet, proſperabuntur. Non ſic impii, non ſic; ſed tamquam pulvis quem* * *abjecit ventus a facie terræ. Propterea non* * *reſurgunt impii in judicio, neque peccatores in conſilio juſtorum: quoniam ſcit Deus viam juſtorum; & via impiorum peribit.* Sentire autem debetis, quo modo aquam & crucem in uno dono conſtituit. Hoc ergo dicit: felices qui ſperaverunt in aquam, & in crucem: Mercedem in tempore ſuo; Tunc, inquit, reddam. Modò autem * qui dicit: *Folia illius non decident.* Hoc eſt, quia omnis ſermo: qui exierit per os veſtrum, erit in ſpem & reſurrectionem multis. Et iterum alius Propheta dicit: * *Erit Jacob laudabilis ſuper omnem terram.* * Terram vas ſpiritus illius magnificat. Deinde quid dicit? *Erat flumen trahens a dextra: & aſcendebant inde arbores ſpecioſæ: & quicumque ex illis manducaverit, vivet in perpetuum.* Hoc eſt, quia nos deſcendimus in aquam pleni peccatis & ſordibus, & aſcendimus fructibus pleni in præcordiis noſtris timorem & ſpem habentes in Dominum. Ideò dicit: *Et qui manducaverit, vivet in perpetuum.*

[Jer. 2. 12. — * f. remdoſa — * f. alitis puſilli ablati. — Iſ. 16. 1. — Iſ. 45. 2. — Iſa. 33. 16. — pſal. 1. 3. — * l. abjicit — * f. reſurgent — * dele — Soph. 3. 19. — * f. Erat — * f. vacat — Gen. 2. — Ezech. 47.]

XII. Similiter & crucem ſignificat, in alio Propheta, dicente: *Et quando hæc conſummabuntur: & dixit Dominus: cùm lignum inclinatum fuerit, & reſurrexerit, & cùm de ligno ſanguis ſtillaverit.* Habes iterum de cruce, & de eo, qui incipit crucifigi. Dicit autem iterum in Moyſe, cùm pugnaret populus Judæorum, & ceciderunt Judæi ab alienigenis, ut illos commemoraret, dum oppugnantur, quia propter peccata ſua * trahuntur in mortem, dixit in præcordiis Moyſi Spiritus; Fac figuram crucis; quia ſi non crediderint in illum, [16] in perpetuo oppugnabuntur. Et iterum aſcendit Moyſes in aggerem, & ſtans manus extendebat, & vincebant Judæi; deinde cùm depoſuerat, vincebat Amalec. Hoc ad quid? Ut ſcirent, quia non poſſunt liberari, niſi in cruce Chriſti ſperaverint. Et iterum dicit in alio Propheta: *Expandi manus meas tota die ad* po-

[Ex. 17. — * f. traduntur. — Iſ. 65. 2.]

---

14. *Artius.*] Lege, *aptius*. OXON.

15. *Runnoſa.*] Oxonienſis Ed. habet in contextu *eremoſa*, in Notis verò conjicitur *arenoſa*, quòd loca *arenoſa* ſoleant eſſe deſerta. *Steph. Le Moine* conjiciebat *rimoſa*, hoc eſt, eſt, præ ſiccitate hians. Vide quæ ſcripſit p. 818. in *Barnabam*.

16. *In perpetuo oppugnabuntur.*] Εἰς τὸν αἰῶνα πολεμηθήσονται hoc eſt, in perpetuum vincentur, ita ut numquam victorum jugum excutere poſſint. Nam hæc eſt interdum vis verbi πολεμεῖσθαι. Vertit Coterius, *ſemper debellabuntur*, quod ſignificat omnibus bellis inferiores futuros; ſed ἀεὶ & εἰς αἰῶνα differunt, quod tritor virum diligentem, & verba penè in tranſlatione adnumerantem fugiſſe. CLER.

Ar-

populum imperſuaſibilem, & contradicentem viæ juſtæ.
Num. 21. Joh. 3. 14. Item Moyſes facit figuram Jeſu, quia oportebat illum pati, & quia ipſe * vivificavit, quem
* ſ. vivificabit. illi putaverunt * perdidiſſe. Cadente enim po-
* ſ. periiſſe. pulo Judæorum, quia juſſerat Dominus, ut morſu colubræ morerentur, quia præteritio Evæ per colubram fuerat, voluit illos corripere, & ideo
* ſ. quia ſic morti tradere, * qui mandata ejus præterie-
* ſ. & runt. Ad ſummam, * ut ipſe Moyſes, qui præ-
* ſ. dicens ceperat, * dicit: *Non erit vobis, neque conflatile,*
Deut. 27. 15. *neque ſculptile*; ipſe fecit ſerpentem æreum, ut fi-
* An legebat ἐν δοκῷ. guram Jeſu oſtenderet; & poſuit * in cruce, & per præcones convocavit populum: & cùm veniſſent, rogabant Moyſen, ut pro ſanitate eorum Dominum rogaret: & tunc dixit illis Moyſes: *Cùm aliquis ex vobis morſus fuerit, veniat ad colubram; & ſperet, quoniam cùm ſit ipſa mortua, po-*
* l. alios *teſt * alias ſanare; & ſine mora curabitur:* & ita
Num. 13. 17. faciebant. Quid dicit iterum Moyſes, [17] Auſe filio Nave? ut oſtenderet Jeſum eſſe filium Dei, audiente populo, quia omnia Pater oſtendit Filio ſuo. Clamavit Moyſes filium Nave, & impoſuit illi nomen, Jeſus, & dixit: *Accipe librum in manu tua, & ſcribe, quæ dicit Dominus; quia*
Ex. 17. 14. *amputabit à radicibus omnem domum Amalec Filius Dei Jeſus in noviſſimis diebus.* Ecce iterum Jeſus non filius Nave, ſed Filius Dei in carne apparuit.
Pſ. 109. 2. Iterum dicit David: *Dixit Dominus Domino meo; ſede ad dexteram meam; donec ponam inimicos tuos*
Iſ. 45. 1. *ſub pedibus tuis.* Et iterum dicit Eſaias: *Sic di-*
* Alterum abundat. *cit Dominus Chriſto * meo * meo [18] Domino, cujus tenui dexteram; exaudient illum gentes, & virtutem regum corrumpam.* Videte quo modo illum Prophetæ Dominum, non tantùm Filium dicunt.

XIII. Quæramus igitur, ſi hic populus hereditatem capit, & teſtamentum in illis eſt, aut
* ſ. quid in nobis. De hoc audite, * ſic ſcriptum eſt. Ro-
Gen. 25. 21. gabat Iſaac pro Rebecca uxore ſua, quia ſterilis erat. Et Rebecca quærebat à Domino quid portaret: & dixit illi Dominus: *Duæ nationes in utero tuo ſunt, & duo populi ex utero tuo naſcentur, & major ſerviet minori.* Intelligite, quis ſit Iſaac, & quæ Rebecca; & qui populus [19] minor, aut major. Iterum dixit Jacob, Joſeph
filio ſuo: *Ecce Dominus non fraudavit me ex ge-* Gen. 48. 11. 9.
nere tuo; perduc ad me filios tuos, & benedicam illos. Et adduxit Manaſſen & Ephraim. Volens autem Manaſſen benedici, quia major erat, ſtatuit illum ad dexteram patris ſui Jacob. Vidit autem Jacob in Spiritu figuram populi, qui poſtea futurus erat: & convertit manus, & tranſtulit dexteram ſuper caput Ephraïm minoris, & benedixit illum. Et dixit Joſeph patri ſuo: *Transfer manum tuam dexteram ſuper caput Manaſſæ, quia primitivus filius meus eſt.* Et dixit Jacob: *Scio, fili, ſcio: ſed major ſerviet minori; ſed & hic benedicetur.* Videte quem voluerit
eſſe [20] primum, teſtamenti heredem. * Sic er- * l. Si
go & per Abraham commemoratus eſt, habemus conſummationem ſcientiæ noſtræ. Quid Gen. 15. & 17.
ergo dicit Abraham, cùm ſolus crediſſet, &
poſitus eſſet in juſtitia? *Ecce poſui te, Abraham,* Rom. 4.
patrem nationum, quæ credunt Domino non circumciſæ.

XIV. Sed teſtamentum, quod juravit parentibus, ut daret populo, an dederit, quæramus. Dedit; ſed illi non fuerunt digni accipere, pro-
pter peccata ſua. Dicit enim Propheta: *Et erat* Ex. 24. 18.
Moyſes jejunans in monte Sina, ut acciperet teſta- Deut. 9. 10.
mentum a Domino, quadraginta diebus, & quadraginta noctibus. Et accepit à Deo tabulas ſcriptas manu Dei. Et ut accepit, deferebat ad po-
pulum, ut illis daret. Et dixit Dominus: *Moy-* Ex. 32. 7.
ſes, Moyſes, deſcende celeriùs, quia populus tuus, Deut. 9. 12.
quem eduxiſti de terra Ægypti, præteriit legem. Et intellexit Moyſes, quia fecerunt ſibi iterum conflatile: & projecit de manibus tabulas, & confractæ ſunt. Moyſes accepit, ſed illi non fuerunt digni: quo modo acceperimus nos, diſci-

17. *Auſe filio Nave.*] Atqui reprehendit S. Hieronymus lib. 1. adverſùs Jovinianum cap. 22. & initio Commentariorum in Oſeam, necnon ad verſum ultimum Pſalmi 76. codices tum Græcos, tum ſui temporis Latinos, quòd Numerorum cap. 17. *Auſe* non *Oſee* ſcriptum exhiberent; cùm tamen inter utrumque parva vel nulla videatur eſſe differentia. Et verò ſimile quid Verſionis LXX. notatur ab Origene ad Johannis l. 28 in ſecundo filio Judæ Patriarchæ, Hebraicè dicto *Onan*, Græcè *Aunan* Αὐνάν. Quæ vox (ut id obiter moneam) reſtitui debet Philoni Judæo libro Quòd Deus ſit immutabilis, paullo poſt initium, ubi Ἄ-ναν corruptè impreſſum eſt. Facilis quippe in his elementis υ, & ν, lapſus. Quare On Αὐν, de quo Numerorum XVI. 1. vocatur Αὐνάν in Tzetze, Chiliade 10. verſ. 198. & Αὐνᾶν in Epiphanio Græco-Latino Hæreſi 64. cap. 69. ſed meliùs in Editione Græca, & in Græco-Latina quoque Ancorati cap. 101. Αὐνᾶν ſcribitur. Ac fortè, ut ad Auſem redeamus, ſcripſerant LXX. Oſea Ὡσηέ. Ita namque nunc etiam legitur apud Philonem libro de nominum mutatione; & olim legebatur in ejuſdem Judæi Opere de nominibus Hebraicis, ſicut patet ex verſione Hieronymi, quæ ſectione de Numerorum libro *Oſee* repræſentat, non *Auſe*. At Juſtinus Martyr Colloquio cum Tryphone, Origenes Homiliâ 1. in Jeſum Navæ, Euſebius Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ lib. 1. cap. 3. Theodoretus Quæſtione 25. in Numeros, Tertullianus Adverſùs Judæos cap. 9 & Contra Marcionem lib. 3. cap. 16 lib. 4 cap. 13. Poëta incertus lib. 3. adverſùs Marcionem, cum Pſeudo-Clemente Recognitionum lib. 1. cap. 38. Lactantius Divinarum inſtitutionum lib. 4. cap. 17. Rufino in Expoſitione Symboli; Auguſtino libro quinquaginta Homiliarum, Homiliâ 27. & Auctore Cœnæ Cypriano perperam attributæ, Αὐσῆ, Αὐσῆν, Auſe, Auſen, & Auſeam vocant. Multò gravius mendum irrepſit poſtea in libros LXX. quando ex τ͂ Αὐσῆ, Numer. XIII. 17. geminato ν, fecerunt librarii τ͂ Ναυῆ. unde Nauſis appellatio fluxit in Demonſtrationem Evangelicam Euſebii lib. 4 cap. ult. Synopſim dictam Athanaſii, cap. de Numeris; Anaſtaſii Antiocheni Quæſtionem 51. & Georgii Cedreni Compendium Hiſtoriarum p. 63. Edit. Baſil. COT.

18. *Domino meo.*] Non modò Interpres legit κυρίῳ, ſed & ipſe Barnabas, ſi ſcripſit hunc locum; nam nulla eſt ejus ratiocinatio, niſi ita legamus, & antecedentia ſatis oſtendunt ita legendum. At vix mihi perſuaſerim Barnabam Hebraïcæ linguæ ſcientem, ex mendoſo codice LXX. Intt. argumentatum, idque ineptè. Ac ſanè ex ſequentibus fraus ſubolere poteſt, ubi poſt verba Eſaïæ ſequitur in Græcis ἴδε πῶς λέγει Δαβὶδ *vide quomodo dicit David*, unde liquet ſolum Davidem antea teſtem adductum fuiſſe, non Eſaiam. Hoc ſenſiſſe videtur Interpres, qui, pro *dicit David*, habet *Prophetæ dicunt*. Sed eſt mera corruptio Barnabæ, non emendatio. Potiùs delendum fuit, καὶ πάλιν λέγει &c. ad finem verborum Eſaïæ; adeò ut verbis Pſ. CX proximè ſubjicerentur hæc: *Vide quomodo dicat David* &c. Igitur hic eſt additamentum, à viris doctis nondum animadverſum. Dudum notavit *Iſ. Voſſius* ad Cap. XII. hunc Scriptorem ſuum etiam interpolatorem fuiſſe. CLER.

19. *Qui populus minor aut major*] Debuit vertere, *quòd populus hic ſit major quàm ille*, ὅτι μείζων ὁ λαὸς οὗτος ἢ ἐκεῖνος. Senſus eſt planus, certus & cum re ipſa conſentiens, nam Hebræus populus major fuit populo Idumæo Dei benevolentiâ, opibus, numero virorum, rerum geſtarum gloriâ &c. At *Hugo Menardus*, cùm in animum non revocaret ἢ ſignificare *quam*, poſt comparativum, hunc locum corrumpere infelici conjecturâ voluit. Sed, hominem, qui Græcis litteris vix mediocriter tinctus fuit, non eſt cur miremur nodum in ſcirpo quæſiviſſe; at quid fiet *Joan. Bapt. Cotelerio*, qui tot Græcos Patres legerat, & abſurdè vertit *quod hic vel ille populus major futurus ſit*? Dormitavit ſine dubio. Simile quid paſſus eſt, cùm Cap XIX. pro ἀγωνίσῃ voluit legi ἀγωνιεῖς quod vertit *pugnabis*, aut *certabis*. At non eſt vox Græca, dicunt enim Græci ἀγωνίζεσθαι *certare*, non verò ἀγωνιᾶν. Verùm hæc obiter. CLER.

20. *Primum.*] Πρῶτον, quod ſignificat πρότερον *priorem*, ut ſæpe alibi; nam hic eſt collatio inter duos populos. Frequenter ita πρῶτος ſumitur, etiam apud Scriptores ἑλληνιστέρους. CLER.

21. Cre-

diſcite : Cui nos in hereditatem, propter nos
omnia ſuſtinens, apparuit, ut illi conſummati
ſint in peccatis, & nos per illum hereditatem
teſtamenti Domini noſtri Jeſu Chriſti accipia-
* *l.* adventu mus : qui in hoc paratus eſt, ut * adventum
ipſius præcordia noſtra, quæ jam abſumpta erant
à morte, & tradita iniquitati, liberaret à tene-
* *f.* ſermonum bris, & teſtaretur in nobis teſtamentum * ſer-
vorum ſuorum. Scriptu n eſt enim, quo mo-
do illi Pater mandaverit, ut liberaret nos à te-
nebris, & pararet ſibi populum ſanctum. Dicit
Iſ. 42. 6. ergo Propheta ſic : *Ego Dominus Deus tuus;
vocavi te in æquitate, tenebo manum tuam, & for-*
* *f.* gentis *tem te faciam, dedi te in teſtimonium * gentibus,
& in lumen nationum, ut aperias oculos cæcorum,
& educas de vinculis alligatos.* Scitote ergo unde
Iſa. 49. 6. liberati ſumus. Et iterum Propheta dicit : *Po-*
* *f.* ſis ſanctitas tu, *ſui te in lucem nationum, ut * ſit ſanctitas tua,
uſque in noviſſimum terræ, ſicut dicit Dominus,
qui te liberavit Deus.* Iterum Propheta dicit :
Iſa. 61. 1. *Spiritus Domini ſuper me, propter quod unxit me;*
* *f.* humilibus *bene nunciare * hominibus miſit me, curare contri-
bulatos corde, prædicare captivis remiſſionem, &
cæcis viſum, & vocare annum Domini acceptabi-
lem.*

XV. Adhuc & de Sabbato ſcriptum eſt in de-
cem verbis, quibus locutus eſt in monte Sina ad
Deut. 5. 12. Moyſen : *Sanctificate Sabbatum Domini manibus*
Jer. 17. 24. *mundis, & puro corde.* Et alibi dicit : *Si cuſto-
dierint filii mei Sabbatum, tunc faciam miſericor-*
* *l.* initio *diam in illis.* Sabbatum dicit * initium conſtitu-
Gen. 2. 2. tionis : *Et fecit Deus die ſexto opera ſua, & con-
ſummavit in die ſeptimo, & requievit in illo die.*
Attendite filii, quid dicit, *conſummavit in ſex*
* *f.* conſummabit *dies.* Hoc dicit, quia * conſummavit Deus om-
nia in ſex millia annorum. Dies enim apud il-
lum mille anni ſunt. Ipſe mihi teſtis eſt, dicens:
Pſ. 89. 4. *Ecce hodiernus dies erit tamquam mille anni.* Un-
de ſcire debetis, quia in ſex millia annorum con-
ſummabuntur omnia. Et quid dicit : *Requievit
Deus die ſeptima?* Hoc eſt : Cùm venerit filius
illius, & amputabit tempus iniquitatis, & judi-
cabit impios, & mutabit ſolem, lunam, & ſtel-
las ; tunc bene requieſcet in die ſeptima. Ad
ſummam hoc dicit : *Sanctificabis illum diem ma-*
* *add.* Si *nibus mundis, & corde puro.* * Quem ergo diem
ſanctificavit Deus, quis poteſt ſanctificare modò,
* *l.* nos niſi qui ſit mundo corde in omnibus ; * non ee-
* *f.* Vide ravimus. * Videns ergo * qui refrigerans * ſan-
* *l.* quia
* *l.* ſanctificabit ctificavit illum ; & nos tunc poterimus ſanctifi-
care, ipſi ſanctificati primùm. Ad ſumma dicit
Iſa. 1. 13. illis : *Dies ſolennes veſtros, & Sabbata non ſuſti-
neo.* Videte, quo modo dicit, non hæc Sab-
* *dele* bata ſibi * non accepta, ſed quæ fecit, in die
* *l.* quo * ſuo conſummavit omnia, initium octava die fa-
cta, qui eſt alterius ſæculi initium. Propter quod

agimus diem octavum in * legationem; in * quem * *f.* lætitionem
& Jeſus reſurrexit à mortuis: & apparuit, & aſcen- * *l.* quo
dit in cœlos.

XVI. Adhuc & de templo * dicemus, * ἐρῶ [illegible]
quo modo errantes, in ædem ſpem habue-
runt, tamquam in Dominum, qui illos fe-
cit, quaſi ſit domus Dei, * tamquam Eth- * *add ex cod.* aut forſitan
nici * conſervaverunt illum in templo. Sed * *l.* conſecraverunt
quo modo dicat Dominus, diſcite, vacuum
faciens templum : *Quis menſus eſt cœlum pal-*
me, aut quis totam terram pugno apprehendit? *Iſ.* 40. 12.
*Nonne * mihi, dicit Dominus, cœlum thro-* * *f.* add. Ego?
nus eſt, terra autem ſcabellum pedum meorum *Iſ.* 66. 1.
** eſt? Qualem domum mihi ædificabitis, aut* * *f.* eſt.
quis locus erit requietionis meæ? Unde cogno-
ſcitis, quia vana ſpes eſt illorum. Et ite-
rum : *Qui depoſuerunt templum hoc, ipſi illud* *Iſ.* 49. 17.
& ædificabunt. Et * fiet : dum enim bellige- * *l.* fit
rarent, depoſitum eſt ab inimicis *. Iterum * *add. ex vet. cod.* nunc, & ipſi inimicorum miniſtri ab initio ædificant illud.
ſicut incipiebat civitas, & populus totus Ju-
dæorum, tradi ; propalavit. Dicit enim Scri-
ptura : *In noviſſimis diebus, tradet Dominus oves
paſcuæ, & cubile, & turrem eorum in extermi-
nium.* Et factum eſt ſecundùm quæ Dominus *Jer.* 25.
locutus eſt. Quæramus ergo, ſi eſt templum *Iſa.* 5.
Deo. Eſt : ubi ipſe dicit facere, & conſum-
mare. Scriptum eſt : *Et erit ſeptimo die con-* *Dan.* 9.
ſummato, ædificabitur templum Deo præclarè in *Agg.* 2.
nomine Domini. Invenio, quia templum eſt.
Quo modo ergo ædificabitur in nomine Do-
mini? Diſcite. Antè quàm crederemus Deo,
erat habitatio noſtra corrupta & infirma, ſicut
templum quod per manus ædificatur : quia
pleni eramus adorationibus Idolorum, & erat
domus Dæmoniorum ; propter quod facere-
mus, quæ Deo eſſent contraria. Ædificabitur
autem in nomine Domini, præclarè templum
Deo. Attendite. Et quo modo? Diſcite; ut
accipiatis remiſſionem peccatorum. Cùm [21]
crediderimus in nomine Domini, non ſumus
jam tales, quales ab initio creati : propter
quod in nobis verè Deus inhabitat. Quo mo-
do? Sermo fidei illius, vocatio promiſſionis
illius, ſapientia æquitatis, præcepta * teſta- * δικαιωμάτων
menti illius : in nobis prophetans ipſe, & in
nobis habitans. * Quia cùm ſub ſervitute mor- * *f.* Qui,
tis eramus, [22] aperiens oſtium templi noſtri,
quod eſt [23] os ſapientiæ, fecit de nobis do-
mum incorruptam. Qui enim concupiſcit li-
berari, * vivit non in hominem, ſed in eo * *f.* videt
qui habitat in illo : * miratur quòd numquam * *f.* miratus
tales ſermones audierit eum dicentem, neque
ipſe concupierit audire. Hic eſt ſpiritaliter ædifi-
catus.

XVII. Quantum fuerit in ſimplicitate de-
monſtrandi * nobis, non intermiſi quidquam. * *al.* vobis
Si

21. *Crediderimus in nomine Domini.*] *Ædificare templum in nomine Domini*, eſt templum condere quod de nomine Domini vocetur, ſeu dicatur *Templum Jehovæ* vel *Domini.* Hæc eſt enim vis Hebraïſmi. Vide quæ notavimus ad Gen. XI. 4. Si ex eadem analogia interpretemur *credere in nomine Domini*, deberet ſignificare, credere Deo, ut de nomine ejus vocemur, ſeu *filii Dei* dicamur. Sed eſt in textu Græco ἐλπίσαντες *cùm ſperaverimus*, nec vis Grammatica phraſium uſque adeò ab his Scriptoribus attenditur. Itaque nec eorum ex Scripturæ locis ratiocinationes nimis urgendæ ſunt. CLER.

22. *Aperiens oſtium templi noſtri.*] Os in ſequentibus interpretatur, quod reverà eſt *oſtium* corporis. Sed primùm quid ſignificat *os aperire*? Deinde quis nexus eſt inter apertionem oris & quæ ſequuntur in Græcis, *μετάνοιαν διδοὺς ἡμῖν, dans nobis pœnitentiam?* Alludere videtur Barnabas ad locum Pſalmi LI, 17. ubi ita David : *Domine aperi labia mea, & os meum nuntiabit laudem tuam.* Quibus verbis ſignificat, ſi Deus ſibi pœnitentiam agenti veniam concedat, os ſuum apertum iri ut gratias ei agat, & ſummam ejus miſericordiam laudet. Sic &, cum aliis peccatoribus ignoſcit Deus, *os eorum aperit*, hoc eſt, ita eos habet, ut pleno ore laudes ejus deprædicare eos deceat. CLER.

23. *Os ſapientiæ.*] Eſt revera *os ſapiens*, quod beneficia à Deo accepta indeſinenter commemorat, atque extollit. Sed in Græcis habetur quod modò retulimus, pro quo Interpres legit σοφίας. CLER.

24 De

Si enim de [24] inſtantibus ac futuris ſcribam vobis, non intelligetis, [25] quo modo in parabolis poſita ſunt multa. Hæc autem ſic ſunt. Habes interim de majeſtate Chriſti, quo modo omnia in illum, & per illum facta ſunt: cui ſit honor, virtus, gloria, nunc, & in ſæcula ſæculorum.

---

24. *De inſtantibus & futuris.*] Vide not. ad Cap. IV. Hinc Uſſeriana lectio ejus loci confirmari poteſt. CLER.

25. *Quo modo in parabolis jacent.*] Legendum fortè *quoniam*, certè ſic vertendum fuerat *ὅτι τό*. In *parabolis jacere*, eſt obſcurum eſſe, nam id quod vocant Hebræi משל *maſchal*, & Græci vertunt παραβολὴν, ſonat orationem ἐσχηματισμένην, adeoque obſcuram. Ita, exempli cauſâ, vocantur orationes Jobi ejuſque amicorum. Sic & appellabant vaticinia obſcuriora, ut Ezech. XX. 49. *Illi dicunt de me: nonne parabolas ille proloquitur*, הלא ממשל משלים הוא. οὐχὶ παραβολὴ ἐν λεγομένη αὕτη, *nonne hæc dicitur parabola?* Sic & Pſalm. LXXVIII. 2. *Aperiam os meum in parabola, & proferam ænigmata antiqua*, ubi in παραβολαῖς משל & חידה, *parabola* & *ænigma* inter ſe componuntur. Vide & notata à nobis ad Numer XXI. 27. Eodem ſenſu voce παραβολὴ hic utitur *Barnabas*, pro vaticinio ita expreſſo, ut nonniſi à peritis intelligi queat. Ejuſmodi eſt Apocalypſis Joannis, in qua de futuris quidem ſermo eſt, ſed qui ἐν παραβολαῖς κεῖται, hoc eſt, figuratâ dictione ita expreſſus eſt, ut perpauci eum intelligere potuerint. CLERICUS.

S. HER-

S. HERMÆ
VIRI APOSTOLICI
PASTOR.

VETERUM TESTIMONIA
DE
S. HERMÆ PASTORE.

S. Irenæus, lib. 4. adverſùs Hæreſes, cap. 3.

Benè ergo pronunciavit Scriptura, quæ dicit: *Primò omnium crede, quoniam unus eſt Deus, qui omnia conſtituit, & conſummavit, & fecit ex eo quod non erat, ut eſſent omnia: omnium capax, & qui a nemine capiatur.* Locus exſtat lib. 2. Mand. 1. Leg. inſ. in Teſtim. Euſebii, lib. 5. cap. 8.

Clemens Alexandrinus, lib. 1. Strom. in medio: Edit. Pariſ. p. 311. D.

Dicit autem & Paſtor, Angelus pœnitentiæ, ad Hermam, de pſeudopropheta: &c. *Lib. 2. Mand. 10. cap. 1.*

Λέγει δὲ καὶ ὁ ποιμὴν, ὁ ἄγγελος τῆς μετανοίας, τῷ Ἑρμᾷ, περὶ τοῦ ψευδοπροφήτου·

Ibidem, in fine, p. 356. B.

Divinè ergò Virtus illa, quæ Hermæ loquitur in revelatione. *Lib. 1. Viſ. 3. cap. 4.*

Θείως τοίνυν ἡ δύναμις, ἡ τῷ Ἑρμᾷ, κατὰ ἀποκάλυψιν λαλοῦσα.

Lib. 2. ſub initium, p. 360. A.

Dicit enim virtus, quæ in viſione, Hermæ, apparuit: *Ibidem, cap. 3.*

Φησὶ γὰρ, ἐν τῷ ὁράματι τῷ Ἑρμᾷ ἡ δύναμις, ἡ φανεῖσα·

Ibid. poſt initium, p. 379. B.

Paſtor autem, cùm ſimpliciter de iis qui defuncti ſunt poſuiſſet dictionem, novit quoſdam juſtos in Gentibus & in Judæis; non ſolùm ante adventum Domini, ſed etiam ante Legem, ex eo quòd Deo fuerint grati & accepti: ut fuit Abel, ut Noë, ut ſi quis alius juſtus. Dicit ergo, Apoſtolos & doctores, qui prædicaverunt nomen Filii Dei; etiam defunctos, poteſtate ac fide prædicaſſe iis qui antè obierant. Deinde ſubjungit: *Et ipſi, &c. Lib. 3. Simil. 9. cap. 16.*

Ὁ ποιμὴν δὲ, ἁπλῶς ἐπὶ τῶν κεκοιμημένων θεὶς τὴν λέξιν, ἐπιγινώσκει οἶδέ τινας ἐν ἔθνεσι καὶ ἐν Ἰουδαίοις, οὐ μόνον πρὸ τῆς τοῦ Κυρίου παρουσίας, ἀλλὰ καὶ πρὸ νόμου, κατὰ τὴν πρὸς Θεὸν εὐαρέστησιν· ὡς Ἄβελ, ὡς Νῶε, ὡς εἴ τις ἕτερος δίκαιος. Φησὶ γοῦν τοὺς ἀποστόλους καὶ διδασκάλους, τοὺς κηρύξαντας τὸ ὄνομα τοῦ υἱοῦ τοῦ Θεοῦ, καὶ κοιμηθέντας, τῇ δυνάμει καὶ τῇ πίστει κηρύξαι τοῖς προκεκοιμημένοις. Εἶτα ἐπιφέρει·

Ibid. ante medium, p. 384. D. &c.

Quæ ergo continet Eccleſiam, ut Paſtor inquit, Virtus, Fides eſt, per quam ſalvi fiunt electi Dei: quæ autem viriliter agit, Abſtinentia. Sequuntur verò eas Simplicitas, Diſciplina, Innocentia, Modeſtia, Caritas. Illæ autem omnes ſunt filiæ Fidei. *Lib. 1. Viſ. 3. cap. 9.*

Ἡ τοίνυν συνέχουσα τὴν ἐκκλησίαν, ὥς φησιν ὁ ποιμὴν, ἀρετὴ, ἡ πίστις ἐστὶ, δι' ἧς σώζονται οἱ ἐκλεκτοὶ τοῦ Θεοῦ· ἡ δὲ ἀνδριζομένη, ἐγκράτεια. Ἕπονται δὲ αὐταῖς ἁπλότης, ἐπιστήμη, ἀκακία, σεμνότης, ἀγάπη. Πᾶσαι δὲ αὗται, πίστεώς εἰσι θυγατέρες.

Ibid. p. 384. 385.

Dicit itaque timendum eſſe Dominum, ad ædificationem; ſed non Diabolum, ad everſionem. Et rurſus; opera quidem Domini, hoc eſt, præcepta, eſſe diligenda & facienda; opera verò Diaboli, timenda eſſe & non facienda. *Lib. 2. Mand. 7.*

Φοβητέον οὖν τὸν Κύριον, λέγει, εἰς οἰκοδομὴν, ἀλλ' οὐ τὸν διάβολον εἰς καταστροφήν. Ἔμπαλιν δὲ τὰ μὲν ἔργα τοῦ Κυρίου, τουτέστι τὰς ἐντολὰς, ἀγαπητέον καὶ ποιητέον· τὰ δὲ ἔργα τοῦ διαβόλου, φοβητέον καὶ οὐ ποιητέον.

Ibid. p. 385. A.

Idem autem & dicit pœnitentiam eſſe ſenſum magnum. Qui enim pœnitentiam agit eorum quæ fecit, non ampliùs facit vel dicit. Torquens verò animam ſuam propter quæ peccavit, operatur bene. Remiſſio ergo peccatorum, differt à pœnitentia: ambo autem libertatem noſtram oſtendunt. Eum igitur qui accepit remiſſionem peccatorum, non oportet ampliùs peccare: in prima nempe & ſola peccatorum pœnitentia: ea autem fuerit eorum quæ priùs

Ὁ δὲ αὐτὸς καὶ τὴν μετάνοιαν σύνεσιν εἶναί φησι μεγάλην. Μετανοῶν γὰρ ἐφ' οἷς ἔδρασεν, οὐκ ἔτι ποιεῖ ἢ λέγει. Βασανίζων δὲ ἐφ' οἷς ἥμαρτεν τὴν ἑαυτοῦ ψυχὴν, ἀγαθοεργεῖ. Ἄφεσις τοίνυν ἁμαρτιῶν, μετανοίας διαφέρει· ἄμφω δὲ δείκνυσι τὸ ἐφ' ἡμῖν. Τὸν οὖν εἰληφότα τὴν ἄφεσιν τῶν ἁμαρτιῶν, οὐκ ἔτι ἁμαρτάνειν χρή. Ἐπὶ γὰρ τῇ πρώτῃ καὶ μόνῃ μετανοίᾳ τῶν ἁμαρτιῶν· αὕτη δ' ἂν εἴη τῶν προϋπαρξάντων κατὰ τὸν ἐθνικὸν καὶ πρῶτον βίον· τὸν

ἐν

ἐν ἀγνοίᾳ λέγω. Αὐτίκα τοῖς κληθεῖσι προὔκειτο μετάνοια, ἡ καθάρσιος τοῦ τόπου τῆς ψυχῆς ἀπὸ τῶν πλημμελημάτων, ἵνα ἡ πίστις θεμελιωθῇ. Καρδιογνώστης δὲ ὢν ὁ κύριος, καὶ τὰ μέλλοντα προγινώσκων, τό τε εὐμετάβολον τοῦ ἀνθρώπου, καὶ τὸ παλίμβολον, καὶ πανοῦργον τοῦ διαβόλου, ἄνωθεν ἀπ' ἀρχῆς προεῖδεν· ὡς, ζηλώσας ἐπὶ (l. ἔτι) τῇ ἀφέσει τῶν ἁμαρτιῶν τὸν ἄνθρωπον, προσρίψοι τινὰς αἰτίας τῶν ἁμαρτημάτων τοῖς δούλοις τοῦ Θεοῦ, φρονίμως πονηρευόμενος, ὅπως δὴ καὶ αὐτοὶ συμπέσοιεν αὐτῷ. Ἔδωκεν οὖν ἄλλην ἐπὶ τοῖς κἀν τῇ πίστει περιπίπτουσί τινι πλημμελήματι, πολυέλεος ὤν, μετάνοιαν δευτέραν· ἵν' εἴ τις ἐκπειρασθείη μετὰ τὴν κλῆσιν, βιασθεὶς δὲ καὶ κατασοφισθείς, μίαν ἔτι μετάνοιαν ἀμετανόητον λάβῃ.

Αἱ δὲ συνεχεῖς καὶ ἐπάλληλοι ἐπὶ τοῖς ἁμαρτήμασι μετάνοιαι, οὐδὲν τῶν καθάπαξ μὴ πεπιστευκότων διαφέρουσιν, ἢ μόνῳ τῷ συναισθέσθαι ὅτι ἁμαρτάνουσι.

exſtiterunt in gentili & priori vita: eâ, inquam, quæ fuit in ignorantia. Jam iis qui vocati ſunt, proponitur pœnitentia, expurgans locum animæ à delictis, ut fides fundetur. Cùm verò Dominus cogitationes præcordiorum nôrit, & futura præſciat; facilem hominis mutationem, & multiplicem nequitiam Diaboli, jam inde à principio prævidit; quòd homini invidens propter remiſſionem peccatorum, aliquas cauſſas delictorum immiſſurus eſſet ſervis Dei, aſtutè & malignè moliens, ut ipſi quoque cum eo cadant. Dedit ergo, qui multùm miſericors eſt, iis qui etiam in fide incidunt in aliquod peccatum, aliam & ſecundam pœnitentiam; quam, ſi quis tentatus fuerit poſt vocationem, & coactus, & callidè circumventus, unam adhuc non pœnitendam accipiat pœnitentiam.

Continuæ autem & ſe invicem excipientes, propter peccata, pœnitentiæ; nihil differunt ab iis qui omnino non crediderunt, præterquàm in eo ſolo, quòd ſe peccare ſenſerunt, &c. *Lib.* 1. *Mand.* 4. *c.* 2. 3.

Lib. 4. *ante medium*, *p.* 503. *C. D.*

Αὐτίκα ὁ ποιμήν φησιν· ἐκφεύξεσθε τὴν ἐνέργειαν τοῦ ἀγρίου θηρίου, ἐὰν ἡ καρδία ὑμῶν γένηται καθαρὰ καὶ ἄμωμος.

Jam verò Paſtor dicit: *Effugietis vim feræ beſtiæ, ſi cor veſtrum fuerit purum ac ſine macula.* Lib. 1. Viſ. 4. cap. 2.

Lib. 6. *multò ante finem*, *p.* 679. *B.*

Ἦ γὰρ οὐχὶ καὶ ἐν τῇ ὁράσει τῷ Ἑρμᾷ ἡ δύναμις ἐν τῷ τύπῳ τῆς ἐκκλησίας φανεῖσα, ἔδωκεν τὸ βιβλίον εἰς μεταγραφὴν, ὃ τοῖς ἐκλεκτοῖς ἀναγγεῖλαι ἐβούλετο; τοῦτο δὲ μετεγράψατο πρὸς γράμμα, φησὶ, μὴ εὑρίσκων τὰς συλλαβὰς πληρῶσαι.

An non enim & Virtus quæ in viſione apparuit Hermæ in figura Eccleſiæ, dedit librum, ut deſcriberet, quem electis annunciari volebat? Eum autem, inquit, deſcripſit ad litteram; non inveniens quo modo ſyllabas perficeret. *Lib.* 1. *Viſ.* 2. *cap.* 1.

Tertullianus, *Catholicus*, *lib. de Oratione*, *cap.* 12.

Quòd adſignatâ oratione aſſidendi mos eſt quibuſdam, non perſpicio rationem, niſi ſi Hermas ille, cujus ſcriptura ferè Paſtor inſcribitur, tranſactâ oratione non ſuper lectum aſſediſſet, verùm aliud quid feciſſet, id quoque ad obſervationem vindicaremus. Utique non. Simpliciter enim & nunc poſitum eſt: *Cùm adoraſſem, & aſſediſſem ſuper lectum*, ad ordinem narrationis, non ad inſtar diſciplinæ. Alioquin nuſquam erit adorandum, niſi ubi fuerit lectus: immo contra Scripturam fecerit, ſi quis in cathedra aut ſubſellio ſederit. *Lib.* 2. *in Proœm.*

Idem Tertullianus, *Hæreticus*, *lib. de Pudicitia*, *cap.* 10.

Deus bonus eſt: ſuis, non Ethnicis ſinum ſubjicit: ſecunda te pœnitentia excipiet: eris iterum de mœcho Chriſtianus. Hæc tu mihi, benigniſſime Dei interpres. Sed cederem tibi, ſi ſcriptura Paſtoris, quæ ſola mœchos amat, divino Inſtrumento meruiſſet incidi; ſi non ab omni concilio Eccleſiarum, etiam veſtrarum, inter apocrypha & falſa judicaretur; adultera & ipſa, & inde patrona ſociorum; è qua & aliàs initiaris: cui ille ſi fortè patrocinabitur paſtor, quem in calice depingis, proſtitutorem & ipſum Chriſtiani ſacramenti; meritò & ebrietatis idolum, & mœchiæ aſylum poſt calicem ſubſecuturæ; de quo nihil libentiùs bibas, quàm ovem pœnitentiæ ſecundæ. At ego ejus paſtoris ſcripturas hauno, qui non poteſt frangi. *Lib.* 2. *Mand.* 4. *cap.* 3. 4.

Cap. 20.

Et utique receptior apud Eccleſias * Epiſtola Barnabæ illo apocrypho Paſtore mœchorum.

* *Intelligit Epiſtolam canonicam ad Hebræos.*

Origenes, *Homiliâ* 8. *in Numeros.*

Quòd autem dies peccati in annum pœnæ reputetur, non ſolùm in hoc libro, in quo nihil omnino eſt quod dubitari poſſit, oſtenditur; ſed & in libello Paſtoris; ſi cui tamen ſcriptura illa recipienda videtur; ſimilia deſignantur. *Lib.* 3. *Simil.* 6. *cap.* 4.

Homiliâ 10. *in Joſuam.*

Similis quoque etiam in libello, qui appellatur Paſtoris, de his figura deſcribitur. Ait enim; quia eſt arbor quædam, quæ ulmus appellatur, quæ fructum non affert, portat tamen vitem, quæ affert plurimum fructum; & ex eo quod adminiculo eſt viti, quæ ejus viribus nitens, vel afferre, vel ſervare poteſt plurimum fructum, etiam ulmus, quæ infructuoſa eſt, neceſſaria videtur & utilis ex hoc ipſo quòd frugiferæ deſerviat viti. *Lib.* 3. *Simil.* 2. Vide Homiliam *Cæſarii Arelat.* 17. *Edit. Baſil.* 24. *in Biblioth. Patrum.*

Hom. 1. *in Pſalmum* 37.

Eſt autem quando erudimur etiam à procuratoribus & actoribus; id eſt, ab his Angelis quibus creditæ ſunt diſpenſandæ & regendæ animæ noſtræ: quemadmodum deſcribitur in quodam loco Angelus * pœnitentiæ, qui nos ſuſcipit caſtigandos; ſicut Paſtor exponit; ſi cui tamen libellus ille recipiendus videtur. *Lib.* 3. *Simil.* 6. *cap.* 3.

* *f.* pœnæ

Hom. 13. *in Ezechielem.*

In libro Paſtoris, in quo Angelus pœnitentiam docet, duodecim virgines habent nomina ſua; Fides, Continentia, & cætera. Poteſtis quippe legere, ſi vultis. Deinde quando turris ædificatur, cùm aſſumpſeris fortitudines virginum, pariter accipies & id quod de portis dicitur. *Lib.* 3. *Simil.* 9. *cap.* 2. *&c. & cap.* 15.

Lib. 1. *de Principiis cap.* 3.

* *f.* Hermas

Nam & in eo libello, qui Paſtoralis dicitur, de Angeli poſitione; quem * Hermes conſcripſit, ita refertur: *Primò omnium crede, quia unus eſt Deus, qui omnia creavit, atque compoſuit; qui cùm nihil eſſet priùs, fecit omnia: qui eſt omnia capiens, ipſe verò à nemine capitur.* Lib. 2. Mand. 1.

Lib. 2. *cap.* 1.

Ut autem ex Scripturarum auctoritate hæc ita ſe habere doceamus; audi quo modo Macchabæorum libris, &c. Sed & in libro Paſtoris, in primo Mandato, ita ait: *Primò omnium crede, quia unus eſt Deus, qui omnia creavit, atque compoſuit, & fecit ex eo quod nihil erat ut eſſent universa.* Ibid.

Lib. 3. *cap.* 2.

Sed & de Paſtoribus liber hæc eadem declarat, dicens quòd bini Angeli ſingulos quoſque hominum comitentur: &, ſi quando bonæ cogitationes cor noſtrum aſcenderint, à bono Angelo ſuggeri dicit; ſi verò contrariæ, mali Angeli dicit eſſe inſtinctum. *Lib.* 2. *Mand.* 6. *cap.* 2.

Lib. 4. *cap.* 2. *In Philocalia cap.* 1.

Ex verſione Rufini.

Quod nos etiam in libello Paſtoris, qui à nonnullis contemni videtur, deſignatum videmus; cùm jubetur * Hermes duos libellos ſcribere, & poſtea denunciare Presbyteris Eccleſiæ, quæ à Spiritu didicit: quod his verbis ſcriptum eſt: *Et ſcribes, &c. Lib.* 1. *Viſ.* 2. *cap.* 4.

* *l.* Hermas

Διὰ τοῦτο ἡμεῖς καὶ τὸ ἐν τῷ ὑπό τινων καταφρονουμένῳ βιβλίῳ τῷ Ποιμένι, περὶ τοῦ προστάσσεσθαι τὸν Ἑρμᾶν δύο γράψαι βιβλία, καὶ μετὰ ταῦτα αὐτὸν ἀναγγέλλειν τοῖς πρεσβυτέροις τῆς ἐκκλησίας ἃ μεμάθηκεν ἀπὸ τοῦ πνεύματος, οὕτω διηγούμεθα. Ἔστι δὲ ἡ λέξις αὕτη.

Ideo nos & illud in Paſtore; libro qui à quibuſdam contemnitur; cùm jubetur Hermas duos libros ſcribere, ipſeque poſtea annunciare Senioribus Eccleſiæ ea quæ à Spiritu didicerat; ita exponebamus. Dictio autem eſt hæc:

In Commentariis in Matthæum. Ad Matth. 24. 42.

Nam ſicut legimus apud Paſtorem, vaſa plena non citò quis guſtat; nec enim mutantur facilè: ſemiplena autem, quia facilè creduntur mutari, frequenter guſtantur. *Lib.* 2. *Mand.* 12. *cap.* 5.

Homiliâ 35. *in Lucam.*

Legimus, ſi tamen cui placet hujuſmodi ſcripturam recipere, juſtitiæ & iniquitatis Angelos, ſuper Abrahæ ſalute, & interitu diſceptantes, dum utræque turmæ ſuo eum volunt cœtui vendicare. Quod ſi cui diſplicet, tranſeat ad volumen, quod titulo Paſtoris ſcribitur, & inveniet cunctis hominibus duos adeſſe Angelos; malum, qui ad perverſa exhortatur, & bonum, qui ad optima quæque perſuadet. *Lib.* 2. *Mand.* 6. *cap.* 2.

Tomo I. Commentariorum in Johannem.

Secùs verò apud nos eſt, qui credimus, ex non entibus, Deum entia feciſſe; ut mater illa ſeptem Martyrum in Macchabæorum geſtis, & pœnitentiæ Angelus in Paſtore docuit. *Lib.* 1. *Viſ.* 1. *cap.* 2. *& lib.* 2. *Mand.* 1.

Lib. 10. *Explanationum in Epiſtolam ad Romanos. Ad capitis* 16. *verſum* 14.

Saluтate Aſyncritum, Phlegontem, * *Hermen, Patroban,* * *Herman, & qui cum eis ſunt fratres.* De iſtis ſimplex eſt ſalutatio, nec aliquid eis inſigne laudis adjungitur. Puto * tamen quòd Hermas iſte, ſit ſcriptor libelli illius, qui Paſtor appellatur: quæ ſcriptura valde mihi utilis videtur, & ut puto, divinitus inſpirata. Quòd verò nihil eis laudis adſcripſit, illa opinor eſt cauſa, quia videtur, ſicut ſcriptura illa declarat, poſt multa peccata, ad pœnitentiam fuiſſe * converſum: & ideo nec opprobrium ei aliquod adſcripſit; didicerat enim * Scripturam non improperare homini convertenti ſe à peccato: neque laudis aliquid tribuit; quia adhuc poſitus erat ſub Angelo pœnitentiæ, à quo, tempore opportuno, Chriſto rurſus deberet offerri. *l. Sedulium, in Collectaneis; ad eundem Apoſtoli locum, nec non Anſelmo tributa Commentaria.*

* *Hunc ordinem ſervat MS. Alexandrinum, in loco Pauli, & Ado, lib. de Feſtivitat.*
* Autem, *Cod. Thuaneus.*
* Converſus *Cod. Th.*
* à Scriptura non improperari *Cod. Th.*

In Commentariis in Oſeam; ex Philocalia cap. 8.

Et in Paſtore etiam, ſtructuram turris ex multis quidem lapidibus ædificatam eſſe, ex uno verò lapide factum videri ædificium; quid aliud quàm è multis concentum & unitatem ſignificat ſcriptura? *Lib.* 1. *Viſ.* 3. *cap.* 2. *& lib.* 3. *Simil.* 9. *cap.* 9. 13. 18.

Καὶ ἐν τῷ Ποιμένι δὲ, τὴν οἰκοδομὴν τοῦ πύργου διὰ πολλῶν μὲν λίθων οἰκοδομουμένην, ἐξ ἑνὸς δὲ λίθου φαινομένην εἶναι τὴν οἰκοδομήν, τί ἄλλο, ἢ τὴν ἐκ πολλῶν συμφωνίαν καὶ ἑνότητα σημαίνει ἡ γραφή;

Euſebius, Hiſtoria Eccleſiaſtica lib. 3. *cap.* 3.

Ex interpret. Rufini.

Et libellus Hermæ, qui appellatur Paſtoris; cujus

Ἐπεὶ δ᾽ ὁ αὐτὸς ἀπόστολος ἐν ταῖς ἐπὶ τέλει προσρήσεσι τῆς πρὸς Ῥωμαίους, μνήμην πεποίηται, μετὰ τῶν ἄλλων, καὶ

Quoniam verò Apoſtolus Paulus in ſalutationibus illis quæ ſub finem Epiſtolæ ad Romanos leguntur, inter

ter cæteros mentionem fecit etiam Hermæ, cujus eſſe fertur liber Paſtoris: ſciendum eſt eum librum à nonnullis quidem in dubium eſſe revocatum, ob quos inter receptæ auctoritatis libros poni non poteſt: ab aliis verò maximè neceſſarius, iis præſertim qui introductoriâ ad Religionem indigent inſtitutione, judicatus eſt; unde etiam in Eccleſiis eum publicè lectum ſcimus, & quoſdam ex vetuſtiſſimis ſcriptoribus teſtimonio ipſius uſos fuiſſe comperi. *Lege Nicephorum, lib. 2. cap. 46.*

Ἑρμᾶ, οὗ φασὶν ὑπάρχειν τὸ τοῦ Ποιμένος βιβλίον· ἰστέον ὡς καὶ τοῦτο πρὸς μὲν τινῶν ἀντιλέλεκται, δι' οὓς οὐκ ἂν ἐν ὁμολογουμένοις τεθείη· ὑφ' ἑτέρων δὲ ἀναγκαιότατον, οἷς μάλιστα δεῖ στοιχειώσεως εἰσαγωγικῆς, κέκριται, ὅθεν ἤδη καὶ ἐν ἐκκλησίαις ἴσμεν αὐτὸ δεδημοσιευμένον, καὶ τῶν παλαιοτάτων δὲ συγγραφέων κεχρημένους τινὰς αὐτῷ κατείληφα.

Paulus in Epiſtolis ſuis meminit; à plurimis non eſt receptus: ab aliis autem neceſſarius judicatus eſt, propter eos qui primis ad fidem inſtitutionibus imbuuntur; unde & in nonnullis Eccleſiis legitur, & multi veterum ſcriptorum uſi ſunt teſtimoniis ejus.

Lib. 3. cap. 25. — *Ex interpr. Ruf.*

Inter libros nothos collocetur & Actuum Pauli ſcriptura, & liber qui dicitur Paſtor.

Ἐν τοῖς νόθοις κατατετάχθω καὶ τῶν Παύλου πράξεων ἡ γραφή, ὅ, τε λεγόμενος Ποιμήν.

Poſt hæc jam ſcriptura eſt, quæ dicitur Actus Pauli: ſed & libellus qui appellatur Paſtoris, &c. de quibus quammaximè dubitatur.

Lib. 5. cap. 8. — *Ex interpr. Ruf.*

Non ſolùm autem (Irenæus) novit, ſed & recipit Paſtoris ſcripturam, dicens: Rectè igitur dixit ſcriptura, quæ ait: *Primò omnium crede, quòd unus eſt Deus, qui omnia creavit, & conſummavit;* & cætera. *Lib. 2. Mand. 1. Lege Niceph. l. 4. c. 14.*

Οὐ μόνον δὲ οἶδεν, ἀλλὰ καὶ ἀποδέχεται τὴν τοῦ Ποιμένος γραφὴν, λέγων· καλῶς οὖν εἶπεν ἡ γραφὴ ἡ λέγουσα· πρῶτον πάντων πίστευσον ὅτι εἷς ἐστιν ὁ Θεός, ὁ τὰ πάντα κτίσας καὶ καταρτίσας, καὶ τὰ ἑξῆς.

Necnon & libellum, qui vocatur Paſtoris, amplectitur, dicens: Bene ergo refert ſcriptura, quæ dicit: *Primò omnium credendum eſt, quia unus eſt Deus, qui omnia creavit atque compoſuit.*

Athanaſius lib. de Incarnatione Verbi &c. paullò poſt init. Edit. Pariſ. Tom. 1. p. 55. D.

Ἡ δὲ ἔνθεος διδασκαλία, καὶ ἡ κατὰ Χριστὸν πίστις &c. φησὶ διὰ μὲν Μωσέως &c. διὰ δὲ τῆς ὠφελιμωτάτης βίβλου τοῦ Ποιμένος· πρῶτον πάντων πίστευσον ὅτι εἷς ἐστιν ὁ Θεός, ὁ τὰ πάντα κτίσας καὶ καταρτίσας, καὶ ποιήσας ἐκ τοῦ μὴ ὄντος εἰς τὸ εἶναι.

Sed enim divina doctrina, & Chriſtiana fides &c. ait, per Moſem quidem: &c. per utiliſſimum verò Paſtoris librum: *Primum omnium, crede quòd unus eſt Deus, qui omnia creavit, & conſummavit, & ex nihilo ut eſſent fecit.* Lib. 2. Mand. 1.

Lib. de Decretis Nicænæ Synodi, poſt initium, p. 252. B.

Τοῦτο δὲ, ὡς ὁ Ποιμὴν εἴρηκεν, ἔκγονόν ἐστι διαβόλου.

Hæc autem *dubitatio*, quemadmodum Paſtor dixit, Diaboli filia eſt, *Lib. 2. Mand. 9.*

Ibidem, mox poſt medium, p. 266. D.

Ἐν δὲ τῷ Ποιμένι γέγραπται· ἐπειδὴ καὶ τοῦτο, καίτοι μὴ ὂν ἐκ τοῦ κανόνος, προφέρουσι· πρῶτον πάντων πίστευσον ὅτι εἷς ἐστιν ὁ Θεὸς, ὁ τὰ πάντα κτίσας καὶ καταρτίσας, καὶ ποιήσας ἐκ τοῦ μὴ ὄντος εἰς τὸ εἶναι τὰ πάντα.

At in Paſtore ſcriptum habetur: quandoquidem & eum librum, etſi ex Canone non ſit, proferunt: *Primùm omnium, crede quòd unus eſt Deus, qui omnia creavit, & conſummavit, & ex nihilo ut eſſent omnia, fecit.* Lib. 2. Mand. 1.

Epiſtola ad Epiſcopos Africæ, ante medium, p. 936. A. B.

Ἐλογίζοντο δὲ καὶ τὸ ἐν τῷ Ποιμένι γραφέν· πρῶτον πάντων πίστευσον, ὅτι εἷς ἐστιν ὁ Θεὸς, ὁ τὰ πάντα κτίσας καὶ καταρτίσας, καὶ ποιήσας ἐκ τοῦ μὴ ὄντος εἰς τὸ εἶναι. Citatur à Theodorito, Eccl. hiſt. l. 1. c. 7.

Secum etiam reputabant quod in Paſtore ſcriptum eſt: *Primùm omnium crede, quòd unus eſt Deus, qui omnia creavit, & conſummavit, & ex nihilo ut eſſent fecit.* Ibidem.

In Epiſtola Paſchali. Tom. 2. p. 39. 40.

Ἔστι καὶ ἕτερα βιβλία, οὐ κανονιζόμενα μὲν, τετυπωμένα δὲ παρὰ τῶν πατέρων ἀναγινώσκεσθαι τοῖς ἄρτι προσερχομένοις, καὶ βουλομένοις κατηχεῖσθαι τὸν τῆς εὐσεβείας λόγον· σοφία Σολομῶντος, &c. καὶ ὁ Ποιμήν.

Sunt & alii libri, non quidem Canonici, ſed quos Patres ſanxerunt legi iis, qui ad fidem accedunt, cupiuntque in pietatis verbo inſtitui: ut Sapientia Salomonis, &c. & Paſtor.

Hieronymus, in Scriptorum Eccleſiaſticorum Catalogo. Ex vetere Græco interprete.

Ἑρμᾶς (οὗ ὁ ἀπόστολος πρὸς Ῥωμαίους γράφων μέμνηται· ἀσπάσασθε Ἀσύγκριτον, Φλέγοντα, Ἑρμᾶν, Πατρόβαν, Ἑρμῆν) λέγεται αὐθέντης γεγενῆσθαι βίβλου ἐπιγραφομένης Ποιμήν. ἥ τις ἔν τισιν Ἑλλαδικαῖς ἐκκλησίαις δημοσίᾳ ἀναγινώσκεται. Καὶ ἀληθῶς χρήσιμος ὁ λόγος, ἀφ' οὗ πολλοὶ τῶν παλαιῶν συγγραφέων ὑπέκλεψαν μαρτυρίας· ἀλλὰ παρὰ τοῖς Ῥωμαίοις ἄγνωστος εἶναι δοκεῖ.

Hermam, (cujus Apoſtolus Paulus ad Romanos ſcribens meminit: *Salutate Aſyncritum, Phlegontem, Hermam, Patrobam, Hermen, & qui cum eis fratres ſunt*) aſſerunt auctorem eſſe libri, qui appellatur Paſtor, & apud quaſdam Græciæ Eccleſias etiam publicè legitur. Revera utilis liber; multique de eo ſcriptorum veterum uſurpaverunt teſtimonia: ſed apud Latinos pene ignotus eſt. *l. Adonem Viennenſem, lib. de Feſtivitatibus, &c. Freculfum, Tom. 2. lib. 2. cap. 4. Honorium Auguſtodunenſem, de Luminaribus Eccleſiæ, cap. 10.* *Rom. 16.14.*

In Prologo galeato.

Igitur Sapientia quæ vulgò Salomonis inſcribitur, & Jeſu filii Sirach liber, & Judith, & Tobias, & Paſtor, non ſunt in Canone.

Lib. 2. Commentariorum in Oſee: ad cap. 7. verſ. 9.

* ſ. ut — Unde & in libro Paſtoris, ſi cui tamen placet illius recipere lectionem, Hermæ primùm videtur Eccleſia cano capite; deinde adoleſcentula, * & ſponſa crinibus adornata. *Lib. 1. Viſ. 1. cap. 2. & Viſ. 4. cap. 2.*

Lib. 1. in Habacuc; ad cap. 1. v. 14.

Ex quo liber ille apocryphus ſtultitiæ condemnandus eſt; in quo ſcriptum eſt, quemdam Angelum nomine Tyri præeſſe reptilibus. *Lib. 1. viſ. 4. cap. 2.*

Rufinus, Expoſitione in Symbolum Apoſtolorum.

Alii libri ſunt, qui non Canonici, ſed Eccleſiaſtici à Majoribus appellati ſunt: ut eſt Sapientia Salomonis &c. In novo verò Teſtamento libellus qui dicitur Paſtoris ſive Hermatis, qui appellatur Duæ Viæ, vel Judicium Petri.

Caſſianus, Collatione 8. cap. 17.

Nam quòd unicuique noſtrum duo cohæreant Angeli, id eſt bonus & malus, Scriptura teſtatur: de bonis quidem, &c. De utriſque verò liber Paſtoris pleniſſimè docet. *Lib. 2. Mand. 6. cap. 2.*

Collat. 13. cap. 12.

Adjacere autem homini in quamlibet partem, arbitrii libertatem, etiam liber ille qui dicitur Paſtoris, apertiſſimè docet, in quo duo Angeli unicuique noſtrum adhærere dicuntur, id eſt bonus ac malus; in hominis verò optione conſiſtere, ut eligat quem ſequatur. *Ibidem.*

Proſper, lib. contra Collatorem, cap. 30.

Poſt illud autem nullius auctoritatis teſtimonium, quod diſputationi ſuæ de libello Paſtoris inſeruit, &c. *Ibid.*

Concilium Romanum, ſub Gelaſio habitum.

Liber, qui appellatur Paſtoris, apocryphus. *Idem cenſet Nicephorus Conſtantinopolitanus, in fine Chronographiæ.*

Maximus, in caput 4. lib. de divinis Nominibus, circa initium.

Atque in Paſtore Hermam perficiente, ſicut ibi legimus in Paſtoris libro. *Et paullò poſt:* Sic etiam in Paſtore legimus.

Καὶ ἐπὶ τοῦ ποιμένος τὸν Ἑρμᾶν τελειοῦντος, ὡς ἐκεῖ ἀναγεγραμμένον ἐν τῷ ποιμένι.
Οὕτω καὶ ἐν τῷ ποιμένι ἀναγέγραπται.

Walfridus Strabus, Viſionibus Wettini. V. 675.

Cælicolas hominum cuſtodes eſſe ſacrata
Scripta ferunt, Dominuſque docens oſtendit Ieſus,
Ante Patris faciem ſtantes ſervire Fideles:
Atque liber Paſtoris opem demonſtrat eamdem.

Liber Pontificalis, in vita Pii.

* Hermas — Sub hujus Epiſcopatu, frater ipſius * Hermes librum ſcripſit, in quo mandatum continetur, quod ei præcepit Angelus Domini, cùm veniret ad eum in habitu Paſtoris, ut ſanctum Paſcha die Dominica celebraretur. *Lege Martyrologia, Bedam, Adonem, Reginonem, &c.*

In Epiſtola prima earum, quæ Pio Papæ falſò adſcribuntur.

Noſſe vos volumus, quòd Paſcha Domini, die Dominica annuis ſolennitatibus ſit celebrandum. * Hermas — Iſtis ergo temporibus * Hermes, doctor fidei & Scripturarum, effulſit inter nos. Et licèt nos idem Paſcha prædictâ die celebremus; quia tamen quidam inde dubitarunt; ad corroborandas animas eorum, eidem Hermæ Angelus Domini in habitu Paſtoris apparuit, & præcepit ei, ut Paſcha die Dominica ab omnibus celebraretur.

Pſeudo-Tertullianus, lib. 3. adverſus Marcionem.

Poſt hunc deinde Pius; Hermas cui germine frater,
* qui — Angelicus Paſtor, * quia tradita verba locutus.

Nicetas ad illud Gregorii Nazianzeni Orat. 40. circa finem, πίστευε τὸν σύμπαντα κόσμον, ὅσος τε ὁρατὸς καὶ ὅσος ἀόρατος, ἐξ οὐκ ὄντων παρὰ Θεοῦ γενόμενον.

Crede, quòd, quemadmodum in Paſtoris libro habetur, unus eſt Deus, qui omnia creavit atque perfecit, & ex nihilo in rerum naturam produxit Græcè: πίστευε ὅτι καθὼς γέγραπται ἐν τῷ Ποιμένι, εἷς ἐστι Θεός, ὁ τὰ πάντα κτίσας καὶ καταρτίσας καὶ ποιήσας, ἐκ τοῦ μὴ ὄντος εἰς τὸ εἶναι τὰ πάντα. *Lib. 2. Mandato 1.*

In Vita S. Genovefæ, cap. 4. apud Bollandum, 3. Januarii.

Duodecim enim virgines ſpirituales, quas Hermas, qui & Paſtor nuncupatus eſt, in libro ſuo deſcripſit, ei individuæ comites exſtitêre; quæ ita nominantur: Fides, Abſtinentia, Patientia, Magnanimitas, Simplicitas, Innocentia, Concordia, Caritas, Diſciplina, Caſtitas, Veritas, & Prudentia. *Lib. 3. Simil. 9. cap. 2. &c. & 15.* Vide etiam loca alia, in ſequentibus.

J. B. CO-

J. B. COTELERII JUDICIUM
DE
S. HERMÆ PASTORE.

QUOD in hominum judiciis ſolet contingere, ut alii plus quàm par eſt, alii minus tribuant, tertii modum ſervent ac æquitatem; id ſi ſuper libro Hermæ factum fuiſſe pronunciavero, non verebur ne à veritatis tramite cenſear aberràſſe. Scilicet exceſſerunt recti fines, quotquot Paſtorem inſeruerunt Catalogo divinarum Scripturarum: cùm hodie ab univerſa Eccleſia extra Canonem legatur. Fuit autem ea ſententia quarumdam Eccleſiarum ex illis Græciæ, apud quas, teſte poſt Euſebii Hiſtoriam lib. 3. cap. 3. Hieronymo in tractatu de viris illuſtribus, publicè recitabatur. Credibile namque fit partem Opus habuiſſe pro Canonico, partem pro Eccleſiaſtico: quo de ultimo dubitare nos non ſinunt teſtimonia Athanaſii in Epiſtola Paſchali, & Rufini ad Symbolum; ſicut primum confirmatur tum per Auctores qui Hermæ ſcriptum inter dubia volumina, & ab aliquibus admiſſa rejecta ab aliis recenſent; tum per antiquos Bibliorum codices manu exaratos, quorum nonnulli Paſtorem quoque complectuntur, ut ille Bibliothecæ ſancti Germani; tum per manu ſcriptas veteres Stichometrias, quæ ſimiliter Hermam continent; qualis exſtat in eadem locupletiſſima Bibliotheca, & in theſauro librario Regis Chriſtianiſſimi, ſuperiùs edita; tum denique per Eccleſiæ Magiſtros ad eamdem opinionem accedentes. Nam Irenæus ut Scripturam videtur citare. Clemens Alexandrinus divinam eſſe Revelationem innuit. Tertullianus lib. de Oratione cap. 12. venerationem illius non improbat, abſit modo ſuperſtitio. Catholici apud eumdem Tertullianum libro de pudicitia, Montaniſtis opponunt ad auctoritatem fidei confirmandam, quemadmodum apud Athanaſium Ariani Catholicis. Origenes ſcripturam divinitus inſpiratam putat, licèt aliter ſentientibus nolit fieri præjudicium. Caſſianus denique teſtimonia inde deſumpta cum textibus ſacris miſcet.

At ex parte adverſa multum de honore Hermæ Paſtori debito detrahitur à Tertulliano ex antiquis. Ille mirum quantùm mutatus per Montaniſtarum præſtigias à Tertulliano illo libri orthodoxi de Oratione conſcriptore, Paſtoris ſcripturam in Opere Hæretico de pudicitia ſuggillat, appellans Apocrypham, falſam, adulteram; amatricem, patronam & ſociam mœchorum; aſſerenſque ab omni concilio Eccleſiarum etiam noſtrarum Catholicarum è divino Inſtrumento expelli. Ubi jocularis eſt error cujuſdam ad Nonnum, quaſi egerit Tertullianus de muliere adultera per Johannem Evangeliſtam initio capitis 8. memorata. Ab illis quoque minùs quàm ſatis ſit honorificè ſentitur, qui in Origene Paſtoris librum contemptui habent. Omitto Proſperum: quia mirum non eſt quòd homo vivens inter Latinos ſuos, quibus pæne ignotum fuiſſe Paſtorem refert Hieronymus, nullam auctoritatem Operi ignorato tribuerit. Euſebium etiam prætereo, Hieronymum, Gelaſium, Nicephorum C P. qui cum Nothis & Apocryphis numerant. Jam de iis appellationibus quid ſignificent, ſententiam meam protuli in Notis ad Barnabam. Addi tamen inibi dictis nunc velim, de illa diviſione Scripturæ in Canonicam, dubiam, & Apocrypham; Opus aliquod nec falſi nominis, nec doctrinæ noxiæ, appellari poſſe Apocryphum, quòd extra Canonem ab omnibus Eccleſiis collocetur. Atque eâ ſignificatione, opinor, Hermæ Paſtor Nicephoro C P. Apocryphus eſt. Venio ad recentiores; homines ut equidem mihi videtur, duræ frontis. Quis enim, quæſo, non obſtupeſcat cùm legerit nonnullorum judicia de volumine à tot tantiſque viris tantopere celebrato? Hi librum optimum utiliſſimumque prædicant. Illi verò infamant atque exagitant, ut Novatianorum & Pelagianorum fontem, Montaniſticarum ſuperſtitionum gurgitem, inſuperque fautorem Arianorum; ut fabuloſum; ut (proh magna crimina!) liberi arbitrii, ſolitudinis Monaſticæ, necnon Purgatorii adſtructorem; ut ruditate Chriſtianiſmi ac reliquiis Gentilitatis conſpicuum; ut Pſeudepigraphum, ſuppoſititium; ut alium ab eo quem olim manibus terebant S S. Patres; denique ut barbarum, atque per Hæreticos interpolatum, inſertis erroribus ac fabellis. Quas accuſationes & conſimiles, frivolo aut nullo fundamento ſubnixas, cùm ad loca pervenerimus, ſi neceſſe viſum fuerit, Deo dante, abſque confutatione non relinquemus.

Medium itaque beati tenuere, cùm olim, tum nuper, quicumque Hermæ Paſtorem judicavere σύνταγμα non quidem Canonicum, ſed Eccleſiaſticum, ac optimæ notæ, & propugnaculum fidei Catholicæ adversùs Montani dementiam; ad hæc fœtum Hermæ Apoſtolici illius viri (nulla quippe ratio contrarium evincit) quem Paulus in fine Epiſtolæ ad Romanos ſalutari jubet. Nam qui Hermetem ſeu Hermem in illius locum ſubſtituunt, aut utrumque confundunt; decepti videntur à fabula libri Pontificalis; ubi ad ſimilitudinem Hermæ fingitur quidam Hermes Pii Papæ primi frater, Scriptor libri quo continebatur Mandatum Angeli viſi in habitu Paſtoris de Paſchate die Dominicâ celebrando. Quod commentum multi amplexi ſunt, præcipueque neſcio quis Poëta ſub honeſto Tertulliani nomine latens l. 3. adversùs Marcionem in fine; item Epiſtolarum Papæ Pii fabricatoe Epiſt. 1. Beda, Ado, alii, in Chronicis, in Martyrologiis; necnon Auctor Catalogi Pontificum Romanorum, ab Ægidio Bucherio in Commentario ad Victorii Canonem Paſchalem editus, qui forſan ex Pſeudo-Damaſo debet emendari. Sed & facile fuit librariis Hermam mutare in Hermem, & Hermem vice verſâ in Hermam. Sicque fortaſſis apud Magiſtrum Sententiarum lib. 4. diſt. 35. n. 5. ex Herma factus fuerit Hermes: ſimiliterque in Rufiniana Origenis Interpretatione lib. 1. de principiis cap. 3. & lib. 4. cap. 1. Poſtremo ſanè locus caput primum Philocaliæ Hermam oſtendit. Et contrà fortè prædictus Poeta, *Hermes* ſcripſerat, non *Hermas*;

niſi ſi, quem errorem erràſſe videtur Pſeudo-Pius, Hermem & Hermam pro uno eodemque habuerit. Nec diſſimili, quamvis aliâ depravatione Editiones S. Hieronymi libro de Nominibus Hebraicis, capite de Epiſtola ad Romanos, exhibent, *Ermon, anathematizantes mœrorem*; cùm & res ipſa, & capita de Numeris, de Actis Apoſtolorum *Ermen* reponendum perſuadeant; tametſi *Ermon* quoque eodem ſenſu exponatur in capitibus de Deuteronomio, de Jeſu Navæ (ubi perperam *Emon* adparet) & de Pſalterio.

Jam verò ex Rufini ad Symbolum verbis obſcurioribus naſcitur quæſtio. Quæ ſi ita diſtinguantur, *Libellus qui dicitur Paſtoris ſive Hermatis, qui appellatur Duæ Viæ vel Judicium Petri*; unus noſter liber quatuor geret nomina, *Paſtor, Hermas, Duæ Viæ, Judicium Petri.* Sin autem ubi virgula conſpicitur, major diſtinctio ponatur, duo puncta vel punctum cum virgula; duo conſtituentur libri binomines, alter *Paſtoris ſive Hermatis*, alter *Duæ Viæ vel Judicium Petri.* Equidem nullus dubito quin diverſa volumina extiterint: ſuſpicor magis à Rufino ſcriptum, *Libellus qui dicitur Paſtoris ſive Hermatis; quique appellatur Duæ Viæ vel Judicium Petri.* Rationes cur Opera non confundam hæ ſunt. 1. De uno libello ſic locutus fuiſſet, *Qui dicitur Paſtoris, ſive Hermatis, ſive Duæ Viæ, vel Judicium Petri.* 2. In toto Paſtore ne verbum quidem de Petro. 3. Pauciora de duabus viis profert initio Mandati 6. quàm ut inde nomen acciperit. Certè multò plura apud Barnabam & in Conſtitutionibus Apoſtolorum, hoc denominationis iis ſcriptis non dedêre. 4. Apertè B. Hieronymus in Catalogo Judicium Petri diſtinguit ab Hermæ Paſtore: de primo enim diſſerit in Petro, de ſecundo in Herma. Atque hæc ad Rufinum.

Ex Origenis autem verbis lib. 4. de principiis cap. 2. in Philocaliæ cap. 1. p. 22. διὸ καὶ τὸ ἐν τῷ ὑπό τινων καταφρονουμένῳ βιβλίῳ τῷ Ποιμένι, περὶ τοῦ προστάσσεσθαι τὸν Ἑρμᾶν δύο γράψαι βιβλία, καὶ μετὰ ταῦτα αὐτὸν ἀναγγέλλειν τοῖς πρεσβυτέροις τῆς ἐκκλησίας ἃ μεμάθηκεν ἀπὸ τοῦ πνεύματος, οὕτω διηγούμεθα. Hoc eſt, *Ideo nos & illud in Paſtore, libro qui à quibuſdam contemnitur; cùm jubetur Hermas duos libros ſcribere, ipſoque poſtea annunciare Senioribus Eccleſiæ ea quæ a Spiritu didicerat, ſic exponimus.* Ex hoc inquam ſermone conjecerunt viri docti Paſtorem Commentariis ab Origene fuiſſe illuſtratum. Quamquam loquitur dumtaxat de præſenti expoſitione, quam nempe eodem loci poſt Hermæ teſtimonium ſtatim ſubjungit. Eſt & alius error nonnullorum adeo craſſus, ut nec refutationis indigeant. Dicunt à Hieronymo in Prologo galeato per Paſtorem non intelligi librum Hermæ, ſed tertium Machabæorum, contortâ & longè petitâ utentes deductione ἀπὸ τοῦ παιδὸς ſive παιδός. Cùm ex aliis Hieronymi, cæterorumque locis res manifeſtiſſimè pateat.

Denique, cujus habemus animadverſiones multas ad noſtrum Auctorem, Barthius, cùm paſſim labitur, tum contra antiquam eam Verſionem quatuor committit. Prius, appellando ruſticam, ſemibarbaram, ſemiveterem: quod neutiquam eſt. Alterum, temerè & abſque ulla ratione, imo contra omnem rationem, affirmando Epitomen magis eſſe, quàm Interpretationem. At aliter rem ſe habere liquet ex convenientia textuum à Veteribus prolatorum. Equidem videntur iſta citari ex Paſtore à Clemente Strom. 2. pag. 384. προηγεῖται μὲν πίστις, φόβος δὲ οἰκοδομεῖ, τελειοῖ δὲ ἡ ἀγάπη. *Præcedit quidem fides, timor vero ædificat, perficit autem caritas*; quæ ibi non inveniuntur; verùm Clementis ſunt, ſua Hermaicis interſerentis. Tertium commiſſum, quando futilibus conjecturis hariolatur ſcriptam fuiſſe poſt Hieronymi tempora, & ab Anaſtaſio Bibliothecario. Eſto, concedamus barbariem ubique redolere: num eadem de cauſa antiquiſſimam Irenæi Interpretationem Anaſtaſio adſcribemus? Sed Hieronymus teſtatur plerìſque ſui temporis Latinis Hermæ volumen ignorari? Quid inde? At multo antea plebi Africanæ notiſſimum exſtitit: ut pote ex cujus lectione mos invaluerat *adſignata oratione aſſidendi*, ut verbis utar Tertulliani. At à Latinis Catholicis, tempore Zephyrini ac ejuſdem Tertulliani, ad jugulandam Montani impietatem adhibebatur. Sanè ante Anaſtaſium à Hieronymo, Rufino, Caſſiano, Gelaſio, Beda, & Walfrido Strabo, Latinis Scriptoribus, memoratur. An neceſſe eſt ut omnes iſti Græcè legerint, & non ex noſtro Interprete? Tranſeo reliqua Barthii momenta pulvere ventoque leviora, ut ultimum illius peccatum attingam. In eo autem conſiſtit quod Johanni Tarino eam affingit opinionem, de qua vir ille eruditiſſimus οὐδὲ κατ' ὄναρ: quaſi ad Philocaliæ caput primum Rufino adſcripſerit Paſtoris Latinam tranſlationem. Nos ut nihil certi afferre poſſumus, ita ſuſpicamur per prima Eccleſiæ tempora Latinos non caruiſſe laudatiſſimi Operis verſione: eam vero aliam à Noſtra fuiſſe, nihil nos cogit dicere. Cæterum antequam manum hinc tollam, monitum te velim, Lector; & capitum lemmata abeſſe à codicibus MSS. quibus uſus ſui; & in Notis marginalibus quas ad textum apponendas curavi, litteram G, ſignificare MS. S. Germani, litteram V, MS. S. Victoris; mero autem aſteriſco, ante caput 8. Viſionis 3. lib. 1. indicari utrumque codicem, poſtea ſolum Victorinum. *Adjecta ſunt, in hac Editione, variæ lectiones, ex antiquo Codice Carmelitarum Excalceatorum, ſuburbii Pariſienſis; quas ad calcem totius voluminis legere licebat in Pariſ. Edit. Acceſſerunt etiam quæ in infima pagina Oxonienſis Editionis*, anni M DC LXXXV. *leguntur, ex Codd. Bodleianæ & Lambethanæ Bibliothecarum.*

SANCTI HERMÆ PASTOR.

LIBER PRIMUS,
Qui inſcribitur, Viſiones.

VISIO PRIMA.

Contra turpes, & elatas cogitationes, & negligentem Hermæ filiorum caſtigationem.

I. QUi enutriverat me, vendidit quamdam puellam Romæ. Poſt multos autem annos hanc viſam ego recognovi, & cœpi eam diligere ut ſororem. ¹ Exacto autem tempore aliquo, lavari eam in flumine Tiberi vidi, & porrexi ei manum, & eduxi eam è flumine. ² Viſaque eâ, * cogitabam in corde meo, dicens: Felix eſſem, ſi talem uxorem & ſpecie & moribus ſortitus eſſem. Hoc ſolum, nec ultra quidquam cogitavi. Poſt tempus autem aliquod cum iis cogitationibus proficiſcens, honorificabam creaturam Dei, * cogitans quàm magnifica & pulcra ſit. Et dum ambulaſſem, obdormivi. Et ſpiritus me rapuit, & tulit me per quemdam locum ad dexteram, per quem non poterat homo iter facere. Erat autem locus ille in rupibus, & abruptus, * & * invius ab aquis. Cumque tranſiſſem locum illum, veni ad planiciem; & genibus poſitis, cœpi orare Dominum, & confiteri peccata mea. Et orante me, apertum eſt cœlum; & video mulierem quam concupiveram, ſalutantem me de cœlo, & dicentem: Herma, ave. Et ego proſpiciens illam, dico ei: ³ Domina, quid tu hîc facis? At illa reſpondit mihi: * Recepta ſum * huc, ut peccata tua arguam apud Dominum. Domina, inquam, num tu me argues? Non, inquit. Sed audi verba quæ tibi * dictura * ſum. Deus, qui in cœlis habitat, & condidit ex nihilo ea quæ ſunt, & multiplicavit propter ſanctam Eccleſiam ſuam, iraſcitur tibi, quoniam peccaſti in me. Reſpondens dico ei: Domina, ſi in te ego peccavi, ubi, aut quo in loco, aut quando tibi turpe verbum aliquod locutus ſum? Nonne ſemper te quaſi Dominam arbitratus ſum? Nonne ſemper te reveritus ſum velut ſororem? Quid in me comminiſceris hæc tam nefanda? Tunc illa arridens mihi, ait: In corde tuo aſcendit concupiſcentia nequitiæ. An non videtur tibi, viro juſto rem * iniquam eſſe, ſi aſcenderit in corde mala concupiſcentia? Peccatum eſt ei, & quidem grande. Juſtus enim vir, juſta cogitat. Cogitante ergo illo quæ juſta ſunt, & rectè eo incedente, in cœlis propitium habebit Dominum in omni negotio ſuo. Qui autem nefanda cogitant in cordibus ſuis, mortem & captivitatem aſſumunt: maximè ii, qui ſæculum hoc diligunt, & gloriantur in divitiis ſuis: & qui non exſpectant futura bona, * vacuantur animæ eorum. Hæc autem faciunt ⁴ dubii, qui non habent ſpem in Domino, & contemnunt & negligunt vitam ſuam. Sed tu ora ad Dominum, & ſanabit peccata tua, totiuſque domus tuæ, & omnium Sanctorum.

II. Poſtquam autem locuta eſt verba hæc, clauſi ſunt cœli. Et ego totus eram in mœrore & metu; & dicebam intra me: Si hoc mihi peccatum adſcribitur, quo modo potero ſalvus eſſe? Aut

* MS. S. Germ. & Carmelitarum dixi, Felix eſſem, ſi talem uxorem haberem: & ſpeciem cùm vidiſſem, cogitabam in corde meo, dicens, Felix eſſem, ſi talem uxorem haberem, & ſpecie & moribus. Hoc ſolum cogitavi, nec ultra aliquid cogitavi.
* Deeſt in utroque cod. MS. S. Germ. & S. Vict.
* Deeſt.
* Præcepta. Carmel. MS.
* Deeſt.
* incipio dicere. MS. Carm.

Origenes, ad Job. 1. 1. Vide infr. Lib. 2. Mandat. 2.
* ſævum. G. Carm.
* vagantur MSS.

1. Durante primo Chriſtianæ pietatis ardore, conjugati ſubinde, ex conſenſu, thori commercio abſtinebant, & uxor in ſororem ceſſit: unde juſta dicitur, *Conjugi tuæ, quæ futura eſt ſoror tua.* Hinc anſa data mulieres ſubintroductas retinendi. OXON.

MSS Bod. & Lamb. *poſt tempus aliquod.*

2. MSS. German. Bod. & Lamb. legunt, *Viſaque ea dixi, Felix eſſem, ſi talem uxorem haberem, & ſpeciem cum vidiſſem, cogitabam in corde meo dicens: Felix eſſem, ſi talem uxorem haberem & ſpecie & moribus. Hoc ſolum cogitavi, nec ultra aliquid cogitavi.* Ibid.

3. *Domina*] Ecce iterum Barthius & eſſet mihi ſæpiſſime ad partes vocandus, Criticus minorum gentium. Huic ſi præbeamus aurem, Romano eloquio inuſitatum fuiſſe audiemus id appellationis uſque ad tempora barbarie mixta. Quaſi verò non innumera exempla oppoſitum luce clarius oſtendant. A quibus congerendis prudens abſtineo, ne agam quod centies actum fuit. Hermas κυρία poſuerat, quo modo à Johanne in Epiſtola 2. Electa vocatur. Tertullianus ad Martyras cap. 1. *Domina mater Eccleſia.* Epictetus cap. 62. *αἱ γυναῖκες εὐθὺς ἀπὸ τεσσαρεσκαίδεκα ἐτῶν ὑπὸ τῶν ἀνδρῶν κυρίαι καλοῦνται. Mulieres ſtatim ab anno decimoquarto à viris Dominæ appellantur.* Sed elegantiſſimè omnium Hieronymus Epiſt. 22. cap. 1. *Hæc ideirco, Domina mi Euſtochium, ſcribo: Dominam quippe vocare debeo ſponſam Domini mei.* & cap. 18. *Itaque mi Euſtochium, filia, domina, conſerva, germana: aliud enim ætatis, aliud meriti, aliud religionis, hoc caritatis eſt nomen.* COT.

Κυρίαν ſic S. Joan. Ep. 2. OXON.

4. Δίψυχοι.] Hanc vocem, auctorem ſcripſiſſe ex Clem Alex. diſcimus. Vid. S. Jac. 1. 8. Ibid.

5. MSS.

Aut quo modo exorabo Dominum pro peccatis meis abundantiſſimis? Quibus verbis rogabo Dominum, ut mihi propitius ſit? Hæc me recogitante, & diſcernente in corde meo; video contra me cathedram de lanis candidis, ſicut nix, factam magnam. Et venit mulier anus in veſte ſplendidâ, habens librum in manu; & ſedit ſola, & ſalutavit me: Herma ave. Et ego mœſtus & plorans, dixi; Domina ave. Et illa dixit mihi: Quid mœſtus es Herma, qui * eras patiens, & modeſtus, & ſemper hilaris? Reſpondens dico ei: Domina, [1] contumelia mihi objecta eſt à muliere optimâ, dicente quòd peccavi in eam. At illa dixit mihi: Abſit à ſervo Dei, res iſta. Sed fortè in corde tuo aſcendit illius [6] concupiſcentia. Eſt quidem in ſervis Dei talis cogitatio, peccatum inferens. Non enim debet hæc cogitatio abhorrenda, eſſe in ſervo Dei; neque * ſpiritus probatus, concupiſcere malum opus; & præcipuè Hermas, qui eſt continens ab omni concupiſcentia ſceleſta, & eſt omni ſimplicitate plenus, & innocentiâ magnâ.

Hieronymus, in Oſee 7 9.

* es. G.

* ſpiritu. MS. Carm.

III. Verumtamen non cauſſâ tui iraſcitur Dominus; ſed propter domum tuam, quæ nefas admiſit in Dominum, & in parentes ſuos. Et tu cùm ſis amator filiorum, non commonuiſti domum tuam, ſed dimiſiſti illos * converſari * violenter; propter hoc enim iraſcitur tibi Dominus: ſed ſanabit omnia, quæ * in * te geſta ſunt, mala in domo tua. Propter illorum enim peccata & iniquitates, conſumptus es à ſæcularibus negotiis. Jam enim miſericordia Dei miſerta eſt tui, & domus tuæ, & * conſervavit te in gloria: tu tantùm, noli vagari, ſed animæquus eſto, & conforta domum tuam. Tamquam ærarius [7] producens opus ſuum, * exponit ei cui vult; ſic & tu verbum quotidianum, juſtum docens, abſcindes grande peccatum. Non deſinas ergo commonere natos tuos: ſcit enim Dominus quòd pœnitentiam agent ex toto corde ſuo; & ſcribet te in libro vitæ. Cúmque finiſſet verba hæc, ait mihi: Vis audire me legentem? Dico * ei: Domina, Volo. Eſto ergo auditor. Et revoluto libro, legebat glorioſè, magnificè, [8] & mirificè, quæ non poteram in memoria retinere. Erant enim verba terrifica, quæ non poterat homo ſuſtinere. Noviſſima tamen verba memoriæ mandavi: erant enim pauca, & utilia nobis: Ecce Deus virtutum, qui inviſibili virtute, & magno ſenſu ſuo condidit mundum, & honorifico conſilio circumdedit decorem creaturæ ſuæ, & fortiſſimo ſuo verbo confixit cœlum, & fundavit terram ſuper aquas, & virtute ſua potenti condidit ſanctam Eccleſiam ſuam, quam benedixit; ecce transferet cœlos ac montes, colles ac maria; & omnia * [9] plena fient electis ejus; ut reddat illis repromiſſionem quam repromiſit, cum multo honore [10] & gaudio * ſervaverint legitima Dei, quæ acceperunt in magna fide.

* conviolari ſævè. MS. Carm.

* ante. G. MS. Carm.

* confortavit

* obtingat

* & ego

* plana. V. MS. Carm.

* ſi ſervaverint. V. MS. Carm.

IV. Cumque conſummaſſet legendo, exſurrexit de cathedra: & venerunt quatuor juvenes, & tulerunt cathedram ad Orientem. Et vocavit me ad ſe, & tetigit pectus meum, aitque mihi: Placuit tibi lectio mea? Dico ei: Domina, hæc mihi noviſſima placent; priora autem ſæva & dura ſunt. At illa ait mihi: Hæc noviſſima iuſtis; priora autem refugis & Ethnicis. Et cùm loqueretur mecum, duo * quidam viri apparuerunt; & ſuſtulerunt illam humeris, & abierunt ubi & cathedra erat ad Orientem. Hilaris autem diſceſſit. Et cùm abiret, ait mihi; Confortare Herma.

* quidem. V.

VISIO II.

Rurſum de negligenti uxoris loquacis, & filiorum libidinoſorum caſtigatione, & ejus modo.

I. CUm verò proficiſcerer * cum * his, circa illud tempus quo & anno priore, * ambulans, commemoratus ſum anni prioris viſionem. Rurſumque me abſtulit ſpiritus, & duxit me in eumdem locum quo anno primo; * & * honorificavi nomen ejus, quòd dignum me arbitratus ſit, & manifeſtaverit mihi peccata priſtina. Et cùm ſurrexiſſem ab oratione, video contra me anum illam, quam & anno ſuperiore videram, ambulantem, & legentem libellum aliquem. Et ait mihi: Potes hæc electis Dei renunciare? Dico ei: Domina, tanta, in memoria retinere non poſſum: da autem mihi libellum, & deſcribam. Accipe, inquit, & reſtituas mihi illum. Ut autem accepi, in quemdam locum agri * ſecedens, deſcripſi omnia ad litteram; non inveniebam enim ſyllabas. [11] Cumque conſummaſſem ſcripturam libelli, ſubitò de manu mea raptus eſt libellus; à quo autem, non vidi.

* ſ. Cumis

* videram, ambulans, G.

* cumque veniſſem ad illum locum, poſitis genibus cœpi orare Dominum, & honorificare. MS. Carm.

l. Clem. Al. lib. 6. Stromat. ſup in Teſtimoniis Veterum.

* ſedens. G. MS. Carm.

II. Poſt quindecim autem dies, cùm jejunaſſem, multumque rogaſſem Dominum, revelata eſt mihi ſcientia ſcripturæ. Erat autem ſcriptura hæc: Semen tuum, Herma, deliquit in Dominum, & prodiderunt parentes ſuos in nequitia magna. Et audierunt proditores parentum, & * [12] prudentes profecerunt. Sed etiam nunc adjecerunt * peccatis ſuis libidines, & commaculationes nequitiæ, & ſic impleverunt iniquitates ſuas. Sed impropera verba hæc filiis tuis omnibus, & [13] conjugi tuæ quæ futura eſt ſoror tua. Et ipſa enim compeſcat linguam ſuam, in qua malignatur. * Et auditis verbis his, continebit ſe, & conſequetur miſericordiam. * Erudietur enim, poſtquam improperaveris * illi hæc verba, quæ mandavit ille Dominator, ut * tibi re-

* prodentes. G. MS. C.

* peccata peccatis. G. *Conjux futura ſoror.*

* Sed G. MS. Carm.

* Erudientur. V.

* illis

* *Deeſt in Germ.*

5. MSS. *laſcivia.* OXON.

6. *Concupiſcentiæ* voce utitur in notione in Scholis recepta. Ibid.

7. Vid. Luc. 13. 52. Ibid.

8. Alii addunt, *& mirifice*, ſed varia videtur lectio. Ibid.

9. Sic Bod. & Lamb. In editis, *plena.* Ibid.

10. Sic Bod. & Vet. impreſſi, alii legunt, *gaudio ſervaverant.* Ibid.

11. Quo modo vetuſtiſſimi noſtri codices MSS. deſcripti conſpiciuntur; perpetua literarum ſerie, nulla vocum diſtinctione facta. Locum hunc laudat Clem. Alex. Strom. 6. p. 679. & addit [illegible] *non inveniebam ſyllabas ſiquidem.* Ibid.

12. Sic Lam. Germ. in imp. *prudentes.* Ibid.

13. *Conjugi tuæ, quæ futura eſt ſoror tua*] Scilicet per continentiam. Lib. 3. Similit. 9. cap. 11. *Nobiſcum dormies, ut frater, non ut maritus.* Lib. 1. Viſ. 2. cap. 3. *Tu autem Herma, noli meminiſſe injuriarum filiorum tuorum, ſed nec ſororem tuam negligas.* Nihil frequentius hac phraſi. Sed notabilia inter Græcos præcipuè loca Clementis Alexandrini [illegible] lib. 3. p. 448. lib. 6. p. 664. 665. Ad verba enim Apoſtoli I. Corinth. IX. 5. (de quibus videndus Hieronymus I. in Jovinianum 14.) *Numquid non habemus poteſtatem mulierem ſororem circumducendi, ſicut & cæteri Apoſtoli?* ait mulieres ab Apoſtolis circumductas fuiſſe non tamquam uxores, ſed tamquam ſorores. Et ſic loquitur. [illegible] *Viro cognitione prædito uxor poſt liberorum ſuſceptionem ſoror eſſe judicatur, tamquam quæ ſit eodem Patre nata.* Subjungitque expoſitionem ad eum ſenſum, ſermonis Abrahami de Sara Geneſ. XX. 12. *Vere ſoror mea eſt, filia patris mei, & non filia matris meæ.* Conſule Theodoritum Hiſtoriæ lib. 4. cap. 12. Ex Latinis, in ore omnium verſantur Venantii Fortunati verſus lib. 1. Carm. 15. de Leontio Epiſcopo Burdigalenſi;

Cogor amore etiam Placidinæ pauca referre,
Quæ tibi tunc conjux, eſt modo cara ſoror;

necnon Paulini (qui etiam referente Idatio in Chronico Theraſiam habuit de conjuge ſororem) Carmine 14.

Grande ſacramentum, quo nubit Eccleſia Chriſto,
Et ſimul eſt Domini ſponſa, ſororque ſui.
Sponſa, quaſi conjux, ſoror eſt, quia ſubdita non eſt.

Quem poſtremum verſum non debuit Barthius ſubmovere ve-

revelentur. Tunc remittentur illis peccata quæ jampridem peccaverunt, & omnibus ſanctis, qui peccaverunt uſque in hodiernum diem, [14] ſi ex toto corde ſuo egerint pœnitentiam, & abſtulerint à cordibus ſuis dubitationes. Juravit enim Dominator ille, per gloriam ſuam, ſuper electos ſuos, præfinitâ iſtâ die, etiam nunc ſi peccaverit
* illam V. aliquis, non habiturum * illum ſalutem. Pœ-
Pœnitentia. nitentiæ enim juſtorum habent fines. Impleti ſunt dies pœnitentiæ omnibus ſanctis; Gentibus autem pœnitentia uſque in noviſſimo die. Dices ergo eis qui præſunt Eccleſiæ, ut dirigant vias ſuas in juſtitia; ut recipiant in pleno repromiſſionem, cum multa gloria. Permanete ergo qui ope-
* fiat ramini juſtitiam, & ſic facite, [15] ut * ſit tranſitus veſter cum ſanctis Angelis. Felices vos, quicumque ſuſtinetis preſſuram ſupervenientem magnam, & quicumque non negaverit vitam ſuam. Juravit enim Dominus per Filium ſuum:
* ſeque deſpondentes vitam ſuam, qui nunc denegaturi ſunt in &c. MS. C. [16] Qui denegaverit Filium * & ſe, ſpondentes ſe vitam illius, & ipſi denegaturi ſunt illum in advenientibus diebus. Ii autem qui numquam denegaverint, [17] ob nimiam miſericordiam propitius factus eſt illis.

* malorum. MS. C. III. Tu autem Herma, noli meminiſſe * injuriarum filiorum tuorum, ſed nec ſororem tuam negligas; ſed cura ut emendentur à priſtinis peccatis. Erudientur enim doctrinâ iſtâ, ſi tu jam non fueris memor * injuriæ illorum. Memoria * malitiæ. G. MS. C.
enim * injuriarum mortem operatur, oblivio * malorum. G. MS. C.
verò * earum vitam æternam. Tu autem, Herma, magnas tribulationes ſæculares inſtruxiſti, * malorum. G. MS. C.
propter prævaricationes domus tuæ; quoniam illas, ut ad te nihil pertinentes, neglexiſti; & in negotiationibus tuis * malignis implicitus es; * magnis. G.
ſed illud te ſalvum faciet, quòd non diſceſſeris à Deo vivo, & ſimplicitas tua, & * ſingularis * nimia. G.
continentia, ſalvum facient te, ſi permanſeris. Et omnes ſalvos facient, quicumque hujuſcemodi operantur, & ingrediuntur in innocentia & ſimplicitate. Hi qui hujuſmodi ſunt, invaleſcent adversùs omnes nequitias, & permanebunt in vitam æternam. Felices omnes qui operantur juſtitiam, non abſumentur uſque in * vitam * * æternum. G.
æternam. Dices autem: Ecce magna tribulatio venit. Si tibi videtur, iterum nega. [18] Prope
eſt Dominus convertentibus, ſicut ſcriptum eſt Num. 11. 26, 27.
[19] in Heldam & Modal, qui vaticinati ſunt in ſolitudine populo.

IV. Revelatum autem eſt mihi, fratres, dormienti, à juvene ſpecioſo, & dicente mihi: Anum illam, à qua accepiſti libellum, quam putas eſſe? Et

velut inſititium. Optimè enim reſpondet præcedenti paullo antè,

Sponſa viro tantùm, non eſt ſubjecta marito.

Nec timenda blaſphemia, ac ſi Eccleſia a Chriſti dominio ſubtrahatur. Agitur quippe ſolummodo de ſubjectione maritali. Præclarè, ut omnia, Hieronymus, ut alibi ſæpe, & Epiſtolâ 28. ad Lucinium; *Habes tecum, priùs in carne, nunc in ſpiritu ſociam, de conjuge germanam, de femina virum, de ſubjecta parem, quæ ſub eodem jugo ad cæleſtia ſimul regna feſtinat.* Et in Vita Malchi; *Habeto me conjugem pudicitiæ, & magis animæ copulam amato, quam corporis. Sperent Domini maritum, Chriſtus noverit fratrem.* Nec operam perdes ſi legeris Canones, Concilii Arvernenſis 13. Concilii 2. Turonenſis 12 & 1. Matiſconenſis 11. Sicut autem laudantur conjuges ſorores, ſeu ſponſæ ſorores, ita vituperantur virgines ſorores: quod videre licet in Canone 19. Ancyrano, in Tertulliano de jejuniis cap. ult. in Hieronymo Epiſt. 22. cap. 5. & in Cod. Theod. de Epiſcopis & Clericis Lege 44 COT.

14 De die pœnitentiæ præfinito vid. Heb. 3. 8. OXON.

15. *Ut ſit tranſitus veſter cum ſanctis Angelis.*] Viſione 3. cap. 11. *Nihil aliud expectant niſi dormitionem ſuam.* Similitudine 9 c. 15. *Uſque ad diem quietis.* Ita paſſim mortis horror mitioribus vocabulis minuitur: ea tranſitus appellatur, dormitio, ſomnus, ſopor, quies, exitus, profectio, receſſio, tranſlatio, præmiſſio, peregrinatio, abſentia, natalis dies, &c. Pſalmo 140. verſu 10. *Singulariter ſum ego, donec tranſeam.* [Greek, partly illegible] *ait* Athanaſius libro de Virginitate: Euſebio conſentiente III. de Vita Conſtantini 46. & Chryſoſtomo ad viduam juniorem. Tertullianus libro de Patientia cap. 9. *Profectio eſt, quam putas mortem.* Cyprianus Epiſtolâ 26. *Glorioſas Martyrum, non dicam mortes, ſed immortalitates.* Hieronymus Epiſt. 3. de morte Nepotiani, *Intelligeres illum non emori, ſed emigrare.* Epiſt. 29. *Neque enim mors, ſed dormitio & ſomnus appellatur*, &c. Epiſt. 34 ad Julianum, *Quod ſanctiſſimam conjugem tuam, non quaſi mortuam, ſed quaſi proficiſcentem deduxeris.* Epiſt. 49. *Non moritur quiſquis victurus occiditur.* Lib. 1. adverſus Jovinianum cap. 14. *Ex quo oſtenditur Virginitatem non mori, ſed mourire cum Chriſto: & dormitionem ejus, tranſitum eſſe, non mortem.* Libro contra Vigilantium cap. 3. *Sancti non appellantur mortui, ſed dormientes*, &c. Ad Matthæi caput 25. *Sanctorum mors ſomnus appellatur.* Denique ab eodem doctiſſimo diſertiſſimoque Patre obſervatur ad Iſaiæ locum cap. 14 v. 8. *Ex quo ta dormiſti*: dormitionem etiam dici de morte impiorum. *Nota* inquit *quod & moviſſ mors, appelletur dormitio.* Ac ne plura coacervando abutar & meo tempore & patientiâ Lectoris, addo dumtaxat elegantiſſimum hominis Ethnici, Callimachi Epigramma;

Τῇδε Σάων ὁ Δίκωνος Ἀκάνθιος ἱερὸν ὕπνον
Κοιμᾶται· θνήσκειν μὴ λέγε τοὺς ἀγαθούς. COT.

Mors fidelium tranſitus eſt ad gloriam, & eorum animæ per angelos in ſinum Abrahæ deportantur. Vid Luc. 16 26. OXON.

16. Matth. 10. 33. Lectio hæc ex Bod. & Lamb. eliciתur, in imp. *qui denegaverit Filium & ſe, ſpondentes ſe vitam illius, & ipſi denegaturi ſunt illum.* Ibid.

17. *Nimia* idem valet quod *ſumma.* Ibid.

18. Scilicet fretus ſponſionibus de miſericordia divina, quas temere adhibet liber apocryphus ſub Eldadi & Medadi nomine conſcriptus; de quo mentio habetur apud Veteres. Ibid.

19. *Sicut ſcriptum eſt in Heldam & Modal*] Iſtorum Prophetarum nomina Numer. XI. 26. 27 in Hebræo & in Vulgata ſunt Eldad & Medad. In LXX. Ἐλδὰδ (ſ. Ἐλδὰδ, quemadmodum habet Græcus Baſilius lib. de Spiritu ſancto cap. 26. necnon Editio Commeliniana Athanaſii, in Synopſi) καὶ Μωδάδ: quippe qui legerint ו pro י, [illegible] loco [illegible]: hincque corruptè apud Auctorem Reſponſionum ad Quæſtiones Pauli Samoſatenſis, exiſtimatum Dionyſium Alexandrinum, Reſp. ad Quæſt. 4. Ἀλδὰς καὶ Μωδὰς; & apud Epiphanium lib. 3. tom. 2. Expoſit. Fidei num. 4. Ἐλδὰδ & Μωδάδ, quo modo profert quoque Nicephorus Conſtantinopolitanus Catalogo & Stichometriâ Scripturarum, ſeu fine Chronographiæ, ubi ab Anaſtaſio Bibliothecario vertitur *Elad & Modad.* Pari errato in Theodoriti Quæſt. 21. ad Numeros Ἐλδὰδ & Μωδάδ. Hieronymus interdum, & multi, atque etiam in veteribus Biblia *Heldad & Medad.* In Scripturarum Indiculo, quem infrà initio Notarum ad Conſtitutiones Apoſtolicas edendam curabimus Ἐλδὰμ καὶ Μωδάμ. Indiculo Prophetarum edendo pariter ad Conſtitut. IV. 6. Ἐλδὰμ & Μωδάμ. Μωδὰμ quoque Cyrillo Alexandrino. Denique hîc *Heldam & Modal*, quamquam vetuſta manus in MS. Bibliothecæ S. Germani correxit *Heldad & Medad.* Fuerunt porro Eldadus & Medadus duo homines, aut ex ſeptuaginta Senibus à Moſe electis ad gubernandum populum Iſraeliticum; quæ eſt ſententia Cyrilli Hieroſolymitani Catecheſi 16. & Cyrilli Alexandrini ad Johannis XX. 22. aut ex ſeptuaginta duobus iiſdem viris, ſeptuaginta dictis numero brevi ac rotundo; quemadmodum arbitratur Epiphanius in loco laudato, ac fortè qui compoſuit librum de mirabilibus ſacræ Scripturæ (Tom. 3 S. Auguſtini) lib. 1. cap. 9. aut extra numerum LXX. poſiti, pari tamen dignitate, quod cenſet Theodoritus: ſuper quos, cùm juberet Moyſe ut omnes ad oſtium tabernaculi ſtarent, remanſiſſent in caſtris, *non imperii negligentes*, docet Hieronymus Epiſt. 127. manſ. 15. *ſed humilitate ſubmiſſi, dum ſe honore arbitrantur indignos*, ſuper quos, inquam, tunc Spiritus requievit, ornans illos Prophetiæ dono, non quidem temporario, ut reliquos ex LXX. ſi fides Baſilio ubi ſuprà, ſed permanenti. Atque ex hac ſacræ Scripturæ Hiſtoria Numer. cap. 11. antiquus aliquis anſam accepit fabricandi librum ſub perſona & nomine eorum Prophetarum: cujus Apocryphi meminerunt præter Hermam Athanaſius aut alius ſub finem Synopſeos, Auctor Indiculi inediti, ac Nicephorus CP. Fieri que poteſt ut inde accepta fuerit Genealogia quæ exſtat in Traditionibus Hebraicis ad I. Paralipomenon, Tom. 3. Operum B. Hieronymi; quo loci ad I. Paralip. IV 17. hæc habentur; *Ezra interpretatur auxilium: ipſum enim dicunt Amram, patrem Moyſi & Aaron. Mared, rebellans, ipſe eſt Moyſes. Epher, pulvis, ipſe eſt Eldad. Jalon ilex, ipſe eſt Medad: iidem duo qui prophetabant. Traditur enim Moyſem poſt acceptam Legem in Eremo, patri ſuperſtiſſe ut matrem dimitteret, eo quòd illius amita eſſet, filia enim fuit Levi; poſt cujus diſſidium duxiſſe aliam uxorem Amram, ex qua ſuſcepit duos filios hos, Eldad & Medad*, & cætera, in quibus corrigenda hæc,

K 3 Et

Sibylla. Et ego dixi: [20] Sibyllam. Erras, inquit, non eſt. Quæ eſt ergo, Domine? Et dixit mihi: *Eccleſia quam antiqua.* Eccleſia Dei eſt. Et dixi ad illum: Quare ergo anus eſt? Quoniam, inquit, omnium prima creata eſt, ideo anus: & propter illam mundus factus eſt. Poſt hæc autem viſionem vidi in domo mea, & venit illa anus, & interrogavit me, ſi jam libellum dediſſem Senioribus. Et reſpondi: Adhuc non. At illa dixit; Bene feciſti; habeo enim quædam verba edicere tibi. Cùm autem conſummavero omnia verba, apertè ſcientur * ab electis. [21] Scribes ergo duos libellos: & mittes unum Clementi, & unum Graptæ. Mittet autem Clemens [22] in exteras civitates; illi enim permiſſum eſt. [23] Grapte autem commonebit viduas, & orphanos. Tu autem [24] leges in hac civitate cum Senioribus, qui præſunt Eccleſiæ.

* electi. G.

Iſta ſic leguntur apud Origenem, Philocalia cap. 1. Ex lib. 4. de Principiis cap. 2. Vide ſupra in Teſtimoniis Veterum.

Γράψεις δύο βιβλία, καὶ δώσεις ἓν Κλήμεντι, καὶ ἓν Γραπτῇ. Καὶ Γραπτὴ μὲν νουθετήσει τὰς χήρας καὶ τοὺς ὀρφανούς. Κλήμης δὲ πέμψει εἰς τὰς ἔξω πόλεις. Σὺ δὲ ἀναγγελεῖς τοῖς πρεσβυτέροις τῆς ἐκκλησίας.	Ex interpr. Ruf. *Et ſcribes duos libellos; & dabis unum Clementi, & unum Grapta. Et Grapte quidem commoneat viduas & orphanos. Clemens vero mittat per omnes civitates quæ foris ſunt. Tu vero annunciabis Presbyteris Eccleſiæ.*

VISIO III.

De triumphantis Eccleſiæ ſtructura, & variis hominum reproborum ordinibus.

I. Viſio quam vidi, fratres, viſio talis erat. Cùm jejunaſſem frequenter, & precatus eſſem Dominum, ut mihi oſtenderet revelationem, quam pollicitus eſt oſtendere per anum illam; eadem nocte apperuit mihi anus illa, & dixit mihi: Quoniam ſic * [25] langues, & ſollicitus es ad ſciendum omnia, veni in agrum, ubi vis; & circa horam ſextam manifeſtabo me tibi, & oſtendam tibi quæ oporteat te videre. Rogavi illam, dicens: Domina, in quem locum agri? Ubi, inquit, vis, elige locum bonum, ſecretum. Antequam autem loqui cœpiſſem, & dicere ei locum, ait mihi: Veniam ubi vis. Fui ergo, fratres, in agro, & obſervavi horas, & veni in locum ubi conſtitueram ei venire. Et video ſubſellium poſitum: erat cervical lineum, & ſuper linteum expanſum carbaſinum. Videns hæc poſita, & neminem eſſe in loco, ſtupere cœpi, & capilli mei [26] exſurrexerunt, & quaſi * [27] horror me comprehendit, cùm eſſem ſolus. [28] Ad me autem reverſus, & memoratus gloriam Dei; &, acceptâ audaciâ, poſitis genibus confitebar Deo iterum peccata quæ prius. Ecce venit illuc cum juvenibus ſex, quos & antè videram & ſtetit poſt me orantem; & audiebat me orantem, & confitentem Domino peccata mea. Et tangens me, dixit: Deſine jam pro peccatis tuis tantùm orare. Ora & pro juſtitia, ut accipias partem ex ea in domo tua. Et erexit me de loco, & apprehendit manum meam, & adduxit me ad ſubſellium, & ait illis juvenibus: Ite, & ædificate. Poſtquam autem diſceſſerunt juvenes, & nos ſoli fuimus, ait mihi: Sede hîc. Dico ei: Domina, ſine ſeniores antè ſedere. Quod tibi dico, inquit, ſede. Cumque vellem ſedere ad dexteram partem, non eſt paſſa, ſed annuebat mihi manu, ut ad ſiniſtram partem ſederem. Cogitante autem me, & mœſto exſiſtente, quòd non ſivit me ad dexteram partem ſedere, ait mihi: Quid mœſtus es, Herma? Locus qui eſt ad dexteram, illorum eſt qui jam meruerunt Deum, & paſſi ſunt causâ nominis ejus.

* jejunus. G.

* horripilatio. MS. C.

Oratio pro juſtitia.

Sedes Martyrum.

Et Amaret, id eſt Moyſi accepta eſſe dicitur, reſcribendo, *Et à Mared, id eſt Moyſe accepta eſſe dicitur.* Cæterùm illud, *Prope eſt Dominus convertentibus*, vicinum eſt oraculo Davidico, *Juxtà eſt Dominus iis qui tribulato ſunt corde.* Pſalm. XXXIII. 19 In Clementis Libro qui inſcribitur, ὡς ὁ σωφρονῶν πλούσιος. paullo ante finem, ϑεὸς πᾶσιν ἐγγύς ἐστι τοῖς πιστοῖς. καὶ μᾶλλον τοῖς ἁγίοις, ὡς μετανοοῦσιν. Vide in fra ad Clementin. XVIII. 4 COT.

20. *Sibyllam.*] Itaque, concludit plurimæ lectionis vir ac tenaciſſimæ memoriæ David Blondellus in præfatione libri cui titulum dedit, *Apologia pro ſententia Hieronymi de Epiſcopis & Presbyteris*, p. 48. 49. & in Opere Gallico de Sibyllis lib. 2. cap. 6. & 7. Carmina exſtantia nunc ſub ementito nomine Sibyllarum, ſtatim poſt ſuppoſitionem venerunt in manus Hermæ fratris Papæ Pii, circa medium 2. ſæculi. Verum hæc concluſio multa ſibi concedi poſtulat, aut incerta, aut falſa etiam; multiſque impugnatur. Etenim primò in ea ſomnium hominis Hermas ſeu Hermes frater Pii, toti genuinæ antiquitati indictus, ea cœnoſo gurgite fabularum hauſtus, pro vero homine reputatur. Deinde Sibyllæ nomen per eam creditur in Græco exſtitiſſe: at quis novit num illud nomen originem acceptam referat Latino Interpreti; qui Græcum σοφίαν verterit Sibyllam, ſicut lib. 2. Mand. 6 ἀγγέλους & ἄγγελον Genium ac *Genios* reddidit? Ad hæc, cur Hermas non appellaret Sibyllam, mulierem viſam in forma Sibyllæ, hoc eſt ut anum, & cum libro præ manibus? Sibylla quippe πολυχρονιωτάτη dicitur in Ariſtotele libro de mirabilibus auſcultationibus, *longæva ſacerdos* à Virgilio Æneid. VI. & vetula ab Ovidio Metamorph. l. 14 fab. 4. apparuitque Tarquinio vetula: cum libro autem exprimi ſolent Sibyllæ, refertque Lactantius lib 1. cap. 6. ex Varrone, ſimulacrum decimæ Sibyllæ nomine Albuneæ inventum fuiſſe in gurgite amnis Anienis, tenens in manu librum. Præſertim cum Sibylla in bonam partem accipi queat pro qualibet vate; quaſi ſit Θεοβουλή, Dei conſilium, ſententia ac mens, ex Lactantio ibidem, Hieronymo l. in Jovinian. 26. Servio in III. & VI. Æneidos, ac Iſidoro Originum lib. 8. cap. 8. juxta quem ſicut omnis vir prophetans, dicitur Propheta; ita omnis prophetans femina, Sibylla vocatur. Denique lecta ſint à Noſtro Sibyllina quædam; non inde ſequitur ea eſſe Syllogen quæ in octo libros digeſta preſtat, Apoſtolicis temporibus recentior. Ferebantur enim primo Eccleſiæ ſæculo ſub Sibyllino nomine nonnulla, ad res in Scripturis ſacris contentas pertinentia: unde Joſephus σύγχρονος Apoſtolorum & veri Hermæ, lib. 1 Ἀρχαιολογίας cap. 5. qui locus citatur etiam ab Euſebio Præpar. Evang lib. 9. cap. 15. Hieronymo de Locis Hebraicis voce in *Babel*, & Cyrillo Alexandrino lib. 1. contra Julianum poſt initium, (ubi tamen ἐσφαλμένα, ut videtur, μαρτυρίαν tribuitur Alexandro Polyhiſtori) refert Sibyllam mentionem feciſſe turris ædificatæ à viris volentibus cœlum ſcandere, everſæ autem ventis divinitus immiſſis; itemque hinc ſecutæ linguarum multiplicitatis, ob quam urbs Babylon appellata fuerit. Sed de Sibyllinis verſibus adhuc agemus infrà ad initium Epiſtolæ 2 S Clementis. Ibid.

Sibylla, anus fatidica. Conjicit eruditus Cotelerius in principio capitis ſecundi, pro *cum his* reponendum eſſe *Cumis*: quod ſi obtineat, obvia ſatis eſt cauſa quare Hermas Anum Sibyllam eſſe conjecerit, quæ ſemper vitam ibi perennaſſe putabatur. OXON.

21. *Scribes ergo duos libellos* &c.] Similis locus illi Apocalypſeos cap. 1. verſ. 11. *Quod vides, ſcribe in libro, & mitte ſeptem Eccleſiis* &c. Expoſitio autem Allegorica Origenis non impedit quò minùs ſcripta videantur hæc ſub Clemente Pontifice, qui à Presbyteris ſeparatim memoratur, cuique ſoli demandatur provincia mittendi ad exteras civitates; vivente Romæ quadam feminâ pietatis conſpicuæ, Diaconiſſâ forſitan, vocatâ *Grapte*; quod nomen reperies etiam in Joſepho lib 5. de bello Judaico cap. 9. COT.

22. Locum hunc laudat Origenes lib. 4. περὶ ἀρχῶν. Clementem Romæ Epiſcopum intelligere videtur, qui pro muneris ſui ratione literas encyclicas, ſyſtaticas & formatas ad vicinas Eccleſias frequenter dirigit, & earum rebus conſulit, quod ex Epiſtolis ad Corinthios miſſis conſtat. OXON.

23. Grapte Eccleſiæ Romanæ ἀρχαίων, fœminas & juniores commonefaciet. Ibid.

24. Tu ipſe cum Eccleſiæ Presbyteris tranſigas. Ibid.

25. Bod. egrat es. Lam. egrotus es. Ibid.

26. Bod. exſtruxerunt. Ibid.

27. Bod. Lam. horripilatio. Ibid.

28. Bod. Lam apud. Ibid.

29 Bod,

* [29] ejus. Tibi autem ſupereſt multum, ut [30] cum illis ſedeas. Sicut manes, in ſimplicitate tua permane, & ſedebis cum illis, & quicumque fuerint operati illorum opera, & ſuſtinuerint quæ illi ſuſtinuerunt.

* *Deeſt in Vict.*

II. Dico ei: Domina, vellem ſcire quæ ſuſtinuerunt. Audi, inquit: Feras beſtias, flagella, carceres, cruces, causâ nominis * [31] ejus. Propter hoc, illorum ſunt dextræ partes ſanctitatis, & quiſquis [32] patietur propter nomen * Dei: reliquorum autem ſiniſtræ partes ſunt. Sed * utriſque * eis, * & qui ad dextram, & qui ad ſiniſtram ſedent, ſunt dona & promiſſiones, tantùm, quòd ad dexteram ſedentes habent gloriam quamdam. Tu autem cupidus es ſedere ad dextram cum eis: ſed exiguitates tuæ multæ ſunt. Emundaberis autem ab exiguitatibus tuis. Sed & omnes qui dubii non fuerint, emundabuntur ab omnibus peccatis in hunc diem. Et cùm hæc dixiſſet, volebat abire. Et procidens illi ad pedes, rogavi illam per Dominum, ut mihi demonſtraret quod repromiſerat viſum. At illa rurſus apprehendit manum meam, & erexit me, & fecit ſedere ſuper ſubſellium ad ſiniſtram: & elevatâ virgâ quadam ſplendidâ, dixit mihi: Vides rem magnam? Dico ei: Domina, nihil video. [33] Ecce non vides contra te turrim magnam, quæ ædificatur ſuper aquas, lapidibus * quadris ſplendidis? In quadrato enim ædificabatur turris ab illis ſex juvenibus, qui venerant cum illa. Alia autem multa millia virorum adportabant lapides. Quidam autem de profundo trahebant lapides: alii de terra transferebant, & porrigebant illis ſex juvenibus. Porro illi accipiebant, & ædificabant. Hos autem qui de profundo extrahebantur lapides, omnes ſic * [34] ponebantur in ſtructuram: politi enim erant, & convenientes commiſſuræ cum * [35] aliis lapidibus, ſicque conjungebantur alius ad alium, ita ut commiſſuræ eorum non * paterent. Et in hunc modum [36] apparebat ſtructura turris, tamquam ex uno lapide ædificata. Cæteros autem lapides, qui adferebantur de terra, quoſdam quidem rejiciebant, quoſdam verò adaptabant in ſtructuram. Alios excidebant, & projiciebant longè à turri. Alii autem lapides multi circa turrim poſiti * erant; & non utebantur illis ad ſtructuram. Erant enim quidam ex illis ſcabroſi, alii autem ſciſſuras habebant, alii verò candidi & rotundi, [37] non convenientes in ſtructuram turris. Videbam autem alios lapides projici longè à turri, & incidentes in viam, & non manentes in via, ſed volvi de via in locum deſertum. Alios autem in ignem incidentes, & ardentes. Alios cadentes ſecus aquam, nec poſſe volvi in aquam, volentibus quidem eis intrare in aquam.

* *Ibid. deeſt.*
Dextra & ſiniſtra.
* *Et hoc deeſt.*
* utriſque & eis G. & Cant.
* quadrans. G. *MS.* C.
* imponebant. *MS.* C.
* illis
* parerent G. *MS.* C. Origenes. Philocaliæ cap. 8.
* Sic MSS. Edit. *jacebant.*

III. Et cùm hæc mihi demonſtraſſet, volebat * recedere. Dico ei: Domina, quid mihi prodeſt hæc vidiſſe, & [38] non ſcire quæ ſint hæ res? Reſpondens dixit mihi: Verſutus es homo, volens ſcire ea quæ circa turrim ſunt. Ita, inquam, Domina, ut fratribus annunciem, & hilariores fiant; & hæc audientes, honorificent Dominum cum multa gloria. Et illa ait: Audient quidem multi: & cùm audierint, quidam ex eis gaudebunt, quidam autem flebunt. Sed & * illi audientes, ſi pœnitentiam egerint, & ipſi gaudebunt. Audi nunc de ſimilitudine turris omnia hæc, & hactenus mihi de revelatione moleſtior eſſe noli. Revelationes enim iſtæ finem habent: impletæ ſunt enim. Sed tu non deſinis in petendo revelationes: [39] improbus enim es. Turris quidem quam vides ædificari, ego ſum Eccleſia, quæ tibi apparui, & modò, & priùs. Quodcumque igitur volueris, interroga de turri; & revelabo tibi, ut gaudeas cum ſanctis. Dico ei: Domina, quoniam me ſemel dignum arbitrata es, ut omnia mihi reveles, revela. Ait mihi: * Quodcumque oportuerit tibi revelari, revelabitur; tantùm ut cor tuum apud Dominum ſit, & ne dubites quodcumque videris. Interrogavi illam: Quare turris ædificata eſt ſuper aquas, Domina? Dixeram tibi & priùs, verſutum te eſſe, circa * [40] ſtructuras diligenter * inquirentem: igitur invenies veritatem. Quare ergo ſuper aquas ædificatur turris, audi. Quoniam vita veſtra per aquam ſalva facta eſt, & fiet. [41] Fundata eſt enim verbo omnipotentis & honorifici nominis. Continetur autem ab inviſibili virtute Dei.

* recurrere. G. *MS.* C.
* iſti. G. *MS.* C.
* ὃ ἐὰν ἀποδέχεταί σοι ἀποκαλυφθῆναι, ἀποκαλυφθήσεται. Cl. Alex. Strom. 2. init.
* ſcripturas *MS.* C.
* inquirens *Baptiſmus.*

IV. Reſpondens dico ei: Magnificè habent ſe res hæ. Illi autem juvenes ſex qui ædificant, qui ſunt, Domina? [42] Hi ſunt Angeli Dei, qui primò conſtituti ſunt, quibus tradidit Dominus univerſam creaturam ſuam * ſtruendi, ædificandi, & dominandi creaturæ illius. Per hos [43] enim conſummabitur ſtructura turris. Cæteri autem qui [44] adportant lapides, qui ſunt? Et ipſi * ſancti Angeli Domini: * ſed illi ſunt his excellentiores. Cùm ergo conſummata fuerit ſtructura turris, omnes ſimul epulabuntur juxta turrim, & honorificabunt Dominum, quoniam conſummata erit ſtructura turris. Interrogavi eam dicens: Vellem ſcire exitum lapidum, & vim eorum qualis ſit. Reſpondens autem, dixit mihi: Numquid tu præ omnibus melior es, ut tibi reveletur? Alii enim priores te ſunt, & meliores te, quibus oportebat revelari viſiones has; ſed ut honorificetur nomen Dei, tibi revelatum eſt, & revelabitur, propter dubios, qui cogitant in cordibus ſuis, utrumne ſint hæc, * an * non * ſint. Dic illis quòd hæc omnia ſunt vera, & nihil extra veritatem eſt; ſed omnia firma, * certeque fundata ſunt.

Angeli.
* creandi & G. C.
* ſunt
* hi autem præcellentes illos. G. G.
* aut non. G.
* & certa quæ. G. C.

Clemens Alexandrinus lib. 1. Strom. in fine.

Θείως τοίνυν ἡ δύναμις ἡ τῷ Ἑρμᾷ κατ' ἀποκάλυψιν λαλοῦσα, τὰ ὁράματα, φησὶ, καὶ τὰ ἀποκαλύμματα, διὰ τοὺς διψύχους, τοὺς διαλογιζομένους ἐν ταῖς καρδίαις	*Divinè ergo poteſtas illa, quæ Hermæ loquitur in revelatione; Viſiones, inquit, & revelationes, propter dubios, qui cogitant in cordibus ſuis, utrumne ſint hæc,*

aut

29. Bod. *Domini.* Ibid.
30. Laureolam martyrum gloria peculiari præfulgere, ſtudioſe docent omnes ſcriptores veteres. Ibid.
31. Bod. *Domini.* Ibid.
32. Bod. *paſſus fuerit.* Ibid.
33. Bod. add. *Ait mihi.* ibid.
34. Bod. *ponebant.* Ibid.
35. Bod. Lam. *illis.* Ibid.
36. Bod. *parebat.* Ibid.
37. *Non convenientes in ſtructuram turris.*] Et cap. 6. 7. Lib. 3. Sim. 9. cap. 6. 7. 31. Didymus in Catena Græcorum in Job, ad cap. 8. verſ. 17. 18. ὁ ἀσεβὴς, ὃς ἄνευ τῆς ἀναζυγῆς ἐν αὐτῇ κρηπῖδος ἔχει, ἀπαλλοτριοῦται, ὥσπερ τοὺς λίθους τοὺς οἰκοδομῇ ἄχρηστος λίθους. οἱ οὐχ ἁρμόζοντες τῇ οἰκοδομῇ τοῦ πύργου, περὶ τοῦ Ποιμένος. COT.
38. Imp. & *ſcire.* OXON.
39. Bod. Lam. *improbus.* Ed. *importunus.* Ibid.
40. Bod. Lam. *Circa ſcripturas. Diligenter inquirens igitur.* Ibid.
41. *Fundata eſt enim verbo omnipotentis & honorifici nominis.*] Senſus etiam cæco apparet. At Barthium (ſemel moneo) inſanabile ubique tenet mutandi loca ſana Cacoëthes. COT.
42. *Ait mihi. Hi.* Sic Bod. & Lamb. OXON.
43. Lam. Bod. *ergo* Ibid.
44. Bod. *adportabant.* Ibid.

45. Bod.

aut non ſint. Similiter autem ex redundanti quoque doctrinæ copia corroborant demonſtrationes, firmant & fundant rationes demonſtrativas, quantùm adhuc eorum tamquam juvenum mentes pendent inſtabiles.

αὐτῶν, εἰ ἄρα ἐςὶ πιςῶν, ἢ οὐκ ἔςιν. Ὁμοίως δὲ καὶ ἐκ τῆς πλημμυρούσης ἀφθονίας ἀποδείξεις ἰσχυροποιοῦσι, καὶ βεβαιοῦσι καὶ θεμελιοῦσι τοὺς λόγους τοὺς ἀποδεικτικοὺς, ὅσον ἔτι αἱ αὐτῶν ὡς νέων φρένες ἠωρῆσθαι.

Eccleſiæ multi ordines.

V. Audi nunc & de lapidibus qui ſunt in ſtructura. Lapides quidem illi quadrati, & albi, convenientes [45] in commiſſuris ſuis, ii ſunt [46] Apoſtoli, & Epiſcopi, & [47] Doctores, & Miniſtri, qui ingreſſi ſunt in clementia Dei, & Epiſcopatum geſſerunt, & docuerunt, & miniſtraverunt ſanctè & modeſtè electis Dei qui dormierunt, quique adhuc ſunt, & ſemper cum illis convenerunt, & in ſe pacem habuerunt, & ſe invicem audierunt. Propter hoc & in ſtructuram turris conveniunt commiſſuræ eorum. Qui verò de profundo trahuntur, & imponuntur in [48] ſtructuram, & conveniunt commiſſuræ eorum cum cæteris lapidibus, qui jam ædificati ſunt; ii ſunt qui jam dormierunt, & paſſi ſunt cauſâ nominis Domini. Cæteri autem lapides, qui adportabantur à terra, [49] volo ſcire qui ſint, Domina? Ait: Eos quidem, qui in terram vadunt, & non ſunt politi, illos Deus probavit, [50] quoniam ingreſſi ſunt in æquitatem Domini, & direxerunt vias in mandatis ejus. Qui autem adferuntur, & ponuntur in [51] ſtructura turris, ii ſunt novelli in fide & fideles. Commonentur autem ab Angelis ad benefaciendum, propterea quòd non eſt inventa nequitia in illis. Quos autem rejiciebant, & * ponebant juxta turrim, qui [52] ſunt illi? Ii ſunt qui peccaverunt, & voluerunt pœnitentiam agere; propter hoc non ſunt longè projecti à turri, quoniam utiles erunt in [53] ſtructura, ſi pœnitentiam egerint. Qui ergo pœnitentiam acturi ſunt, ſi egerint pœnitentiam, fortes erunt in fide, ſi nunc pœnitentiam egerint, dum ædificatur turris. Nam ſi conſummata fuerit ſtructura, jam quis non habet locum ubi ponatur, ſed erit reprobus; ſolummodo autem hoc habebit, * [54] qui * jam ad turrim poſitus eſt.

* projiciebant. G. MS. C.

Pœnitentia.

* quoniam. G. C.

Reprobi.

VI. Qui autem recidebantur, & longè projiciebantur à turre, vis ſcire qui ſunt? [55] Ii ſunt filii iniquitatis, & qui crediderunt in ſimulatione, & omnis nequitia non diſceſſit ab eis: propter hoc non habent ſalutem; quoniam non ſunt utiles in [56] ſtructura, propter nequitias ſuas. Quapropter exciſi ſunt, & longè projecti, propter iram Domini, quia exacerbaverunt eum. Cæteros autem lapides, quos vidiſti complures poſitos, non euntes in ſtructuram; ii quidem * ſcabroſi erant; hi ſunt qui cognoverunt veritatem, & nec permanſerunt in ea, nec conjuncti ſunt ſanctis; propter hoc inutiles ſunt: qui autem ſciſſuras habebant; [57] qui alius adversùs alium in cordibus diſcordiam habent, & non habent pacem inter ſe; in * præſentia quidem pacem habentes; cùm autem unus ab alio * diſceſſerit, nequitia eorum in cordibus permanet. Hæ ſunt ergo ſciſſuræ quas habent lapides. Qui verò curti ſunt, [58] ii ſunt qui crediderunt quidem, plurimam partem habentes iniquitatis; propter hoc curti; & non integri ſunt. Candidi autem & rotundi, & non convenientes in ſtructuram turris; qui ſunt, Domina? Reſpondens mihi, dixit: Uſquequo ſtultus es & inſenſatus, & omnia interrogas, & nihil intelligis? Hi ſunt habentes quidem fidem, habentes autem & divitias hujus ſæculi. Cùm ergo venerit tribulatio, propter divitias ſuas & negotiationes abnegant * [59] Dominum. Reſpondens, dico ei. Domina; quando ergo utiles erunt Domino? Cùm circumciſæ, inquit, fuerint divitiæ eorum, quæ eos delectant; tunc erunt utiles Domino, ad ædificium. Sicut enim lapis rotundus, niſi deciſus fuerit, & abjecerit à ſe aliquid, non poteſt quadratus fieri: ſic & qui divites ſunt in hoc ſæculo, niſi circumciſæ fuerint divitiæ eorum, non poſſunt Domino utiles eſſe. A te primùm ſcito. Quando dives fuiſti, inutilis eras: nunc verò utilis es, & aptus vitæ tuæ: nam & tuipſe ex eis lapidibus fuiſti.

* qui ſcabroſi. G. C.

* perſonâ

* diſceſſerint. G.

In divites.

* ſuum Dominum.

Hermas aliquando dives.

VII. Cæteros autem lapides, quos vidiſti longè projectos à turri, & currentes in via, & volvi de via in loca deſerta; ii ſunt qui crediderunt quidem; dubitatione autem ſuâ, * reliquerunt viam ſuam veram, putantes ſe meliorem viam poſſe invenire. Errant autem, & miſeri ſunt: ingredientes in deſertas vias. Qui autem cadebant in ignem, & ardebant; ii ſunt qui [60] in perpetuum abſceſſerunt à Deo vivo, nec ampliùs illis aſcendit in corda pœnitentiam agere, propter deſideria libidinum ſuarum, & ſcelerum quæ operantur. Cæteri verò, qui cadebant juxta aquas, & non poterant volvi in aquas, qui ſunt? Ii ſunt, qui verbum audierunt, volentes baptizari in nomine Domini; quibus, cùm venit in memoriam ſanctitas veritatis, retrahunt ſe, ambulantque rurſus poſt deſideria ſua ſceleſta. Conſummavit igitur enarrationem turris. Ego verò, cum adhuc eſſem improbus; interrogavi illam: [61] An iis omnibus lapidibus qui projecti ſunt, nec conveniebant in ſtructuram turris; an eſt pœnitentia, & [62] habebunt locum in turre hac? Habent, inquit, pœnitentiam; ſed in hac turre non poſſunt convenire; [63] alio autem loco ponentur multo inferiore; & * hoc, cùm cruciati fuerint, & impleverint dies peccatorum ſuorum. Et propter hoc transferentur, quoniam * perceperunt verbum juſtum. Et tunc illis continget transferri de pœnis; ſi aſcenderint in corda ipſorum opera, quæ operati ſunt ſceleſta. Quòd ſi non aſcenderint in corda ipſorum, non erunt ſalvi, propter duritiam cordis ſui.

* relinquent. G. C.

* hoc loco. G.

* receperunt. G.

VIII. Cùm

45. Bod. *commiſſura, hi ſunt.* Ibid.

46. *Apoſtoli, & Epiſcopi, & Doctores, & Miniſtri, qui ingreſſi ſunt in clementia Dei, & Epiſcopatum geſſerunt, & docuerunt, & miniſtraverunt ſanctè.*] Hic habes diſtinctos Hierarchiæ Ordines, in Apoſtolis, Epiſcopis Epiſcopatum gerentibus, Doctoribus ſeu Presbyteris docentibus, & Miniſtris ſive Diaconis miniſtrantibus. COT.

47. Presbyterorum ordo, *Doctorum* nomenclatura hic deſignatur, quod à Cypriano pariter factum: fruſtra eſt itaque Blondelius, qui ex hoc ſcriptore paritati Presbyterianæ patrocinium quærit. OXON.

48. Bod. *ſtructuram.* Ibid.

49. Bod. *ſcire, inquam.* Ibid.

50. Bod *qui.* Ibid.

51. Bod. *ſtructuram.* Ibid.

52. Bod. leg. *ſunt? Ii.* Ibid.

53. Bod. *ſtructuram* Ibid.

54. Lam. *quoniam.* Ibid.

55. *Volo, inquam, Domina.* Addunt Bod. & Lamb. Ibid.

56 Bod. *ſtructuram.* Ibid.

57. Add. Bod. *hi ſunt qui.* Ibid.

58. Bod. leg *hi crediderunt quidem, ſed plurimam partem habent iniquitatis.* Ibid.

59. Bod add. *ſuum.* Ibid.

60. Bod. Lam. *in fine.* Ibid.

61. Bod. Lam. *an iis omnes lapides, &c. ſieſt illis.* Ibid.

62. Lam. *habebuntur in.* Ibid.

63. *Alio autem loco ponentur multò inferiore.*] Falluntur quotquot de Purgatorio intelligunt. Haud dubium quin loquatur de Pœnitentia. COT.

64. Bod.

VIII. Cùm ergo [64] deſtiti interrogare illam de omnibus iſtis; ait mihi: Vis aliud videre? Cumque cupidus eſſem ad videndum; hilaris factus ſum vultu. Reſpiciens me, ſubriſit, & ait mihi: Vides ſeptem mulieres circa turrim? Video, inquam, Domina. Turris hæc, inquit, ab * iis ſupportatur ſecundùm præceptum Domini: Audi nunc effectus earum. Prima quidem earum * [65] quæ continet manu, Fides vocatur: per hanc ſalvi fient electi Dei. Alia verò quæ ſuccincta eſt, & viriliter agit, Abſtinentia vocatur: hæc filia eſt Fidei. Quiſquis ergo ſecutus fuerit illam, felix fiet in vita ſua; quoniam ab omnibus operibus malis abſtinebit; credens, quòd ſi ſe continuerit ab omni concupiſcentia, hæres erit vitæ æternæ. Ceteræ autem, inquam, Domina, quinque, quæ ſunt? Filiæ, inquit, invicem ſunt. Vocatur autem quædam Simplicitas, alia Innocentia, alia Modeſtia, alia Diſciplina, alia autem Caritas. Cùm ergo ſervaveris opera matris earum, omnia poteris cuſtodire. Volebam ſcire, Domina, quam quæque earum habeat virtutem. Audi, inquit: Virtutes æquales habent; connexæ autem ad invicem ſunt virtutes earum, & ſequuntur ſe invicem ſicut natæ ſunt. Ex Fide naſcitur Abſtinentia; de Abſtinentia Simplicitas; de Simplicitate Innocentia; de Innocentia Modeſtia; de Modeſtia Diſciplina, & Caritas. Harum ergo opera, ſancta, & pudica, & recta ſunt. Quicumque ergo ſervierit his, & * voluerit tenere opera earum; in turri habebit habitaculum cum ſanctis Dei. Interrogavi illam de temporibus, ſi jam conſummatio eſt? Illa autem exclamavit voce magnâ, dicens: Inſenſate homo! nonne vides turrim ſemper ædificari, Quando ergo conſummata fuerit turris, & ædificata; habet finem: ſed & citò conſummabitur. Noli me ampliùs interrogare quidquam. Sufficiat tibi, & omnibus ſanctis commemoratio iſta, & renovatio ſpirituum veſtrorum. Sed non tibi hæc ſoli revelata ſunt; ſed ut omnibus demonſtres ea. Poſt triduum enim intelligere te oportet, Herma, verba hæc quæ tibi incipio dicere, ut loquaris ea in auribus ſanctorum; ut audientes ea, cùm fecerint, emundentur à nequitiis ſuis; ſed & tu cum illis.

Virtutes. — * his albis. V. l. Clem. Al. lib. 2. Stromat. ſup. in Teſtim. Vet. — * *Hæ ſtrenus* cod. *MS. S. Germ.* — * invaluerit V. C.

IX. Audite me ergo, filii. Ego vos enutrivi in multa ſimplicitate, & innocentia, & modeſtia, propter miſericordiam Dei, quæ ſuper vos ſtillavit in juſtitia; ut ſanctificemini [67] & juſtificemini ab omni nequitia, & omni pravitate: vos autem non vultis requieſcere à nequitiis veſtris. Nunc ergo audite me, & pacem habete alius cum alio, & viſitate vos alterutrum, & ſuſcipite invicem, & nolite [68] ſoli creaturas Dei percipere. Abundantiùs etiam impertite egentibus. Quidam enim compluribus cibis, infirmitatem carnis ſuæ contrahunt, & violant carnem ſuam. Aliorum autem qui non habent eſcas, marceſcit caro ipſorum, propter id quod non habent ſufficientem cibum; & conſumitur corpus eorum. Hæc igitur intemperantia nociva eſt vobis, habentibus, & non communicantibus iis qui egent. Attendite judicium ſuperveniens. Qui eminentiores eſtis; inquirite eſurientes, dum adhuc turris non eſt conſummata. Poſtquam enim conſummata fuerit turris; voletis benefacere, & non habebitis locum. Videte ergo vos qui gloriamini in divitiis veſtris, ne fortè ingemiſcant ii qui egent, & gemitus eorum aſcendat ad Dominum, & excludamini cum bonis veſtris extra januam turris. Nunc itaque vobis dico qui præeſtis Eccleſiæ, & amatis primos conſeſſus; nolite ſimiles fieri maleficis. [69] Et malefici quidem, venena ſua in pyxidibus bajulant; vos autem venenum veſtrum & [70] pharmacum in corde continetis, & non vultis purgare corda veſtra, & permiſcere ſenſum veſtrum puro cordi, ut habeatis miſericordiam à Rege magno. Videte ergo filii, ne fortè hæ diſſenſiones veſtræ fraudent vitam veſtram. Quo modo vos erudire vultis electos Dei, cùm ipſi non habeatis diſciplinam? Commonete ergo vos invicem, pacatique eſtote inter * eos; ut & ego coram Patre veſtro aſtans, rationem reddam pro vobis Domino.

Eleemoſyna. — *In malos Paſtores.* — * vos. V. C.

X. Cumque deſiiſſet mecum loqui, venerunt illi ſex juvenes qui ædificabant, & tulerunt illam * ad turrim, & alii quatuor ſuſtulerunt ſubſellium, & abierunt ipſi iterum in turrim. Horum faciem non vidi, quoniam averſi erant. Euntem illam rogabam, ut mihi revelaret de tribus figuris, in quibus mihi apparuit. Reſpondens autem mihi; dixit: De his alium te oportet interrogare, ut tibi reveletur. Apparuit autem mihi, fratres, primâ viſione, anno [71] ſuperiore, valde anus, & in cathedra ſedens. Aliâ autem viſione, faciem quidem juvenilem habebat, carnem autem & capillos aniles; & ſtans mihi loquebatur, hilarior autem erat quàm primùm. Tertiâ autem viſione, tota junior erat & aſpectu decora; tantùm quòd capillos aniles habebat: hilaris autem facie erat, & ſuper ſubſellium ſedens. De his ipſis mœſtus eram valde, donec cognoſcerem [72] viſionem hanc. Video anum illam in viſu noctis dicentem mihi: * Omnis rogatio humilitate eget. Jejuna ergo, & percipies à Domino quod poſtulas. Jejunavi ergo diem unam. Eadem nocte apparuit mihi juvenis, & ait: Quid tu frequenter petis revelationes in oratione? Vide ne multa poſtulans, noceas carni tuæ. Sufficiant tibi revelationes hæ. Numquid poteris fortiores revelationes videre, quàm quas vidiſti? Reſpondens ei dico: Domine, hoc ſolum peto, pro tribus figuris illius anus, ut integra fiat revelatio. Reſpondit mihi: Vos non inſenſati eſtis; ſed dubitationes veſtræ vos inſenſatos faciunt, * eò quòd non habeatis cor veſtrum ad Dominum. Reſpondi illi, & dixi: Sed à te ea diligentiùs cognoſcemus.

* à turri. *MS. C.* — *Oratio eget humilitate & jejunio.* — * Antiochus homil. 10. [illegible] — *Eccleſiæ triplex figura.* — * &

XI. Audi, inquit, de figuris, [73] quas inquiris. In prima quidem viſione quare anus tibi apparuit, ſuper cathedram ſedens; quoniam ſpiritus veſter antiquior, etiam marcidus eſt, & non habens vim à veſtris infirmitatibus, & dubitatione cordis. Sicut enim ſeniores, qui non habent ſpem renovandi, & nihil aliud expectant niſi dormitionem ſuam: ſic & vos infirmati à ſæcularibus negotiis, tradidiſtis vos in [74] ſocordiam, & non projeciſtis à vobis ſollicitudinem in Domino; & * [75] confuſus eſt ſenſus veſter, & inveteràſtis

* confuſus in V. C.

64. Bod. *deſivi.* OXON.

65. Manus contracta, rectiſſime Fidem repræſentat, qua divina promiſſa apprehendimus. Ibid.

66. Lam. Bod. *invaluerit.* Ibid.

67. Bod. deeſt *&* *juſtificemini.* Ibid.

68 Vid. Job. 31. 17. Ibid.

69. *Et malefici quidem, venena ſua in pyxidibus bajulant.*] Appoſitè Seneca in Exhortationibus, citante Lactantio lib. 3 cap. 15. *Plerique Philoſophorum tales ſunt, diſerti in convitium ſuum; quos ſi audias in avaritiam, in libidinem, in ambitionem perorantes, indicium ſui profeſſos putes; adeò redundant ad ipſos maledicta in publicum miſſa. Quos non aliter intueri decet quàm medicos, quorum tituli remedia habent, pyxides venena.* COT.

70. Bod. *medicamentum.* OXON.

71. Bod. *priore.* Ibid.

72. Bod. *revelationem.* Ibid.

73. Bod. *de quibus inquiris.* Ibid.

74. MSS. *acedias.* Ibid.

75. Bod. *contuſus.* Ibid.

in triſtitiis veſtris. Quare ergo ſuper cathedram ſedebat, volebam cognoſcere, Domine. Reſpondit: Quoniam omnis infirmus ſuper cathedram ſedet, propter infirmitatem ſuam, ut contineatur infirmitas ejus. Ecce habes figuram primæ viſionis.

XII. Secundâ autem viſione, vidiſti illam ſtantem, & juvenilem faciem habentem, & hilariorem quàm priſtinam; carnem autem, & capillos aniles. Audi, inquit, & hanc parabolam. Cùm ſenior jam fuerit aliquis, deſperat de ſeipſo, propter infirmitatem ſuam, & paupertatem, & nihil aliud exſpectat, niſi diem extremum vitæ ſuæ. Deinde ſubitò illi relicta eſt hæreditas; & audiens exſurgit, hilariſque factus induit virtutem; & jam non diſcumbit, ſed ſtat, & liberatus à prioribus mœroribus; & jam non ſedet, ſed

* audita revelatione. viriliter agit. Ita & vos * audite * revelationem, quam Deus vobis revelavit, quia miſertus eſt Dominus veſtri, & renovavit ſpiritum veſtrum, & depoſuiſtis infirmitates veſtras, acceſſit vobis fortitudo, & invaluiſtis in fide; & viſâ Deus fortitudine veſtrâ, gaviſus eſt. Propter hoc demonſtravit vobis ſtructuram turris; & alia oſtendet, ſi ex toto corde pacem habueritis inter vos.

XIII. Tertiâ autem viſione, vidiſti illam adoleſcentiorem, [76] honeſtam & hilarem, & ſerenum vultum ejus. Sicut enim, ſi alicui mœſto ſupervenerit nuncius bonus aliquis; ſtatim oblitus eſt mœroris, nihilque aliud exſpectat, niſi annunciationem quam audivit, & confortatur de cætero, & renovatur ſpiritus ejus propter gaudium quod accepit: ſic & vos renovationem accepiſtis ſpirituum veſtrorum, videntes hæc bona. Et quia

* l. vidiſti. G MS. C. addit. tamquam urnalem. Pœnitentia utilitas. ſuper ſubſellium * vidiſtis ſedentem, fortis poſitio eſt; quoniam quatuor pedes habet ſubſellium, & fortiter ſtat. Nam & Mundus per quatuor elementa continetur. Qui ergo pœnitentiam egerint integrè, juniores erunt; & qui ex toto corde pœnitentiam egerint, erunt fundati. Habes enim in pleno revelationem; nihil ampliùs poſtules de revelandis. Si quid autem oportuerit, revelabitur tibi.

VISIO IV.

De tentatione & tribulatione hominibus superventurâ.

I. Viſionem vidi, fratres, poſt dies viginti priſtinæ viſionis, figuram [77] tribulationis superventuræ. Proficiſcebar [78] enim in illa via Campana: à via autem publica, in villam, ſunt ferè ſtadia decem. Rarò autem iter fit per locum illum. Et ſolus ambulans, rogabam Dominum, ut revelationes ejus, quas mihi oſtendit per ſanctam Eccleſiam ſuam, confirmaret; & daret pœnitentiam omnibus ſervis ſuis, qui ſcandalizati ſunt; ut honorificetur nomen ejus magnum & honorificum; & quia me dignum exiſtimavit, ut oſtenderet mihi mirabilia ſua, & eum honorificarem, & gratias agerem. Tamquam vox mihi reſpondit: Ne dubites, Herma. Intra me ergo cœpi cogitare & dicere: Ego quid habeo dubitare, ſic fundatus à Domino, & qui vidi honorificas res? Progreſſus ſum paululùm, fratres; & ecce video pulverem uſque ad cœlum. Cœpi dicere intra me: Numquid jumenta veniunt, & pulverem excitant? Diſtabat autem à me, tamquam ſtadium. Et ecce video magis magiſque pulverem exſurgentem, adeo ut ſuſpicarer eſſe [79] aliquid divinitus. Puſillùm autem reſplenduit ſol: & ecce video [80] beſtiam magnam veluti cetum, & ex ore ejus locuſtæ igneæ procedebant. Erat autem ſtatura beſtiæ illius pedes ferè centum: caput autem habebat tamquam

* vas urnale. Cœpi flere & invocare Dominum, * Deeſt.
ut me liberaret ab illa. Deinde recordatus ſum verbi quod audieram; Ne dubites, Herma. Indutus ergo, fratres, fidem Dei; & memoratus [81] quis docuit me magnalia, audenter in beſtiam me tradidi. Sic autem veniebat beſtia illa, ita ut poſſet in ictu civitatem delere. Veni propè illam; & tam grandis beſtia extendit ſe in terram, & nihil niſi linguam proferebat, & in totum non movit ſe, donec [82] pertranſiſſem illam totam. Habebat autem beſtia illa ſuper caput colores quatuor; nigrum, deinde rubeum & ſanguinolentum, inde aureum, deinde album.

II. Poſtquam autem pertranſivi illam, progreſſus ſum ferè pedes triginta; & ecce [83] occurrit mihi virgo quædam exornata, tamquam de thalamo prodiens, tota in albis, & calceamentis albis circumdata, & uſque ad faciem, mitram habens: pro tegumento autem habebat capillos nitidos. Cognovi ergo à priſtinis viſionibus, quoniam Eccleſia eſt: & hilarior factus ſum. Salutavit autem me, dicens: Ave tu, homo. Et illam reſalutavi, dicens: Domina, ave. Reſpondens autem dixit mihi: Nihil tibi occurrit, homo? Dico ei: Domina, [84] occurrit mihi talis beſtia, quæ poſſit populum conſumere: ſed virtute Dei, & ſingulari ejus miſericordia, evaſi illam. Bene effugiſti, inquit; quoniam ſollicitudinem & ſollicitudinem tuam ad Dominum projeciſti, & cor tuum aperuiſti ad eum, credens quòd per nullum alium poteris ſalvus eſſe, niſi per magnum & honorificum nomen * ejus. Propter hoc [85] miſit Dominus Angelum ſuum, qui eſt ſuper beſtias, cui nomen

Eccleſiæ figura. Hieronymus, ad Oſee 7. 9. * Deeſt. Angelus, beſtiis præpoſitus. Hieronymus ad Habac. 1. 14.

76. Bod. *bonam.*
77. Tribulationem intelligit ſub Domitiano. Ibid.
78. Bod. deeſt *enim.* Ibid.
79. Bod. add *hoc.* Ibid.
80. Vid. Apoc. 11. & 12. Ibid.
81. Lam. *qua.* Ibid.
82. Bod. & Lam. *tranſirem.* Ibid.
83. *Occurrit mihi virgo quadam exornata tamquam de thalamo prodiens, &c.*] *Pro tegumento autem habebat capillos nitidos.* Apocalypſ. XXI. 2. *Et ego Johannes vidi ſanctam civitatem Jeruſalem novam, deſcendentem de cælo, à Deo, paratam, ſicut ſponſam ornatam viro ſuo.* Hieronymus lib. 2 Commentariorum in Oſeam, ad cap. 7. verſ. 9. *Unde & in libro Paſtoris (ſi cui tamen placet illius recipere lectionem) Hermæ primùm videtur Eccleſia cano capite; deinde adoleſcentula, ut ſponſa,* (ita enim legi debere ſuſpicatus ſui) *crinibus adornata.* Reſpicitur ad hanc, ſuperioreſque apparitiones, Viſ. 1. cap. 2. Viſ. 2. cap. 1. 4. Viſ. 3. cap. 1. & 10. &c. COT.
84. Bod & Lamb. omittunt, *occurrit mihi.* OXON.
85. *Miſit Dominus Angelum ſuum, qui eſt ſuper beſtias, cui nomen eſt Hegrin.*] Iterum Johannem Apoſtolum imitatur, Apocal IX. 11. *Et habebant* locuſtæ *ſuper ſe regem Angelum Abyſſi, cui nomen Hebraicè Abaddon, Græcè autem Apollyon.* Quod Cæſarienſis Andreas de Diabolo interpretatur, Arethas de bono Angelo. Exiſtimavi alio in Opere vocem nullius ſignificationis *Hegrin*, reformari debere in ἐγρήγορ-; quaſi compendioſa ſcriptura ἐγρηγ, tranſierit in *Hegrin*; dictus autem fuerit ἐγρήγορ- Angelus beſtiis præfectus, quoniam Danielis cap. 4. ubi de Nabuchodonoſore ad beſtias relegato agitur, ἐγρήγορ ſeu Vigilis mentio habetur. Ejus conjecturæ me nondum pœnitet. Si quis tamen aliam adduxerit, non repugnabo: quamquam abſque melioribus Codicibus vix aliquid certi proferri queat. Et verò ex loco Clementis Alexandr. Strom. 4. p. 503. ſuſpicabitur forſan nonnullus Hermam Græcè hoc ferè modo ſcripſiſſe, [illegible] adeò ut Latinè ponendum ſit, *ſuper beſtiam*; & nomen ſit beſtiæ, non Angeli. Pſalmo LXXIX. 14. [illegible] *Devaſtavit eam aper de ſylva, & ſingularis ferus depaſtus eſt eam.* En verba Clementis; [illegible]

* MS. C. *Egrin.*

meneſt, [86] Hegrin *, & obturavit os ejus, ne te dilaniaret. Magnam tribulationem effugiſti, propter fidem tuam, & quia talem beſtiam non dubitaſti. Vade ergo, & enarra electis Dei magnalia ipſius. Et dices illis, quòd beſtia hæc figura eſt preſſuræ ſuperventuræ. Si ergo præparaveritis vos, poteritis effugere illam, ſi cor veſtrum fuerit purum ac ſine macula, & reliquos dies [87] veſtros ſervieritis Deo ſine querela. Immittite ſollicitudines veſtras ſuper Dominum, & ipſe dirigat eas. Credite Deo, qui eſtis dubii; quoniam [88] omnia poteſt, & avertere iram ſuam à vobis, & mittere vobis [89] præſidia. Væ dubiis iis, qui audierint verba hæc, & contempſerint: melius erat illis non naſci.

Cl. Alex. 4. Strom. ſub in Teſt. Vet.

III. Interrogavi eam de illis quatuor coloribus, quos habebat beſtia in capite. At illa reſpondit mihi, dicens: Iterum tu curioſus es, de rebus hujuſmodi interrogans. Et dixi: Domina, demonſtra mihi quid ſint illa? Audi, inquit: illud nigrum, mundus eſt, in quo commoramini: igneum autem & ſanguinolentum; quoniam oportet ſæculum hoc per ſanguinem & ignem deperire: aurea autem pars; vos eſtis, qui effugiſtis ſæculum hoc. Sicut enim per ignem, aurum probatur, & utile fit: ſic & vos probamini, qui habitatis in illis. Qui igitur permanſerint [90] & probati fuerint ab eis, purgabuntur. Et ficut aurum * emendatur, & remittit ſordem ſuam: ſic & vos abjicietis omnem triſtitiam & anguſtiam, & emundabimini in ſtructuram turris. * Alba autem pars; ſuperventuri eſt ſæculi, in quo habitabunt electi Dei: quoniam immaculati & puri erunt electi Dei in vitam æternam. Tu ergo ne deſinas [91] loqui hæc auribus ſanctorum. Habetis & figuram tribulationis superventuræ magnæ. Nam ſi [92] vos volueritis; nihil erit. In mente habete iſta, quæ præſcripta ſunt. Hæc cum dixiſſet, diſceſſit. Non vidi autem quem in locum abierit. Strepitus autem factus eſt, & averſus ſum retrorſum, metuens; & putabam beſtiam illam [93] venire.

* emundatur. G & C.

* Album.

ἀρχιμῶ. *Jam verò Paſtor dicit; Effugietis vim feræ beſtiæ, ſi cor veſtrum fuerit purum ac ſine macula.* Quinetiam Hieronymus lib. 1. Commentariorum in Habacucum, ad verſ. 14. cap. 1. *Et facies homines quaſi piſces maris, & quaſi reptile non habens principem:* ait; *Sicut igitur in hominibus etiam per ſingulos, Dei currit providentia; ſic in cæteris animalibus generalem quidem diſpoſitionem & ordinem curſumque rerum intelligere poſſumus. Verbi gratiâ; quo modo naſcatur piſcium multitudo, & vivat in aquis; quo modo reptilia & quadrupedia oriantur in terra, & quibus alantur cibis. Cæterum abſurdum eſt, ad hoc Dei deducere majeſtatem, ut ſciat per momenta ſingula quot naſcantur culices, quotve moriantur: quæ cimicum, & pulicum, & muſcarum ſit in terra multitudo: quanti piſces in aqua natent, & qui de minoribus majorum prædæ cedere debeant. Non ſimus tam fatui adulatores Dei, ut dum potentiam ejus etiam ad ima detrahimus, in nos ipſos injurioſi ſimus; eamdem rationabilium quàm irrationabilium* (f. *irrationalium quam rationalium*) *providentiam eſſe dicentes. Ex quo liber ille Apocryphus ſtultitiæ condemnandus eſt, in quo ſcriptum eſt, quemdam Angelum nomine Tyri præeſſe reptilibus; & in hanc ſimilitudinem piſcibus quoque & arboribus & beſtiis univerſis, proprios in cuſtodiam Angelos aſſignatos.* Atque ex his verbis; modò in locum *Tyri* reponatur θηρίον; videbitur ſanctus Doctor pro *Hegrin* habuiſſe in ſuo Herma, θηρίον: quæ lectio ſi cui placeat, dicere poterit Angelum beſtiis reptilibus præpoſitum, tuliſſe nomen earum: θηρίον namque beſtia eſt venenata, quod ſunt pleraque reptilium. Verumtamen, ut equidem nunc ſentio, in mente Hieronymi, cùm illa exararet, non erat Hermæ Paſtor; nec Recognitiones Clementi attributæ, ubi lib. 8. cap. 45. habetur: *Deus cùm feciſſet mundum, tanquam univerſitatis Dominus, ſingulis quibuſque creaturis principes ſtatuit, ipſis quoque arboribus, montibuſque, ac fontibus, & fluminibus, & univerſis, ut diximus, quæ fecerat. Multum eſt enim ire per ſingula. Statuit ergo Angelis Angelum principem, & Spiritibus Spiritum, ſideribus ſidus, Dæmonibus Dæmonem, avibus avem, beſtiis beſtiam, ſerpentem ſerpentibus, piſcem piſcibus, hominibus hominem, qui eſt Chriſtus Jeſus.* Habebat, inquam, Hieronymus in animo aliud Apocryphum, non extans in præſentiarum; in quo reptilibus, piſcibus, arboribus, & beſtiis univerſis, certi Angeli cuſtodes ac præſides, certiſque nominibus, aſſignabantur. Et meritò ſtultitiæ deputatur, nomina & functiones ſingulis Angelorum determinâſſe: non tamen Dei providentiam ad minuta quæque extendiſſe, ubi benigno lectore indiget ipſe Hieronymus; nec præfeciſſe animalibus & plantis Angelos; id enim præter Origenem Homil. 14. in Numeros, 23. in Joſuam, 8. in Jeremiam, & 4. in Ezechielem, fecére alii; ut Athenagoras Legatione pro Chriſtianis p. 27. citatus à Methodio apud Epiphanium Hæreſ. 64 num. 21. & apud Photium Codice 234. ſub initium; ut Epiphanius libro de menſuris & ponderibus cap. 22. ut Theodoritus Quæſtione 32. in Geneſim. Atque ea eſt ſententia Platonicorum in Porphyrio περὶ ἀποχῆς ἐμψύχων lib. 2.

86. Admonet doctiſſimus Cotelerius, iſta magnam cognationem habere cum iis, quæ dicuntur Apoc 9 11. Nomen vero *Hegrin*, videri abbreviationem ἐγρηγόρου, ſcil. ἰγρίν. Dan 4. ubi agitur de Nabuchodonozore ad beſtias miſſo, & decreto à vigili ſeu angelo conſignato. Ego potius conjicerem cum erudiſſimo noſtro Pocockio, *Hegrin* eſſe ipſiſſimam vocem עגרין quam licet Græci codices, omiſſo ע ſcribant ἐγ, tamen alibi per γ ſoleant efferre, ut in Gomorrha, Gomer, Gaza, aliiſque quampluribus. Et quidem angelorum, dæmonumque nomenclatura, vocibus barbaris potius quam Græcis aut Latinis proponi gaudet. Quod ſubjungit vir doctiſſ. occaſione captata à Clement. Alexan. qui Strom. 4 locum hunc laudans, beſtiam iſtam ἄγγελον θηρίον appellat, ſcripſiſſe Hermam ἔπεμψε κύριος ἄγγελον αὐτοῦ ὃς ἐπὶ θηρίων, ᾧ ὄνομα ἄγγελον, minus videtur admittendum, ſiquidem nomen Angelo adhibitum, frigido ſynonymo ad beſtiam transducatur. Pari fere jure ἄγγελον legendum eſſe prætenderit, ſiquidem in loco Danielis prælaudato iſte ἐγρήγορος dicatur ἄγγελος ἀπ' οὐρανοῦ. OXON.

87. Alii leg. *vita veſtræ* Ibid.

88. MSS. B. & L. *quoniam poteſt avertere.* Ibid.

89. Alii *ſuffragia.* Ibid.

90. B. & L. addunt, *& perſeveraverint.* Ibid.

91. Lam. & Bod. *loquendo.* Ibid.

92. Lam. *etſi volueritis.* Ibid.

93. Lam. & Bod. *venire.* Ibid.

LIBER SECUNDUS,

Qui inſcribitur, Mandata.

PROOEMIUM.

* MS. C. *cum ſediſſem.* Tertullianus, De Oratione, c. 12.

CUm [94] oraſſem domi, & * conſediſſem ſupra lectum, intravit vir quidam reverendâ facie, habitu paſtorali, pallio albo amictus, peram in [95] humeris, & virgam in manu geſtans, & ſalutavit me. Et ego reſalutavi eum. Protinuſque conſedit juxta me: & ait mihi: Miſſus ſum ab eo venerabili Nuncio, ut habitem tecum reliquos dies vitæ tuæ. Et ego putabam ipſum ad tentandum me veniſſe. Et dico ei: Tu enim quis es? Ego enim novi cui traditus ſum. Ait mihi: Non cognoſcis me? [96] Non, inquam. Ego, inquit, ſum Paſtor ille, cui traditus es. Adhuc loquente eo, figura ejus mutata eſt. Cumque cognoviſſem eſſe eum cui traditus fueram, [97] confuſus ſum, protinuſque metus me ſubiit, & totus mœrore confectus ſum, quia ſic ei reſponderam [98] * inſipienter. Ait mihi: Noli confundi, ſed virtutem concipe animo in Mandatis meis, quæ daturus ſum tibi. Miſſus ſum enim, inquit, ut quæ vidiſti ſuperiùs, omnia tibi rurſus oſtendam; præcipuè, quæ ex eis utilia ſunt vobis. Primùm [99] omnium, Mandata mea, & ſpecies Similitudinum ſcribe. Reliqua autem, ſicut oſtendero tibi, ſic ea ſcribes. Ideo autem præcipio tibi, primùm Mandata mea & Similitudines ſcribere; ut ſubinde legendo, faciliùs ea cuſtodire poſſis. Scripſi igitur Mandata & Similitudines, ita ut præcepit mihi. Quæ audita ſi cuſtodieritis, atque in his ambulaveritis, & exercueritis ea mente purâ; recipietis à Domino [1] quæ pollicitus eſt vobis. Sin autem iis auditis, non egeritis pœnitentiam, ſed adhuc adjeceritis ad

* nequiter & inſipienter. Sic & Carm.

94. *Cùm oráſſem domi, & conſediſſem ſupra lectum.* Hæc ſunt ad iſtum locum verba magni cenſoris Tertulliani cap. 12. lib. de Oratione; *Quòd adſignatâ oratione aſſidendi mos eſt quibuſdam, non perſpicio rationem, niſi ſi Hermas ille, cujus ſcriptura ferè Paſtor inſcribitur, tranſactâ oratione non ſuper lectum aſſediſſet, verùm aliud quid feciſſet, id quoque ad obſervationem vindicaremus. Utique non. Simpliciter enim & nunc poſitum eſt,* Cùm adoráſſem, & aſſediſſem ſuper lectum; *ad ordinem narrationis, non ad inſtar diſciplinæ. Alioquin nuſquam erit adorandum, niſi ubi fuerit lectus. Immò contrà Scripturam fecerit, ſi quis in cathedra aut ſubſellio ſederit. Porrò cùm perinde faciant Nationes, adoratis ſigillaribus ſuis reſidendo, vel propterea in nobis reprehendi meretur, quod apud Idola celebratur. Eò apponitur & irreverentiæ crimen, etiam ipſis Nationibus, ſi quid ſaperent, intelligendum. Siquidem irreverens eſt aſſidere ſub conſpectu, contraque conſpectum ejus, quem quam maximè reverearis ac venereris: quanto magis ſub conſpectu Dei vivi, Angelo adhuc orationis aſtante, factum iſtud irreligioſiſſimum eſt; niſi exprobramus Deo, quòd nos oratio fatigaverit!* Ubi mecum obſerva, tum morem Chriſtianorum quorumdam ſedendi ſtatim poſt orationem; tum ſimilem Paganorum conſuetudinem: tum denique ſuperſtitionem illinc natam.

Et quidem quòd ſpectat ad aſſidendi morem, peractâ oratione, eo alluſum fortè fuit per Athanaſium Epiſtolâ ad ſolitariam vitam agentes, Tom. 1. Edit. Pariſ. p. 847. [Greek illegible] *Jam ergo plerique è populo, Dimiſſione factâ, exierant: cumque paucæ mulieres remanſiſſent, factum eſt quemadmodum imperaverant: & erat miſerabile ſpectaculum. Adhuc enim nonnullæ poſt orationem ſedebant.* Niſi quod malim ſimpliciter accipere, de mulieribus nullâ quidem religione detentis, ſed modeſtè exſpectantibus aliorum egreſſum.

Conſuetudo autem Gentilium, teſtes habet cum Tertulliano Pindarum & Plutarchum. Nam Iſthm. Od. 6. Poëta deſcriptis precatione ac oraculo Herculis, ſubjungit,

ὡς ἄρα εἰπὼν, αὐτίκα
ἕζετο.

Sic locutus, ſtatim conſedit: Et Plutarchus in Numa p. 69. 70. inter ænigmaticas more Pythagoreo leges illius regis, profert hanc quoque, *Ut ſedeatur poſtquam adoratum fuerit;* tribuſque modis explicat; quòd firmæ eſſe debeant preces, permanendumque ſit in bonis; quod interſtitium ponere oporteat orationem inter & actionem ſecuturam; quodque in otio, non autem in occupatione ac properanter Numen adire deceat. In Quæſtionibus verò Romanis p. 270 narrat ſuo adhuc tempore uſitatum fuiſſe, ut qui precati eſſent atque adoráſſent, in templis perſeverarent ac ſederent.

Denique ſuperſtitio ritùs ejuſmodi ſatis declaratur à Tertulliano, tam in verbis laudatis, quàm in loco ea præcedente, ad quem te amandamus. Arguiturque per vanitas à B. Hieronymo lib. 2. adverſùs Jovinianum cap. 11. *Si autem* inquit *Petrus horâ ſextâ pranſurus aſcendit in cœnaculum, fortuita eſuries non facit præjudicium jejuniorum: hoc enim modo & Dominus, quia ad puteum Samariæ horâ ſextâ feſſus reſedit, & bibere voluit; omnibus incumbet neceſſitas, velint nolint, hoc tempore bibendi. Potuit autem fieri, ut vel Sabbathum eſſet, vel dies Dominicus, & poſt biduo triduoque jejunium, horâ ſextâ eſurierit. Numquam enim crediderim, Apoſtolum, ſi ante unam diem cœnaverat, epuliſque diſtentus fuerat, alterius diei eſuriſſe meridie. Quod ſi cœnavit pridie, & ſequenti die eſurivit ante prandium; non exiſtimo quòd uſque ad ſaturitatem comederit, qui tam citò potuit eſurire.* Satagebant quippe nonnulli [Greek illegible], cunctarum actionum documenta in ſacris litteris invenire. Unde doctiſſimus Græcorum Origenes ad illud Danielis XIII. 15. ex Editione [Greek illegible], *Et ecce Suſanna inambulabat juxta conſuetudinem;* hoc modo loquitur, interprete eruditiſſimo pariter Latinorum Hieronymo; *Ante jam dictum eſt* (verſ. 7.) *quod ſolito more,* (f. meridie) *inambularet Suſanna. Nec incongruum eſt, ad placandos eos qui omnium quæ gerimus de Scripturis ſanctis quærunt exempla, hunc inambulando locum aſſumere; quod rectè quis ad vegetandum corpuſculum deambulet.* COT.

95. *Peram in humeris, & virgam in manu geſtans.*] Habitus non paſtorum duntaxat, ſed etiam viatorum; nec non philoſophorum, qui exinde nomen Bactroperitarum gerebant, à baculo nempe & pera: locum Evangelii Matt. X. 10. *Non peram in via, neque duas tunicas, neque calceamenta, neque virgam:* ſic enarrante Hieronymo; *Arguit philoſophos qui vulgo appellantur Bactroperitæ* (malè Mariani Editio *Bactroperatæ*) *quòd contemptores ſæculi & omnia pro nihilo ducentes, cellarium ſecum vehebant.* atque poſt Hieronymum Paſchaſio Ratberto ſcribente; *Gulam cohibet, & arguit philoſophos qui dicuntur Bacchionitæ* (l. Bactrionitæ. nam codex MS. qui nunc viſitur in Bibliotheca ſancti Germani repræſentat *Bachtrionita*) *vel Bactroperitæ* (ita codex idem, non *Bactroperitæ*) *qui omnia mundi pro nihilo ducentes cellaria ſecum ferebant.* Sed & miſere diſtracta eſt vox Bactroperitæ in *Vactro peritis* cap. 17. Synodi S. Patricii, quod ad hunc modum legi atque componi debet; *Monachi ſunt qui ſolitarii ſine terrenis opibus habitant ſub poteſtate Epiſcopi vel Abbatis: (non ſunt autem Monachi, ſed Vactroperitæ, hoc eſt contemptores) ſolliciti ad vitam perfectam in ætate perfecta:* &c. COT.

Lam. *humerum.* OXON.

96. Lam. *nequaquam.* Ibid.

97. Bod. *confuſus ſum protinus, metuſque in me intravit.* Ibid.

98. Lam. & Bod. *nequiter & inſipienter.* Ibid

99. Lam. *omnia mandata.* Ibid.

1. Lam. & Bod. *quæcumque.* Ibid.

ad delicta veſtra; à Domino adverſa recipietis. Hæc omnia præcepit mihi ſcribere [2] Paſtor ille, Nuncius pœnitentiæ.

MANDATUM PRIMUM.

De fide in unum Deum.

l. ſup. in Teſt. Vet. Irenæum, l. 4. c. 3. Origenem, l. 1. de Princip. c. 3. & l. 2. c. 1. & ad Joh. 1. 1. Euſebium, l. 5. hiſt. c. 8. Athanaſium, de Incarn. Verbi: & de Nicæno Decretis: & Epiſt. ad Afric. Nicæam, ad Greg. Naz. Orat 40. Vide ſup. l. 1. Viſ. 1. c. 1.

[3] PRimùm omnium, crede quòd unus eſt Deus, qui omnia creavit, & conſummavit, & ex nihilo omnia fecit. Ipſe capax univerſorum, ſolus immenſus eſt. Qui nec verbo definiri, nec mente concipi poteſt. Crede igitur in eum, & time eum: & timens, habe abſtinentiam. Hæc cuſtodi; & abjice abs te omnem [4] nequitiam, * & inde virtutem juſtitiæ, & vives Deo, ſi cuſtodieris Mandatum hoc.

* indue

MANDATUM II.

De fugienda obtrectatione, & Eleemoſyna facienda in ſimplicitate.

DIxit mihi: Simplicitatem habe, & innocens eſto; & eris ſicut [5] infans, qui neſcit malitiam, quæ perdidit vitam hominum. Primùm de nullo malè loquaris, neque libenter audias malè loquentem. Sin verò, & tu audieris; particeps eris peccati malè loquentis; & credens, tu quoque peccatum habebis; quia credidiſti malè loquenti de fratre tuo. Pernicioſa eſt [6] detractio, inconſtans Dæmonium eſt: numquam in pace conſiſtit; ſed ſemper in diſcordia manet.

Hinc etiam Antiochus, Homiliâ 29. iſta habet.

Καλὸν οὖν ἐστι, ἐπὶ μηδενὸς καταλαλεῖν, μηδὲ ἡδέως ἀκούειν καταλαλοῦντος. Εἰ δὲ μή, καὶ ὁ ἀκούων ἔνοχος ἔσται τῆς ἁμαρτίας τοῦ καταλαλοῦντος, ἐὰν πιστεύσῃ τῇ καταλαλιᾷ. Ὁ γὰρ πιστεύσας, ἕξει κατὰ τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ. Οὗτος οὖν ἔνοχός ἐστι τῆς ἁμαρτίας τοῦ καταλαλοῦντος. Οὐ δεῖ γὰρ κατ' ἀπόντος ἀδελφοῦ λέγειν τι, σκοπῷ τοῦ διαβάλλειν αὐτόν, ὅπερ ἐστὶν ἡ καταλαλιά, κἂν ἀληθῆ ᾖ τὰ λεγόμενα· ἀλλὰ μᾶλλον ἀποστρέφεσθαι τὸν καταλαλοῦντα. Ὦ πόσον πονηρά ἐστιν ἡ καταλαλιά, ἀκατάστατον δαιμόνιον, μηδέποτε εἰρηνεῦον, ἀλλὰ πάντοτε ἐν διχοστασίαις κατοικοῦν.

Bonum itaque eſt, de nullo malè loqui, neque libenter audire malè loquentem. Sin vero, & qui audierit, reus erit peccati hominis malè loquentis, ſi crediderit oblocutioni. Qui enim credet, habebit adversùs fratrem ſuum. Hic ergo reus eſt peccati hominis obloquentis. Neque enim oportet aliquid dicere contra fratrem abſentem, calumniandi intentione, quod eſt oblocutio, licet vera ſint quæ dicuntur: ſed potiùs oblocutorem averſari. O quantùm pernicioſa eſt detractio, inconſtans Dæmonium; numquam in pace conſiſtens, ſed ſemper in diſcordia manens! Mat. 5. 21.

Con-

2. *Paſtor ille, Nuncius pœnitentiæ.*] Ποιμὴν ὁ ἄγγελος τῆς μετανοίας, inquit Clemens Alexandrinus. Angelus pœnitentiæ eidem Clementi, libro Quiſnam dives ſalvetur, ad finem, & Origeni in caput 16. Epiſtolæ ad Romanos. Apud Cedrenum non multò poſt initium, δι' ὁράσεως τοῦ ἐπὶ τῆς μετανοίας ἀγγέλου. Infrà Similit. 9. cap. 14. *præſidem Nuncium pœnitentiæ* cap. 23. *Nuncius & præpoſitus pœnitentiæ*. cap. 24. *Præpoſitus pœnitentiæ Nuncius*. Similit. 6. & 7. *Paſtor & Nuncius præpoſitus pœnæ*. Mandato 5. cap. 1. *Nuncius æquitatis*. Mandato 6. cap. 2. *Duo Genii ſeu Nuncii; Genius ſeu Nuncius æquitatis, & Genius ſeu Nuncius iniquitatis*. Similitud. 6. cap. 2. *Nuncius illecebrarum, dulcedinis ac voluptatis*. Atque à Hieronymo Paſtores Iſ. XIII. 20. intelliguntur Angeli, qui humano præſunt generi, & quotidie vident faciem Patris. COT.

3. *Primum omnium, crede &c.*] Græca ſunt, πρῶτον πάντων πίστευσον ὅτι εἷς ἐστιν ὁ Θεός, ὁ τὰ πάντα κτίσας καὶ καταρτίσας, καὶ ποιήσας ἐκ τοῦ μὴ ὄντος εἰς τὸ εἶναι τὰ πάντα. Sapientiſſimo Mandato hoc uſi ſunt olim SS. Patres, uſi & Hæretici Ariani; cum hoc diſcrimine, quòd illi quidem optimo jure id fecerint; hi verò peſſimo exemplo, ſingularique impudentiâ; quaſi neget Eccleſia unum eſſe Deum, cunctorum creatorem. Verum quid non auſi Hæreſis? Quod autem dicitur Deus capax univerſorum, ſeu capiens omnia, ipſeque immenſus, ſeu qui à nemine capiatur, id in Prædicatione Petri apud Clementem Alex. Strom. 6. p. 635. ſic exprimitur, ἀχώρητος, ὃς τὰ πάντα χωρεῖ. *Quo modo*, inquit S. Auguſtinus in Altercatione cum Paſcentio Ariano, poſt Epiſtolam 177. *eſt incapabilis Pater, quem capit Filius totum?* & quibuſdam interjectis, *Laudantes Deum, dicere ſolemus in precibus, ejus magnitudinem admirantes; Qui capit omnia, quem capit nemo, ſed nonnemo: nam totus capitur a Filio*. In Arnobii & Serapionis conflictu p. 543. *D. Capax, non capabilis*. Ibid.

4. Sic Lam. & Bod. *concupiſcentiam & nequitiam*. OXON.

5. MSS *infantes qui neſciunt*. Ibid.

6. *Detractio, inconſtans Dæmonium eſt*. καταλαλιά, ἀκατάστατον δαιμόνιον. Quippe ſolent Eccleſiæ magiſtri vitia ita appellare; hic lib. 3. Simil. 9. cap. 22. 23. Mandato 14 cap. 1. ut alibi paſſim. *Unde mihi videtur*, verba ſunt Origenis Homil. 15 in Jeſum Navæ, quæ ex parte imitatus Hieronymus ad Habac. III. 14. *eſſe infinitus quidam numerus contrariarum Virtutum, pro eo quod per ſingulos pæne homines ſunt Spiritus aliqui, diverſa in eis peccatorum genera molientes. Verbi causâ, eſt aliquis fornicationis Spiritus, eſt iræ Spiritus alius; eſt avaritiæ Spiritus, alius verò ſuperbiæ. Et ſi inveniatur eſſe aliquem hominem, qui his omnibus malis, aut etiam pluribus agitetur, omnes hos vel etiam plures in ſe habere inimicos putandus eſt Spiritus. Unde & per ſingulos, plures eſſe credendi ſunt; quia non ſingula ſinguli homines habent vitia, vel peccata committunt, ſed plura ab unoquoque videntur admitti. Et iterum non eſt putandum, quòd unus fornicationis Spiritus ſeducat eum, qui (verbi gratiâ) in Britanniis fornicatur, & illum qui in Indea, & in aliis locis, neque unum eſſe iræ Spiritum, qui diverſis in locis diverſos homines agitet: ſed puto magis, principem quidem fornicationis Spiritum unum eſſe, innumeros verò eſſe qui in hoc ei officio pareant, & per ſingulos quoſque homines, diverſi Spiritus, ſub eo principe militantes, ad hujuſcemodi eos peccata ſollicitent. Similiter & iracundiæ Spiritum principem unum eſſe arbitror, innumeros vero eſſe ſub ipſo agentes, qui per ſingulos quoſque homines, hujuſmodi vitii peccata ſuccendant. Similiter & avaritiæ unum eſſe principem, ſic & ſuperbiæ, & cæterorum malorum*, &c. ubi de vitiorum principum principe ac duce, totiuſque nefandæ militiæ magiſtro; item de victoria ſanctorum, poſtquam victus Dæmon peculiaris cujuſdam vitii, numquam alium hominem impugnare permittitur: quod tamen credat qui volet. Idem Origenes ad Johannis VIII. 49. *Convenit juxta Scripturas, peccantes multa facere præter rationem; non ob aliud, niſi quia facti fuerint capaces operationis mali Spiritûs, vel voluntatis immundi Dæmonis. Non dubitârunt igitur vel ea quæ exiſtimantur eſſe levia peccata Dæmonis tribuere, illi qui dixerunt repentinam iram, ſimiliterque detractionem Dæmonium eſſe.* Apertè reſpicit ad Hermæ loca. Sed & (ut pauca è multis colligam) Scriptori Recognitionum lib. 2. cap. 25. ignorantia eſt Dæmon peſſimus, Euſebio Præpar. Evang. lib. 9. cap. 2. voluptas μιχθὲς καὶ ἀναίσχυντος δαίμων, Baſilio Homiliâ in ebrioſos & Chryſoſtomo Homil. 1. ad populum Antiochenum & 29. in Geneſim ac libro quòd nemo læditur niſi à ſeipſo cap. 5. ebrietas αὐθαίρετος δαίμων; ut & avaritiam appellat Theodorus Studita Catecheſi 7. Eidem Chryſoſtomo in Pſalmum 4. & Homil. 87. in Matth. ira eſt δαίμων χαλεπός: Pſeudo-Chryſoſtomo autem ad Matth. V. 43. odium dicitur Spiritus tenebrarum; φιλονεικία Nazianzeno Epiſtolâ 43 πονηρὸν δαιμόνιον. Acedia nonnullis Senum apud Caſſianum lib. 10. de inſtit. Cœnob. cap. 1. meridianus Dæmon Pſalmi nonageſimi; & Johanni Climaco Scalæ Gradu 27. pag. 414. vana gloria τρίβολος δαίμων, hoc eſt meo quidem judicio, Dæmon inſtar tribulorum in ſepatis, reliquos vitiorum Spiritus coercens ac refrenans. Denique non pauci dæmonia ſeptem, quæ Dominus ejecit ex Maria Magdalena, interpretantur de ſeptem vitiis. Vide Nilum Ep. ad Dominum Juniorem, ad Gregorium Diaconum, item ad Joannem Monachum Lib. I. n. 294. *Nec eſt aliud ebrietas, quàm manifeſtiſſimus Dæmon.* Baſilius in Admonit. c. 14. & Reg. Solitariorum, c. 46. COT.

 7. MSS.

* illo

[7] Contine te ab * illa, & ſemper pacem habe cum fratre tuo. Indue conſtantiam ſanctam, in qua nulla ſunt peccata, ſed omnia læta ſunt. Et benefac [8] de laboribus tuis. Omnibus inopibus da ſimpliciter, nihil dubitans cui des. Omnibus da. Omnibus eoim Deus dari vult de ſuis donis. Qui ergo accipiunt, reddent rationem Deo, quare acceperunt, & ad quid. Qui autem accipiunt fictâ neceſſitate, reddent rationem; qui autem dat, innocens erit. Sicut enim accepit à Domino, miniſterium conſummavit, [9] nihil dubitando cui daret, & cui non daret; & fecit hoc miniſterium ſimpliciter glorioſè ad Deum. Cuſtodi ergo Maodatum hoc, ſicot tibi locutus ſom; ut pœnitentia tua ſimplex inveniatur & poſſit domui tuæ beoefieri: & cor muodum habe.

Antiochus, Homil. 98.

Καλὸν οὖν ἐστιν, ἐκ τῶν ἰδίων κόπων, ὧν ὁ Θεὸς ἐπιχορηγεῖ, πᾶσιν ὑστερουμένοις παρέχειν ἁπλῶς, μηδὲν διστάζοντα, τίνι δῷς, τίνι μὴ δῷς. Πᾶσι γὰρ ὁ Θεὸς δίδοσθαι θέλει ἐκ τῶν ἰδίων δωρημάτων, καὶ μὴ διακρίνειν τίνι δῷ, ἢ τίνι μὴ δῷ. Ἡ γὰρ διακονία αὕτη ἁπλῶς τελεσθεῖσα, ἔνδοξος ὑπάρχει παρὰ τῷ Θεῷ. Καὶ οὕτως ἁπλῶς διακονῶν, τῷ Θεῷ ζήσεται.

Bonum igitur eſt, de propriis laboribus quæ ſuppeditavit Deus, omnibus inopibus dare ſimpliciter; nihil dubitando, cui det, cui non det. Omnibus enim Deus dari vult de ſuis donis; non autem quemquam dubitare, cui det, vel cui non det. Hoc quippe miniſterium ſimpliciter factum, glorioſum eſt apud Deum. Et qui ita ſimpliciter miniſtrat, vivet Deo.

MANDATUM III.

De fugiendo mendacio, & Hermæ pœnitentia ob ſimulationem.

Iterum mihi dixit: Veritatem dilige, & omnis ſermo [10] verus ex ore tuo procedat, ut ſpiritus quem Domious conſtituit io carne tua, verax inveniatur apud cunctos homines, & Dominus magnificetur, qui dedit ſpiritum [11] in te; quia Deus verax eſt in omni verbo, & non eſt mendacium in ipſo. Qui ergn mentiuntur, abnegant Dominum, non reddeotes Deo depoſitum quod acceperunt. Acceperunt enim ſpiritum ſine mendacio. Hunc ſi mendacem reddnot, coinquinant mandatum Domini, & fraudatores fiuot.

Mendaces Deum negant.

Antiochus, Homiliâ 66.

Χρὴ οὖν πᾶσαν ἀλήθειαν ἐκ τοῦ στόματος τοῦ ἀνθρώπου ἐκπορεύεσθαι, ἵνα τὸ πνεῦμα, ὃ ὁ Θεὸς κατῴκισεν ἐν τῇ σαρκὶ ταύτῃ, ἀληθὲς εὑρεθῇ παρὰ πᾶσιν ἀνθρώποις, καὶ οὕτως δοξασθῇ ὁ Κύριος ὁ ἐν τῷ ἀνθρώπῳ κατοικῶν, ὅτι ὁ Κύριος ἀληθινὸς ἐν παντὶ ῥήματι, καὶ οὐδὲν παρ' αὐτῷ ψεῦδος. Οἱ οὖν ψευδόμενοι, ἀθετοῦσι τὸν Κύριον, καὶ γίνονται ἀποστερηταὶ τοῦ Κυρίου, μὴ ἀποδιδόντες αὐτῷ τὴν παραθήκην ἣν ἔλαβον. Ἔλαβον γὰρ πνεῦμα ἀψευδές. Τοῦτο ἐὰν ψευδὲς ἀποδώσωσιν, ἐμίαναν τὴν τοῦ Θεοῦ παραθήκην, καὶ ἐγένοντο ἀποστερηταί.

Oportet ergo, ut omnis veritas ex ore hominis procedat; ut ſpiritus quem Dominus conſtituit in carne hac, verax inveniatur apud cunctos homines; & ſic Dominus magnificetur, qui in homine habitat; quia Dominus verax eſt in omni verbo, & non eſt mendacium in ipſo. Qui ergo mentiuntur, abnegant Dominum, & fiunt fraudatores Domini, non reddentes ei depoſitum quod acceperunt. Acceperunt enim ſpiritum ſine mendacio. Hunc ſi mendacem reddunt, coinquinant mandatum ſeu depoſitum Domini, & fraudatores fiunt.

[12] His auditis, egn vehementer flevi. Qui cùm flentem me videret, dixit mihi: Quid ploras? Et dixi: Quoniam, Domine, neſcio an poſſum ſalvus eſſe. Quare, inquit? Et dixi: Quia numquam, Domine, verum locutus ſum verbum in vita mea, ſed ſemper in ſimulatione vixi, & mendacium pro veritate affirmavi omnibus, & non mihi quiſquam contradixit, ſed fides habita eſt verbo meo. Quo modo ergo potero vivere, cùm ſic egerim? Et dixit mihi: Tu quidem bene & verè ſentis. Oportebat enim te ſicut Dei ſervum, in veritate ambulare, & malam conſcientiam cum ſpiritu veritatis non conjungere, nec triſtitiam Spiritui Dei ſancto & vero facere. Et dixi illi: Numquam, Domine, hæc verba tam diligeoter audivi. Et dixit mihi: Nonc audis. Cura deinceps, ut & illa quæ priùs locutus es falſa pro negotiis tuis; his verbis & illa fidem recipiant. Poſſunt enim & illa fidem [13] recipere, ſi vera locutus fueris deinceps; & ſi veritatem ſervaveris, poteris vitam conſequi. Et qoicumque audierit hoc Mandatum, & fecerit, & receſſerit à mendacio; vivet Deo.

MANDATUM IV.

De dimittenda adultera.

I. Mando, ait, tibi, ut caſtitatem cuſtodias, & non aſcendat tibi cogitatio cordis de alieno matrimonio, aut de fornicatione: [14] hæc enim parit peccatum magnum. Tu autem ſemper memor eſto Domini, omoibus horis, & numquam peccabis. Si enim hæc cogitatio in cor tuum aſcenderit tam mala, magnum peccatum facis: & qui hæc faciunt, viam mortis ſequuntur. Vide ergo tu; abſtine te ab hac cogitatione. Ubi eoim caſtitas manet in corde hominis juſti, numquam ibi aſcendere debet cogitatio mala. Et dixi illi: Domine, permitte me pauca verba tecum loqui. Dic, inquit. Et dixi illi: Domine, ſi quis habuerit uxorem fidelem in Domino, & hanc invenerit in adulterio, numquid peccat vir, ſi coovivit cum illa? Et dixit mihi: Quamdiu neſcit peccatum ejus, ſine crimine eſt vir vivens cum illa. [15] Si autem ſcierit vir uxorem ſoam deliquiſſe, & non egerit pœnitentiam mulier, & permanet io fornicatione ſua, & convivit cum illa vir; reus erit peccati

7. MSS. *Abſtine.* OXON.
8. Bod. *delatoribus.* Ibid.
9. Lam. *cui dare, cui non dare.* Ibid.
10. Lam & Bod. *verax.* Ibid.
11. Lam. *vitæ.* Ibid.
12. Bod. *ergo auditis, vehementer.* Ibid.
13. Lam. & Bod *percipiant* & mox, *percipere.* Ibid.
14. Lam. *quia hoc facit.* Lam *non.* Ibid.
15. *Si autem ſcierit vir uxorem ſuam deliquiſſe, &c.*] Citatur iſte locus à Petro Lombardo lib. 4. Sententiarum diſt. 35. o. 5. & à Gratiano Cauſ. 34. mutatuſque in Canonem cernitur apud Gregorium IX. Decret. lib. 5. tit. 16. cap. 3 Conſimilia autem ubique occurrerit, in legibus Atticis & Romanis, in Scriptoribus profanis, in Canonibus, in Patribus. Notatu maximè dignus eſt canon Namnetenſis 12. qui exſtat etiam lib. 7. Capitularium cap. 298. indeque in Canonibus Iſaaci Lingonenſis tit. 5. cap. 9 *Si cujus uxor adulterium perpetravit, & hoc à viro deprehenſum fuerit*

cati ejus, & particeps mœchationis ejus. Et dixi illi: Quid ergo, ſi permanſerit in vitio ſuo mulier? Et dixit: Dimittat illam vir, & vir * ſuper * per ſe maneat. 16 Quod ſi dimiſerit mulierem ſuam, & aliam duxerit, & ipſe mœchatur. Et dixi illi: Quid ſi mulier dimiſſa pœnitentiam egerit, & voluerit ad virum ſuum reverti; nonne recipietur à viro ſuo? Et dixit mihi: Imò

---

fuerit & publicatum; dimittat uxorem ſi voluerit, propter fornicationem: illa verò ſeptem annis publicè pœniteat. Vir verò ejus, illà vivente nullatenus aliam accipiat. Quòd ſi voluerit adulteram ſibi reconciliare, licentiam habeat: ita tamen, ut pariter cum illa pœnitentiam agat; & exactâ pœnitentia, poſt ſeptem annos ad communionem uterque accedat. Similis forma & in muliere ſervabitur, ſi cum vir ejus adulteravit. Hoc eſt, adulterio ſuo polluit; juxta illud B. Ambroſii libro 2. Commentariorum in Lucam ſub initium, *Pulcrè docet ſanctus Matthæus quid facere debeat juſtus, qui probrum conjugis deprehenderit, ut innoxium ab homicidio, caſtum ab adulterio præſtare ſe debeat. Qui enim jungitur meretrici, unum corpus eſt.*

Patti innocenti permiſſio datur per illum Canonem, ſi voluerit, partem nocentem dimittere; quod eſt contra communem Antiquorum ſententiam. Jubent enim eos dimittere culpæ affines; præſertim mulier: nam quemadmodum diſcimus præcipuè ex Baſilii canonibus 9. & 21. ex Innocentio Epiſt. 3. cap. 4. ac ex Auguſtino libro 50. Homiliarum Homiliâ 49. rariùs mulieres à mœchis maritis divertebant. Id verò jubent, tum ob locum Proverb. XVIII. 22. *Qui tenet adulteram, ſtultus eſt & impius;* tum propter allatam rationem S. Ambroſii; tum quod ea ſocietas inquinet, dum conjux membrum fit aut meretricis, aut ſcortatoris; tum quia licentia alteri datur peccandi, oriturque turpiſſimi lenocinii ſuſpicio; tum etiam quia citiùs ſequetur delinquentis pœnitentia; tum denique ut evitentur innumera mala, & ſcandalum. Sed prudenter hunc nodum ſolvit Ernulfus Epiſtolâ ad Walchelinum, Tomo 2. Spicilegii veterum Scriptorum, quod religioſiſſimo viro Lucæ Acherio debemus, p. 425. *Si ergo,* inquit, *pudens cum impudica uxore quovis genere fornicationis deluſa, ita ſanctitate cohabitare valeat, ut animæ ſuæ periculum pro ejus conſortio non incurrat, nec ſe incurſurum metuat, ſperans etiam ſe illius offenſionibus eſſe conſulturum: hoc ſalubre conſilium ſibi inveniat, ſi ab ea facilè diſcedere nolit, & offenſam ejus dimittens, meliorem ſibi viam oſtendere ac docere velit.* Et mox; *Qui verò ita ſe facilem cernit ad lapſum, proclivem ad periculum, ut à prava mulieris peſſima voluntatem partem aliam nequeat* (immò queat) *declinare, hoc urgente periculo eam prudentis conſilio dimittit, ſine qua Deo placitam poteſt facere vitam ſuam, cum qua inter ejus ſordes nullo precio poteſt redimere animam ſuam,* &c.

Præterea in prædicto canone Namnetenſi præcipitur ut conjux inſons pariter cum ſonte agat pœnitentiam; non inſolito olim Eccleſiaſticæ diſciplinæ vigore; cujus rationes eſſe videntur hæ; metus ne immunis à flagitio, cauſſa aliquatenus vel occaſio extiterit adulterii, ſuſpicio incontinentiæ in repoſcente conjugem; & comprobatio veræ reconciliationis.

Obiter obſerva typographicam omiſſionem, Capitularium lib. 6. cap. 215. *Placuit ut cauſſà fornicationis non ſit uxor ſecundùm Domini ſententiam dimittenda, ſed potiùs ſuſtinenda.* Excidit vocula *niſi* poſt *ut*; quemadmodum liquet ex iiſdem Capitularibus Additione 2. cap. 20. ſeu ex Synodo Pariſienſi 6. lib. 3. cap. 2. ubi dicitur, *Et quòd niſi cauſſà fornicationis, ut Dominus ait, non ſit uxor dimittenda, ſed potiùs ſuſtinenda.* Videas etiam, cui commodum erit legere, caput 165. Prati ſpiritualis Johannis Moſchi.

Cæterùm lib. 4. Juris Græco Romani, ubi de Michaele Cerulario, ſcriptum habetur;

Ἐκ ἐπιστολῆς Μιχαὴλ, τοῦ ἁγιωτάτου καὶ οἰκουμενικοῦ πατριάρχου	*Ex Epiſtola Michaelis, ſanctiſſimi & univerſalis Patriarchæ.*
[illegible]	*Sacerdos qui novit uxorem ſuam adulterio pollutam; ſi eam expulerit, à munere ſuo non arcetur; ſin receperit, ſacerdotium amittit. Dotis autem, quam per adulterium cognita ſacerdotis uxor marito attulit, duo trientes pro nato utriſque ſilio retinebuntur; reliquus mulieri concedetur, et tribuendus Monaſterio, in quo tondebitur.*

Integram verò Epiſtolam Decretalem nactus ſum in duobus Codicibus MSS. Bibliothecæ Regiæ, numeratis 277 & 1996. quam libet hic legendam proponere, atque Latinitate donare.

Decretum (aut Epiſtola) Domini Michaelis Patriarchæ, De Sacerdotis uxore adulterio pollutâ.	[illegible] vel ἐπιλύσις τοῦ πατριάρχου κυρίου Μιχαὴλ, περὶ γυναικὸς ἱερέως μοιχευθείσης.
Johannes hic Sacerdos, qui iſtud ſcriptum tibi tradit, Deo cariſſime, uxorem ſuam dixit in iterum adulterii incidiſſe, ſe verò ſimul ac adulterium commiſſum deprehendit, diſſidium ab ea feciſſe, nec ampliùs ſuſtinuiſſe cum illa habitare. Hic itaque dictis, quærit num ipſe, ob uxoris mœchiam, à ſacerdotio exercendo prohibeatur. Nos reſpondimus quod eà de cauſſà non impediretur ſacra tractare. Etenim qui jam adulteratam in conjugem ducit, ſacerdos fieri non poteſt. Sed cum quis uxorem quidem virginem duxit, illa verò connubio juncta ei, adulterium admittit; ſi re cognità ſacerdos maneat quietus, nec eam ſuâ domo exuitat, neque ob illa ſeparari inducat in animum, indignus ſacerdotio cenſetur, propter hujuſcemodi ſceleris tolerantiam. At ſi comperto adulterio, adulteram domo ſuâ manifeſtim expulerit, & divortium fecerit, poſtea quoque in ſacerdotii quod habet dignitate permaneat. Itaque ſi vera prædicat Johannes, & poſtquam agnovit uxorem adulterium perpetràſſe, ab illa ſejunxit ſe, habitationemque cum ea detrectavit, ſit etiam poſtea ſacerdos, nec ullatenus ob uxoris adulterium à rerum ſacrarum tractatione arceatur. Quandoquidem autem ait Sacerdos ſe filium ex adultera ſuſcepiſſe; duas quidem partes dotis, pueri cauſſà retineat Sacerdos; tertia verò mulieri detur, quæ in monaſterium afferat, atque tondeatur.	Ἰωάννης οὗτος ὁ ἱερεὺς ὁ τὴν παροῦσαν γραφὴν ἐπιδιδούς σοι, θεοφιλέστατε, [illegible]

Bod. mulierem. Qui crimen diſſimulat, *doctus ſpectare lacunar, Doctus & ad calicem vigilanti ſtertere naſo*, ſub mariti perſona, leno eſt. Hoc vero in negotio canones, pro temporum ratione diverſa ſtatuerunt. OXON.

16. *Quod ſi dimiſerit mulierem ſuam, & aliam duxerit; & ipſe mœchatur.*] Infraque reddit rationem; *Propter pœnitentiam ergo non debet, dimiſſà conjuge ſuâ, vir aliam ducere.* Subditque, *Hic actus ſimilis eſt in viro, & in muliere.* Habes expreſſam verbis clariſſimis orthodoxam ſententiam de vinculo matrimonii poſt adulterium permanente; quæſtione celeberrimâ & difficillimâ, toties, tantiſque viribus jam olim agitatâ, atque à Concilio Tridentino definitâ Seſſ. 24. Can. 7. *Si quis dixerit Eccleſiam errare, cum docuit & docet juxta Evangelicam & Apoſtolicam doctrinam, propter adulterium alterius conjugum, matrimonii vinculum non poſſe diſſolvi; & utrumque, vel etiam innocentem, qui cauſſam adulterio non dedit, non poſſe altero conjuge vivente, aliud matrimonium contrahere; mœcharique eum qui dimiſſà adulterâ aliam duxerit, & eam quæ dimiſſo adultero alii nupſerit; anathema ſit.* Enimverò dempta multis aut obſcuriùs aut generaliùs prolatis, reliquorum præcipua his ferè capitibus poſſunt comprehendi.

1. Nuptias per alterutrius conjugum adulterium non dirimi; ſeu quemadmodum loquuntur, matrimonii violationem matrimonium non violare; ſententia Catholica; Tertulliani eſt libro de Monogamia cap. 9. & 10. Innocentii Papæ ad Exuperium Epiſt. 3. cap. 6. Hieronymi ad Matt. XIX. 9. Auguſtini cùm aliis in locis, tum præcipuè in duplici libro de adulterinis conjugiis ad Pollentium; ubi rem ex profeſſo ita egit, ut ad idem ſentiendum omnes propemodum Doctores Latinos, antiquos, recentiores, adduxerit; præterea Patrum Concilii Milevitani 2. Can.

Can. 17. Namnetenſis Can. 12. Sueſſionenſis 2. Can. 9. Forojulienſis Cap. 10. Quibus adjungo Canonem S. Patricio perperam adſcriptum, (quod oſtendet verus Canon infrà memorandus) Canonem 10. Synodi Anglicanæ apud Bedam Hiſtoriæ lib. 4. cap. 5. Capitulum 215. lib. 6. Capitulorum, cum Capitulo 10. Additionis 2. ſeu capite 2. libri 3. Concilii Pariſienſis 6. & Caput 46. Triburienſis Synodi. Cùm enim per poſteriora ea Decreta non liceat marito adulteræ, vivente eâ, aliud inire connubium; datur intelligi vetitum etiam id viro mœcho, & uxori ſive libidinoſæ, ſive caſtæ.

2. Viſum olim eſt Principibus Chriſtianis, adulterio diſſolvi conjugium. Patet ex multis notiſſimiſque ea de re latis legibus. Eamque doctrinam retinuerunt Græci & Armenii. Ad quam referri poteſt iſtud Aſterii Homiliâ de repudio, *πείθεσθε ὅτι γάμος θανάτῳ μόνῳ καὶ μοιχείᾳ διασπᾶται. Perſuaſum habete, quòd matrimonium morte duntaxat & adulterio dirimatur.* Unde S. Auguſtinus lib. 1. de nuptiis & concupiſcentia cap. 10. ait; *Capit ſacramenti tanta obſervatio eſt in civitate Dei noſtri, in monte ſancto ejus, hoc eſt in Eccleſia Chriſti, ut cùm filiorum procreandorum cauſâ vel nubant feminæ, vel ducantur uxores, nec ſterilem conjugem fas ſit relinquere, ut alia fœcunda ducatur. Quod ſi quiſquam fecerit, non lege hujus ſæculi, ubi interveniente repudio, ſine crimine conceditur cum aliis alia copulare connubia: quod etiam ſanctum Moyſem Dominus propter duritiam cordis illorum, Iſraelitis permiſiſſe teſtatur: ſed lege Evangelii reus eſt adulterii: ſicut etiam illa, ſi alteri nupſerit.* Ex libro quinquaginta Homiliarum Homil. 49. *Non vobis licet habere uxores, quarum priores mariti vivunt. Nec vobis feminæ, habere viros licet, quorum priores uxores vivunt. Adulterina ſunt iſta conjugia, non jure fori, ſed jure cœli.* Taceo locum S. Chryſoſtomi in Sermone de libello repudii.

3. Qui ſolet Ambroſiaſter appellari, ad I. Corinth. VII. 10. 11. exiſtimat viro licere, dimiſſâ uxore peccante, ducere aliam; uxori non licere, dimiſſo ob fornicationem viro, nubere: quia mulier inferior eſt, vir autem potior & caput mulieris. Atque ille locus laudatur in Synodo Aquiſgranenſi tertia anni 862. fruſtraque apud Magiſtrum Sententiarum lib. 4. diſt. 35. ſuſpicio corruptionis inducitur. Verùm hic adhiberi debent præclara B. Auguſtini verba lib. 2. de adulterinis conjugiis cap. ult. *Viri propterea ſe feminis ſuperiores arbitrantur, ut pudicitiâ pares eſſe dignentur, in qua etiam præire debuerunt, ut eos illæ tamquam ſua capita ſequerentur.* Et infrà; *Unde iſtos qui virilem excellentiam, non putant niſi peccandi licentiam, quando terrentur ne adulterinis conjugiis hærendo pereant in æternum,* &c. Quamquam pro Pſeudo-Ambroſio ſtare forſan videbuntur Epiſcopi Illiberitani Canone 9. *Fidelis femina, quæ adulterum maritum reliquerit fidelem, & alterum ducerit, prohibeatur ne ducat: ſi autem duxerit, non priùs accipiat communionem, quàm is quem reliquit, de ſæculo exierit; niſi neceſſitas infirmitatis dare compulerit.* Canone 10. *Si fuerit fidelis quæ ducitur ab eo qui uxorem inculpatam reliquit, & ſciverit eum habere uxorem, quam ſine cauſſa reliquit, placuit huic nec in fine dari communionem.*

4. Quòd mulier, quamdiu vir vivit, ſi nubat, ſit adultera, docetur à Baſilio ad Amphilochium, Can. 9. & 48. Hieronymo Epiſt. 30. cap. 1. Adverſus Jovinianum lib. 1. cap. 5. & Epiſt. 147. ad Amandum, Innocentio Epiſt. 2. cap. 15. & Niceta Metropolitano Heracleæ in Reſponſis ad Interrogationes Conſtantini Epiſcopi, lib. 5. Juris Græco-Romani p. 310.

5. Contrà, quod uxor pudica à marito dimiſſa, vel maritum adulterii ergo dimittens, extra culpam, aut ſaltem extra crimen ſit, ſi nuptias contrahat, creditum Epiphanio Hæreſi 59 ſect. 4. cum quo confer Conſtitutiones Apoſtolicas lib. 3. cap. 1. ac fortè Tertulliano lib. 2. ad uxorem cap. 1. illiuſque Eccleſiæ præſidibus, commemoratis excuſatiſque ab Origene ad Matt XIX 8. qui contra Scripturam permiſerunt aliquam nubere, viro priori vivente. Credidit quoque Pollentius licere quidem mulieri poſt dimiſſum virum fornicantem alteri nubere, id tamen non expedire; prout refertur à S. Auguſtino lib. 2. de adulter. conjug. cap. 6. At Photio Epiſt. 1. Auctarii placet ut mulier à viro citra rationem ac invita repudium paſſa, cùm ille aliam acceperit, ipſaque poſtea cum alio juncta fuerit, adultera non appelletur. Citantque viri docti ex antiquo Pœnitentiali Romano, *Si uxor tua hoc probare potuerit, quòd tuâ culpâ & tuo juſſu, ſe renuente & luctante adulterata ſit; ſi ſe continere non poteſt, nubat cui voluerit, tantùm in Domino. Tu autem ſine uxoris ſpe in perpetuum maneas.* Et Concilii Vermerienſis Canon 18. ita habet; *Qui cum conſobrina uxoris ſuæ manet, ſuâ careat, & nullam aliam habeat: illa mulier quam habuit, faciat quod vult. Hoc Eccleſia non recipit.* Ubi ſuſpicor poſtremas quatuor voces ad Canonem non pertinere, ſed eſſe annotatoris cujuſdam, qui ad ſuorum temporum reſpiciebat diſciplinam.

6. Cum impudica conjugio copulatus poteſt eâ relictâ aliam quærere; ex mente Lactantii lib. 6. cap. 23. Concilii Venetici Can. 2. Synodi ſancti Patricii Can. 26. Concilii Bituricenſis in ſeſſione 2. Synodi Lemovicenſis ſecundæ recitatis, Can. 25. & Leonis IV. in Synodo Romana Can. 36. apud Auctorem libri de Vitis Romanorum Pontificum vulgò Luitprando attributi. Quibus adde capit. 116. Theodori Cantuarienſis, Tom. 9 Spicilegii. Univerſalem conceſſionem reſtringit Canon Vermerienſis 10. *Si filius cum noverca ſua, uxore patris ſui dormierit; nec ille, nec illa, poſſunt ad conjugium pervenire. Sed ille vir, ſi vult, poteſt aliam uxorem habere; ſed melius eſt abſtinere.* Item Canon 10. Concilii Arelatenſis 1. *De his qui conjuges ſuas in adulterio deprehendunt, & iidem ſunt adoleſcentes fideles, & prohibentur nubere; placuit ut in quantum poſſit, conſilium eis detur, ne viventibus uxoribus ſuis, licèt adulteris, alias accipiant.* Quæ verba eruditiſſimus Petavius in Animadverſionibus ad S. Epiphanium, ad Hæreſim 59. manca putat. Quare enim, inquit, conſilium ſolummodo datur, ubi pœnæ metus prohibitio? Itaque poſitâ particulâ non ante verbum *prohibentur*, affirmationem mutat in negationem. Mihi verò locus integer videtur. Scilicet erant qui ejuſmodi juvenes à novis nuptiis penitus arcebant. Horum ſeveritatem non uſquequaque comprobant Arelatenſes; ſed volunt ut ademptâ, conſilio tantùm agi & perſuaſione. Operæ pretium porro me arbitror facturum, ſi appoſuero inſignem locum B. Auguſtini libro de fide & operibus cap. 19. *Quiſquis etiam uxorem in adulterio deprehenſam dimiſerit, & aliam duxerit, non videtur æquandus eis qui exceptâ cauſâ adulterii dimittunt & ducunt. Et in ipſis divinis ſententiis ita obſcurum eſt, utrum & iſte, cui quidem ſine dubio adulteram licet dimittere, adulter tamen habeatur ſi alteram duxerit, ut quantum exiſtimo venialiter ibi quiſque fallatur.*

7. Per Concilii Forojulienſis cap. 10. adimitur adulteræ ſpes conjugii etiam poſt mortem viri. Conſule Decretum cap. *Hi verò* Cauſ. 32. quæſt. 7. Similes autem multæ ſanctiones latæ reperiuntur ſuper inceſtu, raptu, aliiſque criminibus.

8. Cùm ſoleant Patres & Concilia facultatem divortii faciendi propter ſolum adulterium dare, Principalibus legibus complures aliæ variæque cauſſæ ſeparationis invectæ ſunt. Hinc querela Gregorii Nazianzeni Epiſt. 176. ſeu 225. *τὸ διαζύγιον τοῖς ἡμετέροις ἀπαρέσκει νόμοις ὅλως, κἂν οἱ Ῥωμαίων ἑτέρως κρίνωσι. Divortium legibus noſtris omnino diſplicet, tametſi Romanæ aliter decernant.* Eamque in partem peccabant Ebionæi, quòd teſte S. Epiphanio in Hæreſi eorum cap. 18. liberè ad ſecundas uſque, tertias, ſeptimaſque nuptias diverterent. Quinetiam interdum aliquid de rigore remiſſum fuit Eccleſiaſticis regulis, dum ſe ad Jus civile accommodant. Quare juxta Canonem Compendienſem 13. & Reſponſionem Johannis Citrenſis ad Interrogationem 2. Conſtantini Cabaſilæ, Juris Græco-Romani lib. 5. conſentiente Fulberto in Epiſt. 58. ingreſſus Monaſterii, ſeu voti emiſſio diſſolvit copulam matrimonii, adeò ut conjux non vovens valeat nuptias contrahere. Præterea ex Reſponſo Gregorii Papæ ſecundi Epiſtolâ ad Bonifacium, vir cui mulier debitum reddere ob infirmitatem nequit, ſi ſe non poteſt continere, alteram ſibi junget. Sic Vermerienſe Concilium Can. 5. *Si qua*, inquit, *mulier mortem viri ſui cum aliis hominibus conſiliavit, & ipſe vir ipſius hominem ſe defendendo occiderit, & hoc probare poteſt, ille vir poteſt ipſam uxorem dimittere, & ſi voluerit aliam accipiat.* Canone verò 9. *Si quis neceſſitate inevitabili cogente, in alium Ducatum, ſeu provinciam fugerit, aut ſeniorem ſuum, cui fidem mentiri non poterat, ſecutus fuerit; & uxor ejus, cùm valet & poteſt, amore parentum, aut rerum ſuarum, eum ſequi noluerit, ipſa omni tempore, quamdiu vir ejus, quem ſecuta non fuit, vivit, ſemper innupta permaneat. Nam ille vir ejus, qui neceſſitate cogente in alium locum fugit, ſi ſe abſtinere non poteſt, aliam uxorem cum pœnitentia poteſt accipere.* Et S. Baſilius Canone 9. quando ab uxore dimiſſus quis aſſumit aliam, tunc veteri marito ignoſcit, notatque nuptias: circa quod lege Canonem Trullanum 87. & cap. 113. Theod. Cant. ad hæc, Concilii Compendienſis Canone 16. decernitur; *Si vir leproſam mulierem habeat ſanam, ſi vult ei donare commeatum, ut accipiat virum, ipſa femina ſi vult accipiat. Similiter & vir.* Conſulendus quoque de longa abſentia matrimonii nexum ſolvente Manuel Patriarcha lib. 3. Juris Græco-Romani p. 239. contràque Nicetas Heracleenſis ſuprà citatus ac legendæ Epiſtolæ S. Leonis 79. & Bonifacii Martyris 87. Sed & dubitat Timotheus Alexandrinus Reſponſione ad Interrogationem 15. apud Balſamonem p. 1066 an Dæmoniacæ & furentis marito incontinenti, ad ſecundas nuptias tranſire permittendum ſit, propendet tamen in meliorem partem. Quo loci lege Balſamonem; item Photii Nomocanonem titulo 12. cap. 30. & Harmenopulum in Epitome Canonum Sect. 5. tit. 3. ubi expulſo Timothei nomine Petri perperam fuit ſubſtitutum. Matthæus Blaſtares Collector Canonum ineditus, qui ex multis Bibliothecis in multorum manus venit, quemque habeo deſcriptum ex MS. codice viri pietate, humanitate ac doctrinâ inſignis Claudii Joli Canonici Pariſienſis, poſtquam Elemento γ'. cap. 26. ad Timothei dictum ſubnotavit Novellam Leonis Imperatoris pro hujuſmodi nuptiis, addit; *τοῦτο καὶ ἡ τοῦ βασιλέως Νικηφόρου τοῦ Βοτανειάτου νεαρὰ θεσπίζει· κἂν γὰρ ὁ νόμος φησὶ μανία ἐμποδίζει τὸν γάμον, ἀλλ' οὐ διαλύει τὸν ὀρθῶς συστάντα. Hoc & Imperatoris Nicephori Botaniatæ Novella ſancit; quamvis Lex dicat, Furor impedit nuptias, non tamen diſſolvit rectè contractas.*

Piæ præterieram admonere, pietatis plenam eſſe rationem, ob quam Hermas ſuit ut conjux poſt dimiſſionem

con-

Imò ſi non receperit eam vir ſuus, peccat, & magnum peccatum ſibi admittit: ſed debet recipere peccatricem quæ pœnitentiam
Una pœnitentia. egit: ſed non ſæpe. [17] Servis enim Dei pœnitentia una eſt. Propter pœnitentiam ergò non debet, dimiſſa conjuge ſua, vir aliam ducere. Hic actus ſimilis eſt in viro, & in muliere. [18] Non ſolùm mœchatio eſt illis,

---

conjugis mœchantis cœlebs maneat; *Poteſt enim ei hujuſmodi pœnitentia eſſe.* Quò nempe ignoſcatur ei cui Deus pepercit; ait B. Auguſtinus II. Ad Pollentium 6 ubi, quemadmodum & cap. 9 addit, non durum eſſe ac difficilem, ſi fides adſit, nec turpem conjugum poſt perpetrata ac per pœnitentiam purgata adulteria reconciliationem; ut pro adulteris non habeantur, cum peccati remiſſionem divinâ miſeratione creduntur accepiſſe. Canon S. Patricio adſcriptus; *Si alicujus uxor fornicata fuerit cum alio viro, non adducet aliam quamdiu viva fuerit uxor prima. Si fortè converſa fuerit & agat pœnitentiam, ſuſcipiet eam, & ſerviet ei in vicem ancillæ, & annum integrum in pane & aquâ per menſuram pœniteat, nec in uno lecto permaneant.*

Si non receperit eam vir ſuus, peccat. At non pauci rem voluerunt in arbitrio mariti conſiſtere. Vide Canones, Baſilii 21 & Trullanum 93. atque ad eos Balſamonem. Adi etiam Matthæum Blaſtarem in Jura Græco-Romano lib. 8. p. 508. 515. *Verum*, inquit ſanctus Auguſtinus hanc quæſtionem agitans lib. 2. de adulterinis conjugiis cap. 9. *ergo non fiat, nemo compellit, quia fortè lex aliqua hujus ſeculi hoc vetat ſecundum terrenæ civitatis modum, ubi cogitata non eſt abolitio criminum per ſanguinem ſanctum. Suſcipiatur ergò continentia, quam nulla lex prohibet, ut alia non eatur adulteria. Et quid ad nos, ſi nec ſaltem divinâ miſeratione mundata, mariti reconciliatur à Deo adultera, dum tamen non reconciliatis adulteris, non alia fiant quaſi connubia, quæ convincuntur eſſe adulteria?* COT.

17 *Servis enim Dei pœnitentia una eſt.*] Prudenti admodum conſilio Hermas homines ſapiens pariter deterrere à deſperatione, atque à confidentia, ſermonem toto hoc Tractatu ita temperat, ut pœnitentiam interdum oſtendat, interdum occultet; modo proponat omnibus, modò quibuſdam deneget, nui abſolutè, aut niſi illam ſtro ſuſceperint; aliquando reſipiſcendi ſemel dumtaxat locum det, aliquando ſæpiùs. Et quidem eamdem [illegible] cernere eſt non rarò uſurpatam ab Antiquis. Nam licèt paſſim pœnitentiam celebrent, aliquibus tamen in locis contrà videntur ſentire, aut dubitare, vel ſaltem ejus illibenter facere mentionem. Verbi gratiâ Clemens Romanus Epiſtolâ 2. Ad Corinthios cap. 6 ſic loquitur; [illegible]. Et cap. ſequ. [illegible]. Irenæus lib. 4. adverſus Hæreſes cap. 45. veretur ne poſt agnitionem Chriſti, remiſſionem ultrà non habeamus delictorum, quia Chriſtus non ampliùs morietur. Clemens Alexandrinus 2. Strom. p. 385. 386. Paſtoris ſententiam affert, probat, amplificat. Tertullianum, *piget ſecundæ immò jam ultimæ ſpei ſubtexere mentionem*, ne retractans de reſiduo auxilio pœnitendi, ſpatium adhuc delinquendi demonſtrare videatur: lib. de pœnitentia cap. 7. Quid quod Cyprianus fortiſſimus pœnitentiæ adverſùs Novatianam Hæreſim propugnator, ſcribit in libro de diſciplina & habitu virginum paullo poſt initium, *Nulla venia ultrà delinquere, poſtquam Deum noſſe cœpiſti?* & libro de Lapſis paullo ante medium; *Nemo ſe fallat, nemo ſe decipiat: ſolus Dominus miſereri poteſt. Veniam peccatis, quæ in ipſum commiſſa ſunt, ſolus poteſt ille largiri, qui peccata noſtra portavit, qui pro nobis doluit, quem Deus tradidit pro peccatis noſtris. Homo Deo eſſe non poteſt major. nec remittere aut donare indulgentiâ ſuâ ſervus poteſt, quod in Dominum delicto graviore commiſſum eſt,* &c. Sed clariſſima ſunt ac notatu digniſſima Paciani verba in Parænetico ad pœnitentiam. *Quid vobis*, inquit, *ego feci? Numquid non fuit in poteſtate ne fieret? Nullusne admonuit? Nemo prædixit? Tacuit Eccleſia? Nihil Evangelia dixerunt? Nihil Apoſtoli comminati ſunt? Nihil rogavit Sacerdos? Quid quæritis ſera ſolatia? Tunc decuit cùm licebat.* Paucisque interpoſitis ſubdit; *Accipite remedium, ſi deſperare cœpiſtis; ſi miſeros vos agnoſcitis, ſi timetis. Qui nimium confidit, indignus eſt.* Videatur ejuſdem Patris Sermo de Baptiſmo, ad finem. Jam apud Athanaſium, Homiliâ in locum Matthæi XII. 32. Origenes & Theognoſtus blaſphemiam in Spiritum ſanctum, neque in hoc ſæculo neque in futuro remittendam, aſſerunt de peccatis ſubſequentibus acceptum in Baptiſmate donum ſancti Spiritûs. Refertque à Socrate Hiſt. Eccl. lib. 5. cap. 22. verè an falsò non examino nunc, Cæſareæ Cappadocum, eos qui poſt Baptiſmum peccâſſent, à communione ejici ſolitos, ut mos erat Novatianorum. Conſule etiam Didymum de Spiritu ſancto, in fine, Epiphanium Hæreſi 59. cap. 5. & Hieronymum Epiſtolâ ad Demetriadem 8. ubi dicit, *Verùm nos ignoremus pœnitentiam, ne facilè peccemus.*

Itaque Hermas qui quo dixi animo ſatiè de peccantium inſtauratione diſſeruit, unam his inducit poſt Baptiſmum pœnitentiam, etiam in delicto mœchiæ. Ea porrò non adſim magnopere Tertulliano diſplicuit, poſtquam Orthodoxiam cum Hæreſi commutavit. Habes virulenti tunc Scriptoris invectivam libro de pudicitia cap. 10. At Catholico placuerat non hæc ſecunda & ultima pœnitentia, eamque expoſuerat in Opere de pœnitentia cap. 7. 8. 9. &c. A Clemente autem Alexandrino, ubi ſuprà, Hermæ verba laudantur quæ & à Catholicis prolata fuerunt ad Montaniſtarum confutationem. Et veri ſemel dumtaxat tributam fuiſſe olim certis criminibus pœnitentiæ veniam colligere licet ex multis Canonibus, 3. 7. 13. 47. Eliberitanis, Ancyrano 21. Neocæſarienſi 2 Baſilii 73, & ex capitulo 3. Epiſtolæ 1. Siricii. Socrates autem lib. 6. cap. 21, Epiſcoporum Synodum commemorat, quâ unica pœnitentia poſt Baptiſmum lapſis data fuerat. Quinetiam doctrina Ambroſii eſt libro 2. de pœnitentia cap. 10. & 11. ſicut unum Baptiſma, ita unam eſſe nec iterandam pœnitentiam, publicam ſeu delictorum graviorum. Denique in Auguſtini Epiſtola 54. invenies de ſemel conceſſo in Eccleſia locò humillimæ pœnitentiæ. Atque ſummi Doctoris verba citantur in Concilio apud S. Macram cap. 7. verùm ibi perperam *pœnitentiæ* pro *patientiæ* impreſſum eſt.

Hæc tamen omnia non impediunt, quò minùs vel ratione diverſi Eccleſiarum uſûs, vel ex poteſtate prudentiaque Epiſcopali licuerit primis etiam Eccleſiæ temporibus, pœnitentiam repetere. Etenim referente Irenæo lib. 3. cap. 4. Cerdon non ſemel Exomologeſim Hæreſeos fecit. Quod & teſtatur de Valentino ac Marcione Tertullianus libro de præſcriptione Hæreticorum cap. 30. Præterea Origenes Homil. 15. in Leviticum docet, in gravioribus criminibus ſemel tantùm vel raro pœnitentiæ locum concedi. Accedunt huc innumeri Canones, per quos paullatim ventum eſt ad noſtræ ætatis conſuetudinem. Quamquam ſemper ſuſpectum fuit, ſubinde delinquere, ac ſubinde reconciliationem ambire. Itaque juxta Auctorem Quæſtionum ad Antiochum, Quæſtione 93. Tomo 2. Operum S. Athanaſii, ex lapſibus ſurgenti homini Deus numquam non ignoſcit, quotquot vicibus lapſus & relapſus fuerit: quæ tamen anima aſſueſcit peccare ſæpe ac ſæpe reſipiſcere, ægrè admodum à peccato deſiſtit, [illegible]. Id eſt, *Sicut canis macellarius in fœtore aſſuetus.* Ineptè vertunt, ad *frementum*. Atque ex omnibus dictis manifeſtiſſimè patet quàm gravi errore nonnulli Hermæ noſtro dicam Novatianiſmi impingant. Ea in calumnia ſimiles tum Anailio, tum illis à Philaſtrio deſcriptis in libro de Hæreſibus parte 3. cap. 42. Anailius ſiquidem de Ordinationibus Formoſi lib. 1. cap. 22. 24. & lib. 2. cap. 23 aditus à Johanne Morino in Commentario de ſacris Ordinationibus, Oſium in Concilio Sardicenſi Can. 1. & 2. loquentem, appellat Catharum & Novatianum: hi vero Epiſtolam Pauli ad Hebræos quaſi ejuſdem Novatianæ pravitatis fautricem reſpuebant. Ibid.

18. *Non ſolùm mœchatio eſt illis qui carnem ſuam coinquinant.*] In Commentariis Paulinarum Epiſtolarum qui inter Hieronymianos libros extant, ſic notatur ad Roman. II. 22. *Non eſt una mœchia. Nam omne quod Deo debet anima, ſi alteri præterquam Deo reddiderit, mœchatur.* Exiſtimant viri docti horum Commentariorum auctorem eſſe Pelagium, qui teſte S. Auguſtino libro de peccatorum meritis & remiſſione cap. 1. in Apoſtoli Epiſtolas ſcripſerat breviſſimas expoſitiones. Cumque objicitur, loca Pelagii in Epiſtolam ad Romanos, citata ab Auguſtino ibidem cap. 2 & 3 abeſſe à libro de quo agimus, reſpondent haberi dumtaxat Pelagii Commentarium prout purgatus fuit à Caſſiodoro; id enim à ſe factum refert ille Divinarum Lectionum lib. 1. cap. 8. Quo in utroque, aut ego fallor, aut falluntur ipſi. Pelagius adhuc occultè Hæreticus, exponens caput 5. Epiſtolæ ad Romanos, errorem ſuum *non ex ſua*, ut verbis S. Auguſtini utar, *ſed ex aliorum perſona* confirmaverat. *Hi autem*; inquiebat, *qui contra traducem peccati ſunt, ita illam impugnare nituntur.* Quàm diverſus Commentatoris noſtri loquendi modus. Rom. VII. 8. *Sì cùm lex non eſſet, peccatum mortuum eſt, inſonant qui de Adam per traducem aſſerunt ad nos venire peccatum.* Sicque paſſim Pelagianum virus plenis buccis effundit; Catholicos omnibus viribus exagitat; extollit Legem, liberum arbitrium, naturæ poteſtatem, & poſſibilitatem noſtram; deſtruit gratiam Chriſti & peccatum originis; ſolummodo prædicat ſuaſionem ac præmiorum promiſſionem, doctrinam, gratiam ſcientiæ, exemplum; de perfecta ſanctitate, deque [illegible] ſuperbiſſimè diſputat. Nec umquam quærit latebras, immò ubique ſeſe oſtentat; potiſſimumque in Epiſtolam ad Romanos. Unde etiam manifeſtiſſimum fit quæri alibi oportere Caſſiodori repurgationem. Nolim tamen negare ab antiquiſſimo Pelagiano ea Pelagii magiſtri ſui ſcriptis ſenſa, vel etiam verba deſumpta fuiſſe: quod & innuit B. Auguſtinus in libri citati capita 12. ſi conferatur cum Anonymo ad I. Corinth. VII. 14. Omitto locum Sedulii ad Roma-

[19] illis, qui carnem ſuam coinquinant: ſed & is, qui ſimulacrum facit, mœchatur. [20] Quòd ſi in his factis perſeverat, & pœnitentiam non agit, recede ab illa, & noli convivere cum illa, alioquin & tu particeps eris peccati ejus. Propter

* ſuper vos manere, ſive viro, ſive mulieri. V. & C.

hoc præceptum eſt vobis, * ut cœlibes maneatis, tum vir, tum mulier: poteſt enim in hujuſmodi pœnitentia eſſe. Sed & ego non do occaſionem, ut hæc ita agantur; ſed ne ampliùs, qui peccaverit, peccet. De prioribus autem peccatis ejus, Deus qui poteſtatem habet [21] ſanitatem dandi, dabit remedium; quia ipſe eſt qui habet poteſtatem omnium.

II. Iterum interrogavi, & dixi: Quoniam Dominus exiſtimavit me dignum eſſe, ut mecum habites ſemper, pauca verba mihi ediſſere; quia non intelligo quidquam, & cor meum obturatum eſt à priſtina converſatione; & ſenſum mihi aperi, quia vehementer [22] obtuſus ſum, &

* Intonitus. Carm. De Pœnitentia. Citatur à Clem. Al. 2. Strom. p. 385. A.

* in totum nihil intelligo. Et reſpondens dixit mihi: Ego præpoſitus ſum pœnitentiæ, & omnibus pœnitentiam agentibus ſenſum do. An non tibi videtur, pœnitentiam agere, [23] magnam ſapientiam eſſe; quoniam qui pœnitentiam agit, ſenſum magnum adipiſcitur? Sentit enim ſe peccâſſe, & feciſſe nequiter [24] in conſpectu Domini; & recordatur intellectu quòd deliquit; & pœnitentiam agit, & amplius non operatur nequiter; ſed operatur bene, & humiliat animam ſuam, & torquet eam, quia peccavit. Vides ergo, quòd pœnitentia ſenſus eſt magnus. Et dixi illi: Propter hoc, Domine, diligenter inquiro omnia, quoniam peccator ſum; ut ſciam

* ut G. & C.

[25] quæ operer, * & vivam; quia multa ſunt peccata mea. Et dixit mihi: Vives, ſi hæc Mandata mea cuſtodieris: & quicumque audierit, & fecerit Mandata hæc, vivet Deo.

III. Et dixi illi: Etiam nunc, Domine, [26] audivi à quibuſdam doctoribus, quòd alia pœnitentia non eſt niſi illa, cùm in aquam deſcendimus, & accipimus remiſſionem peccatorum noſtrorum, ulteriùs non peccare, ſed in caſtitate permanere. Et ait mihi: Rectè audiſti. Nunc autem, quia diligenter omnia [27] quæris, & hoc tibi demonſtro; non dans occaſionem illis, qui credituri ſunt, aut qui crediderunt Domino. Qui enim jam crediderunt, aut qui credituri ſunt, pœnitentiam peccatorum non habent, ſed [28] remiſſionem. [29] Illis enim qui vocati ſunt ante hos dies, poſuit Dominus pœnitentiam. Quoniam cogitationes præcordiorum novit Deus, & ſcit infirmitatem hominum, & multiplicem nequitiam Diaboli, quâ [30] molitur aliquid ſiniſtri ſervis Dei, & malignè inſidiatur illis. Miſericors ergo Dominus, miſertus eſt [31] figmenti ſui. Et poſuit pœnitentiam iſtam: & poteſtatem pœnitentiæ hujus mihi dedit. Et ideo dico tibi, quòd poſt vocationem illam magnam & ſanctam, ſi quis tentatus fuerit à Diabolo, & peccaverit, unam pœnitentiam habet. [32] Si autem ſubinde peccet, & pœnitentiam agat, non proderit homini talia agenti; difficilè enim vivet Deo. Et ego dixi: Domine, revixi, ubi tam diligenter audivi hæc Mandata. Scio enim, • ſi poſtea nihil adjecero peccatis meis, ſalvus ero. Et dixit: Salvus, inquam; & omnes quicumque fecerint hæc Mandata, ſalvi erunt.

Hic lege Clem. Al. Strom. 2. ſup. in Teſt. Vet.

Tertull. de Pudicitia, cap. 10.

• Si fecero ea & nihil. Carm.

IV. Et iterum dixi illi: Domine; quoniam patienter me audis, etiam hoc mihi demonſtra. Dic, inquit. [33] Si vir, vel mulier alicujus deceſſerit, & nupſerit aliquis illorum, numquid peccat? [34] Qui nubit, non peccat, inquit: ſed ſi

Secunda nuptia. l. Tertull. de Pudicit. cap. 10. *Magnus eſt honor caſtitatis vidualis.*

---

nos I. 17. quia cùm mutilus ſit, variis modis ſuppleri poteſt, ut æquè de Pelagiano ſcriptore ac de ipſo Pelagio accipiatur. Quòd ſi illic *ſecundùm Pelagium legamus*, oſtenderur dumtaxat, quemadmodum dixi, Hæreticus verba Hæreſiarchæ feciſſe ſua. COT.

19. Bod. *illi - - - coinquinat.* OXON.

20. De fornicatione ſpirituali; cum Ethnicus pietatis nomine Chriſtianam pellit, S. Paulus ſententiam ſuam interpoſuit 1. Cor. 7. 15. Ibid.

21. Lam. *ſanandi, dabit.* Ibid.

22. Bod. & Lam. *ſtultus.* Ibid.

23. Lam. *ſapientia magna.* Ibid.

24. Bod. *ante conſpectum.* Ibid.

25. Lam. *quibus operer ut vivam.* Ibid.

26. *Audivi à quibuſdam doctoribus, quod alia pœnitentia non eſt*, &c. Obſcurum ac difficilem Hermam reddit duplex acceptio pœnitentiæ ac remiſſionis; nempe, aut in ſacramento Baptiſmi, aut in ſacramento pœnitentiæ. *Alia pœnitentia non eſt niſi illa, cùm in aquam deſcendimus, & accipimus remiſſionem peccatorum noſtrorum, ulterius non peccare.* Intellige de Baptiſmo. *Qui enim jam crediderunt, aut qui credituri ſunt, pœnitentiam peccatorum non habent, ſed remiſſionem.* Id eſt, baptizati vel baptizandi non habent pœnitentiam, ſed remiſſionem, quia abſque laboribus ac pœnis ſatisfactionis conſequuntur veniam. *Illis enim qui vocati ſunt ante hos dies, poſuit Dominus pœnitentiam*, &c. Loquitur de pœnitentia peccatorum poſt Baptiſmum admiſſorum: de qua capite ſequenti ait; *Et prioribus peccatis tuis erit remiſſio*, &c. Ita Paſtoris locus enarratur à Clemente Alexandrino in Miſcellaneo 2. p. 385. 386. Quinetiam S. Epiphanius Hæreſi 59. quæ eſt Catharorum ſeu Novatianorum, cap. 1. unam inducit [illegible], & [illegible], per lavacrum regenerationis; inſuperque pro lapſis, [illegible]. Capite verò 5. unicam memorat Baptiſmi pœnitentiam, & præterea pœnitentiam poſt Baptiſmum. Denique apud Photium Bibliothecæ codice 280. affertur ex Eulogio Alexandrino lib. 2. adversùs Novatianos, diſputatio illius Patriarchæ cum iis Hæreticis de nomine [illegible], *pœnitentia.* Scilicet objicitur à Novatianis, [illegible] Hebr. VI. 6. non eſſe Baptiſmum; differre enim omnino pœnitentiam à Baptiſmo; hunc eſſe donum, gratiam, delictorum illaborioſam remiſſionem; pœnitentiam autem miſeratione & lacrymis ac labore conſtare; adhæc nuſquam inveniri Baptiſmum nomine pœnitentiæ donatum. Reſpondet Eulogius hunc in modum; Licèt magna ſit differentia Baptiſmum inter & pœnitentiam, attamen pœnitentiæ vocabulum & ante & poſt Baptiſmum uſurpatur; fruſtra quippe baptizaretur is quem malè actæ vitæ non pœniteret; ſicque pœnitentiam ſumit Scriptura, cùm ſæpiſſime, tum Matt. III. 11. Luc. III. 8. Act. II. 38. atque adeò in Epiſtola ad Hebræos. Textum Photii ſi quis legere voluerit, me auctore ita emendet; [illegible] • [illegible]. Hoc eſt, *Ille autem* (Eulogius) *dicit, quod quamvis multa ſit differentia inter Baptiſmum ac pœnitentiam.* Et infrà, ubi de Act. II. 38. [illegible], vel [illegible], vel potiùs [illegible] (quod magis accedit ad ſcripturam nihili [illegible]) [illegible] &c. COT.

• [illegible] habet MS. Reg.

27. Lam. *inquiris.* OXON.

28. Baptiſmus labem omnem eluit, virtute fœderis Evangelici. Hinc comparatum eſt, ut plurimi, quo peccandi licentiam lucrifacerent, baptiſmum uſque ad mortis articulum differebant. Ibid.

29. Bod. *talibus.* Ibid.

30. Lam. & Bod. *facit.* Ibid.

31. Lam. & Bod. *figmento ſuo.* Ibid.

32. Sententiam hanc de una pœnitentia ob graviora ſcelera, ratam habuit primitiva Eccleſia, nec diſplicuit Tertulliano Paſtor noſter, quamdiu inter Catholicos verſabatur. Ibid.

33. Bod. *uxor aut vir deceſſerit alicui.* Ibid.

34. *Qui nubit, non peccat.*] Erat forſan hoc dictum in animo Tertulliani, cùm ſcriberet capite 10. libri de pudicitia, *Sed cederem tibi, ſi Scriptura Paſtoris, quæ ſola mœchos amat, divino Inſtrumento meruiſſet incidi, ſi non ab omni concilio Eccleſiarum etiam veſtrarum inter Apocrypha & falſa judicaretur, adultera & ipſa, & inde patrona ſociorum; à qua & alias initiaris.* Ut ſenſus Montaniſtæ ſit: Pſychicus, id eſt Catholicus, ex libro Paſtoris duo diſcit, ſecundam pœnitentiam, & ſecundas nuptias. Cæterùm rectè cum multis de iterato matrimonio Noſter judicat. Paulò ſeveriùs Antiquorum non pauci. Athenagoras Legatione pro Chriſtianis, ante finem; [illegible] (fortè [illegible]) [illegible] (aut ſicut in altero Bibliothecæ Regiæ Codice ſuperſcriptum habetur, [illegible]) [illegible]. *Vel ut natus eſt unuſquiſque noſtrûm*, ma-

ſi per ſe manſerit, magnum ſibi [35] conquirit honorem apud Dominum. Serva ergo caſtitatem, & pudicitiam; & vives Deo. Hæc quæ tecum loquor, & mando tibi, cuſtodi deinceps ex quo tibi traditus ſum, & in domo tua habito; & prioribus peccatis tuis erit remiſſio, ſi Mandata mea cuſtodieris. Sed & omnibus erit remiſſio, qui Mandata mea cuſtodierint.

MANDATUM V.

De triſtitia cordis, & patientia.

I. ÆQuanimis, inquit, eſto & patiens, & omnium operum nequiſſimorum dominaberis, & operaberis omnem juſtitiam. * Quòd ſi patiens fueris, Spiritus ſanctus qui habitat in te, mundus erit, & non obſcurabitur ab aliquo nequiſſimo Spiritu, ſed gaudens [36] dilatabitur, & epulabitur [37] in * vaſe in quo inhabitat, & apparebit Domino hilaris in pace magna. Quòd ſi iracundia aliqua ſupervenerit; [38] continuò Spiritus ſanctus, qui in te eſt, anguſtiabitur, & quæret diſcedere. Suffocatur enim a aſpectu nequiſſimo, & non habet locum apparendi Domino, ſicut vult: tribulatur enim ab iracundia. Utrique ergo Spiritus, cùm pariter inhabitant, pernicioſum eſt homini. [39] Si

* Cum vaſe MS. C.
* Iracundia.
a à Spiritu ſic & MS. C.

---

manet; vel in uncis nuptiis. Secundæ quippe ſpecioſum ſunt adulterium. Marc. 10. 11. *Ait enim;* Quicumque dimiſerit uxorem ſuam, & duxerit alteram, mœchatur: *neque illam dimittere contendens, cujus delibâris virginitatem, neque alium ducere. Num qui ſeipſum priori uxore privat, licèt mortuâ; adulter occultus eſt; tranſgrediens quidem manum ac opus Dei, quoniam in principio Deus virum unum & mulierem unam formavit; ſolvens autem carnem, quæ ad carnem, ex unione, propter commiſtionem & (vel ad) generis propagationem facta eſt.* Sic enim exponenda videntur poſtrema verba. Theophilus Antiochenus libro 3. ad Autolycum ante medium, [illegible] *Apud Chriſtianos temperantia adeſt, continentia exercetur, Monogamia ſervatur, caſtitas cuſtoditur.* Ubi in libro Bibliothecæ Regiæ non admodum antiquâ manu in charta ſcripto pro [illegible] habetur [illegible], corruptè, nec abſque Græculi fraude, opinor. Irenæus lib. 3. cap. 19. *Samaritana illa prævaricatrix, quæ in uno viro non manſit, ſed fornicata eſt in multis nuptiis.* Ad quem locum adjungendus ille Tertulliani libro de Monogamia cap. 8. & ille Hieronymi Epiſt. 11. quæ eſt etiam de Monogamia, itemque Canon 4 Baſilii. Verba ſunt Clementis Alexandrini [illegible] lib. 2. p. 421. [illegible] *Matrimonium eſt prima viri ac mulieris conjunctio, ſecundum legem facta, ad liberorum legitimorum procreationem.* Lege ejuſdem Operis lib. 3. p. 428. 457. 459 461. 464. Tertullianus autem adhuc Eccleſiæ homo, Apologetici cap. 46. *Chriſtianum adſexum nec femina mutat.* Adeantur ejuſdem ad Uxorem volumina. Minucius Felix in Dialogo, poſt medium; *Alia ſacra coronat univira, alia multivira, & magnâ religione conquiritur quæ plura poſſit adulteria numerare.* Ac multò poſt; *Nos pudorem non facie, ſed mente præſtamus: unius matrimonii vinculo libenter inhæremus: cupiditatem procreandi aut unam ſcimus, aut nullam.* Adde illa Origenis Homil. 17. in Lucam; *Bonum eſt, & primum, ſi quis poteſt virginitatis gratiam poſſidere. Si autem hoc non potuerit, ſed evenerit ei ut perdat virum, vidua perſeveret. Quod quidem non ſolum poſt mortem viri, ſed etiam cum ille vivit, debet habere in animo; ut etiam ſi non venerit, voluntas ipſius & propoſitum à Domino coronetur: & dicat; Hoc voveo atque promitto, ſi mihi humanum aliquid quod non opto contigerit, nihil aliud facium, quam incontaminata, viduaque perſeverem. Nam verò & ſecunda, & tertia, & quarta nuptia, ut de pluribus taceam, reperiuntur, & non ignoramus quod tale conjugium ejiciet nos de regno Dei. Sicut enim ab Eccleſiaſticis dignitatibus non ſolum fornicatio, ſed & nuptiæ repellunt, neque enim Epiſcopus, nec Presbyter, nec Diaconus, nec Vidua poſſunt eſſe digami, ſic forſitan & de cœtu primitivorum immaculatorumque Eccleſiæ, quæ non habet maculam neque rugam, ejicietur digamus; non quò in æternum mittatur incendium, ſed quò partem non habeat in regno Dei.* Et reliqua ad quæ te amando, ut & ad Homiliam 19. in Jeremiam, Huetianæ Editionis pag 188. ac Tomum 21. in Johannem, ejuſdem Editionis altero Tomo p. 295. Sed & Auctor Operis imperfecti in Matthæum, Tom. 7. B. Chryſoſtomi, Homil. 32. ſic loquitur; *Apoſtoli præceperunt ſecundas adire nuptias, propter incontinentiam hominum. Nam ſecundam quidem accipere, ſecundùm præceptum Apoſtoli eſt: ſecundùm autem veritatis rationem, verè fornicatio eſt; ſed dum permittente Deo publicè & licenter committitur, fit honeſta fornicatio.* Prætermitto Gregorium Nazianzenum Oratione 31. pag. 501. Amphilochium Oratione in Domini occurſum, pag. 32. Hieronymum ſæpiſſime, Auctorem Commentariorum in Epiſtolas S. Pauli, cum Ambroſianis libris excuſorum, ad I. Corinth. VII. 40. Photium in Auctario Epiſtolâ 2. Balſamonem ad Canonem 7. Synodi Neocæſarienſis, & Ratramnum lib. 4. contra Græcos, cap. 2. Spicilegii Acheriani Tom. 1. p. 109. 111. Niſi quòd admonere operæ pretium ſit, hujus locum cautè legi oportere. Ait; *Conſtantinopolitanos idem Hiſtoriographus Socrates refert, in recipiendo vel rejiciendo bimubos non idem ſentire, ſed eſſe diverſos; quibuſdam ſentientibus eorum receptionem, quibuſdam diſſentientibus eamen (ita ſcribo) eſſe: tum Occidentalis omnis Eccleſia ſine contradictione palàm recipiat.* Verùm Socrati lib. 5. cap. 22. ſermo eſt de Novatianis, non de Catholicis: neque ab eo dicitur, ex Conſtantinopolitanis alios favere bimubis, alios contra illos ſtare; dicitur, Conſtantinopoli Novatianos in cauſſa [illegible] connivere, ſuamque non prodere ſententiam. Accipe verba, ut rectè tranſlata inveniuntur Hiſtoriæ Tripartitæ lib. 9. cap. 38 ut que emendari debent in Ratramno; *Novatiani circa Phrygiam bimubos non recipiunt: Conſtantinopoli verò neque apertè recipiunt, neque palam removere noſcuntur: in Occidentalibus verò partibus apertè recipiunt.* Nihil etiam dico de antiqua Eccleſiæ diſciplina, tot canonibus firmata, per quam Bigamis pœnitentia injungebatur, ac denegabatur benedictio nuptialis & corona. Prætereo denique [illegible] teſtimonia, tam Græcorum, quàm Latinorum, unde liquet Ethnicorum pleriſque parum probatas fuiſſe ſecundas nuptias. COT.

35. Bod. *acquirit.* OXON.

36. Bod. *ſpatioſa habitat.* Lam. *ſpatioſè habet.* Ibid.

37. Lam. *cum vaſe, cum quo habitat.* Ibid.

38. *Continuò Spiritus ſanctus, qui in te eſt, anguſtiabitur,* &c. & capite 2 & 10. Mandati. Origenes Homil. 6. in Numeros; *Non enim poteſt Spiritus ſanctus conſortium pati & ſocietatem Spiritûs mali. Certum eſt enim peccati tempore adeſſe in corde uniuſcujuſque Spiritum malum, & agere partes ſuas. Cui atque cum locus datur, & recipitur à nobis per cogitationes malas & concupiſcentias peſſimas, contriſtatus & (ut ita dicam) coanguſtatus fugatur de nobis Spiritus ſanctus. Propter quod & Apoſtolus ſciens hæc ita accidere, monebat, dicens, Nolite contriſtare Spiritum ſanctum, in quo ſignati eſtis in die redemptionis.* Ephеſ. 4. 30. Hilarius ad Pſ. CXVIII 121. *Omnis in quo peccati voluntas eſt, Deo vacuus eſt: & ubi Deus non erit, illic Diaboli locus eſt; qui inſidians atque obſidens, ubi adeundi opportunitatem habuerit, tamquam vacuam domum occupat, quæ à Deo eum deſerente ſit tradita.* Similia quoque in Optato lib. 4. poſt medium, in Hieronymo II. adverſus Jovinianum 1. & apud alios: item Conſtitutionum Apoſtolicarum lib. 6. cap. 27.

Et non habet locum apparendi Domino, ſicut vult: [illegible]. Paullo antè; *apparebit Domino hilaris in pace magna:* [illegible]. Exponi poteſt utrumque, quemadmodum illud Apoſtoli Rom. VIII. 26. *Spiritus poſtulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus,* à multis etiam Veterum explicatur; ut id facere dicatur ſanctus Spiritus, quod à ſanctis ipſo inſpirante fit. Sed nec in ſcriptis primorum Patrum, voces [illegible], *apparere* ſeu *miniſtrare,* & ab eis deductæ, ſemper de ſervili miniſterio uſurpantur. Quocirca tributas invenies Filio ac Spiritui ſancto, qui cum omni poteſtate conſilia Patris, quæ ſunt etiam ſua, perficiunt. De Filio dicetur ad Conſtitut. Apoſtol. lib. 5. cap. ult. De ſancto Spiritu verba Irenæi ſunt lib. 4. adverſùs Hæreſes cap. 17. *Non indigente Patre Angelis, uti faceret Conditionem, & formaret hominem, propter quem & Conditio fiebat: neque rurſus indigente miniſterio ad fabricationem eorum quæ facta ſunt, ad diſpoſitionem eorum negotiorum quæ ſecundum hominem erant; ſed habente copioſum & inenarrabile miniſterium. Miniſtrat enim ei ad omnia ſua progenies, & figuratio ſua, id eſt Filius & Spiritus ſanctus, Verbum & Sapientia; quibus ſerviunt & ſubjecti ſunt omnes Angeli.* Tertulliani verò Adverſùs Praxeam cap. 12. *Cum quibus enim faciebat hominem, & quibus faciebat ſimilem; cum Filio quidem qui erat induturus hominem, Spiritu vero qui erat ſanctificaturus hominem; quaſi cum miniſtris & arbitris, ex unitate Trinitatis loquebatur.* Denique S. Epiphanius in Ancorato cap. 68. indeque Hæreſi 74. cap. 5. [illegible] Hoc eſt; Dico igitur Chriſtum miniſtrum fuiſſe Circumciſionis propter veritatem Dei, ad complendas promiſſiones. Rom. 15. 8. *Porrò Spiritum ſanctum una miniſtrare, ex ſacris Scripturis ita quoque accepimus: Chriſtus à Patre mittitur; mittitur & Spiritus ſanctus:* &c. Secundoque poſtea capite; [illegible]

[39] Si quis enim aſſumat abſinthii puſillum, & mittat in amphoram mellis; nonne totum mel exterminabitur? & tantum mellis, à modico abſinthio diſperit, & perdit dulcedinem [a] mellis; & jam non habet gratiam apud dominum ſuum; quoniam totum * mel amarum factum eſt, & uſum ſuum perdidit. Sed ſi in mel non mittatur abſinthium; dulce erit, & in [40] uſu domino ſuo. Vide enim quàm ſit [41] æquanimitas dulcior melle; & utilis erit Domino qui in ipſa commoratur: nam iracundia inutilis eſt. Si ergo mixta fuerit iracundia æquanimitate, contribulatur [42] animus, & non eſt utilis Deo oratio illius.

* Mel & non. MS.C.

* Deeſt. MS.C.

amarum fit; & non habet gratiam apud dominum ſuum, quoniam amarum factum eſt. Vides, quod æquanimitas dulcior ſit melle, & utilis Domino: at iracundia, & amara & inutilis eſt. Si ergo mixta fuerit iracundia æquanimitati, polluitur æquanimitas, & non eſt utilis Deo oratio illius.

πικρὸν γίνεται· καὶ οὐκ ἔχει χάριν [illegible] δεσπότου αὐτοῦ, ὅτι ἐπικράνθη. Βλέπεις ὅτι ἡ μακροθυμία γλυκυτάτη ἐστὶν ὑπὲρ τὸ μέλι, καὶ εὔχρηστος (f. εὔχρηστος) τῷ κυρίῳ· ἡ δὲ ὀξυχολία, καὶ πικρὰ καὶ ἄχρηστός ἐστιν. Ἐὰν οὖν μιγῇ ἡ ὀξυχολία, καὶ ἡ μακροθυμία, μιαίνεται ἡ μακροθυμία, καὶ οὐκ ἔστιν εὔχρηστος τῷ Θεῷ ἡ ἔντευξις αὐτοῦ.

Antiochus, Homiliâ 130.

* Ἐὰν γάρ τις μακρόθυμος γένηται, τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον κατοικεῖ ἐν αὐτῷ καθαρὸν, μὴ ἐπισκοτούμενον ὑπὸ ἑτέρου πονηροῦ πνεύματος· ἀλλ' ἐν εὐρυχώρῳ κατοικοῦν εὐφραίνεται, μετὰ τοῦ σκεύους οὗ κατοικεῖ, καὶ λειτουργεῖ τῷ κυρίῳ ἐν ἱλαρότητι πολλῇ. Ἐὰν δέ τις ὀξυχολία ἐπέλθῃ, εὐθέως τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον στενοχωρεῖται, μὴ ἔχον τόπον καθαρὸν, καὶ ζητεῖ ἀποστῆναι, διὰ τὸ μὴ ἔχειν τόπον λειτουργῆσαι τῷ κυρίῳ καθὼς βούλεται. Ἐν γὰρ τῇ μακροθυμίᾳ, ὁ κύριος κατοικεῖ· ἐν δὲ τῇ ὀξυχολίᾳ, ὁ διάβολος. Ἀμφότερα οὖν τὰ πνεύματα ἐπὶ τὸ αὐτὸ κατοικοῦντα, ἀσύμφορόν ἐστι καὶ πονηρὸν τῷ ἀνθρώπῳ, ἐν ᾧ κατοικοῦσιν ἀμφότερα. Ἐὰν γὰρ λαβὼν ἀψίνθιον μικρὸν εἰς κεράμιον μέλιτος ἐπιχέῃς, οὐχὶ ὅλον τὸ μέλι ἀφανίζεται; καὶ τοσοῦτο μέλι, ὑπὸ ἐλαχίστου ἀψινθίου ἀπόλλυται; ἀπόλλυσι γὰρ τὴν γλυκύτητα, καὶ

Quod ſi quis patiens fuerit, Spiritus ſanctus in eo habitat mundus, & non obſcuratur ab alio nequam Spiritu: ſed in lato loco habitans, lætatur cum vaſe in quo inhabitat, & apparet ſen miniſtrat Domino in hilaritate magna. Quòd ſi iracundia aliqua ſupervenerit; continuò Spiritus ſanctus anguſtiatur, non habens locum mundum; & quærit diſcedere, quia non habet locum apparendi ac ſerviendi Domino, ſicut vult. Deus enim in patientia habitat; in iracundia verò, Diabolus. Utrique ergo Spiritus, cùm pariter inhabitant, perniciosum eſt ac malum homini, in quo ambo habitant. Si enim aſſumas abſinthii puſillum, & mittas in amphoram mellis: nonne totum mel exterminabitur? & tantum mellis, à modico abſinthio diſperit? Perdit enim dulcedinem, &

Et dixi illi: Vellem ſcire, Domine, nequitiam iracundiæ, ut cuſtodiam me ab illa. Et dixit mihi: Scies; &, ſi non cuſtodieris te ab illa, perdes ſpem tuam cum tota domo tua. Sed recede ab illa. Ego enim tecum ſum Nuncius æquitatis: & omnes qui ab ea recedunt, quicumque pœnitentiam egerint ex totis præcordiis ſuis, [43] vivent Deo; ſed & cum illis ero, & conſervabo omnes. Juſtificati enim ſunt omnes, qui pœnitentiam egerint, à ſanctiſſimo * Nuncio.

* al. Angelo.

III. [a] Audi nunc, inquit, nequitiam iracundiæ, [44] quàm prava, quamque noxia eſt, & quo pacto ſervos Dei evertit. Qui enim pleni ſunt [45] in fide, non poteſt [46] nocere illis; quoniam virtus Dei eſt cum illis. Evertit enim dubios & vacuos. Quoties autem viderit tales homines, injicit ſe in corda [47] eorum; & de nihilo aut vir, aut mulier amaritudinem percipit, propter res quæ ſunt in uſu, aut pro convictu, aut pro aliquo verbo, ſi quod fortè incidit, ſupervacuo, aut pro amico aliquo, aut debito, aut pro his ſimilibus rebus ſupervacuis. Hæc enim ſtulta ſunt, & ſupervacua & vana ſervis Dei. Æquanimitas autem valida eſt & fortis, & habet virtutem magnam, & ſedet in amplitudine magna, hilaris in pace gaudens, & honorificans Dominum in omni tempore manſuete. Hæc enim æquanimitas habitat cum benè fidentibus. Nam iracundia ſtulta eſt, & levis, & fatua. De ſtultitia verò, naſcitur amaritudo; & ex amaritudine, iracundia; ex iracundia verò, furor. Hic ex tot malis creatus [48] furor, operatur peccatum magnum & inſanabile. [49] Cùm enim hæc omnia in uno vaſe ſunt, ubi & Spiritus ſanctus moratur;

τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον. *Itaque Filius & Spiritus ſanctus cum Patre, uti demonſtravimus, agunt communiter.* Capite autem primò citatum præcedente; [illegible] Idest, *Tria igitur iſta ſunt, aut ex ipſo, aut ad ipſum; quæ ab unoquoque, ut par eſt intelliguntur, prout ſeipſas perſonæ illæ declarant; lux, ignis, ſpiritus, aliiſque (opinor) ſpectaculorum ſimilitudinibus, prout ac dignus eſt ille homo, cui hoc uſſius genus impenditur.* Et quibuſdam interjectis, vocat [illegible] λειτουργίας, *Tres functiones ſacræ perſonæ.* Ubi vides [illegible] & λειτουργεῖν Patri etiam attribui. COT.

39. *Si quis enim aſſumat abſinthii puſillum.* Appoſitè ad hanc comparationem adnotabitur illa S. Gregorii Nazianzeni in Apologetico p. 7. [illegible] *Cùius exiguum vitium uberrimè, largiſſimeque quiſpiam perceperit, quàm ingentem & copioſam virtutem parce ac tenuiter. Nam & parum abſinthii amaritudinem ſuam melli celerrimè impertit: cùm contrà mel, ne dupla quidem parte copioſius, dulcedinem ſuam abſinthio infundat.* Ibid.

40. Lam. *uſum.* OXON.

41. *Quam ſit æquanimitas dulcior melle.* Hic, ut & alibi non totò, preſſius inhæret Antiochi Græco, Interpretatio Codicis Victorini, magno uſui futuro, ſi quando Hermes quâ linguâ ſcripſit in luminis oras exierit. Legitur in ea; *Quoniam animæquitas dulciſſima eſt pluſquam mel.* ὅτι ἡ μακροθυμία γλυκυτάτη ἐστὶν ὑπὲρ τὸ μέλι. Mox in Græco εὔχρηστος etiam habent exemplaria Regia. COT.
Lam & Bod. *animæquitas*, ut & infra. OXON.

42. Lam. *anima.* Ibid.

43 MSS. deſunt, *vivent. Deo.* Ibid.

44. Bod. *quam peſſima.* Ibid.

45. MSS *fide.* Ibid.

46 Lam *facere.* Ibid.

47. Bod. & Lam. *hominum.* Ibid.

48. Bod. *creatus, facit peccatum.* Ibid.

49. *Cum enim hæc omnia in uno vaſe ſunt.*] Mandato XI. *Vacuus enim vaſis quod committitur, non effluit.* Auctor Operis imperfecti in Matthæum, inter [illegible] B. Chryſoſtomi ad illud Matth. XXIV. 42. *Vigilate &c.* ait; *Sicut enim vas, quamdiu plenum eſt de aliquo, non recipit ſupermiſſum: ſi autem vacuum fuerit, recipit omne quod mittitur: ſic homo, quamdiu occupatus eſt malis, non recipit bonum; & ſi occupatus fuerit bonis, repellit malum: ſi autem nec iſto nec illo ſe occupaverit, id eſt ſi neque bonis neque malis intenderit, omnis ſpiritus intrat in eum: intrans autem, non ſtatim ducit eum ad peccatum; ſed primùm delectat eum in malis, & ſenſum deſideriis carnalibus alligat, & poſtea ducit ad peccatum, quando jam etſi intelligit malum eſſe quod facit, non poteſt reſiſtere contra malum.* In Græco hujus capitis notæ variam lectionem M S. Reg 2430. [illegible] COTEL.

50. Imp.

* al. hoc ſic MS. C.

tur; non capit * hos vas, ſed ſupereffluit: quoniam tener Spiritus non poteſt cum malo Spiritu immorari, recedit, & habitat cum manſueto: deinde cùm receſſerit ab homine in quo habitabat, fit homo vacuus à Spiritu ſancto, & poſtea repletur Spiritibus malignis, & obcæcatur à cogitatione * [50] malâ.

* boni. Sic omnibus iracundis contingit. Sed MS. C. mala. Sic &c.

Antiochus, ibidem.

* Ἡ γὰρ ὀξυχολία, πονηρὰ οὖσα, καταστρέφει τοὺς δούλους τοῦ Θεοῦ τῇ ἑαυτῆς ἐνεργείᾳ. Ὅταν γὰρ ἴδῃ τοὺς ἀνθρώπους ἀμφιβάλλοντας (f. δυσθυμοῦντας, vel εὐθυμοῦντας) παρεμβάλλει ἑαυτὴν εἰς τὴν καρδίαν τοῦ ἀνθρώπου, καὶ ἐκ τοῦ μηδενὸς πικραίνεται, ἕνεκεν βιωτικῶν πραγμάτων, ἢ περὶ ἐδεσμάτων, ἢ ἐπὶ μικρολογίᾳ τινὶ τυχούσῃ μάταια, ἢ περὶ δόσεως. Ταῦτα γὰρ πάντα μωρά ἐστι καὶ κενὰ τοῖς δούλοις τοῦ Θεοῦ. Ἡ δὲ μακροθυμία, μεγάλη ἐστὶ καὶ ἰσχυρά, ἔχουσα δύναμιν στιβαράν, καὶ εὐθηνεῖ, καὶ ἀγαλλιωμένη ἀμέριμνος οὖσα δοξάζει τὸν κύριον, μηδὲν ἐν αὐτῇ ἔχουσα πικρὸν, διὰ τὸ πραεῖα ἐστὶ καὶ ἡσύχιος. Αὕτη οὖν ἡ μακροθυμία κατοικεῖ μετὰ τῶν τὴν πίστιν ἐχόντων ὁλόκληρον. Ἡ δὲ ὀξυχολία ἄφρων ἐστίν. Εἶτα, ἐκ τῆς ἀφροσύνης γίνεται πικρία, ἐκ δὲ τῆς πικρίας θυμὸς, ἐκ δὲ τῆς ὀργῆς μῆνις. Τὸ οὖν ἅγιον πνεῦμα ὡς τρυφερὸν ὂν, καὶ μὴ ἔχον συνήθειαν μετὰ τοῦ σκληροῦ καὶ πονηροῦ πνεύματος, ἀποχωρεῖ ἀπὸ τοῦ τοιούτου ἀνθρώπου, καὶ ζητεῖ τοῦ κατοικεῖν μετὰ τῆς μακροθυμίας, καὶ γίνεται ὁ ἄνθρωπος ἐκεῖνος κενὸς τοῦ πνεύματος τοῦ δικαίου, καὶ ὅλως ἀποσκοτοῦται ἀπὸ τῆς διανοίας τῆς ἀγαθῆς.

Nam iracundia, cùm prava ſit, vi ſua evertit ſervos Dei. Quoties enim viderit dubios homines, injicit ſe in cor hominis; & de nihilo homo amaritudinem percipit, propter res quæ ſunt in uſu, aut pro commictu; aut pro aliquo verbo, ſi quod incidit, ſupervacuo; aut pro dato & debito. Hæc enim omnia ſtulta ſunt, & ſupervacua & vana ſervis Dei. Æquanimitas autem, valida eſt & fortis, & habet virtutem magnam, & ampliſſimis rebus fruitur, & hilaris in pace gaudens honorificat Dominum; nihil in ſe habens amari, quia manſueta eſt & quieta. Hæc ergo æquanimitas habitat cum iis qui fidem integram poſſident. At iracundia ſtulta eſt. Deinde de ſtultitia naſcitur amaritudo; & ex amaritudine, iracundia; ex iracundia verò, furor. Sanctus ergo Spiritus, ut tener, nec morari ſolitus cum duro ac malo Spiritu, recedit ab ejuſmodi homine, & quærit habitare cum manſueto, & fit homo ille vacuus à Spiritu juſto, & omnino obcæcatur a cogitatione bona.

Recede ergo tu ab iracundia, & * indue animæquitatem, & reſiſte iracundiæ; & invenieris cum pudicitia & caſtitate à Deo. Vide ergo, ne fortè negligas hoc Mandatum. Si enim huic Mandato [51] obedientiam præſtiteris; & cætera Mandata mea, quæ tibi mandaturus ſum, poteris ſervare. Confirma ergo nunc te in Mandatis iſtis; ut vivas Deo; & quicumque ſervaverint hæc Mandata, vivent Deo. * Induit

MANDATUM VI.

De agnoſcendis uniuſcujuſque hominis duobus Geniis, & utriuſque inſpirationibus.

I. PRæceperam, inquit, tibi in primo mandato, ut cuſtodires fidem, & timorem & pœnitentiam. Etiam, inquam, Domine. Sed nunc tibi volo monſtrare virtutes horum mandatorum, ut ſcias effectus illorum, quo modo ipſa poſita ſunt ad juſtum pariter & injuſtum. Tu itaque crede juſto; injuſto autem tu nihil crede. Juſtitia enim rectam viam habet; at injuſtitia pravam. Sed tu rectam viam cuſtodi, pravam autem relinque. Prava autem via non habet exitum bonum, ſed offendicula multa. Aſpera eſt & ſpinoſa, & ducit ad interitum, & noxia eſt hominibus ambulantibus in illa. Qui autem viam rectam petunt, æqualiter ambulant ſine offenſione; quia non eſt aſpera, neque ſpinoſa. Vides igitur quòd melius eſt per hanc viam incedere. Ibis enim, inquit; & quicumque ex toto corde crediderint in Domino, ibunt per illam. *Duæ viæ.*

II. Audi nunc, inquit, primùm de fide. [52] Duo ſunt * Genii cum homine. Unus æquitatis: & unus iniquitatis. Et ego dixi illi: Quo modo, Domine, ſcire potero, quòd duo ſunt * Genii cum homine? Audi, inquit, & intellige.

Duo Angeli. Vide ſup. in Teſt. Vet. loca Origenis, 3. de Princip. 2. & hom. 35. in Lucam. Caſſiani, Collat. 8. c. 17. & Collat. 13. c. 12. Proſperi, contra Collat c. 30.

* Nuncii

* Nuncii

50. Imp. *mala. Recede*, addunt MSS. inter hæc duo verba: *Sic omnibus iracundis contingit.* OXON.

51. Bod. *dominationem egeris.* Ibid.

52. *Duo ſunt Genii cum homine. unus æquitatis; & unus iniquitatis.* MS. codex Bibliothecæ S. Victoris toto hoc capite nomina Nuncii & Nunciorum uſurpat, non autem Genii & Geniorum. Citatus autem iſte locus & approbatus ab Origene lib. 3. περὶ ἀρχῶν cap. 2 & Homil. 35. in Lucam, atque à Caſſiano tum Collatione 8. cap. 17. tum Collat. 13. cap 12. Eoque reſpiciunt Origeniana hæc Homil. 12. in Lucam; *Unicuique duo aſſiſtunt Angeli; alter juſtitiæ, alter iniquitatis. Si bonæ cogitationes in corde noſtro fuerint, & in animo juſtitia pullulârit, haud dubium quin nobis loquatur Angelus Domini. Si verò mala fuerint in corde noſtro verſata, loquitur nobis Angelus Diaboli.* Quæ ſub nomine Interpretis, Hieronymi, ac multa reperies apud Hincmarum libro de Prædeſtinatione c. 25. p. 185. Beda ad Act. XII. 15. *Quod unuſquiſque noſtrûm habeat Angelum*, (in Jona Aurelianenſi lib. 3. de Inſtitutione Laicali cap. 13. Spicilegii Tomo 1. *Angelos*) *& in libro Paſtoris, & in multis ſanctæ Scripturæ locis invenimus. Nam & Dominus de parvulis*; Angeli, inquit, eorum ſemper vident faciem Patris mei. *Et Jacob de ſe loquitur*; Angelus qui eruit me de cunctis malis. *Et hic (Jonas hi) diſcipuli Angelum Apoſtoli Petri venire credebant.* His adde pro ſententia de duobus Angelis ſeu Geniis, bono & malo, hominum unicuique aſſiſtentibus, teſtimonia Origenis Homiliâ 23. in Jeſum Navæ, Homil. 1. in Ezechielem, & lib ult contra Celſum ſub finem, p. 433. 434. Baſilii in Eſaiæ III. 12. Gregorii Nyſſeni libro de vita Moſis multò ante medium, Tom. 1. p. 194 195. quem ſequuntur Procopius Gazæus ad Exod IV. 27. ex illo reformandus, Theophanes Cerameus Homil. 44 & Maximus Centuriâ 3. de caritate cap. 91. Item Chryſoſtomi Hom. 3. in Epiſtolam ad Coloſſenſes, & apud Antonium Monachum lib. 2. Meliſſæ ſerm. 32. Pſeudo-Chryſoſtomi ad Matt. XV. 11. Magiſtri Sententiarum lib. 2. diſt. 11. n. 1. atque Scholaſticorum quorundam. Adde præterea Chaldæorum, Judæorum, & Muhammedanorum ſuffragia; itemque Empedoclem in Plutarchi libro de animi tranquillitate p. 474. Platonem in Theodoriti ſermone 3. de Græcarum affectionum curatione; ſub finem, Euclidem Socraticum in Cenſorino de die natali cap. 3. & Servium ad illud Æneid. VI. *Quiſque ſuos patimur manes.* Facit tamen rem incertam ex parte certi Dæmonis inſidiatoris, ſilentium cùm Scripturæ, tum multorum Patrum; immò nonnullorum ex his contraria opinio, ut nihil dicam de recentioribus Theologis. Nam verbi gratiâ, Tertullianus cap. 39. lib. de anima, agens de Geniis, dicit; *Adeo nulla ferme nativitas munda eſt: utique Ethnicorum.* Et cap. 57. *Nam & ſuggeſſimus nullum pene hominem carere Dæmonio.* Optatus Milevitanus lib. 4. contra Donatiſtas, poſt medium; *Nemineni fugit, quod omnis homo qui naſcitur, quamvis de parentibus Chriſtianis naſcatur, ſine ſpiritu mundi eſſe non poſſit; quem neceſſe ſit ante ſalutare lavacrum, ab homine excludi & ſeparari. Hoc exorciſmus operatur; per quem ſpiritus immundus depellitur, & in loca deſerta fugatur*, &c. Ipſe etiam Origenes parum in ſuis conſtans, Homil. 20. in Joſuam, multas intra nos ponit divinas Virtutes, animarum noſtrarum vel corporum curam gerentes, multaſque noxias, obſidentes ac inſidiantes. Atque eumdem Adamantium iſta Hieronymi verba petunt, ad Galat I. 15. *Cùm autem* &c. *Cæterùm qui injuſtum Deum nituntur aſſerere, poſt illud quod dudum poſuimus*; Abalienati ſunt peccatores à vulva, *inferunt etiam cætera quæ ſequuntur*; Erraverunt ab utero, locuti ſunt falſa.

Matth. 18. 10.

Gen. 48. 16.

ge. Æquitatis * Genius tener eſt, [53] lenis & verecundus, manſuetus & quietus. Cùm ergo in cor tuum aſcenderit, continuò loquitur tecum de juſtitia, de pudicitia, de caſtitate, de benignitate, de [54] venia, de caritate, de pietate. Hæc omnia cùm aſcenderint in cor tuum; ſcito quòd * Genius æquitatis tecum eſt: Huic ergo Genio crede, & operibus ejus. Accipe nunc & Genii iniquitatis opera. Primùm amarus, iracundus, & ſtolidus eſt; & opera illius pernicioſa ſunt, & evertunt ſervos Dei. Cùm ergo in cor tuum aſcenderint hæc, intelliges ab operibus ejus, hunc eſſe Genium iniquitatis. Quomodo, Domine, intelligam? Audi, inquit, & intellige. Cùm iracundia tibi acceſſerit, aut amaritudo; intellige eum eſſe in te; deinde cupiditas * multorum operum, & optimorum ciborum, & [55] ebrietatum, & [56] appetentia multarum rerum alienarum, & ſuperbia, & multiloquia, & ambitio, & quæcumque iis ſimilia ſunt. Hæc ergo cùm in cor tuum aſcenderint; intellige Genium iniquitatis tecum eſſe. Tu ergo cùm cognoveris opera illius, recede ab illis omnibus; & nihil illi crede; quia mala ſunt opera illius, & non conveniunt ſervis Dei. Habes ergo [57] utrorumque Geniorum opera. Intellige nunc, & crede Genio æquitatis, quia doctrina illius bona eſt. Licèt enim ſit feliciſſimus homo, & cogitatio alterius * Genii aſcendat in cor illius; oportet illum virum aut mulierem peccare. Si autem etiam nequiſſimus vir fuerit, aut mulier, & aſcenderint in cor illius, opera Genii æquitatis; neceſſe eſt, illum, aut illam aliquid boni facere. Vides ergo quòd bonum eſt, Genium æquitatis ſequi. Si ergo illu.. ſecutus fueris, & credideris operibus illius, vives Deo; & qui crediderint operibus illius, vivent Deo.

* Nuncius

* Nuncios Sic & MS. C.

* Multarum rerum MS. C.

* Nuncii

Ex hoc capite iſta habet Antiochus, Homiliâ 61.

Δύο γάρ εἰσιν ἄγγελοι μετὰ τοῦ ἀνθρώπου· εἷς τῆς δικαιοσύνης, εἷς τῆς πονηρίας. Καὶ ὁ μὲν τῆς δικαιοσύνης ἄγγελος, αἰσχυντηρὸς, καὶ πραῢς, καὶ ἡσύχιός ἐστιν. Ὅταν οὖν οὗτος ἐπὶ τὴν καρδίαν τοῦ ἀνθρώπου ἀναβῇ, εὐθέως λαλεῖ μετ' αὐτοῦ περὶ δικαιοσύνης, περὶ ἁγνείας, περὶ σεμνότητος, περὶ αὐταρκείας, περὶ παντὸς ἔργου δικαίου, περὶ πάσης ἀρετῆς ἐνδόξου. Ὅταν οὖν ταῦτα πάντα ἐπὶ τὴν καρδίαν τοῦ ἀνθρώπου ἀναβῇ, πρόδηλόν ἐστιν ὅτι ὁ ἄγγελος τῆς δικαιοσύνης μετ' αὐτοῦ ἐστι. Τοῦ δὲ ἀγγέλου τῆς πονηρίας τὰ ἔργα. πρῶτον πάντων ὀξύχολός ἐστι, καὶ πικρὸς, καὶ ἄφρων. καὶ τὰ ἔργα αὐτοῦ πονηρὰ, καταστρέφοντα τοὺς δούλους τοῦ Θεοῦ. Ὅταν οὖν οὗτος ἐπὶ καρδίαν ἀνθρώπου ἀναβῇ, δεῖ γνῶναι αὐτὸν ἀπὸ τῶν ἔργων αὐτοῦ. Ὅταν γὰρ ὀξυχολία τις τινὶ προσκολληθῇ, ἢ πικρία, φανερῶς ὁ πονηρὸς ἐν τῷ ἀνθρώπῳ ἐστίν· εἶτα ἐπιθυμία πράξεων πολλῶν, καὶ πολυτέλεια ἐδεσμάτων πολλῶν, καὶ ποικίλων τρυφῶν, καὶ ἐπιθυμία γυναικῶν καὶ πλεονεξιῶν, καὶ ὑπερηφανεία, καὶ ἀλαζονεία, καὶ ὅσα τούτοις ἐστὶ παραπλήσια, καὶ ὅμοια. Ἀλλὰ καὶ αἱ πονηραὶ ἐνθυμήσεις αὐτοῦ εἰσὶ πᾶσαι. Προσέχωμεν οὖν ἀκριβῶς ἑαυτοῖς· καὶ τῷ ἀγγέλῳ τῷ πονηρῷ ἀποταξώμεθα, τῷ ἀγγέλῳ τῆς δικαιοσύνης ἀκολουθήσωμεν.

Duo enim ſunt Angeli cum homine: unus æquitatis; unus iniquitatis. Et æquitatis quidem Angelus, verecundus eſt, manſuetus, & quietus. Cùm ergo hic in cor hominis aſcenderit, continuò loquitur cum eo de juſtitia, de pudicitia, de caſtitate, de frugalitate, de omni opere juſto, de omni virtute honorifica. Hæc ergo omnia cùm aſcenderint in cor hominis, manifeſtum eſt quòd Angelus æquitatis cum eo eſt. Angeli autem iniquitatis, opera ſunt: Primò omnium iracundus eſt, & amarus, & ſtolidus; & opera illius pernicioſa ſunt, & evertunt ſervos Dei. Cùm ergo hic in cor hominis aſcenderit, oportet intelligere eum ab operibus ejus. Cùm enim quædam iracundia cuidam acceſſerit aut amaritudo; intellige eum in homine eſſe: deinde cupiditas multorum operum, & profuſio multorum & optimorum ciborum, ac variarum deliciarum, & appetentia mulierum, ac rerum alienarum, & ſuperbia, & ambitio, & quæcumque iis paria ſunt ac ſimilia. Sed & malæ cogitationes, ipſius ſunt omnes. Nobis ergo diligenter attendamus: & Angelo iniquo renunciemus; Angelum verò juſtitiæ ſequamur.

MANDATUM VII.

De Deo timendo, & Dæmone non metuendo.

T*Ime*, inquit, *Dominum, & mandata ejus cuſtodi.* Servans enim præcepta Dei, eris potens in omni actu, & omne [58] negotium tuum erit incomparabile. Timens enim Dominum, omnia bona [59] operaberis. Hic eſt timor, [60] quo timere oportet, ut ſalvus eſſe poſſis. Diabolum autem ne timeas: timens enim Dominum, dominaberis illius; quia virtus in illo nulla eſt. In quo autem virtus non eſt, is ne timendus quidem eſt: in quo verò virtus glorioſa eſt, is etiam timendus eſt. Omnis enim virtutem habens, etiam timendus eſt. Nam qui virtutem non habet, ab omnibus contemnitur. Time planè facta Diaboli, quoniam maligna ſunt: metuens enim Dominum, timebis, & opera Diaboli non facies, ſed abſtinebis te ab eis. Duplex enim timor eſt. [61] Si enim malum operari * volueris; timens Dominum, [62] ne id quidem facies. Si au-

Eccl. 12. 13. l. Clem. Al. lib. 2. Stromat. ſup. in Teſt. Vet.

* f. nolueris

Et dicunt; Quo modo ſtatim ab utero erraverunt peccatores, & falſa locuti ſunt; qui nec ſermonem potuerunt habere, nec ſenſum? Aut quæ eſt iſta juſtitia præſcientia Dei, alium amare & cuſtodire priuſquam naſcatur, alium deteſtari? Et cauſſas hujus rei ad priorem vitam referunt, quòd unuſquiſque pro merito ſuo, à primo ſtatim ortu bonis aut malis Angelis aſſignetur. Totumque illum locum de Jacob & Eſau, cujus nunc fecimus mentionem, ita ad Romanos ſcriptum ventilant, ut non abſque ſudore & Chryſippi eis poſſit hellebore reſponderi. Scriptum quoque fuerat à Clemente Alexandrino in libris ὑποτυπώσεων, per Baptiſmum *Spiritus immundos animæ complicitos fecerim*, πνεύματα ἀκάθαρτα συμπαρομαρτοῦντα τῇ ψυχῇ ἐνδείξαντες. Habes in Editione illius p. 802. col. 1. Denique Lactantii dictum eſt de contaminatis ac perditis Spiritibus, lib. 2. cap. 14. *Adhærent ſingulis hominibus; & omnes oſtiatim domos occupant; ac ſibi Geniorum nomen aſſumunt.* Quod comparo cum illo Origenis VIII. in Celſum p. 412. Ἐλέγοντο οἱ σοφοὶ λέγοντες δαίμονας εἰληχέναι τὴν ἀνθρωπίνην ψυχὴν ἀπὸ γενέσεως. *Dicunt Græcorum ſapientes, ab hominis nativitate animam ſortitam eſſe Dæmonas.* Ut ut ſit, Hermæ noſtri dogma longiſſimè diſtat ab errore recentioris Hermæ alteriuſque ſociorumque Meſſalianorum, affirmantium unicuique homini ſtatim ab ortu comitem ac incolam adeſſe Dæmonem, qui ad malum cogat, nec Baptiſmo, ſed ſolâ oratione expellatur. COT.

53. Bod. *tener*. OXON.

54. Lam. & Bod. *indulgentia*. Ibid.

55. Bod. *ebrietates*. Ibid.

56. *Appetentia multarum rerum alienarum.* Græca, ἐπιθυμία γυναικῶν καὶ πλεονεξιῶν, niſi incrementum acceperint ab Antiocho, poſtulant, *Appetentia mulierum & rerum alienarum*; ſeu potiùs, *Appetentia mulierum & multarum rerum alienarum.* Simile judicium de loco alio, ſub finem Mandati ſequentis. COT.

57. Lam. *utrorumque nuntiorum operum* OXON.

58. Bod. *negotium* Alii *conſilium*. Ibid.

59 Lam. *operabitur*. Ibid.

60. Lam. & Bod. *quem & illi*. Ibid.

61. *Si enim malum operari volueris*] Malim Græca quàm Latina corrigere, ſcribendo οἱ ἂν θέλῃς τὸ πονηρὸν ἐργάζεσθαι. Veteres libri, ἐὰν θέλῃς τὸ πονηρὸν ἐργάζεσθαι. COT.

62. Lam. & Bod *non id facies*. OXON,

63, Bod.

autem bonum operari volueris; timor * otique Domini validus, & ingens, & glorioſus eſt. Time igitur Deum, & vives. Et quicumque eum metuerint, cuſtodientes mandata ejus, eorum vita eſt apud Dominum; non cuſtodientium autem, nec vita in illis eſt.

* itaque

Antiochus, Homilià 127.

Φοβήθητι γάρ, φησι, τὸν κύριον, καὶ φύλασσε τὰς ἐντολὰς αὐτοῦ. Φυλάσσων δὲ τὰς ἐντολὰς τοῦ Θεοῦ, ἔσῃ δυνατὸς ἐν πάσῃ πράξει, καὶ ἡ πρᾶξίς σου ἀσύγκριτος ἔσται. Φοβούμενος γὰρ τὸν κύριον, πάντα καλῶς ἐργάσῃ. Οὗτός ἐστιν ὁ φόβος, ὃν δεῖ σε φοβηθῆναι, καὶ σωθήσῃ. Τὸν δὲ διάβολον μὴ φοβηθῇς. Φοβούμενος γὰρ τὸν κύριον, κατακυριεύσεις τοῦ διαβόλου, ὅτι δύναμις οὐκ ἔστιν ἐν αὐτῷ. Ἐν ᾧ δὲ δύναμις οὐκ ἔστιν, οὐδὲ φόβος. ἐν ᾧ ἡ δύναμις ἡ ἔνδοξος, καὶ ὁ φόβος ἐν αὐτῷ. Πᾶς γὰρ ὁ δύναμιν ἔχων, καὶ φόβον ἔχει· ὁ δὲ μὴ ἔχων δύναμιν, ὑπὸ πάντων καταφρονεῖται. Φοβήθητι δὲ τὰ ἔργα τοῦ διαβόλου, ὅτι πονηρά εἰσι. Φοβούμενος δὲ τὸν κύριον, οὐ φοβηθήσῃ τὰ ἔργα τοῦ διαβόλου, καὶ οὐκ ἐργάσῃ αὐτά· ἀλλὰ φεύξῃ ἀπ' αὐτῶν. Δισσοὶ οὖν εἰσιν οἱ φόβοι. Εἰ οὖν θέλῃς τὸ πονηρὸν ἐργάζεσθαι, φοβήθητι τὸν κύριον, καὶ οὐκ ἐργάσῃ αὐτό. Ἐὰν δὲ θέλῃς πάλιν τὸ ἀγαθὸν ἐργάσασθαι, φοβήθητι τὸν κύριον, καὶ ἐργάσῃ αὐτό. Ὥστε ὁ φόβος τοῦ κυρίου ἰσχυρός ἐστι, καὶ ἔνδοξος. Καὶ ὅσοι ἂν φοβηθῶσιν αὐτὸν, καὶ τηρήσωσι τὰς ἐντολὰς αὐτοῦ, ζήσονται τῷ Θεῷ.

Time enim, inquit, Dominum, & mandata ejus cuſtodi. Servans autem præcepta Dei, eris potens in omni actu, & negotium tuum erit incomparabile. Timens enim Dominum, omnia bene operaberis. Hic eſt timor, quo oportet ut timeas, & ſalvus eris. Diabolum autem ne timeas. Timens enim Dominum, dominaberis Diaboli; quia virtus in illo nulla eſt. In quo autem virtus non eſt, is ne timendus quidem eſt: in quo verò virtus glorioſa eſt, is etiam timendus eſt. Omnis enim virtutem habens, etiam timendus eſt. Nam qui virtutem non habet, ab omnibus contemnitur. Time planè facta Diaboli, quoniam maligna ſunt. Metuens autem Dominum, non timebis opera Diaboli, & non facies ea; ſed abſtinebis te ab eis. Duplex ergo timor eſt. Si malum operari volueris, time Dominum, & id non facies. Si autem adhuc bonum operari volueris, time Dominum, & facies illud. Timor itaque Domini validus, & glorioſus eſt. Et quicumque eum metuerint, & cuſtodierint mandata ejus, vivent Deo.

MANDATUM VIII.

Declinandum eſſe à malis, & facienda bona.

DIxi tibi, inquit, quòd [63] creaturæ Domini duplices ſunt, & abſtinentia duplex eſt. A quibuſdam ergo abſtinere oportet; à quibuſdam verò non. Manifeſta, inquam, mihi, Domine, à quibus abſtinere oportet, & à quibus non. Audi, inquit: A malo abſtine; & noli id facere. A bono autem abſtinere noli, ſed fac illud. Si enim abſtinueris à bono, & non id feceris, peccabis. Abſtine igitur ab omni malo, & * ſcies omnem juſtitiam. Quales, inquam, malignitates ſunt hæ, à quibus abſtinere oportet? [64] Audi, inquit: [65] ab adulteriis, ebrietatibus & [66] comeſſationibus malignis, ab eſca nimia, à lautitia, & inhoneſtate, à ſuperbia, ab abnegatione, à mendacio, à detractione, à nequitia ficta, à [67] recordatione injuriæ, & à fama peſſima. Hæc enim ſunt opera iniquitatum, à quibus abſtinere oportet ſervum Dei. Qui enim ab iis abſtinere non poteſt, vivere Deo non poteſt. Audi nunc, inquit, & ſequentia * eorum. Et quidem multa ſunt adhuc, à quibus abſtinere debet ſervus Dei. A furto, ab abnegatione, à falſo teſtimonio, à cupiditate, à ſuperbia, & quæcumque iis ſimilia ſunt. Videntur ergo tibi hæc mala eſſe, an non? Equidem valde mala ſunt ſervis Dei. [68] Ab his ergo omnibus debet abſtinere ſervus Dei. Abſtine ergo ab omnibus his, ut [69] vivas Deo, & ſcribaris cum abſtinentibus. A quibus ergo debeas abſtinere, illa ſunt. A quibus autem non debeas abſtinere, audi. Ab omnibus bonis operibus noli abſtinere, ſed fac illa. Audi, inquit, virtutem bonorum operum quæ debeas operari, ut ſalvus eſſe poſſis. Primùm omnium eſt fides, timor Domini, caritas, concordia, æquitas, veritas, patientia, caſtitas. Iis nihil eſt melius in vita hominum, qui hæc * cuſtodierint & fecerint in vita ſua. Deinde horum ſequentia audi. Viduis adminiſtrare, orphanos & pauperes non deſpicere, & ſervos Dei ex neceſſitate redimere, hoſpitalem eſſe. Hoſpitalitate enim invenitur aliquando fructus bonus. Non contradicere, quietum eſſe, [70] humillimum fieri omnium hominum, majores natu colere, ſtudere [71] juſtitiæ, fraternitatem conſervare, contumelias ſufferre, æquanimem eſſe, lapſos à fide non projicere, ſed æquanimes facere; peccantes admonere, debitores non premere, & ſi qua iis ſimilia. Videntur tibi hæc eſſe bona, an non? Quid enim melius eſt, inquam, [72] verbis iſtis? Vive ergo in his mandatis, & noli ab eis recedere. Si enim cuſtodieris hæc omnia mandata, vives Deo; & omnes qui cuſtodierint hæc mandata, vivent Deo.

* ſ. facies.

* horum. Adhuc ergo ſunt ſequentia horum. Sic & MS. C.

* Cuſtodierit & fecerit in vita ſua vivet Deo: MS. C.

Idem Antiochus, Hom. 79.

Igitur abſtinentia duplex eſt. A quibuſdam enim abſtinere oportet; à quibuſdam verò non oportet. A malo enim abſtinere oportet, & id non facere: à bono autem non abſtinere, ſed facere. Abſtine igitur ab omni malo, faciens quod bonum eſt. Abſtine ab adulterio, fornicatione, ebrietate, malitia ſeu inhoneſtate, à deliciis, ab eſca nimia, & lautitia, divitiis, & gloriatione, & elatione animi, & ſuperbia, & à mendacio, ac detractione, & nequitia ficta, & recordatione injuriæ, & omni blaſphemia ſeu

Ἡ οὖν ἐγκράτεια διπλῆ ἐστίν. Ἐπί τινων γὰρ δεῖ ἐγκρατεύεσθαι, ἐπί τινων δὲ οὐ δεῖ. Τὸ πονηρὸν γὰρ δεῖ ἐγκρατεύεσθαι, καὶ μὴ ποιεῖν αὐτό. τὸ δὲ ἀγαθὸν μὴ ἐγκρατεύεσθαι, ἀλλὰ ποιεῖν. Ἐγκρατεύου οὖν ἀπὸ πάσης πονηρίας, ἐργαζόμενος τὸ ἀγαθόν. Ἐγκρατεύου ἀπὸ μοιχείας, πορνείας, μεθύσματος, ἀσωτίας, ἀπὸ τροφῆς, ἀπὸ πονηρίας, ἀπό τε ἐδεσμάτων πολλῶν, καὶ πολυτελείας, πλούτε καὶ καυχήσεως, ὑψηλοφροσύνης καὶ ὑπερηφανίας, καὶ ἀπὸ ψεύσματος, καὶ καταλαλιᾶς, καὶ ὑποκρίσεως, καὶ μνησικακίας, καὶ πάσης βλασφημίας, πλεο-

63. Bod. *creationes.* Lam. *orationes* Ibid.
64. Sic Lam Bod & Cotel. Alii *reſpondit mihi.* Ibid.
65. *Ab adulteriis, ebrietatibus & comeſſationibus malignis.*] Aut legebat ἀπὸ μοιχείας, πορνείας μεθύσματος, aut μεθύσματος jungebat cum voce quæ ſequitur, ἀσωτίας, ſicut exhibent duo Codices Regis. COT
66. Bod. & Lam. *conviviis.* OXON.
67 Lam. *memoria malignitatis.* Ibid.
68. *Ab his ergo omnibus debet abſtinere ſervus Dei.*] In Græco, ἔργων, *operibus.* COT.
69 Lam. deſunt, *vivas Deo, &c.* OXON.
70 Lam. & Bod. *humiliorem.* Ibid.
71. Bod. *juſtitiam.* Ibid.
72. Bod. & Lam. *bonum verborum.* Ibid.

73. Cum

κλέμματος, ἀποστερήσεως, ψευδομαρτυρίας, πλεονεξίας, ἐπιθυμίας πονηρᾶς, ἀπάτης, κενοδοξίας, ἀλαζονείας, καὶ ὅσα τούτοις ὅμοιά ἐστι. Τούτων δὴ τῶν ἔργων δεῖ ἐγκρατεύεσθαι τὸν ἀγωνιστὴν καὶ δοῦλον τοῦ Θεοῦ. Εἰσὶ δὲ καὶ ἔργα ἀγαθὰ, ἃ δεῖ ἐργάζεσθαι, καὶ μὴ ἐγκρατεύεσθαι. Πρὸ δὲ πάντων, πίστις, φόβος κυρίου, ἀγάπη, ὁμόνοια, ῥήματα δικαιοσύνης, ἀλήθεια, ὑπομονὴ, χήρας ὑπηρετεῖν, ὀρφανοὺς ὑστερουμένους ἐπισκέπτεσθαι, ἐξ ἀναγκῶν λυτροῦσθαι τοὺς δούλους τοῦ Θεοῦ, φιλόξενον εἶναι, ἥσυχον, ἐνδεέστερον γίνεσθαι πάντων ἀνθρώπων, πρεσβύτας σέβεσθαι, ἀσκεῖν δικαιοσύνην, ἀδελφότητα συντηρεῖν, μακρόθυμον εἶναι, μνησικακίαν μὴ ἔχειν, κάμνοντας τῇ ψυχῇ παρακαλεῖν, ἐσκανδαλισμένους ἀπὸ πίστεως μὴ ἀποβάλλεσθαι, ἀλλ' ἐπιστρέφειν καὶ εὐθύμους ποιεῖν, ἁμαρτάνοντας νουθετεῖν, χρεώστας μὴ θλίβειν ἐνδεεῖς, καὶ εἴ τινα τούτοις ὅμοιά ἐστι. Ταῦτα γὰρ ἐάν τις φυλάξῃ, καὶ μὴ ἐγκρατεύηται ἀπ' αὐτῶν, ζήσεται τῷ Θεῷ.

fama peſſima, furto, fraude ſeu abnegatione, falſo teſtimonio, avaritia, cupiditate mala, dolo, inani gloria, ſuperbia, & quæcumque iis ſimilia ſunt. Ab his ergo operibus oportet abſtinere pugilem ac ſervum Dei. Sunt autem & opera bona, quæ oportet facere, & à quibus non debes abſtinere. Primùm verò omnium, eſt fides, timor Domini, caritas, concordia, verba æquitatis, veritas, patientia, viduis adminiſtrare, orphanos, pauperes & ſolatio deſtitutos viſitare, ſervos Dei ex neceſſitate redimere, hoſpitalem eſſe, quietum, humillimum fieri omnium hominum, majores natu colere, ſtudere juſtitiæ, fraternitatem conſervare, æquanimem eſſe, contumelias ſufferre ſeu non habere memoriam injuriarum, animo laborantes conſolari; lapſos a fide non projicere, ſed convertere ac æquanimes facere; peccantes admonere, debiteres inopes non premere; & ſi qua iis ſimilia. Si enim quis cuſtodierit hæc, & non ab iis receſſerit ac abſtinuerit, vivet Deo.

MANDATUM IX.

Poſtulandum à Deo aſſiduè, & ſine heſitatione.

ITerum dixit mihi: Tolle à te dubitationem, & nihil omnino dubites. Petens aliquid à Domino, ne dicas intra te: Quo modo verò poſſum aliquid petere à Domino, & obtinere, [73] cùm ſim peccator tantorum malorum in Dominum? Noli hoc cogitare; ſed ex totis præcordiis convertere ad Dominum. Pete ſine dubitatione; & ſcies miſericordiam Domini, quòd non te derelinquet; ſed petitionem animæ tuæ [74] adimplebit. Non eſt enim Deus, ſicut homines, memores [75] injuriarum; ſed eſt immemor injuriarum, & miſeretur figmenti ſui. Ergo purifica cor tuum [76] ab omnibus vitiis hujus ſæculi, & obſerva prædicta verba tibi à Deo data; & accipies omnia bona quæ petis; & ex omnibus petitionibus tuis nihil deerit tibi, ſi ſine dubitatione petieris à Domino. Qui ergo tales * non ſunt, omnino nihil impetrant eorum quæ petunt. Nam qui pleni ſunt fide, omnia petunt fidentes, & accipiunt à Domino, quía ſine dubitatione petunt. Omnis enim dubitans homo, ſi non pœnitentiam egerit, difficilè Deo vivet. Purifica ergo cor tuum à dubitatione, & indue fidem, & crede Deo; & omnia quæ petieris, accipies. Sed ſi petas aliquando petitionem, & * [77] non accipias, noli dubitare, quia non citò acceperis petitionem animæ tuæ: forſitan enim propter tentationem, aut pro peccato tuo, quod tu ignoras, tardiùs accipies petitionem tuam. Sed tu noli deſinere petendo petitionem animæ tuæ, & accipies. Si autem ceſſaveris petendo, de te queraris, non de Deo, quòd non dederit tibi. Vide ergo dubitationem hanc, quàm perniciosa ſit, & ſæva, & multos radicitùs evellat à fide, etiam valde fideles & firmos. Etenim [78] hæc dubitatio filia eſt Diaboli, & valde nequiter agit cum ſervis Dei. Contemne ergo dubitationem, & dominaberis illius in omni re. Indue firmam fidem & potentem.

* Deeſt.

* tardiùs

Athanaſius, lib. de Decretis Nicænis, etiam.

Antiochus, Homiliâ 85.

Tollamus ergo à nobis dubitationem & puſillanimitatem, & nihil omnino dubitemus petere aliquid a Deo, dicentes intra nos; Quo modo poſſum aliquid petere à Domino, & obtinere, cùm ſim peccator tantorum malorum in eum? Sed ex totis præcordiis convertere ad Dominum, & pete ab eo ſine dubitatione; & ſcies magnam ejus miſericordiam, quod non te derelinquet, ſed petitionem animæ tuæ adimplebit. Non eſt enim Deus, ſicut homines, memores injuriarum; ſed eſt immemor injuriarum, & miſeretur figmenti ſui. Ergo purifica cor tuum a dubitatione, & pete ab eo, & accipies petitionem tuam. Cùm autem dubitaveris, non accipies. Qui enim dubitant de Deo, hi ſunt dubii, & omnino nihil impetrant eorum quæ petunt. Nam qui pleni ſunt fide, omnia petunt fidentes Domino, & accipiunt, quia ſine dubitatione petunt. Sed ſi tardiùs accipias, noli dubitare, quia non citò acceperis petitionem animæ tuæ. Omnino enim propter tentationem, aut pro peccato, quod tu ignoras, tardiùs accipis. Sed tu noli deſinere petendo petitionem animæ tuæ, & accipies. Si autem ceſſaveris petendo; de te queraris, non de eo qui non dederit tibi.

Ἄρωμεν οὖν ἀφ' ἡμῶν τὴν διψυχίαν καὶ ὀλιγοψυχίαν, καὶ μηδ' ὅλως διψυχήσωμεν αἰτήσασθαί τι παρὰ τοῦ Θεοῦ, λέγοντες ἐν ἑαυτοῖς· ὅ, τι πῶς δύναμαι αἰτήσασθαι παρὰ κυρίου, καὶ λαβεῖν, ἡμαρτηκὼς τοσαῦτα εἰς αὐτόν; ἀλλ' ἐξ ὅλης τῆς καρδίας σου ἐπίστρεψον ἐπὶ τὸν κύριον, καὶ αἴτει παρ' αὐτοῦ ἀδιστάκτως, καὶ γνώσῃ τὴν πολλὴν αὐτοῦ εὐσπλαγχνίαν, ὅτι οὐ μή σε ἐγκαταλείπῃ, ἀλλὰ τὸ αἴτημα τῆς ψυχῆς σου πληροφορήσει. Οὐκ ἔστι γὰρ ὁ Θεὸς, ὡς οἱ ἄνθρωποι, μνησικακοῦντες, ἀλλ' αὐτὸς ἀμνησίκακός ἐστι, καὶ σπλαγχνίζεται ἐπὶ τὴν ποίησιν αὐτοῦ. Σὺ οὖν καθάρισον τὴν καρδίαν σου ἀπὸ τοῦ διστάζειν, καὶ αἴτει παρ' αὐτοῦ, καὶ λήψῃ τὸ αἴτημά σου. Ἐὰν δὲ διστάζῃς, οὐ λήψῃ. Οἱ γὰρ διστάζοντες εἰς τὸν Θεὸν, οὗτοί εἰσιν οἱ δίψυχοι, καὶ οὐδὲν ὅλως ἐπιτυγχάνουσι τῶν αἰτημάτων αὐτῶν. Οἱ δὲ ὁλοτελεῖς ὄντες ἐν τῇ πίστει, πάντα αἰτοῦνται, πεποιθότες ἐπὶ τὸν κύριον, καὶ λαμβάνουσιν, ὅτι ἀδιστάκτως αἰτοῦνται. Ἐὰν δὲ καὶ βραδύτερον λαμβάνῃς, μὴ διψυχήσῃς, ὅτι οὐκ ἔλαβες ταχὺ τὸ αἴτημα τῆς ψυχῆς σου. Πάντως γὰρ διὰ πειρασμόν τινα, ἢ παράπτωμά τι, ὃ σὺ ἀγνοεῖς, βραδύτερον λαμβάνεις. Σὺ οὖν μὴ διαλίπῃς αἰτούμενος τὸ αἴτημα τῆς ψυχῆς σου, καὶ λήψῃ αὐτό. Ἐὰν δὴ ἐκκακήσῃς αἰτούμενος, σεαυτὸν αἰτιῶ, καὶ μὴ τὸν (f. deeſt μὴ) διδόντα

73. *Cùm ſim peccator tantorum malorum in Dominum.*] Tertullianus in fine præclari Operis de Pœnitentia; *Peccator enim omnium notarum cum ſim.* COT.
74. Lam. & Bod. *replebit.* OXON.
75. Bod. *malorum.* Ibid.
76. Bod. *a malis cogitationibus, & ab omnibus hujus ſæculi negotiis.* Ibid.
77. Lam. *tardius accipias petitionem tuam.* Ibid.
78. *Hæc dubitatio filia eſt Diaboli.*] ἡ διψυχία θυγάτηρ ἐστὶ τοῦ διαβόλου. Quod ab Herma dicitur de dubitatione in precibus, Athanaſius de Nicænæ Synodi Decretis, paullo poſt initium, p. 252 adducit contra Euſebianos ſeu Arianos, homines διψύχους nec in ſua ſententia ſtabiles. COT.

ὄντα σοί. Ἡ γὰρ διψυχία θυγάτηρ ἐστὶ τοῦ διαβόλου, καὶ λίαν πονηρεύεται εἰς τοὺς δούλους τοῦ Θεοῦ. Σὺ οὖν ἔνδυσαι τὴν πίστιν τὴν ἰσχυράν.

Etenim dubitatio filia eſt Diaboli, & valde nequiter agit cum ſervis Dei. Tu ergo indue firmam fidem & potentem.

Fides enim omnia repromittit, & omnia conſummat. Dubitatio autem non credit ſe aliquid impetraturam omnibus operibus ſuis, quæ agit. Vides ergo, inquit, quòd fides deſurſum eſt à Deo, & habet virtutem magnam. Dubitatio autem terrenus ſpiritus eſt, & à Diabolo, virtutem non habens. Tu igitur * ſerva virtutem * [79] fidei: à dubitatione autem recede, quæ non habet virtutem; & vives Deo; & omnes vivent Deo, quicumque hæc egerint.

* ſervi
* habenti fidei *Sed MS. C.* fidem habentem virtutem.

MANDATUM X.

De animi triſtitia, & non contriſtando Spiritum Dei, qui in nobis eſt.

I. LOngè fac à te omnem triſtitiam: etenim hæc ſoror eſt dubitationis, & iracundiæ. Quo modo, inquam, Domine, ſoror eſt harum? Aliud mihi videtur triſtitia, aliud iracundia, aliud dubitatio. Et ait: Sine ſenſu non intelligis. Triſtitia enim omnium ſpirituum [80] nequiſſimus eſt, & peſſima ſervis Dei, & omnium ſpiritus exterminat, & cruciat Spiritum ſanctum, & iterum ſalvum facit. Ego, inquam, Domine, inſipiens ſum, & non intelligo quæſtiones iſtas; quo modo poſſit cruciare, & iterum ſalvum facere, non intelligo. Audi, inquit, & intellige. Hi qui numquam exquiſierunt veritatem, neque inquiſierunt de majeſtate, ſed tantùm crediderunt, * ſunt involuti in * negotiis hominum Ethnicorum. Et [81] alius mendax Prophetes eſt, qui perdit ſenſus ſervorum Dei; dubiorum autem, non illorum qui fidunt in Domino plenè. Illi ergo dubii quaſi ad divinum Spiritum veniunt, & interrogant illum, quid illis futurum ſit. Et [82] ille mendax Prophetes, nullam habens in ſe [83] virtutem Spiritûs divini, loquitur illis ſecundùm interrogationem illorum, & implet animas illorum promiſſis, ſicut illi volunt. Ille autem Prophetes inanis eſt, & inania reſpondet inanibus. Quidquid enim interrogatur à vanis hominibus, vana reſpondet illis. * Quædam autem verba vera loquitur. Diabolus enim [84] implet eum ſpiritu ſuo, ut dejiciat aliquem ex [85] juſtis.

* & ſunt *Sic & C.*
* *al.* negotiis & divitiis *Sic & C.*
Pſeudopropheta.

Clem. Alex. l. 1. Strom. in med. p. 312. A.

* Τινὰ γὰρ ῥήματα ἀληθῆ λαλεῖ. Ὁ γὰρ διάβολος αὐτὸν πληροῖ τῷ ἑαυτοῦ πνεύματι, εἴ τινα δυνήσεται ῥῆξαι τῶν δικαίων.

II. Quicumque ergo fortes ſunt in fide Domini, & induti ſunt veritatem, talibus ſpiritibus non junguntur, ſed diſcedunt ab illis. Quotquot autem dubii ſunt, & ſubinde pœnitentiam agunt, conſulunt tamquam Ethnici, & permagnum ſibi peccatum [86] congerunt, Idolis ſervientes. Quicumque ergo tales ſunt, interrogant pro negotio quolibet, ſimulacra colunt, & ſtulti ſunt, & inanes à veritate. Omnis enim ſpiritus à Deo datus, non interrogatur: ſed habens [87] virtutem divinitatis, à ſe omnia loquitur, quia deſurſum eſt à virtute divini Spiritûs. Qui autem interrogatus, loquitur ſecundùm deſiderium, * & aliis multis rebus hujus ſæculi. [88] Hujuſmodi non intelligunt quæſtiones divinitatis; obſcurantur enim iis negotiis, & corrumpuntur, & confringuntur. Sicut vites bonæ quæ negliguntur, ab herbis & ſpinis premuntur & * necantur: ſic & homines qui talibus crediderunt, in negotiis & actionibus multis inciderunt, & * evacuantur à ſenſu ſuo, & nihil omnino intelligunt, de divitiis [89] cogitantes. Sed ſi quando audierint de Domino, ſenſus eorum in negotiis ipſorum eſt. Qui autem timorem Domini habent, & ſcrutantur de Deo veritatem; cogitationem omnem habent ad Dominum. Omnia quæ dicuntur eis, percipiunt, & ſtatim * intelliguntur, * quia habent timorem Domini in ſe. Ubi enim [90] Spiritus * Domini inhabitat; ibi & ſenſus multus adjungitur. Adjunge ergo te Domino; & omnia intelliges ac ſenties.

* *f.* & de *vel* de
* nocentur *Sic & MS. C.*
* evocantur
* *al.* intelligunt *Sic & MS. C.*
* qui
* Dominus

III. Audi nunc inſipiens; quemadmodum triſtitia cruciat Spiritum ſanctum, & quo modo ſalvum facit. Cùm dubius inciderit in negotium aliquod, & non [91] provenit illi propter dubitationem; triſtitia hæc intrat in hominem, & triſtem facit Spiritum ſanctum, & vexat eum. Deinde iterum; iracundia cùm acceſſerit homini pro negotio aliquo, vehementer iraſcitur, & hæc ira intrat in præcordia iraſcentis, & vexatur in negotio ſuo quod agit, & poſtea pœnitet quòd malè fecerit. Utræque ergo res lædunt Spiritum ſanctum; dubitatio, & triſtitia. Dubitatio; quia non ſucceſſit actus ejus: & triſtitia; quia fecit iracundiam Spiritui. * Aufer ergo triſtitiam à te, & [92] noli offendere Spiritum ſanctum, qui in te habitat; ne roget Dominum, & recedat à te. Spiritus enim Dei, qui datus eſt in

79. Lam. add. *habita.* OXON.
80. Lam. *nequior & peſſima.* Ibid.
81. Hæc fere ad eandem mentem venient, cum iis quæ dicuntur à S. Paulo, 2. Cor. 7. 10. de *triſtitia ſecundum Deum, quæ pœnitentiam in ſalutem ſtabilem operatur: & ſæculi triſtitiam quæ mortem operatur*, poſteriorem harum, dicit, tanquam mendacem Prophetam, ſervos Dei ſeducere. Ibid.
82. *Et ille mendax Prophetes*, &c.] Habes hoc & ſequentibus Mandatis multas differentias quæ ſecernunt Pſeudoprophetam à Propheta, ſpiritumque diabolicum à ſpiritu divino. Et vero quod Pſeudopropheticus ſpiritus gratiam audientium quærat, teſtatur apud Euſebium Hiſtoriæ lib. 5. c. 16. Anonymus Cataphrygarum confutator, dum [illegible] πνεῦμα appellat, *adulatorem ſpiritum*: additur tamen ab eodem, aliquando illum ſpiritum velle videri objurgatorem. Sed & Hieronymus lib. 2. adverſus Jovinianum cap. ult. ait; *Semper Pſeudopropheta dulcia pollicentur.* Quòd etiam Pſeudoprophetæ vera quædam falſis miſceant, multorum teſtimonio conſtat, Clementis Alexandrini Strom. 1. p. 311. 312. Scriptoris Recognitionum lib. 4. cap. 21. 22. & lib. 8. cap. 60. Pſeudo-Ambroſii ad I. Theſſal. V. 21. & Pſeudo Chryſoſtomi ad Matthæi VII. 22. Vide & Maimonidem de fundamentis Legis cap. 10. 0. 3. COT.
83. Lam. *veritatem in ſe Spiritu divino.* OXON.
84. Lam. *adimplet.* Ibid.
85. Bod. & Lam. *illis.* Ibid.
86. Lam. *conferunt.* Ibid.
87. Lam. *veritatem.* Ibid.
88. Lam. & Bod. deeſt *hujuſmodi.* Ibid.
89. Lam. *agentes.* Ibid.
90. Bod. *Dominus.* Ibid.
91. Lam. *evenit.* Cot. *provenit.* Ibid.
92. *Noli offendere Spiritum ſanctum, qui in te habitat; ne roget Dominum, & recedat à te.*] Μὴ λύπει τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον τὸ κατοικοῦν ἐν σοί, μήποτε ἐντεύξηται τῷ Θεῷ, καὶ ἀποστῇ ἀπὸ σοῦ. Non ſignificat ἐντυγχάνειν ſupplicare more indigi, orationem & auxilium quærentis, ac veluti è carcere liberationem; ſed compellare, exponere, colloqui, ut Deum decet ex Deo procedentem. τὸ γὰρ ἐντυγχάνειν, docet Gregorius Theologus Orat. 36. p. 587. οὐχ ὡς [illegible], τὸ [illegible] ἐνδείκνυσιν ἔχει. Additur in Commentariis Ambroſio tributis, ad Roman. VIII. 26 27. ubi eodem modo ponuntur

Tom. I. N

in [93] carnem; triſtitiam non ſuſtinet. Indue te ergo hilaritate, quæ ſemper habet gratiam apud Dominum; & lætaberis in ea. Omnis enim hilaris vir, benè operatur, & bona ſapit, & contemnit * injuſtitiam. Vir autem triſtis, malè facit *, quia triſtem facit Spiritum ſanctum, qui datus eſt homini * hilari. Et iterum malè facit; quòd triſtis orat Dominum, & [94] non amè facit exomologeſim; & non impetrat à Deo quod petit. Semper enim oratio triſtis hominis, non habet virtutem ut * accedat ad altare Dei. Et dixi illi: Domine, quare non habet virtutem oratio triſtis hominis, ut aſcendat ad altare Domini? Quoniam, inquit, triſtitia ſedet in corde ejus. Cùm ergo mixta fuerit oratio viri cum triſtitia, non patietur orationem mundam aſcendere ad altare Dei. Sicut enim vinum aceto mixtum, eamdem ſuavitatem non habet: ſic & triſtitia Spiritui ſancto mixta, eamdem orationem mundam non habet. Munda ergo te à triſtitia mala, & vives Deo: & omnes vivent Deo, qui projecerint à ſe triſtitiam, & induerint hilaritatem.

* f. triſtitiam
* f. deeſt aliquid
* f. hilaris
* f. aſcendat

Antiochus, Homil. 25.

* Ἆρον οὖν ἀπὸ σοῦ τὴν λύπην, καὶ μὴ λύπει τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, τὸ κατοικοῦν ἐν σοί· μήποτε ἐντεύξηται τῷ Θεῷ, καὶ ἀποστῇ ἀπὸ σοῦ. Τὸ γὰρ πνεῦμα τοῦ Θεοῦ, τὸ δοθὲν εἰς τὴν σάρκα ταύτην, λύπην οὐχ ὑποφέρει, οὐδὲ στενοχωρίαν. Ἔνδυσαι οὖν τὴν ἱλαρότητα, τὴν πάντοτε ἔχουσαν χάριν παρὰ τῷ Θεῷ, καὶ εὐτρύφα ἐν αὐτῇ. Ὁ γὰρ ἱλαρὸς ἀνὴρ ἀγαθὰ ἐργάζεται, καὶ καταφρονεῖ τῆς λύπης. Ὁ δὲ λυπηρὸς ἀνὴρ, πάντοτε πονηρεύεται. Πρῶτον μὲν πονηρεύεται, ὅτι λυπεῖ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, τὸ δοθὲν τῷ ἀνθρώπῳ ἱλαρόν. Δεύτερον δὲ λυπῶν ἀνομίαν ἐργάζεται, μὴ ἐξομολογούμενον (l. ἐξομολογούμενος) τῷ κυρίῳ. Τοῦ γὰρ λυπηροῦ ἀνδρὸς ἡ ἔντευξις, οὐκ ἔχει δύναμιν ἀναβῆναι ἐπὶ τὸ θυσιαστήριον τοῦ Θεοῦ. Ἐγκάθηται γὰρ ἡ λύπη εἰς τὴν καρδίαν αὐτοῦ. Μεμιγμένη οὖν λύπη μετὰ τῆς ἐντεύξεως, οὐκ ἀφίησι τὴν ἔντευξιν ἀναβῆναι καθαρὰν πρὸς τὸ θυσιαστήριον. Ὥσπερ γὰρ ὄξος, καὶ οἶνος, μεμιγμένος ἐπὶ τὸ αὐτὸ, τὴν αὐτὴν ἡδονὴν οὐκ ἔχουσιν· οὕτως καὶ ἡ λύπη μεμιγμένη μετὰ τοῦ πνεύματος τοῦ ἁγίου, τὴν αὐτὴν ἔντευξιν οὐκ ἔχει. Καλὸν οὖν ἐστιν ἀποβάλλειν ἀφ' ἑαυτῶν τὴν λύπην, καὶ ἐνδύσασθαι πᾶσαν ἱλαρότητα.

Aufer ergo hanc triſtitiam à te, & noli offendere Spiritum ſanctum, qui in te habitat; ne roget Dominum, & recedat à te. Spiritus enim Dei, qui datus eſt in hanc carnem; triſtitiam non ſuſtinet, neque anxietatem. Indue te ergo hilaritate, quæ ſemper habet gratiam apud Deum; & lætare in ea. Hilaris enim vir, benè operatur, & contemnit triſtitiam. Vir autem triſtis, ſemper malè facit. Primo quidem malè facit; quia triſtem facit Spiritum ſanctum, qui datus eſt homini hilaris. Et iterum malè facit, quòd non facit exomologeſim Domino. Nam oratio triſtis hominis, non habet virtutem ut aſcendat ad altare Dei. Triſtitia enim ſedet in corde ejus. Cùm ergo mixta fuerit oratio cum triſtitia, non patietur orationem mundam aſcendere ad altare. Sicut enim vinum aceto miſtum, eamdem ſuavitatem non habet: ſic & triſtitia Spiritui ſancto miſta eamdem orationem non habet. Bonum itaque eſt projicere à ſe triſtitiam, & induere omnem hilaritatem.

MANDATUM XI.

Spiritus & Prophetas probari ex operibus: & de duplici Spiritu.

OStendit mihi ſedentes in ſubſelliis homines, & [95] unum ſedentem in cathedra. Et dixit mihi: Vides illos qui in ſcamnis ſedent? Video, inquam, Domine. Illi, inquit, ſunt fideles. Et ille qui in cathedra ſedet, [96] Spiritus terreſtris eſt. Nam in Eccleſiam vivorum non accedit, ſed refugit: applicat autem ſe dubiis, & vacuis; & in angulis & abditis locis divinat illis, & delectat illos, loquendo ſecundùm omnia [97] deſideria cordis eorum. Vacuis enim vaſis quod committitur, non effluit; ſed conveniunt alius ad alium. Cùm autem venerit in turbam virorum juſtorum, habentium Spiritum divinitatis, & oratio illorum * ſit ad Dominum, exinanitur homo ille: quoniam Spiritus ille terreſtris fugit ab illo, & obmuteſcit, nec quidquam poteſt loqui. Sicut in apotheca ſi [98] obturaveris vinum, vel oleum; & inter illa vaſa poſueris amphoram vacuam, & rurſum obturamentum deponere volueris; amphoram illam quam poſuiſti, vacuam invenies: ſic & Prophetæ [99] vacui, cùm venerint inter Spiritum juſtorum, quales veniunt, tales inveniuntur. Habes utrorumque Prophetarum vitam. Proba ergo de vita & operibus, hominem, qui dicit ſe Spiritum ſanctum habere. Tu autem crede Spiritui [1] venienti à Deo, habenti virtutem. Spiritui autem terreſtri vacuo, qui à Diabolo eſt, in quo fides non eſt, neque virtus, credere noli. Audi ergo ſimilitudinem quam tibi [2] dicturus ſum. Accipe lapidem, & mitte in cœlum; aut iterum accipe ſiphonem aquæ, & * [3] ejacula in cœlum; & vide ſi poſſis pertundere cœlum. Quo modo, inquam, Domine, hæc fieri poſſent? Utraque enim quæ dixiſti, fieri non poſſunt. Sicut ergo, inquit, hæc fieri non poſſunt; ſic Spiritus terreſtris ſine virtute eſt, & ſine effectu. Accipe nunc virtutem deſorſum venientem, [4] in hac ſimilitudine. Grando minimum granum eſt, & cùm cadit ſuper caput hominis, quo modo dolores præſtat? Aut iterum, vide ſtillicidium, quod à tegula cadit in terram, & cavat lapidem. Sic igitur minima quæ deſurſum cadunt ſuper terram, magnam habent virtutem. Adjunge te ergo huic habenti virtutem; & ab illo vacuo recede.

* f. ſit Sic MS. C.
* ſifonina Sic & MS. C.

MAN-

tui verba ὑπερεντυγχάνει & ἐντυγχάνει: *Non humanis eloquiis poſtulare pro nobis dicit Spiritum Domini; ſed more naturæ ſuæ. Cum enim quod de Deo eſt, Deo loquitur, eo more loquatur neceſſe eſt, quo ille loquitur de quo eſt,* &c. *Eloquitur non impulſu aeris, neque ut Angeli, aut ſicut cætera ex creaturis, ſed ſicut competit ejus divinitati.* Legatur verus Ambroſius Epiſtolâ 40. COT.

93. Addit Antioch. ταύτην, *carnem hanc*, ſeu *Spiritum datum hominibus* deſignans: & paulo infra dicitur, *qui datus eſt homini*. OXON.

94. *Et non amè facit Exomologeſim.*] Homo triſtis querelas potiùs meditatur, quàm laudes profundat, & Deo faciat Exomologeſim, gratam pro acceptis beneficiis confeſſionem. Id enim quoque Exomologeſis ſignificat. Quoniam juxta Hilarium ad Pſalm. LXVI. verſ. 6. alioſque, duplex eſt confeſſio, una peccatorum, alia laudationis Dei. COT.

95. MSS. *alterum*. OXON.

96. MSS. *facit ſpiritus terreſtrus*. Ibid.

97. MSS. *deſideria illorum*. Ibid.

98. MSS. *ſtipaveris*, & mox, *ſtipationem*. Ibid.

99. Lam. *vacui conveniunt*. Ibid.

1. Alii leg. *venienti*. Ibid.

2. Lam. *daturus*. Ibid.

3. MSS. *ſiphonnta*. Ibid.

4. MSS. *hanc ſimilitudinem*. Ibid.

a. Lam.

MANDATUM XII.

De duplici cupiditate: Dei mandata non eſſe impoſſibilia: & Diabolum non metuendum credentibus.

* I. Iterum dixit mihi: Tolle à te omnem cupiditatem malam, & indue cupiditatem bonam & ſanctam. Indutus enim [5] cupiditatem bonam, oderis malam, & refrenabis eam ſicut volueris. Horrenda eſt enim cupiditas mala, & difficilè mitigatur. Horribilis eſt valde & ſera, & feritate ſua conſumit homines: maximè ſi inciderit in eam ſervus Dei; & niſi ſapiens fuerit, conſumetur ab illa peſſimè. Conſumit autem tales, qui non habent veſtem cupiditatis bonæ, & implicat illos negotiis hujus ſæculi, & tradit illos morti. Quæ ſunt, inquam, Domine, opera cupiditatis malæ, quæ tradunt homines morti? Demonſtra mihi, ut recedam ab illis. Audi, inquit, in quibus operibus cupiditas mala morti tradit ſervos Dei. [6] Spiritus omnium hominum terreſtris eſt, & levis, & virtutem non habet in totum, & multa loquitur. Et dixi: Quo modo igitur ſcire poteſt aliquis, eos? Audi, inquit, de utriſque viſis: & ſicut dico tibi, ſic probabis Prophetam Dei, & falſum Prophetam. Primùm * ita proba hominem qui habet Spiritum Dei: quia Spiritus qui deſurſum eſt, quietus eſt, & humilis, & recedit ab omni nequitia, & deſiderio vano hujus ſæculi, & [7] omni homine ſe facit humiliorem: & nemini reſpondet interrogatus, nec ſingulis reſpondet; neque cùm vult, homini loquitur Spiritus Dei, ſed tunc loquitur cùm vult Deus. Cùm ergo venerit homo, qui habet Spiritum Dei, in Eccleſiam juſtorum, habentium fidem Dei, & oratio fit ad Deum; tunc * Nuncius ſanctus divinitatis, implet hominem illum Spiritu ſancto: & loquitur in turba, ſicut Deus vult. Sic ergo dignoſcitur Spiritus divinitatis, [8] in quocumque Spiritus divinitatis loquitur.

Propheta & Pſeudopropheta.
* itaque
* al. Angelus

Ex hoc capite ita loquitur Antiochus, Homiliâ 74.

* Φησὶ γὰρ. Ἆρον ἀπὸ σοῦ πᾶσαν ἐπιθυμίαν πονηράν· ἔνδυσαι δὲ ἐπιθυμίαν ἀγαθὴν καὶ σεμνήν. Ἐνδεδυμένος γὰρ τὴν ἐπιθυμίαν ταύτην, μισήσεις τὴν πονηρὰν ἐπιθυμίαν, καὶ χαλιναγωγήσεις αὐτὴν, καθὼς βούλει. Ἀγρία γάρ ἐστιν ἡ ἐπιθυμία ἡ πονηρὰ, καὶ δυσκόλως ἡμεροῦται. Φοβερὰ γάρ ἐστι, καὶ λίαν τῇ ἑαυτῆς ἀγριότητι δαπανᾷ τοὺς ἀνθρώπους. Ἐν δὲ τῷ λέγειν· ἀγρία ἐστὶν ἡ ἐπιθυμία ἡ πονηρά· σημαίνει, ὅτι, &c. τίς δὲ καὶ ποταπή ἐστιν, οὐ μόνον ἡ πονηρία, (f. πονηρὰ) ἀλλὰ καὶ ἀγαθὴ ἐπιθυμία, ἐν τῷ καθεξῆς διαλόγῳ ἀκριβῶς ἐκτίθεται &c.

Dicit enim; Tolle à te omnem cupiditatem malam: & indue cupiditatem bonam & ſanctam. Indutus enim cupiditatem hanc, oderis malam cupiditatem, & refrenabis eam ſicut volueris. Fera enim eſt cupiditas mala, & difficilè mitigatur. Horribilis enim eſt, & valde feritate ſua conſumit homines. Cum autem dicit; Fera eſt cupiditas mala; ſignificat quod &c. Quænam vero & qualis ſit, non ſolùm mala, ſed & bona cupiditas, in ſequenti ſermone diligenter exponit &c.

II. Audi nunc & de Spiritu terreſtri, vacuo & fatuo, virtutem non habente. Primùm [10] autem, hunc homo putatur Spiritum habere; exaltat enim ſe, & vult primam cathedram habere, & improbus eſt, & verboſus, & in deliciis converſatur, & in voluptatibus multis, & mercedem accipit divinationis ſuæ. Quòd ſi non acceperit, non divinat. * Itane Spiritus Dei poteſt mercedes accipere & divinare? Non convenit hæc facere Dei Prophetam. Sed cupiditas mala eſt, concupiſcere uxorem alienam; vel mulierem concupiſcere virum alienum; & lautitias concupiſcere divitiarum, & multitudinem ciborum ſupervacuorum, & ebrietatem multam, & delicias multas. Fatuæ enim ſunt * deliciæ multæ, & voluptates multæ ſupervacuæ ſunt ſervis Dei. Hæc ergo cupiditas mala eſt, & pernicioſa, quæ [12] mortificat ſervos Dei. Hæc enim cupiditas à Diabolo eſt. Quicumque ergo receſſerint à cupiditate mala, vivent Deo. Nam quicumque ſubjecti fuerint cupiditati malæ, in perpetuum morientur. Mortifera enim eſt hæc cupiditas mala. Tu ergo indue cupiditatem juſtitiæ; & armatus timore Domini, reſiſte cupiditati malæ. Timor enim habitat in cupiditate bona. Et cupiditas mala, cùm viderit te armatum timore Domini * [13] reſiſtente ſibi; fugiet à te longè, & non comparebit ante te, timens arma tua; & obtinebis victoriam, & coronaberis [14] ob illam; & pervenies ad cupiditatem bonam, & trades victoriam Deo quam acceperis, & ſervies ei operando ſicut ipſe volueris. Si autem ſervieris cupiditati bonæ, & ſubditus ei fueris; poteris dominari ſuper cupiditatem malam, & erit ſubdita tibi ſicut volueris.

* Ita nunc Sic & MS. C.
* divitiæ
* reſiſtentem

III. Vellem ſcire, Domine, quo modo [15] ſervire debeam cupiditati bonæ. Audi, inquit, Habe timorem Dei, & * [16] fidem in Deo, & veritatem ama, & juſtitiam dilige, & fac [17] bonum: hæc operando, probatus eris ſervus Domini, & ſervies Deo: & omnes quicumque ſervierint cupiditati bonæ, vivent Deo. Conſummatis his Mandatis duodecim, dixit mihi: Habes hæc Mandata, ambula in his; & audientes homines hortare, ut pœnitentiam agant, & pœnitentia eorum munda * fiet reliquis diebus vitæ eorum. Et miniſterium hoc quod tibi do, explica diligenter, & multum conſequêris [18] fructum, & invenies gratiam apud omnes qui pœnitentiam agent, & credent verbis tuis. Ego enim

* fide
* fiat Sic & MS. C.

5. Lam. *cupiditate bona.* Ibid.
6. MSS. *Primum omnium.* Ibid.
7. MSS. *omnium hominum.* Ibid.
8. Bod & Lam. *Quia quicumque ſpiritu Divinitatis loquitur, loquitur ſicut Dominus vult.* Ibid.
9. Οὐ μόνον ἡ πονηρὰ. ἀλλὰ καὶ ἡ ἀγαθὴ ἐπιθυμία. COT.
10. Bod. *cum homo qui putatur ſpiritum habere, exaltat ſe.* OXON.
11. *Exaltat enim ſe & vult primam cathedram habere, & improbus eſt, & verboſus, & in deliciis converſatur & in voluptatibus multis, & mercedem accipit divinationis ſuæ.*] Atqui eadem vitia in mendacibus Montaniſtarum Prophetis redarguuntur apud Euſebium Hiſt. Eccleſ lib. 5 cap. 16. & 18. Superbiam dico, loquacitatem, delicias, atque avaritiam. Siquidem notat innominatus Auctor, à nobis citatus paullo antè, Montanum per immodicam primi loci cupiditatem, aditum in ſe Adverſario præbuiſſe; ſectatores autem illius intumuiſſe vanis ſpebus: appellatque ſpiritum Pſeudopropheticum, ἀμετροδοξοῦντα *arrogantiſſimum.* Quemadmodum & Pſeudoprophetas, ἀμετροεπεῖς *loquaciſſimos.* Contra quorum delicatam vitam, ac turpes quæſtus invehitur Apollonius ibidem, & apud Hieronymum in Catalogo. Verba Hieronymi repetita invenies in Indiculo de Hæreſibus, eidem perperam attributo, ut valde corrupta, ſic nullo negotio ſanabilia. COT.
12. MSS. *morti dat.* OXON.
13. Bod. *reſiſtentem.* Ibid.
14. MSS. *ab illa.* Ibid.
15. Lam. *poſſim ſervire.* Ibid.
16. MSS. *cum fide.* Ibid.
17. MSS. *bene.* Ibid.
18. MSS. deeſt. *fructum.* Ibid.

19. *Hæ*

enim tecum ſum, & cogam illos credere. Et dixi illi: Domine, [19] hæc Mandata magna & præclara ſunt; & exhilarare cor hominis poſſunt, qui potuerit cuſtodire Mandata hæc: ſed neſcio, Domine, an poſſint Mandata hæc ab homine cuſtodiri. Ait mihi: Hæc Mandata facilè cuſtodies, & non erunt dura; ſed ſi tamen in cor tuum poſueris non poſſe ab homine cuſtodiri, non cuſtodies ea. Nunc autem dico tibi; ſi non cuſtodieris hæc Mandata, & omiſeris, non eris ſalvus, neque filii tui, neque domus tua; quia ipſe judicaveris, quòd non poſſint hæc Mandata ab homine cuſtodiri.

IV. Hæc mihi vehementer iracundè locutus eſt, ita ut conterreret me valde. Vultum autem ſuum mutaverat, ita ut non poſſet homo ſuſtinere iram ejus. Et cùm vidiſſet me conturbatum totum, & confuſum; cœpit loqui moderatiùs & hilariùs, dicens: Stulte & [20] inſenſate, inconſtans * & * ignorans majeſtatem Dei, quàm * [21] magnus, quámque mirabilis ſit qui orbem creavit propter hominem, & omnem creaturam ſubjecit homini, & omnem poteſtatem dedit illi, ut dominetur horum Mandatorum. Dominari, inquit, poteſt omnium horum Mandatorum, qui habet Dominum in corde ſuo: qui autem habent Dominum in labiis ſuis, & cor illorum obtuſum eſt, & longè ſunt à Domino; illis Mandata hæc dura ſunt & difficilia. Ponite ergo vobis, qui vacui & leves eſtis in fide, Dominum Deum veſtrum in corde habere; & intelligetis quòd nihil facilius eſt his Mandatis, neque dulcius, neque manſuetius, neque ſanctius; & convertite vos ad Dominum Deum, & relinquite Diabolum, & * voluptates ejus; quia malæ ſunt, & amaræ, & immundæ: & nolite timere Diabolum, quia in vobis poteſtatem non habet. Ego enim vobiſcum ſum Nuncius pœnitentiæ: qui dominor illius. Diabolus autem timorem facit, ſed timor illius vanus eſt. Nolite ergo timere eum, & fugiet à vobis.

* ignorans MSS. V. & C.

* magna Sic & C.

Iſa 29. 13. Joh. 12. 40. & 2. Cor. 3. 14.

* voluntates

V. Et dixi illi: Domine, audi me pauca verba [22] dicentem tibi. Dic, inquit. Homo, inquam, cupit quidem mandata Dei cuſtodire; & nemo eſt qui non petat à Domino, ut poſſit mandata ejus ſervare: ſed Diabolus durus eſt, & potentiâ ſuâ dominatur in Dei ſervos. Et dixit: Non poteſt, inquit, dominari in Dei ſervos, qui ex totis præcordiis in * Dominum * [23] credunt. Poteſt autem Diabolus luctari; ſed vincere non poteſt. Si enim reſiſtitis illi, fugiet à vobis confuſus. Nam quicumque fide pleni non ſunt, timent Diabolum, quaſi poteſtatem habentem. Diabolus enim tentat ſervos Dei; &, ſi invenerit vacuos, exterminat. Sicut enim homo, cùm implevit amphoras bono vino; & inter illas amphoras, paucas ſemiplenas poſuit; & venit ut tentet & guſtet amphoras; non tentat plenas; ſcit enim quòd bonæ ſunt; ſemiplenas autem guſtat, ne ſint acidæ factæ; citò enim ſemiplenæ amphoræ aceſcunt, & perdunt ſaporem vini. Sic & Diabolus venit ad homines ſervos Dei, ut tentet illos. Quicumque autem pleni ſunt fide, reſiſtant illi fortiter; & ille recedit ab eis, quia non habet locum intrandi. Tunc vadit ad illos, qui non ſunt in fide pleni; & quoniam habet locum, inde intrat in illos; & quæcumque vult, facit illis, & fiunt famuli ejus.

* Deum ſperant

Citatur ab Origene, ad Matth. 24. 42.

VI. Sed vobis dico ego Nuncius pœnitentiæ; ne timeatis Diabolum. Miſſus enim ſum, ut vobiſcum ſim, quicumque ex totis præcordiis egeritis pœnitentiam; ut confirmem vos in fide. Credite ergo, qui propter delicta veſtra obliti eſtis Deum; & [24] qui ſalutem veſtram objicientes peccatis veſtris, gravatis vitam veſtram; quòd ſi converſi fueritis ad Dominum ex totis præcordiis veſtris, & ſervieritis ei ſecundùm voluntatem ipſius; dabit remedium [25] peccatis veſtris prioribus, & habebitis poteſtatem dominandi [26] omnibus operibus Diaboli. Minas autem illius in totum timere nolite: ſine virtute enim ſunt, ſicut hominis mortui nervi. Audite ergo me, & timete Dominum omnipotentem, qui poteſt vos [27] ſalvos facere & perdere; & cuſtodite mandata Jac. 4. 12. ejus, ut vivatis Deo. Et dixi illi: Domine, modò confirmatus ſum in omnibus mandatis Domini, quamdiu mecum es; & ſcio quòd confringes omnem virtutem [28] Diaboli. Sed & nos exſuperabimus illum, ſi [29] poſſumus Mandata hæc quæ præcepiſti (Domino confirmante) cuſtodire. Cuſtodies, inquit, ſi cor tuum purificaveris ad Dominum: ſed & omnes cuſtodient, qui purificaverint corda ſua à vanis cupiditatibus hujus ſæculi; & vivent Deo.

Ex hoc capite iſta transſcribit Antiochus, Homil. 77.

Πιστεύσωμεν οὖν τῷ Θεῷ, οἱ διὰ τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν ἀπεγνωκότες τῆς ζωῆς ἡμῶν. καὶ ἐπιστρέψωμεν πρὸς κύριον τὸν Θεὸν ἡμῶν ἐξ ὅλης τῆς καρδίας ἡμῶν· καὶ ἐργασώμεθα τὴν δικαιοσύνην τὰς λοιπὰς ἡμέρας τῆς ζωῆς ἡμῶν· καὶ δουλεύσωμεν αὐτῷ ὀρθῶς κατὰ τὸ θέλημα αὐτοῦ. Καὶ ποιήσει ἴασιν τοῖς προτέροις ἡμῶν ἁμαρτήμασι. Καὶ ἕξομεν δύναμιν τοῦ κατακυριεῦσαι τῶν ἔργων τοῦ διαβόλου. Τὴν δὲ ἀπειλὴν αὐτοῦ ὅλως μὴ φοβηθῶμεν. Ἄτονος γάρ ἐστιν, ὥσπερ νεκροῦ νεῦρα. Ἀλλὰ φοβηθῶμεν τὸν παντοδύναμον κύριον, καὶ τὰς ἐντολὰς αὐτοῦ φυλάξωμεν· καὶ ζήσομεν ἐν αὐτῷ.

Credamus ergo, qui propter delicta noſtra deſpondimus vitam noſtram: & convertamur ad Dominum noſtrum ex totis præcordiis noſtris: & operemur juſtitiam reliquis diebus vitæ noſtræ: & ſerviamus ei rectè, ſecundùm voluntatem ipſius. Et dabit remedium peccatis noſtris prioribus. Et habebimus poteſtatem dominandi operibus Diaboli. Minas autem illius in totum timere nolimus. Sine virtute enim ſunt, ſicut hominis mortui nervi. Sed timeamus Dominum omnipotentem, & cuſtodiamus mandata ejus: & vivemus in eo.

L I.

19. *Hæc mandata magna & præclara ſunt, &c.*] Simili errore Trypho Judæus diſceptans cum Juſtino Martyre, præcepta Evangelica, quæ admiratur & prædicat, à nemine poſſe ſervari ſuſpicatur. COT.
20. MSS. *ſtulte.* OXON.
21. MSS. *magna.* Ibid.
22. Bod. *dicentem.* Alii *loquentem.* Ibid.
23. Bod. *ſperant.* Ibid.
24. MSS. *& ſalutem veſtram adjicietis.* Ibid.
25. MSS. *remedium animabus.* Ibid.
26. MSS. *omnium operum.* Ibid.
27. Bod. *ſalvum facere.* Ibid.
28. Lam. *inimici.* Ibid.
29. MSS. *& poſſumus.* Ibid.

L I.

LIBER TERTIUS,

Qui inſcribitur Similitudines.

SIMILITUDO PRIMA.

Nos, quia in hoc mundo permanentem civitatem non habemus, debere inquirere futuram.

ET dixit mihi: Scitis vos, Domini ſervos,
[30] in peregrinatione morari? Civitas enim
veſtra longè eſt ab hac civitate. Si ergo
ſcitis civitatem veſtram, in qua [31] habitaturi
eſtis; quid hic emitis agros, & apparatis lautitias,
& ædificia, & [32] habitationes ſupervacuas? Hæc
enim, qui comparat in hac civitate, non cogitat
in ſuam civitatem redire. O ſtulte, ô dubie, &
miſer homo, qui non intelligis, hæc omnia alie-
na eſſe; & ſub alterius poteſtate. Dicit enim
tibi Dominus civitatis hujus: Aut legibus utere
meis, aut recede de civitate mea. Tu ergo quid
facies, qui habes legem in civitate tua? Num-
quid propter agros tuos, aut propter aliquos ap-
paratus tuos, poteris negare legem tuam? Quòd
ſi negaveris, & volueris redire in civitatem tuam;
non recipieris, ſed excludêris inde. Vide ergo,
* tu — * ut ſicut peregrè conſiſtens, nihil ampliùs com-
pares tibi, [33] quàm ſit neceſſarium & ſufficiens
* ut. — tibi; & paratus eſto, * [34] ne cùm voluerit Do-
V. & C. — minus civitatis hujus expellere te, contradicas legi
ejus; & eas in civitatem tuam, ut utaris lege tua,
ſine injuria hilaris. Vos igitur videte qui ſervitis
Deo, & habetis eum in cordibus veſtris; opera-
mini opera Dei, memores mandatorum & [35]
promiſſorum ejus quæ promiſit; & credite ei
quod faciet vobis, ſi mandata ejus cuſtodieritis.
[36] Pro agris ergo, quos emere volueritis, redimi-
te animas de neceſſitatibus, prout quiſque po-
* juſtificate — teſt; & viduas * abſolvite, orphanis judicate,
Iſ. 1. 17. — & opes ac divitias veſtras in hujuſmodi * operi-
* Deeſt — bus conſumite. In hoc enim vos Dominus lo-
cupletavit, ut hujuſmodi miniſteria expleatis.
Multò melius eſt hæc facere, quàm agros aut do-
mos emere; quoniam hæc omnia peribunt in ſæ-
culo: at quæ pro nomine Dei feceris, invenies
in civitate tua, & habebis gaudium ſine triſtitia
& timore. Divitias ergo gentium nolite cupere;
pernicioſæ ſunt enim ſervis Dei: de propriis au-
tem quas habetis, ea agite, quibus poſſitis con-
ſequi gaudium. Et nolite adulterare, nec alterius
* rem — * uxorem tangere, neque concupiſcere. Concu-
MS. C. — piſce tuum opus, & ſalvus eris.

Ex iſta Similitudine hæc verba facit Antiochus, Homiliâ 15.

Εἰ οὖν ἐπὶ ξένης κατοικοῦμεν, καὶ ἡ πόλις ἡμῶν μακρὰν ἀπέχει ἀπὸ τῆς πόλεως ταύτης, καὶ οἴδαμεν τὴν πόλιν ἡμῶν ἐν ᾗ μέλλομεν κατοικεῖν· τί εἰς τὴν ἀλλοτρίαν ἑτοιμάζομεν ἀγρούς, καὶ οἰκοδομάς, καὶ οἰκήματα μάταια, καὶ περιστάξεις πολυτελεῖς; τοῦτο ὁ ἑτοιμάζων εἰς ἀλλοτρίαν πόλιν, δῆλός ἐστιν ὅτι οὐ προσδοκᾷ ἐπανακάμψαι εἰς τὴν ἰδίαν πόλιν· τουτέστιν εἰς τὴν ἄνω Ἱερουσαλήμ. Ὁ γὰρ λογισμὸς οὗτος ἀφρόνων, καὶ διψύχων, καὶ ταλαιπώρων ἀνθρώπων ἐστίν. Οὐ γὰρ συνιᾶσιν, ὅτι ταῦτα πάντα ἀλλότριά εἰσι, καὶ ὑπὸ ἐξουσίας ἑτέρου εἰσί· τουτέστι τοῦ ἄρχοντος τοῦ αἰῶνος τούτου. Οὐκοῦν ὀφείλομεν, ὡς ἐπὶ ξένης κατοικοῦντες, μηδὲν πλέον ἑτοιμάζειν ἑαυτοῖς, εἰ μὴ τὴν αὐτάρκειαν τὴν ἀρκετήν. Οἱ γὰρ ἀγαπῶντες τὸν ἑαυτῶν κύριον, καὶ ἔχοντες αὐτὸν ἀεὶ ἐν τῇ ἑαυτῶν καρδίᾳ, ἐν ταῖς ἐντολαῖς αὐτοῦ προβαίνουσι, καὶ ταῖς ἐπαγγελίαις αὐτοῦ πιστεύουσι, καὶ καραδοκοῦσι. Καλὸν οὖν ἐστιν ἀντὶ τῶν κτημάτων καὶ χρημάτων, τῶν σήμερον μὲν ἡμετέρων, αὔριον δὲ ἀλλοτρίων, ὠνήσασθαι ψυχὰς θλιβομένας, καθώς τις δύναται, καὶ χήρας καὶ ὀρφανοὺς ἐπισκέπτεσθαι, καὶ μὴ παραβλέπειν αὐτούς· ὁμοίως καὶ ἐν μοναστηρίοις· καὶ οὕτω καλῶς διοικεῖν τὰ καθ' ἑαυτούς· καὶ τὸν πλοῦτον, ὃν παρὰ Θεοῦ εἰλήφαμεν ἐν τῷδε τῷ βίῳ, εἰς αὐτοὺς ἀναλίσκειν. Εἰς τοῦτο γὰρ καὶ παρέσχεν ἡμῖν αὐτὰ ὁ ἀγαθὸς ἡμῶν δεσπότης, ὅπως εἰς τὴν διακονίαν ταύτην δαπανηθῶσι, καὶ ἀντ' αὐτῶν κομισώμεθα θησαυρὸν αἰώ-
κλω-

Si ergo in peregrinatione moramur, & civitas noſtra longe eſt ab hac civitate, & ſcimus civitatem noſtram in qua habitaturi ſumus; quid in aliena apparamus agros, & ædificia, & habitationes ſupervacuas, & lautas conſtructiones? Hæc ergo qui comparat in aliena civitate, palam eſt quòd non cogitat in ſuam civitatem redire; hoc eſt, in ſupernam Hieroſolymam. Eſt enim hæc conſideratio ſtultorum, & dubiorum, & miſerorum hominum. Non enim intelligit, hæc omnia aliena eſſe, & ſub alterius poteſtate, hoc eſt, principis ſæculi hujus. Debemus igitur, ſicut peregrè conſiſtentes, nihil amplius comparare nobis, quam ſit neceſſarium & ſufficiens. Qui enim amant Dominum ſuum, & habent eum ſemper in cordibus ſuis, in mandatis ejus incedunt, & in promiſſa ejus credunt, atque exſpectant. Bonum igitur eſt, pro domibus, & pecuniis; hodie quidem noſtris, cras vero alienis; redimere animas de neceſſitatibus, prout quiſque poteſt; & viduas ac orphanos viſitare, nec deſpicere: ſimiliter & in Monaſteriis: ſicque recte ſua adminiſtrare; & divitias, quas a Deo accepimus in hac vita, in hujuſmodi homines conſumere. In hoc enim & præbuit nobis ea bonus noſter Dominus, ut in ejuſmodi miniſteria inſumantur, & pro iis reportemus theſaurum

30. Lam. *peregre.* Ibid.
31. MSS. *habitum.* Ibid.
32. Lam. *ædificationes.* Ibid.
33. MSS. *niſi quod.* Ibid.
34. MSS. *ut cum voluerit Dominus.* Ibid.
35. Alii, *promiſſionum ejus, quas.* Ibid.
36. Alii proponunt *agros.* Ibid.

κλεῖσαι. Πολὺ δὲ βέλτιόν ἐστι τοιαῦτα ἀγρὰς, καὶ κτήματα (f. κτίσματα) ἀγοράζειν, ἃ τινα, καὶ παραμένει αἰεὶ, καὶ προάγουσιν εἰς τὴν ἡμῶν μητρόπολιν, ὅταν ἀποδημήσωμεν εἰς αὐτήν. Ἀμεριμνήσωμεν δὲ, ἀγαπητοὶ, τῶν προσκαίρων, ἵνα τῶν αἰδίων ἐπιτύχωμεν.

non deficientem. Multò itaque melius eſt, tales villas & domos emere, quæ ſtabiles ſunt, & deducunt in noſtram metropolim, quando in eam migrabimus. Negligamus ergo ſeu nolimus cupere, cariſſimi, temporalia, ut æterna poſſimus conſequi.

SIMILITUDO II.

Ut vitis ulmo fulcitur; ſic dives oratione pauperis juvatur.

CUm ambularem in agrum, & conſiderarem ulmum & vitem, & [37] cogitarem intra me de fructibus earum; apperuit mihi Angelus, & dixit mihi: Quid * intra te cogitas? Et dixi illi: De hac vite & ulmo diſputo, Domine; quoniam fructus illarum decori ſunt. Et dixit mihi: Hæ duæ arbores in exemplum poſitæ ſunt ſervis Dei. Et dixi illi: Vellem ſcire, Domine, harum arborum exemplum quod dicis. Audi, inquit: Vides hanc vitem, & hanc ulmum? Video, inquam, Domine. [38] Hæc vitis, inquit, fructifera eſt; ulmus autem, lignũm ſine fructu eſt: ſed vitis hæc, niſi applicita fuerit ulmo, [39] & ſuper illam requieverit; non poteſt multum fructum facere. Jacens enim in terra, malos fructus dat, quia non pendet ſuper ulmum: ſed ſi ſuſpenſa fuerit vitis ſuper ulmum, & pro ſe, & pro ulmo fructum dat. Vide ergo [40] quòd ulmus fructum dat non minorem quàm vitis: ſed potiùs majorem. Quo modo, inquam, Domine, majorem quàm vitis? Suſpenſa, inquit, [41] in ulmo, fructum multum & bonum dat; [42] jacens autem in terra, exiguum & peſſimum fructum dat. Hæc igitur ſimilitudo poſita eſt [43] ſervis Dei, pauperi, & diviti. Reſpondi, inquiens: Domine, demonſtra mihi. Audi, inquit: Dives habet opes; à Domino verò pauper eſt: diſtrahitur enim circa divitias ſuas, & valde exiguam habet orationem ad Dominum; & quam habet, inertem habet, & non habentem virtutem. Cùm igitur dives præſtat pauperi, quæ [44] illi opus ſunt, pauper orat ad Dominum pro divite, & Deus præſtat diviti omnia bona; quia pauper dives eſt in oratione, & virtutem magnam habet apud Dominum oratio ejus. Tunc ergo dives præſtat omnia pauperi, quia ſentit illum exaudiri à Domino; & libentiùs ac ſine dubitatione præſtat ei omnia, & curat ne quid ei deſit. Pauper Deo gratias agit pro divite, quia opus faciunt à Domino. Apud homines ergo ulmus non putatur [45] dare fructum; & neſciunt neque intelligunt, quòd ſi [46] ſocietas advenerit viti; & vitis [47] duplum dat fructum, & pro ſe, & pro ulmo. Sic & pauperes, pro [48] locupletibus orantes ad Dominum, exaudiuntur; & augentur opes eorum, quoniam præſtant pauperibus ex opibus ſuis. Sunt igitur ambo conſortes bonorum operum ſuorum. Quicumque igitur hæc fecerit non deſeretur à Domino, ac erit ſcriptus in libro vitæ. Felices igitur qui poſſident, & ſentiunt ſe locupletari; qui hoc enim ſenſerit, poterit aliquid adminiſtrare.

* dic intra

Laudat Origenes, Hom. 10. in Joſ.

SIMILITUDO III.

Ut hieme virides arbores ab aridis; ſic in hoc ſæculo juſti ab injuſtis internoſci non poſſunt.

OStendit mihi [49] arbores multas abjectis foliis, quæ mihi velut aridæ videbantur: omnes enim ſimiles erant. Et dixit mihi: Vides arbores has? Video, inquam, Domine, ſimiles aridis. Reſpondens dixit mihi: Hæ arbores, in ſimilitudinem ſunt horum, qui in ſæculo morantur. Reſpondi, inquiens: [50] Cur velut aridis ſimiles ſunt? Quoniam, inquit, nec juſti, nec injuſti cognoſcuntur; ſed ſimiles ſunt, in [51] hoc ſæculo. Hoc enim ſæculum juſtis hiems eſt; * qui non agnoſcuntur, cum peccatoribus habitantes. Sicut in hieme omnes arbores abjectis foliis, aridis ſimiles ſunt, nec poteſt cognoſci quæ ſunt aridæ, aut quæ virides: ſic & in hoc ſæculo, nec juſti, nec injuſti cognoſcuntur; ſed ſimiles ſunt omnes.

* quia *Sic & MS.* C.

S I-

37. MSS. *diſputarem*, & infra, *diſputas & diſputo.* Ibid.

38. *Hæc vitis, inquit, &c.*] Locum hic habet Servii explicatio Virgiliani Hemiſtichii; *Ulmiſque adjungere vites*, initio Georgicon; *Hoc ſecundùm Italiæ ſitum locutus eſt, in qua vites altiùs elevantur.* Sic alibi, Non eadem arboribus pendet vindemia noſtris. *Hoc autem ruſtici maritare dicunt.* Hermæ porro elegantem comparationem divitis & pauperis cum vite & ulmo, aliò traducit, immò contorquet ac immutat Origenes Homil. 10. in Jeſum Nave, ut cernere ibi licet. Origenem ex parte ſequitur Gregorius Papa Homil. 20. in Evangelia. *Etſi, inquit, fructum proprium ulmus non habet, portare tamen vitem cum fructu ſolet: quia & ſæculares viri intra ſanctam Eccleſiam, quamvis ſpiritalium virtutum dona non habeant, dum tamen ſanctos viros donis ſpiritalibus plenos ſua largitate ſuſtentant, quid aliud quàm vitem cum botris portant? Sicut ulmus amat vitem, ſic ipſi* (l. *ipſe*) *puſillos.* Verſus Commodiani, Inſtruct. 30. Præclarè autem, & ad ſenſum Paſtoris dicitur in Hieronymo Epiſtolâ 9. *Ex æqualitate, aliorum inopiæ ſuam abundantiam communicabat; ut poſtea illorum divitiæ, hujus indigentiam ſuſtentarent.* Iiſdemque pæne verbis Epiſtolâ 28. *Abundantia tua multorum inopiam ſuſtentavit, ut & horum divitiæ in tuam indigentiam redundarent.* Cæterùm de Hermæ ſimilitudine hac extat Homilia Cæſarii Arelatenſis. COT.

39. MSS. *ut ſuper illam refrigeret.* OXON.

40. MSS. *quia &c.* Ibid.

41. MSS. *ad ulmum.* Ibid.

42. MSS. Lam. omittit, *jacens autem in terram, exiguum & peſſimum fructum dat.* Ibid.

43. MSS. *in ſervos Dei, in pauperem & divitem.* Ibid.

44. MSS. deeſt *illi.* Ibid.

45. MSS *fructus dare.* Ibid.

46. Bod. *ſiccitas non advenerit.* Lam. *ſiccitas evenit.* Ibid.

47. Lam. *abundat fructu.* Ibid.

48. Lam. *locupletantibus.* Ibid.

49. Apponere operæ precium erit explanationem Auctoris Operis imperfecti in Matthæum, Tom. 7. B. Chryſoſtomi, ad cap. 25. verſ. 32. *Tum ſegregabit eos, &c. Tunc* (l. *Nam*) *enim omnes mixti ſunt: & non ſolùm mixti, quo modo in hiſdem locis ſimul converſentur juſti cum impiis, ſed etiam confuſi ſunt, quo modo inter juſtos & impios* (*quantum ad homines*) *diſcretio non apparet: ſicut in tempore hyemis, inter virides & aridas arbores diſcretio non eſt: cum autem venerit tempus illud beatum vernale, diſcernuntur:* (f. *diſcernentur:*) *ita nunc* (l. *tunc*) *unuſquiſque ſecundùm fidem ſuam, & ſecundùm opera ſua manifeſtabitur: impii quidem nulla proferentibus folia, nullum oſtendentibus fructum: ſancti autem & foliis veſtientur vitæ æternæ, & fructibus ornabuntur gloriæ.* Prætermitto alios. Adi, ſi vacat, Macarium Homil. 12 Quæſt. 5. Contrariâ verò ſimilitudine apud S. Hieronymum, incertus Scriptor Commentariorum in Epiſtolas Pauli, ad II. Corinth. VI. 2. *Æſtati quoque aſſimilatur hoc tempus; in cujus comparatione, formica dicitur hyemem ſperare venturam.* Et alter, Proverbiorum Enarrator; ad VI. 8. *Hæc etenim vita in eo meſſi comparatur & æſtati, quòd nunc inter ardores tentationum tempus eſt colligendi futurorum merita præmiorum. At dies Judicii, hyemis ſimulatur rigoribus: quia tunc nimirum nulla relinquitur facultas pro vita laborandi, ſed tantum cogitur quiſque de horreo priſcæ actionis quod recondidit proferre.* COT.

Prov 6. 8.

50. Ita Lam. Alii, *horum.* OXON.

51. MSS. *hæc.* Ibid.

52. MSS.

SIMILITUDO IV.

Ut æſtate vivida arbores ab aridis, fructu & virentibus foliis internoſcuntur: ſic in futuro ſæculo juſti ab injuſtis, beatitudine differunt.

OStendit mihi iterum arbores multas, quarum aliæ frondes emittebant; aliæ aridæ erant. Et dixit mihi: Videſne has arbores? Reſpondi: Video, Domine, alias aridas, & alias [52] frondentes. Hæ arbores, inquit, quæ virides ſunt, juſti ſunt qui [53] habitaturi ſunt in futuro ſæculo. Illud enim futurum ſæculum, æſtas eſt juſtis; peccatoribus autem hiems. Cùm ergo illuxerit miſericordia Domini; tunc declarabuntur qui ſerviunt Deo, & * omnes perſpicui erunt. Sicut enim in æſtate fructus arboris cujuſcumque declaratur, & * patet: ſic & juſtorum factum declarabitur, & * patebit, * & omnes hilares & gaudentes in illo ſæculo reſtituentur. Nam * cæteræ gentes, peccatores ſcilicet, ſicut arbores quas vidiſti aridas; tales inveniuntur aridi, & ſine fructu in illo ſæculo; & ſicut arida ligna comburentur, & palam [54] fient, quoniam malè fecerunt in omni tempore vitæ ſuæ: & comburentur ideo, quia peccaverunt, & peccatorum ſuorum non egerunt pœnitentiam: ſed & cæteræ gentes comburentur, quia non agnoverunt Deum creatorem ſuum. Tu ergo fac fructum bonum, ut in æſtate cognoſcatur fructus tuus; & abſtine te à multis negotiis, & nihil delinques: quicumque enim multa negotia agunt, multa delinquunt; quia conſtricti ſunt circa negotia ſua, & non ſerviunt Deo. Nam quo modo poteſt homo, qui non ſervit Deo, aliquid petere & accipere à Deo? Qui enim ſerviunt Deo, petunt & accipiunt ſua deſideria. Quòd ſi unum negotium tractat aliquis, poterit ſervire Deo; quoniam non alienatur animus ejus à Domino, ſed pura mente ſervit Deo. Hoc ergo ſi feceris, poteris in venturo ſæculo habere fructum: ſed & omnes qui fecerint hæc, fructum ferent.

* omnibus Sic & MS. Angl. & C.
* paret Sic & MS. C.
* parebunt Sic & MS. C.
* cæteræ Sic & MS. C. ſic & MSS. Angl.
Matth. 3. 10. & 7. 19.

SIMILITUDO V.

De vero jejunio, & ejus mercede; tum & de corporis munditia.

CUm jejunarem & ſederem in monte quodam, & gratias agerem Deo pro omnibus quæ fecerat mecum, video Paſtorem illum ſedentem juxta me, ac [55] dicentem mihi: Quid tam mane huc veniſti? Reſpondi: Quoniam, Domine, ſtationem habeo. [56] Quid eſt, inquit, ſtatio? Et dixi: Jejunium. Et dixit: Quid eſt illud jejunium? Sicut ſolebam, inquam, ſic jejuno. Neſcitis, inquit, Deo jejunare, neque eſt jejunium hoc quod jejunatis, Deo nihil proficientes. Quare, inquam, Domine, ita dicis? Dico certè, inquit, non eſſe jejunium hoc quod putatis vos jejunare: ſed ego te docebo quod ſit jejunium plenum, acceptumque Deo. Audi, inquit; Dominus non deſiderat tale [57] jejunium ſupervacuum: ſic enim jejunando, nihil

Statio.
Jejunium.

52. MSS. *frondeſcere*. Ibid.
53. Lam. *habituri ſunt futurum ſæculum*. Ibid.
54. MSS. *fiet*. Ibid.
55. Bod. addit, *hæc*. Ibid.

56. *Quid eſt, inquit, ſtatio? Et dixi; Jejunium.*] Inter Latinos vivens Hermas, στάσεως *ſtationis* vocabulum more illorum uſurpavit. Non enim memini me legere jejunium in Græcia ſic vocatum fuiſſe. στάσεις παννύχους appellant Vigilias; *pernoctem ſtationem*; ut videre eſt in Gregorio Nazianzeno Oratione 4. & alibi, Johanne Chryſoſtomo Homil. 1. in *Vidi Dominum* &c. aliis. At Latinis jejunium & ſtatio idem ſignificant. Mos erat veterum Chriſtianorum, certis diebus ad Eccleſiam conveniendo, in oratione aliiſque pietatis officiis perſtare. Ideoque illos ſuos conventus nomine ſtationis donârunt. Nec me movent quæ à Tertulliano cap. 11. libri de Corona, cap. 14. libri de Oratione, cap. 10. & 15. libri de jejuniis, Lactantio in fine libri ultimi, & Ambroſio Serm. 36. De Tempore, proferuntur de militaribus ſtationibus ac de caſtris. Quippe quæ alluſionem magis reſipiunt quàm Etymologiam. Sanctus Cyprianus Epiſt. 41. *Qui à Novatiano venerant miſſi, cum in ſtatione invidioſis quoque conviciis & clamoribus turbulentis proruerent.* Marcellini & Fauſtini libellus precum ad Imperatores, in præfatione; *Irrumpit in Urbem, & ſtationem in Julii Baſilica trans Tiberim dare præſumit.* Et infrà, *Populus per Cœmeteria Martyrum ſtationes ſine Clericis celebrabat.* Quia vero diebus jejunii diutiùs in Eccleſia ſtabant, quàm diebus Dominicis ac feſtis, hinc fortè factum eſt ut jejunium, ſtationis nomine vocaverint: aliquando per ſtationem omne jejunium intelligentes, aliquando ſolum quartæ ac ſextæ feriæ. Documenta primæ appellationis, in Paſtore hîc; in Gloſſis Vulcanii pag. 709. lin. ult. ubi *Statio* exponitur per *Jejunium*; in Tertulliano, qui libro de Corona ait cap. 11. *Jam ſtationes, aut alius magis faciet, quam Chriſto? aut & Dominico die, quando nec Chriſto?* Et libro de Oratione cap. ult. *Similiter & ſtationum diebus, non putant plerique ſacrificiorum orationibus interveniendum, quod ſtatio ſolvenda ſit accepto corpore Domini*, &c. Libro de anima cap. 48. *Daniel trium hebdomadum ſtatione aruit victu*, Libro de jejuniis cap. 10. *Tantam autem Deus præſtitit auctoritatem edictæ ſtationis illius, ut Jonathan filius Saulis, quamquam ignarus jejunationis in ſerum definitæ, guſtum mellis admiſerat, & ſorte mox de delicto ſit traductus, & vix per precem populi periculo exemptus.* Quæ hunc in modum imitatur Hieronymus II. in Jovinianum 10. *Tantaque fuit auctoritas ſtationis ſemel Domino deſtinatæ, ut Jonathas, qui cauſſa victoriæ extiterat, deprehenderetur ſorte, & ignorantiæ crimen declinare non poſſet, patriſque in ſe concitaret manum, & vix populi precibus ſalvaretur.* Infraque in eodem capite libri de jejuniis, ubi de Daniele; *Hæc erit ſtatio fera, quæ ad veſperam jejunans, pinguiorem orationem Deo immolat.* Et cap. 13. *Conventus autem illi ſtationibus prius & jejunationibus operati; dolere cum dolentibus, & ita demum congaudere gaudentibus norunt.* Adde his Ambroſium 10 Sermonibus de Tempore. Serm. 36. *Caſtra enim nobis ſunt noſtra jejunia, quæ nos à diabolica oppugnatione defendunt. Denique ſtationes vocantur, quòd ſtantes & commorantes in eis, inimicos inſidiantes repellamus.* Et Caſſianum, cujus verba ſunt lib. 5. de Inſtitutis Cœnobiorum cap. 20. *Non potiùs quidquam, non eſûs, ullâ oblectatione devictus, ante ſtationem legitimam communemque refectionis horam, extra menſam percipere ſibimet prorſus indulgeat.* Ac. 24. cap. *Ut abſque legitimis quarta ſextaque feria, quocumque pergebamus, quotidiana ſtatio ſolveretur*: id eſt, quotidianum jejunium, ſicut ſtatim ſubjungitur. Item Collatione 21. cap. 19. *Audent ſtationem jejunii, abſque ulla diſceptatione laxare.* Cum his Iſidori Originum lib. 6. cap. ult. *Jejunium autem & ſtatio dicitur.* Jam verò interdum ſtationem à jejunio diſtingui, ut ſpeciem ſcilicet à genere, atque accipi pro jejunio quartæ feriæ & ſextæ, colligitur ex multis locis Tertulliani; lib. 2. ad Uxorem cap. 4. libro de fuga in perſecutione cap. 1. libro de jejuniis cap. 1. 2. 10. 11. 12. 13. & 14. Ea conſule, ſi dubitas. Præterea ex Agone Fructuoſi: *Reſpondit Fructuoſus. Non eſt, inquit, hora ſolvendi jejunium ſtationis. Agebatur enim hora diei quarta. Siquidem & in carcere quartâ feriâ ſtationem ſolemniter celebraverat. Sextâ igitur feriâ, lætus atque ſecurus feſtinabat cum Martyribus in Paradiſo Dei ſtationem ſolvere.* Iſidorus, quem Rabanus ſecutus eſt, Tertulliani verbis cap. ult. De Oratione, & cap. 10. De jejuniis, imperitè utitur. Quique apud eum differentiam jejuniorum inter & ſtationem afferre ſatagunt, commiſcent omnia. Nam quod apud Tertullianum in libro de jejuniis cap. 2. 10. & 15. Catholici dicunt; Exceptis Quadrageſimalibus, cætera jejunia, & ſtationes indifferenter celebrari debere, non ex imperio novæ Montaniſtarum diſciplinæ, ſed ex arbitrio uniuſcujuſque Chriſtiani pro temporibus & cauſſis, aut ex mandato Epiſcopi pro Eccleſiaſticis neceſſitatibus, ille ita ſumunt, quaſi *jejunium ſit indifferenter cujuſlibet diei abſtinentia, non ſecundùm legem, ſed ſecundùm propriam voluntatem: ſtatio autem obſervatio ſtatutorum dierum vel temporum, ut quarta feria & ſexta*, Paſchalis jejunii, & *Quadrageſima, ut quarti, quinti, ſeptimi, & decimi menſis.* COT.

57. *Jejunium plenum acceptumque Deo &c. verum jejunium.*] Idem Patres paſſim: Origenes Homil. 10. in Leviticum; Athanaſius de virginitate; Baſilius Hom. de jejunio, qui ναὸν Θεοῦ, εἰκόνα Θεοῦ, ἀληθῆ nuncupat; Chryſoſtomus Hom. 8.

1. Reg. 14.

hil præſtas æquitati. [58] Jejuna certè verum jejunium tale. Nihil in vita tua nequitet facias; ſed mente pura ſervi Deo, cuſtodiens mandata ejus, & in [59] præceptis ejus ingrediens; neque admiſeris deſiderium nocens in animo tuo. Crede autem Domino; ſi hæc feceris, timoremque ejus habueris, atque abſtinueris ab omni negotio malo; Deo te victurum. Hæc ſi feceris, jejunium magnum conſummabis, acceptumque Domino.

II. Audi Similitudinem, quam dicturus ſum tibi, ad jejunium pertinentem. Quidam cùm haberet fundum, ſervoſque multos; in quadam parte fundi ſui poſuit vineam * ſucceſſoribus: deinde peregre profectus, elegit ſervum quem habebat fideliſſimum, ac ſibi probatum; eique adſignavit vineam, præcipiens ut vitibus jungeret palos: quod ſi feciſſet, & mandatum ſuum conſummâſſet, libertatem eidem ſe daturum promiſit. Nec præterea quidquam aliud præcepit illi, quod in ea [60] faceret; atque ita peregre profectus eſt. Poſtquam autem ſervus ille curam apprehendit; fecit quæcumque præceperat dominus. Cumque depalâſſet vineam illam, & animadvertiſſet eam herbis repletam; cœpit ſecum ita [61] cogitare: Peregi quod mihi præceperat dominus; fodiam nunc vineam hanc, & erit [62] formoſior cùm fuerit foſſa; & extractis herbis, majorem dabit fructum, & non ſuffocabitur ab herbis: adgreſſus deinde fodit, & omnes herbas quæ in ea erant, extraxit; atque ita evaſit vinea ſpecioſiſſima ac læta, non ſuffocata ab herbis. Poſt aliquantum verò temporis venit dominus ejus, & ingreſſus eſt vineam: quam cùm depalatam vidiſſet decenter, ac [63] circumfoſſam, & extractas herbas ab ea, & lætas eſſe vites; ex facto hoc ſervi ſui, gaudium cepit. Adhibito itaque filio, quem carum & hæredem habebat, & amicis quos in conſilio advocabat; indicat ea quæ ſervo ſuo facienda mandâſſet, quæ præterea ille feciſſet. At illi protinus gratulati ſunt ſervo illi, quòd tam plenum teſtimonium domini ſui aſſecutus fuiſſet. Ait deinde illis: Ego quidem huic ſervo libertatem promiſi, ſi cuſtodiſſet mandatum meum quod dederam; & cuſtodivit illud, & præterea opus bonum adjecit in vineam, quod mihi [64] quamplurimùm placuit. Pro hoc igitur opere quod fecit, volo eum filio meo facere cohæredem; quoniam cùm ſenſiſſet, quid eſſet bonum, non omiſit, ſed fecit illud. Hoc conſilium domini, & filius, & amici ejus comprobaverunt; ut fieret ſcilicet hic ſervus, cohæres filio. Poſt dies deinde [65] non multos, convocatis amicis, [66] paterfamiliâs miſit de cœna ſua ſervo illi cibos complures. Quos cùm accepiſſet ille, ſuſtulit ex eis quod [67] ſufficiebat ſibi; reliquum autem conſervis ſuis diſtribuit. Quibus acceptis, illi lætati ſunt; & cœperunt illi optare, ut majorem gratiam apud dominum inveniret, ob ea quæ fecerat ipſis. Hæc omnia cùm audiſſet dominus ejus, percepit iterum maximum gaudium; & convocatis rurſum amicis, & filio, exponit factum ſervi ſui de cibis ſuis quos ei miſerat. Illi itaque tantò magis aſſenſerunt patrifamiliâs, ipſum ſervum cohæredem filio debere fieri.

* aſſeſſoris Sic & MS. Angl.

III. Dico ei: Domine, has Similitudines non novi, neque intelligere poſſum, niſi eas tu mihi exponas. Omnia, inquit, exponam tibi quæcumque locutus fuero tecum, aut oſtendero tibi. Mandata Domini cuſtodi, & eris probatus, & ſcriberis in numero eorum qui cuſtodiunt mandata ejus. Si autem præter ea quæ mandavit Dominus, aliquid boni adjeceris; majorem dignitatem tibi [68] conquires, & honoratior apud Dominum eris, quàm eras futurus. Igitur ſi cuſtodieris mandata Domini, & adjeceris etiam ad ea ſtationes has, gaudebis, maximè ſi ſecundùm mandatum meum ſervaveris ea. Dico ei: Quidquid mihi præceperis, Domine, ſervabo; ſcio enim te mecum futurum. Ero, inquit, tecum, qui tale propoſitum habes. Sed & cum omnibus ero, quicumque idem propoſitum * habent. Jejunium hoc, inquit, cuſtoditis mandatis Domini, valde bonum eſt. [69] Sic igitur ſervabis illud. Primùm omnium cave ab omni probro, & turpi verbo, & ab omni noxia cupiditate, & purifica ſenſum tuum ab omni vanitate ſæculi hujus. Si hæc cuſtodieris, erit hoc jejunium juſtum. Sic ergo facies. Peractis quæ ſuprà ſcripta ſunt, [70] illo die quo jejunabis, nihil omnino guſtabis, niſi panem & aquam; & [71] compu-

* habuerint Sic & MS. C.

Hom. 8. in cap. 1. Geneſ. Hieronymus II. adversùs Jovinianum 11. Paulinus ad Celantiam; Auguſtinus Tractatu 17. in Johannem, citatus etiam à Gratiano de Conſecratione Diſt. 5. c. 25. ubi appellat jejunium magnum, generale, ac perfectum. Iidem aliis in locis; & cæteri, ſæpè. Præclarè Theodorus Studita Serm. Catechet. 54. *πεινῶμεν δὲ, οὐχ ἵνα ἀβρώτως μόνως ὀρέξωμεν, ἀλλ' ἵνα τὰς ψυχὰς ἡμῶν διοικῇ ὡς οἱ θεῖοι ἡμῶν πατέρες διηγορεύουσιν.* Ibid.

58. Lam. *leve cum jejunium tale eſt*. OXON.

59. Bod. *præceptis ejus*. Ibid.

60. MSS. *facere deberet*. Ibid.

61. MSS. *diſputare*. Ibid.

62. MSS. *formoſior foſſa*. Ibid.

63. Lam. *foſſam*. Ibid.

64. MSS. *validiſſime*. Ibid.

65. MSS. *paucos*. Ibid.

66. *Paterfamiliâs miſit de cœna ſua ſervo illi cibos complures.*] Mittit cibos de cœna, tamquam ſibi caro; ad cœnam non admittit, nondum ſcilicet libertate donandum. Habebant quippe hoc moris, ut etiam per honorem communis menſæ manumitterent. Caius libro Inſtitutionum Tit. 1. ubi de tribus generibus libertorum; Civibus Romanis, Latinis, ac Dedititiis; *Latini ſunt, qui aut per Epiſtolam, aut inter amicos, aut convivii adhibitione manumittuntur*. Hincque lux Tertulliani verbis in lib. de reſurrectione carnis pag. 57. *Oro te, ſi famulum tuum libertate mutaveris; quia eadem caro atque anima permanebunt, quæ flagellis & compedibus & ſtigmatibus obnoxia retro fuerant; idcircone illa eadem pati oportebit? Non opinor. Atquin & veſtis albæ nitore, & aurei annuli honore, & patroni nomine, ac tribu, menſaque honoratur.* Ac de manumiſſione per menſam legendi præterea Theophilus Antecessor lib. 1. tit. 5. & Papianus tit. 44. necnon Epiſtolæ ad Paulum Samoſatenſem Auctor, quem vulgò putant eſſe Dionyſium Alexandrinum, Reſponſione ad Propoſitionem. 7. COT.

67. Lam. *ſufficeret* OXON.

68. MSS. *acquires*. Ibid

69. Lam. *ſi igitur ſervaveris*. Ibid.

70. *Illo die quo jejunabis, nihil omnino guſtabis, niſi panem & aquam.*] Paſtor Angelus pœnitentiæ, Hermæ, ſub ſua poteſtate conſtituto præcipit Xerophagiæ maximè auſterum genus, jejunium (ut cum S. Hieronymo loquar Epiſt. 8.) fortiſſimum, aquam & panem. *Paſtum & potum pura noſſe*, ait Tertullianus de pœnitentia cap. 9. Et cap. 13. De patientia; *Contenta ſimplici pabulo, puroque aquæ potu.* Qui & libro de jejuniis cap. 9. & 13. hujuſmodi jejunii mentionem facit, appellatque Xerophagiam. Hilario in Pſalm. LXIV. verſ. 8. dicitur Siccus panis cibus. Caſſiano lib. 5. de Inſtitutis Cœnobiorum cap. 5. Sicci panis refectio. Socrates Hiſt. Eccl. lib. 5. cap. 22. *τινὲς δὲ καὶ ξηροῦ ἄρτου μόνου μεταλαμβάνουσι. Quidam ſicco duntaxat pane veſcuntur.* Pœnitentibus autem injunctas fuiſſe Xerophagias, ex Tertulliani libro de pœnitentia & ex multis Canonibus conſtat. COT.

71. *Et computatâ quantitate cibi.*] Nihil frequentiùs inculcant ſancti Patres, quàm præclaram hanc jejunii cum Eleemoſyna conſociationem. Lege; ſi cupis non modò animum elegantibus dictis paſcere, ſed & animam ſalubribus præceptis ſaginare; lege inquam, præcipuè Conſtitutiones Apoſtolicas lib. 5. cap. 1. & ult. verum Origenem Hom. 10. in Leviticum; falſum Origenem Hom. 4. In Diverſos; Auctorem Operis imperfecti in Matthæi Evangelium, qui olim putabatur eſſe Chryſoſtomus, ad XX. 3. Ambroſium Serm. 26 De Tempore; Hieronymum ad Iſaiæ LVIII. 7. Auguſtinum Serm. 78. De Tempore, ac 68 De Diverſis; Leonem Serm. ult. Chryſologum Serm. 8. Theodulfum in Capi-

putatâ quantitate [72] cibi, quem cæteris diebus comeſturus eras, ſomptum diei illius quem ſacturus eras, * [73] repones, & dabis viduæ, pupillo, aut inopi; & ſic conſummabis humilitatem animæ tuæ; ot qui ex eo acceperit, ſatiet animam ſuam, & pro te adeat Dominum Deum oratio ejus. Si igitur ſic cooſummaveris jejuoium tuum, quemadmodum præcipio tibi; erit hoſtia tua accepta Domino, & ſcribetur hoc jejuoium tuum. Hæc ſtatio ſic acta, eſt bona, bilaris, & accepta à Domino.

* ſepones

Hinc Antiochus, Homiliâ 7.

Νηστεία γὰρ ἀληθινή ἐστιν, οὐ μόνον τὸ ἑαυτὸν ἐκτήκειν, ἀλλὰ καὶ τὴν ποσότητα τῆς δαπάνης, ἣν ἤμελλεν ἐσθίειν, δοῦναι χήρᾳ, ἢ πτωχῷ· ἵνα ὁ εἰληφὼς, ἐμπλησθεὶς, εὔξηται ὑπὲρ αὐτοῦ, καὶ δεκτὴ γένηται ἡ θυσία αὐτοῦ παρὰ τῷ Θεῷ.	*Jejunium enim verum eſt; non modò ſe tabidum facere, ſed & quantitatem ſumptus, quem comeſturus erat, dare viduæ, & inopi: ut qui acceperit, ſatiatus, oret pro eo, & accepta fiat Deo hoſtia ejus.*

Hæc tu ſi ſervâris cum liberis tuis, & tota domo tua; cuſtodizis bis, [74] ſelix eris. Et quicumque hæc audita cuſtodierint, ſelices erunt; & quidquid petierint à Domino, obtinebunt.

IV. Et [75] precatus ſum eum, ut mihi explanaret hanc Similitudinem de fundo, & domino, ac vineâ, & ſervo qoi depalaverat vineam, & berbis quæ extractæ de vinea erant, & de filio, & de amicis, quos in conſilio adhibuerat. Intellexi enim, eſſe illud Similitudinem. Ait mibi: Valde audax es ad interrogandum. Nihil enim debes interrogare. Nam ſi oportuerit demonſtrari, demonſtrabitur tibi. Dico ei: Domine, quæcumque oſtenderis mihi, nec declaraveris; fruſtra videro illa, ſi noo intellexero qoidnam ſint; & Similitudines ſi quas [76] propoſueris, & non expoſueris, fruſtra audiero eas. Reſpondit mihi rurſus, dicens: Quicumqne Dei ſervus eſt, [77] Dominumque habet in præcordiis ſuis; petit ab eo intellectum, & obtinet; & omnem ſimilitudinem explicat, & intelligit verba Domini, qoæ [78] inquiſitiooe egent: quicumque verò inertes ſunt, & pigri ad orandum; illi dubitant petere à Domino; cùm ſit Dominus tam profundæ bonitatis, ut petentibus à ſe, * [79] cuncta ſine intermiſſione tribuat. Tu ergo, qui confirmatus es ab [80] * illius Nuncio, & accepiſti orationem tam potentem, cùm piger non ſis; cur jam à Domino intellectum non petis, & accipis? Dico ei: Cùm te præſentem habeam, oeceſſe eſt ut à te petam, & interrogem: tu enim omnia mibi oſtendis, & loqueris, cùm ades. Nam ſi

* conctis

* Illo venerabili *Sic & MS. C.*

ſine te ea viderem, vel audirem; tunc Dominum rogarem, ut [81] oſtenderet mibi.

V. Et reſpondit: Dixeram tibi paulò antè, callidum te eſſe & audacem, qui ſolutiones Similitudinum interroges. Sed [82] quia ita es pertinax; ſolvam tibi hanc qoam deſideras Similitudinem, ut omnibus notam facias eam. Audi nunc, inquit, & percipe animo. Orbem terrarum, ſuodus ille ſignificat, qui in Similitudinem eſt poſitus. Dominus autem fundi, demooſtratur eſſe is qui creavit cuncta, & conſummavit, & virtutem illis dedit. Filius autem, Spiritus ſanctus eſt. [83] Servus verò ille, Filius Dei eſt. Vinea autem, populus eſt, quem ſervat ipſe. Pali verò, Nuncii ſunt, qui à Domino præpoſiti ſunt ad continendum populum ejus. Herbæ autem quæ evulſæ ſunt de vinea, admiſſa ſunt ſervorum Dei. Cibi verò quos de cœna miſit illi, mandata ſunt quæ per Filium dedit populo ſoo. Amici autem illi quos in conſilio advocavit, [84] Angeli ſunt ſancti quos primò creavit. Abſentia verò illius patrisfamilias, tempus eſt quod in adventum ejus reſtat. Dico ei: Domine, magnificè & mirè omnia hæc ſe habent, atque honeſtè: numquid ergo, Domine, inquam, hæc poteram intelligere? Ne quidem quiſpiam præterea bomo, tametſi valde prudens ſit, poterit intelligere ea. Sed nunc mihi demonſtra, Domine, quod quæro. [85] Quære quod vis, inquit. Quare, inquam, Filius Dei, in Similitudine hac, ſervili loco ponitur?

VI. Audi, inquit: In ſervili conditione non ponitur Filius Dei, ſed in [86] magna poteſtate & imperio. Ei dixi: Quo modo, ioquam, Domine? Non iotelligo. Quoniam, inquit, eis quos Filio ſuo tradidit; Filius ejus, Nuncios præpoſuit, ad [87] conſervandos ſingulos. Ipſe autem plurimùm laboravit, plurimumque perpeſſus eſt, ut aboleret delicta eorum. Nulla enim vinea poteſt ſodi ſine labore ac dolore. Deletis igitur peccatis populi ſui; ipſe eiſdem mooſtravit itinera vitæ, datâ eis lege quam à Patre acceperat. Vides igitur, eſſe Dominum populi, acceptâ à Patre ſuo omni poteſtate? Quare autem Dominus in conſilio adhibuerit Filium de hæreditate, [88] & bonos Angelos? Quia Nuncios audit illum Spiritum ſanctum, qui * infuſus eſt omnium primus [89] in corpore, in quo habitaret Deus. Collocavit * enim eum intellectus in corpore, ot ei videbatur. Hoc ergo corpus, in [90] * quod * inductus eſt Spiritus ſanctus, ſervivit illi Spiritui; rectè in modeſtia ambulans & caſtè, neque omoino maculavit Spiritum illum. Cùm igitur corpus illud paruiſſet omni tempore Spiritui ſancto, * recteque & caſtè laboraſſet cum eo, oec ſuccubuiſſet in omni tempore; ſatigatum corpus illud, ſerviliter converſatum

* creatus *Sic & MS. C. & Angl.*

* intellectu ſcilicet corpore quod ei videbatur

* quo deductus

* *al.* rectè atque caſtè, ac *Sic & MS. C.*

Capitulari cap. 38. & Ratherium Serm. 1. de Quadrageſima cap. 7. Cæterùm Tertullianus in lib. de jejuniis capite 13. dum Montaniſtarum ſomniis irretitus Pſychicos ſuos uti ſolet, acriùs quàm par ſit inſectatur, pium Chriſtianorum morem indicat, largiùs Eleemoſynam faciendi diebus jejunii; *Bene autem quod & Epiſcopi univerſæ plebi mandare jejunia aſſolent; non dico de induſtria ſtipium conferendarum, ut veſtra captura eſt; ſed interdum & ex aliqua ſollicitudinis Eccleſiaſticæ cauſſa.* Sexti Philoſophi Sententia 259. ita habet, *Pro reficiendo paupere, etiam jejunare bonum eſt.* Ibid.

72. Lam. *cibi, cæteris diebus quæ comeſturus.* OXON.
73. Lam. *reponens, dabis.* Ibid.
74. Alii, *ſalvus.* Ibid.
75. MSS. *deprecatus.* Ibid.
76. Lam. *expoſueris, & non abſolveris.* Ibid.
77. Lam. *Dominumque.* Ibid.
78. MSS. *quæſtionem ferunt.* Ibid.
79. Lam. *cunctis.* Ibid.
80 MSS. *illo venerabili.* Ibid.

81. Lam. *demonſtraretur.* Bod. *demonſtraret.* Ibid.
82. Lam. *quamvis.* Ibid.
83. Cum nuntium pœnitentiæ per Vinitorem, Dominum noſtrum deſignaſſet, ſimilitudine tracta ab Eſaiæ 5. & 42. & pariter Deum Patrem, villæ poſſeſſorem & fundi patronum ſtatuiſſet; tertio in loco Spiritum ſanctum, Filii familias perſonam ſuſtinere, commodum duxit. Et quidem S. literæ in negotio regiminis Eccleſiæ, promiſcue utuntur nominibus Filii & Spiritus ſancti. Vid. Matth. 28. 20. & Joh. 14. 16. Ibid.
84. MSS. *nuntii.* Ibid.
85. MSS. *Dic, ſi quid vis.* Ibid.
86. MSS. *magnam poteſtatem & imperium.* Ibid.
87. Lam. *confirmandos.* Ibid.
88. Bod. *honeſtoſque.* Ibid.
89. Lam. *corpore quod ei videbatur. Hoc ergo corpus in quo habitaret Deus, collocavit intellectus ſcilicet corpore quod ei videbatur.* Ibid.
90. MSS. *in quo deductus.* Ibid.

ſatum eſt, ſed fortiter cum Spiritu ſancto comprobatum Deo * receptum eſt. Placuit igitur Deo * hujuſmodi potens curſus, quia maculatus non eſſet in terra, poſſidens in ſe Spiritum ſanctum in conſilio. Advocavit ergo Filium, & Nuncios [91] bonos, ut & huic ſcilicet corpori, quod ſervivit Spiritui ſancto ſine querela, locus aliquis conſiſtendi daretur, ne videretur mercedem ſervitutis ſuæ perdidiſſe. Accipiet enim mercedem omne corpus purum ac ſine macula repertum, in quo habitandi gratiâ conſtitutus fuerit Spiritus ſanctus. Habes & hujus Similitudinis expoſitionem.

* receptum quæ *MS. G. & V. At MS. C.* conſervatum.

* hujus eſſe

VII. Percepi, inquam, Domine, tuam voluntatem, audita hac expoſitione. Audi ulteriùs, inquit. Corpus hoc tuum cuſtodi mundum, atque purum; ut Spiritus ille qui inhabitabit in eo, teſtimonium referat illi, & tecum fuiſſe judicetur. Atque etiam vide, ne quando perſuadeatur tibi interire corpus hoc, & abutaris eo in libidine aliqua. Si enim corpus tuum maculaveris, maculabis etiam eodem tempore & Spiritum ſanctum; &, ſi maculaveris [92] corpus tuum, non vives. Et dixi: Quid ſi per ignorantiam [93] aliquam id admiſſum eſt, antequam audirentur verba hæc? Quo pacto aſſequitur ſalutem, is qui maculavit corpus ſuum? Prioribus, inquit, rebus, * qui per ignorantiam admiſerunt, remedium tribuere ſolus Deus poteſt: ejus enim eſt omnis poteſtas. Sed nunc cuſtodi te: & cùm ſit Dominus omnipotens & miſericors, prioribus admiſſis remedium dabit, * ſi futurum non maculaveris corpus tuum, & ſpiritum. Conſortes ſunt enim ambo, & alteruter ſine altero non coinquinatur. Utrumque ergo ſerva mundum; & vives Deo.

* quæ. *Sic & MS. C.*

* ſi in. *Sic & MS. C.*

SIMILITUDO VI.

De duplici genere hominum voluptariorum, & eorum morte, defectione, & pœnarum duratione.

I. CUm ſederem domi, & glorificarem Dominum pro omnibus quæ videram, & de Mandatis [94] cogitarem, ea valde bona eſſe, & magna, & honeſta, ac læta, & quæ poſſint ſalutem hominum afferre; intra me ipſum hæc dicebam: Felix ero, ſi in his Mandatis ambulavero; & quicumque in his ambulaverit, vivet Deo. Dum hæc loquerer mecum, video [95] eum quem & priùs, ſedentem juxta me, & hæc mihi dicentem: Quid dubitas de Mandatis meis, quæ tibi præcepi? Bona ſunt, nihil omnino dubitaveris; ſed indue fidem Domini, & ambulabis in eis. Ego enim, in illis, dabo tibi vires. Hæc Mandata utilia ſunt his, qui delictorum ſuorum antè geſtorum acturi ſunt pœnitentiam, ſi in futurum in iis ambulaverint. Quicumque igitur agitis pœnitentiam, abjicite à vobis nequitiam hujus ſæculi. Induite verò omnem virtutem, & æquitatem, & poteritis cuſtodire hæc Mandata; neque [96] deinceps peccetis. Si enim deinceps non peccaveritis; plurimùm ex prioribus recidetis. In Mandatis meis ambulate, & vivetis Deo. Hæc à me dicta ſunt vobis. Poſtquam hæc mecum locutus eſt, ait mihi: Eamus in agrum, & [97] paſtores pecorum tibi oſtendam. Eamus, inquam, Domine. Et venimus in quemdam campum: & illic oſtendit mihi juvenem paſtorem, [98] veſtitum ſynthesim, veſtimentorum colore coccineo. Paſcebat autem pecora copioſa; & pecora illa velut in voluptatibus erant, & plurimis deliciis; & hilaritate exſultabant, & exſultantia diſcurrebant huc atque illuc. Et ipſe paſtor vehementem ex grege ſuo percipiebat voluptatem; & vultus paſtoris illius valde hilaris erat, inter pecora diſcurrentis.

II. Ait mihi Angelus: Vides autem hunc paſtorem? Video, inquam, Domine. Et dixit mihi: Hic Nuncius [99] illecebrarum, dulcedinis ac voluptatis eſt. Hic ergo corrumpit mentes ſervorum Dei, & avertit eos à veritate, oblectans cupiditatibus; & pereunt. Obliviſcuntur enim mandata Dei vivi, & in luxuriis converſantur & deliciis vanis; & corrumpuntur ab hoc Nuncio malo aliqui uſque ad mortem, aliqui verò uſque ad defectionem. Dico ei: Domine, non intelligo quid ſit *ad mortem*, & quid *ad defectionem*. Audi, inquit: Quæcumque pecora vidiſti valde læta & exſultantia; ii ſunt qui [1] in perpetuum à Deo diſceſſarunt, & tradiderunt ſe deſideriis hujus ſæculi. Iis ergo non eſt per pœnitentiam regreſſus ad vitam; quoniam quidem adjecerunt ad reliqua delicta ſua, & nomen Domini nefandis [2] inſectati ſunt verbis. Hujuſmodi homines morti ſunt deſtinati. Quæ verò vidiſti pecora non exſultantia, ſed uno loco veſcentia; ii ſunt qui tradiderunt ſe quidem deliciis ac voluptatibus, nihil verò nefandum in Dominum locuti ſunt. Hi igitur [3] non defecerunt à veritate; ideoque repoſitam adhuc habent ſpem vitæ in pœnitentia. Defectio enim habet ſpem aliquam redintegrationis; mors verò perpetuo tenetur interitu. Ruſum progreſſi ſumus paululum; & oſtendit mihi paſtorem magnum, & velut agreſtem figuram habentem, amictum pelle alba caprina, peram geſtantem in humero, & manu virgam nodoſam & valde [4] duram, & flagellum in manu; aſpectum autem trucem & ſævum habebat, ut poſſet [5] terrere aliquos; talis erat aſpectus ejus. Hic ergo accipiebat ab illo juvene paſtore ea pecora, quæ delicias quidem agebant, ſed non exſultabant; & compellebat ea in præcipitem locum quemdam, ac ſpinoſum, tribuliſque conſertum, uſque adeo ut de ſpinis & tribulis ſe non poſſent explicare; ſed implicita ibi [6] paſcebantur ſpinis & tribulis: & graves cruciatus experiebantur ex * verbis ejus; agebat enim ea, & nec conſiſtendi eis locum [7] ante tempus permittebat.

Pœnitentia.

* verberibus *Sic & MS. C. & Angl.*

III. Cùm viderem ergo ſic ea flagellari, & miſerias experiri; dolebam pro eis, quia valde cruciabantur, nec ulla requies eis dabatur. Dico ad Paſtorem illum qui erat mecum. Quis eſt,

Do-

---

91. Bod. *honeſtos.* OXON.
92. MSS. *Spiritum ſanctum.* Ibid.
93. Bod. *aliquid* Ibid.
94. MSS. *diſputarem* Ibid.
95. MSS. *eum ſedentem.* Ibid.
96. Alii, *poſt hæc adjicietis.* *Nihil enim adjicientes.* Ibid.

97 *Paſtores pecorum tibi oſtendam*] Quia hiſce in Viſionibus multi Paſtores apparent, ea propter Hermæ Opus Origenes appellat librum de Paſtoribus. III. *ἀϖὸ ἀρχῶν* 2. COTEL.

98. *Veſtitum Synthesim.*] Rectè Paſtori Angelo illecebrarum, dulcedinis ac voluptatis, datur Syntheſis coccinea, quam nemo neſcit veſtem fuiſſe præcinſam, elegantem, cœnatoriam, indicem lætitiæ, atque à molliorlbus ſolitam indui. Ibid.

99. MSS. *non habent, illecebrarum.* OXON.
1. Lam. *perpetuo.* Ibid.
2. MSS. *inſecuti.* Ibid.
3. MSS. *delent non.* Ibid.
4. Lam. *durum flagellum.* Ibid.
5. Alii, *exhorrere aliquis.* Ibid.
6. MSS *paſcerentur* Ibid.
7. Bod. & Lam. *aut.* Ibid.

8. MSS.

Domine, hic paſtor tam implacabilis, & tam amarus, qui nullo modo [8] miſeratione movetur adverſùs hæc pecora? Hic, inquit, Paſtor,

** de MS. C. Angelus præpoſitus pœnæ.*

* pro [9] juſtis quidem Nuncius eſt, ſed præpoſitus pœnæ. Huic ergo traduntur, qui à Deo aberraverunt, & ſervierunt deſideriis ac voluptatibus ſæculi hujus. Punit ergo eos, ſicut meruit unuſquiſque eorum, ſævis variiſque pœnis.

Origenes, Hom. 9. in Pſal. 37.

Vellem, inquam, noſſe, Domine, varias has pœnas, cujuſmodi ſunt. Audi, inquit: Variæ pœnæ, atque tormenta hæc ſunt, quæ homines quotidie in vita ſua patiuntur. Alii enim [10] detrimenta patiuntur; alii inopiam; alii diverſas

** al. ægrimonias*

* acrimonias: quidam inconſtantiam; alii injurias ab indignis patientes, [11] multaque alia exercitia & incommoda. Plurimi enim, inconſtanti conſilio multa conantur, nec quidquam [12] conducit eis, & dicunt in actibus ſuis ſucceſſum ſe non habere. Succurrunt iis ea quæ nequiter fecerunt, & Dominum cauſſantur. Cùm igitur perpeſſi fuerint omnem vexationem, & omne incommodum; tunc traduntur mihi ad bonam admonitionem, & firmantur in fide Domini, & per reliquos dies vitæ ſerviunt Domino mente pura. Et cùm cœperint delictorum agere pœnitentiam, tunc aſcendunt in præcordia eorum opera ſua, in quibus ſe nequiter [13] exercuerunt; & tunc dant Deo honorem, dicentes, juſtum judicem eum eſſe, meritoque ſe omnia eſſe [14] perpeſſos ſecundùm facta ſua. [15] In reliquum verò ſerviunt Deo mente pura, & ſucceſſum habent in negotiis ſuis omnibus, accipientes à Domino quæcumque poſcunt. Et tunc gratias agunt Domino, quòd ſint mihi traditi; nec jam quidquam [16] crudelitatis patiuntur.

IV. Dico illi: Etiam nunc, Domine, demonſtra mihi. Quid inquiris? inquit. Dixi ei: An per idem tempus crucientur, qui diſcedunt à timore Dei, quantùm uſi fuerint falsâ dulcedine

Pœnarum tempus.

ac voluptatibus? Ait mihi: Per idem tempus etiam cruciantur. Et dixi ei: Exiguum igitur cruciantur: oportebat autem eos qui ſic percipiunt voluptates, ut Dominum obliviſcantur, ſepties tantum pati pœnarum. Ait mihi: Fatuus es, nec intelligis hujus pœnæ virtutem. Et dixi: Si enim intelligerem, Domine, non interrogarem ut demonſtrares mihi. Audi, inquit, quanta ſit vis utriuſque dulcedinis ac voluptatis. [17] Dulcedinis una hora, ſuo ſpatio terminatur:

Citatur ab Origene, Hom. 8. in Numeros.

[18] pœnæ verò una hora triginta dierum vim poſſidet. Quicumque igitur uno die perceperit [19] fallacem dulcedinem ac voluptatem, [20] unoque die cruciatus ſit, anni ſpatium dies cruciatus ejus valebit. Ita, quot dies perceperit quiſque voluptatem, totidem annos cruciatur. Vides igitur, inquit, exiguum eſſe tempus [21] mundanæ dulcedinis ac voluptatis; pœnæ verò, tormentorumque amplius.

V. Dixi ei: Domine, quoniam non intelligo omnia tempora hæc dulcedinis, voluptatis, ac pœnæ; lucidiùs mihi de his expone. Reſpondit mihi, dicens: [22] Inſipientia tua tibi perſeveranter inhæret. Nonne vis potiùs mentem tuam purificare, & Deo ſervire? Vide ne fortè tempore exacto, tu inſipiens reperiaris. Audi nunc, quemadmodum vis, quò facilius intelligas. Qui uno die commiſerit ſe deliciis ac voluptatibus, & fecerit quidquid appetit animus ejus; plurimâ repletur ſtultitiâ, nec intelligit quid admittat, ac die poſtero obliviſcitur quid fecerit pridie: dulcedo enim & voluptas [23] nullam memoriam habent, propter ſtultitiam quæ inſita eſt illis. Cùm verò uno die acceſſerit homini cruciatus ac pœna, toto anno torquetur: magnam enim memoriam poſſidet pœna. Toto igitur anno dolens meminit; & tunc recordatur dulcedinis illius [24] vanæ, ac voluptatis; & ſentit propterea ſe pœnas pati. Quicumque igitur ſe dulcedini & voluptati tradiderint, ſic [25] puniuntur; quoniam vitam habentes, ipſi ſe reddunt obnoxios morti. Dixi ei: Quæ ſunt, Domine, voluptates noxiæ? Omni, inquit, homini voluptas eſt, quodcumque libenter facit. Etenim iracundus ſatisfaciens moribus ſuis, percipit voluptatem ſuam; & adulter, & ebrioſus, & [26] detractor, & mendax, & cupidus, & fraudator, & quicumque iis ſimile aliquid admittit, morbo ſuo parens, percipit ex ea re voluptatem. Hæ omnes dulcedines ac voluptates, noxiæ ſunt ſervis Dei. Propter has itaque cruciantur & patiuntur pœnas. Sunt enim voluptates ſalutem hominibus afferentes. Multi enim opera bonitatis facientes, percipiunt voluptatem, dulcedine ſuâ tracti. Hæc ergo voluptas utilis eſt ſervis Dei, & vitam parat hujuſmodi hominibus. Illæ verò noxiæ, quæ ſuprà dictæ ſunt, tormenta & pœnas pariunt. Quicumque verò permanſerint in illis, nec admiſſorum ſuorum egerint pœnitentiam, mortem ſibi acquirent.

SIMILITUDO VII.

Pœnitentibus faciendos eſſe pœnitentia dignos fructus.

POſt dies paucos video illum in eo campo, in quo [27] paſtores illos antè videram; & ait mihi: Quid inquiris? Veni, inquam, rogare te, Domine, ut Paſtorem illum præpoſitum pœnæ jubeas de mea domo exire, quia vehementer me adfligit. Et reſpondens: Neceſſe eſt, inquit, [28] patiaris incommoda & vexationes: ſic enim præcepit de te ille Nuncius [29] bonus, quia tentare te vult. Quod, inquam, Domine, tam grave peccatum admiſi, ut huic Nuncio traderer? Adverte, inquit. Complura quidem habes peccata; ſed non tam multa, ut huic Nuncio debeas tradi; ſed multa delicta & ſcelera, domus tua commiſit: ideoque factis eorum ille bonus Nuncius exacerbatus, juſſit te aliquantùm temporis vexationem experiri: ut & illi admiſſorum ſuorum agant pœnitentiam, & abluant ſe ab omni cupiditate hujus ſæculi. Cùm itaque egerint pœnitentiam, & purificati fuerint; tunc diſcedet à te Nuncius ille, qui præpoſitus eſt pœnæ.

8. MSS. deeſt, *miſeratione*. Ibid.
9. MSS. *de juſtis*. Ibid.
10. MSS. *detrimentis puniuntur, alii inopia, alii diverſis ægrimoniis*. Ibid.
11. Alii, *multaque alia exercitia & incommoda. Plurimi*. Ibid.
12. MSS. *provenit*. Ibid.
13. MSS. *geſſerunt*. Ibid.
14. MSS. *paſſos*. Ibid.
15. MSS. addunt poſt *ſua*, *ſcilicet quiſque eorum*. Ibid.
16. Bod. *crudele*. Ibid.
17. MSS. deeſt, *dulcedinis*. Ibid.

18. Lam. *pœna vero unius hora*. Ibid.
19. Lam. deeſt, *fallacem*. Ibid.
20. Alii, *ſi uno*. Ibid.
21. Lam. deeſt, *mundanæ*. Ibid.
22. MSS. *ſtultitia*, & paulo poſt, *ſtultus*. Ibid.
23. Alii addunt, *mundana*. Ibid.
24. MSS. deeſt, *vana*. Ibid.
25. Lam. *patiuntur*. Ibid.
26. MSS. *infamator*. Ibid.
27. Lam. *paſtorem illum videram*. Ibid.
28. Lam. *ut incommoda & vexationes feras*. Ibid.
29. Bod. *honeſtus*, ut & infra. Ibid.

pœnæ. Dico ei: Domine, ſi ita illi geſſerunt, ut exaſperarint Nuncium bonum; ego quid feci? Reſpondens: Aliter, inquit, non poſſunt illi vexationem pati, niſi tu, qui caput es totius domus, labores. Quidquid enim tu paſſus fueris, neceſſe eſt ut & illi ſentiant: quamdiu verò tu benè ſtabilitus fueris, illi nullam vexationem poſſunt experiri. Et dixi: Sed ecce jam nunc, Domine, agunt pœnitentiam totis præcordiis. Et ego ſcio, inquit, totis præcordiis eos agere pœnitentiam. Numquid ergo, ait, protinus putas aboleri delicta eorum, qui agunt pœnitentiam? Non proinde continuò; ſed oportet eum qui agit pœnitentiam, [30] affligere animam ſuam,
* animum agere C. & V. animoſe agere. MS. C. & humilem * animoſè * [31] præſtare in omni negotio, & vexationes multas * variaſque perferre; cumque perpeſſus fuerit omnia quæ [32] illi inſtituta fuerint, tunc forſitan qui [33] eum creavit, & qui formavit univerſa, commovebitur
* ſæpiuſque erga eum clementia ſua, & aliquod remedium dabit; idque ita, ſi viderit ejus qui pœnitentiam agit, cor purum eſſe ab omni opere nequiſſimo. Tibi autem, & domui tuæ, vexari nunc expedit, & multam vexationem pati neceſſe eſt, ſicut præcepit Nuncius Domini, qui te mihi tradidit. [34] Quin potiùs gratias agas Domino, quòd præſcius futuri, dignum te habuit, cui prædiceret tribulationem inſtare valentibus eam ſuſtinere. Dico ei: Et tu Domine, mecum eſto, & facilè omnem vexationem ſuſtinebo. Ego, inquit, ero tecum: ſed & rogabo Nuncium illum, qui præpoſitus eſt pœnæ, ut leviùs te affligat; ſed & exiguo tempore patieris adverſa, iterumque tuo loco reſtitueris; tantummodò in humilitate animi perſevera. Pare Domino, mente pura, domuſque tua, [35] ac nati, & in [36] mandatis ejus ambula quæ præcepit tibi; & pœnitentia tua poterit eſſe firma, atque pura. Et ſi hæc cuſtodieris cum domo tua, incommoda à te recedent: ſed & ab omnibus quicumque in his mandatis ambulaverint, omnis vexatio recedet.

SIMILITUDO VIII.

Electorum, & pœnitentium peccatorum multa ſunt genera: omnes autem, pro pœnitentia & bonorum operum ſuorum modo, habebunt mercedem.

I. OStendit mihi ſalicem tegentem campos ac montes, ſub cujus umbram venerunt omnes qui vocati erant in nomine Domini. Et juxta ſalicem illam ſtabat Nuncius Domini valde præclarus & ſublimis; & ſecabat cum falce magna, [37] ab illa ſalice ramos; & populo illi qui erat ſub umbra ſalicis illius, exiguas & quaſi cubitales virgas porrigebat. Poſtquam autem accepiſſent univerſi, depoſuit falcem; & arbor illa integra permanſit, ſicut anteà videram eam: [38] quam ego rem mirabar, atque intra me [39] diſputabam. Ait ad me Paſtor ille: Deſine mirari, quòd arbor illa [40] tota ramis præciſis permanſerit integra; ſed exſpecta, nunc demonſtrabitur tibi quid ſignificet Angelus ille qui populo porrexit virgas. Et rurſus eas ab illis [41] repoſcit: & quo quiſque eas perceperat ordine, eodem etiam vocabatur ad illum, virgaſque reddebat; quas cùm acceperat ille, conſiderabat. A quibuſdam enim accipiebat aridas & putridas, velut à tinea tactas: & jubebat eos qui hujuſmodi virgas tradiderant, ſecerni, & ſeorſum ſtatui. Alii porrigebant aridas quidem, ſed non tactas à tinea: & hos ſeorſum ſtatui jubebat. Alii porrigebant ſemiaridas virgas: & hi quoque ſeorſum ſtatuebantur. Quidam autem dabant virgas ſuas ſemiaridas, & ſciſſuras habentes: & hi ſeorſum ſtatuebantur. Alii virgas ſuas adferebant; quarum dimidia pars arida erat, [42] dimidia verò viridis: & hi ſeorſum ſtatuebantur. Alii virgas ſuas afferebant; quarum duæ partes virides erant, tertia verò arida; & hi ſeorſum ſtatuebantur. Alii virgas ſuas adferebant; quarum duæ partes erant aridæ, tertia verò viridis: & hi ſeorſum ſtatuebantur. Quidam porrigebant virgas ſuas [43] paululum aridas (exiguiſſimum enim aridum erat in virgis eorum, id eſt, [44] ipſum cacumen) ſciſſuras verò habebant: & hi ſeorſum ſtatuebantur. Aliorum autem in virgis, exiguum erat viride, reliquum verò aridum: & hi ſeorſum ſtatuebantur. Alii veniebant afferentes virgas ſuas ſicut acceperant virides; maximaque pars populi hujuſmodi virgas porrigebat: & magnum ex his Nuncius ille gaudium cepit: & hi ſeorſum ſtatuebantur. Alii afferebant virgas ſuas virides, & pampinos habentes: & hi ſeorſum ſtatuebantur: & hos quoque Nuncius ille [45] magna cum hilaritate excipiebat. Alii afferebant virgas ſuas virides, ex quibus excreverant pampini [46] earum; qui pampini [47] quoſdam fructus adferebant: qui hujuſmodi virgas porrigebant, valde hilares erant vultu: ſed & Nuncius ipſe quidem ex eis magnam lætitiam percipiebat; nec minùs Paſtor ille ex eadem cauſa hilaritatem capiebat.

II. Tunc Nuncius Domini, coronas juſſit adferri. Allatæ ſunt autem coronæ velut ex palmis factæ; & coronavit eos viros Nuncius, in quorum virgis [48] pampinos invenerat, & fructum; & juſſit eos ire in turrim. Sed & illos viros miſit in turrim, in quorum virgis [49] ſine fructu invenerat pampinos, dato eis ſigillo. Nam veſtem eamdem habebant, id eſt, candidam ſicut nivem; cum [50] qua * jubebat * ipſos ire in turrim. * habebant
Nec minùs & eos qui reddiderant virgas ſuas ſicuti acceperant virides, data eis veſte candida; & ſic eos dimiſit ire in turrim. His conſummatis, ait ad Paſtorem illum: Ego vado, tu verò dimitte hos intra muros, in eo loco quo quiſque meruit habitare, conſideratis priùs virgis eorum diligenter: tamen ne quis te fallat, conſidera. Sed ſi quis te præterierit, inquit, ego eos ſuper aram probabo. His ad Paſtorem dictis, receſſit. Poſtquam ille diſceſſerat; ait mihi Paſtor: Accipiamus ab omnibus virgas; & plantemus illas, ſi poſſint [51] revireſcere. Dico ei:

30. MSS. *cruciare.* OXON.
31. Bod. *gerere.* Lam. *habere.* Ibid.
32. Lam. *quæ inſtituerit.* Ibid.
33. Lam. *qui creavit omnia, & confirmavit univerſa.* Ibid.
34. MSS. *quod dignum te habuit, cum prædiceret incommodum tibi inſtare valenti id ſuſtinere præſcius futuri.* Ibid.
35. Lam. deeſt, *ac nati.* Ibid.
36. MSS. *mandatis meis ambula, quæ præcipio.* Ibid.
37. Lam. *de ea.* Ibid.
38. MSS. *quo nomine mirabar.* Ibid.
39. Alii, *cogitabam.* Ibid.
40. MSS. *tot.* Ibid.
41. Lam. *repoſcebat.* Ibid.
42. Lam. *alia vero dimidia.* Ibid.
43. MSS. *paullò minus.* Ibid.
44. Bod. *ipſum.* Al. *ipſarum.* Ibid.
45. Lam. *magna hilaritate capiebat.* Ibid.
46. Bod. *earumque pampini.* Ibid.
47. Lam. *quendam fructum afferebant: eorum virorum qui hujuſmodi.* Ibid.
48. Lam. *pampinorum invenerat fructum.* Ibid.
49. Lam. deeſt, *ſine fructu.* Ibid.
50. Lam. *quibus jubebat ire.* Ibid.
51. Bod. *reviviſcere.* Ibid.

52. Ar-

ei: Domine, iſtæ quæ ſunt aridæ virgæ, quo modo poſſunt * revireſcere? Ait mihi: [52] Arbor iſta ſalix eſt, & ſemper amat vitam. Si plantatæ ergo fuerint hæ virgæ, exiguumque [53] humoris acceperint, plurimæ ex eis [54] revireſcent. Tentabo enim, & [55] ſuffundam eis aquam: & ſi qua earum potuerit vivere, gratulabor ei: quòd ſi non; certè non videbor ego negligens fuiſſe. Juſſit deinde me vocare eos. Et ſicut ſteterunt quiſque eorum, venerunt ordine ſuo, virgaſque ſuas tradiderunt. Quas acceptas, ille ſingulas plantavit ordinibus ſuis: & poſtquam plantaſſet omnes, aquam multam [56] ſupereffudit illis; ita ut tegerentur ab aqua, neque ab ea exſtarent. Deinde cùm irrigâſſet illas, ait mihi: Eamus; & poſt paucos dies revertamur, & viſitemus eas. Qui creavit enim hanc arborem, vivere vult omnes eos, qui ex ea acceperunt virgas. Ego autem ſpero, cùm ſint [57] aquâ ſuperinfuſæ hæ virgæ, plurimas victuras [58] humore capto.

** reviviſcere. Ita ſæpe. Salix. Sic & MS. C.*

III. Dico ei: Arbor hæc, Domine, demonſtra mihi quid ſit: valde enim moveor, quòd tot ramis [59] reciſis integra videatur eſſe, nec omnino quidquam de ea minus videtur eſſe: quo [60] maximè ſtupeo. Audi, inquit: Arbor hæc magna, quæ campos tegit ac montes, totamque terram, lex eſt Dei in totum orbem terrarum data. [61] Hac autem lege Filius Dei prædicatus eſt in omnibus finibus orbis terræ. Populi verò ſtantes ſub umbra; ii ſunt qui audierunt prædicationes ejus, & crediderunt. Nuncius autem ille [62] magnificus & bonus, [63] Michael eſt, qui populi hujus habet poteſtatem, & gubernat eos. Hic enim in corde eorum qui crediderunt, inſerit legem. Viſitat igitur eos quibus dedit legem, ſi eam cuſtodierunt. Videt autem uniuſcujuſque virgam, & ex eis multas labefactas. Illæ enim virgæ, Domini lex ſunt. Cognoſcit autem deinde omnes eos qui non ſervaverunt legem; ſciens ſedem uniuſcujuſque eorum. Dico ei: Quare, inquam, Domine, alios dimiſit in turrim, alios tibi hic reliquit? Hi, inquit, quicumque ſupergreſſi ſunt legem quam ab eo acceperunt, in mea relicti ſunt poteſtate; ut [64] admiſſorum ſuorum agant pœnitentiam: qui autem ſatisfecerunt legi, & ſervaverunt eam, ſub illius poteſtate ſunt. Qui ſunt ergo, Domine, inquam, in turrim euntes coronati? Ait mihi: Quicumque luctati cum Diabolo, vicerunt eum; illi ſunt coronati. Illi autem ſunt, qui ut ſervarent legem, perpeſſi ſunt [65] iniqua. Illi verò, qui virides virgas, pampinoſque ſine fructu habentes tradiderunt; propter eamdem quidem legem vexationem ſuſtinuerunt, non [66] obierunt autem mortem, ſed nec abnegaverunt * ſanctam legem. Hi verò qui virides ſicut acceperant, tradiderunt; modeſti ſunt, atque juſti, & qui valde pura mente vixerunt, & cuſtodierunt mandata Dei. Reliqua autem ſcies, cùm conſideravero illas virgas, quas plantavi & irrigavi.

Lex Dei.

Michael.

** ſuam V. & C. & Angl.*

IV. Poſt paucos verò dies reverſi ſumus, eodemque loco conſedit Nuncius ille magnificus; ego autem adſtiti ei. Tunc ait mihi: [67] Succinge te [68] ſabano, & miniſtra mihi. Succinxi me ſabano mundo, quod erat factum ex ſacco. Ut autem vidit me cinctum, & paratum [69] illi miniſtrare, ait: Voca viros illos, quorum virgæ plantatæ ſunt, ſuo quemque ordine, ſicut porrexerunt illas. Et duxit me in campum; & [70] vocavi omnes; qui etiam univerſi conſtiterunt ordinibus ſuis. Ait deinde ad illos: Quiſque virgam ſuam extrahat, & ad me afferat. Et primò tradiderunt, qui aridas & putridas habuerunt: & quorum putridæ & aridæ repertæ ſunt virgæ, juſſit eos ſtare ſeorſum. Deinde porrexerunt, qui aridas quidem, ſed non putridas habuerunt. Aliqui eorum tradiderunt virgas virides: quidam verò aridas & putridas, velut à tinea tactas. Eos qui virides tradiderunt, juſſit ſeorſum ſtare. Illos verò qui aridas & putridas tradiderunt, cum [71] primis ſtare juſſit. Porrexerunt deinde illi, qui ſemiaridas habuerant, & ſciſſuras habentes; multi ex illis, virides porrexerunt, nec ſciſſuras habentes; quidam verò virides, pampinos habentes, & in pampinis fructum; ſicut illi qui in turrim ierunt coronati. Alii porrexerunt aridas, & non putridas. Quidam verò ſicut fuerant, ſemiaridas, & ſciſſuras habentes. Juſſit unumquemque eorum ſeorſum ſtare, alios ſuo [72] quemque ordine, alios ſeorſum.

V. Deinde porrexerunt, qui habuerant virides quidem virgas, ſed ſciſſuras habentes: hi omnes virides tradiderunt, ſuoque * ordine ſteterunt. Gaudium autem ex his percepit hic Paſtor, quòd omnes * politæ eſſent, & depoſuiſſent ſciſſuras ſuas. Deinde porrexerunt, qui dimidiam

** agmine: Sic & C. MS. Ita ſæpe.*

** murati S. & Lamb. MS.*

52. *Arbor iſta ſalix eſt, & ſemper amat vitam*] S. Hilarius ad Pſalm. CXXXVI. 2. *Ligno enim ſalicum natura ea eſt, ut areſacta licèt, ſi modo aquis adluantur, vireſcant: deinde exciſa atque in humido fixa, radicibus ſe ſe ipſa demergant. Et ſub hujus arboris natura ſanctos & fideles ſignificari Prophetica auctoritas eſt*, &c. Hieronymus ad eumdem locum; *Dicitur ſalix radicem non habere. Sed ſi ramus abſcinditur, & plantatur ſecus aquam, ſtatim vireſcit. Ita autem & peccator, licèt peccaverit, licet ceciderit, tamen ſi ſit ſecus aquas; hoc eſt, ſi legit ſanctas Scripturas, & audit verbum divinum à ſancto viro; viret ejus anima, & in pœnitentiam convertitur.* Origenes Homilia 1. in Ezechielem; *Scriptum eſt in quodam libro, quia ſalignam omnes credentes accipiant coronam.* Vides ſalicem adaptari tam ſanctis, tum pœnitentibus, tum beatis; curque id fiat. At alibi propter aliam rationem, modò in malam, modò in bonam partem ſumitur; quia ſcilicet infructuoſa arbor eſt, ac ſemen fert ſterilitatem pariens: quâ de re conſulantur Origenes in fine Homil. 9. in Exodum, Methodius in Convivio Virginum Orat. 4. Hieronymus loco citato, & ad Iſ. XV. 7. XLIV. 4. & ad Zachar. XIV. 16. Auguſtinus atque Euthymius in Pſalmum CXXXVI. Iſidorus Originum XVII. 7. necnon Plinius lib. 16. cap. 26 ac Ælianus IV. de Animalibus 25. *Infructuoſæ quidem arbores ſunt ſalices*: verba audis S. Gregorii magni lib. 33. in Job. cap. 5. *ſed tamen tantæ viriditatis ſunt, ut areſcere, vel abſciſſæ radicitus & projectæ, vix poſſint. Unde in ſacro Eloquio ſalicum nomine, aliquando pro viriditate boni, aliquando pro ſterilitate reprobi deſignantur*, &c. COT.

53. Lam. *humorem*. OXON.

54. MSS. *revireſcent*. Ibid.

55. Lam. *effundam*. Ibid.

56. Bod. *ſuffudit*. Lam. *effudit*. Ibid.

57. MSS. *adaquatæ hæ*. Ibid.

58. Lam. *humo recepta*. Bod. *humore percepto*. Ibid.

59. MSS. *præciſis*. Ibid.

60. MSS. *omnino*. Ibid.

61. Lam. *Hac autem lex Filius Dei eſt, prædicatus*. Ibid.

62. MSS. *magnus & honeſtus*. Ibid.

63. *Michael.*] Qui conſimili modo apud Nicephorum Hiſtoriæ lib. 7. cap. 50 appellatur ὁ τῶν Χριστιανῶν πίστεως ἔφορος. *Chriſtianorum fidei præſes*. COT.

64. Lam. *commiſſorum*. OXON.

65. Bod. *injuſta*. Ibid.

66. Lam. *oderunt vero legem*. Ibid.

67. MSS. *incinge*, & mox, *incinxi*. Ibid.

68. *Sabano.*] Uſitata vox Græcis; apud quos teſte Iſidoro lib. 19 cap. 26 nata eſt; indeque Latinis, ac Hebræorum Rabbinis. Exponitur autem linteum ſeu linteamen, in Gloſſis, in antiquo Scholiaſte Juvenalis ad Sat XIV. 22. & in Victore Vitenſi lib. 5. de perſecutione Africana. Clemens Alexandrinus Pædagogo 2. cap. 3 utens teſtimonio Johannis cap. 13. verſ. 4. ubi Dominus præcingit ſe linteo, pro λέντιον habet σάβανον. Unde in Lexico Græco-Latino veteri; σάβανον, *ſabanum*, *linteum*. & perperam faciunt qui *linteum* ſubſtituunt. COT.

69. Lam. *ſibi*. OXON.

70. Lam. *vocavit*. Ibid.

71. Lam. *primariis tradere* Bod. *primariis ſtare*. Ibid.

72. MSS. *ſuo quoque agmine*. Ibid.

midiam viridem, & dimidiam aridam habuerant: quorumdam verò inventæ ſunt totæ virides; aliorum ſemiaridæ; aliorum virides, & pampinos [73] habentes: hi omnes dimiſſi ſunt, unuſquiſque [74] in ſuum ordinem. Deinde qui habuerant duas partes virgarum ſuarum virides, tertiamque aridam: multi ex eis virides porrexerunt; multi ſemiaridas; cæteri verò aridas & non putridas: hi omnes dimiſſi ſunt in ſuum quiſque ordinem. Deinde porrigebant, qui habuerant in virgis ſuis duas partes aridas, tertiamque viridem; multi quoque ex eis porrexerunt ſemiaridas; quidam vero aridas & putridas; alii autem ſemiaridas, & ſciſſuras habentes; pauci verò virides: hi igitur omnes conſtiterunt, in ſuo quiſque ordine. Deinde porrexerunt, qui * tertium habuerant viride, reliquum verò aridum: horum virgæ majori ex parte inventæ ſunt virides, ramuſculos habentes, & in eis ramuſculis fructum; & reliquæ virides totæ. Ex his virgis gaudium vehementer percepit Paſtor ille, quia ſic invenerit eas. Abierunt & illi in ordines ſuos.

* minimum

VI. Poſtquam autem [75] omnium virgas conſideraſſet; ait mihi: Dixeram tibi, arborem hanc, diligere vitam. Vides [76] quod multi egerunt pœnitentiam, & aſſecuti ſunt ſalutem. Video, inquam, Domine. Ut ſcias, inquit, bonitatem & clementiam Domini magnam, & [77] honorandam eſſe, qui dedit ſpiritum iis qui [78] digni erant agere pœnitentiam. Et dixi: Quare ergo, Domine, non omnes egerunt pœnitentiam? Ait mihi: [79] Quorum [80] viderat Dominus puras mentes futuras, & ſervituros ei ex totis præcordiis; illis tribuit pœnitentiam. At quorum aſpexit dolum & nequitias, & animadvertit ad ſe fallaciter reverſuros; negavit iis ad pœnitentiam regreſſum; ne rurſus legem ejus nefandis maledicerent verbis. Dico ei: Nunc mihi, Domine, demonſtra, * quid * is ſit locus cujuſque eorum qui virgas reddiderunt, & [81] ſedes eorum: ut auditis his, & creditis, ii qui non cuſtodierunt integrum, ſed diſſipaverunt ſigillum quod acceperunt, agnitis ſuis factis pœnitentiam agant: & [82] accepto à te ſigillo, Domino dent honorem; quod ſit [83] ſuper eos motus clementiâ ſuâ; & miſerit te, ut ſpiritus eorum renoves. Audi, inquit: Quorum virgæ aridæ & putridæ repertæ ſunt, & velut à tinea tactæ; hi ſunt transfugæ, [84] Eccleſiæ proditores, qui inter reliqua ſua delicta, nefandis verbis Dominum [85] inſectati, nomen ejus negaverunt, quod ſuper eos erat invocatum. Hi igitur omnes mortui ſunt Deo; atque etiam neminem eorum vides egiſſe pœnitentiam, tametſi audierint mandata mea quæ tu eis protuliſti: ab hujuſmodi ergo hominibus [86] abeſt vita. Hi quoque qui aridas & non putridas tradiderunt, [87] non procul ab illis fuerunt: ficti enim erant; & doctrinas pravas intulerunt, & perverterunt ſervos Dei, præcipuè eos qui peccaſſent, non ſinentes eos ad pœnitentiam redire, ſed doctrinis ſtatuis detinentes. Hi ergo habent ad ſpem regreſſum: atque etiam multos vides agere pœnitentiam, ex quo eis mandata mea protuliſti; & adhuc agent pœnitentiam. Quicumque verò non egerint pœnitentiam, ii & pœnitentiam, & vitam ſuam amittent: at his qui egerint; [88] * murus in primis cœpit eſſe ſedes eorum, * etiam * qui * non in turrim aſcenderunt. Vides igitur, inquit, in pœnitentia, peccantium ineſſe vitam; non agentium verò pœnitentiam, mortem paratam.

Pœnitentia.

* qualis. Sic & MS. Angl.

* muris * quidam verò etiam Sic & MS. Angl. & C.

VII. De his verò qui ſemiaridas virgas porrexerunt, & ſciſſuras habuerunt, audi. Quorum tantummodo ſemiaridæ erant virgæ; hi dubii ſunt: nec enim vivi ſunt, nec mortui. At hi qui ſemiaridas, & ſciſſuras habentes tradiderant; & dubii ſunt, & maledici; de abſentibus detrahentes, & numquam inter ſe pacem habentes, & [89] inter ſe invidentes. Et iis quidem propoſita eſt pœnitentia: vides enim ex his aliquos pœnitere. Quicumque verò eorum citò [90] egerunt pœnitentiam, hi in turri habent ſedem: at ii qui tardè egerunt, in muris [91] habitant: qui verò non egerunt pœnitentiam, ſed in ſuis permanſerunt factis, morte morientur. At verò hi, qui virides quidem virgas, ſed ſciſſuras habentes tradiderunt; fideles ſemper fuerunt & boni, ſed habentes inter ſe quamdam invidiam & [92] contentionem de principatu & dignitate. Verùm omnes hujuſmodi inſipientes ſunt & fatui, qui habent inter ſe æmulationem de principatu. Attamen hi, cùm ſint alioqui boni, ſi auditis mandatis [93] iſtis emendaverint ſe, & citò [94] perſuaſionem meam, egerint pœnitentiam; in turri denique incipient habitare, ſicut & hi qui egerunt dignè pœnitentiam. Quòd ſi quis eorum rurſus ad diſſenſionem redierit, [95] repelletur à turri, & vitam ſuam perdet. Vita etiam eorum qui cuſtodiunt mandata Domini, in mandatis conſiſtit, non in principatu, aut aliqua dignitate. Per patientiam enim, & humilitatem animæ, vitam homines conſequentur: per ſeditiones verò, & contemptum legis, mortem ſibi acquirent.

VIII. Qui verò in virgis ſuis dimidium aridum habebant, & dimidium viride; hi ſunt negotiationibus involuti, neque applicti ſanctis: ideoque etiam dimidium eorum vivit, dimidium vero mortuum eſt. Multi igitur ex illis, auditis mandatis egerunt pœnitentiam, & in turri habitare cœperunt: quidam vero eorum, in totum deſtiterunt. His igitur non eſt locus pœnitentiæ:

73. MSS. *habebant* OXON.
74. Alii, *unuſquiſque in ſuo ordine ſteterunt. Deinde.* Ibid.
75. Lam. *omnes.* Ibid.
76. MSS. *quam.* Ibid.
77. MSS. *honeſtam.* Ibid.
78. Lam. *diligunt agere.* Ibid.
79. *Quorum viderat Dominus puras mentes futuras*, &c.] Similitudine 9. cap. ult. *Cumque vidiſſet Dominus bonam atque puram pœnitentiam eorum: & poſſe eos in ea permanere, juſſit priora peccata eorum deleri.* Huc faciet inſignis locus B. Auguſtini libro de dono perſeverantiæ cap. 10. *Quidam diſputator Catholicus non ignobilis, hunc Evangelii locum ſic expoſuit, ut diceret; præſciſſe Dominum Tyrios & Sidonios à fide fuiſſe poſtea receſſuros, cùm factis apud ſe miraculis credidiſſent; & miſericordiâ potiùs non eum illic iſta feciſſe; quoniam gravioris pœnæ obnoxii fierent, ſi fidem quam tenuerant reliquiſſent, quam ſi eam nullo tempore tenuiſſent.* Sed & ſimilia non pauca ex Chryſoſtomo, aliiſque Patribus colligi poſſent. Porrò imprudenter exiſtimatum fuit, in verbis Hermæ caveri debere Pelagianiſmum. Neque illa dubitationem habere mihi videntur. Deus illis dedit pœnitentiam, à quibus vidit mentes puras geſtum iri, nempe per gratiæ auxilium, per ſpiritum divinitus conceſſum, ut loquitur Paſtor. COTEL.

Math. 11. Luc. 10.

80. MSS. *vidit.* OXON.
81. Lam. *ſederunt ſeorſum.* Ibid.
82. Lam. *accepto aut ſigillo, Domine, dent.* Ibid.
83. MSS. *in.* Ibid.
84. Alii, addunt, &. Ibid.
85. MSS. *inſecuti.* Ibid.
86. Lam. *tu habes ita.* Ibid.
87. MSS. *prope ab.* Ibid.
88. Lam. *murus erit ſedes.* Ibid.
89. Bod. deeſt, *inter ſe.* Lam. *intra ſe.* Ibid.
90. MSS. *geſſerunt.* Ibid.
91. Lam. *habitabunt.* Ibid.
92. Cot. *contentionem.* Ibid.
93. MSS *meis.* Ibid.
94. MSS. *perſuaſionis ſua.* Ibid.
95. Alii, *expelletur.* Ibid.

96. MSS,

tiæ; à negotiatione enim ſua, neſanda in Dominum locuti ſunt, & eum abnegaverunt. Propter hanc igitur nequitiam, amiſerunt vitam. Multi verò ex his dubiam mentem induerunt. Adhuc & iis eſt regreſſus: qui ſi citò pœnitentiam egerint, in turri ſedem habebunt; ſi verò tardiùs egerint, in muris habitabunt; ſi autem non egerint, [96] mortem ſibi acquirent. At hi qui duas partes virgarum ſuarum virides habuerant, & tertiam aridam; [97] compluribus modis depravati, negaverunt Dominum. Ex his igitur multi egerunt pœnitentiam, atque ita in turri habitare cœperunt; & multi à Deo in perpetuum receſſerunt. Illi igitur in totum amiſerunt [98] vitam. Quidam verò dubia mente concepta, diſſenſiones concitaverunt; iis adhuc regreſſus eſt, ſi citò egerint pœnitentiam, nec [99] voluptatibus ſuis remorati fuerint; ſi autem permanſerint in factis ſuis, mortem ſibi acquirent.

IX. Qui verò porrexerunt virgas ſuas, quarum duæ partes aridæ fuerant, & tertia viridis; fideles quidem fuerunt, ſed locupletati, & ſaturati bonis, apud exteras gentes [1] celebriores eſſe cupierunt, & [2] in ſuperbiam magnam inciderunt, & ſublimia cœperunt * ſperare, & veritatem [3] deſerere, neque applicit ſunt juſtis; * cum exteris gentibus convixerunt, & hæc illis vita dulcior viſa eſt: à Deo tamen non receſſerunt, & [4] in fide perſevaraverunt, ſed opera fidei non exercuerunt. Multi igitur ex illis egerunt pœnitentiam; & ſedes eorum, in turri eſſe cœperunt. Alii verò viventes cum exteris gentibus, & [5] elati vanitatibus ſuis, in perpetuum à Deo [6] defecerunt, Nationum facinoribus & operibus ſervientes. Hujuſmodi ergo homines adnumerati ſunt exteris nationibus. Alii ex his dubiam mentem habere cœperunt, non ſperantes ſe propter facta ſua aſſequi poſſe ſalutem. Alii dubii facti, diſſenſiones excitaverunt. His igitur, & illis qui propter facta ſua dubii eſſe cœperunt, adhuc eſt regreſſus: ſed hæc pœnitentia [7] cita eſſe debet, ut ſit in turri ſedes eorum. His verò qui non agunt pœnitentiam, ſed permanent in voluptatibus ſuis, mors propè eſt.

* ſpirare Sic & Bodl.

* ſed cum Sic & MS. C.

X. At hi qui virgas virides porrexerunt, exceptis cacuminibus earum, quæ ſola arida erant, & ſciſſuras habebant; ſemper boni atque fideles & [8] probi erga Deum fuerunt, ſed parumper deliquerunt propter [9] inanes voluptates, & minutas cogitationes, quas [10] intra ſe habuerunt. Auditis ergo verbis meis, plurimi egerunt pœnitentiam celeriter, & in turri habitare cœperunt. Quidam autem ex his evaſerunt dubii: quidam adjecerunt ad dubiam mentem, etiam diſſenſiones movere. In his igitur etiam nunc ſpes eſt regreſſus, quia boni ſemper fuerunt, difficilè autem movebuntur. Qui verò virgas ſuas aridas porrexerunt, exceptis cacuminibus earum, quæ ſola erant viridia; crediderunt quidem Deo, [11] in ſceleribus verò converſati ſunt; numquam tamen à Deo receſſerunt, ſed ſemper nomen Domini libenter tulerunt, & libenter in hoſpitiis ſuis Dei ſervos [12] ſuſceperunt. Auditu igitur [13] hoc, regreſſi, ſine mora egerunt pœnitentiam, & omnem * virtutis * æquitatem exercuerunt. Aliqui verò eorum obierunt: & alii [14] libenter adverſa paſſi ſunt, memores factorum ſuorum.

* virtutem æquitatis

XI. Poſtquam finiſſet omnium virgarum [15] explanationes, ait mihi: Vade, & dic omnibus ut agant pœnitentiam, & vivent Deo. Quia [16] motus Dominus magnâ clementiâ ſuâ, miſit me ut pœnitentiam [17] nunciarem omnibus, his etiam qui non merentur propter facta ſua aſſequi ſalutem. Sed patiens eſt Dominus, & invitationem per Filium ſuum factam vult conſervare. Dico ei: Spero, Domine, [18] fore ut auditis his, univerſi agant pœnitentiam. Credo enim, unumquemque agnitis ſuis factis, & accepto Dei timore, ad pœnitentiam regreſſurum. Ait mihi: Quicumque toto corde egerint pœnitentiam, & purificaverint ſe ab omni nequitia, [19] quæ ſuprà dicta eſt, & non adjecerint adhuc ad delicta ſua quidquam; accipient à Domino remedium [20] priorum peccatorum ſuorum, ſi nihil dubitaverint de mandatis his; & vivent Deo. Qui verò adjecerint, inquit, ad delicta ſua, & converſati fuerint in [21] cupiditatibus ſæculi hujus; damnabunt ſeipſos ad mortem. Tu verò ambula in mandatis iſtis; & vives Deo: & quicumque ambulaverint in his, & rectè ea exercuerint, vivent Deo. Poſtquam verò hæc omnia mihi oſtendit, ait mihi: Reliqua poſt dies paucos tibi oſtendam.

SIMILITUDO IX.

Ædificanda militantis, & triumphantis Eccleſiæ myſteria maxima.

I. POſtquam ſcripſi Mandata & Similitudines Paſtoris illius Nuncii pœnitentiæ; venit ad me, & dixit mihi: Volo oſtendere tibi quæcumque Spiritus tibi oſtendit, qui in effigie Eccleſiæ locutus eſt tecum. Ille enim Spiritus, Filius Dei eſt. Et quia infirmior eras corpore, non antè per Nuncium declaratum eſt tibi, quàm firmatus es à Spiritu, auctuſque viribus, ut etiam Nuncium poſſis videre. Tunc enim bene quidem & [22] magnificè ædificatio turris, ab Eccleſia tibi oſtenſa eſt, ſed ut [23] à virgine monſtrata cuncta vidiſti. Nunc autem per Nuncium illuſtraris, per eumdem quidem Spiritum. Sed oportet te omnia diligenter videre. Idcirco enim in domum tuam miſſus ſum habitare, ab illo Nuncio [24] venerando; ut cùm omnia potenter videris, nihil ut priùs expaveſcas. Et duxit me in [25] aſcenſum montis Arcadiæ; & conſedimus in cacumine ejus. Et oſtendit mihi campum magnum, & circa eum duodecim montes, aliâ atque

96. MS Lam. add. *pœnitentiam.* OXON.
97. MSS. *quamplurimis generibus infectati* Ibid.
98. Bod. *pœnitentiam.* Ibid.
99. Lam. *in voluntatibus.* Ibid.
1. MSS. *honeſtiores eſſe cupiere.* Ibid.
2. Lam. *ſuperbiam magnam induerunt.* Ibid.
3. MSS. *deſeruerunt.* Ibid.
4. Lam. *fideles perſeveraverunt eſſe.* Ibid.
5. MSS. *evecti vanitatibus eorum.* Ibid.
6. MSS. *deſtiterunt.* Ibid
7. Bod. *citata.* Ibid.
8. Lam. *honeſti apud Dominum fuerunt.* Ibid.
9. Lam. *inanes & minimas diſputationes.* Ibid.
10. Bod. *in.* Lam. *inter.* Ibid.
11. Alii, *etſi ad ſcelera aliqua prolapſi ſunt.* Ibid.
12. MSS. *receperunt.* Ibid.
13. MSS. *hoc regreſſu.* Ibid.
14. MSS. *& libenter patiuntur memores.* Ibid.
15. Alii, *exolutiones.* Ibid.
16. Lam. *motus Dominus in multa ſua.* Ibid.
17. MSS. *omnibus darem, & quidem quibuſdam non merentibus.* Ibid.
18. Alii, *quoniam, auditis his, univerſi agent.* Ibid.
19. Lam. omittit, *quæ ſupra dicta eſt.* Ibid.
20. MSS. deeſt, *priorum.* Ibid.
21. Alii, *deſideriis.* Ibid.
22. MSS. *modeſte.* Ibid.
23. Lam. *ad virginem.* Ibid.
24. MSS. *digniſſimo.* Ibid.
25. Lam. *Arcadiæ montem.* Ibid.

26. MSS.

atque aliâ figurâ. Quorum primus niger erat ſicut fuligo. Secundus glabrus ſine herbis. Tertius ſpinis & tribulis plenus. Quartus habebat ſemiaridas herbas; quarum ſuperior pars erat viridis, proxima autem à radicibus arida; quædam etiam herbæ, cùm ſol incanduiſſet, aridæ fiebant. Quintus mons aſperrimus erat; ſed herbas virides habebat. Sextus mons ſciſſuris erat plenus; quibuſdam minoribus, quibuſdam verò majoribus: ſed in illis ſciſſuris erant herbæ, non valde quidem * latæ, ſed velut marcidæ eſſe videbantur. Septimus verò mons [26] delectabiles habebat herbas, & totus fertilis erat; & omne genus pecudum, & [27] volucrum cœli, [28] pabulum carpebant ex illo: & quantùm veſcebantur [29] ex illo, tantò lætiores herbæ creſcebant. Octavus mons fontibus erat repletus; & ex illis fontibus adaquabatur omne genus creaturæ Dei. Nonus mons nullam omnino aquam habebat, & totus deſtitutus erat; ſed & mortiferos ſerpentes [30] alebat, & hominibus pernicioſos. Decimus mons [31] proceras arbores continebat, totuſque erat [32] umbroſus; & ſub umbra pecudes jacebant requieſcentes, ac ruminantes. Undecimus mons denſiſſimis arboribus repletus erat, & arbores illæ aliis atque aliis [33] oneratæ videbantur fructibus; ut [34] quiſquis videret, cuperet edere de fructibus earum. Duodecimus mons, candidus erat totus, & aſpectum habebat [35] delectabiliſſimum, & ipſe ſibi ſummum præſtabat decorem.

* latæ. Sic & C.

II. In medio verò campo candidam & ingentem petram mihi oſtendit, quæ de ipſo campo ſurrexerat: & petra illa altior montibus illis erat, & quadrata, ita ut poſſet totum orbem ſuſtinere. Vetus autem mihi videbatur eſſe; ſed habebat novam portam, quæ nuper videbatur exſculpta. Et porta illa clariorem ſplendorem quàm ſol habebat; ita ut mirarer vehementer lumen ejus. Circa verò portam illam ſtabant [36] virgines duodecim: ex quibus quatuor quæ obtinebant angulos portæ, digniores mihi videbantur eſſe; ſed & cæteræ [37] dignæ erant; ſtabant autem in quatuor partibus portæ. [38] Erat autem & id ad gratiam illarum virginum, quòd illæ binæ & binæ veſtitæ erant linteis tunicis, & [39] decenter ſuccinctæ * exteriùs brachiis dextris, tamquam faſcem aliquem levaturæ, ſic erant paratæ: vehementer enim hilares erant, atque promptæ. Hæc cùm vidiſſem; mecum ipſe mirabar, quòd tam magnas & præclaras res viderem. Et rurſus [40] mirabar, propter virgines illas, quòd tam [41] decoræ & delicatæ eſſent, & ita conſtanter ac fortiter ſtarent, tamquam totum cœlum [42] portaturæ. Et cùm hæc intra me [43] cogitarem: ait ad me Paſtor ille: Quid intra te diſputas, atque torqueris, & ipſe tibi ſollicitudinem [44] adjicis? Quæcumque non potes intelligere, noli [45] attendere, tamquam ſi ſapiens ſis; ſed roga Dominum, ut accepto ſenſu intelligas ea. Quæcumque poſt te ſunt, non potes videre: quæ verò ſunt ante te, vides. In his igitur quæ non potes videre, noli torqueri; & eorum [46] intelligentiam cape, quæ tu vides. Deſine eſſe curioſus. Ego autem demonſtrabo tibi cuncta, quæcumque [47] debeo oſtendere: nunc autem reliqua conſidera.

Vide Orig. Hom. 13. in Ezech. item Vitam S. Genov. ſuprà in Teſt. Ver. Lege etiam infrà in Notis locum Auctoris Operis imperfecti in Matth. ad Matth. 19. 28.

* exertis. Sic & C. & MSS. Angl.

III. Et cùm hæc dixiſſet mihi, ſuſpexi. Et ecce vidi [48] veniſſe ſex viros excelſos ac venerandos, & omnes ſimiles vultu; & vocâſſe quamdam multitudinem virorum: & hi qui venerant vocati ab illis, & ipſi quoque excelſi & fortes erant. Juſſerunt autem illi ſex, eos turrim quamdam ſuper eam portam ædificare. Magnus verò tunc fremitus cœpit eſſe [49] decurrentium circa portam huc atque illuc, eorum virorum qui ad ædificandam turrim venerant. Virgines verò illæ, quæ ſtabant circa portam, [50] jubebant eis ædificationem turris accelerare. Ipſæ autem exporrexerunt manus ſuas, tamquam aliquid accepturæ ab illis. Tunc illi ſex juſſerunt, ut ex quodam profundo lapides [51] attollerent, & in ædificationem turris [52] præpararent. Et elevati ſunt decem [53] lapides candidi, quadrati, circumciſi. Poſtquam verò ſex illi advocaverunt has virgines; juſſerunt eas, univerſos lapides quicumque in turris ædificationem [54] mittendi eſſent, portare, & tranſlatos per portam tradere eis qui ædificaturi erant turrim illam. Continuo hæ virgines, eoſdem lapides qui [55] priùs elevati erant de profundo, inter ſe [56] elevare cœperunt pariter omnes.

IV. Qui autem ſteterunt circa portam, ſic etiam portabant, ut qui videbantur eſſe fortiores,

---

26. MSS. *hilares.* OXON.
27. MSS. *volucres.* Ibid.
28. Lam. *pabula.* Ibid.
29. MSS. *inde.* Ibid.
30. MSS. *habebat.* Ibid.
31. MSS. *habebat arbores magnas.* Ibid.
32. Lam. *tenebroſus.* Ibid.
33. Bod. *ordinatæ erant.* Lam. *ornatæ erant.* Ibid.
34. MSS. *ſi quis vidiſſet, concupiſceret.* Ibid.
35. MSS. *hilariſſimum.* Ibid.
36. *Virgines duodecim.*] In Teſtimoniis veterum omiſimus teſtimonium quod pertinebat ad iſtum locum, & ad alium cap. 15. in quo Virginum nomina proferuntur. Eſt autem Antiqui illius, cujus Commentarios in Matthæum imperfectos habemus, excuſos poſt Homilias S. Chryſoſtomi in eumdem Evangeliſtam. *Adhuc autem audeo*, inquit ad verſ. 28. cap. 19. *& ſubtiliorem introducere ſenſum, & ſententiam alterius ſapientis cujuſdam viri* (haud mihi dubium quin Origenis) *referre. Exponit enim ſic: Quoniam ſicut Judæorum populus in duodecim tribus fuit diviſus, ſic & univerſus populus Chriſtianus diviſus eſt in duodecim tribus, ſecundum quaſdam proprietates animorum, & diverſitates cordium, quas ſolus Deus diſcernere & cognoſcere poteſt: ut quædam animæ ſint quaſi de tribu Ruben, quædam autem de tribu Simeon, vel Levi, vel Juda. Puto enim, quia omnes ſancti quinque Virgines prudentes eſſe dicuntur, quamvis ſint innumerabiles, propter quinque ſenſus ſpirituales; & omnes peccatores, quinque Virgines fatuæ, quamvis innumerabiles ſint, propter quinque ſenſus carnales. Et ſicut omnes Eccleſiæ Chriſti, ſeptem Eccleſiæ dicantur, propter ſeptem ſpiritus, quamvis ſint multæ: omnes enim in quibus præ cæteris virtutibus abundantior eſt ſapientiæ virtus, una habetur Eccleſia: item in quibus præ cæteris virtutibus abundantior eſt intellectus, altera dicitur Eccleſia: & ſic per ſingulos ſpiritus tractans, invenies ſeptem Eccleſias. Similiter propter gratias duodecim, quas in perſona duodecim Virginum exponit Angelus in Paſtore; ſi tamen placet illa Scriptura omnibus Chriſtianis; inveniuntur duodecim eſſe tribus: ut puta, omnes animæ in quibus præ cæteris virtutibus præcellit virtus Veritatis, una eſt tribus. Nec enim omnes gratiæ æqualiter in omnibus ſunt, ſed unus quidem amplius præcellit in iſta, alter vero in illa.* COT.

Matth. 25.
Apoc. 1.

37. Lam. *dignitoſæ.* OXON.
38. MSS. *erat autem inter gratiæ earum virginum & hæ binæ veſtitæ lineis* Ibid.
39. Lam. *& decem incinctæ.* Ibid.
40. Lam. *movebar.* Ibid.
41. MSS. deſunt, *decoræ &.* Ibid.
42. MSS. *portandum haberent.* Ibid.
43. MSS. *diſputarem*, & mox, *diſputas.* Ibid.
44. MSS. *adducis.* Ibid.
45. Lam. *perpendere.* Ibid.
46. MSS. *dominare.* Ibid.
47. Lam. *potueris.* Ibid.
48. Lam. *veniſſe viros excelſos, dignitoſos, & ſimiles.* Ibid.
49. Bod. *diſcurrentium circa portam hinc atque illinc.* Ibid.
50 Lam. *videbant ædificationem.* Alii, *agnoverunt ab eis accelerari oportere.* Ibid.
51. MSS. *deleto ut, aſcendere.* Ibid.
52. MSS. *aptari. Et aſcenderunt decem.* Ibid.
53. *Lapides candidi, quadrati, circumciſi.*] Legendum nec *circumciſi*, ex cap. 5. & 16. COT.
54. MSS. *turri.* OXON.
55. MSS. *primi aſcenderunt.* Ibid.
56. MSS. *allevare.* Ibid.

57. Bod.

res, ad angulos ponerentur; cæteri verò lapides [57] ad latera ſubjiciebantur: atque ita univerſos lapides pertulerunt, eoſque per portam tranſlatos, ædificantibus, ſicut [58] juſſæ erant, tradiderunt. Illi verò excipientes, exſtruxerunt illos. Hæc autem ædificatio ſuper illam petram magnam & portam fiebat, atque ab iis tota turris ſuſtentabatur. Horum autem decem lapidum ſtructura totam portam illam replevit, quæ in fundamento turris illius eſſe cœpit. Poſt illos verò decem lapides, alii viginti quinque [59] elevati ſunt de profundo; & hi ſtructi ſunt in ædificationem turris ejuſdem, per illas virgines levati, ſicut priores. Poſt hos alii trigintaquinque elevati ſunt, & hi ſimiliter in eodem opere aptati ſunt. Poſt hos, quadraginta lapides aſcenderunt, & hi omnes adjecti ſunt in ſtructuram turris illius. Quatuor ergo ordines cœperunt eſſe in [60] fundamento turris illius; defierunt [61] enim lapides extrahi de profundo: pauliſper & hi qui ædificabant, quieverunt. Iterum illi ſex viri, multitudini illi imperaverunt, ut de illis duodecim montibus adportarent lapides ad ædificationem turris ejuſdem. Illi autem excidebant de univerſis montibus [62] variorum colorum lapides; & deferentes [63] eos, porrigebant Virginibus: quos illæ accipientes transferebant, & in ædificationem turris porrigebant. [64] In * qua cùm ſtructi eſſent illi; candidi, variique fiebant; & ſimiliter omnes, * priores mutabant colores. Quidam verò ab ipſis viris porrigebantur: qui cùm in eam ædificationem veniſſent; quales ponebantur, tales & permanebant. Hi nec candidi fiebant, nec varii; quoniam non erant à Virginibus per portam tranſlati. Hi ergo lapides deformes erant, in ædificatione. Quos cùm animadvertiſſent illi ſex viri; juſſerunt tolli, & ſuo loco [65] reponi unde delati fuerant. Et dicunt ad illos qui lapides illos adferebant: Omnino vos nobis ad ædificationem hanc lapides porrigere nolite; ſed juxta turrim ponite eos, ut hæ virgines tranſlatos porrigant: niſi enim ab his virginibus tranſlati fuerint per hanc portam, colores ſuos mutare non poſſunt: nolite igitur fruſtra laborare.

* æquam

* & priores Sic & MS. C.

V. Effecta eſt autem ſtructura illo die; ſed turris conſummata non eſt: futurum enim erat, ut ædificaretur: propterea etiam nunc & quædam dilatio facta eſt. Et juſſerunt illi ſex, eos qui ædificabant, [66] abire, & veluti [67] aliquamdiu quieſcere: Illis verò Virginibus præceperunt, ne à turri [68] diſcederent. Propterea autem videbantur mihi relictæ, ut cuſtodirent turrim illam. Poſtquam autem receſſerunt, dico ad Paſtorem illum: Quare, Domine, non eſt peracta ædificatio turris? Non enim, inquit, antè conſummari poteſt, quàm veniat Dominus ejus, & ſtructuram hanc probet: ut ſi quos lapides non bonos in ea invenerit, mutentur. Ad voluntatem enim ejus ædificabatur hæc turris. Vellem, inquam, Domine, ſcire, quid ſignificet ædificatio turris hujus, & de hac petra, & de hac porta cognoſcere, & de montibus, & de Virginibus, & de lapidibus qui [69] extracti ſunt de profundo, nec circumciſi ſunt, ſed ſicut aſcenderunt, ſic [70] miſſi ſunt in ſtructuram; & quare primùm lapides decem in * fundamento * ſtructi ſunt, deinde vigintiquinque, deinde trigintaquinque, deinde quadraginta. Item de illis lapidibus qui poſiti ſunt in ſtructuram, iterumque ſublati, & in [71] locum ſuum relati. De omnibus his, Domine, deſiderium animæ meæ comple, & omnia mihi demonſtra. Et dixit mihi: Si * [72] tardus non fueris, omnia * non * cognoſces, * & * videbis reliqua quæ futura ſunt huic turri, & omnes ſimilitudines diligenter cognoſces. Et venimus poſt dies paucos in eumdem locum, ubi ſederamus, & dicit mihi: Perveniamus ad turrim. Dominus enim ejus venturus eſt, ut conſideret eam. Venimus igitur illuc, & neminem alium quàm virgines illas invenimus. Et interrogavit eas; an affuiſſet Dominus turris illius? Et reſponderunt, continuò eum [73] adfuturum, ut conſideret ſtructuram illam.

* fundamentis ſtructuræ

* arduus Sic & C.

* cognoſcis; poſt. At MS. C cognoſces, &c.

VI. Poſt puſillum verò video multitudinem virorum magnam venientem, & in medio eorum ita excelſum virum, ut magnitudine ſua ipſam turrim ſuperaret: & circa eum ſex illos quos in ædificatione imperare videram, & eos omnes qui ædificaverunt turrim illam, & præterea alios quamplures [74] dignitate ſplendidos viros. Virgines verò illæ quæ cuſtodiebant turrim illam, adcurrerunt, [75] & oſculatæ ſunt eum, & prope eum cœperunt ambulare. Ille autem tam diligenter conſiderabat ſtructuram illam, ut ſingulos lapides [76] contrectaret: quin etiam ſingulos virgâ, quam in manu tenebat, feriebat. Ex quibus quidam, cùm eſſent percuſſi, nigri fiebant velut fuligo; quidam autem tamquam ſcabri; quidam ſciſſuras habentes; quidam curti; quidam nec nigri, nec albi, quidam aſperi, nec cum cæteris lapidibus convenientes; quidam plurimas maculas habentes. Hæ ſunt varietates lapidum illorum, qui in ſtructura illa non [77] idonei reperti ſunt. Juſſit eos Dominus omnes de turri deponi, & juxta eam relinqui; & alios lapides afferri, & loco eorum reponi. Et interrogaverunt eum qui ædificabant, ex quo monte vellet afferri, & reponi in locum ejectorum? De montibus quidem vetuit afferri; ſed ex campo quodam, qui propè erat, juſſit [78] afferri. Foderunt enim campum illum, & invenerunt lapides ſplendidos, quadratos: quoſdam verò etiam rotundos: quicum-

57. Bod. *à lateribus ſubibant.* OXON.
58. MSS. *juſſerant.* Ibid.
59. MSS. *aſcenderunt*, ut ſæpe. Ibid.
60. Lam. *fundamentis turris hujus.* Ibid.
61. Lam. *ergo lapides aſcendere de.* Ibid.
62. MSS. *lapides variis coloribus.* Ibid.
63. MSS. *adportatos.* Ibid.
64. Lam. *quam cum inſtructi.* Ibid.
65. MSS. *referri unde deportati.* Ibid.
66. MSS. *recedere.* Ibid
67 MSS. *quieſcere aliquid.* Ibid.
68. Lam. *recederent.* Ibid.
69. MSS. *aſcenderunt.* Ibid.
70. MSS. *ierunt.* Ibid.
71. Lam. *loco ſuo.* Ibid.
72. MSS. *arduus.* Ibid.
73. MSS. *venturum.* Ibid.
74. MSS. *dignitoſos.*] Ex multis indiciis intelligere eſt Anglicanos Codices, quorum variæ lectiones ſub paginis hujus Editionis leguntur, meliores eſſe iis ex quibus expreſſæ ſunt vulgatæ Hermæ editiones. Sed duo ſunt potiſſimùm, ex quibus hoc colligere liceat. Alterum eſt voces bene Latinas, ſed ſæculis barbaris minùs uſurpatas, in iis comparere, quæ in notiores ſequiori ævo mutatæ leguntur in aliis Codicibus. Alterum, alias voces barbaras quidem illas; ſed ante aliquot ſæcula non ampliùs uſitatas, in iis occurrere, quæ non leguntur in Editionibus. Hujus generis eſt vox *dignitoſus*, non ævi quidem Ciceroniani, ſed nec infimi. *Veteres Gloſſæ: Dignitoſus, ἀξιωματικός.* Vide & ſupra ad Cap. III. At Ciceroniani temporis eſt vox *diſputare*, pro eo quod eſt agere de re quapiam, quæ legitur in memoratis Codicibus Anglicanis, & paſſim mutata eſt in *cogitare*; quòd exſcriptores non intelligerent eam vocem alio ſenſu, quàm altercandi. Vide ad Similitudinem ſecundam hujus libri tertii. Plura exempla poſſent afferri, ſed ſtudioſum Lectorem monuiſſe ſatis erit. CLER.
75. Lam. *oſculati eum.* OXON.
76. MSS. *pertractaret.* Ibid.
77. MSS. *boni.* Ibid.
78. MSS. *apportare.* Ibid.

cumque autem erant in illo campo, omnes allati ſunt, & per portam [79] tranſportati à virginibus illis: & qui ex eis quadrati erant, formati ſunt, & poſiti in locum ejectorum: at verò qui rotundi, non ſunt adjecti in ſtructuram; quoniam [80] duri erant, & longum eſſe videbatur, circumcidere eos; ſed poſiti ſunt circa turrim, tamquam futurum eſſet, ut circumciderentur, & in ſtructuram [81] mitterentur; valde enim ſplendidi erant.

VII. Hæc cùm vidiſſet Vir ille [82] dignitate præcipuus, & Dominus totius turris, vocavit hunc Paſtorem, & tradidit ei lapides qui reprobati erant, & poſiti circa turrim; & ait ad illum: Communda diligenter lapides hos, & [83] apta in ſtructuram turris, ut cùm cæteris poſſint convenire; eos autem qui non conveniunt, longè à turri projicies. Hæc cùm præcepiſſet ei, cum omnibus, eum quibus venerat ad turrim, abiit. Virgines autem illæ ſteterunt circa turrim, cuſtodientes eam. Et dixi ad Paſtorem illum: Quonam modo poſſunt lapides hi in ſtructuram hujus turris, cùm reprobati ſint, redire? Et dixit mihi: Ego de lapidibus iſtis majorem partem circumcidi, & adjiciam in ſtructuram, & convenient cum cæteris. Et dixi: Quo modo, Domine, poſſunt circumciſi eumdem locum [84] implere? Quicumque, inquit, minores inventi fuerint, in mediam ſtructuram ibunt; majores verò, deforis ponentur, & continebunt eos. Hæc cùm dixiſſet mihi: Eamus, inquit, & poſt triduum revertamur, & emundatos hos lapides in ſtructuram adjiciam: Ea enim quæ ſunt circa turrim, commundari debent omnia; ne fortè ſubitò paterfamilias ſuperveniat, & immunda ea quæ circa turrim ſunt inveniat, & ita [85] aſpernetur, & hi lapides non mittantur in ſtructuram turris hujus, & ego negligens [86] paterfamilias videar eſſe. Poſt triduum autem, cùm veniſſemus ad eamdem turrim, ait mihi: Conſideremus hos lapides omnes, & videamus qui ex eis poſſunt in ſtructuram [87] ire. Dico ei: Conſideremus, Domine.

VIII. Primùm omnium cœpimus conſiderare eos, qui nigri fuerant. Quales enim à ſtructura depoſiti fuerant, tales ſunt reperti. Juſſit eos à turri moveri, & ſeorſum [88] reponi. Deinde conſideravit eos qui ſcabroſi fuerant: & multos ex eis circumcidi juſſit, & per Virgines eos in ſtructuram turris aptari. Illæ autem, ſublatos eos aptaverunt in media ſtructura: reliquos autem juſſit cum illis nigris reponi; nam & hi evaſerunt nigri. Deinde conſiderabat eos qui ſciſſuras habebant: & ex illis multos circumcidi juſſit, & per illas virgines adjici in ſtructuram. Hi deforis poſiti ſunt, [89] quoniam integri inventi ſunt: reliqui autem propter multitudinem ſciſſurarum non potuerunt afformari; propterea projecti ſunt ab ædificatione turris. Deinde conſiderabat eos qui curti facti erant: multi ex illis ſciſſuras habebant, & nigri evaſerant; alii verò ſciſſuras magnas habebant, quos juſſit apponi cum illis qui rejecti erant: reliquos autem commundatos, & afformatos adjici juſſit in ſtructuram; quos ſublatos virgines illæ in media ſtructura aptaverunt; infirmiores enim erant. Deinde conſiderabat eos, qui dimidii quidem albi, dimidii autem nigri fuerant reperti: & multi ex illis nigri inventi ſunt. Juſſit & hos transferri ad illos qui rejecti erant: reliqui verò toti candidi inventi ſunt; & hi ſublati ſunt à Virginibus, & aptati in eadem turri; exteriores autem poſiti ſunt * qui integri inventi ſunt, ita ut poſſent continere eos qui in medio conſtructi erant: nihil enim eis reciſum eſt. Deinde conſiderabat eos qui duri & aſperi fuerunt: pauci ex his *adjecti ſunt, quoniam non poterant circumcidi: valde enim duri reperti ſunt: reliqui autem [90] formati ſunt, & in media ſtructura à Virginibus aptati; infirmiores enim erant. Deinde conſiderabat illos qui maculas habebant: & ex eis pauci reperti ſunt nigri; & hi ad cæteros adjecti ſunt: qui verò ſuperfuerant, candidi & integri inventi ſunt; & hi à Virginibus in ſtructuram aptati ſunt, & deforis poſiti, propter fortitudinem ſuam.

* quoniam *Sic & MS.* C.

* abjecti *Sic & MS.* C. *& Lamb.*

IX. Venit [91] deinde ut conſideraret eos lapides, qui candidi & rotundi erant, & ait mihi: Quid faciemus de his lapidibus? Et ego dixi: Domine, neſcio. Nihil ergo, inquit, excogitas de his? Ego, inquam, artem hanc non novi, nec lapidarius ſum, nec poſſum intelligere quidquam. Et dixit: Non vides eos valde rotundos eſſe? Quòd ſi voluero eos quadratos redigere, plurimum mihi ex his recidendum eſt: ſed neceſſe eſt aliquos ex his in ſtructuram turris [92] tranſire. Et dixi: Si neceſſe eſt, quid igitur [93] te implicas, & non eligis, ſi quos habes eligere, & aptas in ſtructuram illam? Et elegit quos vidit maximos & ſplendidiſſimos, & [94] afformavit eos: quos ſublatos, virgines illæ in exterioribus partibus ſtructuræ poſuerunt: reliqui verò qui ſuperfuerunt, repoſiti ſunt in eumdem campum unde ſumpti erant; abjecti verò non ſunt; Quoniam, inquit, adhuc exiguum deeſt huic turri quod ædificandum erit; & forſitan vult Dominus hos lapides aptari in ea ſtructura, [95] quia valde candidi ſunt. Vocatæ ſunt deinde mulieres ſpecioſiſſimæ duodecim, nigra veſte veſtitæ, incinctæ, & exertis humeris, [96] capilliſque ſolutis. Videbantur autem mihi hæ mulieres agreſtes eſſe. Et juſſit eas Paſtor ille tollere lapides illos qui de ſtructura [97] ejecti erant, & eos referri in montes unde ablati fuerant. Et illæ gaudentes ſuſtulerunt omnes, ac reportaverunt eos unde extracti fuerant. Poſtquam autem nullus lapis circa turrim jaceret: ait mihi: Circumeamus hanc turrim, & videamus, [98] numquid aliquid deſit illi. Cœpimus ergo circumire eam. Et ut vidit eam decenter ædificatam, cœpit valde hilaris eſſe; ita enim decenter ædificata fuerat, ut qui vidiſſet, concupiſceret ſtructuram ejus:

79. Lam. *tranſlati.* OXON.
80. Lam. *& durum erat.* Ibid.
81. MSS. *irent.* Ibid.
82. MSS. *dignitoſus.* Ibid.
83. Lam. *pone in ſtructura.* Ibid.
84. MSS. *explere.* Ibid.
85. MSS. *exaſperetur.* Ibid.
86. *Negligens paterfamilias.*] Fortè *patriſfamiliàs.* COTELERIUS.
87. Lam. *convenire* Ibid.
88. Lam. *poni.* Ibid.
89. Lam. *quoniam.* Alii *qui.* Ibid.
90. MSS. *deformati.* Ibid.
91. Lam. *deinde conſiderare.* Ibid.
92. MSS. *ire.* Ibid.
93. Bod. *miſeris.* Ibid.
94. Lam. *deformavit.*] Hæc recta eſt lectio, non inepta & inuſitata vox *afformare.* Sic & ſupra Cap. VIII. *deformati* perperam mutatum in *formati.* Nimirum, exſcriptores exiſtimarunt *deformare* eſſe tantùm deformem & turpem reddere, cum ſit etiam ſimpliciter *mutare formam* in quamvis aliam. *Veteres Gloſſæ: Deformo,* [illegible]. *Deformo* (ſic legendum) [illegible], quæ ſignificatio optimè hic convenit, ubi forma rotunda lapidum reſectione in quadratam mutatur. CLER.
95. Lam. *quæ valde candida eſt.* OXON.
96. MSS. *capillis vero diſſolutis.* Ibid.
97. Lam. leg. *abjecti erant,* & omittit omnia quæ ſequuntur uſque ad *Poſtquam autem.* Ibid.
98. MSS. *nequid.* Ibid.

In Origenis Philocalia, c. 8.

ejus: quoniam quaſi de uno lapide videbatur eſſe, nec uſquam commiſſura apparebat, ſed ex petra [99] una videbatur exſculpta.

X. Ego autem [1] hujuſmodi turrim attentè conſiderans, valde lætabar. Et ait mihi: Affer calcem, & teſtas minutas, ut formas eorum lapidum, qui ſublati ſunt de [2] ſtructura, & iterum repoſiti, expleam; ea enim quæ circa turrim ſunt, omnia æquari debent. Et feci ſicut juſſit mihi, & attuli ad eum. Et ait mihi: Præſto adſis mihi, inquit, & citò hoc opus perficietur. Complevit ergo formas illorum lapidum, & juſſit locum mundari circa turrim. Tunc virgines illæ apprehenderunt ſcopas, & mundaverunt totum, & ſuſtulerunt [3] excrementa, & ſparſerunt aquam: quo completo, factus eſt locus [4] delectabilis, & turris decora. Ait deinde mihi: Omnia commundata ſunt: ſi venerit Dominus hanc turrim conſummare, nihil inveniet quod de nobis queratur. Hæc cùm dixiſſet, volebat abire. At ego apprehendi peram ejus, & cœpi rogare eum per Dominum, ut mihi omnia quæ oſtenderat, [5] explicaret. Ait mihi: Habeo modicam occupationem; at omnia tibi explicabo: exſpecta autem me hîc, dum venio. Dico ei: Domine, quid hîc ſolus faciam? Reſpondit: Non es ſolus; omnes enim Virgines tecum ſunt. Et dixi: Trade me, Domine, ergo eis. At ille vocavit illas, & dixit eis: Commendo vobis hunc, donec venio. Remanſi igitur cum virginibus illis. Illæ autem hilares erant, & affabiles mihi, præcipuè tamen quatuor, quæ cæteras præcedebant dignitate.

XI. Dicunt mihi deinde virgines illæ: Hodie Paſtor ille huc venturus non eſt. Et dixi: Quid ergo ego faciam? Et dicunt mihi: Uſque in veſperam exſpecta eum, ſi [6] forſan venerit, & loquetur tecum: ſin minùs, nobiſcum, dum veniat, manebis. Dixi eis: Exſpectabo eum uſque ad veſperam: quòd ſi non venerit, domum ibo, & revertar manè. Reſponderunt mihi: Nobis [7] aſſignatus es, non potes [8] recedere à nobis. Et dixi: Ubi manebo? Dicunt mihi: Nobiſcum dormies, ut frater, non ut maritus: frater enim noſter es, & de cætero tecum [9] habitare paratæ ſumus: valde enim carum te habemus. Ego autem erubeſcebam cum eis [10] manere. Ea verò quæ ex illis prima eſſe videbatur, amplexata me eſt, & oſculari me cœpit. Cæteræ verò cùm vidiſſent me [11] amplexari ab illa, & ipſæ cœperunt me ut fratrem oſculari, & [12] ducere circa turrim, & ludere mecum. Quædam autem ex illis pſalmos canebant, quædam choros ducebant. Ego autem circa eam turrim in ſilentio lætus cum eis ambulabam, & videbar mihi junior factus eſſe. Poſtquam verò veſpera eſſe cœpit, domum [13] repentè abire volebam; illæ autem retinuerunt me, & non permiſerunt abire: Manſi ergo illa nocte cum eis [14] juxta eamdem turrim. Straverunt autem tunicas ſuas linteas in terram, & me in medio collocaverunt, nec quidquam aliud faciebant, niſi quòd orabant. Sed & ego cum illis ſine intermiſſione orabam, neque minùs quàm illæ. Quæ cùm me ſic orantem vidiſſent, ingens gaudium perceperunt, & cum eis illic fui, uſque ad diem poſterum. Et cùm adoraſſemus Dominum, tunc venit Paſtor ille, & ait ad illas: [15] Nullam ei feciſtis injuriam? Et dixerunt ei: Ipſum interroga. Dico ei: Domine, [16] magna voluptas me cœpit, quòd manſi cum eis. Et dixit mihi: Quid cœnaſti? Et dixi: Cœnavi, Domine, totâ nocte verba Domini. Bene, inquit, te acceperunt? Et dixi: Bene, Domine. Numquid vis nunc audire? Et dixi: Volo, Domine: & primùm, ſicut te interrogavero, rogo ut ſic mihi demonſtres. Quemadmodum vis, inquit, ſic tibi rem explanabo, nec quidquam te celabo.

XII. Primùm omnium, Domine, inquam, hoc mihi demonſtra. Petra hæc, & porta quid ſunt? Audi, inquit: [17] Petra hæc, & porta, Filius Dei eſt. Quonam pacto, inquam, Domine, petra vetus eſt, porta autem nova? Audi, inquit, inſipiens, & intellige. Filius quidem Dei omni creaturâ antiquior eſt, ita ut in conſilio Patri ſuo adfuerit [18] ad condendam creaturam. Porta autem propterea nova eſt, quia in conſummatione in noviſſimis diebus * apparebit, ut qui aſſecuturi ſunt ſalutem, per eam intrent in regnum Dei. Vidiſti, inquit, lapides illos, qui per portam tranſlati ſunt in ſtructuram turris [19] collocatos, eos verò qui non erant tranſlati per portam, abjectos in locum ſuum? Et dixi: Vidi, Domine. Sic, inquit, nemo intrabit in regnum Dei, niſi qui acceperit nomen Filii Dei. Si enim civitatem aliquam volueris intrare, & civitas illa cincta ſit muro, & unam habeat tantummodò portam; numquid poteris aliâ intrare civitatem illam, niſi per portam quam habet? Et quonam modo, inquam, Domine, aliter fieri poteſt? Sicut ergo, inquit, in illam urbem non poteſt intrari, quàm per portam ejus: ita nec in regnum Dei poteſt [20] aliter intrari, niſi per nomen Filii ejus, qui eſt ei cariſſimus. Et dixit mihi: Vidiſti turbam eorum qui ædificabant turrim illam? Vidi, inquam, Domine. Et dixit: Illi omnes Nuncii ſunt [21] dignitate venerandi. His igitur veluti muro cinctus eſt Dominus. Porta verò Filius Dei eſt, qui ſolus eſt acceſſus ad Deum. Aliter ergo nemo intrabit ad Deum, niſi per Filium ejus. Vidiſti, inquit, illos ſex viros, & in medio [22] præcelſum virum illum ac magnum, qui circa turrim ambulavit, & lapides de ſtructura [23] reprobavit? Vidi, inquam, Domine. Ille, inquit, [24] præcelſus, Filius Dei eſt: & illi, ſex Nuncii ſunt [25] dignitate conſpicui, dextra, lævâque eum [26] circumſtantes. Ex his, inquit [27] excellentibus Nunciis, nemo ſine eo intrabit ad Deum. Et dixit: Quicumque ergo nomen ejus

* apparuit. Sic & MS. C. & Angl.

99. Lam. *illa*. OXON.
1. MSS. *ejuſmodi conſiderans bene, valde lætus eram.* Ibid.
2. Lam. *ſtructura, repoſitas expleam.* Ibid.
3. MSS. *ſtercus*. Ibid.
4. MSS. *hilaris*. Ibid.
5. Ed. *exſolveret*, ut ſæpe. Ibid.
6. MSS. *venerit, forſitan loquatur*. Ibid.
7. MSS. *conſignatus*. Ibid.
8. MSS *diſcedere*. Ibid.
9. Bod. *habitaturæ ſumus*. Ibid.
10. Lam. *habitare*. Ibid.
11. MSS. *amplexum*. Ibid.
12. MSS. *ducebant*, & mox, *ludebant*. Ibid.
13. MSS. deeſt, *repente*. Ibid.
14. Lam. *ad eam turrim*. Ibid.
15. MSS. *ne forte feciſtis*. Ibid.
16. MSS. *magnam voluptatem percepi*. Ibid.
17. Sic in ſacris literis, Dominus *Petra* & *Janua* dicitur; Ibid.
18. Lam. *conſtituendo*, Bod. *conſtituendi*. Ibid.
19. Lam. *collatos*. Ibid.
20. Lam. *aliquis intrare*. Ibid.
21. MSS. *dignitoſi*. Ibid.
22. MSS. *honeſtum virum atque magnum*. Ibid.
23. Lam. *portavit*. Ibid.
24. MSS. *honeſtus*. Ibid.
25. MSS. *dignitoſi*. Ibid.
26. MSS. *continentes*. Ibid.
27. MSS. *dignitoſis*. Ibid.

ejus non acceperit, non intrabit in regnum Dei.

XIII. Et dixi: Quid eſt deinde hæc turris? Hæc, inquit, Eccleſia eſt. Et virgines hæ quæ ſunt, Domine? Et dixit mihi: [28] Hæ, inquit, ſpiritus ſancti ſunt: non aliter enim homo poteſt in regnum Dei intrare, niſi hæ induerint eum veſte ſua. Etenim nihil proderit tibi, accipere nomen Filii Dei, niſi etiam & veſtem earum acceperis ab eis. Hæ namque virgines, poteſtates ſunt Filii Dei. Ita fruſtra nomen portabit quis, niſi etiam poteſtates ejus [29] portaverit. Et dixit mihi: Vidiſti lapides illos qui abjecti ſunt? Illi enim nomen quidem [30] portarunt, veſtem autem illarum non induerunt. Et dixi: Quæ eſt veſtis earum, Domine? Ipſa, inquit, nomina, veſtis earum eſt. Quicumque ergo, inquit, [31] nomen Filii Dei portat, harum quoque nomina portare debet: nam & [32] Filius * nomina portat earum. Quoſcumque, inquit, lapides vidiſti in ſtructura remanſiſſe, per manus harum traditos, earum poteſtate veſtiti ſunt. Ideoque totam turrim [33] concordem vides cum petra, & velut ex uno lapide factam. Sic quoque ii qui crediderunt Deo per Filium ejus, induti ſunt ſpiritum hunc. Ecce unus erit ſpiritus, & unum corpus, & unus [34] color veſtium eorum: ſed & illi aſſequentur iſta, qui [35] portaverint nomina virginum harum. Et dixi: Quare ergo, Domine, abjecti ſunt lapides qui reprobati fuerunt, cùm & ipſi per portam tranſlati fuerint, & traditi per manus virginum harum, in ſtructuram turris hujus? Quoniam, inquit, cura tibi eſt, omnia diligenter inquirere; audi de iis lapidibus, qui abjecti ſunt. Hi omnes nomen Filii Dei acceperunt, ſed & poteſtatem virginum harum. His ergo Spiritibus acceptis conſummati fuerunt, & in numero ſervorum Dei redacti, & unum corpus eorum eſſe cœpit, atque una veſtis: eamdem enim ſentiebant æquitatem, quam pariter exercebant. At verò poſtquam viderunt mulieres illas, quas advertiſti nigra veſte veſtitas, exertis humeris, & [36] ſolutis crinibus; [37] concupiverunt ſollicitare illas, ob pulcritudinem earum; & induti ſunt poteſtate earum, Virginum verò projecerunt [38] amictum. Hi igitur abjecti ſunt à domo Dei, & traditi mulieribus illis. At hi qui non ſunt corrupti pulcritudine earum, in domo Dei remanſerunt. Habes, inquit, horum lapidum qui abjecti ſunt, explicationem.

* Ed. aliæ addunt *Dei*.

Vid. Orig Philoc. c. 8.

XIV. Et dixi: Si qui ergo, Domine, hominum qui hujuſmodi ſunt, egerint pœnitentiam, & abjecerint cupiditatem mulierum illarum, & converſi redierint ad Virgines, & earum poteſtatem induerint; nonne intrabunt in domum Dei? Intrabunt, inquit, ſi abjecerint omnia opera mulierum illarum, & harum virginum reſumpſerint poteſtatem, & in operibus earum ambulaverint: & ideo intermiſſio facta eſt ſtruendi, ut ſi hi egerint pœnitentiam, adjiciantur in ſtructuram turris: ſi autem non egerint pœnitentiam, alii ſtruantur loco eorum; & illi tunc abjicientur in [39] toto. Ad hæc omnia gratias egi Domino, quòd in omnes, in quibus invocatum eſt nomen ejus, motus clementiâ, miſerit præſidem Nuncium pœnitentiæ ad nos, qui deliquimus ei; & quòd renovaverit ſpiritus noſtros jam certè deficientes, neque habentes ſpem ſalutis, nunc verò * recreat ad reintegrationem vitæ. Et dixi: Nunc, Domine, demonſtra mihi, quare non in terra ædificatur hæc turris, ſed ſupra petram, & portam. Quoniam, inquit, inſipiens & ſine intellectu es; ideo interrogas. Et dixi: Neceſſe habeo, Domine, omnia te interrogare; quoniam nihil omnino intelligo: reſponſa enim omnia, magna & præclara ſunt, & quæ homines vix intelligere poſſunt. Audi, inquit; Nomen Filii Dei, magnum & immenſum eſt, & totus ab eo ſuſtentatur orbis. Si ergo, inquam, omnis Dei creatura per Filium ejus ſuſtentatur; cur non & eos ſuſtinet, qui invitati ſunt ab eo, & nomen ejus ferunt, & in præceptis ejus ambulant? Nonne etiam vides, inquit, quòd ſuſtinet eos, qui ex totis præcordiis portant nomen ejus? Ipſe igitur fundamentum eſt eorum; & libenter portat eos [40] qui non negant nomen ejus, ſed libenter ſuſtinent illum.

Pœnitentiæ.

* recreavit. Sic & MSS. Angl.

XV. Et dixi: Demonſtra mihi, Domine, nomina virginum harum, & mulierum illarum quæ nigra veſte ſunt [41] indutæ. Audi, inquit, nomina virginum quæ potentiores ſunt, quæ obtinuerunt angulos portæ: hæc * ſunt: Prima vocatur Fides; ſecunda Abſtinentia; tertia Poteſtas; quarta Patientia: ceteræ autem quæ [42] infra has conſiſtunt, his nominibus vocantur: Simplicitas, Innocentia, Caſtitas, Hilaritas, Veritas, Intelligentia, Concordia, Caritas. Quicumque itaque portant hæc nomina, & nomen Filii Dei; in regnum Dei poterunt intrare. Audi nunc mulierum nomina, quæ nigra veſte veſtitæ ſunt: * & his quatuor potentiores ſunt: quarum prima Perfidia; ſecunda Intemperantia; tertia Incredulitas; quarta [43] Voluptas nominatur. Sequentes verò harum, ſic nominantur: Triſtitia, Malitia, Libido, Iracundia, Mendacium, Stultitia, Inflatio, Odium: hos Spiritus, qui portat Dei ſervus, regnum Dei videbit quidem, ſed non intrabit in illud. Lapides verò illi, Domine, qui de profundo in ſtructura aptati ſunt; qui ſunt? Decem, inquit, qui in fundamentis collocati ſunt; primum ſæculum eſt: ſequentes viginti quinque, ſecundum ſæculum eſt juſtorum * virorum. Illi autem * triginta, Prophetæ Domini, ac miniſtri ſunt: quadraginta verò, Apoſtoli & doctores ſunt prædicationis Filii Dei. Et dixi: Cur ergo, Domine, virgines illæ, etiam hos lapides in ſtructuram turris porrexerunt, tranſlatos per portam? Et dixit: Hi enim primi Spiritus illos portaverunt, & omnino alius ab alio non receſſerunt, nec Spiritus ab hominibus, nec homines à Spiritibus; ſed juncti fuerunt hi Spiritus eis * uſque ad diem quietis: qui niſi hos Spiritus ſecum habuiſſent, non fuiſſent utiles ſtructuræ turris hujus.

* ſunt nomina earum. Sic & MS. C.

Origenes Hom. 35. in Ezech. Vita S. Genovefæ, cap. 4. Auctor Operis imperfecti in Matth. ad c. 19. v. 28.

* ex

* virorum

* triginta quinque. MS. C.

* Addunt *hominibus* MSS. Anglic.

XVI. Et

28. Spiritus ſanctus reſpectu multiplicium donorum ſuorum per plures virgines repræſentatur; tamen unus ſtatim dicitur. OXON.

29. MSS. *induerint*. Ibid.

30. MSS. *tulerunt*. Ibid.

31. Lam. *ipſum*, *inquit*, *nomen*. Ibid.

32. De nomine Filii Dei ab electis geſtato, vid. Apoc. 2: 17. 3: 12. 14. 1. & de veſte nuptiali, Matth. 22: 11. Porro Apoſtolus Paulus jubet *Chriſtum induere*, Rom. 13. 14. Ibid.

33. Bod. *conſimilem*. Cot. *concordem*. Lam, *conculatam*. Ibid.

34. Lam. *odor veſtium earum*. Ibid.

35. MSS. *tulerint*. Ibid.

36. Lam. *diſſolutis*. Ibid.

37. MSS. *concupierunt enim eas*, *ſollicitati pulcritudine*; Ibid.

38. Lam. *amictum*. Ibid.

39. Lam. *totum*. Ibid.

40. Lam. *quoniam*. Ibid.

41. MSS. *veſtitæ*, ut infra. Ibid.

42. Lam. *inter has conſtiterunt*. Ibid.

43. MSS. *dulcedo*. Ibid.

44. Ne-

XVI. Et dixi: Etiam nunc, Domine, demonſtra mihi. Quid quæris? inquit. Quare, inquam, de profundo hi lapides aſcenderunt, & poſiti ſunt in ſtructuram turris hujus; cùm jam pridem portaverint Spiritus juſtos? [44] Neceſſe eſt, inquit, ut per aquam habeant aſcendere, ut requieſcant. Non poterant enim aliter in regnum Dei intrare, quàm ut deponerent mortalitatem prioris vitæ. Illi igitur defuncti, ſigillo Filii Dei ſignati ſunt, & intraverunt in regnum Dei. Antequam enim accipiat homo nomen Filii Dei, morti deſtinatus eſt: at [45] ubi

---

44. *Neceſſe eſt ut per aquam habeat aſcendere*, &c.] Quandoquidem lavatio corporibus competit, non animis, Noſter neceſſariò intelligit Baptiſmum Metaphoricum & Myſticum, bona videlicet quæ in Baptiſmate à Deo conceduntur. Quod ergo dicit, iſtud eſt; Patriarchæ, Prophetæ, cæterique homines juſti, ante Chriſti adventum denati, cùm virtutibus abundâſſent, ad ingrediendum in regnum Dei indigebant ſolummodo ſigillo Filii Dei, ſeu Baptiſmate; (Baptiſma enim ita paſſim apud Patres appellatur, rationemque denominationis illius reddit Theologus Gregorius Orat. 40.) hoc eſt, indulgentiâ Baptiſmali. Quocirca Apoſtoli & doctores Evangeliſtæ, ipſi baptizati, prædicaverunt poſt mortem ſuam juſtis mortuis Baptiſmum ac fidem, deſcenderuntque cum illis in aquam; eo modo quo Philippus & Eunuchus Act. VIII. 38. deſcenderunt in aquam, ut hunc ille baptizaret; atque ex aqua aſcenderunt; cum hac differentia, quòd Apoſtoli, utpote jam donati lavacro regenerationis, vivi deſcenderint & aſcenderint; juſti verò, quia Baptiſmi antea erant expertes, mortui deſcenderint, aſcenderint vivi. Hic mihi videtur ſenſus eſſe obſcuriſſimi loci, atque à multis non intellecti.

Jam verò de Baptiſmo Apoſtolorum agunt Johannes Moſchus Novi Paradiſi cap. 176. ex Clementis Stromatei Hypotypoſibus, Tertullianus libro de Baptiſmo cap. 12. Anonymus Auctor Tractatûs de non iterando Baptiſmate, publici juris factus à Rigaltio in Obſervationibus ad Cyprianum, p. 139. Pacianus Epiſt. 3. Auguſtinus Epiſt. 108. Euthymius ad Johannis III. 3. & Nicephorus Hiſt. lib. 2. cap. 3. Præterea eò ſpectat quod ad finem Codicis Regii 537. qui complectitur Catenam in quatuor Evangelia, loco Theodori Abucaræ impreſſo in Opuſculis illius num. 17. ſubjungitur;

Ἐρώτησις.	*Interrogatio.*
Ἆρα ἐβαπτίσθησαν οἱ Ἀπόστολοι ἐν τῷ ἁγίῳ ὕδατι, ὡς ἡμεῖς, κατὰ τὸ λεχθὲν Πέτρῳ ὑπὸ τοῦ Κυρίου· (Joh. 13. 10.) Ὁ λελουμένος οὐ χρείαν ἔχει ἢ τοὺς πόδας νίψασθαι;	*An Apoſtoli in aqua ſancta fuerunt baptizati, quemadmodum nos; juxta illud quod Dominus dixit Petro;* Qui lotus eſt, non indiget niſi ut pedes lavet?
Ἀπόκρισις.	*Reſponſio.*
Οὐχί. ἀλλὰ τῷ λόγῳ ἐκάθαρεν αὐτοὺς ὁ Κύριος. διὸ καὶ εἶπεν· (Ibid. & 15. 3.) Ἤδη ὑμεῖς καθαροί ἐστε, διὰ τὸν λόγον ὃν λελάληκα ὑμῖν, ἀλλ' οὐχὶ πάντες. Μετὰ δὲ τὴν ἀνάστασιν λέγει αὐτοῖς· (Act. 1. 5.) Ὑμεῖς δὲ βαπτισθήσεσθε ἐν πνεύματι ἁγίῳ, οὐ μετὰ πολλὰς ταύτας ἡμέρας.	*Nequaquam. Sed Dominus verbo doctrinæ dedit lavacri munus. Quocirca & dixit;* Jam vos mundi eſtis, propter ſermonem quem locutus ſum vobis; ſed non omnes. *Poſt reſurrectionem verò ait illis;* Vos autem baptizabimini Spiritu ſancto, non poſt multos hos dies.

Item quod Codice 2216. fol. 124. cernitur ſcriptum.

Περὶ τοῦ βαπτίσματος τῶν ἁγίων ἀποστόλων.	*De ſanctorum Apoſtolorum Baptiſmo.*
Ἐρευνήσαντες φιλοπονώτερον, πῶς καὶ παρά τινος ἐβαπτίσθησαν οἱ ἀπόστολοι, εὕρομεν ἐν τοῖς ὑπομνήμασι τοῦ ἁγίου Σωφρονίου, καὶ ἄλλα μὲν πολλὰ μνήμης ἄξια, ἀτὰρ δὴ τούτοις καὶ ταῦτα, ἅπερ δὴ ἐζητοῦμεν· ὅτι μόνον τὸν ἅγιον Πέτρον ὁ κύριος καὶ θεὸς ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς οἰκείαις χερσὶν ἐβάπτισε, καὶ Πέτρος Ἀνδρέαν, καὶ Ἀνδρέας Ἰάκωβον καὶ Ἰωάννην, Ἰωάννης δὲ καὶ Ἰάκωβος τοὺς λοιποὺς πάντας ἀποστόλους. Φησὶ δὲ καὶ τοῦτο ὅτι τὴν παναχράντον δέσποιναν ἡμῶν θεοτόκον καὶ μητέρα τῆς ζωῆς ἡμῶν ὁ Πέτρος σὺν τῷ θεολόγῳ Ἰωάννῃ ἐβάπτισεν.	*Cùm diligenter quæſiviſſemus, quo modo & à quo Baptiſmum acceperint Apoſtoli, invenimus in libris ſancti Sophronii, cum alia quidem multa memorabilia, tum verò etiam hæc, de quibus videlicet inveſtigabamus;* Quod ſolum ſanctum Petrum Dominus Deuſque noſter Jeſus Chriſtus ſuis manibus baptizaverit; Petrus autem Andream, Andreas Jacobum & Johannem; Johannes verò & Jacobus reliquos omnes Apoſtolos. *Addit hoc quoque;* Immaculatam Dominam noſtram Deiparam, matremque Vitæ noſtræ, à Petro nec non & Theologo Johanne fuiſſe baptizatam.

Vide Lambecium de Biblioth. Cæſarea Lib. III. MS. 34. & 59. & MSS. 2296. 2374. Quibus ſimilia in Symeonis Magiſtri & Logothetæ Chronico, MS. 2363. fol. 64. Codice vero 2004. hæc Hippolyto Thebano tribuuntur: nec non Cod. MS. Cæſareo apud eruditiſſ. Lambecium Lib. 3. p. 46.

Puriſſima Dei genitrix à Petro & Johanne Apoſtolis baptizata fuit: hos autem ipſos baptizavit Chriſtus.	Ἡ πάναγνος θεοτόκος ἐβαπτίσθη παρὰ Πέτρου καὶ Ἰωάννου τῶν ἀποστόλων· αὐτοὺς δὲ πάντας ἐβάπτισεν ὁ Χριστός.

Quæ etiam citat Michaël Glycas, libro poſteriore Operis *εἰς τὰ ἄπορα τῆς γραφῆς*, cap. 32. Extat id Opus MS. in Bibliotheca Thuana, compoſitumque eſt ex Orthodoxa Fide Johannis Damaſceni, adjectis nonnullis aliorum Patrum.

Quòd autem attinet ad prædicationem Inferis illatam, vulgatiſſima quondam fuit ea opinio. Nam ut ſilentio obvolvam Marcionis nefandum dogma, aſſerens, teſtibus B. Irenæo lib. 1. cap. 29. & B. Epiphanio Hæreſi 42. cap. 4. in Chriſti deſcenſu ad Inferos, ac inibi prædicatione, Cainum, Sodomitas, Gentiles, omneſque ſimiles illis improbos ſalutem conſecutos fuiſſe; Abelem autem, reliquoſque Patriarchas, Prophetas, & pios homines, ſalutis participes non extitiſſe. Ut quoque tacitus prætermittam errorem quorumdam, de omnium omnino liberatione tunc factâ, memoratum in Philaſtrio Parte 3. Hæreſi 75. & poſt eum in Auguſtino Hæreſi 79. & Epiſt 98 99. in Gregorio Papa lib. 6. Epiſt. 15. ex quo emaculandus Philaſtrius, ſic; *Alii ſunt Hæretici, qui dicunt Dominum in Infernum deſcendiſſe, & omnibus poſt mortem etiam ibidem ſe nunciaſſe, ut confitentes ibidem ſalvarentur;* & in Anonymo, ſub nomine Prædeſtinati per Sirmondum in lucem edito, Hæreſi 79. ubi Adecerditæ nuncupantur, Ἀδηκερδῖται, propter lucrum ſalutis in Inferno. Quæ quæſtio hunc in modum proponitur à Gregorio Nazianzeno Orat. 42. p. 693. *ἁπλῶς πάντας ἐμφανεὶς σώζει, ἢ κἀκεῖ τοὺς πιστεύοντας. Utrùm Chriſtus omnes ſine ulla exceptione adventu ſuo ſalvos fecerit, an illic quoque in Inferno eos duntaxat qui crediderunt.* Atque Nazianzeni locum reſpicit & ad credentes determinat Damaſcenus Oratione de fidelibus defunctis, ante medium: laudans verò Oecumenius in I. Petri III. 18. minùs bene, meâ quidem ſententiâ, legit *πιστεύσαντας*, exponitque eos qui ita ſe præparaverant, ut ſi eorum tempore veniſſet Chriſtus, credituri fuiſſent. Ut denique verbum non faciam de falſa opinatione Clementis Alexandrini Strom. 2. & 6. (indeque Johannis Damaſceni ubi mox) quam ex Hermæ verbis fruſtra nititur approbare; Quòd quando prædicatum fuit Inferorum habitatoribus, Gentilium ii qui ex Philoſophia juſtè vixerant, per fidem ac pœnitentiam ſalutem adepti fuerint: unde originem ſumpſit fabula ſalvati Platonis, quia Chriſto Inferna loca inviſente, nemo ante illum Philoſophum ad fidem acceſſerit; relata ab Anaſtaſio Antiocheno Quæſt. 111. & à Niceta ad locum citatum Gregorii Theologi. Præter hæc, inquam; prædicatio Johannis Baptiſtæ ad animas Infernali carcere concluſas, illic quoque præcurſorem agentis, auctoritate nititur Origenis, Homil. 4. in Lucam, & ad Johannis I. 59. *Venite & videte*; Hippolyti, de Anti Chriſto, Tractatu paucis abhinc annis per Marquardum Gudium hîc Lutetiæ Pariſiorum publicato, p. 62. 63. Gregorii Nazianzeni, Oratione 20 p. 369. Hieronymi, Epiſtolæ 151. Quæſtione 1. & ad Matthæi XI. 3. Epiphanii cujuſdam, vel alterius hominis, Oratione in ſepulcrum Chriſti, Tomo 2. ſancti Epiphanii Operum p. 268. Anaſtaſii, Quæſtione ſuprà citatâ CXI & Nicephori, Hiſtoriæ lib. 1. cap. 19. &c. Sed & nonnihil ſimile in Moyſe ac Elia ſuſpicatur Origenes Tomo 20. in Matthæum, ad cap. 17. verſ. 8. Per Chriſtum autem Evangelium prædicatum fuiſſe Inferis, à quo non dictum? à quo ex Petri Apoſtoli ſermone, Epiſt. 1. cap. 3. verſ. 19. 20. & cap. 4. verſ. 6. non collectum? Quinetiam ad omnes ſoloſque eos ex mortuis pertinuiſſe prædicationem & ſalutem, qui dum viverent, crediderant in Chriſtum venturum, virtutique operam navaverant, doctrina quoque eſt multorum. Illam tuetur S. Irenæus lib. 4. cap. 45. locumque Propheticum eò facientem adducit lib. 3. cap. 23. lib. 4. cap. 39. 56. 66 & lib 5. cap. 31. quem textum Juſtinus Martyr in Dialogo p. 298. ait à Judæis ex Jeremia fuiſſe ſublatum. Nec diſſentiunt Origenes ad Johannis I. 59. Philaſtrius & Gregorius jam laudati, Oecumenius in cap. 3. & 4. prioris Epiſtolæ Petri, Hippolytus, aliique. Verum aliter non pauci; Fauſtum nempe adventûs Dominici nuncium cunctis fuiſſe appoſitum: quò crederent, ſicque ab Inferno ad cœlum transferrentur, quicumque vellent. Ita Jobius Mo-

[45] ubi accipit illud ſigillum, liberatur à morte, & traditur vitæ. Illud autem ſigillum aqua eſt, in quam deſcendunt homines morti obligati, aſcendunt verò vitæ aſſignati: & illis igitur prædicatum eſt illud ſigillum; & uſi ſunt eo, ut intrarent in regnum Dei. Et dixi: Quare ergo, Domine, illi quadraginta lapides aſcenderunt cum illis de profundo, jam habentes illud ſigillum? Et dixit: Quoniam hi Apoſtoli & doctores, qui prædicaverunt nomen Filii Dei, cùm, habentes fidem ejus & poteſtatem, defuncti eſſent, prædicaverunt his qui antè obierunt, * & ipſi dederunt eis illud [46] ſignum. Deſcenderunt igitur in aquam cum illis, & iterum aſcenderunt. Sed hi vivi * aſcenderunt: at illi, qui fuerunt antè defuncti, mortui quidem deſcenderunt, ſed vivi aſcenderunt. Per hos igitur vitam receperunt, & cognoverunt Filium Dei: ideoque aſcenderunt cum eis, & convenerunt in ſtructuram turris: nec circumciſi, ſed integri ædificati ſunt: quoniam æquitate pleni, [47] cum ſumma caſtitate defuncti ſunt: ſed tantummodò hoc ſigillum defuerat eis.

Vide in Teſtimoniis Vet. locum Clem. Al. 2. Strom.

* f. deſcenderunt, & iterum vivi aſcenderunt

Clemens Alexandrinus. Strom. 2. poſt initium; p. 379. C.

* Καὶ αὐτοὶ ἔδωκαν αὐτοῖς τὴν σφραγῖδα τοῦ κηρύγματος. Κατέβησαν οὖν μετ' αὐτῶν εἰς τὸ ὕδωρ, καὶ πάλιν ἀνέβησαν. Ἀλλ' οὗτοι ζῶντες κατέβησαν, καὶ πάλιν ζῶντες ἀνέβησαν· ἐκεῖνοι δὲ, οἱ προκεκοιμημένοι, νεκροὶ κατέβησαν, ζῶντες δὲ ἀνέβησαν. Διὰ τούτων οὖν ἐζωοποιήθησαν, καὶ ἐπέγνωσαν τὸ ὄνομα τοῦ υἱοῦ Θεοῦ· Διὸ καὶ συνανέβησαν μετ' αὐτῶν, καὶ συνηρμόσθησαν εἰς τὴν οἰκοδομὴν τοῦ πύργου, καὶ ἀλατόμητοι συνῳκοδομήθησαν· ἐν δικαιοσύνῃ ἐκοιμήθησαν, καὶ ἐν μεγάλῃ ἁγνείᾳ· μόνον δὲ τὴν σφραγῖδα ταύτην οὐκ εἶχον.

Et ipſi dederunt eis ſignum prædicationis. Deſcenderunt igitur in aquam cum illis, & iterum aſcenderunt. Sed hi vivi deſcenderunt, & iterum vivi aſcenderunt: at illi, qui fuerunt antè defuncti, mortui deſcenderunt, ſed vivi aſcenderunt. Per hos igitur vitam receperunt, & cognoverunt nomen Filii Dei: ideoque aſcenderunt cum eis, & convenerunt in ſtructuram turris; nec circumciſi, coædificati ſunt: in æquitate defuncti ſunt, & cum ſumma caſtitate: ſed tantummodò hoc ſigillum defuerat eis.

Idem, Strom. 6. ante medium; p. 638. C.

Et rectè dictum eſt à Paſtore: Deſcenderunt igitur in aquam cum illis. Sed hi quidem, vivi deſcenderunt, & vivi aſcenderunt: at illi, qui fuerunt antè defuncti, mortui deſcenderunt, ſed vivi aſcenderunt.

Καὶ καλῶς εἴρηται τῷ Ποιμένι· Κατέβησαν οὖν αὐτῶν (l. μετ' αὐτῶν) εἰς τὸ ὕδωρ. Ἀλλ' οὗτοι μὲν, ζῶντες κατέβησαν, καὶ ζῶντες ἀνέβησαν· ἐκεῖνοι δὲ, οἱ προκεκοιμημένοι, νεκροὶ κατέβησαν, ζῶντες δὲ ἀνέβησαν.

Habes horum [48] explanationem.

XVII. Et dixi: Nunc iterum, Domine; & de montibus illis mihi demonſtra; quare varii, & aliâ, atque aliâ ſunt figurâ. Audi, inquit: Hi duodecim montes quos vides, [49] duodecim ſunt gentes quæ totum obtinent orbem. Prædicatus eſt ergo in eis Filius Dei, per eos quos ipſe ad illos miſit. Quare autem, inquam, varii ſunt, & aliâ, atque aliâ figurâ; Audi: Hæ duodecim gentes quæ totum obtinent orbem, duodecim nationes ſunt. Et ſicut eos montes vidiſti varios; ita & hæ gentes. Senſus quoque & actus uniuſcujuſque montis te docebo. Priùs, inquam, Domine, hoc mihi demonſtra: Cùm ſint tam varii hi montes; quonam pacto in ſtructuram hujus turris convenerint, unoque redigantur colore, & non minùs ſplendidi ſint, quàm qui aſcenderunt ex profundo? Quoniam, inquit, univerſæ nationes quæ ſub cœlo ſunt, audierunt & crediderunt, * & * uno nomine, Filii Dei, * vocati ſunt. Accepto igitur ejus ſigillo, eamdem omnes prudentiam, eumdemque ſenſum acceperunt, & una fides atque caritas eorum fuit, & Spiritus virginum harum cum ejus nomine ferebant. Ideoque ſtructura turris hujus concolor videbatur, & ſulgebat uſque ad ſolis claritatem. At verò poſtquam [50] ita ſenſerunt, unum corpus eorum cœpit eſſe omnium. Quidam tamen ex eis maculaverunt ſe, & projecti ſunt de genere juſtorum, & iterum redierunt ad ſtatum priſtinum, atque etiam deteriores [51] quàm priùs evaſerunt.

* in

* à quo vocati

XVIII. Quo modo, inquam, Domine,

nachus lib. 9. de Incarnatione cap. 38. in Codice 230. Photianæ Bibliothecæ. Ita illi ad quos Papa Gregorius ſcribit Epiſtolam 15. libri 6. Adeò ut, à Niceta dicitur ad Gregorium Nazianzenum, in terra homines per fidem & bona opera ſalvi fiant, in Inferno autem per ſolam fidem ſervati ſint: quod diſertè confutat Gregorii magni Epiſtola. At Origenes lib. 2. contra Celſum p. 87. ad Chriſtum converſos putat, aut qui voluerunt, aut quos aptiores ille judicavit. Auguſtinus verò Epiſt. 99. & lib. 12. de Geneſi ad litteram, affirmat ſolutos per Chriſtum ac liberatos fuiſſe à doloribus & tormentis Inferni nonnulles, quos nempe voluit, dignoſque cenſuit eo beneficio.

Denique defunctos Apoſtolos hominibus æthere caſſis Chriſtianam Religionem ſuaſiſſe, cum Herma, & ex Herma docet Clemens στρωμ. 2. & 6. qui eò propendet ut ſentiat, Hebræis quidem Chriſtum, Gentilibus verò Apoſtolos annunciâſſe Evangelium. Pejhſque magiſtro diſcipulus

Origenes. conjectat, in Roman. XI. 13. quaſi Paulus poſt exitum ſuum futurus eſſet non ſolùm Gentium Apoſtolus, ſed & Iſraelitarum, & aliorum fortaſſis inviſibilium. Hæc de Infernâ prædicatione. Quamquam non deſunt qui in totum negent. Ut Beda ad I. Petri III. Quo loci rejicit S. Hilarii Enarrationem verſûs 82. Pſalmi CXVIII. ſuppreſſo tamen illius nomine. Ac ſuper ea re legi debet Epiſtola B. Auguſtini 99. necnon Commentariolus Primæ Petri, Clementi Alexandrino tributus. Prætericram pæne, quam minimè præteritam velim, admirabilem planè rationem Baptiſmatis vitâ functis collati, ex mente Theodori Abucaræ in 17. Opuſculo. Is ad quæſtionem, Quo modo cùm Chriſtus dixerit neminem poſſe introire in regnum cœlorum, niſi natum ex aqua & Spiritu, juſti tamen ante adventum Dominicum mortui, nec baptizati, in illud ingrediantur; reſpondet, & Chriſtum pro illis tinctum fuiſſe, & ipſos corporale Baptiſmo accepiſſe: quoniam quæ ex latere divino profluxit aqua, dum in elementa reſolvitur, ſanctos Salvatori ad Inferos advenienti credentes, ac in elementa quoque reſolutos baptizavit; incredulis autem, utpote viriditatis, vitæque nihil retinentibus, nequaquam profuit. COT.

45. Lam. *ubi ceperit hoc ſigillum, liberatus à morte traditur vitæ.* OXON.

46. Bod. & Lam *ſigillum.* Cot. *ſignum.* Ibid.

47. Lam. *in.* Ibid.

48. Cot. *explanationem.* Ibid.

49. Auctor operis imperfecti in Matth. ad verſ. 28. cap. 19. dicit. *Quoniam Judæorum populus in duodecim tribus fuit diviſus, ſic & univerſus populus Chriſtianus diviſus eſt in duodecim tribus, ſecundum quaſdam proprietates animorum, &c.* Ibid.

50. MSS. *inter ſe conſenſerunt.* Ibid.

51. Lam. *potius.* Bod. del. *quam prius.* Ibid.

52. Lam,

ne, deteriores, qui cognoverunt Dominum; Et dixit: Is quidem qui non novit Dominum; ſi nequiter vivit, manet [52] in eo nequitiæ ſuæ pœna. At qui novit Dominum, omnino abſtinere debet ab omni nequitia, & magis magiſque ſervire bonitati. Nonne ergo ille qui bonitatem ſequi debebat, ſi nequitiæ præferat partes, plus peccare videtur, quàm is qui deliquit ignorans Dei virtutem? Ideoque, hi quidem morti deſtinati ſunt: at verò hi qui cognoverunt Dominum, atque ejus mirabilia opera viderunt, ſi nequiter vivunt, [53] duplo ampliùs punientur, & ipſi morientur in ævum. Sicut ergo vidiſti, poſtquam ejecti ſunt lapides de turri, qui reprobati erant, traditi ſunt Spiritibus perniciosis atque ſævis: & ita purificatam turrim vidiſti, ut crederetur ex uno lapide eſſe tota:

Origenes, Philoc. c. 8.

ita & Eccleſia Dei cùm purificata fuerit, ejectis ex ea malis, atque fictis, ſceleſtis & dubiis, & quicumque nequiter in ea ſe geſſerunt, ac variis nequitiæ peccatorum generibus; erit unum corpus ejus, unus intellectus, unus ſenſus, una fides, eademque caritas: & tunc Filius Dei [54] lætabitur inter illos, & recipiet [55] voluntate pura populum ſuum. Et dixi: Domine, magnificè & [56] honorificè ſe habent cuncta: nunc mihi demonſtra effectum & vim uniuſcujuſque montis; ut omnis anima in Domino fidens, auditis his, honoret magnum ac mirabile & ſanctum nomen ejus. Audi, inquit, * veritatem horum montium; id eſt, duodecim gentium.

* varietatem *Sic & MS. C. & Anglic.*

XIX. In primo monte nigro; qui crediderunt, transfugæ ſunt, ac nefanda in Dominum loquentes, & proditores ſervorum Dei. Illis propoſita mors eſt, pœnitentia non eſt: ideoque nigri ſunt, quia genus eorum ſceleſtum eſt. De ſecundo verò monte * glabroſo; ficti ſunt, qui crediderunt; & doctores ſunt nequitiæ: & hi proximi ſunt ſuperioribus, non habentes inter ſe fructum æquitatis. Sicut enim mons eorum ſterilis eſt, ac ſine fructu; ita & hujuſmodi homines, habent quidem nomen, fide verò inanes ſunt, neque eſt in eis ullus fructus veritatis. His tamen data eſt pœnitentia, ſi citò eam ſequuntur: ſin autem tardant, erunt & ipſi mortis priorum conſortes. Quare, inquam, Domine, iis quidem aditus eſt ad pœnitentiam, prioribus verò non eſt? Pæne enim eorum eadem ſunt admiſſa. Ideo, inquit, eſt his per pœnitentiam regreſſus ad vitam, * qui nihil in Dominum ſuum locuti ſunt nefandum; neque proditores ſervorum Dei fuerunt; ſed per quamdam [57] habendi cupiditatem ſefellerunt homines, ducentes eos ſecundùm [58] cupiditates peccantium: ideo dabunt quamdam ejus rei pœnam; ſed [59] tamen iis propoſita eſt pœnitentia, * qui nihil in Dominum ſuum dixerunt nefandum.

Pœnitentia.

* ſcabroſo

* quia *Sic & MS. C.*

* quia *Sic & MS. C.*

XX. De tertio verò monte, qui ſpinas & tribulos habebat; tales ſunt qui crediderunt, divites quidam; quidam autem plurimis obſtricti negotiis: tribuli enim divitiæ ſunt; ſpinæ verò qui multis obligati ſunt negotiis. [60] Hi ergo qui plurimis obligati ſunt negotiis, variiſque rebus; non adjungunt ſe ſervis Dei; ſed aberrant; ab his negotiis [61] revocati, à quibus ſuffocantur. Etiam & hi qui divites ſunt, ipſi difficiles ſe ad [62] converſationem ſervorum Dei præbent; metuentes ne quid poſcatur ab illis: hi ergo difficilè in regnum Dei intrabunt. Sicut enim excalceatis pedibus, difficilè in tribulis ambulatur: ſic & hujuſmodi homines, difficile eſt in regnum Dei intrare. Sed & eis omnibus datur ad pœnitentiam regreſſus, ſi tamen citò redierint ad illam; ut quia prioribus diebus ceſſaverunt ab opere, repetito tempore aliquid boni facere poſſint: actâ igitur pœnitentiâ, ſi fecerint opera bonitatis, vivent; ſin autem in admiſſis ſuis permanſerint, tradentur mulieribus illis, quæ eis auferent vitam.

Divitiæ.

Matth. 19. 24.

XXI. De quarto verò monte habente [63] plurimam herbam; cujus ſuperior pars viridis erat, ipſæ verò radices aridæ, quædam etiam à ſolis [64] ardore tactæ areſcebant, hujuſmodi ſunt quidam dubii qui crediderunt; & quidam alii, in labiis Dominum, non in corde ferentes. Ideoque aridæ ſunt, & nullum fundamentum habentes herbæ eorum: verbis enim tantummodò vivunt; opera verò eorum mortua ſunt. Hi ergo nec mortui ſunt nec vivi; & dubii ſimiliter ſunt. Ipſi enim dubii, nec virides ſunt, neque aridi; id eſt, nec vivi, nec mortui. Sicut enim herbæ eorum, ſole viſo aruerunt; ita & dubii, [65] ſimul ut audierunt perſecutionem, incommoda metuentes, redierunt ad ſimulacra, & rurſus ſervierunt eis, & erubuerunt Domini ſui ferre nomen. Hujuſmodi ergo homines, nec vivi, nec mortui ſunt; ſed & hi poſſunt vivere, ſi citò egerint pœnitentiam; ſin minùs, jam traditi ſunt mulieribus illis, quæ auferent vitam eorum.

XXII. De quinto verò monte aſpero, & virides herbas habente, hujuſmodi ſunt qui crediderunt, fideles quidem, ſed difficilè credentes, & audaces, ac ſibi placentes; volentes [66] videri cuncta ſcire, nihilque omnino ſcientes. Propter hanc igitur audaciam, ſenſus diſceſſit ab illis, & intravit in eos [67] temeraria [68] arrogantia. Sublimes autem ſe gerunt, & veluti prudentes; & cùm ſint ſtulti, cupiunt doctores videri. Propter hanc ſtultitiam, dum ſe magnificant, multi eorum exinaniti ſunt. Magnum enim Dæmonium eſt, audacia & confidentia inanis. Ex his igitur multi abjecti ſunt. Alii autem [69] agnito errore ſuo, pœnitentiam egerunt, & ſubdiderunt ſe habentibus ſenſum. Sed & cæteris horum ſimilibus propoſita eſt pœnitentia: neque enim mali fuerunt, ſed inſipientes potiùs & ſtulti.

52. Lam. *eum.* OXON.
53. Lam. *duplicius* Ibid.
54. Lam *laudabitur.* Ibid.
55. Bod. *voluntatem puram recepto populo ſuo.* Ibid.
56. Lam. *honeſte.* Ibid.
57. MSS. *accipiendi.* Ibid.
58. MSS. *deſideria.* Ibid.
59. Lam. *tormenti.* Ibid.
60. Angl. *ii verò.* Ibid.
61. MSS. *vocati.* Ibid.
62. MSS. *converſionem.* Ibid.
63. Alii, *plurimas herbas, quarum.* Ibid.
64. MSS. *calore.* Ibid.
65. Lam. *ſimul audientes perſecutionem & incommoda.* Ibid.
66. Lam. *deeſt, videri.* Ibid.
67. MSS. *fatua.* Ibid.
68. Bod. & Lam. *præſumtio.* Cot *arrogantia.* Ibid.
69. MSS. *cognito.* Ibid.

70. MSS.

ti. Hi ergo ſi egerint pœnitentiam, vivent Deo; ſin minùs, habitabunt cum mulieribus illis, quæ nequitias ſuas [70] exercebunt in eis.

XXIII. De ſexto monte habente ſciſſuras majores & minores; hujuſmodi ſunt qui crediderunt. Et hi in quibus ſciſſuræ minores erant, hi ſunt qui inter ſe habent lites, & propter querelas ſuas in fide languent: ſed multi ex iis egerunt pœnitentiam, idemque cæteri facient, auditis mandatis meis: exiguæ enim ſunt lites eorum; ac facilè ad pœnitentiam recurrent. At hi qui majores habent; ſicut lapides pertinaces erunt, [71] ſimultatum & offenſarum ſunt memores, iracundiam inter ſe exercentes. Hi ergo abjecti ſunt à turri, & à ſtructura ejus reprobati: hujuſmodi ergo homines difficilè vivent. Deus & Dominus noſter, qui dominatur omnium rerum, & creaturæ ſuæ univerſæ habet poteſtatem, offenſas meminiſſe non vult: ſed ab his qui peccata ſua confitentur, facilè placatur. Homo verò cùm ſit languidus, mortalis, infirmus, & repletus peccatis, homini perſeveranter iraſcitur, tamquam conſervare eum poſſet, aut perdere. Ego autem moneo vos, Nuncius & præpoſitus pœnitentiæ, ut quicumque propoſitum tale habetis, deponatis illud, & ad pœnitentiam recurratis: & Dominus [72] medebitur prioribus delictis veſtris, ſi ab hoc Dæmonio vos purificaveritis: ſin minùs, ad mortem trademini illi.

XXIV. De monte verò ſeptimo, in quo virides & hilares erant herbæ, & totus mons fertilis erat, omneque genus pecudum carpebant pabulum ex herbis montis ejuſdem; & quanto magis herbæ illæ carpebantur, tanto lætiores [73] revirebant: hujuſmodi ſunt qui crediderunt ſimplices & boni ſemper, & nullas habentes inter ſe diſſenſiones, ſed lætantes ſemper de ſervis Dei; induti ſpiritum virginum harum, & ſemper [74] in omnes homines ad faciendam miſericordiam prompti, & de laboribus ſuis cunctis hominibus facilè tribuentes, ſine improperio & deliberatione. Viſa igitur Dominus ſimplicitate & omni infantia eorum, auxit eos in laboribus manuum ſuarum, & dedit eis in omni [75] opere gratiam. Ego autem hortor vos, præpoſitus pœnitentiæ Nuncius, in eodem propoſito permanere, quicumque eſtis hujuſmodi, ne eradicetur ſemen veſtrum in ævum. Dominus enim vos probavit, & conſcripſit in noſtrum numerum, & omne [76] ſemen
* deputavit veſtrum cum Filio Dei * [77] ditavit; de ſpiritu enim ejus eſtis omnes.

XXV. De octavo verò monte in quo plurimi erant fontes, in quibus adaquabatur omne genus creaturæ Dei; tales ſunt qui crediderunt Apoſtolis, quos miſit Dominus in totum orbem prædicare; & quidam Doctores, [78] qui caſtè & ſincerè prædicaverunt ac docuerunt, nec quidquam omnino ſubſcripſerunt malæ cupiditati, ſed aſſiduè in æquitate & veritate ambulaverunt. Hi ergo inter Angelos converſationem habent.

XXVI. De nono autem monte deſerto, ac [79] ſerpentes habente; hujuſmodi ſunt qui crediderunt, [80] ſed & maculas habebant. Hi ſunt Miniſtri malè miniſterium agentes, diripientes viduarum bona & pupillorum; [81] ſibi, non aliis, ex his quæ acceperunt, miniſtrantes. Hi, ſi permanſerint in eadem cupiditate; morti ſe tradiderunt, nec ulla erit in eis ſpes vitæ: quòd ſi converſi fuerint, & caſtè conſummaverint miniſterium ſuum, poterunt vivere. Qui verò ſcabroſi reperti ſunt, ii ſunt qui nomen Domini abnegaverunt, nec ad Dominum rurſus redierunt, ſed agreſtes evaſerunt atque deſerti; non applicantes ſe ad Dei ſervos, ſed ſeparati ab eis, pro parva ſollicitudine vitam ſuam amiſerunt. Sicut enim vitis aliqua derelicta in ſepe, cui nulla cultura contingit; diſperit & ſuffocatur ab herbis, & agreſtis tempore efficitur; (deſinit enim utilis eſſe domino ſuo:) ſic & hujuſmodi homines de ſeipſis [82] deſperantes, exacerbati, Domino ſuo inutiles eſſe cœperunt. His
ergo * demandatur pœnitentia; ſi non ex * demum datur. Sic & MSS.
præcordiis inventi fuerint negâſſe: * an vitam Angl.
aſſequi poſſit, ignoro. Ideoque dico, ut
in his diebus, ſi quis negavit, ad pœni- * quòd ſi
tentiam revertatur: nam fieri non poteſt, quis ex præcordiis
ut nunc Dominum ſuum quis [83] abnegans, inventus
poſtea aſſequi poſſit ſalutem; ſed illis reputa- fuerit negâſſe, an
tur propoſita pœnitentia, qui olim abnegave- Sic & MS. C.
runt. Accelerare enim, qui acturus eſt pœnitentiam, debet, antequam peragatur ædificatio turris hujus: ſin minùs, à mulieribus illis [84] trahetur ad mortem. Qui verò curti, doloſi ſunt, & alius in alium comminiſcentes; hi ſunt ſerpentes in eo monte mixti. Sicut enim mortiferum eſt hominibus ſerpentum venenum: ita & verba talium [85] inficiunt homines, atque perdunt. Curti ſunt igitur à fide ſua, propter hoc genus vitæ ſuæ [86] in quo morantur. Aliqui verò eorum acceptâ pœnitentiâ, aſſecuti ſunt ſalutem: ſed & cæteri hujuſmodi homines æquè aſſequentur, ſi egerint pœnitentiam: ſin minùs, morientur [87] cum mulieribus illis, quarum vim poſſident ac poteſtatem.

XXVII. De decimo verò monte, in quo arbores erant tegentes pecora; tales ſunt qui crediderunt, quidam [88] Epiſcopi; id eſt, præſides Eccleſiarum. Alii verò hi lapides; qui non ficto, ſed [89] alacri animo ſemper in domos ſuas ſervos Dei receperunt: & deinde qui præſides ſunt [90] miniſteriorum, qui & inopes & viduas protexerunt, & caſtam perpetuò converſationem habuerunt. Ergo hi homines à Domino proteguntur. Hæc quicumque [91] egerint, honorati ſunt apud Dominum, &

inter

70. MSS. *exercent*. OXON.
71. Alii, *in ſimultatibus*, &c. Ibid.
72. MSS. *remediabit priora delicta veſtra*. Alii, *remedia providebit*. Ibid.
73. MSS. *recreſcebant*. Ibid.
74. Lam. *omnibus hominibus*. Ibid.
75. Lam. *tempore*. Ibid.
76. Lam. *genus*. Ibid.
77. Cot. *ditavit*. Bod. & Lam. *habitabit*. Ibid.
78. MSS deeſt, *qui*. Ibid.
79. Bod. *ſerpentibus habitato*. Ibid.
80. MSS. *qui* &c. Ibid.
81. Lam. *ſibi alios ex miniſterio quod acceperunt, miniſtrare cogentes: ſi*. Ibid.
82. Bod. *deſpondentes*. Ibid.
83. Lam. *Eccleſia abnegans*. Ibid.
84. Lam. *tradetur*. Ibid.
85. Lam. *decipiunt*. Ibid.
86. Lam. *in qua morantur*. Bod. *in qua morati ſunt*. Ibid.
87. Lam. *a mulieribus*. Ibid.
88. Bod. *Epiſcopis, i. e. præſulibus Eccleſiæ*. Ibid.
89. MSS. *libenti*. Ibid.
90. MSS. *miniſterio, inopes & viduas protexerunt*. Ibid.
91. Lam. *geſſerint* Ibid.

91. MSS;

inter Nuncios locus eorum eſt, ſi perſeveraverint uſque in conſummatiunem parère Domino.

XXVIII. De undecimo monte, in quo erant arbores aliis atque aliis fructibus [92] oneratæ; hi ſunt qui crediderunt, & propter nomen Domini mortem obierunt, & animo prompto paſſi ſunt, & ex toto corde ſuo animas ſuas tradiderunt. Et dixi: Quare ergo, Domine, omnes hæ arbores habent quidem fru- *Martyres.* ctus, ſed earum quædam pulcriores? Audi, inquit: Quicumque propter nomen Domini paſſi ſunt, honorati apud Deum habentur; & omnium eorum [93] deleta ſunt delicta, quia propter nomen Filii Dei mortem obierunt. Quare autem fructus earum diſpares ſint, & excellant quidam inter illos, audi. Quicumque enim perducti ad poteſtates, interrogati non negaverunt Dominum, ſed prompto animo paſſi ſunt; honoratiores ſunt apud Deum: qui excellunt igitur fructus, eorum ſunt. Qui verò timidi & dubii fuerunt, & deliberaverunt in corde ſuo, utrumne faterentur, an negarent, & [94] paſſi ſunt; horum fructus exiguiores ſunt; quoniam hæc cogitatio aſcendit in corda eorum: mala enim ac nequam eſt hujuſmodi cogitatio, perinde [95] ac ſi quis ſervus neget dominum. Cavete igitur vos, qui hujuſmodi cogitationes habetis, ne permaneat hæc mens in vobis, & Deo moriamini. Vos igitur quicumque propter hoc nomen mortem obitis, Dominum [96] honorare debetis; quòd dignos vos habet Dominus, ut nomen ejus feratis, & omnia peccata veſtra * redimantur. Nonne ergo vos potiùs felices exiſtimatis? Putate potiùs, ſi quis ex vobis patitur, magnum opus perficere. Vitam enim vobis donat Dominus, nec intelligitis. Delicta enim veſtra vos gravabant; & niſi paſſi eſſetis hujus nominis causâ, propter peccata certè veſtra mortui eratis Deo. Hæc igitur vobis dico, quicumque deliberatis de confeſſione, aut de abnegatione. Confiteamini igitur vos habere Dominum Deum; ne fortè negantes, tradamini in vincula. Si omnes enim gentes ſervos ſuos puniunt, quicumque dominum ſuum negaverunt; quid putatis vos Dominum vobis facturum, qui univerſorum habet poteſtatem? Removete igitur de præcordiis veſtris has [97] diſputationes, ut in perpetuum vivatis Deo.

** remedientur. At MS.C. redimentur.*

XXIX. De duodecimo verò monte [98] candido; tales ſunt qui crediderunt ſicut infantes ſinceri, quibus nulla malitia aſcendit in ſenſum: nec ſciverunt quid ſit malitia; ſed ſemper in ſinceritate manſerunt. Hujuſmodi ergo homines, ſine ulla dubitatione [99] inhabitabunt regnum Dei: quoniam in nullo negotio [1] mandata Dei maculaverunt, ſed cum ſinceritate permanſerunt omnes dies vitæ ſuæ eodem ſenſus tenore. Quicumque ergo [2] permanſerint, inquit, ſicut infantes, non habentes malitiam, honoratiores [3] erunt omnibus illis quos jam dixi. Omnes enim infantes honorati ſunt, apud Dominum, & primi habentur. Felices ergo vos, quicumque removeritis malitiam à vobis, & indueritis innocentiam: quia primi videbitis Deum. Poſtquam finivit omnium montium explanationem; dico ei: Domine; nunc expone mihi de lapidibus his, qui allati ex campo, in locum reprobatorum ad ſtructuram turris [4] miſſi ſunt: item de lapidibus illis rotundis, qui in ſtructuram turris adjecti ſunt: & de his qui adhuc rotundi remanſerunt.

l. infrà, cap. 31.

XXX. Audi, inquit, de lapidibus. Qui [5] allati de campo, in ſtructuram turris poſiti ſunt eorum loco, qui reprobati erant; radices ſunt illius candidi montis. Cùm igitur hi qui de illo monte crediderunt, facti ſunt innocentes; juſſit Dominus ejus turris, eos qui de radicibus montis eſſent, in ſtructuram collocari. Intellexit enim, ſi [6] ad ædificationem iiſſent, ſplendidos illos permanſuros, nec ullum de his ampliùs [7] denigrandum. Quòd ſi ita de cæteris montibus adjeciſſet; non neceſſe habuiſſet rurſus viſitare eam turrim, atque purgare. Hi autem omnes candidi ſunt, qui crediderunt & qui credituri ſunt: ex eodem enim genere ſunt. Felix hoc genus, quia innocuum eſt. Audi nunc & de illis rotundis lapidibus, & ſplendidis. Hi omnes, de hoc candido monte ſunt. Quare autem rotundi ſunt reperti, cauſa eſt, quia divitiæ ſuæ illos puſillùm à veritate obſcuraverunt, atque obfuſcaverunt, ſed à Deo numquam receſſerunt, nec ullum verbum malum proceſſit de ore eorum; ſed omnis æquitas, [8] virtus & veritas. Horum ergo mentem cùm vidiſſet Dominus, & poſſe eos veritati favere; juſſit bonos quoque permanere, & opes eorum circumcidi: non enim voluit in totum illas tolli; ut poſſent boni aliquid facere de eo quod eis relictum eſt, & * vivere Deo, quoniam & ipſi de genere bono ſunt. Ideo ergo puſillùm circumciſi ſunt, & poſiti in ſtructuram turris hujus.

Divites.

** vivent Sic & MS.C.*

XXXI. Cæteri verò, qui adhuc rotundi permanſerunt, neque apti reperti ſunt in eam ſtructuram, quia nondum acceperunt ſigillum, repoſiti ſunt in loco ſuo: valde enim rotundi reperti ſunt. Oportet autem circumcidi hoc ſæculum ab illis, & vanitates opum ſuarum, & tunc convenient in regno Dei: neceſſe eſt enim eos intrare in regnum Dei: hoc enim genus innocuum benedixit Dominus. Ex hoc ergo genere non intercidet quiſquam: etenim licèt quis eorum tentatus à nequiſſimo Diabolo, aliquid deliquerit, citò recurret ad Dominum Deum ſuum. Felices * verò judico, ego Nuncius pœnitentiæ, quicumque innocentes eſtis ſicut infantes; quoniam pars veſtra bona eſt & honorata apud Deum. Dico autem omnibus vobis quicumque ſigillum hoc accepiſtis, ſimplicitatem [9] habete, neque offenſarum memores eſtote; ne-

** vos Sic & MS.C.*

l. ſuprà, cap. 29.

92. MSS. *plena.* OXON.
93. MSS. *abolita.* Ibid.
94. Bod. add. *tamen.* Ibid.
95. MSS. *ut quis.* Ibid.
96. Lam. *mare*, & mox, *habeat.* Ibid.
97. Alii, *dubitationes.* Bod. *diſputationes.* Ibid.
98. MSS. *candidato.* Ibid.
99. MSS. *habitabunt in regno Dei.* Ibid.
1. Bod. *Dominum maculaverunt.* Ibid.
2. MSS. *permanſerunt.* Ibid.

3. MSS. *erunt.* Ibid.
4. MSS. *terunt.* Ibid.
5. MSS. *ejecti.* Ibid.
6. MSS. *ſi in illa ædificatione miſſi eſſent*, Alii omittunt *miſſi.* Ibid.
7. Lam. *his nigricaturum.* Ibid.
8. MSS. *& virtus veritatis.* Ibid.
9. MSS. *habere neque offenſarum memores eſſe, neque in malitia veſtra permanere.* Ibid.

neque in malitia permanere, neque in memoria offenſarum amaritudines in uniuſcujuſque ſpiritu [10] fiant; ſed his malis [11] ſciſſuris remedia procurate, atque tollite illas à vobis:

Antiochus, Homil. 94.

Καλόν ἐστι κρατεῖν τῆς ἁπλότητος, καὶ τῆς ἀκακίας, καὶ εἶναι ὡς τὰ νήπια τὰ μὴ γινώσκοντα τὴν πονηρίαν, τὴν ἀπολλύουσαν τὴν ζωὴν τῶν ἀνθρώπων, καὶ μὴ εἶναι μνησικακὸς, μήτε παραμένειν (l. παραμένοντας) τῇ κακίᾳ, ἀλλ' ἀποθέσθαι τὰς κακίας, καὶ τὰς πονηρίας, καὶ τὰς πικρίας τὰς παραμένουσας (l. παραμενούσας) καὶ φυλάξαι ἓν πνεῦμα, καὶ τὰ χίσματα (l. σχίσματα) τὰ πονηρὰ ἀνατρέψαι.

Bonum eſt habere ſimplicitatem, & innocentiam; & eſſe ſicut infantes, qui neſciunt malitiam, quæ vitam hominum perdit; neque eſſe offenſarum memores, neque in malitia permanere; ſed removere malitias, & malignitates, & amaritudines permanentes; & fieri unus ſpiritus, & malas ſciſſuras tollere ac evertere.

in viris amantibus pacem: * [12] etenim vera pax cara eſt. A [13] contentioſis verò, & perditis malitiâ, longè abeſt. Reddite igitur ei ſpiritum integrum, ſicut accepiſtis. Si enim dederis fulloni veſtimentum integrum, idque integrum vis denuò recipere, fullo autem ſciſſum tibi illud reddat, recipies illud? Nonne ſtatim excandeſces, & eum convitio perſequêris? dicens: Veſtimentum [14] meum integrum tibi dedi: quare ſcidiſti illud, & inutile feciſti? Nunc propter] ſciſſuram, quam in eo feciſti, [15] uſui eſſe non poteſt. Nonne hæc omnia verba dices fulloni, & de ſciſſura quam in veſtimento tuo fecerit? Si igitur tu [16] doles de veſtimento tuo, & quereris, quòd non illud integrum recipias: quid putas Dominum tibi facturum, qui ſpiritum integrum tibi dedit, & tu eum totum inutilem redegiſti, ita ut nullo [17] uſui eſſe poſſit Domino ſuo? Inutilis enim cœpit eſſe uſus ejus, cum ſit corruptus à te.

* etenim verò. ſ. et enim. *Sic & MS. C.*

Antiochus, Homil. 94.

Ut Dominus pacis habitet in omnibus, quò & ſpiritus integer ſiat, ſicut illum accepit homo. Si enim aliquis dederit fulloni veſtimentum novum & integrum, atque illud velit denuò recipere; fullo autem ſciſſum veſtimentum reddat; an recipiet illud? Nonne ſtatim excandeſcet, & eum convicio perſequetur? dicens: Veſtimentum integrum tibi dedi; quare ſcidiſti illud, & inutile feciſti? Si igitur ita dolet aliquis de veſtimento, & queritur, quòd non illud integrum receperit; quid putamus Dominum nobis facturum, qui ſpiritum integrum accepimus, & illum moleſtia affecimus, & inutilem reddidimus, non viventes cum honeſtate? ita ut nullo uſui eſſe poſſit Domino ſuo? Nam uſus ſpiritûs, à nobis corruptus eſt.

* Ὅπως ὁ κύριος τῆς εἰρήνης κατοικήσῃ ἐν πᾶσιν, ἵνα καὶ τὸ πνεῦμα ὑγιὲς φυλάξῃ, ὥσπερ αὐτὸ ἔλαβεν ὁ ἄνθρωπος. Ἐὰν γάρ τις κναφεῖ δώσῃ ἱμάτιον καινὸν καὶ ὑγιὲς, καὶ τοῦτο θέλῃ κομίσασθαι, ὁ δὲ κναφεὺς σχίσας τὸ ἱμάτιον, ἀποδῷ, ἆρα λήψεται αὐτό; οὐχὶ μαχέσεται, καὶ ὑβρίσει; λέγων αὐτῷ· ἱμάτιόν σοι ὑγιὲς ἔδωκα, διά τι αὐτὸ ἔσχισας, καὶ πεποίηκας ἄχρηστον; εἰ δὲ οὕτως περὶ ἱματίου λυπεῖταί τις, καὶ μάχεται, ὅτι οὐκ ἀπέλαβεν ὑγιὲς τὸ ἱμάτιον, τί δοκοῦμεν ἡμεῖς παθεῖν ὑπὸ τοῦ κυρίου, τὸ πνεῦμα λαβόντες ὑγιὲς, καὶ τοῦτο λυπήσαντες, καὶ ἀχρειώσαντες, μὴ ἐν σεμνότητι πολιτευσάμενοι; καὶ εἰς οὐδεμίαν χρεῖαν δύναται εἶναι τῷ κυρίῳ ἑαυτοῦ; ἡ γὰρ χρῆσις τοῦ πνεύματος, ὑφ' ἡμῶν κατεφθάρη.

* his *MS.* C. ut Dominus pecorum gaudeat de * vobis; gaudebit autem, ſi omnia invenerit ſana. Si autem pecus aliquod ex talibus invenerit

Paſtores. diſſipatum, væ erit paſtoribus. Quod ſi ipſi paſtores diſſipati fuerint; quid reſpondebunt etiam ei pro pecoribus? Numquid dicent, à pecore ſe vexatos? Non credetur illis. Incredibilis enim res eſt, paſtorem pati

* punietur. *MS.* C. poſſe à pecore: & magis * punitur, propter mendacium ſuum. Et ego ſum Paſtor, & validiſſimè oportet me de vobis rationem reddere.

Antiochus, Homil. 122.

Ἵνα ὅταν ἔλθῃ ὁ κύριος τῶν προβάτων, χαρῇ ἐπ' αὐτῷ, καὶ ἐπὶ τοῖς προβάτοις εὐφρανθῇ. Χαρήσεται δὲ ἐὰν πάντα ὑγιῆ εὑρεθῇ, καὶ μὴ διαπεπτωκότα τινὰ ἐξ αὐτῶν. Ἐὰν δὲ εὑρεθῇ τινὰ ἐξ αὐτῶν διαπεπτωκότα, οὐαὶ τοῖς ποιμέσιν ἔσται. Ἐὰν δὲ καὶ αὐτοὶ οἱ ποιμένες εὑρεθῶσι διαπεπτωκότες, τί ἐροῦσι τῷ δεσπότῃ τοῦ ποιμνίου; ὅτι ἀπὸ τῶν προβάτων διέπεσον; οὐ πιστευθήσονται. Ἄπιστον γὰρ πρᾶγμά ἐστι, ποιμένα ὑπὸ προβάτων παθεῖν τι. Μᾶλλον δὲ κολασθήσονται διὰ τὸ ψεῦδος αὐτῶν. Εἰδότες οὖν ὅτι λίαν δι' αὐτοὺς ἀποδοῦναι λόγον δεῖ, &c.

Ut cùm venerit Dominus pecorum, gaudeat de eo, & de pecoribus lætetur. Gaudebit autem, ſi omnia invenerit ſana, & non quædam ex illis diſſipata. Si autem aliqua ex talibus invenerit diſſipata, væ erit paſtoribus. Quòd ſi paſtores ipſi diſſipati inventi fuerint; quid dicent Domino gregis; An à pecore ſe vexatos? Non credetur illis. Incredibilis enim res eſt, paſtorem pati poſſe aliquid à pecore. Magis verò punientur, propter mendacium ſuum. Scientes ergo, quod valde oportet de iis reddere rationem, &c.

Nunc igitur Dominus de ſpiritu ſuo, propter hoc factum tuum, idem faciet? Planè, inquam, omnibus iis quoſcumque invenerit in memoria offenſarum permanere, idem faciet. Clementiam, inquit, ejus nolite calcare, ſed potiùs [18] honorificate eum, quòd tam patiens eſt ad delicta veſtra, & non eſt ſicut vos.

XXXII. Conſulite ergo vobis, dum adhuc turris ædificatur. * Dominus habitat

10. MSS. *fieri & has malas ſciſſuras permedicare, & tollere a vobis.* OXON.
11. *Sciſſuris.*] Græcè in uno Codice Regis membranaceo, σχίσμασι COT.
12. Lam. *etenimvero.* OXON.
13. Lam. *litigioſis.* Ibid.
14. Lam. deeſt, *meum.* Ibid.
15. Lam. *in uſum.* Ibid.
16. Lam. *doles & quereris.* Ibid.
17. Lam. *in nullo uſu.* Ibid.
18 Lam. *honorate.* Ibid.

19. Lam.

vos. Agite [19] pœnitentiam; utile enim id eſt vobis.

XXXIII. Hæc omnia, quæ ſuprà ſcripta ſunt, ego Paſtor Nuncius pœuitentiæ oſtendi, & locutus ſum ſervis Dei. Si ergo crediderítis, & audieritis verba mea, & ambulaverius iu ipſis, & correxeritis itinera veſtra; vivere poteritis. Sin autem permanſeritis in malitia, & memoria offenſarum; nullus ex hujuſmodi peccatoribus vivet Deo. Hæc omuia [20] à me dicenda, dicta ſunt vobis. Ait mihi ille Paſtor: Omnia à me interrogâſti? Et dixi: Ita, Domine. Quare ergo non interrogâſti me, inquit, de forma lapidum in ſtructura repoſitorum, * [21] ut * tibi * explicarem formas? Et dixi: Oblitus ſom, Domine. Audi nunc ergo, inquit, & de illis. Hi ſunt qui nunc mandata [22] hæc audieruut, & ex totis præcordiis egerunt pœnitentiam: cumque vidiſſet Dominus bonam atque puram pœnitentiam [23] eorum, & poſſe eos in ea permanere, juſſit priora peccata eorum deleri. [24] Hæ enim formæ, [25] peccata eorum erant; & exæquata ſunt, ne apparerent.

* quod explevimus Sic & MS. C.

SIMILITUDO X.

De Pœnitentia & Eleemoſyna.

I. POſtquam perſcripſeram librum hunc; venit Nuncius ille qui me tradiderat [26] illi Paſtori, in domum in qua eram, & conſedit ſupra lectum, & aſtitit in dextra ejus ille Paſtor. Deinde vocavit me, & hæc mihi dixit: Tradidi te, iuquit, & domum tuam hoic Paſtori, ut ab eo protegi poſſis. Ita, inquam, Domine. Si vis ergo protegi, inqnit, ab omni vexatione, & ab omni ſævitia, ſucceſſum autem habere in omui opere bono, atque verbo, & omnem virtutem æquitatis; in maudatis iis ingredere quæ * dedit tibi; & poteris dominari omni nequitiæ: cuſtodieoti enim tibi mandata illa, ſubjecta erit omnis copiditas & dulcedo hujus ſæculi; ſucceſſus vero in omni bono negotio te ſequetur. Maturitatem hujoa, & modeſtiam ſuſcipe [27] in te; & dic omnibus, in maguo honore eſſe eum & dignitate apud Deum, & magnæ poteſtatis eum præſidem eſſe, & poteutem in officio ſuo. Huic ſoli per totum orbem, pœnitentiæ poteſtas tributa eſt. Potens-ne tibi videtur eſſe? Sed vos [28] maturitatem hojus, & modeſtiam quam in vos habet, deſpicitis.

* dedi Sic & MS. C.

II. Dico ei: Interroga ipſum, Domine; ex quo in domo mea eſt, anne aliquid extra ordinem fecerim, aut in aliquo eum offenderim. Et ego, inquit, ſcio, nihil extra ordinem feciſſe te, ueqoe eſſe facturum; & ideo hæc loquor tecum, ut perſeveres: bene enim hic de te apud me exiſtimavit. Tu autem cæteris hæc verba dices: ut & illi qui egerunt, aut acturi ſunt pœuiteotiam, eadem quæ to ſentiant, & hic apud me de iis interpretetur, & ego apud Dominum. Et ego, inquam, Domine, omni homini indico magnalia Dei: ſpero autem eos omnes qui amant ea, & antè peccaverunt; his auditis, acturos eſſe pœnitentiam, vitam recuperaturos. Permane ergo, inquit, in boc miniſterio, & conſumma illud. Quicumque autem mandata hujus exequuntur, babebunt vitam; & hîc, & apud Dominum magnum honorem. Quicumque verò hujus mandata non ſervant, [29] fugiunt à vita ſua, & adverſantor illi; & qui maudata ejus uon ſequuntur, morti ſe tradunt, & unuſquiſque eorum reus erit ſanguinis ſui. Tibi autem dico, ut * [30] ſerves * mandata * hæc, & remedium peccatorum tuorum omnium habebis.

* ſervias mandatis his Sic & MS. C.

III. Miſi autem tibi [31] has Virgines, ut habitent tecum: vidi enim eas valde affabiles tibi eſſe. Habebis igitur tu eas adjutrices, quò magis poſſis hujus mandata ſervare: non poteſt enim fieri, ut ſine his virginibus hæc mandata ſerventur. * Vides autem eas libenter eſſe tecum: ſed & ego præcipiam eis, ut omnino à domo tua non diſcedant: tu tantùm [32] communda domum tuam: in munda enim domo libenter habitabuot: mundæ ſuut enim, atque caſtæ, & induſtriæ, & omnes habentes gratiam apud Dominum. Igitur ſi habueris domum tuam puram, tecum permauebunt: ſi autem puſillum aliquid inquinationis acciderit, protinus à domo tua recedent: hæ enim virgines, nullam omoino diligunt inquinationem. Dico ei: Spero me, Domine, placiturum eis, ita ut in domo mea libenter inhabitent ſemper. Et ſicut is cui me tradidiſti, nihil de me queritur; ita neque illæ querentur. Ait ad Paſtorem illum: Video ſervum Dei velle * videre, & cuſtodire hæc mandata; & virgines has mundâ habitatione [33] collocaturum. Hæc cùm dixiſſet; iterum Paſtori illi me tradidit, & vocavit Virgines, & dixit eis: Quoniam video vos libenter in domo hujus habitare; commendo eum vobis, & domum ejus; ut à domo ejus non recedatis omnioo. Illæ verò libenter hæc verba audierunt.

* Video. Sic & MS. C. & Lamb.

* f. vivere

IV. Ait deinde mihi: Viriliter in miniſterio hoc converſare: [34] omni homini indica magnalia Dei; & habebis gratiam io hoc miniſterio. Quicumque ergo in his mandatis ambulaverit; vivet, & felix erit in vita ſua:

19. Lam. *pœnitentiam utilem.* OXON.
20. Lam. *me docente vobis, dicta.* Ibid.
21. Lam. *quod explicuimus, formes.* Ibid.
22. Lam. *mea.* Ibid.
23. Lam. add. *eſſe.* Ibid.
24. *Hæ enim formæ, peccata eorum erant; & exæquata ſunt, ne apparerent.*] Cyrillus Hieroſolymitanus in Catecheſi 18. poſt medium, οἱ σπίλοι τῶν ἁμαρτημάτων μένουσι τῷ σώματι. ὥσπερ γὰρ πληγῆς ἐγχρισθείσης ἐν τῷ σώματι, κἂν θεραπεία γένηται, ὅμως ἡ οὐλὴ μένει· οὕτω καὶ ἡ ἁμαρτία τιτρώσκει τὴν ψυχὴν καὶ τὸ σῶμα· καὶ μένουσιν οἱ τύποι τῶν ἥλων ἐν πᾶσι· ἀφανίζονται δὲ μόνον ἀπὸ τῶν λαμβανόντων τὸ λουτρόν. *Maculæ peccatorum manent in corpore. Ut enim plagâ acceptâ in corpore, etiamſi curata ſit, cicatrix tamen manet. ſic & peccatum vulnerat corpus, & animam, & manent formæ ſeu ſigna mucronis in omnibus; tolluntur autem tantùm ab iis, qui lavacrum Baptiſmi accipiunt.* Videatur Cap. X. iſtius Similitudinis, cum Diatriba illuſtriſſimi Epiſcopi Vaſionenſis, de foraminibus lapidum in priſcis ædificiis. COT.
25. Lam. *peccata*, & mox, *exæquata.* OXON.
26. Lam. *hunc.* Ibid.
27. Lam. *vita.* Ibid.
28. 29. Alii, *modeſtiam hujus & verecundiam.* Ibid.
29. Lam. *fugant à ſe vitam.* Ibid.
30. Cot. *ſerves mandata.* Ibid.
31. Lam. *turbas virginum.* Ibid.
32. Lam. *emunda.* Ibid.
33. Lam. *collaturum.* Ibid.
34. Lam. *omnino indica.* Ibid.

ſua: quicumque verò neglexerit, non vivet, & erit infelix in vita ſua. Dic omnibus, ut non ceſſent (qoicumque rectè facere poſſunt) bona opera exercere; utile eſt illis. Dico autem, omnem hominem de incommodis eripi oportere. Is enim qui eget, & in quotidiana vita patitur incommoda; in magno tormento eſt, ac neceſſitate. Quiſquis igitur hujuſmodi animam eripit de neceſſitate; magnum gaudium ſibi acquirit. Nam is qui hujuſmodi vexatur incommodo; pari tormento cruciatur, atque ſe torquet is qoi in vinculis eſt. Multi enim propter hujuſmodi calamitates, cùm eas [15] ſuſtinere non poſſunt, mortem ſibi [16] conſciſcunt. Qui novit igitur calamitatem hujuſmodi hominis, & non eripit eum; magnum peccatum admittit, & fit reus ſanguinis ejus. Facite igitur opera bona, quicumque accepiſtis à Domino; ne, dum [17] moramini facere, conſummetur ſtructura turris: propter vos enim intermiſſum eſt opus ædificationis ejus. Niſi igitur feſtinaveritis facere rectè, conſummabitur turris, & excludemini. Poſtquam verò locutus eſt mecum, ſurrexit de lecto, & apprehenſo Paſtore, & Virginibus, [18] abiit. Dixit autem mihi * remiſſurum ſe Paſtorem illum, & Virgines illas in domum * meam.

Eleemoſyna.

* remanſurum Paſtorem. *MS. C.*
* meam. *Ancu.* MS. C.

15. Lam. *ſufferre.* OXON.
16. Lam. *adducunt.* Ibid.
17. Bod. *tardatis.* Ibid.
18. MSS. *abiit, dicens mihi remanſurum Paſtorem.* Ibid.

S. CLE-

S. CLEMENTIS
ROMANI
EPISTOLÆ DUÆ.

APOCRYPHA JAM A PRIMIS SÆCULIS
EI ATTRIBUTA.

EJUSDEM MARTYRIUM.

VETERUM TESTIMONIA
DE
EPISTOLIS S. CLEMENTIS.

Sanctus Irenæus, libro 3. adverſùs Hæreſes, cap. 3.

Ruf. Euſebii interpres.

POſt quem tertio loco Epiſcopatum ſuſcepit Clemens. Hic autem cum beatis Apoſtolis fuit, & * cum ipſis vitam ſemper exegit; atque ab ipſis inſtitutus, recentem gerebat traditionis eorum memoriam, & prædicationis eorum formam ſemper habebat in oculis. Sub hoc ergo Clemente ſeditio non modica exorta eſt apud Corinthum, inter fratres: ita ut ex perſona Romanæ Eccleſiæ ſcriberet ipſe Clemeus ad Corinthios Epiſtolam neceſſariam, quæ eos revocaret ad pacem; & fidem eorum, quæ couculſa fuerat, renovaret: exprimens in ea Apoſtolorum traditionem, quam ouper ab eis ipſe ſuſceperat.

* συμβεβιωκώς

Apud Euſebium, Hiſt. Eccl. l. 5. c. 6.

ΜΕτὰ τοῦτον δὲ τρίτῳ τόπῳ ἀπὸ τῶν ἀποστόλων τὴν ἐπισκοπὴν κληροῦται Κλήμης, ὁ καὶ ἑωρακὼς τοὺς μακαρίους ἀποστόλους, καὶ συμβεβληκὼς αὐτοῖς, καὶ ἔτι ἔναυλον τὸ κήρυγμα τῶν ἀποστόλων καὶ τὴν παράδοσιν πρὸ ὀφθαλμῶν ἔχων· οὐ μόνος· ἔτι γὰρ πολλοὶ ὑπελείποντο τότε ὑπὸ τῶν ἀποστόλων δεδιδαγμένοι. ἐπὶ τούτου οὖν τοῦ Κλήμεντος, στάσεως οὐκ ὀλίγης τοῖς ἐν Κορίνθῳ γενομένης ἀδελφοῖς, ἐπέστειλεν (Nicephorus ἀπέστειλεν) ἡ ἐν Ῥώμῃ ἐκκλησία ἱκανωτάτην γραφὴν τοῖς Κορινθίοις, εἰς εἰρήνην συμβιβάζουσα (Nicephorus & Rufinus συμβιβάζουσαι) αὐτούς, καὶ ἀνανεοῦσα (Nicephor. & Ruf. ἀνανεοῦσαι) τὴν πίστιν αὐτῶν, καὶ ἣν νεωστὶ ἀπὸ (Niceph. παρὰ) τῶν ἀποστόλων παράδοσιν εἰλήφει. *l. Niceph. lib. 4. cap. 14, 15.*

Vetus Irenæi interpres.

POſt eum (Aoscletum) tertio loco ab Apoſtolis Epiſcopatum (Romæ) ſortitur Clemens, qui & vidit ipſos Apoſtolos, & contulit cum eis, cùm adhuc inſonantem prædicationem Apoſtolorum, & traditionem ante oculos haberet. Non ſolus: etenim adhoc multi ſupererant tunc, ab Apoſtolis docti. Sub hoc igitur Clemente, diſſenſione non modicâ inter eos qui Corinthi eſſent fratres factâ, ſcripſit quæ eſt Romæ Eccleſia potentiſſimas Litteras Corinthiis, ad pacem eos congregans, & reparaos fidem eorum, & * anoonciaos quam in recenti ab Apoſtolis * receperant traditionem, annunciantem unum Deum omnipotentem, factorem cœli & terræ, plaſmatorem hominis; qui induxerit cataclyſmum, & advocaverit Abraham, qui eduxerit populum de terra Ægypti, qui collocutus ſit Moyſi, qui Legem diſpoſuerit, & Prophetas miſerit, qui ignem præparaverit Diabolo & Angelis ejus. Hunc Patrem Domini noſtri Jeſu Chriſti ab Eccleſiis annunciari, ex ipſa Scriptura qui velint, diſcere poſſuot; & Apoſtolicam Eccleſiæ traditiooem intelligere; cùm ſit vetuſtior Epiſtola his qui nunc falsò docent, & alterum Deum ſoper Demiurgum & factorem horum omnium quæ ſunt, commentiuntur.

* ἀναγγέλλων
* *f. receperat.*

Clemens Alexandrinus, lib. 1. Stromateon, poſt initium; Editionis Pariſienſis p. 289. A.

Clemens in Epiſtola ad Corinthios, his verbis inquit, exponens differentiam eorum qui ſunt probati in Eccleſia: &c. *Locus exſtat in Epiſtola prima capite* 48.

Ὁ Κλήμης ἐν τῇ πρὸς Κορινθίους ἐπιστολῇ, κατὰ λέξιν φησί, τὰς διαφορὰς ἐκτιθέμενος τῶν κατὰ τὴν ἐκκλησίαν δοκίμων· Ἤτω τις &c. *l. Euſebium, lib. 6. c. 13. Nicephorum, lib. 4. c. 33.*

Lib. 4. poſt medium; p. 516. A.

Et verò in Epiſtola ad Corinthios Apoſtolus Clemens, ipſe quoque nobis quamdam formam ejus qui eſt cognitione præditus deſcribens, dicit: *Cap.* 1. 9. 17. 21. 22. 36. 38. 40. 41. 48. 49. 50. 51.

Ναὶ μὴν ἐν τῇ πρὸς Κορινθίους ἐπιστολῇ ὁ ἀπόστολος Κλήμης, καὶ αὐτὸς ἡμῖν τύπον τινὰ τοῦ γνωστικοῦ ὑπογράφων, λέγει· Τίς γὰρ &c. *l. ſequentes paginas.*

Lib. 5. poſt medium; p. 586. B.

Quinetiam in Romanorum Epiſtola ad Corinthios ſcriptum eſt: *Cap.* 20.

Ἀλλὰ καὶ ἐν τῇ πρὸς Κορινθίους Ῥωμαίων ἐπιστολῇ, ὠκεανὸς ἀπέραντος ἀνθρώποις γέγραπται &c.

Lib. 6. ante medium; p. 647. A. B.

Dicit Clemens in Epiſtola ad Corinthios. *Cap.* 48. Ὁ Κλήμης ἐν τῇ πρὸς Κορινθίους φησί.

Strom. 6. ante medium; p. 646. C. Clementis noſtri teſtimonium de portis, quod legitur hic, Epiſtolæ prioris cap. 48. tribuit Barnabæ: & Strom. 1. poſt initium; p. 288. D. ſine Auctoris nomine illud laudat.

Origenes, lib. 2. de Principiis, cap. 3.

Meminit ſanè Clemens, Apoſtolorum diſcipulus, etiam eorum, quos ἀντίχθονας Græci nominant; atque illius partis orbis terræ, ad quam neque noſtrorum quiſquam accedere poteſt, neque ex illis qui ibi ſunt quiſquam tranſire ad nos; quos & ipſos Mundos appellavit; cùm ait: *Oceanus intranſibilis eſt hominibus, & hi qui trans ipſum ſunt mundi, qui his eiſdem dominatoris Dei diſpoſitionibus guber-*

gubernantur. Et paullò pòſt: Ex his tamen quæ Clemens viſus eſt indicare, cùm dicit: *Oceanus intranſmeabilis eſt hominibus, & hi mundi qui poſt ipſum ſunt:* qui poſt ipſum ſunt mundus pluraliter nominans, quos & eâdem Dei ſummi providentiâ agi, regique ſignificat, ſemina quædam nobis hujuſmodi intelligentiæ videtur aſpergere, quo putetur omnis quidem univerſitas eorum quæ ſunt atque ſubſiſtunt, cœleſtium & ſupercœleſtium, terrenorum infernorumque, unus & perfectus mundus generaliter dici; intra quem, vel à quo, cæteri, ſi qui illi ſunt, putandi ſunt contineri. *Cap.* 20. *Epiſt.* 1.

Idem ad Johannis 5. 29.

Notum autem atque teſtatum cùm ſit apud Gentiles, multos cædi pro communi hominum ſalute ſeipſos tradidiſſe, cùm peſtilentes morbi ſuam patriam invaſiſſent: & hæc eveniſſe admittit uno ſine cauſſa ſcripturis credens, Clemens ille fidelis, de quo hunc in modum teſtificatus Paulus, di-

Philipp. 4. 3. cens: *Cum Clemente* &c. *cap.* 55. *Epiſt.* 1.

Euſebius, Hiſt. Eccleſ. lib. 3. *cap.* 16.

Hujus igitur Clementis exſtat Epiſtola ab omnibus uno conſenſu recepta; eximia prorſus atque mirabilis: quam nomine Eccleſiæ Romanæ ad Corinthiorum Eccleſiam ſcripſit, cùm tunc temporis Corinthi eſſet exorta diſſenſio. Hanc in pleriſque Eccleſiis, ſuperiori & noſtrâ quoque memoriâ palam recitari conſueviſſe comperimus. Porro ſupradicti Clementis tempore ſeditionem inter Corinthios eſſe commotam, locupletiſſimus teſtis eſt Hegeſippus.

Τούτου δὴ οὖν τοῦ Κλήμεντος ὁμολογουμένη μία ἐπιστολὴ φέρεται, μεγάλη τε καὶ θαυμασία· ἣν ὡς ἀπὸ τῆς Ῥωμαίων ἐκκλησίας τῇ Κορινθίων διετυπώσατο, στάσεως τηνικάδε κατὰ τὴν Κόρινθον γενομένης. Ταύτην δὲ καὶ ἐν πλείσταις ἐκκλησίαις, ἐπὶ τοῦ κοινοῦ δεδημοσιευμένην, πάλαι τε καὶ καθ' ἡμᾶς αὐτοὺς ἔγνωμεν. Καὶ ὅτι κατὰ τὸν δηλούμενον, τὰ τῆς Κορινθίων κεκίνητο στάσις, ἀξιόχρεως μάρτυς ὁ Ἡγήσιππος. *l. Nicephorum, lib.* 3. *cap.* 18.

Rufino interprete.

Hujus Clementis Epiſtola habetur ad Corinthios ſcripta, præcipua planè & valde mirabilis: quam veluti ex perſona Romanæ Eccleſiæ dictavit, cùm diſſenſio apud Corinthios fuiſſet exorta. Quam epiſtolam in plurimis Eccleſiis publicè legi, & veterum & noſtris etiam temporibus, conſtat. Verùm de ſeditione facta apud Corinthios ac diſſenſione plebis, teſtis valde fidelis Hegeſippus indicat.

Cap. 38.

Clementis in Epiſtola ab omnibus recepta, quam Romanæ Eccleſiæ nomine ad Corinthiorum Eccleſiam ſcripſit. In qua cùm multas inſerat ſententias deſumptas ex Epiſtola ad Hebræos, iiſdemque interdum verbis utatur, clariſſimè indicat Opus nequaquam recens eſſe. Quamobrem cum reliquis Apoſtoli ſcriptis, non ſine cauſſa hoc etiam recenſitum videtur. Cùm enim ad Hebræos patrio ſermone ſcripſiſſet Paulus; alii Lucam Evangeliſtam; alii hunc ipſum Clementem Scripturam illam eſſe interpretatum ferunt. Quod quidem verius videtur: quia ſcilicet & Clementis Epiſtola, & illa ad Hebræos eumdem ſervant dictionis characterem: & quia utriuſque ſcripti ſententiæ non valde inter ſe diſcrepant. Sciendum autem eſt alteram quoque Clementis Epiſtolam circumferri; verùm hanc non perinde cognitam fuiſſe, ac primam pro certo habemus: quandoquidem Vetuſtiores illâ nequaquam uſos eſſe comperimus &c. Et Clementis quidem quæ ſit Scriptura omnium conſenſu recepta, jam ſatis liquet. *l. Maximum, in Prologo ad Opera Dionyſii.*

Τοῦ Κλήμεντος ἐν τῇ ἀνωμολογημένῃ παρὰ πᾶσιν, ἣν ἐκ προσώπου τῆς Ῥωμαίων ἐκκλησίας τῇ Κορινθίων διετυπώσατο. Ἐν ᾗ τῆς πρὸς Ἑβραίους πολλὰ νοήματα παραθείς, ἤδη δὲ καὶ αὐτολεξεὶ ῥητοῖς τισὶν ἐξ αὐτῆς χρησάμενος, σαφέστατα παρίστησιν ὅτι μὴ νέον ὑπάρχει τὸ σύγγραμμα. Ὅθεν εἰκότως ἔδοξεν αὐτὸ τοῖς λοιποῖς ἐγκαταλεχθῆναι γράμμασι τοῦ Ἀποστόλου. Ἑβραίοις γὰρ διὰ τῆς πατρίου γλώττης ἐγγράφως ὡμιληκότος τοῦ Παύλου, οἱ μὲν τὸν εὐαγγελιστὴν Λουκᾶν, οἱ δὲ τὸν Κλήμεντα τοῦτον αὐτὸν ἑρμηνεῦσαι λέγουσι τὴν γραφήν. Ὃ καὶ μᾶλλον εἴη ἂν ἀληθές· τῷ τὸν ὅμοιον τῆς φράσεως χαρακτῆρα, τήν τε τοῦ Κλήμεντος ἐπιστολήν, καὶ τὴν πρὸς Ἑβραίους, ἀποσώζειν· καὶ τῷ μὴ πόρρω τὰ ἐν ἑκατέροις τοῖς συγγράμμασι νοήματα καθεστάναι. Ἰστέον δ' ὡς καὶ δευτέρα τις εἶναι λέγεται τοῦ Κλήμεντος ἐπιστολή· οὐ μὴν ἔθ' ὁμοίως τῇ προτέρᾳ καὶ ταύτην γνώριμον ἐπιστάμεθα· ὅτι μηδὲ τοὺς ἀρχαίους αὐτῇ κεχρημένους ἴσμεν. Et infra: ἡ μὲν οὖν τοῦ Κλήμεντος ὁμολογουμένη γραφή, πρόδηλος. *Lege Nicephorum, lib.* 2. *cap.* 46. *& lib.* 3. *cap.* 18.

Ruf. interpr.

Clemens in Epiſtola, quam Corinthiis ſcribit, meminit Epiſtulæ Pauli ad Hebræos, & utitur ejus teſtimoniis: unde conſtat quòd Apoſtolus, tamquam Hebræis mittendam, patrio eam ſermone conſcripſerit: &, ut quidam tradunt, Lucam Evangeliſtam; alii autem hunc ipſum Clementem, interpretatum eſſe. Quod & magis verum eſt; quia & ſtilus ipſe Epiſtulæ Clementis cum hac concordat; & ſenſus nimirum utriuſque Scripturæ, plurimam ſimilitudinem ferunt. Dicitur tamen eſſe & alia Clementis Epiſtula, cujus nos notitiam non accepimus.

Lib. 4. *cap.* 22.

Hegeſippus poſtquam de Clementis ad Corinthios Epiſtola quædam commemoravit, hæc addit; quæ nos, ſi placet, audiamus.

Ἀκοῦσαί γέ τι πάρεστι μεθ' τινὰ περὶ τῆς Κλήμεντος πρὸς Κορινθίους ἐπιστολῆς αὐτῷ εἰρημένα, ἐπιλέγοντος ταῦτα. *l. Nicephorum, lib.* 4. *cap.* 7.

Ex Ruf. interpr.

Simul & de Epiſtula Clementis ad Corinthios ſcriptâ, quædam commemorat, quæ etiam inſerere huic Operi noſtro neceſſarium duxi.

Ruf. interpr. — *Cap. 23.*

In hac ipſa Scriptura meminit etiam Epiſtolæ Clementis ad Corinthios ſcriptæ; ſignificans veteri inſtituto & antiqua conſuetudine ſemper ipſam Epiſtolam lectam eſſe in Eccleſia. Denique ſic dicit: Beatam, inquit, duximus hodiernam Dominicam diem, in qua legimus Epiſtolam veſtram; quam & ſemper ad noſtri commonitionem legemus, ſicut & illam priorem à Clemente ad nos ſcriptam.

Ἐν αὐτῇ δὲ ταύτῃ καὶ τῆς Κλήμεντος πρὸς Κορινθίους μέμνηται ἐπιστολῆς, δηλῶν ἀνέκαθεν ἐξ ἀρχαίου ἔθους ἐπὶ τῆς ἐκκλησίας τὴν ἀνάγνωσιν αὐτῆς ποιεῖσθαι. Λέγει γοῦν· Τὴν σήμερον οὖν κυριακὴν ἁγίαν ἡμέραν διηγάγομεν, ἐν ᾗ ἀνέγνωμεν ὑμῶν τὴν ἐπιστολήν· ἣν ἕξομεν ἀεί ποτε ἀναγινώσκοντες νουθετεῖσθαι, ὡς καὶ τὴν προτέραν ἡμῖν διὰ Κλήμεντος γραφεῖσαν. *lege Nicephorum, lib. 4. cap. 8.*

In hac etiam ipſa Epiſtola (ad Romanos) meminit (Dionyſius Corinthius) Clementis Epiſtolæ ad Corinthios ſcriptæ, quam ex priſca conſuetudine in Eccleſia legi ſolitam eſſe teſtatur his verbis: Hodie, inquit, ſacrum diem Dominicum tranſegimus; in quo Epiſtolam veſtram legimus; quam quidem perpetuò deinceps legentes, perinde ac priorem illam nobis à Clemenre ſcriptam, optimis præceptis ac documentis abundabimus.

Alium locum Euſebii vide inter Teſtimonia Veterum de Epiſtola Barnabæ.

Cyrillus Hieroſolymitanus, in Catecheſi 18. Edit. Pariſ. p. 213. D.

Hæc avis, (Phœnix) ut ſcribit Clemens, & multi referunt, cùm unigena ſit, ad regionem Ægypti in ſpatio quingentorum annorum veniens, reſurrectionem oſtendit: non in locis deſertis, ne illud myſterium ignoretur; ſed in certa illuſtrique civitate advenit, ut contrectetur quod non creditur. Loculum enim ſibi cùm fecit è thure ac myrrha cæteriſque aromatibus, atque in illud completis annis ingreſſa eſt, coram omnibus moritur & putreſcit: deinde ex putrefacta carne mortuæ, vermis quidam gignitur, hicque capto incremento, in avem formatur &c. Poſtea prædictus Phœnix alis aſſumptis, factuſque perfectus, ut primus Phœnix; talis evolat in aërem, qualis erat cùm moreretur. *Cap. 25 Epiſt. 1.*

Τοῦτο (ὄρνεον) ὡς γράφει Κλήμης, καὶ ἱστοροῦσι πλείονες, μονογενὲς ὑπάρχον, κατὰ τὴν Αἰγυπτίων χώραν ἐν περιόδοις πεντακοσίων ἐτῶν ἐρχόμενον, δείκνυσι τὴν ἀνάστασιν· οὐκ ἐν ἐρήμοις τόποις, ἵνα μὴ ἀγνοηθῇ τὸ μυστήριον γινόμενον· ἀλλ' ἐν φανερᾷ πόλει ἐπιδημοῦν, ἵνα ψηλαφηθῇ τὸ ἀπιστούμενον. Σηκὸν γὰρ ἑαυτῷ ποιῆσαν ἐκ λιβάνου καὶ σμύρνης καὶ λοιπῶν ἀρωμάτων, καὶ ἐν τῇ συμπληρώσει τῶν ἐτῶν εἰς τοῦτον εἰσελθὸν, τελευτᾷ φανερῶς καὶ σήπεται· εἶτα ἐκ τῆς σαπείσης σαρκὸς τοῦ τελευτήσαντος, σκώληξ τις γεννᾶται, καὶ οὗτος αὐξηθεὶς, εἰς ὄρνεον μορφοῦται. Infrà: οὕτω πτεροφυήσας ὁ προειρημένος φοῖνιξ, καὶ τέλειος οἷος ἦν ὁ πρότερος φοῖνιξ γενόμενος, ἀνίπταται τοιοῦτος εἰς ἀέρα, οἷος καὶ τετελεύτηκε.

Epiphanius, Hæreſi 27. n. 6.

Dicit enim (Clemens) in una Epiſtolarum ſuarum: *cap. 54.*

Λέγει γὰρ ἐν μιᾷ τῶν ἐπιστολῶν αὐτοῦ· Ἀναχωρῶ, ἄπειμι, &c.

Hær. 30. num. 15.

Ipſe Clemens omnibus illos (Ebionitas) modis redarguit, iis Epiſtolis circularibus quas ſcripſit, quæque in ſanctis Eccleſiis leguntur, &c. Ipſe ſiquidem virginitatem docet; iſti repudiant. Ille Eliam, Davidem, & Sampſonem, omneſque Prophetas commendat; quos ipſi deteſtantur.

Αὐτὸς Κλήμης αὐτοὺς κατὰ πάντα ἐλέγχει, ἀφ' ὧν ἔγραψεν ἐπιστολῶν ἐγκυκλίων, τῶν ἐν ταῖς ἁγίαις ἐκκλησίαις ἀναγινωσκομένων. Mox: αὐτὸς γὰρ παρθενίαν διδάσκει, καὶ αὐτοὶ οὐ δέχονται. Αὐτὸς γὰρ ἐγκωμιάζει Ἠλίαν καὶ Δαβὶδ, καὶ Σαμψὼν καὶ πάντας τοὺς προφήτας, οὓς οὗτοι βδελύττονται.

Hieronymus, in libro de Viris illuſtribus ex vetere verſione.

Philip. 4. 3. Clemens; de quo Apoſtolus Paulus, ad Philippenſes ſcribens, ait: *Cum Clemente, & cæteris cooperatoribus meis, quorum nomina ſcripta ſunt in libro vitæ*; quartus poſt Petrum Romæ Epiſcopus: ſiquidem ſecundus Linus fuit, * & tertius * Anacletus; tametſi plerique Latinorum, ſecundum * poſt Petrum Apoſtolum, putent fuiſſe Clementem. Scripſit ex perſona Romanæ Eccleſiæ, ad Eccleſiam Corinthiorum valde utilem Epiſtolam, quæ & in nonnullis locis publicè legitur; quæ mihi videtur characteri Epiſtolæ quæ ſub Pauli nomine ad Hebræos fertur, convenire. Sed & multis de eadem Epiſtola, non ſolùm ſenſibus, ſed juxta verborum quoque ordinem abutitur. * Omnino grandis in utraque ſimilitudo eſt. Fertur & ſecunda * ejus nomine Epiſtola, quæ à Veteribus reprobatur, &c.

Copula deeſt etiam in Adonis libro de Feſtivit. & in Freculfo, & Honorio Auguſtod.
* MS S.G. Anecletus
* Id. MS. poſt Apoſtolum. Et ita Freculf.
* MS. S.G. & omnino
* MS. eſſe ex ejus

Κλήμης, περὶ οὗ Παῦλος ὁ ἀπόστολος πρὸς Φιλιππησίους γράφων λέγει· μετὰ καὶ Κλήμεντος. τέταρτος μετὰ Πέτρον Ῥώμης ἐπίσκοπος· δεύτερος γὰρ Λῖνος ἐγένετο, τρίτος Ἀνέγκλητος· εἰ καὶ πλεῖστοι τῶν Ῥωμαίων ὑπολαμβάνουσι, δεύτερον μετὰ τὸν Ἀπόστολον γεγενῆσθαι Κλήμεντα. Ἔγραψεν ἐκ προσώπου τῆς ἐκκλησίας Ῥώμης, πρὸς τὴν ἐν Κορίνθῳ ἐκκλησίαν ἐπιστολὴν πάνυ θαυμασίαν, ἥτις ἐν διαφόροις τόποις δημοσίᾳ ἀναγινώσκεται, τῷ χαρακτῆρι τῆς πρὸς Ἑβραίους ἐπιστολῆς Παύλου συνᾴδουσα, οὐ μόνον νοήμασιν, ἀλλὰ καὶ λόγοις. Καὶ ἁπλῶς μεγίστη ἐστὶν ἐν ἑκατέρᾳ ὁμοίωσις. Φέρεται καὶ * ἑτέρα ἐξ ὀνόματος αὐτοῦ εἶναι ἐπιστολὴ, ἥτις παρὰ * πάντων ἀποδοκιμάζεται.

* f. δευτέρα
* f. παλαιῶν

Lib. 1. adverſus Jovinianum, cap. 7.

Philip. 4. 3. Ad hos (eunuchos) & Clemens, ſucceſſor Apoſtoli Petri, cujus Paulus Apoſtolus meminit, ſcribit Epiſtolas, omnemque pæne ſermonem ſuum de virginitatis puritate contexuit.

Commentariorum in Eſaiam lib. 14 ad cap. 52. verſ. 13.

Clemens, vir Apoſtolicus, qui poſt Petrum Romanam rexit Eccleſiam, ſcribit ad Corinthiam: *Sceptrum Dei Dominus Jeſus Chriſtus, non venit in jactantia ſuperbiæ, cùm poſſet omnia; ſed in humilitate.* Epiſt. 1. cap. 16.

Com-

De quibus (Mundis aliis) & Clemens in Epiſtola ſuâ ſcribit : *Oceanus, & mundi qui trans ipſum ſunt.* Ibid. cap. 20.

Lib. 2. ad cap. 4. verſ. 1.

Cujus rei & Clemens ad Corinthios teſtis eſt ſcribens : *Vinculum caritatis Dei quis poterit enarrare?* Ibid. cap. 49.

In libro Reſponſionum ad quaſdam neceſſarias quaeſtiones (qui exſtat in Operibus Juſtini Martyris) Reſponſione ad Quaeſtionem 74.

Εἰ τῶν παρόντων καταστάσεως τὸ τέλος ἐστὶ, ἡ διὰ πυρὸς κρίσις τῶν ἀσεβῶν, καθώς φασιν αἱ γραφαὶ προφητῶν τε καὶ ἀποστόλων, ἔτι δὲ καὶ τῆς Σιβύλλης, καθώς φησιν ὁ μακάριος Κλήμης ἐν τῇ πρὸς Κορινθίους ἐπιστολῇ.

Si præſentis rerum ſtatus, finis eſt, impiorum per ignem judicium, prout dicunt Prophetarum & Apoſtolorum ſcripta; inſuperque Sibyllæ ipſius, quemadmodum ait beatus Clemens in Epiſtola ad Corinthios, &c.

Photius, in Bibliotheca, Codice 113.

Οὗτός ἐστιν ὁ Κλήμης, περὶ οὗ φησὶν ὁ θεσπέσιος Παῦλος ἐν τῇ πρὸς Φιλιππησίους ἐπιστολῇ· μετὰ καὶ Κλήμεντος καὶ τῶν λοιπῶν συνεργῶν μου, ὧν τὰ ὀνόματα ἐν βίβλῳ ζωῆς. Οὗτος καὶ ἐπιστολὴν ἀξιόλογον πρὸς Κορινθίους γράφει, ἣ παρὰ πολλοῖς ἀποδοχῆς ἠξιώθη, ὡς καὶ δημοσίᾳ ἀναγινώσκεσθαι. Ἡ δὲ λεγομένη δευτέρα πρὸς αὐτοὺς, ὡς νόθος ἀποδοκιμάζεται, &c. τοῦτον φασὶ, οἱ μὲν δεύτερον μετὰ Πέτρον ἐπισκοπῆσαι Ῥώμης, οἱ δὲ τέταρτον· Λῖνον γὰρ καὶ Ἀνάκλητον μεταξὺ αὐτοῦ καὶ Πέτρου, Ῥώμης ἐπισκόπους διαγεγονέναι.

Hic Clemens ille eſt, de quo divinus Paulus in Epiſtola ad Philippenſes ait : *Cum Clemente & cæteris adjutoribus meis, quorum nomina ſunt in libro vitæ.* Cap. 4. v. 3. Scripſit idem magni faciendam ad Corinthios Epiſtolam, quæ à pleriſque adeò approbata eſt, ut etiam publicè legi ſoleret. At quæ ſecunda ad eoſdem dicitur, ut notha rejicitur, &c. Hunc, ſecundum à Petro Romæ Epiſcopatum geſſiſſe quidam autumant, alii verò quartum : Linum enim & Anacletum, inter ipſum ac Petrum, Romæ Epiſcopos fuiſſe.

Cod. 126.

Ἀνεγνώσθη βιβλιδάριον, ἐν ᾧ Κλήμεντος ἐπιστολαὶ πρὸς Κορινθίους δύο ἐνεφέροντο. ὧν ἡ πρώτη δι' αἰτίας αὐτοὺς ἄγει, ὅτι στάσει καὶ ταραχαῖς καὶ σχίσμασι τὴν πρέπουσαν αὐτοῖς εἰρήνην καὶ ὁμόνοιαν ἐμπολιτεύεσθαι λύσειαν, καὶ παραινεῖ παύσασθαι τοῦ κακοῦ. Ἁπλοῦς δὲ κατὰ τὴν φράσιν καὶ σαφής ἐστι, καὶ ἐγγὺς τοῦ ἐκκλησιαστικοῦ καὶ ἀπερίεργου χαρακτῆρος. Αἰτιάσαιτο δ' ἄν τις αὐτὸν ἐν ταύταις· ὅτι τε τοῦ ὠκεανοῦ ἔξω, κόσμους τινὰς ὑποτίθεται εἶναι· καὶ δεύτερον ἴσως, ὅτι ὡς παναληθεστάτῳ τῷ κατὰ τὸν φοίνικα τὸ ὄρνεον ὑποδείγματι κέχρηται· καὶ τρίτον, ὅτι ἀρχιερέα καὶ προστάτην τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν ἐξονομάζων, οὐδὲ τὰς θεοπρεπεῖς καὶ ὑψηλοτέρας ἀφῆκε περὶ αὐτοῦ φωνάς. Οὐ μὴν οὐδ' ἀπαρακαλύπτως αὐτὸν οὐδαμῇ ἐν τούτοις βλασφημεῖ. Ἡ δὲ δευτέρα, καὶ αὐτὴ νουθεσίαν καὶ παραίνεσιν κρείττονος εἰσάγει βίου, καὶ ἐν ἀρχῇ Χριστὸν τὸν Θεὸν κηρύττει. Πλὴν ὅτι ῥητά τινα, ὡς ἀπὸ τῆς θείας γραφῆς, ξενίζοντα παρεισάγει· ὧν οὐδ' ἡ πρώτη ἀπήλλακτο παντελῶς. Καὶ ἑρμηνείας δὲ ῥητῶν τινῶν ἀλλοκότους ἔχει. Ἄλλως δὲ καὶ τὰ ἐν αὐταῖς νοήματα ἐρριμμένα πως, καὶ οὐ συνοχῇ τὴν ἀκολουθίαν ἀπαρχῆς φυλάττοντα.

Lectus eſt libellus, in quo Clementis Epiſtolæ duæ ad Corinthios continebantur. Quarum prima ipſos accuſat, quòd ſeditionibus, turbis, ac diſſidiis pacem & concordiam, quæ inter ipſos verſari debuerat, ſolverint : hortaturque ab hoc malo ceſſare. Eſt autem dictione ſimplex ac perſpicuus, accedenſque ad Eccleſiaſticam & inelaboratam dicendi formam. Reprehenderit verò in Cap. 20.
illis quiſpiam : quòd extra Oceanum mundos quoſdam exſiſtere ſupponit : deinde fortè etiam, quòd Phœnicis avis exemplo tamquam veriſſimo utitur : Cap. 25.
tertiò, quòd pontificem præſidemque Dominum Cap. 36. 58.
noſtrum Jeſum Chriſtum appellans, illas Deo convenientes ac ſublimiores de eo voces non protulit. Non tamen etiam ullibi in iis Epiſtolis illum apertè blaſphemat. Secunda verò Epiſtola, & ipſa inſtitutionem ac admonitionem melioris vitæ inducit; atque in principio, Chriſtum Deum prædicat. Verùm dicta quædam peregrina, velut è ſacra Scriptura ſubinducit : quibus ne prima quidem Epiſtola omnino vacat. Et interpretationes locorum quorumdam alieniores profert. Alioquin ipſa quæ in his Epiſtolis inſunt ſenſa, nonnihil abjecta ſunt, nec continentem ſeriem ac conſequentiam ſervant.

Antonius, Meliſſa lib. 2. Serm. 73. & Maximus, Locorum communium Serm. 49. citant locum Clementis, qui legitur Epiſtola prima cap. 48.

Canon ultimus Apoſtolorum; Liber Pontificalis, in vita Clementis; & Guill. de Nangis, in Chronico Mb. citatus a Patricio Junio, meminerunt duarum Clementis Epiſtolarum : verùm an duas iſtas ad Corinthios intelligant, an duas alias ad Jacobum, quæri poteſt, & à nobis examinabitur in Notis. Certè apud Luitprandum Auctor Libri de Vitis Romanorum Pontificum, in Clemente, ita loquitur : Hic ſcripſit duas Epiſtolas Jacobo Hieroſolymorum Epiſcopo, quæ Catholicæ nominantur. &c. *Alia etiam in Notis occurrent teſtimonia.*

JUDICIA RECENTIORUM,

& primum quidem

PATRITII JUNII PRÆFATIO.

SI plenius de Clemente noſtro & ejus ſcriptis, *Amice Lector*, ſcire deſideras, Gregorium Turonenſem de martyrum gloria, Simeonem Metaphraſtem, Pontificum Romanorum *βιογράφον*, Baronium Annalium conditorem, Sixtum Senenſem, Bellarminum & alios qui Eccleſiaſticos ſcriptores & eorum ſcripta nobis tradiderunt, per otium potes conſulere. Nos nube hac tam illuſtrium teſtium, quos in anteceſſum præmiſimus, contenti, oculis tuis & patientia diutius abuti deſinimus, & de fide & auctoritate hujus operis *γνησίω καὶ ἀναμφιβόλω*, plura de noſtro adjicere ſuperſedemus, ne ſoli lucem fœnerari, & faculam obſcuram meridie accendere velle videamur. Antequam autem ad lectionem divini hujus & plane Apoſtolici ſcripti te accingas, patere, quæſo, ut de antiquitate exemplaris, quo nos uſi ſumus, & de verſione noſtra plana & rudi, paucis te moneamus. *Cyrillus* qui hodie Conſtantinopoli Patriarchatum obtinet, vir pietate & eruditione inſignis, ex Ægypto, cùm ſedem Alexandrinam relinqueret, magnam librorum ſupellectilem ſecum advexit, inter quos codicem omnium vetuſtiſſimum & longe pretioſiſſimum (in quo veteris & novi fœderis libri literis grandioribus, manu *Thecla* nobilis feminæ Ægyptiæ, circa primi concilii Nicæni tempora, belliſſimè exarati ſunt) per Ornatiſſimum & Clariſſimum Virum Dominum *Thomam Roë* Equitem auratum, & apud Turcarum Impp. *Sereniſſimi Regis* noſtri Oratorem, cum ex Oriente rediret, dono ad *Sereniſſimum Regem* noſtrum tranſmiſit. Ad calcem venerandi hujus codicis & *κειμηλίου παμπαλαιοτάτου*, in membranis laceris, adjecta erat *Clementis ad Corinthios Epiſtola* eadem manuſcripta, quam nunc bono publico & tuo uſui in lucem damus legis Pythagoricæ non immemores, (quæ, ut Syneſius in Dione auctor eſt, *οὐκ ἐᾷ τοῖς βιβλίοις ἐπιτιθέναι ἀλλὰ βούλεται μένειν αὐτὰ ἐπὶ τῆς πρώτης χειρὸς, ὅπως ποτὲ ἔχει τύχης, ἢ τέχνης*) nihil dementes, nihil de noſtro addentes, non ſyllabam, non literam, non apicem aut iota unum, fideliſſime quantum potuit fieri expreſſimus. Voces autem deperditas & literas vetuſtate exeſas, ſpatiis & interſtitiis accuratiſſime dimenſis, pro ingenioli noſtri tenuitate ſupplevimus & minio rubro (novo hoc & inuſitato imprimendi genere) notavimus; quod à nobis conſulto factum eſt, ne rejicientes te ſæpius ad notas, moleſtiam tibi inutilem crearemus, vel oram libri ſupplementis & emendationibus crebris nimium fœdaremus, denique ne induſtriis felicioribus & ingeniis *ὀξυκαρδιωτέροις* conjecturam liberam ad judicium liberius præriperemus. In reliquo etiam opere, errata quam plurima expunximus, & ut omnia quam emendatiſſima prodirent, pro facultate noſtra & modulo adniſi ſumus. Verum hoc ſic accipi volumus, non tanquam aſſecutos nos credamus, ſed tanquam aſſequi laboraverimus, & fortaſſe non fruſtra, ſi modo tu candidum te æſtimatorem laborum noſtrorum, & diligentiæ qualiſcunque benignum interpretem, præbueris. Stylus auctoris & ſcribendi genus primævam ſimplicitatem ſapit, & tenera adhuc naſcentis Eccleſiæ incunabula, quibus veteres Patres & Eccleſiæ primi nutritii, nihil excelſum aut elatum, nec ad audientiæ popularis illecebras culto ſermone fucatum, in medium proferebant; ſed ad divinam indulgentiam prædicandam, & gratiam ac ſalutem auditori procurandam (ut Cyprianus ad Donatum) verbis non difertis ſed fortibus, & rudi veritate ſimplicibus utebantur. Quare ſi in verſione noſtra, eloquii venuſtatem aut rhetorici ſermonis nitorem exſpectas, fruſtra fueris; fides, non ornatus, aut verborum elegantia, nobis præ oculis in hoc negotio erat. Quod reliquum eſt, conatibus noſtris fave, & pleniorem opem huic noſtro tribue, alioſque veteres, qui memoriam ſuam tibi commendant, ab oblivionis injuria aſſere; quorum immortalitati dum conſulis, pariter & tuæ proſpicies. Vale, & æternitatem cogita. *Oxonii pridie Cal. Nov.* 1632.

EJUSDEM ΠΡΟΣΗΜΕΙΩΣΙΣ.

VEteres Primitivæ Eccleſiæ Epiſcopi, non tantùm gregibus ſibi commiſſis, ut monet Paulus, ſedulò attendebant, quos verbo & ſermone, ſanctaque & inculpata converſatione inſtruebant; verumetiam, ut dilectionem Spiritus, charitatem individuam, unam fidem, unam Eccleſiam, & Epiſcopatum unum oſtenderent, curam ſuam & ſollicitudinem ad longe diſſitos extendebant, & quos viva voce propter locorum diſtantiam in verbo Domini, & vera pietate, erudire non poterant, per epiſtolas monere, conſulere, objurgare interdum, & univerſam fraternitatem (ut Cyprianus de epiſtolis ſuis ad clerum Romanum ſcriptis loquitur) ad deprecandam Dei miſericordiam, alloqui & hortari non deſinebant: ampliùſque hac ratione Chriſti evangelium prædicabant. Quod Clementi Alexandrino eſt ἐγγράφως καὶ ἀγράφως τὸν λόγον κηρύττειν, voce, ſcilicet, & ſcripto; ubi probat ἐπιστολὴν τὴν διὰ τῆς χειρὸς, quam vocat ἐπαγγελίαν, non minus commodi & utilitatis Eccleſiæ Dei adferre, quam illam alteram, quæ διὰ τῆς γλώττης eſt, & κηρυκτικὴ appellatur. Hinc eſt, quòd inter Cypriani, & aliorum Patrum ſcripta, frequentes epiſtolæ ad clerum & plebem diverſarum Eccleſiarum, reperiantur, hujuſque generis ſunt quæ Encyclicæ nominantur, qualis & hæc, quæ in manibus eſt, non immeritò cenſenda eſt, cùm publice in omnibus Eccleſiis primitus legeretur, licet ad unam ſcripta, ac hoc nomine ab Epiphanio etiam inſigniatur. Magnam autem olim inter Eccleſiam Romanam & Corinthiacam neceſſitudinem, & animorum conjunctionem, fuiſſe, præter hanc reſponſoriam Clementis, teſtatur etiam epiſtola Dionyſii Corinthiorum Epiſcopi, quarum mentionem facit Euſebius hiſtoria ſua lib. 4. cap. 22. quippe, quæ eoſdem Apoſtolos Petrum & Paulum, primos fundatores haberent, & in eadem fide conſpirantes,

Clem. Alex. lib. prim. Strom.

doctri-

doctrinæ conſanguinitate (ut verbis Tertulliani utar) pacis communicatione, fraternitatis appellatione, & hoſpitalitatis conteſſeratione, tanquam firmiſſimo glutino, inter ſe invicem copularentur. Eccleſia autem Romana, non ſuum nomen, fronti præfixit; ut modeſtiæ & humilitatis poſteris ætatibus exemplar imitandum proponeret: & Corinthios, quos ad fraternam concordiam & humilitatem, totâ hâc Epiſtolâ hortatur, non tantum ſcripto, ſed exemplo etiam ſuo, veram & non fucatam ταπεινοφροσύνην doceret, quæ Baſilio teſte, τῶν ἄλλων ἀρετῶν θησαυροφυλάκιον eſt. Quo anno autem Epiſcopatus ſui miſſa ſit hæc epiſtola, & an Romæ eſſet Clemens cùm hanc ſcriberet, apud antiquos nullum veſtigium: probabile eſt, non prius ſcriptam fuiſſe, quam in exilium relegaretur, quod factum eſt bienniꝙ antequam martyrio vitam finiret; quod ex ipſius verbis non obſcurè colligi poteſt, ubi de Pauli laboribus, de mortis genere, & martyrii loco diſſerens, ait, eum in finibus occidentis paſſum eſſe. Veriſimile eſt, ſi in urbe tum fuiſſet, ἐν ταύτῃ τῇ βασιλίδι πόλει, vel aliquid ejuſmodi, voluiſſe illum ſcribere. Adde quod ſtatim in initio, cùm tarditatem ſuam in reſcribendo excuſat, calamitatum ſuarum & περιπτώσεων, mentionem faciat: ἀλλ᾽ ἐπέχω, καὶ οὐδὲν ὁρίζω, & ex via hâc ἀβάτῳ, quam nemo ante calcavit, pedem refero. Poſt ſalutationem, quæ verbis Paulinis concipitur, Corinthios propter conſtantiis fidei ſinceritatem, propter morum probitatem, & inſignem in omnibus ἀκεραιότητα καὶ ἀταξίαν, vehementer laudat, & in hoc etiam Pauli diſcipulum ſe probat, qui epiſtolas ſuas à laudibus ordiri amat. Sic enim ad Romanos, ἡ πίστις ὑμῶν καταγγέλλεται ἐν ὅλῳ τῷ κόσμῳ, ſic ad Corinthios, ἐπλουτίσθητε ἐν αὐτῷ, ἐν παντὶ λόγῳ, καὶ πάσῃ γνώσει, ὥστε ὑμᾶς μὴ ὑστερεῖσθαι ἐν μηδενὶ χαρίσματι. Sed non eſt propoſitum noſtrum accuratam analyſin, aut longiores commentarios ſcribere: neque opera typographica, quæ connatas has, & congenitas ſtricturas, præcipiti feſtinatione extrudunt, immaturum fœtum teneriore curâ lambere, & paterni affectus γνωρίσματα ſimul exponere, patiuntur. Quare præter illa, quæ magis obvia erant, & ſupra à nobis ſuis locis in margine emendata ſunt, quædam ſupraſentiarum, quæ medicam manum deſiderant, vel notatu digniora videbuntur, obſervabimus, reliqua cùm Græcia aut Ægyptus exemplar emaculatius & perfectius nobis ſubminiſtraverint, vel in Hieronymi verſionem latinam incidere contigerit, quam in bibliothecis alicubi latere, ſpem nobis facit, catalogus codicum Fratrum Lobienſium, quem domi habemus ſcriptum ante 400. annos, ad calcem operum Fulgentii; atque utinam id aliquando eveniat, & ſpes noſtra, non inanes deprehendantur.

HUGO GROTIUS Epiſtol. ad Gallos CLIV. ad

Ampliſſimum Virum

HIERONYMUM BIGNONIUM in ſupremo Senatu Pariſienſi Advocatum Regium.

Editionis primæ 1648. EPiſtolam quæ Clementis ad Corinthios inſcribitur, Vir Ampliſſime, ab Anglis promiſſam mihi jam pridem, cum Hamburgi fruſtra diu expectaſſem, nunc demum, poſtquam Francofurtum veni, viri maximi Suecorum Regii Cancellarii vocatu, à familia Anglicani Legati accipio. Nolui vero ad moram hanc ſine mea culpa natam, aliam adjungere, quamvis nec literæ tuæ quibus reſponſum tam diu debeo, eſſent ad manum, neque librorum, quos inſpectos vellem copia. Quod unum potui, Epiſtolam illam legi relegique aliquoties, & omnibus quantum mearum eſt virium expenſis, aliter exiſtimare non potui, quin hæc ſit eadem quam legit Photius, cujus tempore cum extiterit, non mirum eſt, ſi ad noſtra tempora in ſanctioribus libris ſervata fuerit. Neque vero cauſæ quicquam video, cur aut illa quam Photius legit, non eadem ſit cum ea quam Hieronymus & ante eum Clemens Alexandrinus, propiuſque Clementis Romani tempora Irenæus, habuerunt: aut cur illi alius dandus ſit ſcriptor quam is ipſe Clemens Romanus, quod tanto conſenſo ab omnibus proditum eſt. Non loca tantum omnia quæ ab antiquis addocuntur hic apperent, ſed & res ipſæ, quas obſervat Photius, & quod maximum, character Hieronymo dictus, ad illum qui eſt in Epiſtola ad Hebræos accedere. Cujus cauſa non alia eſt, quam quod hic Clemens, ut & Lucas, & quiſquis ille eſt ſcriptor ad Hebræos Epiſtolæ, antequam Chriſtiani fierent, Græcum ſermonem ex eruditis auctoribus hauſerant, cujus nitor, ubi non aliena dicta, aut ex Sacris literis depromta verba ſuis inſerunt, ſed liberiori dictione utuntur, facile cognoſcitur. Hinc illæ voces, μεγαλοπρεπὴς, ἀπροσωπολήπτως, ῥιψοκινδύνως, αὐτεπαίνετος, ἱεροπρεπὴς, ἀξιαγάπητος, μωμοσκοπητὸς, ἐπιεικὴς, ἐπηρτημένων, & quo Lucas utitur ἀντοφθαλμεῖν, aliaque ſimilia. Et ipſe ſermo, non ut ἰδιάζων in minutias conciſus, ſed largius fluens. Nam & lectum ab illo Euripidem & Sophoclem oſtendunt ſententiæ ex illius Phœniſſis, hujus Ajace tranſlatæ. Accedunt indicia non ſimulatæ vetuſtatis. Quod de Chriſto ſemper loquitur, non ut poſteriores πλατωνικώτερον, ſed ſimpliciter plane, & ut Paulus Apoſtolus ſolet. Alia quoque dogmata poſtea ſubtilius explicata tractat ἀφελέστερον, & vocibus κλήσεως, κλητῶν, ἐκλεκτῶν ſenſu plane Paulino utitur. Quod in Veteris Inſtrumenti locis puriſſimam neque adhuc interpolatam ſequitur Septuaginta Senum verſionem. Sed nec illos ſpernit Hebræorum libros, qui ſecundum vetus Inſtrumentum apud Chriſtianorum antiquiſſimos auctoritatem habuere. Quod verbis rebuſque utitur deſumtis ex iis, quæ Paulus, Petrus & alii ad Hebræos ſcripſere, non etiam ex illis libris quæ Evangelia nos vocamus, quæque poſt Epiſtolas prodierunt. Quod dicta quædam uſurpat non ſcripta, ſed ut memoria recente per manus tradita. Quod nuſquam meminit exſortis illius Epiſcoporum auctoritatis, quæ Eccleſiæ conſuetudine, poſt Marci mortem, Alexandriæ atque eo exemplo alibi introduci cœpit, ſed plane ut Paulus Apoſtolus, oſtendit Eccleſias communi Presbyterorum, qui iidem omnes & Epiſcopi ipſi Paulo dicuntur, conſilio fuiſſe gubernatas. Nam quod ἀρχιερέα, λευίτας & λαϊκὸς nominat, omnia iſta nomina non ad Eccleſiam, ſed ad templum Hieroſolymiticum pertinent; unde infert omnia certo ordine agenda,

ſi Judæis, tanto magis Chriſtianis. Tempus ipſum quo ſcripta eſt hæc Epiſtola, ego ad finem Neronis, aut certe ad eos annos qui Veſpaſiani imperium anteceſſerunt, referam. Nam oblationum meminit, quæ in templo ex lege fierent, ſicut & ad Hebræos ſcriptor, poſt cujus Epiſtolam hanc credo ſcriptam: eoque fieri ut aliqua inde ſumta ſuæ intexuerit Epiſtolæ Clemens. Mirum videri poſſit diſſidia iſta Corinthiorum Chriſtianorum ad vim uſque, & ut loquitur, bellum, id eſt, rixam, progreſſa, niſi & de aliis ex Hebræa gente Chriſtianis ſimilia commemoraret in Epiſtola Jacobus. Ex iis autem quorum ad vim uſque progreſſa erat animi impotentia, quoſdam à magiſtratibus in carcerem datos, non eſt quod miremur. Neque enim de nihilo eſt, quod Ponticis Chriſtianis ſcribens Petrus tam ſollicite eos monet, *μὴ γάρ τις ὑμῶν πασχέτω ὡς φονεὺς, ἢ κλέπτης, ἢ κακοποιός.* Hæ ſunt cauſæ, cur ego hanc Epiſtolam non modo genuinam arbitrer, ſed & nulla in ea manus adulteræ veſtigia agnoſcam. Alteram Epiſtolam, cujus fragmentum additum eſt, quamquam Clementis & ipſa in libris nonnullis nomen prætulit, non eſſe tamen ei tribuendam, etiam veteres judicarunt: quorum auctoritati accedit characteris diverſitas. Neque tamen dubito, quin primi ſeculi ſit opus, ſcriptum ante conſtitutum Eccleſiarum conſenſu canonem, & forte alterius alicujus Clementis. Hæc quæ mihi viſa, eadem libertate qua colloqui tecum mihi conceſſeras, ad exactiſſimum de rebus omnibus judicium tuum, Vir omni ex parte incomparabilis, defero; &c. Francofurti 17. Julii ciↃ IↃC XXXIV.

GERHARDUS JOHANNES VOSSIUS,
lib. III. de origine & progreſſu Idololatriæ, cap. XCIX.

De Avibus fabuloſis.

UT à Phœnice ordiar; quis cordatus credat eſſe avem ſingularem, quæ ſeipſam igne, cum ſolaribus radiis, tum ventilatione alarum accenſo comburat; ex ea in cineres verſa, vel ſaltem medulla, aut ſanguine ejus effuſo, naſci vermem, qui poſtea alis adſumtis, hæc avis fiat, eaque unica, ſed ſua refecta morte, quia periit ut viveret, atque ita ſimul ſit parens & proles: unde & ubi par oneri, prima ei cura ſit, ut (ſi non ex cineribus, ſed medulla, vel ſanguine ſit reformata) patrium cadaver Heliopolim in Solis aram deferat, atque adoleat? Hæc retuliſſe, prope ſit refutaſſe. Multa adeo incredibilia in iis ſe offerunt. Quid quod illi, qui iſta tradiderunt, in variis ipſi diſſentiant? Inter alia de vitæ ſpatio, ubi mira ſcriptorum inconſtantia. Rex Æthiopiæ in ſua ad Pontificem Romanum Epiſtola, annos ei tribuit trecentos. Herodotus, Ælianus, Philoſtratus, Orus, Æneas Pletonicus; ex Latinis Ovidius, Tacitus, Victor, annos dant quingentos quadraginta. Plinius ex Manilio ſexcentos ſexaginta: Martialis & Lactantius millenos: alii, ut eſt apud Tacitum, ciↃ CCCC LXI: Chæremon Ægyptius, ut relatum Tzetzi, ſexennium & ſepties millenos. Hæc cum ſatis arguant, quid de ave ea ſit ſentiendum; tantopere tamen eſſe hujuſmodi alitem obtinuit, ut Tacitus quoque in XIV. Annalium, licet quædam eorum, quæ adduximus fabuloſa arbitretur; ipſam tamen avem aliquando in Ægypto conſpici non ambigat. Imo Tertullianus putavit, etiam ſcripturas phœnicis meminiſſe. Nam libro de reſurrectione illud Pſalm. XCI. ſive XCII. *Δίκαιος ὡς φοῖνιξ ἀνθήσει* reddidit, *Juſtus ut phœnix florebit:* cum debuerit, *ut palma.* Simili plane errore, ac alius in Plutarcho, ſicut Mureto in Variis obſervatum, lib. 13. cap. 12. *ἐγκέφαλον φοίνικος*, *cerebrum phœnicis* tranſtulit, cum ſignificetur *medulla palmæ.* Sane à Davide plantam ſignari luculente arguit, quod ibidem ſubjicitur de cedro & platano. Sed *vere* hujus avis meminit Apoſtolorum *σύγχρονος* CLEMENS ROMANUS, epiſtola ad Corinthios priori: quæ pauculos ante annos prodiit in lucem, egregiâ V. Cl. Patritii Junii curâ. Sunt tamen qui hanc Epiſtolam abjudicent Clementi, quia naturâ avis, quæ nuſquam ſit, illuſtrare ea ſtudeat, quæ ad cœleſtem pertinent veritatem. Sed ex iis, quæ de Plinio ac Tacito ſuperius dicebamus, ſatis videmus, illis, quibus Clemens vixit temporibus, communem fuiſſe eam de phœnice opinionem. Atqui hoc ſufficit in ſcripto eccleſiaſtico quidem, attamen ad *κανόνα* fidei ac vitæ neutiquam pertinente. Nec enim neceſſe eſt credamus, Clementem ſciſſe omnia quæ faciunt ad arcana naturæ. Ne id quidem credere eſt opus de Apoſtolis; licet Chriſtus Joh. 16. 13, promiſerat, miſſurum ſe Spiritum S. qui in omnem eos duceret veritatem. Quippe hoc reſtringendum ad veritatem earum rerum, quæ ad ſalutis pertineant negotium: imo ne harum quidem omnium, quia Apoſtoli ipſi (1. Cor. 13. 9.) ex parte viderunt ac prophetarunt: ſed omnium, quas ſcire eſt opus alteram ad vitam conſequendam.

DAVID BLONDELLUS Apologiæ pro ſententia Hieronymi de Presbyteris & Epiſcopis ſect. 2. pag. 9.

Edita eſt Amſtelodami, 1646.

Clementem *à Petro* ipſomet *ordinatum* Tertullianus de præſcript. c. 32. Ruffinus præf. Recognit. libri Pontificalis auctor, Anshelmus de Virginitate, Bedæ, Adonis, &c. Martyrologia referunt: *plerique Latinorum* (Hieronymo teſte in Catalogo) *ſecundum poſt Petrum* fuiſſe putaverunt; ut ante annum Domini 65. ad Romanæ Eccleſiæ clavum ſediſſe neceſſe ſit. Eundem Irenæus lib. 3. cap. 3. Euſebius lib. 3. cap. 22. & lib. 5. cap. 28. libri adverſus Artemonem editi ſcriptor anonymus, Epiſtolæ ad Mariam Caſſobolitam inter Ignatianas auctor, Tertullianus adverſus Marcionem l. 3. car. &c. *Anacleto*, Epiphanius hæreſi 27. & Optatus, lib. 2. *Cleto*, Auguſtinus Epiſt. 165. liber Pontificalis, & Martyrologia *Lino* ſucceſſiſſe volunt, cujus rurſus in annum Titi primum, Chriſtianæ æræ 79. martyrium male confert Euſebius; cum ipſæ Romanæ Eccleſiæ tabulæ, 9. Kal. Octobr. Capitone & Ruſo Coſſ. A. D. 67. Neronis exeunte 13. paſſum, *Clementem* anno ſequenti Trachalo & Italico Coſſ. ſuffectum, *Cleto* Veſpaſiano VII. & Tito V. Coſſ. anno Domini 76. Veſpaſiani 8. locum feciſſe, ac tandem Cherſonæ, Trajano 3. & Frontone 3. Coſſ. anno Dom. 100. Trajani 3. Novembr. 23. martyrio vitam finiiſſe conteſtentur; quod Hieronymi & martyrologorum conſona teſtimonia confirmant. Hunc ἱκανωτάτην γραφὴν, *potentiſſimas literas*, Irenæus l. 3. c. 3. μεγάλην καὶ θαυμασίαν ἐπιστολὴν, Euſebius l. 3. c. 16. *valde utilem*, Hieronymus in Catalogo, *ex perſona Romanæ Eccleſiæ ad Eccleſiam Corinthiorum* ſcripſiſſe monent, hoc titulo: *Dei Eccleſia quæ Romæ diverſatur, Eccleſiæ Dei quæ Corinthi habitat.* Ubi cum nulla peculiaris vel ſcribentis mentio, vel Cleri Romani prærogativa, vel Corinthiaci presbyterii à plebe diſcretio appareat, ſed omnes ad omnes conſertim ſcripſiſſe compertum ſit; luce meridiana clarius eluceſcit, tunc temporis *Eccleſias, communi præpoſitorum conſilio gubernatas*, non unius regimini, à cujus nutu penderent omnes, ſubjacuiſſe: quod ſumma contentione aſſertum voluerat Hieronymus &c. Hanc Epiſtolam Dionyſius Corinthiorum Epiſcopus (ſcribit ibidem in margine) *quotannis in Eccleſia legi ſolitam* apud Euſebium lib. 4. c. 23. refert; *in nonnullis locis publice legi* aſſerit Hieronymus. Datam autem inter A. D. 68. & 76. jamdudum in cœlum receptis Apoſtolorum principibus, conſtare poteſt.

HERMANNUS CONRINGIUS JOACHIMO JOANNI MADERO Viro Doctiſſimo.

S. P. D.

PRæclare de publico mereris, Doctiſſime Madere, illas horas, quas ſuccidere tibi licet ordinario muneri, in id impendens, ut hominibus noſtris exhibeas primæ illius aureæ tempeſtatis quæ ſuperant monumenta. Etſi enim *perfectus ſit* divinarum *Scripturarum canon*, & jamdudum cum S. Auguſtino *didicerimus, ſolis illis libris hunc honorem timoremque deferre, ut nullum eorum ſcribendo aliquid erraſſe, firmiſſime credamus*: per tamen ſimul eſt jucundum atque utile, Apoſtolorum quoque diſcipulos auditoreſque conſulere, quid illi ſcil. à tantis magiſtris acceperint, aut certe quanta fide doctrinam acceptam ſervaverint, qui non dubitavere ſanguinem ſuum profundere in Chriſti teſtimonium, *induti* jam proinde *ſtolis candidis, & ante thronum Dei conſtentes ſerviunt illi die ac nocte in templo ejus, illo qui ſedet in throno habitante ſuper illos*, quo elogio martyres Spiritus Sanctus proſequutus eſt. Saltem illa nefas eſt contemnere, quæ publica auditione ipſa vetus & ſancta Eccleſia dignata eſt: ut Polycarpi epiſtolam *in Aſia conventibus* Clementis *in nonnullis locis* publice lectitatam eſſe, & Euſebii & S. Hieronymi teſtimonio novimus. Hanc certe utramque epiſtolam magni facere par eſt, vel ideo, quoniam ad utramque, ceu ad ſecundarum quendam ſinceræ fidei canonem, jam tum olim adverſus hæreſes ſui ſeculi provocaverit ſanctiſſimus martyr Irenæus. In utraque autem illa publicanda hactenus tuam operam collocaſti, primum Polycarpi nunc & Clementis ſanctas illas literas edens.

Vinc. Lirinenſ. — *Aug. epiſt. 19. ad Hier.* — *Joan. Apocal. c. VII. 15.* — *Euſeb. lib. 3. Hiſtor. Hier. l. de Scriptor. Eccleſ.* — *Iren. l. 3. c. 3.*

Neque vero quidquam video cauſſæ, cur ſuſpicemur alias eſſe illas noſtras ab iis, quas tanto in pretio priſca Eccleſia habuit. In Polycarpi ſane epiſtola deprehendere eſt ipſam illam de Deo & Domino noſtro Jeſu Chriſto ſanam doctrinam, cujus nomine refellendis ſui ſeculi hæreſibus, ἱκανωτάτην illam pronunciavit commendavitque S. Irenæus: deprehendere eſt locum integrum unum alterumque, quem adducit Euſebius, & poſt illum Nicephorus Calliſtus, & quidem ita ut liquido appareat fraude nulla inſertos eſſe: deprehendere eſt ex prima Petri epiſtola deprompta haud pauca, quæ idem Euſebius notaverat: deprehendere denique eſt illud omne, quod Photius, accuratiſſimus librorum cenſor, in lecta Polycarpi epiſtola animadverterat, *multis numerum refertam admonitionibus*, μετὰ σαφηνείας καὶ ἁπλότητος κατὰ τὸν ἐκκλησιαστικὸν τῆς ἑρμηνείας τύπον, quodque in ea dicat auctor *ſe Ignatii epiſtolas ad Philippenſes miſiſſe, petereque ab illis edoceri ſi quid de eo mandiam*. Horum inquam omnium deſideratur nihil. Adhoc ipſum Epiſtolæ exordium oſtendit, ſcriptam illam, quo tempore non unius exſortis Epiſcopi in manu Eccleſiæ erat adminiſtratio, ſed communi Presbyterorum conſilio & auctoritate omnia regerentur: quod non diu poſt Polycarpum mutavit. Sed & videre eſt damnata placita Marcionis de carne & paſſione Chriſti,

Euſ. l. 3. Hiſt. c. 36. l. 4. c. 14.

 re-

reſurrectioue item & judicio mortuorum, illamque adeo ſolennem & uni illi martyri propriam deteſtationem, qua obviam ſibi Romæ factum Marcionem excepiſſe Polycarpum, πρωτότοκε ſc. *Iren. l. cit.* τοῦ Σατανᾶ, memorat Irenæus. Ex adverſo, quibus Flacius eumque ſecuti alii dubiam reddere Epiſtolam illam tentavere, talia ſuut ut in commodum συλλογισμὸν referre nequeas, quamvis coneris. Simpliciras certe dictionis & inelaboratus ſermo, quæ illi cauſautur, arguunt potius Apoſtolicam ætatem ſcriptionemque: nt quæ uni illi tempeſtati & ſolis Apoſtolis, eorumque diſcipulis familiaria fuerint.

Par ratio eſt Clementinæ illins epiſtolæ ad Corinthios, quam ex vetuſtiſſimo Alexandrino codice nobis non adeo pridem Patritius Junius Vir Clariſſ. communicavit, & tu hodie ex Londinenſi exprimis. Etiam hic enim invenire eſt, quæ cum de illa, tum ex illa Veteres omnes prodiderunt. Obſervamus ſane & ϛάσιν οὐκ ὀλίγην Corinthi ortam inter fratres, progreſſam nimirum ad vim & bellum ſive duella: & *Romana Eccleſia*, uou autem unius Clementis nomine exaratas literas; eaſque ad pacem & concordiam Corinthios flectentes, memoranteſque eorum fidem quam recenter ab Apoſtolis acceperant; plane quemad- *Iren. l. 3. c. 3.* modum epiſtolam illam landavit S. Irenæus. Quæ *Clem. Al. l. 4. Str.* Clemens Alexandrinns & Origenes ex illa epiſtola proferunt, verbis totidem in noſtra reperiuntur, *Orig. l. 2. περὶ ἀρχῶν.* & quidem ita ut ibi nata dixeris non anrem doloſa manu inducta. Euſebius quoque prodit, *Euſ. l. 3. Hiſt. c. 12. & 32.* diſſidio apud Corinthios orto, ſcriptam à Clemente noſtro epiſtolam ὡς ἀπὸ τῆς Ῥωμαίων Ἐκκλησίας, aut ut alibi loquitur, ἐκ προσώπου τῆς Ῥωμαίων ἐκκλησίας, eamque dictionis charactere & ſententiis cum Epiſtola ad Hebræos plurimum convenire: quæ omnia hic luculentiſſime apparent. Qualem vero epiſtolam illam Euſebius, talem & *Hier. de Scriptor.* S. Hieronymus eam nobis deſcripſit: ut proinde noſtra hæc ab illa quæ Hieronymo ad manum *Id. ad 52. cap. Eſa. & 4. cap. ad Epheſ.* fuit, nihil abeat. Sed & quæ idem S. Hieronymus ſemel iterumque ex epiſtola illa in medium adfert, haud in noſtra deſiderautur: perinde ut hic reperitur etiam illa phœnicis commemoratio, *Cyrill. Catech. 18.* quam ex Clementis epiſtola producit Cyrillus Hieroſolymitanus. Omni ex parte quoque noſtra hæc reſpondet illi deſcriptioni quam Photius in Bibliotheca habet, argumento videlicet, dictione, & doctrina de mundis trans oceanum, de phœnice & de Chriſti perſona. Tantum deeſt *Juſt. Reſp. 74. Baſil. c. 29.* fortaſſis quod S. Juſtinus Martyr ſive quis alius auctor *Reſponſion. ad Orthodox.* ex epiſtola illa refert, quodque ſeu Clementi dictum laudat Baſilius ad Amphilochinm. Verum non eſt quod propterea ſequius ſuſpicemur, cum quatuor integra folia nobis deeſſe teſtetur is cui editionem primam debemus, Patricius Junius, & Baſilius (ſive alius libri illius Scriptor) illa ſua ex hac epiſtola ſorte nou prompſerit. Nihil ſane ex omni antiquitate produxeris de Clementis illa germana epiſtola, quod merito quem fecerit de noſtra dubitare.

Jam vero cum cura noſtram hanc legenti nihil occurrit ſucati aut ſubdoli; & tamen omnia referuut plane Apoſtolica tempora, charactere ſcribendi, & doctrina ipſa. Quod firmo eſt argumento, ſaltem ex illo ævo ad nos epiſtolam illam perveniſſe, etſi de auctore ſoire non conſtaret. Sermo ſane is eſt, qualem ſummus Criticus Photius indicavit, ἁπλοῦς κατὰ τὴν φράσιν καὶ σαφής, καὶ ἐγγὺς τοῦ ἐκκλησιαστικοῦ χαρακτῆρος: extra autem primum illud Eccleſiæ ævum fruſtra formam illam ſcribendi quæſieris. Sic quod epiſtola Romanæ Eccleſiæ, non verò Epiſcopi & Presbyterorum aut Epiſcopi ſolius nomine exarata eſt, alteri ætati quam ſoli Apoſtolicæ nou convenit: paulatim creſcente auctoritate primum collegii presbyteralis, inde unius Epiſcopi, & ſenſim à curatione ſacrarum rerum remoto populo. Sequens etiam ævum longe aliter de perſona Chriſti locutum eſt: cum hic non fere alia reperias, quam illa quibus S. Paulus eſt uſus. Videre etiam hic eſt in ordine hierarchico numerari non alios quam Epiſcopos & Diaconos, Epiſcopi uomine omnes presbyteros comprehendenre: ſecus quam infra Apoſtolica & Apoſtolicis viciniora tempora obtinuit. Huic uni ætati etiam congrua eſt ſacrificiorum celebratio in Hieroſolymitano templo, cujus hæc epiſtola meminit. Multa alia non ſimulatæ vetuſtatis indicia congeſſit Hugo Grotius vir ſummus, epiſtola quadam ad Hieronymum Bignoninm, quæ in libro Epiſtolar. ad Gallos eſt CLIV: quæ non poſſum non probare: niſi in eo erraverit ille ὁ πάνυ, quod neget Clementem aliquid ex Evangeliis quæ appellamus adduxiſſe, cum tamen ex S. Lucæ cap. VI. verba Domini noſtri ſiut repetita. Satis vero vel illa à nobis allata ſunt paria vindicandæ ſuæ dignitati illi noſtræ Epiſtolæ: eoque nihil attinet plura in confirmationem nunc prodncere. Et ſane Tibi quidem, mi Madere, fortaſſe ſatis eſt id, quod nemine adverſante omnes omnino, penes quos hodie criticæ regnum eſt, epiſtolam hanc ut germanam admittaut. Quidni enim tuto ſequaris hac in re Grotios, Salmaſios, Calixtos, Horneios, Voſſios, Rivetos, Blondellos, Seldenos, Petavios, Patricios, alioſque cenſores librorum exactiſſimos? præſertim ſi nemo doctior diſſentiat, ut heic diſſentit quod ſciam nemo?

Loquor vero, uti noviſti, tantum de Epiſtola illa prolixiore ad Corinthios, non de altera iſta cujus fragmentum itidem publicavit Patricius ille Junius. Quanquam & hanc exiſtimem eſſe illam Photio lectam, imo illam cujus Euſebius, Hierouymus, & alii meminerunt, ut Clementi quidem auctori tributæ, ſed perperam. Utique enim in hoc ipſo fragmento deprehendas quod Photius uotavit, nempe νηστείαν καὶ παρθενίαν πρεσβεύοντος βίου, καὶ ἐν ἀρχῇ τὸ κήρυγμα χριστοῦ τοῦ Θεοῦ. Solam, nimirum, illam primam cum omni antiquitate germanam agnoſco: alteram non item, etſi ſit vetuſta, & longe melioris notæ atque ſunt illæ quæ vulgo apud Latinos Clementis nomine circumferuntur. Et vero non niſi unicam à Clemente epiſtolam profectam eſſe, reliqua vero omnia, quæ ſive Conſtitutionum Apoſtolicarum ſive Recognitionum ſive Epiſtolarum uomine veniunt, mentiri auctorem, vel illud unum pro ſufficiente eſt argumento, quod S. Irenæus non niſi unicam illam laudet in veritatis catholicæ teſtimonium, dum ſtudioſe oppugnat hæreſes, Epiſcoporum Romanorum conſenſu. Imo tanti eſt roboris illa Irenæi commendatio, ut par ſit reliquorum etiam Epiſcoporum Romanorum ejus ævi epiſtolis, quas Iſidorus Mercator edidit, falſi convincendis. Quod ulcus tangere uon eſt hujus inſtituti.

Ut redeam igitur ad epiſtolæ hujus meæ initium, laudabilem profecto operam præſtas bono publico, Vir Doctiſſime, aurea illa primitivæ Eccleſiæ monumenta, rariora inventu hiſce in oris & paucis lecta, uoſtris typis publicans. Non poſſum ſane ego non tibi auctor eſſe, in illo inſtituto ſtrenue pergendi. Ejuſmodi utique ſcripta volvere, longe præſtabilius utiliuſque eſt, quam rixoſis, imo contumelioſis libellis legendis tempus terere, quales hæc noſtra ætas æterna cum infamia edit paſſim plurimos.

Vale mi Madere & ſalve plurimum. Helmeſtadii in Acad. Julia CIↃ IↃC LIV. VI. Kal. Decembr.

JOA-

JOACHIMI JOHANNIS MADERI

AD LECTOREM

P R Æ F A T I O.

PRoperat ad te, LECTOR BENEVOLE, hæc Clementis ad Corinthios Epiſtola ἱκανωτάτη ϗ θαυμασία, juxta Irenæum & Euſebium, multis jam ſeculis deſiderata. Luci illam non ita pridem donavit rurſum Vir Clariſſimus PATRICIUS JUNIUS, Sereniſſimi, heu quondam! Britanniarum Regis Bibliothecarius, cui propterea maximas certe gratias debemus. Quantæ vero apud veteres fuerit auctoritatis, tot tibi illorum, quos deinceps exhibemus, ſuggerunt teſtimonia; quæ una cum aliis Propheticis Apoſtolicisque ſcriptis *legi olim in quibuſdam Eccleſiis ſolitam* fidem faciunt, itidemque de cauſa ſcriptionis & ſtyli genere te certiorem reddunt. Non ergo erat, qui te amplius morarer, quandoquidem nunquam ſatis laudatus PATRICIUS *ſua ad Lectorem præfatione* veterum teſtimoniis ſuprà ſubnexa, in reliquis tibi poterat ſatisfacere: ni fuiſſet qui tantam lucem nebula nuper voluiſſet obducere, & hujus ſcripti γνησιότητα temere nimis atque inconſiderate negare. Sane in verminoſo libro ſuo quem interim, dum de hac editione cogito, in vulgus emiſit, tam audacter famam ejus arrodit, ut ne tineis quidem trucibusque blattis, quæ damnum ipſi jam ante ſummum intulerant, mordacitate cedat. Nec tamen Virum iſtum aliàs magnum, vel hanc Epiſtolam, vel loca auctorum à quibus teſtimonia ſumit, attente unquam reor legiſſe & probe examinaſſe, ſed fucum potius ſimplicioribus parum ab antiquitate inſtructis facere voluiſſe. Ut enim ſilentio involvam frivola iſta de minio rubro, quo lacunæ in ſuperiore editione magna diligentia ſunt notatæ, & quæ præterea de ſtyli ſimplicitate & incondita ejus connexione profert, ut jamdudum ipſi *Photio* obſervata: primum imprudenter ſatis conſarcinatorem Epiſtolæ (ita namque ejus ſonant Germanica) multa omiſiſſe ait, quæ ſub Clementis Romani nomine ab aliis Patribus citentur: velut Hieronymi locum in cap. II. ad Epheſ. *Oceanus & mundi qui trans ipſum ſunt*; Et in quartum ejuſdem: *Vinculum charitatis Dei quis poteſt enarrare*; quaſi non utrumque, illud ſcilicet pag. XXIX. ſub finem; hoc pag. LXIII. clare inveniatur ſcriptum. His ſubnectit: Etiam Centuriatores Magdeb. Centur. I. lib. 2. x. obſervaſſe, illud quod Baſilius Magnus cap. XXIX. libri de Spiritu S. ex hoc Clemente citat in hæc verba ſcriptum: *Sed & Clemens Romanus: Vivit, inquit, Deus Dominus Jeſus Chriſtus & Spiritus Sanctus*, in ea quæ tum extabat editione non potuiſſe reperiri. Mallem vero oſtenderet aliquam, quæ tum extiterit, hujus Epiſtolæ editionem? Ipſi Centuriatores paulo ante eodem illo capite: *Meminerunt*, inquiunt, *Epiſtolæ cujuſdam ejus ad Corinthios Irenæus, Euſebius & Hieronymus quæ hodie nuſquam extat.* Num ergo deinceps ſibi ipſis contradicunt? Non ſane: ſed longe illis mens alia verba à paulo ante productis: *Incertum*, aiunt, *utrum ex ea Epiſtola, an ex alio aliquo Clementis ſcripto, Baſilius in libro de Spiritu S. cap. 29. hæc verba protulerit in enumeratione teſtimoniorum Doctorum veterum de Trinitate: Sed & Clemens Rom. &c.* Ex quibus paucis AMICE LECTOR judicare poſſes quam, ſcilicet, in reliquis oratio ejus mereatur fidem, adeoque quod proverbio dicitur, ὡς τῇ κερασίδι τὸ ὕφασμα γενόμενον, ni longe turpius ſeſe in ſequentibus daret ille ab affectibus excœcatus judex. Cumprimis, inquit, illud de Phœnice commentum prodit auctorem hujus Epiſtolæ, non eſſe eum adjutorem S. Pauli ad Philip. IV. quod pag. 34. & 35. eſt reperire. Ubi Clemens ille perſonatus it probatum, (quod minime verum eſt) reſurrectionem carnis quotidie fieri, quemadmodum nox cubat, exiurgit dies, abit dies, nox ingruit & inſequitur, &c. Hic principio non contentus vocem CARNIS, quæ nuſquam in contextu compareat, cauſæ ſuæ probandæ gratia, inſeruiſſe; præterea magna iterum cum impudentia hæreſeos eum audet inſimulare, quaſi affine quippiam ſenſerit errori Hymenæi & Phileti, quorum dogma hoc fuerit, quod reſurrectionem eodem modo, quemadmodum hic Clemens explicarint; nempe, unum hominem perire, alterum huic ſimilem renaſci; idque ad finem uſque mundi duraturum. Sicuti hic Clemens aſſerat, quando parentes liberos gignunt, hoc vocari reſurrectionem mortuorum. Pervolvas vero totam, quæſo, Epiſtolam, videasque, num vel ſenſum ſolum, ne dicam verba poſtrema exinde poſſis exſculpere. Argumentatur *Clemens* hoc modo: Si diem noctemque videant abire & redire; ſi ſemina in terram jacta computreſcere, & nihilominus deinde fructus ferre; ſi Phœnicem credant ſepulchro ſibi exſtructo mori & ex ſeipſa renaſci; *an magnum & mirabile ſit cenſendum, ſi rerum omnium opifex*, ut ipſe loquitur, *reſurgere eos faciat, qui in bona fidei conſcientia illi inſervierunt.* Ita D. *Paulus* jam ante ſatæ frugis argumento reſurrectionem in priore ſua ad *Corinthios epiſtola* cap. XV. evicerat, utuntur que eadem probandi ratione tot deinceps ſequentium ſeculorum *Patres*. Cumprimis illa naturæ dormientis & reſurgentis exempla *Septimii Styli* diligentia ingenioſe admodum auget & illuſtrat, plane ac ſi hunc ipſum *Clementis* locum de induſtria ſibi ſumſiſſet exornandum. *Aſpice*, inquit, *ad ipſa quoque exempla divinæ poteſtatis. Dies moritur in noctem, & tenebris uſquequaque ſepelitur. Funeſtatur mundi honor, omnis ſubſtantia denigratur. Sordent, ſilent, ſtupent cuncta: ubique juſtitium eſt. Ita lux amiſſa lugetur, & tamen rurſus cum ſuo cultu, cum dote, cum ſole, eadem & integra & tota univerſo orbi reviviſcit; interficiens mortem ſuam, noctem, reſcindens ſepulturam ſuam tenebras; heres ſibimet exiſtens, donec & nox reviviſcat, cum ſuo & illa ſuggeſtu. Redaccenduntur enim & ſtellarum radii, quos matutina ſuccenſio extinxerat, reducuntur & ſiderum abſentia, quas temporalis diſtinctio exemerat; redornantur & ſpecula lunæ, quæ menſtruus numerus adtriverat; revolvuntur hyemes & æſtates, verna & autumna, ſuis viribus, moribus, fructibus.* Et paulo poſt de Phœnice: *Si parum univerſitas reſurrectionem figurat; ſi nihil tale conditio ſignat, quia ſingula ejus non tam mori, quam deſinere dicantur; nec redanimari, ſed reformari exiſtimentur, accipe pleniſſimum atque firmiſſimum hujus ſpei ſpecimen. Siquidem animalis eſt res; & vita*

ubi

obnoxia & morti; illum dico aliiem Orientis peculiarem, de ſingularitate famoſum, de poſteritate monſtraoſum: qui ſemetipſam lubenter funerans renovat, natali fine decedens atque ſuccedens; iterum phœnix, ubi jam nemo; iteram ipſe, qui non jam; alius idem. Quid expreſſius atque ſignatius in hanc cauſam? aut cui alii rei tale documentum? Deus etiam ſcripturis ſuis, & florebis enim, inquit, velut phœnix; i. e. de morte, de funere: uti credas de ignibus quoque ſubſtantiam corporis exigi poſſe. Multis paſſeribus nos antiſtare Dominus pronuntiavit; ſi non & phœnicibus nihil magnum. Sed homines ſemel interibunt, avibus Arabiæ de reſurrectione ſecuris? Sic quam elegantiſſime *Tertullianus* ſeculo poſt natum Chriſtum tertio libri *de Reſurrect. carnis* cap. 12. & 13. ne ſolum *Clementem* ejuſmodi argumentis uſum exiſtimes. Nam & *Epiphanius* Conſtantiæ Cypri Epiſeopus in Ancorato ſuo ſive fidei Chriſtianæ expoſitione, & Cyrillus Hieroſolymitanus Catecheſi XIIX. tum *Dracontius* in Hexaëmero in eandem ſcribunt ſententiam, ut alios omittam qui de phœnice tanquam reſurrectionis ſigno ſingulariter loquuntur. De ea namque in ore olim atque in ſermone omnium erat fabula: *Jam ad aures multorum pervenit credentium & non credentium*, inquit, *Epiphanius* dicto loco; unde & tam frequens ejus cum apud Gentiles, tum Chriſtianos mentio, licet in illorum narrationibus non parva reperiatur varietas. Videatur ex illis *Herodotus* lib. II. cap. 73. *Ovid.* XV. Metamorph. verſ. 392. *Plinius* lib. X. Hiſtor. naturalis cap. 2. *Mela* lib. III. *Solinus* Polyhiſt. cap. XLVI. *Ariſtides* in Palinodia de Smyrna teſtaurata Tom. I. p. 470. *Ælianus* lib. VI. Hiſtor. animal. cap. 58. *Lucianus* Dialogo περὶ τῶ περεγρίνυ τελευτῆς, *Claudianus* Eidyllion primo. Ex Chriſtianis vero, una cum ſuperius memoratis, & quos Doctiſſimus *Weitzius* ad *Dracontium*, *Junius*que in notis huic Epiſtolæ ſubjectis citat, *Euſebius* IV. de vita Conſtantini cap. LXXII, *Suidas* in φοῖνιξ. Non ergo mirum erat, ſi Chriſtianiſmi Doctores ad rem vulgò creditam provocarent; quandoquidem & *Dio* aſſerere audet lib. LIIX. *Sexto Papinio & Q. Plautio Coſſ. paulo ante Tiberii obitum in Ægypto Phœnicem apparuiſſe*, id quod etiam *Plinius* memorato loco ex *Cornelio Valeriano* refert. *Tacitus* vero VI. *Annal.* 28. idem ad *Pauli Fabii*, & *L. Vitellii* tempora reducit, quorum Conſulatus juxta *Onuphrii Faſtos* in annum V. C. DCCLXXXVII. Chriſti XXXV. incidit: quæ fama noſtri *Clementis* tempore adhuc erat recens, utpote qui juxta *Anaſtaſium Bibliothecarium* anno ejus ſæculi XCIII, ſecundum alios vero citius Epiſcopatui Romano præeſſe cœpit. Quid? quod Chriſtianos illis temporibus Phœnicem reſurrectionis ſymbolum cœmeterialibus tumulis inter alia inſculpſiſſe ex *B. Cæciliæ Actis* diſcas: quæ idipſum B. Maximi martyris ſarcophago curavit inſculpendum. Verba *Actorum*, *ut ex Cod. M S. Vatic. Vallic. in Roma ſubterranea noviſſime Aringhus* citat, hæc ſunt: *Quem* Maximum ſcilicet, *S. Cæcilia virgo ſepelivit in novo ſarcophago, & juſſit, ut in ſarcophago ejus ſculperetur phœnix, ad indicium fidei ejus, qui reſurrectionem ſe inventurum exemplo phœnicis ex toto corde ſuſcepit.* Vides ergo, quam juſte in hæc tandem verba erumpat κριτὴς ille egregius: Eſtne hic (Clemens ſcilicet) bonus, fideque dignus Apoſtolus & adjutor S. Pauli, qui reſurrectionem carnis fabulis tam bellis poteſt adſtruere? & annon multo rectius judicarit illud Belgii ſidus *Hugo Grotius*, falſo itidem illo ipſo ſcripto verbis mox ſubſequentibus, ut rei abſurdæ auctor, ſugillatus, Epiſtola quadam ad *Bignonium* hactenus inedita: *De Phœnice rem fuiſſe eo tempore eruditis creditam, nec eo argumento ait Clementem ut probet τ̃ νεκρῶν ἀνάςασιν ſed ut oſtendat ex re credita non eſſe eam τ̃ ἀδυνάτων.* Inſcitia profecto ſumma eſt illi propterea hanc Epiſtolam abjudicare, præcipue eum jam ſuis temporibus *Cyrillus Hieroſolymitanus*, *Photiuſque Conſtantinopolitanus*, hic ſæculo nono, ille quarto, commentum illud in eadem legerint, & exinde in ſcriptis ſuis citarint ut ex illorum teſtimoniis ſuperius manifeſtum fuit. Nec minoris eſt audaciæ, perſuadere velle eruditis, Scultetum, Cocum, Blondellum, Rivetum, Voëtium partibus Reformatorum, ut jam vulgo dici amant, unà addictos Doctores, ex hac fabula arripuiſſe anſam à Patricio diſſentiendi, totamque Epiſtolam rejiciendi; cum nec *Scultetus*, nec *Cocus*, unquam eandem, ut nondum à *Patricio* forte viſam, nedum evulgatam, viderint, adeoque de re ignota judicium ſuum non potuerint interponere. Ipſemet hoc teſtatur *Abrahamus Scultetus* quondam Profeſſor Heidelbergenſis *medulla ſua* pag. 371. & 372. de hu- *Ed. Francofurt. 1654.*
jus Clementis ſcriptis inter alia inquiens: *Epiſtolam hic quondam ad Corinthios ſcripſit, cujus meminit Dionyſius Corinthius apud Euſeb. lib. 4. cap. 23. lib. 3. cap. 38.* Periit celebris iſta Epiſtola, *ſed in locum ejus ſubſtitutæ ſunt quinque aliæ, & recognitionum libri decem, qui hodie Clementis nomine circumferuntur. Epiſtolæ extant tomo primo Conciliorum, quæ ſingulis fere lineis Clementem adulterinum loquuntur.* Earundem quinque *Clementinarum*, quæ *decretales* vulgo, non vero hujus ad Corinthios, examen inſtituit *Robertus Cocus Anglus* in ſua cenſura p. 41. & ſeqq. *Blondellus* *Ed. Helmſtad anno*
item ſingulari libro adverſus *Iſidori Mercatoris* *1641.*
figmenta Genevæ A. C. 1628. excuſo ubi ſimul oſtendit ex quibus centonibus eæ conſutæ fuerint & confectæ. Quanto vero in pretio hanc ipſam habuerit Epiſtolam *Apologia* ejus pereruditæ *pro Hieronymi ſententia de Epiſcopis & Presbyteris* probat, in qua non veretur B. Patris ſententiam teſtimoniis ex ea deſumtis confirmare & adſerere. Quemadmodum etiam ex *Voëtio* & *Riveto*, qui cum *Blondello* eam & viderunt & legerunt haud facile queas perſpicere & dijudicare, num vel recipientium, vel reſpuentium ſequantur partes: hujus namque ex *editione ultima Genevenſi* Anni 1652. hæc ſunt verba: *Scripſit Clemens, teſte Hieronymo in Catalogo, ex perſona Eccleſiæ Romanæ ad Eccleſiam Corinthi valde utilem Epiſtolam, quæ nonnullis in locis publice tum legebatur.* — *Hanc autem deſideratam Patricius Junius Vir Clariſſimus Regis magnæ Britanniæ Bibliothecarius ex laceris reliquiis vetuſtiſſimi exemplaris Regii eruit, lacunas explevit, latine vertit, & brevibus notis illuſtravit, eamque edidit, cum fragmento ſecundæ Epiſtolæ ad eoſdem Oxoniæ anno 1633. In ea reperiuntur quæ in nonnullis veteribus citantur, ut in notis ſuis, ex collatione, oſtendit eruditiſſimus editor, qui veram & genuinam eſſe Clementis Epiſtolam exiſtimat, non obſtante fabula de phœnice, quam ad illuſtrationem doctrinæ de reſurrectione adducit. Quod poſtea fecerunt alii plures ex veteribus. Argumenta viri doctiſſimi expendere poterit lector eruditus. Epiſtola tota alioqui ſatis refert ſimplicitatem primævam, & quæ in ea leguntur ad argumentum quod in ea tractatur, ſatis ſunt accommodata. Id ſane notandum quod pag. 41. de juſtificatione ſcribitur; Nos ex voluntate Dei in Chriſto Jeſu vocatos &c.* *Gisbertus Voetius* vero Theol. in Academia Ultrajectina Prof. *in diſpp. ſelectis Theologicis* pag. 103. *partis primæ*, cum quæſtionem attuliſſet hanc: *Quid de Epiſtola Clementis ad Corinthios nuper evulgata, ſed non ſine multis maximiſque lacunis?* dubie pariter reſpondet: *Admiramur ſingularem divinam providentiam, quæ curavit, ut ab Apoſtolorum diſcipulis viriſque Apoſtolicis & Apoſtolorum ſæculo proximis,*

aut

aut nihil ſcriberetur, aut nihil conſervaretur & ad poſteros maneret; aut ſaltem nihil ab initio Eccleſia uſque in hunc diem ſupereſſet, de quo non dubitaretur, aut quod per tineas blattaſque aut alium quemvis Dei exercitum mutilatum non eſſet: ut ſoli Scriptura tanto evidentius ſua conſtaret auctoritas illique ſoli eſſet propria incorruptibilitas & aeternitas. Quod ſi igitur ille Πραξείας auctor ſaltem per tranſennam, quod aiunt, eos quos adducit ſcriptores inſpexiſſet, non potuiſſet ignorare omnia illa teſtimonia quæ contra hanc Epiſtolam producit, potius adverſari ſibi quam prodeſſe. Nec enim ulterius eum quicquam juvat *Euſebius*, quem fingit lib. 6. c. 13. ſcribere, jam ſuo tempore, circa annum videlicet 324. Clementis Epiſtolam non pro genuina amplius habitam; etiamſi lib. 3. cap. 16. ipſe fuerat teſtatus, adjutorem Pauli Clementem Epiſtolam ad Corinthios ſcripſiſſe, quæ etiam in quibuſdam Eccleſiis ſit lecta. Nam iſta quoque verba eo modo apud *Euſebium* non leguntur, ſed cum toto illo XII. & XIII. capite illius libri de *Clemente Alexandrino* & ejus ſcriptis agat, *Hunc uti*, ait, *in illis etiam earum ſcripturarum teſtimoniis quibus contradicitur, & ejus quæ eſt Jeſus Sirach, & Epiſtola ad Hebræos, denique & Barnaba & Clementis & Judæ*; uti verba ſonant juxta edit. latinam *Grynæi*. Ut vero *Ruffinus* vertit, apud quem eſt alia capitum diviſio: *Utitur*, inquit, cap. XI. *exemplis etiam ex his libris, qui à nonnullis minime recipiendi videntur, id eſt, ex ſapientia quæ dicitur Salomonis, & ex Sapientia Sirach, quæ appellatur Eccleſiaſticus apud Latinos. Sed & de Barnaba & Clementis Epiſtola ponit Romani exempla, & de Epiſtola Judæ.* Quæ verba, ſi *τὸ contradici, vel non recipi*, etiam ad *Clementis* Epiſtolam reſtringenda putes, non de omni contradictione ſive non receptione ſimpliciter, ſed tantum de non receptione in canonem ſcripturarum loquuntur: eademque ratione multis aliis qua veteris, qua N. T. libris contradictum eſt aliis alios nunc probantibus, nunc reprobantibus. Interim poſterius hoc non tollit prius, *legi eam in quibuſdam Eccleſiis ſolitam*; cum in primitiva Eccleſia Chriſtianis non tantum canonici ſtricte ita appellati, ſed etiam alii libri, ab antiquitate ſua & utilitate commendati, *ad ædificationem plebis, non vero ad auctoritatem Eccleſiaſticorum dogmatum confirmandam*, prælegerentur: qua in re licet ſimiliter diſcrepare poſſent inter ſe Eccleſiæ, & aliæ aliorum lectionem præferre, tamen illa particularis reprobatio ab Eccleſia quadam aut ejus Doctore facta, non ſtatim poterat ipſi ſcripto omni ex parte derogare, aut ejus fidem infringere. Demum craſſa eſt ignorantia, inque Theologiæ Doctore, & quidem tanto, non ferenda, hanc ſcilicet Epiſtolam, cum iſtis, de quibus ſupra mentio injecta eſt, Decretalibus confundere: quod ipſum cum non uno loco in iſta Πραξείᾳ ſua facit, tum evidenter in ſequentibus verbis; quibus quaſi, hactenus de Clemente dictis, Colophonem addit. Et quod magis eſt, inquiens, cum nuperus Epiſcopus Yprenſis Cornelius Janſenius Auguſtini ſui Tom. 3. lib. VI. cap. 12. ex Clementis Epiſtola teſtimonium citaſſet, deridet eum Jeſuita Aurelianenſis Dionyſius Petavius Tom. 3. de Eccleſ. dogm. lib. III. de opific. cap. 8. num. V. quod non diſtinguat inter ſinceros & ſuppoſititios ſcriptores. Dignum ſane patella operculum, de quo tamen ægre

Spectatum admiſſi riſum teneatis amici.

Ecquis enim neſcire poteſt, ipſemet cum *Janſenii*, tum *Petavii* verba inſpiciens, de longe alia Epiſtola, & quidem ipſa tertia decretali, quæ *tomo* 1. *Conciliorum Surii* p. 148. in *Blondelli* vero *cenſura* pag. 72. extat, *& ad omnes Coëpiſcopos, Presbyteros, Diaconos, ac reliquos clericos, & cunctos principes majores minoreſve*, titulum mentitur, utrumque locutum. *Poſt S. Dionyſium*, inquit Janſenius, *Clemens Papa, in Epiſtola tertia; ubi primo docet, quod Auguſtinus toties tradidit, nos eſſe liberi arbitrii, quia velle & nolle habemus in poteſtate.* Adhuc Dionyſius Petavius: *Hoc ſenſu*, ait, *vim accepit auctor ille, qui ſub Clementis nomine Epiſtolam tertiam concinnavit ex libris Recognitionum. Quæ ex Epiſtola nova ſecta patronus teſtimonium ſecundum poſuit, adeo in teſtium delectu incurioſus, ut promiſcue ſinceros ac ſuppoſititios habeat.* Unde cum nullo pacto adducar ut credam magnum aliquem Theologum in ejuſmodi minutiis tantum ex ignorantia errare errorem, viderit ille, quo animo, qua conſcientia id fecerit. Ego hoc, Deo teſte, pro certo affirmare queo, me nullius partis ſtudio, ſed ſolius veritatis amore ductum hoc qualecunque ejus Πραξείας examen inſtituiſſe, ne ſcilicet incautioribus ſub veri nomine poſſet imponere, eoſque ab utiliſſima hujus Epiſtolæ lectione abſterrere. Tum ut *B. Præceptorem* meum ab injuria vindicarem: quem idem ille, ob Clementem hunc Apoſtoli cooperatorem pronunciatum, imprudentiæ arguit, ipſe potius ita fortaſſis coarguendus. Opto vero ut uniuſcujuſque Chriſtiani menti firmiter inhæreat illud Clementis noſtri auro quovis pretioſius monitum: *Cur inter nos ſint contentiones, iræ, ſimultates, ſchiſmata & bellum? Nonne unum Deum & unum Chriſtum habemus? nonne unus eſt Spiritus gratiæ, qui ſuper nos effuſus eſt, & una vocatio in Chriſto? Cur Chriſti membra divellimus & diſcerpimus, & contra proprium corpus ſeditionem movemus, eoque veſania devenimus ut aliorum nos membra eſſe oblivioni tradamus.* pag. 60. Quod ſupereſt, LECTOR BENEVOLE, hanc Epiſtolam, ea qua potuimus fide & diligentia curavimus exprimendam, ut nihil amplius fere hic deſiderare poſſis, quam quod lacunæ non minio rubro, ut in editione Anglicana factum, ſed minoribus literis ſint notatæ. Neque enim, etiamſi illud nobis non liceret, voluimus propterea totum intermittere, ſed vel eo modo textum genuinum à ſupplemento diſtinguere, quo & tuæ, ſi ita videretur, induſtriæ relinqueretur palæſtra vel ad conjectandum, vel ad judicandum. Alias teſtimonia paſſim à nobis aucta ſunt, addita etiam Græcis verſione Latina; tum loca & variantes lectiones apud *Clementem Alexandrinum* repertæ, ſuis quæque pagellis, ex editione Pariſienſi à Chr. 1641. noviſſima indicatæ. In omnibus ſi non omnia forte palato tuo reſpondeant, id partim ſcholaſticis occupationibus meis, partim abſentiæ meæ ab operis typographicis tribues, & quod in ſimili genere optares, æqui bonique facies. Salve, ac bene Vale.

GODOFREDI VENDELINI
DE
CLEMENTIS
ET EJUS EPISTOLARUM
Tempore Divinatio.

CLemens Romanus Fauſtini filius (quem Apoſtolus Paulus, ad Philippenſes ſcribens, ſuum vocat cooperatorem inter ceteros quorum nomina ſcripta ſunt in libro vitæ) Petri Apoſtoli ſucceſſor, Apoſtolus item ipſe vocatur à Clemente Alexandrino Lib. IV. Stromatum: quomodo & Barnabas aliíque magnorum Apoſtolorum comites & diſcipuli, pari nomine Apoſtoli (minores tamen) habiti fuerunt & appellati. Clemens hic poſt Petrum Romanam rexit Eccleſiam, vixítque ad tempora Trajani; cujus anno tertio, qui fuit Epochæ noſtræ centeſimus, Joannis quoque Evangeliſtæ morte nobilis, Cherſonæ in Ponto, poſt exilii ſui quinquennium, occiditur. Is erat annus poſt Chriſti aſcenſionem ſexageſimus & octavus, prout habemus traditum. Quot verò tunc annos habuerit Clemens, etſi non legimus proditum; conſtat tamen non multò minorem fuiſſe centenario, valde ſenem utique fuiſſe oportet; ſi (quod habent Recognitionum libri non in totum Dramatici) ad primam famam Chriſti jam in cœlum recepti, vivente adhuc Tiberio, juvenis fuit florentis ætatis, judicii limati, doctrinarúmque ſublimiorum avidi; planè ut annos facilè viginti quinque exceſſerit, vel ad trigeſimum propiùs acceſſerit, natúſque videatur per initia circiter noſtræ Epochæ, Joanni Evangeliſtæ quaſi coætaneus ac planè coævus.

Intra hoc primum ſæculum Pontificatum Romanum geſſit Epiſcopus Clemens, annis (ut inter omnes quamvis diverſiſſima tradentes conſentitur) novem cum menſibus & diebus aliquot. Intra idem ſæculum Epiſcopi Romani recenſentur Linus, Cletus & Anacletus; quamquam Græci fermè ex Cleto & Anacleto unum, eumdémque videantur intelligere, nimis oſcitanter, propter affinitatem nominum, ſocordes.

Quis verò vel ante hos, vel inter hos, vel poſt hos, Clementi locus, quod tempus debeatur, Scriptores certant, jam ab antiquo, proximóque illis ſæculo. Itaque & in Breviariis noſtris priorum editionum à poſterioribus diſcordia eſt, & ἀσυμφωνίαν ſuam in omnibus, uſque ad annum CLXXIX, profitetur Baronius identidem, donec ita fidem ſuam liberat: *Si quis certiorem de annis invenerit Chronographum, quâ tamen non rejiciatur è numero Pontificum Romanorum Cletus, nec Martyrum Lugdunenſium ſincerum teſtimonium condemnetur, haud inviti adſentiemur.* Ego itaque multa, curioſáque indagine, poſtquàm rationes omnes variorum Scriptorum diligenter excuſſi, videor mihi veri fidem deprehendiſſe hanc certiſſimam.

Anno Epochæ noſtræ XLI. die 23. Januarii, occiſo Cajo, ſucceſſit in imperium Claudius, qui Herodem Agrippam ſtatim dimiſit in ſuum regnum, iſque magnâ celeritate reverſus eſt in Judæam per menſem (fac) Februarium totum; vel initia Martii exceptus à ſuis popularibus honorificè; quibus demerendis (ut ſe gratioſum ac popularem præberet) odioſam illis Chriſtianorum, nimis invalentium, multitudinem opprimere, hominéſque illos novos, ſeditioſos, nefariæ impietatis in Deum, legéſque Moſaïcas inſimulatos ad ſupplicia rapere aggreſſus eſt, à præcipuis eorum capitibus Apoſtolis graſſandi facto initio. Itaque *occidit Jacobum fratrem Joannis gladio.*

Hanc mortem habemus adnotatam Kalendis Aprilis, quæ hoc anno XLI. inciderunt in Sabbathum; ut videatur Jacobus, de occaſione ipſius Sabbathi, quaſi facto, dictóve aliquo violati tumultuosè correptus à furentibus, ſtatímque (ut fit in delictis flagrantibus) plexus capite, ſaltem poſt occaſum Solis; quo momento Judaïcum Sabbathum, diéſque Kal. Aprilis deſinebat, inibátque prima Sabbathi; eadem Aprilis menſis illic numerabatur ſecunda. Atque hoc eſt quod Hieronymus in Ezech. Cap. XLIII. traditum à Majoribus non ſatis intellexit; dum ſcribit immolatum Jacobum, die ſecundâ Paſchatis; quod conſtare haud poſſe Baronius quoque pervidit. Et certè Paſcha Judaïcum iſto anno incidit in diem quartam Aprilis, ad veſperam. Non ergo die ſecundâ Paſchatis occiſus eſt Jacobus, ſed ſecundâ menſis, in quam Paſcha illo anno incidit.

Poſt occiſum ergo, ſeu ipſis adhuc Kalendis Aprilibus, ſeu poſtridie mane, Jacobum; videns Herodes hoc placuiſſe Judæis, appoſuit apprehendere & Petrum; non quidem eodem (credo) die ſed uno ſaltem, alteróve interpoſito, quibus populi adplauſum explorare ac perſentiſcere potuit, & Petrus inveniri; qui proin raptus fuerit in carcerem, ipſo die Azymorum, ſanctiſſimo ſecuritatis aſylo, & propter publicam lætitiam ad tam triſtia inopinabili. Sed Herodem nec Sabbatha in Jacobo, nec Azyma in Petro remorata ſunt, quominùs ſaltem comprehenderentur, dilato interim ſupplicio; quod Petro meditabatur poſt Paſcha, diéſque Azymorum omnes tranſactos. Is ergo cuſtodiebatur in carcere; ex quo per Angelum, liberatus eſt, pridie deſtinati ſupplicii, nocte, ſcilicet, inter duodecimam, & decimam tertiam Aprilis.

Liberatus tanto miraculo Petrus, relictâ Judæâ, contulit ſe in alia loca, peragratíſque regionibus variis, Eccleſiíſque confirmatis, pervenit tandem Romam, cœptante anno Claudii ſecundo, ipſo ſecundùm & Largo Conſulibus, qui fuit annus Æræ noſtræ XLII. fixítque illic ſedem Pontificiam; cujus cathedræ natalis celebratur, decimâ octavâ Januarii. A qua die ad ejus mortem numerantur anni XXV. menſes V. dies XII. ſi numeres à die XV. Kal. Febr. ad XII. Kal. Julias anni

anni noſtri LXXVII. quo crucifixus animam Deo reddidit.

Medio iſto tempore, cùm Claudius Imperator edicto Judæos Româ expuliſſet, ipſe quoque Petrus cedere coactus eſt; reverſuſque in Judæam concilium habuit illud primum Apoſtolorum, anno noſtro L. Claudio dein ſublato, a. d. III. Idus Octobres, anno noſtro LIV, ſucceſſit Nero, primo Imperii ſui quinquennio clementiſſimus princeps. Sub quo Petrus reverſus Romam, non illic ſedentariam vitam tranſegit; ſed graviter atque impigrè alias quoque orbis Romani provincias circumiit, ac denique in Britannias penetravit. Dum verò abeſt, ne Roma ſine capite interim ageret, * Linum illi conſtituit Epiſcopum, Conſulatu Neronis & Veteris anno noſtro LV. Is verò ſedit annos XII. (inchoatos interpretor) hoc eſt, undecim exactos cum menſibus quatuor, diebus duodecim, quotidem menſes ac dies habent membranæ Bucherianæ. Deſiit ergo vivere anno noſtro LXVI. omnino, vivente adhuc Petro; quod luculentè confirmat Scriptor anonymus de certaminibus, peregrinationibus, vita & morte Petri & Pauli; quem Arondellæ Comitis Sacellanus (*Perteus*) è Græcia ſecum advexit in Angliam, ex quo Patricius Junius illuſtrem hunc locum citat, Græcè quidem, ſed quem ego ſic Latinè repræſento: *Moratus Petrus in Britannia dies aliquos, cùm multos illuminaſſet verbo gratiæ, Eccleſiaſque conſtituiſſet; poſtquam Epiſcopos quoque & Presbyteros ac Diaconos ordinaſſet, impoſitis manibus duodecimo Neronis anno* (Is fuit noſter LXVI. jam indicatus) *iterum Romam redit; ubi Linum jam mortuum invenient, Clementem loco illius ordinavit invitum, dignitatemque iſtam recuſantem. Quem idoneis * rationibus perſuaſum, ac conſidere admonitum in cathedram divinorum eloquiorum (quam ille obtinuerat) ſublimavit.* Profectionem hanc in Britanniam aliunde vidit etiam Baronius, & eſt luculenter adſtructa, non ita pridem. Sed pergit, poſt pauca, Anonymus: *Igitur confeſtim milites comprehenſis omnibus, qui Chriſto nomen dederant, in condemnatorum eos deduxerunt locum. Et Clementi quidem, ut pote de cognatione Cæſaris, pepercerunt, Herodionem verò & Olympam* (de quibus Rom. XVI, 11, 15.) *cum reliqua multitudine, gladio percuſſerunt. Petrum autem, magnum illum Domini Apoſtolum ſitu * inverſo ſuſpenderunt in cruce; in qua vulnerum dolores inſtar Chriſti ac Dei noſtri perpeſſus, puram ſuam atque incontaminatam animam in Dei manus obtulit. Clemens verò diſcipulus ejus & Epiſcopus pretioſum ejus corpus magnificè in loco illuſtri tumulavit.*

* *Cletum addit Damaſus in Geſtis Pontificum MSS. Hoc cum in editis non comparet. Sic etiam Marianus Scotus.*

* *Quæ Clementi dixerit Petrus, cum eum conſecravit, ex Anaſtaſio MS. leges apud Salmaſium, in Euchariſtico Jac. Sirmondo. p. 664. Hæc cum ab Anaſtaſio Editoribus expuncta ſunt.*

* *Theodoretum vide* [illegible]

Ecce ut, vivente adhuc Petro, Linus ſederit Epiſcopus quem propterea Chorepiſcopum Marianus, aliique ſcripſerunt, inter quos Leo II. ſucceſſor Agathonis: *Petrus*, inquit, *adjutores ſibi aſcivit Linum & Cletum; non tamen Pontificii poteſtatem eis tradidit, ſed Clementi.* Tam certum ſemper fuit unà cum Petro Linum præfuiſſe fidelibus Romanis, & ab eodem Petro traditum Pontificatum Clementi. Sic ergo liquidior incipit fluere hæc Chronologia, in hunc modum.

Anno noſtro LXVI. Linus poſtremùm vixit, mortuus vigeſimâ tertiâ Septembris, anno XII. Neronis, quo Petrus ex Britannia reverſus Romam Linum invenit jam mortuum. Ipſe mox, cum Paulo, conjectus eſt in carcerem Mamertinum, in quo detenti fuerunt menſes octo, uſque ad finem Junii ſequentis.

Anno noſtro LXVII. Petrus in carcere conſtitutus perſuaſit Clementi, ut Epiſcopatum vellet ſuſcipere & Lino ſuccedere. Is ergo ex hujus anni circiter Paſchate ſedit annos IX. menſes XI. dies XII. ut habet Indiculus; juxta quem occiſi Petri pretioſum corpus magnificè ſepelivit, inſigni in loco, ut vidimus.

Anno ergo LXXVII. cùm Romæ inter fideles orta eſſet (qualis poſtea Corinthi) magna diſſenſio ſuper honore Pontificatûs; ne quaſi ex teſtamento Petri ſucceſſiſſe videretur Clemens, ac ne poſteris hæc principatûs ambitio pernicioſi exempli haberetur, ultrò ſe Pontificatu abdicavit, uſus iſtis verbis, quæ in altera Epiſtola Corinthiis propoſuit imitanda: *Si propter me ſeditio, contentio & ſchiſmata orta ſunt, emigrabo, abibo quocumque volueritis.* Epiphanius, in Hæreſi Carpocratianorum, hanc Clementis abdicationem hoc Epiphonemate innuit concluſam: *Secedo, abeo, bene ſtabiliatur populus Dei*; addens ſe id in Commentariis quibuſdam ſic inveniſſe. Abdicaverit ergo die duodecima Februarii, quæ tunc fuit Feria quarta cinerum. Ita poſt quatuor dies Cletus, & re & nomine electus, ſedere cœpit ex die decima ſexta Februarii, Dominicâ ipſa quadrageſimæ, tenuitque Pontificatum, vivo Clemente, annis ſex, menſibus duobus, diebus decem, quos Indiculus repræſentat exſertè; *a Conſulatu*, inquit, *Veſpaſiani VIII. & Domitiani V.* qui eſt annus mihi jam indicatus LXXVII. planiſſimè.

Anno igitur noſtro LXXXIII. Domitiano IX. & Rufo Conſulibus, obierit Cletus, die 26. Aprilis, ut eſt in Hemerologio, intervallum illud à creatione illius, ad unguem confirmante. Vacaſſe traditur ſedes diebus XV. Ergo ex die undecima Maii (quæ tunc fuit Pentecoſte) rurſum electus Anacletus ſedit annos XII. menſes II. (non X.) dies III. uſque ad annum noſtrum XCV. diemque Hemerologio agnitum decimum tertium Julii, Domitiano XVII. & Flavio Clemente Conſulibus, quos etiam agnoſcit Indiculus, mirâ in his conſtantiâ & veri fide.

Erat hic annus Domitiani tyranni XIV. quo perſequutionem ſuſcitavit in Chriſtianos, cujus cauſam Clemens, in Epiſtola illa luculenta (quam ex perſonâ non ſua, ſed Eccleſiæ Romanæ ſcripſit ad Corinthios adverſus Epiſcopum ſuum ſeditioſos) refert ad diſſidia illa Chriſtianorum, adversùs ſe invicem conſurgentium; quale quid etiam Romæ factum innuit; ſuum ipſius certamen ante annos octodecim tacitè innuens.

Interim autem, ſive occiſo jam Anacleto, ſive conjecto in vincula, Evariſtus ſucceſſor deſignatus eſt, cui membranæ tribuunt annos XIII. menſes VII. dies II. uſque ad Gallum & Braduam, Conſules anni noſtri CVIII. ut omnino cœperit ex anno illo jam dicto XCV. Quia verò Clemens jam decrepitus obierat anno, ſicut diximus, noſtro C. die XXIII. Novembris; neque mors ejus ex Ponto Romam perferri potuit, niſi poſt dies ſaltem triginta, hinc factum eſt ut abinde, numerato altero velut initio, Evariſtus ſediſſe ſcribatur annos VII. menſes X. dies II. uſque ad diem vigeſimam ſextam Octobris anni CVIII. útque in Græcis legamus, poſt electionem Evariſti Pontificis, ſucceſſiſſe Alexandrum anno XII. Trajani.

Alexander ergo ſedere cœpit ex anno CVIII. jam dicto, ſeditque annos X. menſes V. dies

XXI.

xxı. Conjectus io carcerem anno noſtro cxvı. octavo ſui Pontificatûs, Aeliano & Vetere Conſulibus, vivente adhoc Trajano, ut habent Acta; in quo carcere duos annos egit, uſque ad tertium Hadriani, noſtrum cxıx. Hadriano III. & Ruſtico Conſulibus, quando ad diem tertiam Maii occiſus eſt & vacavit ſedes diebus xxv. uſqoe ad vigeſimam nonam Maii Dominicam, quâ ſucceſſit Xyſtus. Poſt qoem anno cxxvııı. Teleſphorus, cxxxvııı. Hyginus, cxlıı. Pius, ſub qno Marcion Hæreticus exortus eſt, annis cxv. poſt duos Gemioos Conſules, hoc eſt, anno noſtro cxlııı. docente hoc Tertulliano.

Sic ergo ſpecimine ſaltem præbito reſtituendæ, quod pollicebar, Chronologiæ Pootificiæ, intellectóque tempore, quo Epiſcopatum geſſit Clemens, quóque poſt abdicatum Pontificatum tandem occiſus eſt; videamus nunc & de vero Epiſtolarum illius tempore, iſtius maximè * quam nunc damus. Nam illa præclara, omnibúſque antiquis Patribus laudata, & in Eccleſiis, inſtar Apoſtolicarum, recitari ſolita, quæ data eſt ſub perſona non abdicati Clemeotis, ſed potiùs Romanæ Eccleſiæ (poſt Anacletum ſine Epiſcopo degentis ſcilicet) ad Eccleſiam Corinthiam, ſatis jam ſuam occaſionem annúmque indicavit noſtrum xcv. fervente perſecutione Domitiani quàm maximè, perſcripta; eodem admodum ſtylo, quo idem Romanos Clerus ad Cyprianum utitur. * At character noſtræ hujus homiliæ ſimilior, quàm Epiſtolæ; & ab altero diverſiſſimus, privatum ſcriptorem arguit. Tempus quoque inſinuat pacatiſſimum, nullis in Eccleſiam procellis turbidum; tantóque magis ad caritatem mutuam fovendámque pacem hortatoriam. Ad quam obtinendam ooo oporteat inveoiri hominem * qui eam largiatur, ſed Deum ſcilicet. Quibus verbis vel ego fallor, vel innuitur Veſpaſianus Imperator, qui anno ooſtro lxxv. Sexto ſuo Conſulatu, templum Pacis Æternæ omnium toto Orbe pulcherrimum dedicavit; ſemet exiſtimans illum principem pacis, patrem futuri ſæculi prænuntiati apud Iſaïam, cujus imperii noo foret finis. Non hunc ergo mortalem hominem, ſed Deum inveniri debere monet Clemens, qui æternam pacem ſuis largiturus ſit. Tanto ergo Epiſtola hæc prior illâ, quæ poſt xx. demum annos miſſa fuit Corinthum. Idque ſubindicat, apud Euſebium, Lib. ıv. cap. 23. Dionyſius Corinthiorum Epiſcopus, in Epiſtola dicata Soteri Papæ circa annum noſtrum clxvıı. in qua Romanos alloquitur, his verbis: *Hodie Dominicam ſacram diem peregimus, in qua legimus veſtram * Epiſtolam, quam ſemper ad noſtram inſtructionem legemus; ſicut & priorem nobis à Clemente ſcriptam.* De quibus verbis quod volui conficio, Clementis ipſius eſſe hanc Epiſtolam; illam vero alteram, non tam decrepiti Clementis, quam etiam Romani Cleri.

* Intellige ſecundam.

* *Hæc legat Sect. XI.*

* *Quæ Clementi Alexandrino* Strom. Lib. V. p. 726. *ἡ πρὸς Κορινθίους Ῥωμαίων ἐπιστολή.*

L E C T O R I S.

HActenus *Vendelinus*, cujus verba ex Editione *Pauli Colomeſii* deſcripſimus. Ceterùm qui annos, quibus ſedit Clemens, molìò certiùs reſcire avebit, is adeat oportet eruditiſſimas Diſſertationes *Joannis Pearſonis* & *Henrici Dodwelli*, de Succeſſione primorum Romanæ Urbis Epiſcoporum; qui viri totam Chronologiam Pontificiam feliciter illuſtrarunt, quamvis per omnia oon cooſentiant.

Pearſonius vult Clementem ſediſſe ab anoo lxıx. ad lxxxııı. *Dodwellus* verò ab anno lxıv. vel lxv. ad lxxxı. Hic etiam Cap. xı. Diſſ. de Succeſſ. Pontificum Rom. contendit incertum eſſe, an Epiſtola Clementis prior ab eo jam Epiſcopo ſcripta ſit; at certè noo debuiſſe Epiſcopi nomine ſcribi, quamvis Epiſcopum jam Clementem fuiſſe teſtari videantur *Hegeſippus* atque *Irenæus*. Digna ſunt lectu quæ hanc in rem habet, ſed prolixiora, quàm quæ hoc transferantur. Idem in *Diſſertationum Irenaicarum* prima, §. xxvııı. ſuſpicatur oon immeritò alteram, quæ dicitur, Clementis Epiſtolam eſſe potiùs *διδαχὴν*, ſeo ejus doctrinam ab alio ſcriptis mandatam, atque ex ejus concionantis ore exceptam, vel ex auditorum ab eo memoria exaratam. Eum, Lector, adito, quo rebus Eccleſiaſticis antiquiſſimi ævi nemo facem hactenus intulit fulgentiorem.

J. B. CO-

J. B. COTELERII JUDICIUM

DE PRIORE EPISTOLA

S. CLEMENTIS.

CUm quæcumque de Epiſtola à B. Clemente Romanæ Eccleſiæ nomine ad Corinthiorum Eccleſiam ſcriptâ proferri potuiſſent, ferè omnia partim ab Antiquis tradita, partim à Recentioribus occupata fuerint; vice præfationis, pauca dumtaxat annotabimus ad ea veterum Teſtimonia, quæ nonnihil ſcrupuli legentibus fortè injicerent, niſi exponerentur; ac deinde quæremus quando ſtilum acuerit Κλήμης, τὸ τοῦ Χριστοῦ κλῆμα. Equidem ab Euſebio lib. 3. cap. 16. & 38. Epiſtola vocatur *ὁμολογουμένη, ἀνωμολογημένη παρὰ πᾶσιν, ab omnibus uno conſenſu recepta.* Ille tamen Hiſtoricus lib. 6. cap. 13. refert Clementem Alexandrinum in libris *στρωματέων* uti teſtimoniis Scripturarum à quibuſdam repudiatarum, nempe Sapientiæ Salomonis, Sapientiæ Siracidis, Epiſtolæ ad Hebræos, Epiſtolarumque Barnabæ, Clementis, & Judæ. Quo modo volumen ab omnibus admiſſum, à quibuſdam rejicitur? Eam repugnantiam tolles, ſi dixeris, cunctos quidem Opus agnoviſſe pro genuino Pontificis fœtu, ſed non omnes habuiſſe pro ſcripto Canonico: de primo, nullam motam antiquitus controverſiam; de ſecundo, motam, aliis extra Canonem ponentibus, quæ ſententia obtinuit, aliis intra, ut Auctor Canonum Apoſtolicorum, Canone ultimo, proindéque forſan & qui eos Canones in numero ſacrarum Scripturarum collocat Johannes Damaſcenus, quique eoſdem admittunt Trullani Epiſcopi. Atque hujus poſtremæ opinionis documentum præbet antiquiſſimus Codex Bibliorum manu Theclæ exaratus, ex quo duæ iſtæ Epiſtolæ prodierunt; quandoquidem eas cum libris novi Teſtamenti conjunctas exhibet. Neque verò quidquam cauſſæ eſt, cur alias quaſpiam ſuſpiceris Apoſtolorum Canonis Clementinas Epiſtolas; quæ apud Græcos aut nullæ fuerunt, aut non ſeorſum lectæ, ſed initio Recognitionum, Actuum Petri, Clementinorum, ſimiliſque farinæ Apocryphorum.

Ad ejuſdem Euſebii obſervationem, imitatum eſſe Clementem Epiſtolam ad Hebræos, addi poteſt conſimilis, de imitatione aliorum Novi Teſtamenti librorum, præſertimque Epiſtolarum ad Corinthios & Epiſtolarum Petri: utriuſque enim Apoſtoli erat diſcipulus. Nec mirum, quòd Dominicæ ac Apoſtolicæ ſententiæ & dictiones in ore fuerint hominum Apoſtolicorum, atque in uſu primorum Chriſtianorum.

Photius Bibliothecæ Codice 126. videtur ſcripſiſſe; *αἰτιάσαιτο δ᾽ ἄν τις αὐτὸν ἐν τίσιν*, non autem *ἐν τούτοις. Reprehenderit verò eum quiſpiam in his.*

In Libro Pontificali, ubi de Clementis vita, necnon in ejus Operis Exſcriptoribus, memorantur duæ Clementis Epiſtolæ, eæque Canonicæ & Catholicæ. Quod ita acceptum ab Auctore libri de geſtis Romanorum Pontificum, credito Luitprando, quaſi ageretur de duabus primis Clementis Decretalibus ad Jacobum. Gravi, ut equidem ſentio, errore. Nam ſi Decretales in animo habuiſſet Scriptor Pontificalis libri, non ſolùm duas dixiſſet, verùm quinque. Quemadmodum *βιογράφος* ille; qui mirâ ſupinitate, poſtquam de duabus Epiſtolis Catholicis à Clemente ad Jacobum datis retulit, ſubjungit quænam contineantur in illis duabus, & in reliquis tribus. Adde quod in Pontificali Opere ſejungi videtur Epiſtola ad Jacobum à duabus Canonicis Epiſtolis. *Hic fecit duas Epiſtolas, quæ Canonicæ nominantur.* Et infrà; *Tamen in Epiſtola quæ ad Jacobum ſcripta eſt.*

Circa tempus quo Romani litteras ad Corinthios dederunt, non una eſt Criticorum opinio. Alii aſſignant finem Neronis, aut certè eos annos, qui Veſpaſiani imperium, excidiumque Hieroſolymitanum anteceſſerunt. Hos refellit Epiſtola, dum cap. 47. cùm velut antiquæ meminit Corinthiorum primæ diſſenſionis, ſub Apollo excitatæ, qui teſte Hieronymo circa finem Commentariorum in Epiſtolam ad Titum, Corinthi fuit Epiſcopus; tum Corinthiacam Eccleſiam, Veterem appellat: dumque cap. 1. 5. & 6. ſubindicat perſecutionem aliam ab illa prima Neronis. Poſt Neronem autem Domitianus primus Chriſtianos perſecutus eſt, jam eversâ Hieroſolymâ. Sed Clemens, inquiunt viri doctiſſimi, meminit cap. 41. oblationum in Templo. Quidni meminiſſet? cùm nunc quoque, tot elapſis ſeculis, par mentio idemque ſermo haberi queat; quemadmodum legenti patebit. Alii ſuſpicantur à Clemente exſule factas litteras, ſub finem vitæ: quia cap. 5. dicit Paulum in finibus Occidentis paſſum eſſe, nec urbis Romæ facit commemorationem; & quia in initio calamitates adverſitateſque ſuas proponit. Verùm quis credat Romanis aditam Cherſoneſum, ut ad Corinthios ſcriberent? Et verò eum qui nomine Eccleſiæ Romanæ ſcribebat, illa eloqui decuit quæ Urbi, non quæ ſibi convenirent; ut certè Urbi conveniunt. Unde evaneſcit quidquid objicitur. Alii Epiſtolam miſſam volunt anno Domini 95. fervente perſecutione Domitiani.

Rectiùs tamen quàm ſervens, deſinens notaretur perſecutio; quam nimirum innuit Epiſtolæ principium, quæqoe aptior fuit ad deſtinandos cum litteris quinqoe legatos, nominatos in fine Epiſtolæ.

Cæterùm ſpes Patricii Junii de Hieronymiaoa Clementinæ Epiſtolæ Interpretatiooe, mihi pertenuis aut nulla eſt, librariorum dolos conſideranti, & quo pacto ut vendibiliorem mercem haberent, odioſum Rufini nomeo è principio ac fine Interpretationis Explanatiooum Origenis in Epiſtolam ad Romaoos ſuſtulerint (quod tamen retioet Codex Thuanæ Bibliothecæ) ac favorabile Hieronymi intruſerint. Quocirca ſuſpicio tenet me, idem ſcelus hìc perpetratum, ac Verſionem Clementinæ Epiſtolæ ad Jacobum à Rufino factam, Hierooymi titulo fuiſſe honeſtatam.

Denique monendus es Lector, uncis per totum opus Iuſperſis includi ea quæ in MS. deleta aut amiſſa, per conjecturam ſuppleta, in Editiooe Anglicana miniatis litteris impreſſa ſunt.

ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ
ΚΛΗΜΕΝΤΟΣ

ΤΟΥ ΡΩΜΗΣ ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΠΡΟΣ ΚΟΡΙΝΘΙΟΥΣ ΠΡΩΤΗ.

Ἐκ προσώπου τῆς Ῥωμαίων ἐκκλησίας γραφεῖσα.

SANCTI CLEMENTIS

EPISCOPI ROMANI;

EPISTOLA AD CORINTHIOS PRIMA.

Scripta ex Romanæ Eccleſiæ perſona.

[H ¹ Ἐκκλη] σία τοῦ Θεοῦ ἡ | E c c l e s i a *Dei quæ incolit*

1. Ἡ ἐκκλησία τοῦ Θεοῦ] Miſeret me doctorum virorum, quòd odio Catholicæ veritatis, ſtudioque vanæ Hæreſeos adducti, exiſtiment per hanc ſuperſcriptionem adjuvari errorem ſuum, quo Epiſcopis coæquant Presbyteros. Quia *nulla peculiaris vel ſcribentis mentio, vel Cleri Romani prærogativa, vel Corinthiaci Presbyterii à plebe diſcretio appareat, ſed omnes ad omnes conſertim ſcribant.* At ſi rectè ex principiis ſuis voluiſſent argumentari, concludere oportebat, idem jus fuiſſe Laicis ac Presbyteris & Epiſcopis; atque hoc modo deterrimum rerum ſtatum invehere, [Greek], adverſùs quam Clemens totâ pugnat Epiſtolâ. Præclarè verò hac ratiocinatione conficietur, ut Paulus, qui ſcribit Epiſtolas unà cum Soſthene, Timotheo, Silvano, & fratribus univerſis, majorem non obtinuerit quàm ultimus Chriſtianorum, in Eccleſiæ regimine, auctoritatem. Cur ergo, rogabis, cùm Clemens [Greek] potuerit litteras dare, maluit latere ſub perſona Eccleſiæ? Facilis reſponſio. Quoniam totius Apoſtolicæ Eccleſiæ commune votum erat, pacatam cernere Corinthiorum Eccleſiam, à Petro quoque Pauloque fundatam; ingenſque futurum erat Corinthiis incentivum, ipſa Romanorum ſimul ſcribentium concordia. Accedit hoc Apoſtolicus mos communicandi quæ gerebantur, cum tota Eccleſia, qui & diu duravit, & ordinem Hierarchicum non infringit. Unde S. Cyprianus, fortiſſimus apicis Epiſcopalis propugnator, ita Clerum ſuum alloquitur, Epiſt. 5. *Ad id verò quod ſcripſerunt mihi Compresbyteri noſtri Donatus & Fortunatus, Novatus & Gordius, ſolus reſcribere nihil potui; quando à primordio Epiſcopatûs mei ſtatuerim, nihil ſine conſilio veſtro, & ſine conſenſu plebis, meâ privatim ſententiâ gerere. Sed cùm ad vos per Dei gratiam venero, tunc de iis, quæ vel geſta ſunt, vel gerenda, ſicut honor mutuus poſcit, in commune tractabimus.* COT.

Blond. Apol. pro ſent. Hieron. p. 9.

Ἡ ἐκκλησία.] Rectiſſimè ſtatuit eruditiſſimus *Junius*, veteres primitivæ Eccleſiæ Scriptores &c. *quæ vide initio [Greek].* At non ſolùm ſingulares perſonæ & Eccleſiarum præfecti, ſed tota Eccleſiarum univerſitas hoc ipſum præſtabat. Sic Smyrnenſis Eccleſia ad illam, quæ in Ponto erat, litteras ſuas dedit, quarum maximam partem legere eſt apud *Euſebium* Hiſt. Lib. IV. c. 14. & eas totas, ſi non perinſignes interpolationes pluſquàm totas, ex editione Reverendiſſ. *Uſſerii Armachani*. Sic etiam Eccleſiæ Viennæ & Lugduni Galliarum Epiſtola, apud eundem *Euſebium*, occurrit. Adeo non ſingularis exempli res eſt præſentis Epiſtolæ formula, Eccleſiæ Romanæ nomine perſcriptæ. Quin & obſervandum inſtitui hujus cauſas non adeò à fraterna illa caritate & animarum zelo, quibus olim Chriſtianorum mentes incaluerunt, quàm ex regiminis Eccleſiaſtici & individuæ unitatis, quæ fideles univerſos conjungeret, vi & neceſſitate eſſe repetendas. Quiſquis enim Eccleſiæ cujuſvis membrum audiebat, aliis quibuſcumque protinus adnectebatur; & qui ab aliqua meruerat ejici, ab univerſis utique extorris habebatur. Unde, referente *Tertulliano*, de Præſcr. adverſus Hæreſ. *Tot ac tantæ Eccleſiæ una eſt illa ab Apoſtolis prima, ex qua omnes; ſic omnes primæ & omnes Apoſtolicæ, dum unam probant unitatem. Communicatio pacis, & appellatio fraternitatis, & conteſſeratio hoſpitalitatis, quæ jura non alia ratio regit, quàm ejuſdem ſacramenti una traditio.* Cujus viri, præruptâ licèt, validâ tenſa verbis, ut ſolet, magis Romanis effert *Cyprianus* Lib. de Unitate Eccleſiæ. *Epiſcopatus unus eſt, cujus à ſingulis in ſolidum pars tenetur*, & *Optatus Milevitanus*, Lib. II. *Totus orbis commercio formatarum in una communionis ſocietate concordat.* Hinc S. *Ignatius* ad Smyrnæos, Epheſios, Magneſios, Philadelphios, Tralleſios & Romanos Epiſtolas ſcripſit; *Polycarpus* ad Philippenſes; *Dionyſius* ad Lacedæmonios, Athenienſes, Nicomedienſes, Cretenſes, Ponticos & Romanos; *Cyprianus* ad Clerum Romanum, Clerum & plebem Hiſpaniarum, ad Numidas, Thybaritanos, Furnitanos & Aſſuritanos; ut non ad ſequioris ſæculi Scriptores deſcendam. Hinc etiam Epiſtolæ Synodicæ fidei, quam quiſque Epiſcopus profitebatur, indicem ortum duxere. Quæ quidem mittebantur, non obſequii causâ, ad ſedem Romanam, ſed ad omnes undique ex æquo Eccleſias; cui muneri minimè eximebatur ipſe Pontifex Romanus, reſtante *Gelaſio* primo, qui ait: *mos eſt Romanæ Eccleſiæ Sacerdoti noviter conſtituto, formam fidei ſuæ ad ſanctas Eccleſias perrogare.* Unde Epiſt. I. & II. habetur fidei ejus confeſſio univerſis Dardaniæ Epiſcopis, & aliis. Quod ipſum cùm ab eo poſcebat *Euphemius Conſtantinop.* reſpondet *Gelaſius*. *ſuit quondam Eccleſiaſtica hæc regula, apud patres noſtros, quibus una Catholica, Apoſtolicáque communio ab omni prævaricatorum libera pollutione conſtabat.* Ep. IX. Idem *Gregorium* Magnum præſtitiſſe affirmat *Joannes Diaconus* in ejus vita, quam Epiſtolam videre eſt in Operibus quæ extant Ep XXIV. Imò verò nec vel ipſi Hæreſiarchæ huic officio defuere, ſed licet ab Eccleſia ſe ultro dividerent, eidem tamen adhærere, ambitione ſatis præpoſterâ uſque affectabant. Ex *Socrate*, *Theodoreto* & aliis diſcimus, quanto ſtudio Arianarum partium antesignani, ſcriptis undique Epiſtolis, Synodiſque congregatis, Eccleſiis ſe ſe commendabant. Quin *Montanus* id ſatagebat & tantùm non obtinuit, ut à *Zephyrino* Pont. Romano, ipſe unà cum prophetis ſuis admitteretur, ſi *Tertulliano*, Lib. cont. Prax. in ſua cauſa fides eſt. Ita & *Marcion*, teſte *Epiphanio*, à patre ſuo Sinopenſi Epiſcopo ejectus, eidem Eccleſiæ Romanæ ſeipſum adjungere diligenter attentabat. Quibus rite præſtructis, facilis ad ſequentem Epiſtolam patebit aditus. Nimirum, quando teterrima ſeditio, illâ longè improbior, quæ D. Pauli temporibus glis*c*ebat, Corinthiorum Eccleſiam divexabat, exſpectandum erat, ut deinceps pro Eccleſiæ lege & more, tum ſeditioſi, tum etiam Epiſcopi, per vim & nefas ejecti, nec non ipſa demum Eccleſia

le Romam; Eccleſia Dei, quæ incolit Corinthum, vocatis ſanctificatis in voluntate Dei, per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum: Gratia vobis & pax ab omnipotente Deo per Jeſum Chriſtum multiplicetur, in vobis peculiariter & continuè.

I. Propter calamitates & caſus adverſos qui nobis acciderunt, Fratres, tardiùs videmur convertiſſe animum ad eas res quæ à vobis, Di-

² παροικοῦσα [Ῥώμην] τῇ ἐκκλησίᾳ τοῦ Θεοῦ ³ πα[ροικού]σῃ Κόρινθον, κλητοῖς ἡγι[ασμέν]οις ἐν θελήματι Θεοῦ, διὰ τοῦ [Κυρίου ἡμ]ῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ [Χάρις ὑ]μῖν καὶ εἰρήνη ἀπὸ παντο[κράτο]ρος Θεοῦ διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ πληθυνθείη. ⁴ [ἐφ' ὑ]μᾶς ᵃ ἰδίως, καὶ ἐπ' ἀλλήλους.

⁵ [Διὰ γενομ]ένας ἡμῖν συμφορὰς καὶ [περι]πτώσεις ἀδελφοί, ᵇ βράδιον ᶜ ⁶ [δυσι]ζόμεθα ⁷ ἐπιστροφὴν πεποιη[κέν]αι, περὶ τῶν ἐπιζητουμένων

ᵃ f. ἰδίως καὶ ἐπαλλήλως
ᵇ f. βράδιον.
ᶜ f. νομιζόμεθα

---

cleſis malè moleſtata, querelas & ἐπιζητήσεις ſuas, quarum mentio ſtatim ſequitur, interponerent, reſponſúmque omnes & ſinguli ferrent, non ab Epiſcopo tantùm, ſed, quod hic factum videmus, ab ipſa etiam Eccleſiæ univerſitate. De charactere Epiſtolæ iſtius, non opus eſt multa dicantur, ſi quidem licèt à Decretalium, quas Papæ ſequentes imperinio ſtylo dictarunt, prorſus ſit aliena, ἱκανωτάτη γραφὴ à *S. Irenæo*, ab *Euſebio* μεγάλη καὶ θαυμασία, ab *Hieronymo valde utilis*, & Epiſt. ad Hebræos conſimilis, & demum à tota Eccleſia publicè legi, & tantùm non Catholica haberi meruit. J. FELLUS.

2. Παροικοῦσα.] Vertendum utrobique *peregrinatur Romæ & Corinthi peregrinatur*, ut variis exemplis oſtendit vir magnus *Henricus Valeſius*, in limine notarum ad Hiſtoriam Eccleſiaſticam *Euſebii*. P. COLOMESIUS. Sic verterat *Patr. Junius*, quem temerè correxit *J. B. Cotelerius*.

3. Παροικούσῃ Κόρινθον] Fortè κατοικούσῃ, ad vitandam ταυτολογίαν, cùm idem ſit κατοικεῖν quod παροικεῖν, ut videre eſt ſtatim in initio libri Ruth, & alibi apud 70. Seniores Utraque autem vox παρεπιδημεῖν ſignificat, & ſæpius pro eodem uſurpatur, ac in eadem enunciatione ad majorem evidentiam, & ἐμφάσεως adhibetur, ut apud Pſalmiſtam, Πάροικος ἐγώ εἰμι παρὰ σοὶ καὶ παρεπίδημος, καθὼς πάντες οἱ πατέρες μου. & Pet. c. 2. 11. ἀγαπητοὶ παρακαλῶ ὡς παροίκους καὶ παρεπιδήμους, &c. Sic vetus etiam inſcriptio ex inſula Delo nuper allata, in quâ ab Athenienſibus, Romanis, & aliis peregrinis qui in inſula inquilini erant, Apollini conſecratâ, quam inter marmora Regia in hortis Jacobæis videre licet. Quem locum, ſi vicinam Pinacothecam Bibliothecæ celeberrimæ conjunctam, ſi numiſmata antiqua, græca & Romana, ſi ſtatuas & ſigna ex ære & marmore, conſideres, non immeritò Theſaurum antiquitatis, & μουσεῖον inſtructiſſimum, nominare potes. Inſcriptionem ipſam in gratiam eorum, qui ejuſmodi ſtudiis delectantur, non abs re fortè erit attexere, in qua literas vetuſtate abraſas, nos ſupplevimus, & minio rubro à reliquis diſtinximus.

ΘΕΟΦΡΑΣΤΟΝ ΗΡΑΚΛΕΙ ΤΟΥ ΑΧΑΡΝΕΑ
ΕΠΙΜΕΛΗ ΤΗΝ ΔΗΛΟΥ ΓΕΝΟΜΕΝΟΝ
ΑΘΗΝΑΙΩΝ
ΚΑΙ ΡΩΜΑΙΩΝ ΚΑΙ ΤΩΝ ΑΛΛΩΝ ΞΕΝΩΝ
ΚΑΤΟΙΚΟΥΝΤΕΣ ΚΑΙ ΠΑΡΕΠΙΔΗΜΟΥΝ-
ΤΕΣ ΕΝ ΔΗΛΩ
ΑΡΕΤΗΣ ΕΝΕΚΕΝ ΚΑΙ ΚΑΛΟΚΑΓΑΘΙΑΣ ΚΑΙ
ΤΗΣ ΠΡΟΣ ΤΟΥΣ
ΘΕΟΥΣ ΕΥΣΕΒΕΙΑΣ ΑΝΕΘΗΚΑ ΑΠΟΛΛΩΝΙ

Naſcentis autem Eccleſiæ ſtatum, quæ ſub Imperatoribus Ethnicis, & ut plurimum perſecutoribus, nullibi ſtabilem & permanentem locum poſſideret, ſed (ſicut olim Patriarchæ in tentoriis, & populus Iſraëliticus in Eremo ſub pellibus) patriam cœleſtem anhelans, vitam in terris vagam ac dubiam, tanquam hoſpes & peregrina tranſigeret, voces hæ appoſitiſſimæ, παροικεῖν & κατοικεῖν, graphicè depingunt, & nobis ob oculos ponunt. Longum eſſet per ſingulos Patres ire, & loca ex illis cumulare, quibus humanæ vitæ, quam παροικίαν vocant, τὸ ἀλογχρόνιον, & Eccleſiæ inſtabilem ſortem promiſcuè his vocibus, denotant; ſufficiat unus Juſtinus, qui de Chriſtianis ſui temporis, epiſtolâ ad Diognetum planè aureâ, ſic loquitur. πατρίδας οἰκοῦσιν ἰδίας, ἀλλ' ὡς πάροικοι μετέχουσι πάντων ὡς πολῖται. καὶ πάνθ' ὑπομένουσιν ὡς ξένοι πᾶσα ξένη πατρίς ἐστιν αὐτῶν, καὶ πᾶσα πατρὶς ξένη &c. JUNIUS.

Ibid. Negari minimè debet παροικεῖν idem ſæpiſſimè eſſe ac παρεπιδημεῖν & proinde verſionem doctiſſ. *Junii* rectè eſſe inſtitutam; præſertim cùm is naſcentis Eccleſiæ ſtatus, ut ſub Impp. Ethnicis & ut plurimum perſecutoribus nullibi ſtabilem & permanentem poſſideret locum, ſed patriam cœleſtem anhelans, vitam in terris vagam & dubiam, tanquam hoſpes & peregrina tranſigeret. Πατρίδας οἰκοῦσιν ἰδίας, ἀλλ' ὡς πάροικοι μετέχουσι πάντων ὡς πολῖται, καὶ πάνθ' ὑπομένουσιν ὡς ξένοι πᾶσα ξένη πατρίς ἐστιν αὐτῶν, καὶ πᾶσα πατρὶς ξένη, ut ait *Juſtinus ad Diognetum*. Interea tamen advertere licebit παροίκους, non modò inquilinos & hoſpites, ſed in vicinia habitantes cives & indigenas à probatiſſimis auctoribus paſſim dici; & non tantum continentia ædificia, ſed pomœrium & univerſam quaquà patet ſuburbicariam regionem, &, ut *Theophili* Anteceſſoris verbis utar, πάντας τοὺς ὑπὸ τὸ πόλει ἀγροὺς urbibus accenſeri; quodque ad rem præſentem inprimis ſpectat, in manifeſto eſt minores Eccleſias familiam atque nomen à matricibus ducere. Unde Epiſtola D. Pauli, quæ ad Corinthios inſcribitur, omnibus totius Achaiæ Eccleſiis, teſte ipſo Apoſtolo, mittebatur; nimirum, τοῖς ἁγίοις τοῖς οὖσιν ἐν ὅλῃ τῇ Ἀχαΐᾳ 2. Cor. I. Inſuper Collecta Hieroſolyma mittenda 1. Cor. XVI. I. & 2. Cor. VIII, 9. ad totam Achaïam pertinuit, quod conſtare poterit ex Rom. XV, 26. 2. Cor. IX, 2. Qui demum Corinthios Irrigaſſe 1. Cor. III, 6. totam Achaïam perluſtraſſe fertur Act. XVIII, 27. Parratione cùm Smyrnenſis Eccleſia, apud *Euſebium* Lib. IV. c. 14. Epiſtolam ſuam inſcribit ταῖς κατὰ πάντα τόπον παροικίαις, & ibidem *Dionyſius*, τῆς ἐν Κορίνθῳ παροικίας, *Philippus* τῆς Γορτυναίων παροικίας, Epiſcopi perhibentur; ut ubique regiones omnes iſtis matricibus Eccleſiis, & eidem Epiſcopali curæ ſubjectæ intelligendæ veniant. Priſcis ſiquidem temporibus, idem ferè erat *parœcia*, quod nunc *diœceſis* diceretur. Sic Can. XVIII Concil. Ancyrani: οἱ τινες ἐπίσκοποι κατασταθέντες, καὶ μὴ δεχθέντες ὑπὸ παροικίας ἐκείνης, εἰς ἣν ὠνομάσθησαν, βούλοιντο ἑτέρας παροικίας ἐπιέναι καὶ βιάζεσθαι τοὺς καθεστῶτας, καὶ στάσεις κινεῖν κατ' αὐτῶν τούτους ἀφορίζεσθαι. Fruſtra itaque ſunt ii, qui ex plurium Presbyterorum, hac in Epiſtola ad Chriſtianos Κορίνθου παροικούντων mentione, rem Hierarchicam concuſſiſſe autumant & presbyterianæ ἰσονομίας imaginem & typum exhiberi gloriantur. FELLUS.

4. Ἐφ' ὑμᾶς ἰδίως.] Alludit fortaſſe ad locum Pauli Theſſ. c. 3. 12. Ὑμᾶς δὲ ὁ κύριος πλεονάσαι, καὶ περισσεύσαι τῇ ἀγάπῃ εἰς ἀλλήλους, καὶ εἰς πάντας, καθάπερ καὶ ἡμεῖς εἰς ὑμᾶς. Legendum autem arbitror, ἐφ' ὑμᾶς ἰδίως. JUNIUS.

5. Διὰ γενομένας συμφορὰς.] Ex hiſce verbis colligit *Junius, veriſimile eſſe hanc Epiſtolam fuiſſe conſcriptam à Clemente* in exilium conſtituto; ſed puto bonæ fidei rem non eſſe, ſi quis alieno nomine litteras mitteret, quo tempore conſtaret eum peregrè verſari, nec convenire eos poſſe, quorum verbis ſe ſcribere profitetur. Præterea ſolennis illa legatio, quæ in calce Epiſtolæ recenſetur, argumento erit hæc ab Inſula aut Metallo minimè fuiſſe tranſmiſſa. Et quidem ſi Anonymo auctori, qui de certaminibus, peregrinationibus, vita & morte Petri & Pauli ſcripſit, & in Bibliotheca Arundeliana habetur, fides ſit habenda, ſaltem in illa perſecutione, quæ B. Petrum martyrio donavit, prætereibatur Clemens noſter & natalium privilegio inviolatus permanſit Ait enim ille: οἱ ἐγχώριοι παρεχώρουν πάντας συλλαβόμενοι (Chriſtianos) ἐπὶ τὴν καταδίκην ἄγειν τότε. πλὴν τοῦ μὲν Κλήμεντος ὡς συγγενοῦς Καίσαρος φειδόμενοι Ἡρωδίωνα δὲ καὶ Ὀλυμπᾶν σὺν ἄλλοις πολλοῖς τῷ τοῦ ξίφους ὑπέβαλον τομῇ. Πέτρον δὲ τὸν μέγαν τοῦ Κυρίου Ἀπόστολον ἀνεσταύρωσαν τῷ σταυρῷ ἀνασταυρώσαντες. Ubi obiter notare eſt pleroſque, qui Clementis vitam ſcripſere, ſuccedentium Pontificum majeſtatem ob oculos habentes, eum Imperatoriâ familiâ ortum ſomniaſſe, & quæ de *Fabio Clemente* Conſule, atque *Flavia Domitilla* viro, retulerat Dio Lib. LXVII. ad noſtri decreta congeſſiſſe. FELLUS.

Ibidem] Διὰ γενομένας conjungendum cum antecedentibus, quæ ita, ex Codice Alexandrino, legenda ſunt: Διὰ τὰς αἰφνιδίους καὶ ἐπαλλήλους γενομένας ἡμῖν συμφορὰς καὶ περιπτώσεις. non ἐφ' ὑμᾶς ἰδίως. Ita legendum vidit Angliæ decus Joan. Pearſon. COLOM.

6. Δυσιζόμεθα.] Ad ſupplendam hanc lacunam, vocem νομίζομεν, nec incommodo ſenſu primùm ſubſtituimus, ſed cum diligentius poſtea, & oculis accuratioribus exemplar intueremur, & veſtigium minutiſſimum τοῦ ν ante ι cerneremus, δυσιζόμεθα, licet rarius occurrat, reponere non dubitavimus. δυσίζειν autem Heſychio eſt, φροντίζειν ἢ ὑποστρέφειν. JUN.

Ibid.] *Gurrius* opinatur ab οὐκ οἴομαι. αὐζω οἴζομαι deduci. PELL. Quidquid hic comminiſcuntur aut coactum, aut barbarum eſt. Legendum βράδιον δοκοῦμεν ἐπιστροφὴν πεποιῆσθαι περὶ τῶν ἐπιζητουμένων, hoc eſt, ſi ita loqui Latinè liceret, *ſeram videbimur animadverſionem feciſſe de iis quæ quærebatis*. Senſus eſt, videbimur ſero ad animum revocaſſe. CLERICUS.

7. Ἐπιστροφὴν πεποιηκέναι] Ἐπιστρέφειν, & ἐπιστροφὴν ποιεῖν eſt, curare, animadvertere, & animum adhibere, vel adjicere. Præter exempla quæ Stephanus affert, adde ſi placet è Rhodiaco Dionis Chryſoſtomi locum inſignem, non

tan-

μένων [πε]ρὶ ὑμῖν πραγμάτων, [8] ἀγαπητοὶ, τῆς τε
* l. ξένης. ἀλλοτρίας καὶ * ξένοις τοῖς ἐκλεκτοῖς τοῦ Θεοῦ, [9] μιαρᾶς καὶ ἀνοσίου στάσεως, ἣν ὀλίγα πρόσωπα προπετῆ καὶ αὐθάδη ὑπάρχοντα, [10] εἰς τοσοῦτον ἀπονοίας ἐξέκαυσαν, ὥστε τὸ σεμνὸν καὶ περιβόητον, καὶ πᾶσιν ἀνθρώποις [11] ἀξιαγάπητον ὄνομα ὑμῶν, μεγάλως βλασφημηθῆναι. Τίς γὰρ παρεπιδημήσας πρὸς ὑμᾶς, τὴν πανάρετον καὶ βεβαίαν ὑμῶν πίστιν οὐκ ἐδοκίμασεν; τήν τε σώφρονα καὶ ἐπιεικῆ ἐν Χριστῷ εὐσέβειαν οὐκ ἐθαύμασεν; καὶ τὸ μεγαλοπρεπὲς τῆς φιλοξενίας ὑμῶν ἦθος οὐκ ἐκήρυξεν; καὶ τὴν τελείαν καὶ ἀσφαλῆ γνῶσιν οὐκ ἐμακάρισεν; ἀπροσωπο-
* Clem. Al. ἐν τοῖς νομίμοις. λήπτως γὰρ πάντα ἐποιεῖτε, καὶ * τοῖς [12] νόμοις τοῦ Θεοῦ ἐπορεύεσθε, [13] ὑποτασσόμενοι τοῖς ἡγουμένοις ὑμῶν, καὶ τιμὴν τὴν καθήκουσαν ἀπονέμοντες τοῖς παρ' ὑμῖν πρεσβυτέροις· νέοις τε μέτρια καὶ [14] σεμνὰ νοεῖν ἐπετρέπετε· γυναιξίν τε ἐν ἀμώμῳ καὶ σεμνῇ καὶ ἁγνῇ συνειδήσει πάντα ἐπιτελεῖν παρηγγέλλετε, στεργούσας καθηκόντως τοὺς ἄνδρας ἑαυτῶν· ἔν τε τῷ κανόνι τῆς ὑποταγῆς ὑπαρχούσας, τὰ κατὰ τὸν οἶκον σεμνῶς [15] οἰκουργεῖν ἐδιδάσκετε, πάνυ σωφρονούσας.

Πάντες τε [16] ἐταπεινοφρονεῖτε, μηδὲν ἀλαζονευόμενοι, ὑποτασσόμενοι μᾶλλον ἢ ὑποτάσσοντες, [17] μᾶλλον διδόντες ἢ λαμβάνοντες· τοῖς

lecti, quæſitæ ſunt; & ad alienam peregrinamque Dei electis ſeditionem, ſceleſtam ac impiam; quam pauci homines præcipites ac temerarii, in tantum vecordiæ inflammârunt, ut venerabile ac celebre & ab omnibus dignum amari nomen veſtrum, magnopere blaſphemetur. Quis enim Citatur à Clem. Al. Strom. 4. p. 516. Corinthii.
apud vos diverſatus, virtute omni plenam, firmamque fidem veſtram non probavit? modeſtam ac decentem, in Chriſto pietatem non eſt admiratus? magnificentiam hoſpitalitatis veſtræ non prædicavit? perfectam ſtabilemque cognitionem non judicavit beatam? Nam ſine perſonarum acceptione cuncta faciebatis, & in Dei Legitimis ambulabatis; ſubditi præpoſitis veſtris, & honorem debitum ſenioribus veſtris tribuentes: juvenibus ut moderata & honeſta cogitarent mandabatis: mulieribus denunciabatis, ut in inculpatâ & honeſtâ & caſtâ conſcientiâ peragerent omnia; diligerent pro officio maritos ſuos; atque in obedientiæ regula conſtitutæ, res domeſticas honoratè adminiſtrarent, docebatis, omninoque modeſtè ſe gererent.

II. Omnes autem humili animo eratis, nullatenus ſuperbientes, magis ſubjecti quàm ſubji- 1 Petr. 5. 5.
cientes, dantes potiùs quàm accipientes; Dei

---

tantùm ut vim vocis & proprietatem diſcas, ſed turpe lucrum caveas; quod animi & rationis oculos occæcat, nec juſtum ab injuſto, aut honeſtum à turpi diſcernere patitur. Ἀλλ' ἐν αὐτῷ οὕτω μοχθηρία [illegible] κέρδους [illegible] χρόνος, μηδένος αἰσχροῦ μηδὲ αἰσχύνης πράγματος ἐπιχειρῆσαι, μηδὲ φροντίζειν [illegible] τὸ γεγραμμένον, ἀλλὰ μόνον εἰ λυσιτελής. JUN.

8. Ἀγαπητοί.] Vox hæc ſede ſua, & loco turbata eſt, & jungenda procul dubio voci præcedentis paginæ ἀδελφοὶ, quod a nobis in verſione noſtra factum eſt, ut tricæ implicati eloquii, ſuo ordini & juncturæ redderentur (ut loquitur Hieronymus de phraſi Pauli) & verborum fila, plano magis & expedito ſtamine, decurrerent. Diſponere autem aptè, & figurare variè, non niſi μετρίως τισὶ conceſſum eſt. Clemens noſter, nullos colores aut lumina orationis affectat, phraſis ejus ſimplex, rudis, & planè ἀπερίεργος eſt, ſed poſtea fuſius de ejus ſtylo, & ſcribendi genere. JUN.

9. Μιαρᾶς καὶ ἀνοσίου.] Quære ex Grammaticis an quatuor Epitheta rectè uni ſubſtantivo apponantur. An verò duo ex Gloſſâ? B.

10. Εἰς τοσοῦτον ἀπονοίας.] Hoc eſt, tanto furore inflammarunt; vel ita inflammarunt, ut rem ad tantum furorem adduxerint, ut nomen veſtrum ſummopere vituperetur; hoc eſt, ut diſſidiis veſtris infames ſitis. Nomen hîc eſt exiſtimatio. CLERICUS.

11. Ἀξιαγάπητον.] Eadem voce utitur cap. 20. Quod ſicut miror aſſeveratum à viro πολυμαθεστάτῳ Davide Blondello in Præfatione Apologiæ pro ſententia Hieronymi p. 40. id nominis Noſtri in Epiſtola non comparere. COT.

12. Ἐν τοῖς νόμοις.] Clem. Alex. ἐν τοῖς νομίμοις. Quæ genuina lectio, ut ex Sect. XXX. & XL. liquet. Apud eundem Clementem Strom. Lib. I. Nymphodorus ἐν τρίτῳ νομίμων Ἀσίας laudatur, & ἐν νομίμοις βαρβαρικοῖς alibi. Quo nomine volumen ſcripſerat Ariſtoteles Varroni Lib. VI. de Legibus, & Apollonio in Hiſtoriis Mirabilibus laudatum. COLOM.

13. Ὑποτασσόμενοι ad [illegible].] Hæc facta ex Paulinis, atque extra tempus ſuum, ut loquuntur Grammatici. B

14. Σεμνὰ νοεῖν ἐπετρέπετε.] Fortè ἐπαιδεύετε, vel ἐνετρέφετε aut ἐξετρέφετε potius, quod idem eſt cum ἀνετρέφετε h. e. l. à teneris inſtituebatis, & imbuebatis. JUN.

15. Οἰκουργεῖν.] Pro οἰκουργεῖν, legendum monuit οἰκουρεῖν Dominus Boſius Canonicus Elienſis, vir emendatus & gravis, & in hoc literarum genere, quod ipſius eruditiſſimæ notæ in Chryſoſtomum teſtantur, longè verſatiſſimus, cujus induſtriâ in hoc opere non leviter nos adjutos eſſe profitemur. Cùm enim in apographum noſtrum caſu incidiſſet, in quo præter lacunas ſuppletas, nullæ tum emendationes noſtræ, ſed exemplar αὐτόγραφον fide optimâ, etiam cum omnibus rugis & nævis expreſſum, quos nos poſtea emaculandos, & per otium abſtergendos propoſueramus, temperare ſibi non potuit, quin varia obſervaret: pro quibus ut illi, licet de facie adhuc ignoto, gratias agimus maximas, ita alios latere nolumus, per quos vel minimum profecimus. Verùm hoc loco οἰκουργεῖν convenientius eſſe arbitramur, ſiquidem addit author, τὰ κατὰ τὸν οἶκον. In muliere enim ἀνδρείᾳ, qualem Salomon poſtremo Proverbiorum deſcribit, non tantùm requiritur, ut domi ſe contineat, & rarò in publicum prodeat: quam Apoſtolus ad Titum 2. 5. οἰκουρὸν ἀγαθὴν vocat, & Clemens Alexandrinus 2. Strom. elegantiſſimè exprimit, [illegible] τοῖς πολλοῖς τῆς οἰκίας [illegible] οἰκουρίαν: verum etiam, ut ſedula ſit inſtar apis oportet, nec ἀεργὸν τὴν χεῖρα ἔχειν, ſed τῷ ἀνδρὶ συνεργεῖν εἰς ἀγαθὸν πάντα τὸν βίον, ut eſt, apud Regum ſapientiſſimum, ibidem. Unde idem Clemens in Pædagogo lib. 3. ἡ δὲ αὐτουργία ταῖς γυναιξὶ μάλιστα τὸ γυμνάσιον ἐπιφέρει [illegible], [illegible] αὐτῶν. [illegible] ἄλλας [illegible]. καὶ [illegible] καὶ [illegible] τὸ [illegible] γυναικὸς [illegible] τῆς χειρὸς αὐτῆς, ὅπου χρεία μάλιστα, [illegible] καὶ [illegible]. & ſupra ejuſdem libri cap. 10. τῆς γυναικείας αὐτουργίας varias ſpecies enumerat, ταλασιουργίαν ſcil. ἱστουργίαν &c. ad quem te remittimus. Ibid.

Ibid.] Non ſatis Chriſtianæ matrisfamilias οἰκουρεῖν domum curare, niſi fortis illius matrisfamilias adinſtar, quam Salomon Prov. ult. deſcribit, manum operi admoveat. Rectè Junius cum temperantia adminiſtrare; rectiùs fortaſſe, decorè aut cum matronali gravitate adminiſtrare diceretur. FELL.

XII. Ob fidem & hoſpitalitatem ſervata eſt Rahaba meretrix. Miſſis enim à Jeſu filio Navæ ad Jerichuntem exploratoribus, intellexit terræ rex, quòd regionem illius exploratum venerant; & emiſit viros, qui eos comprehenderent, ut comprehenſi necarentur. Hoſpitalis igitur Rahaba, ſuſcipiens eos, occultavit in ſolario ſub lini ſtipula. Supervenientibus autem hominibus à rege miſſis, ac dicentibus; Viri ad te venerunt, terræ noſtræ exploratores; educ eos; Rex enim ita imperat: illa reſpondit; Duo viri quos quæritis, ingreſſi ſunt apud me, ſed confeſtim abierunt, & vadunt; non oſtendens eis illos. Et dixit ad viros; Certò ſcio, quòd Dominus Deus veſter tradit vobis urbem hanc; timor enim & pavor veſtri incidit in omnes habitatores ejus. Quando igitur contigerit, vos eam capere, ſervate me & domum patris mei. Et dixerunt ei;

ρὸς καὶ θεῖον. Πρόδηλον ποιήσας ὁ δεσπότης ὅτι τοὺς ἐλπίζοντας ἐπ' αὐτὸν οὐκ ἐγκαταλείπει, τοὺς δὲ ἑτεροκλινεῖς ὑπάρχοντας εἰς κόλασιν καὶ αἰκισμὸν τίθησι· συνεξελθούσης * παρ' αὐτῷ τῆς γυναικός, ἑτερογνώμονος ὑπαρχούσης, καὶ οὐκ ἐν ὁμονοίᾳ, εἰς τοῦτο σημεῖον ἐτέθη, ὥστε γενέσθαι αὐτὴν [56] στήλην ἁλὸς ἕως τῆς ἡμέρας ταύτης· εἰς τὸ γνωστὸν εἶναι πᾶσιν, ὅτι οἱ δίψυχοι καὶ οἱ διστάζοντες περὶ τῆς τοῦ Θεοῦ δυνάμεως, εἰς κρίμα καὶ εἰς σημείωσιν πάσαις ταῖς γενεαῖς γίνονται. * γὰρ

Διὰ πίστιν καὶ φιλοξενίαν ἐσώθη Ῥαὰβ ἡ πόρνη. Ἐκπεμφθέντων γὰρ ὑπὸ Ἰησοῦ τοῦ Ναυῆ κατασκόπων εἰς τὴν Ἱεριχῶ, ἔγνω ὁ βασιλεὺς τῆς γῆς ὅτι ἥκασι κατασκοπεῦσαι τὴν χώραν αὐτοῦ, καὶ ἐξέπεμψεν ἄνδρας τοὺς συλληψομένους αὐτούς, ὅπως συλληφθέντες θανατωθῶσιν. Ἡ οὖν φιλόξενος Ῥαὰβ εἰσδεξαμένη αὐτούς, ἔκρυψεν εἰς τὸ ὑπερῷον ὑπὸ τὴν λινοκαλάμην. Ἐπισταθέντων δὲ τῶν παρὰ τοῦ βασιλέως, καὶ λεγόντων· [ἄνδρες πρός σε ἦλ]θον οἱ κατάσκοποι τῆς [γῆς ἡμῶν,] ἐξάγαγε αὐτούς. ὁ γὰρ βα[σιλεὺς οὕ]τως κελεύει· Ἡ δὲ ἀπεκρίθη· εἰσῆλθον [οἱ δύο ἄν]δρες οὓς ζητεῖτε πρός με, [ἀλλὰ ταχέ]ως ἀπῆλθον, καὶ πορεύον[ται· οὐχ] [57] ὑποδεικνύουσα αὐτοῖς ἐ[κείνους.] Καὶ εἶπε πρὸς τοὺς ἄνδρας· [γινώ]σκουσα γινώσκω ἐγὼ, ὅτι [κύριος ὁ Θεὸς] ὑμῶν παραδίδωσιν ὑμῖν [τὴν πό]λιν ταύτην, ὁ γὰρ φόβος καὶ [τρόμος ὑμῶν ἐπέπεσεν [58] τοῖς κα[τοι]κοῦσιν αὐτήν. Ὡς ἐὰν οὖν γέ[νηται] λαβεῖν αὐτὴν ὑμᾶς, διασώσατέ με, καὶ τὸν οἶκον τοῦ πατρός μου. Καὶ εἶ-

---

πᾶσαν τὴν περίχωρον. vel κατακαυθεῖσαν. Ego ſimplex καυθεῖσαν ſubſtituendum puto, & in verſione latina illam lectionem ſecutus ſum; quamvis non negem κριθεῖσαν retineri poſſe, & quidem ſenſu commodiſſimo, pro κατακριθεῖσαν. Κρίνειν enim pro κατακρίνειν, & κρίμα pro κατάκριμα, ſæpiſſime in novo Teſtamento, & in hoc ſcripto uſurpantur. Primæ & poſtremæ lectioni favere videtur 2. Pet. II, 6. Καὶ πόλεις Σοδόμων καὶ Γομόῤῥας τεφρώσας κατέκρινεν. De vaſtitate autem & ſterilitate illius regionis, olim fertiliſſimæ & amœniſſimæ, quæ divinam ſcelerum & impietatis vindictam: & imbrem igneum ac ſulphureum cœlitus demiſſum, ſecuta eſt, apud Chryſoſtomum homil. 8. in priorem ad Theſſ. locus eſt elegantiſſimus: quem hic ſubjicere non pigebit, ea gratiam eorum, quibus non minus gratum erit hæc legere, quàm nobis primùm notare, & excerpere jucundum fuit, [illegible] ... [illegible]

Sic Tertullianus in Apolog. *Sodomam & Gomorram igneus imber exuſſit; olet adhuc incendio terra, & ſi qua illic arborum poma conantur, oculis tenus, cæterùm contacta cinereſcunt.* Et de pallio idem: *Aſpice ad Palæſtinam, qua Jordanis amnis ſinuum arbiter, vaſtitas ingens, & orba regio & fruſtra ager eſt, & urbes retro; & populi frequentes, &c.* Ibid.

Ibid.] Neque mutandum κριθεῖσαν, contra MS. Codicis fidem; neque interpretandum κατακριθεῖσαν, nam nemo dixerit κατακρίνειν διὰ πυρός; ſed hic eſt antecedens pro conſequente, *judicium* pro ſupplicio, ideóque κριθεῖσαν perinde eſt ac κολασθεῖσαν. Nihil eſt frequentius in Scriptura verbis *judico*, pro eo quod eſt *plectere*, & *judicium* pro eo quod eſt *pœna*. Miror hoc viris doctis illico in mentem non veniſſe. Vertendum ergo erat: cùm tota *regio* (Jordani) *circumjacens igne & ſulfure pœnas luiſſet*; non *conflagraſſet*, ut *Junius*, aut *damnata eſſet*, ut Cotelerius. CLER.

56. Στήλην ἁλὸς ἕως τῆς ἡμέρας ταύτης.] Statuam ſe vidiſſe teſtatur Joſephus Antiquitatum lib. 1. cap. 10. pluriimaque illius mentio apud Auctores, Hebræos, Græcos, Latinos. Inſigne eſt teſtimonium S. Irenæi lib. 4 contra Hæreſes cap. 51. *Lot reliquit in confinio uxorem ſuam, ſtatuam ſalis uſque in hodiernum diem.* Et in fine capitis; *Et cùm hæc fierent, uxor remanſerat in Sodomis, jam non caro corruptibilis, ſed ſtatua ſalis ſemper manens; & per naturalia ea quæ ſunt conſuetudinis hominis, oſtendens quoniam & Eccleſia, quæ eſt ſal terræ, ſubrelicta eſt in confinio terræ, patiens quæ ſunt humana: & dum ſæpe auferuntur ab ea membra integra, perſeverat ſtatua ſalis, quod eſt firmamentum fidei, firmans & præmittens filios ad Patrem ipſorum.* Quæ obſcuriora viderentur, niſi facem præferrent verſus Carminis inſcripti *Sodoma*, quod inter Opera Tertulliani & Cypriani locum invenit.

Namque comes conjux, hominis, malè tum quoque legis
Femina non patiens, divina ad murmura cœli
Audaces oculos nequicquam ſola retorſit;
Nec habitura loqui quod viderat, & ſimul illic
In fragilem mutata ſalem, ſtetit ipſa ſepulcrum,
Ipſaque imago ſibi formam ſine corpore ſervans.
Durat adhuc etiam nudâ ſtatione ſub æthram,
Nec pluviis dilapſa ſitu, nec diruta ventis.
Quin etiam ſi quis mutilaverit advena formam,
Protinus ex ſe ſe ſuggeſtu vulnera complet.
Dicitur & vivens alio jam corpore, ſexûs
Munificos ſolito diſpungere ſanguine menſes.

Videſis eumdem Irenæum cap. 64. ejuſdem libri, necnon Prudentii Hamartigeniam verſu 740. & ſequentibus. COTELERIUS.

Στήλην ἁλός.] Cyrillus Hieroſ. catech. myſtagogicâ primâ, [illegible] Abraham contra, [illegible], ut loquitur Baſilius in Conſtitut. monaſticis. JUN.

Ibid.] *Joſephus* Lib. I. Antiq. ejuſdem ſæculi cum Clemente ſcriptor, ex oculorum fide hoc ipſum teſtatum facit: [illegible] Quam rem ne minùs probabilem putemus, rationem iſtius diuturnitatis impendio admirandam adſignat *Tertullianus*; ſcilicet, quod perpetuis temporibus reparetur, & *ſi quis advena formam mutilaverit, ſuggeſtu ex ſe ſe vulnera protenus compleat*, imò quòd & fuſo ſubinde ſanguine, originem & cladem fateatur. Nec hic ſiſtitur, ſed & præſentis ævi Scriptores (quàm rectè alii judicent) etiamnum ſupereſſe aſſerunt vivacem hanc, & ſuo quaſi ſale conditam ſtatuam. FELL. At *Colomeſius* nos amandat ad p. 109. Obſervat. ſuarum ſacrarum. Vide & Diſſ. *Joannis Clerici* de ſtatua Salina, ubi hæc fabula de induſtria expenditur.

57. [Οὐχ] ὑποδεικνύουσα αὐτοῖς ἐ[κείνους.] Cùm variis modis quæ deſiderantur, ſuppleri queant; vir doctus edendum curavit, [ὁδὸν] ὑποδεικνύουσα αὐτοῖς ἐ[ναντίαν.] *Viam oſtendens eis contrariam*: ſenſu planè diverſo à verbis libri Joſuæ, cap. 2. verſ. 5. ubi Rahab negat ſe ſcire quo homines illi abierint. Oſtendit quidem mulier contrariam viam, ſed exploratoribus Judæis, non autem miſſis à Hierichuntis rege. Liceat autem hic obiter monere de vitio Editionum S. Hieronymi, in nomine Rahabæ. Libro de Interpretatione nominum Hebraicorum, capite de Jeſu Navæ; *Raal*, *latitudo*, *vel fames*, *ſive impetus*. Legendum enim dubio procul *Raab*. COT.

58. Τοῖς κατοικοῦσιν αὐτήν.] Lectum ergo Clementi comma verſiculi 9. cap. 2. Joſuæ, quod à multis Editionibus abeſt, in Complutenſi vero ita effertur, καὶ κατατέτηκαν πάντες οἱ κα-

εἶπον αὐτῇ· ἔσται οὕτως, ὡς ἐλάλησας ἡμῖν. Ὡς ἐὰν οὖν γνῷς παραγινομένους ἡμᾶς, συνάξεις πάντας τοὺς σοὺς ὑπὸ τὸ στέγος σου, καὶ διασωθήσονται· ὅσοι γὰρ ἐὰν εὑρεθῶσιν ἔξω τῆς οἰκίας, ἀπολοῦνται. Καὶ προσέθεντο αὐτῇ δοῦναι σημεῖον, ὅπως κρεμάσῃ ἐκ τοῦ οἴκου αὐτῆς κόκκινον· [59] πρόδηλον ποιοῦντες, ὅτι [60] διὰ τοῦ αἵματος τοῦ κυρίου λύτρωσις ἔσται πᾶσι τοῖς πιστεύουσιν καὶ ἐλπίζουσιν ἐπὶ τὸν Θεόν. Ὁρᾶτε ἀγαπητοί, [61] οὐ μόνον πίστις, ἀλλὰ [62] προφητεία ἐν τῇ γυναικὶ γέγονεν.

Ταπεινοφρονήσωμεν οὖν, ἀδελφοί, ἀποθέμενοι πᾶσαν ἀλαζονείαν, καὶ τῦφος, καὶ ἀφροσύνην, καὶ ὀργάς, καὶ ποιήσωμεν τὸ γεγραμμένον· λέγει γὰρ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον· Μὴ καυχάσθω ὁ σοφὸς ἐν τῇ σοφίᾳ αὐτοῦ, μηδὲ ὁ ἰσχυρὸς ἐν τῇ ἰσχύϊ αὐτοῦ, μηδὲ ὁ πλούσιος ἐν τῷ πλούτῳ αὐτοῦ· ἀλλ' ὁ καυχώμενος, [63] ἐν κυρίῳ καυχάσθω, [64] τοῦ ἐκζητεῖν αὐτὸν, καὶ ποιεῖν κρίμα καὶ δικαιοσύ[νην·] μάλιστα μεμνημένοι τῶν λόγων τοῦ κυρίου Ἰησοῦ, οὓς ἐλάλησε διδάσ[κων] ἐπιείκειαν καὶ μακροθυμίαν. [Οὕ]τως γὰρ εἶπεν· Ἐλεεῖτε ἵνα ἐλεη[θῆ]τε, ἀφίετε ἵνα ἀφεθῇ ὑμῖν, [ὡς] ποιεῖτε, οὕτω ποιηθήσεται ὑ[μῖν] ὡς δίδοτε οὕτω δοθήσεται ὑ[μῖν,] ὡς κρίνετε οὕτω κριθήσεσθ[ε ὑμῖν,] ὡς χρηστεύεσθε οὕτως χρη[στευθήσε]ται ὑμῖν· ᾧ μέτρῳ με[τρεῖτε,] ἐν αὐτῷ μετρηθήσεται ὑμῖν. [Ταύτῃ τ]ῇ ἐντολῇ καὶ * τοῖς παραγγέλ[μασι] στηρίξωμεν ἑαυ[τοὺς] τὸ πορεύεσθαι ὑπηκόους [ὄντ]ας τοῖς ἁγιοπρεπέσι λόγοις αὐ[τοῦ,] ταπεινοφρονοῦντες. [Φησὶ]ν γὰρ ὁ ἅγιος λόγος· Ἐπὶ τίνα [ἐπι]βλέψω ἀλλ' ἢ [65] ἐπὶ τὸν πρᾳῢν καὶ [ἡσύ]χιον καὶ τρέμοντά μου τὰ λόγια.

* Τούτοις Cod. Al.

[Δί]καιον οὖν καὶ ὅσιον, ἄνδρες ἀδελφοί, ὑπηκόους ἡμᾶς μᾶλλον γενέσθαι τῷ Θεῷ, ἢ τοῖς ἐν ἀλαζονείᾳ καὶ ἀκαταστασίᾳ [67] μυσεροῦ ζήλους ἀρχηγοῖς ἐξακολουθεῖν. Βλάβην γὰρ οὐ τὴν τυχοῦσαν, μᾶλλον δὲ κίνδυνον ὑποίσομεν μέγαν, ἐὰν ῥιψοκινδύνως ἐπιδῶ-

Sic erit quemadmodum locuta es nobis. Cùm igitur nos adeſſe cognoveris, congregabis omnes tuos ſub tecto tuo; & ſervabuntur: quotquot enim invenientur extra domum, peribunt. Et addiderunt, ut ſignum daret; nempe funiculum coccineum appenderet de domo ſua: manifeſtum facientes, quòd per ſanguinem Domini futura eſſet redemptio univerſis credentibus & ſperantibus in Deum. Videte, dilecti; non ſolùm fides, ſed etiam prophetia in muliere exſtitit.

XIII. Humiles itaque ſimus, fratres; deponentes omnem arrogantiam, & faſtum, & amentiam, & iras; atque faciamus quod ſcriptum eſt: dicit quippe Spiritus ſanctus; *Non glorietur ſapiens in ſapientia ſua, neque fortis in fortitudine ſua, neque dives in divitiis ſuis: ſed qui gloriatur, in Domino glorietur; in quærendo illum, & faciendo judicium ac juſtitiam:* præcipuè memores ſermonum Domini Jeſu, quos locutus eſt, docens manſuetudinem & æquanimitatem. Sic enim dixit; *Miſeremini, ut miſericordiam conſequamini; dimittite, ut dimittatur vobis; ſicut facitis, ita vobis fiet; ſicut datis, ita debitur vobis; ſicut judicatis, ita judicabitur vobis; ſicut indulgetis, ita vobis indulgebitur: quâ menſurâ metimini, in ea menſurabitur vobis.* Hoc præcepto, & his mandatis ſtabiliamus nos, ſemper obedientes ſimus ſanctis illius eloquiis; humiliter de nobis ſentientes. Ait enim ſanctus ſermo; *Super quem reſpiciam, niſi ſuper manſuetum & quietum, & trementem eloquia mea?*

De humilitate. — Jer. 9. 23. — 1 Cor. 1. 31. — Luc. 6. 36. — Iſ. 66. 2.

XIV. Juſtum ergo ac pium eſt, viri fratres, Deo potiùs obedientes nos eſſe, quàm ſequi eos qui in ſuperbia & ſeditione duces fuerunt abominandæ æmulationis. Detrimentum enim non leve, imò verò grande periculum ſuſtinebimus, ſi præ-

---

προσποιοῦντες τὴν γῆν ἀφ' ἡμῶν. at Codice 710. Bibliothecæ Regiæ hoc modo, ἐὰν πυνθάνωσι πάντες οἱ κατασκοποῦντες τὴν γῆν, διὰ προσεύχου ἡμᾶς Ibid.

59. Πρόδηλον ποιοῦντες &c.] Habet hæc figura & allegoria ſuffragatores multos magnoſque, Juſtinum in Dialogo p. 338. Irenæum lib. 4. cap. 37 Origenem Homil. 3. & 6. in *Jeſum Nave*, & ad Matthæi XXVII. 28. Ambroſium libro de Salomone cap. 5. & lib. 5. de fide cap. 4. Hieronymum Epiſt. 2. Pſeudo-Hieronymum ad Marci XIV. 1. Paulinum Carmine 23. Auguſtinum in Pſalm. LXXXVI. 4. Proſperum de promiſſionibus & prædictionibus Dei, parte 2. cap. 14. Fulgentium lib. 1. de remiſſione peccatorum cap. 21. Theodoritum Quæſt. 2. in Joſuam, & ad verſum 31. cap XI. Epiſtolæ ad Hebræos. Ut nihil dicam de Auctore Operis imperfecti in Matthæum, Tomo 7. B. Chryſoſtomi, ad cap. 1. verſ. 5. quo loci corruptè legitur *ſigno vebri ſparſi* pro *ſigno rubri ſparti*; item de Procopio Gazæo, & aliis quos in Adverſariis meis notatos non inveni. Quàm horrendè coccinum interpretati ſint Gnoſtici, cernere potes apud Epiphanium, in eorum Hæreſi cap. 9. Ibid.

60. Διὰ τοῦ αἵματος.] Poſt *B. Clementem* eodem trahere linteum illud obſervo *Juſtinum M. Irenæum*, *Origenem* & alios, quorum nomina legere eſt in Obſerv. Sacris. p. 97. COLOM.

61. Οὐ μόνον πίστις ἀλλὰ προφητεία.] In Deo Iſraëlis repoſita fiducia, & ab ipſo ſperata ſalus ante Domini adventum, in *juſtitiam* atque etiam *fidem* reputabantur, licèt Meſſiæ futurus adventus, cum ejuſdem incarnationis, mortis & reſurrectionis myſteriis minimè eſſent perſpecta. Eodem jure pleræque res geſtæ per totam Legis œconomiam, prophetiæ loco ſunt habitæ, Deo eas ita dirigente, ut futuræ redemptionis ſtatum adumbrarent. Ita ex Ægypto populi Iſraëlitici exitus, tranſitus per mare rubrum, ſerpentis ænei elevatio, ut innumera alia prætercam, ad Meſſiæ tempora pertinuiſſe conſtat. Sed præ aliis, peculiari quodam jure, hæc ſervatæ vitæ quaſi paſchalis teſſera, & in purpura ſanguinis redempti pignus propheticæ elogium meruiſſe videbantur; ſi quidem in lege Moſaica perpetuus ferè uſus ſymboli illius, niminum, Cocci, in omnibus cujuſcumque generis piamentis, & luſtrationibus. Ita Ep. ad Hebr. IX, 19. cùm univerſus populus acceptâ Lege luſtrari deberet, Moſes dicitur, *accepiſſe ſanguinem vitulorum & hircorum cum aqua & lana coccinea & hyſſopo, ipſum quoque librum & omnem populum adſperſiſſe.* Idem in leproſi purificatione factum Levit. XIV, 49. Imò verò ex Thalmude diſcimus Cod. *Joma*, diem Chippurim (qui ſi quis alius, expiationis per Domini ſanguinem obtinendæ typum geſſit) non ſine לשון של זהורית *lingua*, ſeu filo *coccineo* celebratum. Imò ſi Gemaræ ejuſdem libri, & libro Juchaſin fides, exinde etiam de magnæ iſtius ſolennitatis ſucceſſu judicium ferebatur; ſi enim expiatio rite peracta eſſet, coccus albedinem induebat היה לשון של זהורית מלבין, ſuiſque nivibus ſimilem reconciliatæ gentis innocentiam ſpopondiſſe fertur. FELL.

62. Προφητεία ἐν τῇ γυναικὶ γέγονεν.] Origenes Homil. 3. mox citatâ, *Sed & iſta meretrix, quæ eos ſuſcepit, ex meretrice efficitur jam propheta. Dicit enim*, Scio quia Dominus Deus veſter tradidit vobis terram hanc. *Vides quomodo illa quæ aliquando erat meretrix, & impia & immunda, nunc jam Spiritu ſancto repleta eſt; & de præteritis quidem confitetur, de præſentibus verò credit, prophetat autem & prænunciat de futuris.* COT.

63. Ἐν κυρίῳ καυχάσθω] Ita quidem D. Paulus 1. Cor. I, 31. II, 10, 17. Verum aliter Jerem. IX, 23, 24. *Clemens* Al. *Cyprianus*, alii. COLOM.

64. Τοῦ ἐκζητεῖν αὐτὸν, καὶ ποιεῖν κρίμα καὶ δικαιοσύνην.] Legebat etiam ἐκζητεῖν Lucifer, vertit enim *inquirere*. lib. 1. pro S. Athanaſio paullo poſt initium. Item καὶ ποιεῖν κρίμα καὶ δικαιοσύνην reperies in Antiochi Homilia 43. COT. — Jer. 9. 24.

65. Ἐπὶ τὸν πρᾳῢν καὶ ἡσύχιον.] Nunc LXX. ἐπὶ τὸν ταπεινὸν καὶ ἡσύχιον, quo modo à multis lectum olim. Clementinæ lectioni favent Athanaſius in Domini occurſum, Proclus in ſanctam quintam feriam, Theodorus Studita Serm. Catechet. 90. Pſellus citatus in Catena in Pſalmos Pſalm. V. & Chryſoſtomus Hom. 9. in Geneſim, Expoſitione in Pſal. CXXXI & CXLII. Sermone de Chriſti precibus, & Hom. 13, & 66. in Matthæum; qui tamen Homil. 33. in Geneſim utrumque conjungit ſic, ἐπὶ τὸν πρᾳῢν, καὶ ἡσύχιον, καὶ ταπεινόν, & Homil. 41. in Matthæum habet, ἐπὶ τὸν πρᾳῢν καὶ ταπεινόν. — Iſ. 66. 2.

66. Δίκαιον οὖν.] In Pandecte Niconis Monachi λόγῳ ιϛ. Cod. Reg. 2418. 2423. 2424. Κλήμεντος Ῥώμης. Δίκαιον οὖν καὶ ὅσιον &c. [illegible] Connectit verba Clementis Epiſtolâ 1. cap. hoc & ſequenti & 46. item Epiſtolâ 2. cap. 3. Ibid.

67. Μυσεροῦ.] *Heſychius*: μυσαρόν, ῥυπαρόν, ἀκάθαρτον. Vide Sect. XXX. COLOM.

præcipitanter nos tradiderimus voluntatibus hominum, qui ad contentionem & ſeditiones collimant, ut nos ab eo quod rectè habet, abalienent. Benigni inter nos ſimus, juxta miſericordiam & dulcedinem illius qui fecit nos. Scriptum quippe
Prov. 2. 21. eſt; *Benigni erunt habitatores terræ; & innocen-*
Pſal. 36. 9. *tes, remanebunt in ea: iniqui verò exterminabun-*
Pſ. 36. 35. *tur ab illa.* Et rurſus dicit: *Vidi impium ſuperexaltatum, & elevatum ſicut cedros Libani: & tranſivi; & ecce non erat: & quæſivi locum illius; & non inveni. Cuſtodi innocentiam, & vide æquitatem; quoniam ſunt reliquiæ homini pacifico.*

XV. Adhæreamus ergo iis qui cum pietate pacem habent, & non iis qui cum ſimulatione pa-
Iſ. 29. 13. cem volunt. Dicit enim; *Populus hic labiis me*
Pſ. 61. 5. *honorat; cor autem eorum longè abeſt à me.* Et iterum; *Ore ſuo benedicebant; corde verò maledice-*
Pſ. 77. 36. *bant.* Rurſuſque ait; *Dilexerunt eum ore ſuo, & linguâ ſuâ mentiti ſunt ei: cor autem ipſorum non erat rectum cum eo; nec fideles habiti ſunt in teſta-*
Pſal. 30. 19. *mento ejus. Muta fiant labia doloſa. Diſperdat*
Pſal. 11. 4. *Dominus univerſa labia doloſa, & linguam magniloquam: qui dixerunt; Linguam noſtram magnificabimus; labia noſtra apud nos ſunt; quis noſter Dominus eſt? Propter miſeriam inopum, & gemitum pauperum, nunc exſurgam, dicit Dominus: ponam in ſalute, fiducialiter agam in eo.*

XVI. Chriſtus ſiquidem eorum eſt qui humiliter de ſe ſentiunt, non eorum qui ſupra ovile
Laudat Hieron. ad Iſ. 52. 14. l. Hebr. 8. 1. ejus efferunt ſeſe. Sceptrum majeſtatis Dei Dominus noſter Chriſtus Jeſus, non venit in jactantia arrogantiæ neque ſuperbiæ, cùm potens ſit; ſed in humilitate; quemadmodum Spiritus ſan-
Iſ. 53. 2. ctus de ipſo locutus eſt. Ait quippe; *Domine, quis credidit auditui noſtro? & brachium Domini cui revelatum eſt? Annunciavimus in conſpectu ejus quaſi parvulum; ſicut radix in terra ſitienti. Quoniam non eſt ſpecies ei, neque gloria: & vidimus eum; & non habebat ſpeciem, neque decorem; ſed*

μῦ ἑαυτοὺς τοῖς θελήμασι τῶν ἀνθρώπων, [68] οἵτινες ἐξακοντίζουσιν εἰς ἔριν καὶ στάσεις, εἰς τὸ ἀπαλλοτριῶσαι ἡμᾶς τοῦ καλῶς ἔχοντος. Χρηστευσώμεθα αὐτοῖς κατὰ τὴν εὐσπλαγχνίαν καὶ γλυκύτητα τοῦ ποιήσαντος ἡμᾶς. Γέγραπται γάρ· [69] Χρηστοὶ ἔσονται οἰκήτορες γῆς, ἄκακοι δὲ ὑπολειφθήσονται ἐπ' αὐτῆς· οἱ δὲ παρανομοῦντες ἐξολοθρευθήσονται ἀπ' αὐτῆς. Καὶ πάλιν λέγει· Εἶδον ἀσεβῆ ὑπερυψούμενον, καὶ ἐπαιρόμενον ὡς τὰς κέδρους τοῦ Λιβάνου· καὶ παρῆλθον, καὶ ἰδοὺ οὐκ ἦν· καὶ ἐξεζήτησα τὸν τόπον αὐτοῦ, καὶ οὐχ εὗρον. Φύλασσε ἀκακίαν, καὶ ἴδε εὐθύτητα, ὅτι ἐστὶν [70] ἐγκατάλειμμα ἀνθρώπῳ εἰρηνικῷ.

Τοίνυν κολληθῶμεν τοῖς μετ' εὐσεβείας εἰρηνεύουσι, καὶ μὴ τοῖς μεθ' ὑποκρίσεως βουλομένοις εἰρήνην. Λέγει γάρ που· Οὗτος ὁ λαὸς τοῖς χείλεσί με τιμᾷ, ἡ δὲ καρδία αὐτῶν πόῤῥω ἄπεστιν ἀπ' ἐμοῦ. Καὶ πάλιν· Τῷ στόματι αὐτῶν εὐλόγουν, τῇ δὲ καρδίᾳ κατηρῶντο. Καὶ πάλιν λέγει· Ἠγάπησαν αὐτὸν τῷ στόματι αὐτῶν, καὶ τῇ γλώσσῃ αὐτῶν ἐψεύσαντο αὐτὸν, ἡ δὲ καρδία αὐτῶν οὐκ εὐθεῖα μετ' αὐτοῦ, οὐδὲ ἐπιστώθησαν ἐν τῇ διαθήκῃ αὐτοῦ· * [71] Ἄλλα γενηθήτω τὰ χείλη τὰ δόλια * γλῶσσαν μεγαλοῤῥήμονα· τοὺς εἰπόντας· Τὴν γλῶσσαν ἡμῶν μεγαλυνοῦμεν, τὰ χείλη ἡμῶν παρ' ἡμῖν ἐστι, τίς ἡμῶν κύριός ἐστιν; Ἀπὸ τῆς ταλαιπωρίας τῶν πτωχῶν, καὶ ἀπὸ τοῦ στεναγμοῦ τῶν πενήτων, νῦν ἀναστήσομαι, λέγει κύριος· θήσομαι ἐν σωτηρίᾳ, παῤῥησιάσομαι ἐν αὐτῷ. l. ἄλαλα add. ἐξολοθρεύσαι κύριος πάντα τὰ χείλη τὰ δόλια, καὶ

Ταπεινοφρονούντων γάρ ἐστιν ὁ Χριστὸς, οὐκ ἐπαιρομένων ἐπὶ τὸ ποίμνιον αὐτοῦ. [72] Τὸ σκῆπτρον τῆς μεγαλωσύνης τοῦ Θεοῦ ὁ κύριος ἡμῶν Χριστὸς Ἰησοῦς, οὐκ ἦλθεν ἐν κόμπῳ ἀλαζονείας, οὐδὲ ὑπερηφανίας, καίπερ δυνάμενος· ἀλλὰ ταπεινοφρονῶν, καθὼς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον περὶ αὐτοῦ ἐλάλησεν· Φησὶ γάρ· Κύριε τίς ἐπίστευσε τῇ ἀκοῇ ἡμῶν; καὶ ὁ βραχίων κυρίου τίνι ἀπεκαλύφθη; ἀνηγγείλαμεν ἐναντίον αὐτοῦ ὡς παιδίον, ὡς ῥίζα ἐν γῇ διψώσῃ· ὅτι οὐκ ἔστιν εἶδος αὐτῷ, οὐδὲ δόξα· καὶ εἴδομεν αὐτὸν, καὶ οὐκ εἶχεν εἶδος, οὐδὲ κάλλος, ἀλλὰ τὸ εἶδος αὐτοῦ ἄτιμον,

---

68. Οἵτινες ἐξακοντίζουσι.] Dominus Boiſius deeſſe aliquid putat, & vocem λόγους, aut ῥήματα, ſuppleri debere. Ego malim, ſine ulla additione, ἐξακονῶσιν legere, atque ita in verſione noſtra à nobis redditum eſt: ut verò ſenſus plenior & rotundior ſit, ſi quis recenſit τὰς γλώσσας addere, ſi quis ita velit, & phraſi quidem elegantiſſimâ, quâ Libanius Epiſtolâ ad Baſilium utitur, Εἰ ταύτην γλῶτταν ἀκονήσεις, τίς ἂν σοι αὐτῶν ἀντείποι. Sic Epiſtolâ ad Salluſtium nondum editâ, χρύσεον [illegible] dicit, [illegible] ſic Pſalmiſta, linguam improborum, qui iniquitatem & dolos machinantur, ξυρὸν ἠκονημένον, vocat. Quibus vero ἐξακοντίζειν magis placet, ad explendum ſenſum addere poſſunt, τὰς γλώσσας vel τὰς γλώττας· lingua enim convitiantium & pravorum hominum, βολὶς [illegible], & τόξον ψευδῶν, ut loquitur Jeremias cap. 9. verſ. 3. & 8. quam Salomon in Proverbiis μάχαιραν appellat, & Jobus ῥομφαία. Unde Nazianzenus Epiſt. 192. quæ in *MS.* codice Bibliothecæ Bodleianæ, non Timotheo, ut in impreſſis, ſed Stagirio ſophiſtæ, inſcribitur, [illegible]. Nicephorus Calliſtus lib. 8. cap. 11. de Arianâ hæreſi, & ſchiſmate in Eccleſia tum orto, verba faciens, [illegible]. JUN.

Prov. 2. 20. 69. Χρηστοὶ ἔσονται οἰκήτορες γῆς, ἄκακοι δὲ ὑπολειφθήσονται ἐπ' αὐτῆς. Hæc ergo verè ſunt LXX. Seniorum. COT.

70. Ἐγκατάλειμμα.] Memoriam intelligit *Euthymius*, quæ duplici modo conſervatur, vel per prolem, vel per bona opera, ingenioſiſſimè verò *Ferrandus* locum hunc ita [illegible]: *erit tempus quo ſoſpiti homini merces congruens rependetur.* Uterque ad Hymnographi mentem. COLOM.

71. Ἄλλα γενηθήτω.] Clemens Alexandrinus legit ἄλαλα, & quidem rectè; locus autem hic conflatus eſt, ex verſ. 19. Pſalmi 30. juxta computationem Græcorum, & verſu 4. Pſal. 11. & eis qui ſequuntur. In teſtimoniis Scripturarum citandis, ſolenne eſſe Patribus, ex variis locis unum corpus efficere, ſupra notavimus. Cui autem in Imperativo γενηθήτω & non γενηθείη ſcribatur, audiatur Baſilius ad illud Pſalm. [illegible]. Cyrillus ad illud Pſal. [illegible], ut eſt in Catena noſtra, non tantùm εὐχὴν, ſed [illegible] etiam in Scripturis [illegible] efferre, author eſt. [illegible]. JUN.

72. Τὸ σκῆπτρον τῆς μεγαλωσύνης τοῦ Θεοῦ ὁ κύριος ἡμῶν Χριστὸς Ἰησοῦς.] Appoſitè Procopius ad Exodi caput 4. initio; *Dicitur Chriſtus baculus, quòd omnes ab ipſo ſuſtinemur & confirmamur. Sermone namque Domini confirmati & conſolidati ſunt cœli. Fulcit quoque ſermo Dei juſtos. Et per Filium quaſi baculum portamur ad Patrem. Ait enim; Compellam ſive cogam ipſos ſub baculum meum. Baculus, ſive virga, regni ſymbolum eſt. Imperat ſiquidem per Filium omnibus Deus Pater. Ad hunc inquit David; Virga tua & baculus tuus conſolata ſunt me. Hæc eſt virga quæ progerminat ex radice Jeſſe. Hæc eſt virga Aaronis florida,* &c. COT.

Τὸ σκῆπτρον.] Hieronymus in 52. cap. Eſaiæ hunc locum laudat, ut ſupra inter veterum teſtimonia de Clemente & ejus ſcriptis, à nobis notatum eſt. De ratione autem primi adventus Chriſti in humilitate & clementia, addatur ex Epiſtola ad Diognetum, Juſtini Martyris locus. [illegible] &c. & de duplici habitu & duplici adventu Chriſti, legatur Tertullianus, capite ultimo contra Judæos. JUN.

Ibid.] Reſpicit Pſ. XLV, 6. ῥάβδος εὐθύτητος ἡ ῥάβδος τῆς βασιλείας σου. quem locum adducit Auctor ad Heb. 1, 8. ad divinas Chriſti prærogativas ſtabiliendum, quo etiam prolato concludit *Juſtinus* M. adverſus Tryphonem, ὅτι καὶ προσκυνητός ἐστι καὶ Θεὸς καὶ Χριστός. Et quidem eo feliciùs adducitur hic locus ad retundendam Judæorum pertinaciam, quod ad Meſſiam pertinere vel ipſi fateantur Rabbini, ſcilicet, *Thargum, Kimchi, Aben Ezra,* & *Sal. Jarchi.* Certè

Chri-

μαν, [73] ἐκλεῖπον παρὰ τὸ εἶδος τῶν ἀνθρώπων. Ἄνθρωπος ἐν πληγῇ ὢν καὶ πόνῳ, καὶ εἰδὼς φέρειν μαλακίαν· ὅτι ἀπέστραπται τὸ πρόσωπον αὐτοῦ, ἠτιμάσθη καὶ οὐκ ἐλογίσθη. Οὗτος τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν φέρει, καὶ περὶ ἡμῶν ὀδυνᾶται, καὶ ἡμεῖς ἐλογισάμεθα αὐτὸν εἶναι ἐν πόνῳ, καὶ ἐν πληγῇ, καὶ ἐν κακώσει· αὐτὸς δὲ ἐτραυματίσθη διὰ τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν, καὶ μεμαλάκισται διὰ τὰς ἀνομίας ἡμῶν. Παιδεία εἰρήνης ἡμῶν ἐπ᾽ αὐτὸν, τῷ μώλωπι αὐτοῦ ἡμεῖς ἰάθημεν. Πάντες ὡς πρόβατα ἐπλανήθημεν, ἄνθρωπος τῇ ὁδῷ αὐτοῦ ἐπλανήθη, καὶ κύριος παρέδωκεν αὐτὸν ὑπὲρ τῶν ἁμαρτιῶν ἡμῶν, καὶ αὐτὸς διὰ τὸ κεκακῶσθαι οὐκ ἀνοίγει τὸ στόμα. Ὡς πρόβατον ἐπὶ σφαγὴν ἤχθη, καὶ ὡς ἀμνὸς ἐναντίον τοῦ κείροντος ἄφωνος, οὕτως οὐκ ἀνοίγει τὸ στόμα αὐτοῦ. Ἐν τῇ ταπεινώσει ἡ κρίσις αὐτοῦ ἤρθη· τὴν γενεὰν αὐτοῦ τίς διηγήσεται; ὅτι αἴρεται ἀπὸ τῆς γῆς ἡ ζωὴ αὐτοῦ, [74] ἀπὸ τῶν ἀνομιῶν τοῦ λαοῦ μου ἥκει εἰς θάνατον. Καὶ δώσω τοὺς πονηροὺς ἀντὶ τῆς ταφῆς αὐτοῦ, καὶ τοὺς πλουσίους ἀντὶ τοῦ θανάτου αὐτοῦ. Ὅτι ἀνομίαν οὐκ ἐποίησεν, οὐδὲ εὑρέθη δόλος ἐν τῷ στόματι αὐτοῦ· καὶ κύριος βούλεται καθαρίσαι αὐτὸν τῆς πληγῆς. Ἐὰν δῶτε περὶ ἁμαρτίας, ἡ ψυχὴ ὑμῶν ὄψεται σπέρμα μακρόβιον. Καὶ κύριος βούλεται ἀφελεῖν ἀπὸ τοῦ πόνου τῆς ψυχῆς αὐτοῦ, δεῖξαι αὐτῷ φῶς, καὶ πλάσαι τῇ συνέσει, δικαιῶσαι δίκαιον εὖ δουλεύοντα πολλοῖς· καὶ τὰς ἁμαρτίας αὐτῶν αὐτὸς ἀνοίσει. Διὰ τοῦτο αὐτὸς κληρονομήσει πολλοὺς, καὶ τῶν ἰσχυρῶν μεριεῖ σκῦλα· ἀνθ᾽ ὧν παρεδόθη εἰς θάνατον ἡ ψυχὴ αὐτοῦ, καὶ τοῖς ἀνόμοις ἐλογίσθη· καὶ αὐτὸς ἁμαρτίας πολλῶν ἀνήνεγκε, καὶ διὰ τὰς ἁμαρτίας αὐτῶν παρεδόθη. Καὶ πάλιν αὐτός φησιν· Ἐγὼ δέ εἰμι σκώληξ, καὶ οὐκ ἄνθρωπος· ὄνειδος ἀνθρώπων, καὶ ἐξουθένημα λαοῦ. Πάντες οἱ θεωροῦντές με, ἐξεμυκτήρισάν με, ἐλάλησαν ἐν χείλεσιν, ἐκίνησαν κεφαλήν. Ἤλπισεν ἐπὶ κύριον, ῥυσάσθω αὐτὸν, σωσάτω αὐτὸν, ὅτι θέλει αὐτόν. Ὁρᾶτε, ἄνδρες ἀγαπητοὶ, τίς ὁ ὑπογραμμὸς ὁ δεδομένος ἡμῖν· εἰ γὰρ ὁ κύριος οὕτως ἐταπεινοφρόνησε, τί ποιήσομεν ἡμεῖς
* ſ. ἐλθόντες οἱ ὑπὸ τὸν ζυγὸν τῆς χάριτος αὐτοῦ * ἐλθόντος;

Μιμηταὶ γενώμεθα κἀκείνων, [75] οἵτινες ἐν δέρμασιν αἰγείοις, καὶ μηλωταῖς περιεπάτησαν, κηρύσσοντες τὴν ἔλευσιν τοῦ Χριστοῦ· λέγομεν δὲ Ἠλίαν καὶ Ἐλισσαῖον, ἔτι δὲ καὶ Ἰεζεκιὴλ τοὺς προφήτας, πρὸς τούτοις καὶ τοὺς μεμαρτυρημένους. Ἐμαρτυρήθη μεγάλως Ἀβραὰμ, καὶ φίλος προσηγορεύθη τοῦ Θεοῦ· καὶ λέγει, ἀτενίζων εἰς τὴν δόξαν τοῦ Θεοῦ, ταπεινοφρονῶν· Ἐγὼ δέ εἰμι γῆ καὶ σποδός. Ἔτι δὲ καὶ περὶ Ἰὼβ οὕτως γέγραπται· Ἰὼβ ἦν δίκαιος καὶ ἄμεμπτος, ἀληθινὸς, θεοσεβὴς, ἀπεχόμενος ἀπὸ παντὸς κακοῦ· ἀλλ᾽ αὐτὸς ἑαυτοῦ κατηγ[ορῶν λέγει·] Οὐ-
*ſ. ἐὰν καὶ δεὶς καθαρὸς ἀπὸ ῥύ[που * [76] οὐδ᾽ εἰ] μιᾶς ἡμέρας ἡ ζωὴ αὐτο[ῦ.] Μωϋσῆς πιστὸς ἐν ὅλῳ [τῷ
* ſ. ὑπηρεσίας. οἴκῳ] αὐτοῦ ἐκλήθη, καὶ διὰ τῆ[ς * ὑπηρεσ]ίας αὐτοῦ ἔκρινεν ὁ Θεὸς [ῥύσαι τὸν Ἰσραὴλ] ἀπὸ τῶν μαστίγων καὶ τῶν [αἰκι]σμάτων αὐτῶν· ἀλλὰ κἀκ[εῖνος]

ſpecies ejus inhonorata, deficiens præ ſpecie hominum. Homo in plaga & dolore poſitus, & ſciens ferre infirmitatem: quia averſa eſt facies ejus, deſpecta, & non reputata. Iſte peccata noſtra portat, & pro nobis dolet; & nos reputavimus eum eſſe in labore, & in plaga, & in afflictione: ipſe autem vulneratus eſt, propter peccata noſtra, & infirmatus eſt, propter iniquitates noſtras. Diſciplina pacis noſtræ ſuper eum; livore ejus nos ſanati ſumus. Omnes quaſi oves erravimus; homo in via ſua erravit, & Dominus tradidit eum propter iniquitates noſtras; & ipſe propter afflictionem non aperit os. Sicut ovis ad victimam ductus eſt, & ſicut agnus coram tondente ſe mutus, ſic non aperit os ſuum. In humilitate judicium ejus ſublatum eſt: generationem ejus quis enarrabit? Quia tollitur de terra vita ejus; ab iniquitatibus populi mei venit ad mortem. Et dabo peſſimos pro ſepultura ejus, & divites pro morte illius. Quia iniquitatem non fecit, neque dolus inventus eſt in ore ejus: & Dominus vult mundare eum plagis. Si dederitis pro peccato, anima veſtra videbit ſemen longævum. Et Dominus vult auferre de dolore animum ejus, oſtendere ei lucem, & formare intelligentia, juſtificare juſtum benè ſervientem multis: & peccata eorum ipſe portabit. Propterea ipſe poſſidebit multos, & fortium dividet ſpolia: pro eo quod tradita eſt ad mortem anima ejus, & in iniquis reputatus eſt: & ipſe peccata multorum tulit, & propter iniquitates eorum traditus eſt. Et rurſus ipſe dicit; *Ego autem ſum vermis, & non ho-* Pſal. 21. 7.
mo; opprobrium hominum, & abjectio plebis. Omnes qui conſpiciebant me, ſubſannaverunt me, locuti ſunt labiis, moverunt caput. Speravit in Dominum, eruat eum; ſalvum faciat eum, quoniam vult eum. Cernitis, viri cari, quod exemplar nobis datum ſit: num ſi Dominus adeo hu- 1. 2. Pet. 2.
militer ſe geſſit, quid faciemus nos qui ſub jugum 21.
gratiæ ejus venimus?

XVII. Imitatores etiam ſimus eorum qui in Laudat Cl.
pellibus caprinis & melotis prædicantes Chriſti Al. loco ci-
adventum, ambulaverunt: dicimus autem pro- tato.
phetas Eliam, & Eliſæum, adhuc & Ezechielem; Heb. 11. 37.
ac præterea eos qui in Scripturis laudem conſecuti ſunt. Magno teſtimonio ornatus eſt Abra- Iſ. 41. 8.
hamus, & Dei amicus vocatus eſt: hic autem Jac. 2. 23.
intentè reſpiciens ad gloriam Dei, humiliter ait;
Ego autem ſum terra & cinis. Adhuc autem & Gen. 18. 27.
de Jobo ita ſcriptum eſt; *Jobus erat juſtus &* Job. 1. 1.
ſine crimine, verax, colens Deum, abſtinens ab omni malo: ſed ille ſeipſum accuſans dicit; *Ne-* Job. 14. 4.
mo mundus a ſorde, etſi unius diei ſit vita ejus. apud LXX.
Moyſes fidelis in tota domo ejus nuncupatus eſt; Num. 12. 7.
per cujus miniſterium, viſum eſt Deo Judæos Hebr. 3. 2.
liberare à ſuis plagis & contumeliis: ſed & ille, magno

Chriſtus Dei ſceptrum, quod potentiæ ſymbolum, rectiſſimè dicitur, ſi quidem per eum omnia facta ſunt quæ ſunt facta, Joan. 1. &c. ut ait Auctor ad Heb. τοὺς αἰῶνας ἐποίησε. Malè ergo vapulat Auctor noſter, apud *Photium*, quod Chriſtum ἐξονομάζων οὐδὲ τὰς θεοπρεπεῖς, καὶ ὑψηλοτέρας περὶ αὐτοῦ ἀφῆκε φωνάς. FELL.

Iſ. 53. 3. 73. Ἐκλεῖπον παρὰ τὸ εἶδος τῶν ἀνθρώπων.] Aliter, ἐκλεῖπον παρὰ τοὺς υἱοὺς τῶν ἀνθρώπων. Et, ἐκλεῖπον παρὰ πάντας τοὺς ἀνθρώπους. *Deficiens extra filios hominum.* Et *Deficiens extra omnes homines*, inquit Tertullianus cap. 14. libri adverſus Judæos, ac lib. 3. contra Marcionem cap 17. Apud Gregorium Nyſſenum Tomo 2. in Teſtimoniis adverſus Judæos cap. de Paſſione pag. 156. *Deficiens propter* (Rectius verſum fuiſſet *præter* vel *ultra*) *morem filiorum hominum.* Hoc eſt Græcè ἐκλεῖπον παρὰ τὸ εἶδος τῶν υἱῶν τῶν ἀνθρώπων. Editio Aldina, Codex Regius 229. & Procopius, ἐκλεῖπον παρὰ πάντας τοὺς υἱοὺς τῶν ἀνθρώπων. COT.

Iſ. 53. 8. 74. Ἀπὸ τῶν ἀνομιῶν τοῦ λαοῦ μου ἥκει εἰς θάνατον.] Ut plerarumque aliarum varietatum, ita iſtius exempla dari poſſunt. Vide Juſtini Martyris Apologiam 2. p. 56. Dialogum p. 250 Chryſoſtomi Orationem in illud, *Pater ſi poſſibile eſt*, Tom. p. 127 librum quod Chriſtus ſit Deus, Tomo eodem p. 530. & Gregentii Diſputationem p. 33. Porrò corrupta eſſe arbitror iſta Euſebii lib. 4. Demonſtrationis Evangelicæ cap. 16. p. 190. ὡς πρόβατον ἐπὶ σφαγὴν ἤχθη, ἀπὸ τε τῶν ἀνομιῶν αὐτοῦ εἰς θάνατον παρεδίδοτο, legendumque ἀπὸ τε τῶν ἀνομιῶν αὐτῶν. Ibid.

75. Οἵτινες ἐν δέρμασιν.] Hic locus ex 11. ad Hebræos deſumptus eſt, prout tota hæc narratio de fide & obedientia Patriarcharum: ſimilitudinem ſenſuum & verborum, quam Patres in Epiſtolam ad Hebræos, & hanc Clementis eſſe dixerunt, ex hoc loco & aliis facilè deprehendere poteſt, diligens & attentus lector. Clemens Alex. lib. 4. Strom. addit, καὶ τριχῶν καμηλείων πλέγμασι. JUN.

Οἵτινες ἐν δέρμασιν &c.] Hæc junxit *Clemens Alexandrinus* p. 516. cum Cap. IX. hujus Epiſtolæ, & rectiſſimè. Quanto interpolator addidit? Sed hoc factum *Hieronymum* ipſum latuit, in Com. ad Eſaiam. B.

74. [Οὐδ᾽ εἰ] μιᾶς ἡμέρας ἡ ζωὴ αὐτοῦ vel εἰ ἄν. vel ἐὰν καὶ. vel καὶ.] Primum reperies in Clemente Alexandrino Strom. 3. & 4. p. 468. 516. & Origene Homil 5. in Jeremiam, & Tomo 15. in Matthæum, ad cap. 19. verſ. 29. Secundum in Conſtitutionibus Apoſtolicis lib. 2 cap. 15. Epiphanio Hæreſ 59. cap. 1. Chryſoſtomo Serm. in Præcurſorem Domini. Tomo 6. & Gregorio Nyſſeno Oratione de pœnitentia, Tom. 2. Tertium in Codicibus vulgatis. Job 14. 4. in LXX.

magno honore affectus, grandia locutus non eſt; immò, cùm è rubo datum eſſet illi oraculum, di-
Exod. 3. 11. & 4. 10. xit; *Quis ſum ego, quod me mittis? Ego verò ſum gracili voce & tardâ linguâ;* Et iterum ait: *Ego autem ſum vapor ex olla.*

XVIII. Quid verò dicemus de Davide, qui teſtimonium laudis reportavit, ad quem dixit
Pſ. 88. 21. Act. 13. 22. Deus: *Inveni hominem ſecundùm cor meum, Davidem filium Jeſſæ: in oleo ſancto unxi eum?*
Pſ. 50. 1. atqui ille etiam, dicit ad Deum: *Miſerere mei Deus, ſecundùm magnam miſericordiam tuam; & ſecundùm multitudinem miſerationum tuarum, dele iniquitatem meam. Ampliùs lava me ab iniquitate mea; & à peccato meo munda me. Quoniam iniquitatem meam ego cognoſco; & peccatum meum coram me eſt ſemper. Tibi ſoli peccavi, & malum coram te feci: ut juſtificeris in ſermonibus tuis, & vincas, cùm judicaris. Ecce enim in iniquitatibus conceptus ſum; & in peccatis concepit me mater mea. Ecce enim veritatem dilexiſti: incerta & occulta ſapientiæ tuæ manifeſtaſti mihi. Asperges me hyſſopo, & mundabor: lavabis me, & ſuper nivem dealbabor. Audire me facies exſultationem & lætitiam: exſultabunt oſſa humiliata. Averte faciem tuam a peccatis meis; & omnes iniquitates meas dele. Cor mundum crea in me Deus; & ſpiritum rectum innova in viſceribus meis. Ne projicias me à facie tua; & ſpiritum ſanctum tuum ne auferas à me. Redde mihi lætitiam ſalutaris tui; & ſpiritu principali confirma me. Docebo iniquos vias tuas; & impii convertentur ad te. Libera me de ſanguinibus, Deus, Deus ſalutis meæ; exſultabit lingua mea juſtitiam tuam. Domine os meum aperies; & labia mea annunciabunt laudem tuam. Quoniam ſi voluiſſes ſacrificium, dediſſem utique; holocauſtis non delectaberis. Sacrificium Deo ſpiritus contribulatus: cor contritum & humiliatum Deus non deſpiciet.*

δοξασθεὶς μεγάλως, οὐκ ἐμ[εγα]λοῤῥημόνησεν, ἀλλ' εἶπεν, ἐ[κ τῆς] βάτε χρηματισμοῦ αὐτῷ διδο[μέ]νου· Τίς εἰμὶ ἐγὼ, ὅτι με πέμπ[εις;] ἐγὼ δὲ εἰμὶ ἰσχνόφωνος καὶ β[ρα]δύγλωσσος. Καὶ πάλιν λέγει· 75 Ἐγὼ δέ εἰμι ἀτμὶς ἀπὸ χύτρας.

Τί δὲ εἴπωμεν ἐπὶ τῷ μεμαρτυρημένῳ Δαβὶδ, πρὸς ὃν εἶπεν ὁ Θεός· Εὗρον ἄνδρα κατὰ τὴν καρδίαν μου, Δαβὶδ τὸν τοῦ Ἰεσσαὶ, ἐν ἐλαίῳ * αἰωνίῳ ἔχρισα αὐτόν; ἀλλὰ καὶ αὐτὸς λέγει πρὸς τὸν Θεόν· Ἐλέησόν με ὁ Θεὸς κατὰ τὸ μέγα ἔλεός σου, καὶ κατὰ τὸ πλῆθος τῶν οἰκτιρμῶν σου, ἐξάλειψον τὸ ἀνόμημά μου. Ἐπὶ πλεῖον πλῦνόν με ἀπὸ τῆς ἀνομίας μου, καὶ ἀπὸ τῆς ἁμαρτίας μου καθάρισόν με· Ὅτι τὴν ἀνομίαν μου ἐγὼ γινώσκω, καὶ ἡ ἁμαρτία μου ἐνώπιόν μου ἐστὶ διὰ παντός. Σοὶ μόνῳ ἥμαρτον, καὶ τὸ πονηρὸν ἐνώπιόν σου 76 ἐποίησα· ὅπως ἂν δικαιωθῇς ἐν τοῖς λόγοις σου, καὶ νικήσῃς ἐν τῷ κρίνεσθαί σε. Ἰδοὺ γὰρ ἐν ἀνομίαις συνελήφθην, καὶ ἐν ἁμαρτίαις ἐκίσσησέ με ἡ μήτηρ μου. Ἰδοὺ γὰρ ἀλήθειαν ἠγάπησας· τὰ ἄδηλα καὶ τὰ κρύφια τῆς σοφίας σου ἐδήλωσάς μοι. Ῥαντιεῖς με ὑσσώπῳ, καὶ καθαρισθήσομαι· πλυνεῖς με, καὶ ὑπὲρ χιόνα λευκανθήσομαι. Ἀκουτιεῖς με ἀγαλλίασιν καὶ εὐφροσύνην· ἀγαλλιάσονται ὀστᾶ τεταπεινωμένα. Ἀπόστρεψον τὸ πρόσωπ[όν] σου ἀπὸ τῶν ἁμαρτιῶν μου, καὶ πάσας τὰς ἀνομίας μου ἐξάλειψ[ον.] Καρδίαν καθαρὰν κτίσον ἐν ἐμ[οὶ] ὁ Θεὸς, καὶ πνεῦμα εὐθὲς ἐγκαίνισον ἐν τοῖς ἐγκάτοις μου· Μὴ ἀπο[ῤῥί]ψῃς με ἀπὸ προσώπου σου, [καὶ τὸ πνεῦ]μα τὸ ἅγιόν σου μὴ ἀντανέ[λῃς ἀπ' ἐ]μοῦ. Ἀπόδος μοι τὴν ἀγαλ[λίασιν τ]οῦ σωτηρίου σου, καὶ πνεύματι [ἡγεμο]νικῷ στήριξόν με. Διδά[ξω ἀνό]μους τὰς ὁδούς σου, καὶ ἀ[σεβεῖς] ἐπιστρέψουσιν ἐπὶ σέ. [Ῥῦσαί] με ἐξ αἱμάτων ὁ Θεὸς, ὁ Θεὸς τῆς [σωτ]ηρίας μου, [ἀγαλλι]άσεται ἡ γλῶσσά μου τὴν [δικ]αιοσύνην σου. Κύριε τὸ στόμα μου [ἀν]οίξεις, καὶ τὰ χείλη μου ἀναγ[γε]λεῖ τὴν αἴνεσίν σου. Ὅτι εἰ ἠ[θ]έλησας θυσίαν, ἔδωκα ἄν, ὁλοκαυτώματα οὐκ εὐδοκήσεις· Θυσία τῷ Θεῷ πνεῦμα συντετριμμένον· καρδίαν συντετριμμένην καὶ τεταπεινωμένην ὁ Θεὸς οὐκ ἐξουθενώσει.

* Clem. Al. ἁγίῳ

Τῶν

Ultimum in Philone Judæo libro de nominum mutatione. μογιλάλος ἰσχνόφωνος habent multi: alii μία ἰσχνόφωνος: Catena verò MS. in Jobum Cod. 495. Bibliothecæ Regiæ, μόνον ἰσχνόφ. COT.

75. Ἐγὼ δέ εἰμι ἀτμὶς ἀπὸ χύτρας] Rectè obſervatum Merico Caſaubono de lingua Hebraica ſcribenti, p. 118. nimiùm ingenio ſuo indulgere virum doctum Johannem Chifletium, quando in Apologetica Parænesi ad linguam ſanctam, num. 60. ut verba Moyſis Exodi VI. 12. ad Clementina hæc accommodet, Hebraicam veritatem ſollicitat, transferendo ואני ערל שפתים, in ואני עד לשפתים, quæ nihili ſunt. Addit Caſaubonus, ex corruptione ejuſdem loci Græca ἐγὼ δὲ εἰμι ἀπερίτμητος τοῖς χείλεσι videri factum ἐγὼ δέ εἰμι ἀτμὶς ἀπὸ χύτρας: nec conſiderat homo litteratus, præter alia, illud ἀπερίτμητος τοῖς χείλεσι è Theodotionis Editione deſumi, qui multo poſt Clementem vixit. Reſtat ut acceptus ſit textus à quodam Apocrypho, uno forſan ex iis quæ Moyſis nomen præferebant. Similitudinem verò nonnullam habent teſtimonia, Jobi XLI. 11. *De naribus ejus procedit fumus, ſicut ollæ ſuccenſæ atque ferventis.* Pſalm CI. 4. *Defecerunt ſicut fumus dies mei.* Pſalm. CXVIII. 83. juxta quemdam Interpretem, ἐγενήθην ὡς ἀσκὸς ἐν καπνῷ. Et Jacobi IV. 14. *Quæ eſt enim vita veſtra? Vapor eſt ad modicum parens, & deinceps exterminabitur.* ποία γὰρ ἡ ζωὴ ὑμῶν; ἀτμὶς γάρ ἐστιν ἡ πρὸς ὀλίγον φαινομένη, ἔπειτα δὲ ἀφανιζομένη. Idem.

Ἐγὼ δέ εἰμι ἀτμὶς ἀπὸ χύτρας] De hoc loco cùm nuſquam in Pentateucho reperiatur, pro me reſpondeat Chryſoſtomus homil. 7. in priorem ad Corinthios, Καὶ πῶς γέγραπται, φησί; λέγεται τὸ γεγράφθαι, ὡς ὅταν μὲν εἴπῃ τὸ ἐσόμενον, ἀλλαχοῦ δὲ αὐτὸ τῶν πραγμάτων εἶναι ἐπὶ τὸ ἐκβαῖνον, ἢ ὅταν τὸ αὐτὸ μετὰ τὸ εἰρημένον ἢ μὲν ἐπ' αὐτῶν δὲ τῶν γεγραμμένων, ὡς εἰρήκαμεν. & paullò infra, ἢ οὐχὶ καὶ γεγράφθαι ἐν βιβλίοις. καὶ ἠφανίσθη τὰ βιβλία. καὶ γὰρ πολλὰ ἀπώλοντο βιβλία, καὶ ὀλίγα διεσώθη. καὶ ἐπὶ τῆς αἰχμαλωσίας καὶ τὰ ἄλλα ἐν τοῖς ἀπολομένοις. &c. vide locum, & homiliam 9. in Matthæum, ubi eadem eiſdem fere verbis habentur. Joſephus etiam in Hypomneſtico, & reſp. ad quæſtionem 120. recenſet, τὰ μνημονευόμενα ἐν ταῖς γραφαῖς βιβλία ὡς ὄντα, οὐχ εὑρισκόμενα δέ sed nos ad finem feſtinantes, ad alia tranſire cogimur. JUN.

Ibid] Non eſt opus talibus Apologiis, quando compertiſſimum eſt non omnia quæ dixerant viri Sancti ſcriptis Veteris Teſtamenti mandari, magis quàm quæ Dominus noſter geſſit & loquutus eſt, de quibus ait Joannes Cap. ult. *ſi ſcribantur per ſingula*, &c. Quin & Auctor ad Hebr. C XII, 21. huic ipſi Moſi verba attribuit, quæ non magis quàm hæc in Pentateucho comparent. Nullibi enim dicentem audimus, ἔκφοβός εἰμι, καὶ ἔντρομος. Interea tamen, utcumque alibi deſiderentur, ſaltem videntur occurrere Pſalm. CXIX, 83 כי־הייתי כנאד בקיטור *ego fui ſicut olla in fumo*, quamvis verſio LXX. Interp. aliud quiddam profiteatur; unde licèt Moſi jure tribui non poſſint, Davidi fortaſſis, cujus ſtatim mentio fit, de facili reſtituentur. Rem ſeriò penſitanti dubitatio non levis ſuboritur locum hunc Librarii injuriâ læſum, ita poſſe reponi: Τί δὲ εἴπωμεν ἐπὶ τοῦ μεμαρτυρημένου Δαβὶδ πρὸς ὃν εἶπεν ὁ Θεός, εὗρον ἄνδρα κατὰ τὴν καρδίαν μου, Δαβὶδ τὸν τοῦ Ἰεσσαί, ἐν ἐλαίῳ αἰωνίῳ ἔχρισα αὐτόν. ἀλλὰ καὶ αὐτὸς λέγει πρὸς τὸν Θεόν. ἐγὼ δέ εἰμι ἀτμὶς ἀπὸ χύτρας. καὶ πάλιν λέγει ἐλέησόν με ὁ Θεὸς &c. Fatendum quidem eſt periodum hanc non aliter, apud *Clementem Alexandr.* quàm hic haberi. Sed qui meminerit quid de interpolatis *Danaidum* & *Dirces* nominibus ſupra obſervatum, atque etiam perſpexerit quâ licentiâ *Clemens Alex.* utatur, in laudando hoc noſtro; nimirum, quaſi ex nominis prærogativa de ſuo ubique ageret; adeò illum non teſtem genuinæ lectionis citabit, ut corruptæ potius inſimulandum cenſeret. Adnotare inſuper licebit voces has reperiri Hoſ. XIII, 3. licèt enim nunc temporis legatur ὡς ἀτμὶς ἀπὸ δακρύων, aut, ut alia exemplaria, ἀκρίδων, quaſi ex voce ארבה. tamen Theodotion & MS Alexand. ἐκ καπνοδόχης & *B. Hieronymus*, *è fumario* reddidere; certe hic nullo ſenſu legitur ſive ἀκρίδων, ſive δακρύων, & veriſimile pro χύτρας Librarii errore nunc haberi. Conſonat etiam vox Hebraica ארבה, quæ non modò ὀπὴ & θυρὶς, ſed apud Rabbinos כלי קטן exponitur Arabes etiam ארבה dicunt, niſi quòd illi vas magnum velint. Hanc verſionem agnoſcit *Thargum*, in Hoſ. loco ſupra citato [illegible]. FELL.

78. Ἐκίσσησε.] Rectè hic abrumpit lectum carmen *Clemens Alexandrinus*, p. 517 B.

79 Τῇ

Τῶν τοσούτων οὖν καὶ τοιούτων οὕτως μεμαρτυρημένων τὸ ταπεινόφρον καὶ τὸ ὑποδεὲς διὰ τῆς ὑπακοῆς, οὐ μόνον ἡμᾶς, ἀλλὰ καὶ τὰς πρὸ ἡμῶν γενεὰς, βελτίους ἐποίησε, τούς τε καταδεξαμένους τὰ λόγια αὐτοῦ ἐν φόβῳ καὶ ἀληθείᾳ. Πολλῶν οὖν καὶ μεγάλων καὶ ἐνδόξων μετειληφότες πράξεων, ἐπαναδράμωμεν ἐπὶ τὸν ἐξ ἀρχῆς παραδεδομένον ἡμῖν τῆς εἰρήνης σκοπὸν, καὶ ἀτενίσωμεν εἰς τὸν πατέρα καὶ κτίστην τοῦ σύμπαντος κόσμου, καὶ ταῖς μεγαλοπρεπέσι καὶ ὑπερβαλλούσαις αὐτοῦ δωρεαῖς τῆς εἰρήνης, εὐεργεσίαις τε κολληθῶμεν· ἴδωμεν αὐτὸν κατὰ διάνοιαν, καὶ ἐμβλέψωμεν τοῖς ὄμμασι τῆς ψυχῆς εἰς τὸ μακρόθυμον αὐτοῦ βούλημα· νοήσωμεν πῶς ἀόργητος ὑπάρχει πρὸς πᾶσαν τὴν κτίσιν αὐτοῦ.

Οἱ οὐρανοὶ τῇ διοικήσει αὐτοῦ [79] σαλευόμενοι ἐν εἰρήνῃ ὑποτάσσονται αὐτῷ. Ἡμέρα τε καὶ νὺξ, τὸν τεταγμένον ὑπ' αὐτοῦ δρόμον διανύ[ο]υσι, μηδὲν [80] ἀλλήλοις ἐμποδί[ζ]οντα. Ἥλιός τε καὶ σελήνη, ἀστέ[ρ]ων τε χοροὶ, κατὰ τὴν διαταγὴν [αὐ]τοῦ ἐν ὁμονοίᾳ δίχα πάσης [πα]ρεκβάσεως, ἐξελίσσουσι [το]ὺς ἐπιτεταγμένους αὐτοῖς ὁρισμούς. Γῆ κυοφοροῦσα, κατὰ τὸ θέλημα αὐτοῦ τοῖς ἰδίοις καιροῖς τὴν πανπληθῆ ἀνθρώποις τε καὶ θηρσὶ, καὶ πᾶσι τοῖς οὖσιν ἐν αὐτῇ ζώοις ἀνατέλλει τροφὴν, μὴ διχοστατοῦσα μηδὲ ἀλλοιοῦσά τι τῶν δεδογματισμένων ὑπ' αὐτοῦ. [81] Ἀβύσσων τε ἀνεξιχνίαστα, καὶ νερτέρων ἀνεκδιήγητα κρίματα τοῖς αὐτοῖς συνέχεται προστάγμασι. Τὸ [82] κύτος τῆς ἀπείρου θαλάσσης κατὰ τὴν δημιουργίαν αὐτοῦ συσταθὲν εἰς τὰς συναγωγὰς, [83] οὐ παρεκβαίνει τὰ περιτεθειμένα αὐτῇ κλεῖθρα, ἀλλὰ καθὼς διέταξεν αὐτῇ, οὕτως ποιεῖ. Εἶπεν γάρ· Ἕως ὧδε ἥξεις, καὶ τὰ κύματά σου ἐν σοὶ συν-

XIX. Talium igitur ac tantorum, adeoque laudatorum humilitas, & verecundia per obedientiam, non tantum nos, ſed anteriores ætates, meliores fecit; eoſque qui in timore & veritate eloquia ejus ſuſceperunt. Multorum itaque magnorumque ac illuſtrium geſtorum participes facti, recurramus ad pacis ſcopum nobis Pax. ab initio traditum; & figamus oculos in patrem & creatorem totius mundi; atque illius magnificis & exſuperantibus donis pacis, ac beneficiis hæreamus: cogitatione contemplemur eum, & animi oculis intueamur in æquanimam illius voluntatem: conſideremus quo modo erga omnem creaturam ſuam ſit lenis & facilis.

XX. Cœli gubernatione ejus commoti, in pace ei ſubjiciuntur. Dies & nox, ab illo ordinatum curſum perficiunt; nec eapropter ſibi mutuò impedimento ſunt. Sol & luna, ac ſiderum chori, ſecundùm ejus mandatum, in concordia, ſine ulla tranſgreſſione, ſibi conſtitutos orbes evolvunt. Terra gravida; juxta voluntatem illius, ſuis temporibus, plurimum cibum hominibus ac feris omnibuſque quæ in ea ſunt animantibus producit; non contendens, nec mutans quidquam eorum quæ ab illo decreta ſunt. Abyſſorum, quæ inveſtigari non poſſunt, & inferorum, quæ enarrari nequeunt judicia, eiſdem mandatis continentur. Immenſi maris capacitas per ordinationem ejus in cumulos coa- Gen.1.9.10. gmentata, non tranſgreditur quæ ipſi circumpoſita ſunt clauſtra; ſed prout ei præcepit, ita facit. Dixit enim; *Huc uſque venies, & fluctus* Job.38.11. *tui*

79. Τῇ διοικήσει αὐτοῦ σαλευόμενοι] Lego μὴ σαλευόμενοι, ſic Chryſoſtomus ad verſum 6. Pſalmi ρμη. [illegible]. Locus integer divinam διοίκησιν univerſi elegantiſſimè depingit. [illegible] Vox autem σαλεύεσθαι ut obiter moneamus, non ſemper motum localem & corporis ſignificat, ſed motus etiam & affectus animi interdum metaphoricôs, ut notat Greg. Nazian ad illud Pſal. [illegible] ut eſt in Catena noſtra. [illegible] JUN.

Ibid] Non facilè quis ſibi indulſerit eam dictaturam, ut velit de ſuo contradictoriam apponere auctoris vocibus, cujus mentem interpretari præ ſe fert, præſertim ſi ejuſmodi verba commodum ſenſum ullatenus admittant; quod quidem hic loci contingere ordetur. Quiſquis enim perpetuam cœlorum vertiginem, Planetarum errores, Apogea & Perigea, progreſſiones, ſtationes & retrogradationes, & varia quæ ſubinde occurrunt phænomena obſervaverit; æſtu quodam rapi, & mariti fluctûs adinſtar σαλεύεσθαι non diffitebitur; præſertim poſt exploſos, per ſolidiſſima argumenta, ſolidos orbes & inductas inde hypotheſes de ſyſtematum liquido in æthere ceu vaſtiſſimo in pelago decurſo, & tantum non in Carteſianis vorticibus perenni jactatione. FELL.

80. Ἀλλήλοις ἐμποδίζοντα] Lego ἀλλήλοις ἐμποδίζοντες. De lucis & tenebrarum, diei & noctis, mutua & perpetua ſucceſſione, de conſtanti & irremiſſo à prima creatione utriuſque curſu, ſine ulla confuſione, aut impedimento quocunque, legatur Chryſoſtomi homil. 3. in Geneſin. [illegible] & paullo infra, [illegible] Et Juſtinus Martyr, ad Diognetum [illegible] &c. Et Eucherius de contemptu mundi. *Cernis ut etiam dies atque anni, & cuncta hæc ornamenta cæli, Dei verbum mandatumque infatigabili obſervatione conſervent, præceptorumque ejus cuſtodiam irremiſſa lege famulatum.* JUN.

81. Ἀβύσσων τε ἀνεξιχνίαστα, καὶ νερτέρων ἀνεκδιήγητα κρίματα] Nihil temere mutandum. Abyſſorum & Inferorum judicia videntur dici, quòd illic potiſſimùm Deus juſtitiam ſuam exerceat. COT.

82. Κύτος] Heſychius κύτος, [illegible]. Vertendum *moles*, cum reverendiſſ. *Pearſono* in Apol. LXX. Int. contra *Hieronymum*. Sic Pſ. LXIV, 8. Reſpicit *Clemens* Geneſ. I, 9. COLOM.

83. Οὐ παρεκβαίνει τὰ περιτεθειμένα αὐτῇ κλεῖθρα.] De cancellis & limitibus mari à Deo poſitis, intra quos fluctuum feroces fremitus ſe continentes, præſcriptos fines tranſgredi non audent, vid. Jerem. 5. 22. & Proverb. 8. 29 ubi 70. Seniores voce ἀφορισμοῦ utuntur, quæ exactam terminorum limitationem, & finium accuratam metationem ſignificat. Vide etiam Tertullianum cap. primo de Trinitate, & Chryſoſtomum ad verſ. 7. Pſalmi ρμη. & Theodoretum ad eundem, [Edidit A. 1641. Sirmondus. Verùm verba hæc loco citato non leguntur. Conſule Sermonem 4. [illegible] & confer cum verbis à Junio hic laudatis, COL.] cujus verba cùm græcè adhuc non exſtent, & ſint longè elegantiſſima, placet hic atteœere. [illegible] Cum his confer, quæ ſcribit Cyrillus Hieroſ. catech. 9. [illegible] JUN.

tus in ſe comminuentur. Oceanus hominibus im- | τελεῖται. [84] Ὠκεανὸς ἀνθρώποις ἀπέρατος, καὶ [85] οἱ μετ'

84 Ὠκεανὸς ἀνθρώποις ἀπέρατος, καὶ οἱ μετ' αὐτὸν κόσμοι] Dicitur Oceanus hominibus ἀπέρατος: tum quia, ut ait Hieronymus ad Epheſ. IV. 7. *mare immenſum eſt, & capacitas ejus Deo ſoli nota*: tum quia, teſte Theodoreto ad Pſalm. LXXI. 8. πέρας δὲ γῆς τὰ μεγάλα ἐπὶ τὰ ἄπειρα πελάγη, ἃ τινες Ἀτλαντικὰ καλοῦσιν, ἃ ἀνεπιβατά [illegible]. *Nimis abſurdum eſt*, verba ſunt Auguſtini lib. 16. de civit. Dei cap. 9. *ut dicatur aliquos homines ex hac in illam partem, Oceani immenſitate trajecta, navigare ac pervenire potuiſſe.* Apud Gildam Sapientem, de excidio Britanniæ, initio; *Oceani diffuſiore, & ut ita dicam, intranſmeabili undique circulo.* Plinius lib. 2. cap. 67. *hæc maria circumfuſa undique dividuo globo, partem orbis auferunt nobis; nec inde huc, nec hinc illo pervium tractu.* Conſule Macrobium in Somnium Scipionis lib. 2. cap. 5. Item Joſephum de bello Judaico lib. 2. cap. 12. Imitatur autem Epiſtolam hanc ad ſeditioſos Corinthios datam Dionyſius Alexandrinus, ſcribens de ſeditione Alexandriæ concitatâ, apud Euſebium lib. 7. cap. 21. Hiſtoriæ: ὁ πολὺς καὶ ἀπέρατος ἀνθρώποις ὠκεανός. Eò quoque reſpicere videtur Irenæus lib. 2. cap. 47. *Quid autem*, inquit, *poſſumus exponere de Oceani acceſſu & receſſu, cùm conſtet eſſe certam cauſſam? Quidve de his quæ ultra eum ſunt enunciare, qualia ſint?* quibus verbis apponi debent iſta Hilarii ad Pſalmi 68. finem; *Mare, quod profunda infinitaque ſui obice mentem humanæ opinionis excedat, ut neque quid extra ſe, neque quid intra ſit, ſenſu perſequente capiamus.* Sed & Clementis Romani locus citatur à cognomine Alexandrino, Strom. 5. p. 586. ubi de multis cœlis ſeu mundis; & à Hieronymo in Epheſ. II. 2. qui, opinor, tranſcribit Origenis Commentarios; necnon ab ipſo Origene lib. 2. περὶ ἀρχῶν cap. 3. quo loci Noſtrum exponens ait; *Meminit ſane Clemens Apoſtolorum diſcipulus, etiam eorum quos ἀντίχθονας Græci nominant, atque illius partes orbis terræ, ad quas neque noſtrorum quiſquam accedere poteſt, neque ex illis qui ibi ſunt quiſquam tranſire ad nos, quos & ipſos mundos appellavit, cùm ait*; Oceanus intranſibilis eſt hominibus, & hi qui trans ipſum ſunt mundi, qui his eiſdem dominatoris Dei diſpoſitionibus gubernantur. Et infrà; *Ea hic tamen quæ Clemens viſus eſt indicare, cùm dicit*; Oceanus intranſmeabilis eſt hominibus, & hi mundi qui poſt ipſum ſunt; *qui poſt ipſum ſunt mundos pluraliter nominans, quos & eadem Dei ſummi providentiâ agi regique ſignificat; ſemina quædam nobis hujuſmodi intelligentiæ videtur aſpergere, quò putetur omnis quidem univerſitas eorum quæ ſunt atque ſubſiſtunt, cœleſtium & ſupercœleſtium, terrenorum infernorumque, unus & perfectus mundus generaliter dici; intra quem, vel à quo cæteri (ſi qui illi ſunt) putandi ſunt contineri. Unde voluit quidem* (f. voluit quidam, vel volunt quidam) *globum lunæ vel ſolis, cæterorumque aſtrorum, quos Planetas vocant, per ſingula mundos nominari. Sed & ipſum ſupereminentem quem dicunt* [ἀπλανῆ] *globum, nihilominus mundum appellari volunt. Denique etiam Baruch Prophetæ librum in aſſertionis hujus teſtimonium vocant, quòd ibi de ſeptem mundis vel cœlis evidentiùs indicatur*, &c. Primæ Adamantii explicationi favet Plinius Hiſt. Nat. lib. 6. cap. 22. his verbis, *Taprobanen alterum orbem terrarum eſſe, diu exiſtimatum eſt, Antichthonum appellatione.* Et poſtea; *Sed ne Taprobane quidem, quamvis extra orbem relegata, noſtris vitiis caret.* Mela lib. 1. cap. 9. *Quòd ſi eſt alter orbis, ſuntque oppoſiti nobis à Meridie Antichthones.* lib. 3. cap. 7. *Taprobane, aut grandis admodum inſula, aut prima pars orbis alterius Hipparcho dicitur.* Omitto omnium ſermone celebratam Epiſtolam Zachariæ Papæ ad Bonifacium Archiepiſcopum, quâ Virgilium Presbyterum damnat, quod alium mundum alioſque homines ſub terra eſſe affirmaret. Quinetiam partes mundi incognitæ, diſſitæ, & ultra Oceanum poſitæ, ſolent orbes appellari. Sic *Cæſar cum Britanniam ingreſſus, alium ſe orbem terrarum ſcripſit repperiſſe.* Uti refertur ab Eumenio, Panegyrico in Conſtantium. Notiſſimus Virgilii verſus;

Et penitus toto diviſos orbe Britannos.

Ad quem Servius notat, Britanniam à Poëtis dici alterum orbem terrarum. Notus etiam ille Manilii lib. 4.

Ignotoſque novos Pontus ſubduxerat orbes.

Quibus adde hos Senecæ in Medea;

Venient annis
Sæcula ſeris, quibus Oceanus
Vincula rerum laxet, & ingens
Pateat tellus, Tiphyſque novos
Detegat orbes, nec ſit terris
Ultima Thule.

Itaque longè abit ſententia Clementis ab errore Philoſophorum & Hæreticorum quorumdam, qui plures aut innumerabiles mundos à noſtro hoc planè diverſos ſomniabant. Legatur infrà, caput 28 COT.

Ὠκεανὸς ἀνθρώποις ἀπέρατος.] Lege ἀπέραντος, atque ita Ruffinus Origenis interpres, *intranſibilis & intranſmeabilis* vertit; licet eodem errore apud Clementem Alex. ſcribatur, ἀπέρατος. Per Oceanum autem hic, niſi me fallit conjectura, τὴν ἔξω θάλασσαν intelligit, neque eam omnem, ſed Britannicum noſtrum & Hibernicum mare, quod veteribus Græcis & Romanis æquè impervium erat, ac ipſa Britannia incognita, cujus ora maritima quæ contra Galliam eſt, ante Julii Cæſaris tempora (qui poſteris oſtendiſſe potius quàm tradidiſſe inſulæ notitiam dicitur) via Gallis vicinis illorumque mercatoribus innotuerat. Quid quod Baſilius longè poſt Clementem noſtrum, homil. 4. in Hexaëmeron, τὸ πέλαγος τὸ Βρεττανικὸν τοῦτο καὶ τὸ ἑσπέριον [illegible], μέγα vocat καὶ πλωτῆρσιν ἀτόλμητον: quem locum Ambroſius ſic exprimit. *Quis deinde ſciat; in quantum ſe aliud magnum & inacceſſum navigantibus, atque inexpertum nautis fundat mare, quod Britannias frementi includit æquore?* &c. Et Libanius Baſilii coætaneus in Baſilico, deſcribens Conſtantii Imperatoris τὸν διάπλουν εἰς τὴν νῆσον τὴν Βρεττανίαν, & trajectûs difficultatem maximam, propter æſtus contrarios, & ventorum violentiam, mare Britannicum ἀπέρατον eſſe dicit; ubi fortè ἀπέραντον legendum eſſe, non ineptè quis conjicere poteſt, ſed de voce contentionem non moveo. Ejus verba ita ſe habent. Ἔτι δὲ λόγος, μάρτυρας τὰς ὄψεις [illegible], ὡς [illegible] ὡς [illegible] ὑπὲρ [ἐπὶ τὰς νήσους] [illegible] τῆς θαλάττης, ἣ [illegible] [illegible], [illegible] μὲν [illegible] εἰς [illegible] τὰ [illegible]· [illegible] δὲ [illegible], πρὸς ἀπέρατον [illegible] πέλαγος· τὸ δὲ [illegible]. [illegible] τοὺς [illegible] ὁ [illegible] τὴν τέχνην. [illegible] μὲν [illegible] ἡ θάλαττα ἡ δὲ [illegible] ὑπὲρ τῶν [illegible]. ὅτι [illegible] τὸ [illegible]· [illegible] οἱ μὲν [illegible] τὴν [illegible]. [illegible] τὸ [illegible]· καὶ δεῖ τὰ λοιπὰ [illegible] τοὺς [illegible] ἢ δὲ [illegible] πρὸς τὴν [illegible], [illegible] μακρὸν τὸ πλοῖον, [illegible] πρὸς τὸ ἄχθος τὸ [illegible]. JUN.

Ibid.] Rectiùs diffuſiſſimo mari Atlantico hæc convenient, præſertim cum ex Suida diſcamus πάντα τὰ ἄπλοα πελάγη, *omnia innavigabilia Maria Atlantica* appellari; & etiam abundè cognoverimus Veteres penè omnes in ea fuiſſe ſententia, naturæ & rerum fines, Cimmerias tenebras, fœdam caliginem, irremeabiles paludes, & vaſtum demum Chaos ibi verſari. FELL.

85. Καὶ οἱ μετ' αὐτὸν κόσμοι] Κόσμοι pro κόσμος numero plurali, quod hebraicum eſt, & Scripturis familiare, ut notat Chryſoſt. ad v. 1. Pſal. 18. ut eſt in Catena noſtra, Ὁ δὲ ψαλμὸς [illegible] ὀρανῶν, καὶ [illegible] [illegible], [illegible] ὅτι [illegible] ὁ τῆς [illegible] [illegible] [illegible]. [illegible] γὰρ τὸ [illegible], ὁ οὐρανὸς τοῦ οὐρανοῦ. [illegible], οἱ οὐρανοὶ τῶν οὐρανῶν. Sic Theodoretus quæſt. 11. in Geneſin, [illegible] δὲ ἡ θεία γραφὴ τοὺς οὐρανοὺς ὀνομάζει λέγουσα οἱ οὐρανοὶ τῶν οὐρανῶν, [illegible] τῆς [illegible] ἡ γλῶττα, ὅτι τὸ οὐρανὸς. [illegible] τὸ ὕδωρ [illegible] ὀνομάζεται. [illegible] δ' ἄν τις [illegible] καὶ [illegible] τῇ [illegible] φωνῇ Ἀθῆναι γὰρ τὴν πόλιν οὐδεὶς [illegible] ὀνομάζει, ἀλλ' Ἀθήνας [illegible], καὶ Δελφοὺς τὴν πόλιν, οὐδεὶς [illegible] Δελφὸν ἀλλὰ Δελφούς. Sic Philoponus in Geneſin lib. 4. cap. 5. [illegible] τῶν [illegible] καὶ [illegible] λέγεται. ὁ αὐτὸς μὲν [illegible] ἐν [illegible] φωνῇ [illegible], nec tantum in nominibus propriis hoc obtinere vult, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ [illegible], & utriuſque generis exempla affert. Τῶν κόσμων autem nomine, ſi præcedens noſtra conjectura vera eſt, gentes Britannicæ intelligendæ veniunt, & populus qui inſulam incolebat; vel inſula ipſa, quæ propter magnitudinem, mundi alterius nomen meretur, & à reliquo orbe, tanquam orbis alter, Oceano diviſus eſt. Verùm hæc accuratius perpendenda τῶν γεωγράφων παισὶ relinquimus, neque quicquam in re adeo obſcurâ, pro certo & indubitato affirmamus; nobiſque ſatis erit, ſi viris doctis, quæ in medium protulimus, non prorſus ἀπίθανα, nec penitus abſurda videbuntur. JUN.

Ibid.] Sentit *Junius* orbes hoſce eſſe Inſulas Britannicas, & quidem rectiſſimè, ſi Poëtarum ratio ſit habenda in re ſacra. *Seneca* enim appellat *orbem ultra Oceanum*, Manilius *novos, quos pontus ſubduxerat orbes*, Virgilius *penitus toto diviſos orbe Britannos*, Claudianus *alio quæſitos orbe & noſtro diductos mundo.* Sed nec deſunt Hiſtorici, qui iſtis ſuccenturientur. *Joſephus* appellat ἑτέραν οἰκουμένην. *L. Florus* de iis verba faciens ait Cæſarem *reſpexiſſe Oceanum & quaſi hic Romanus orbis non ſufficeret, alterum cogitaſſe*; quem ſenſum iiſdem ferme verbis expreſſit *Velleius Paterculus.* Imò nec aliter ſenſiſſe viſus eſt *Urbanus* Papa Rom. qui *Anſelmum* Cantuarienſem Archiepiſcopum *alterius orbis Papam* agnoſcebat. At nihilominus cum omnibus retrò ſæculis magna hominum animos tenuit anticipatio illius Americani orbis, qui nunc detegitur; & *Plato*, *Ariſtoteles*, *Plinius*, *Ælianus*, *Seneca*, *Tertullianus* non obſcurè videntur eum adumbraſſe. Origenis ſententiæ potius accedo, qui Lib. II. περὶ ἀρχῶν hæc verba enarrans, ad trans mare ἀντίχθονας, hoc eſt, regiones Americanas retulit. Fatendum quidem eſt eum miſerè hallucinatum, quando ea quæ habentur 2. Pet. III, 13. in hunc etiam ſenſum pertraheret; ſed ſi aliquando dormitaverit, nemo ipſi jure interdicat, ne denuo expergiſcatur; nec ſolemus comperta dicentibus fidem abrogare, eò quod alibi per errorem eamdem luſiſſe deprehenſi ſunt. FELL.

μεθ' αὐτὸν κόσμοι ταῖς αὐταῖς [86] ταγαῖς τοῦ δεσπότου διευθύνονται. Καιροὶ ἐαρινοὶ, καὶ θερινοὶ, καὶ μετοπωρινοὶ, καὶ χειμερινοὶ ἐν εἰρήνῃ μεταπαραδιδόασιν ἀλλήλοις. [87] Ἀνέμων σταθμοὶ κατὰ τὸν ἴδιον καιρὸν τὴν λειτουργίαν αὐτῶν ἀπροσκόπως ἐπιτελοῦσιν. Ἀέναοί τε πηγαὶ πρὸς ἀπόλαυσιν καὶ ὑγείαν δημιουργηθεῖσαι, δίχα ἐλλείψεως παρέχονται τοὺς πρὸς ζωῆς ἀνθρώποις μαζούς. Τά τε ἐλάχιστα τῶν ζώων τὰς συνελεύσεις αὐτῶν ἐν ὁμονοίᾳ καὶ εἰρήνῃ ποιοῦνται. Ταῦτα πάντα ὁ μέγας δημιουργὸς καὶ δεσπότης τῶν ἁπάντων ἐν εἰρήνῃ καὶ ὁμονοίᾳ προσέταξεν εἶναι, εὐεργετῶν τὰ πάντα, ὑπερεκπερισσῶς δὲ ἡμᾶς τοὺς προσπεφευγότας τοῖς οἰκτιρμοῖς αὐτοῦ, διὰ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ᾧ ἡ δόξα καὶ μεγαλωσύνη εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

Ὁρᾶτε, ἀγαπητοὶ, μὴ αἱ εὐεργεσίαι αὐτοῦ αἱ πολλαὶ γένωνται εἰς κρίμα πᾶσιν ἡμῖν, ἐὰν μὴ ἀξίως αὐτοῦ πολιτευόμενοι, τὰ καλὰ καὶ εὐάρεστα ἐνώπιον αὐτοῦ ποιῶμεν μεθ' ὁμονοίας. [89] Λέγει γάρ που· Πνεῦμα κυρίου λύχνος ἐρευνῶν τὰ ταμιεῖα τῆς γαστρός. Ἴδωμεν πῶς ἐγγύς ἐστιν, καὶ ὅτι οὐδὲν λέληθεν αὐτὸν τῶν ἐννοιῶν ἡμῶν, οὐδὲ τῶν διαλογισμῶν ὧν ποιούμεθα. [90] Δίκαιον οὖν ἐστὶν μὴ λιποτακτεῖν ἡμᾶς ἀπὸ τοῦ θελήματος αὐτοῦ. Μᾶλλον ἀνθρώποις ἄφροσι καὶ ἀνοήτοις καὶ ἐπαιρομένοις καὶ ἐγκαυχωμένοις ἐν ἀλαζονείᾳ τοῦ λόγου αὐτῶν, [91] προσκόψωμεν, ἢ τῷ Θεῷ. Τὸν κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν, οὗ τὸ αἷμα ὑπὲρ ἡμῶν [92] ἐδόθη, ἐντραπῶμεν. [93] Τοὺς προηγουμένους ἡμῶν αἰδεσθῶμεν, τοὺς πρεσβυτέρους ἡμῶν τιμήσωμεν, τοὺς νέους παιδεύσωμεν τὴν παιδείαν τοῦ φόβου τοῦ Θεοῦ. Τὰς γυναῖκας ἡμῶν ἐπὶ τὸ ἀγαθὸν διορθωσώμεθα, τὸ ἀξιαγάπητον τῆς ἁγνείας ἦθος ἐνδειξάσθωσαν, τὸ ἀκέραιον τῆς πραΰτητος αὐτῶν βούλημα ἀποδειξάτωσαν, τὸ ἐπιεικὲς τῆς γλώσσης αὐτῶν [94] διὰ τῆς * φωνῆς φανερὸν ποιησάτωσαν, τὴν ἀγάπην αὐτῶν [95] μὴ κατὰ προσκλίσεις, ἀλλὰ πᾶσι τοῖς φοβουμένοις τὸν Θεὸν ὁσίως, ἴσην παρεχέτωσαν. Τὰ τέκνα * ὑμῶν τῆς ἐν Χριστῷ παιδείας μεταλαμβανέτωσαν, μαθέτωσαν τί ταπεινοφροσύνη παρὰ Θεῷ ἰσχύει, τί ἀγάπη ἁγνὴ παρὰ τῷ Θεῷ δύναται, πῶς ὁ φόβος αὐτοῦ καλὸς καὶ μέγας καὶ

Ita etiam interpungendum in Cl. Alex.

* Cl. Alex. σιγῆς.

* Cl. Alex. ὑμῶν.

permeabilis, & qui poſt ipſum ſunt mundi, eiſdem Domini diſpoſitionibus gubernantur. Tempeſtates vernæ, æſtivæ, autumnales, & hyemales, in pace aliæ aliis ſuccedunt. Ventorum libramina proprio tempore munus ſuum ſine offendiculo obeunt. Fontes etiam perennes, ad uſum & ſanitatem creati, ubera ſua indeſinenter ad hominum vitam præbent. Denique animalia minima, cœtus ſuos in concordia & pace faciunt. Hæc omnia magnus opifex, & rerum omnium Dominus, in pace & concordia fieri juſſit; omnibus benefaciens; ſuperabundanter autem nobis, qui ad miſerationes ejus confugimus, per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum; cui gloria & majeſtas in ſæcula ſæculorum. Amen.

Citat. Cl. Alex. Str. 5. p. 586. B. Orig. 2. de Princip. 3. Hieron ad Eph. 2. 2. Phot. cod. 126. Job. 38. 25.

XXI. Videte, dilecti, ne beneficia ejus plurima omnibus nobis in condemnationem cedant, niſi dignè illo viventes, bona & placita in conſpectu ejus fecerimus concorditer. Dicit enim alicubi: *Spiritus Domini, lucerna ſcrutans ſecreta ventris.* Conſideremus quòd propè eſt, & quòd nihil latet ipſum, tum cogitationum noſtrarum, tum ratiocinationum quas facimus. Æquum igitur eſt, ut ab ejus voluntate non ſimus transfugæ. Homines ſtultos, inſipientes, elatos, & glorianres in ſermonis ſui jactantia, offendamus, potiùs quàm Deum. Dominum Jeſum Chriſtum, cujus ſanguis pro nobis datus eſt, vereremur. Præpoſitos noſtros revereamur; ſeniores noſtros honoremus; juvenes doceamus diſciplinam timoris Dei. Uxores noſtras ad id quod bonum eſt corrigamus; amabiles caſtitatis mores oſtendant; ſimplicem ac ſinceram manſuetudinis ſuæ voluntatem demonſtrent; linguæ ſuæ moderationem ſilentio manifeſtam faciant; caritatem ſuam, non ſecundùm animi propenſiones, ſed omnibus qui ſanctè Deum timent, æqualem exhibeant. Liberi noſtri diſciplinæ Chriſti participes ſint; diſcant quid humilitas apud Deum valeat, quid caſta caritas apud Deum poſſit; quo modo timor ejus bonus eſt ac magnus, & ſer-

Citat. Cl. Alex. Str. 4. p. 517. Prov. 20. 27. Philipp. 4. 5.

86. Ταγαῖς] Malè conjiciunt ἐπιταγαῖς ἢ διαταγαῖς. Heſychius: ταγαῖς, ἀρχαῖς, ἡγεμονίαις. COLOM.

87. Ἀνέμων σταθμοὶ.] Etiam venti, utcunque inconſtantes Legi ſubjiciuntur. Annua agnoſcunt flamina & ſtatis temporibus quaſi ex condicto redeunt; adeo non prorſus *ubi vult ſpirat ventus*. FELL.

88. ᾯ ἡ δόξα &c.] Non tantùm in fine, ſed in initio, & medio epiſtolarum ſuarum, Divus Paulus δοξολογίαν uſurpat, quem Clemens diſcipulus, ut in aliis, ſic in hoc etiam imitatur. Apud Chryſoſtomum homil. 55. in Matthæum, hymnus εὐχαριστήριος habetur, quo monachi ſui temporis in Eremo, à cœna utebantur (quos propter vitæ ſanctimoniam, & cœleſtem in terris converſationem, ἀγγέλους vocat) in quo, cur poſt δοξολογίαν, hymnum rurſus inciperent & continuarent, rationem reddit, his verbis, Μὴ τοίνυν μοι δὴ τούτοις ἀγγελικὴν τοῦ ἀγγέλους ὡς ἀπίστους ποιῶν, ὅτι ... τὸν λόγον εἰς δοξολογίαν, πάλιν ἄρχεται τῶν ὕμνων τῶν ἱερῶν, ... ἀπὸ δοξολογίας ἄρξασθαι, καὶ εἰς τοῦτο τελευτῶντες. καὶ μετὰ τὴν τελευτὴν πάλιν ... πάλιν· Sic Hieronymus in præfatione in Pſalmos ad Sophronium, probat unum tantùm eſſe Pſalmorum volumen, licet quinquies occurrat illud γένοιτο, γένοιτο i. e. Amen, Amen; unde quidam in quinque libros dividere ſolent, & ὥσπερ πεντάτευχον faciunt, ut loquitur Nicetas in præfatione in Catenam ſuam. *Si enim Amen, inquit, pro quo Aquila tranſtulit πεπιστωμένως in fine tantummodo librorum ponitur, & non interdum aut in exordio, aut in calce ſermonis ſive ſententiæ, nunquam ſalvator in Evangelio loqueretur,* Amen Amen dico vobis: *nec Pauli epiſtolæ, in medio illud opere continerent. Moyſes quoque & Jeremias, & cæteri in hunc modum multos haberent libros, qui in mediis voluminibus ſuis,* Amen, *frequenter interſerunt.* JUN.

89. Λέγει γάρ που· πνεῦμα, κυρίου λύχνος, ἐρευνῶν τὰ ταμιεῖα τῆς γαστρός] Ita diſtinguo. Dictum eſt Salomonis, Proverb. XX. 27 ex memoria paullo indiligentius, ut ferè fit, prolatum. Neque enim recurrendum ad libros vel Apocryphos, vel ſacros deperditos, quò mittimur à viro doctiſſimo Johanne Morino Exercitatione Biblicâ 9. cap. 4 num. 8. Idem porrò ſenſus Dicto datur in Catena Græcorum Patrum. COT.

90. Δίκαιον οὖν ad τῷ Θεῷ.] Interpolatoris hæc ſunt. Verba ab uſu remota aut difficilia indoctus homo vitat, immutatque & metuit de Gnoſticis, ut dolum tegat, ſed tranſparet. B. Perita, nempe, hæc vult vir doctus à *Clemente Alexandr*, p. 517. ſed interpolata, ut Clementis Romani verba haberi queant.

91. Προσκόψωμεν.] Fortè προσκρούσωμεν, quâ voce Chryſoſtomus frequentiſſimè utitur, ut homil. 20. in epiſt. ad Ephes. οὐδὲν φοβεῖται τῶν ἐν τῷ βίῳ, ἢ μόνον τὸ προσκροῦσαι τῷ Θεῷ. & homil. 5. in epiſt. ad Rom. τὸ γὰρ προσκρούσαι τῷ Θεῷ τῆς κολασθῆναι χαλεπώτερον. & in Matth. homil. 31. τὸ γὰρ πάντων χαλεπώτερον ... ὅτι τῷ Θεῷ προσκρούει: & alibi paſſim: quibus vero προσκόψωμεν magis arridet, per me retineant licebit, cùm ſciam apud Petrum ſcriptum eſſe, τῷ λόγῳ προσκόπτουσι. JUN.

92. Ὑπὲρ ἡμῶν ἐδόθη] Clemens Alex. legit ἡγιάσθη: quid ſi ἐδόθη, ſed nihil muto. Ibid.

93. Τοὺς προηγουμένους] Omnia apud *Clementem Alexandr.* probè cohærent. Apud *Clementem Romanum* eſt maxima perturbatio. Caput hoc ex *Clemente Alexandr.* p. 517. miſerè corruptum eſt. B.

94. Διὰ τῆς φωνῆς] Clemens Alex. legit σιγῆς, & quidem multò rectiùs: γυναικὶ γὰρ κόσμον ἡ σιγὴ φέρει, ut author eſt Sophocles. Modeſto enim ſilentio in muliere nihil commendatius, præſertim in publicis cœtibus, & ſacris conventibus, ut præcipit Paulus. Unde Cyrillus Hieroſ. in Procatecheſi, mulieres vult in templis exorciſmorum tempore, legendo, orando, & pſallendo occupatas eſſe, ſed ſine omni murmure & ſtrepitu, ita ut proximè aſſidentium vicinæ aures, labiorum loquelas non audiant. Ejus verba ita ſe habent, καὶ ὁ σύλλογος πάλιν ὁ παρθενικὸς οὕτω συνηθροίσθω, ἢ ψαλλέτω, ἢ ἀναγινωσκέτω, ἢ εὐχῇ (MS Oxonienſis in Bibliotheca Bodleiana optimæ notæ, legit ἐνεχῇ, & rectè) ὥστε λαλεῖν μὲν τὰ χείλη, μὴ ἀκούεσθαι δὲ τὰ ἀλλότρια ὦτα. γυναιξὶ γὰρ λαλεῖν ἐν ἐκκλησίᾳ οὐκ ἐπιτρέπω. καὶ ἡ ἐγγαμος ὁμοίως * μη ... ἀσπαζέσθω καὶ περιβλεπέσθω, καὶ τὰ χείλη κινείσθω, φωνὴ δὲ μὴ ἀκουέσθω, &c. JUN.

* ἴσ. ἡμνείσθω.

95. Μὴ κατὰ προσκλίσεις] I. Timoth. V. 21 μηδὲν ποιῶν κατὰ πρόσκλισιν. *Nihil faciens in alteram partem declinando*, vertit Latinus Interpres. Exponitur enim πρόσκλισις per Suidam in-

ſervans omnes qui in ipſo ſanctè verſantur in pura mente. Scrutator enim eſt cogitationum & conſiliorum mentis: cujus ſpiritus eſt in nobis; & cùm voluerit, auferet eum.

Cl. Al. ibid. XXII. Hæc autem omnia confirmat fides quæ eſt in Chriſto. Ipſe etenim per Spiritum
Pſ. 33. 12. ſanctum ita nos compellat; *Venite filii, audite me; timorem Domini docebo vos. Quis eſt homo qui vult vitam, diligit dies videre bonos? Coerce linguam tuam a malo; & labia tua, ne loquantur dolum. Declina a malo, & fac bonum: quære pacem, & perſequere eam. Oculi Domini ſuper juſtos, & aures ejus in preces eorum: vultus autem Domini ſuper facientes mala; ut perdat de terra memoriam eorum. Clamavit juſtus, & Dominus exaudivit eum, & ex omnibus tribulationi-*
Pſ. 31. 10. *bus liberavit eum. Multa flagella peccatoris: ſperantes autem in Domino, miſericordia circumdabit.*

XXIII. Miſericors omnino & beneficus Pater, viſcera erga timentes eum habet; gratiaſque ſuas benignè & ſuaviter largitur iis qui ad
Lege ſuprà, ipſum ſimplici mente accedunt. Quare ne dubii
cap. 10. & animo ſimus, neque hæſitet anima noſtra ſuper
Barnabæ c. eximiis & ſplendidis ejus muneribus. Longè à
19. lege
Herm. Viſ. nobis ſit Scriptura illa, ubi dicit; *Miſeri ſunt*
3. n. 4. Pſeu- *qui animo ſunt duplices & incerti, qui dicunt;*
do Clem. *Hæc audivimus etiam à patribus noſtris; & ecce*
Epiſt. ad *conſenuimus; & nihil horum nobis accidit.* O
Jacob. c. 10. 11. leg. infr. amentes, comparate vos arbori: vitem ſumite:
Epiſt 2. primùm quidem frondes defluunt; inde in ea fit
cap. 11. germen, poſtea folium, dehinc flos, & poſt hæc
I. Jac. 1. 8. acerba uva & immatura, denique uva perfecta &
& 4. 8. & matura. Videtis quòd in exiguo tempore ad ma-
2. Pet. 3. 3. 4. & Iſ. 5. turitatem pervenit fructus arboris: in veritate,
19 Infr. E- brevi & ſubitò perficietur voluntas ejus; Scriptu-
piſt. 2. c. 10. râ etiam teſtimonium perhibente, quòd *protinus*
Mal. 3. 1. *veniet Dominus ad templum ſuum, & ſanctus quem vos exſpectatis.*

Reſurrectio. XXIV. Conſideremus, dilecti, quemadmodum
Lege infrà, Dominus continuè nobis oſtendat reſurrectionem
Epiſt. 2. c. 9. quæ futura eſt; cujus primitias fecit Dominum Jeſum Chriſtum, ſuſcitans eum à mortuis. Intueamur, dilecti, quæ omni tempore fit reſurrectionem. Dies

σώζων πάντας τοὺς ἐν αὐτῷ ὁσίως ἀναστρεφομένους ἐν καθαρᾷ * διανοίᾳ. Ἐρευνητὴς γάρ ἐστιν ἐννοιῶν καὶ ἐνθυμήσεων· οὗ ἡ πνοὴ αὐτοῦ ἐν ἡμῖν ἐστιν, καὶ ὅταν θέλῃ ἀνελεῖ αὐτήν. * Cl. Alex. προθέσει

Ταῦτα δὲ πάντα βεβαιοῖ ἡ ἐν Χριστῷ πίστις. 96
Καὶ γὰρ αὐτὸς διὰ τοῦ πνεύματος τοῦ ἁγίου οὕτως προσκαλεῖται ἡμᾶς· Δεῦτε τέκνα, ἀκούσατέ μου, φόβον κυρίου διδάξω ὑμᾶς. Τίς ἐστιν ἄνθρωπος ὁ θέλων ζωὴν, ἀγαπῶν ἡμέρας ἰδεῖν ἀγαθάς; παῦσον τὴν γλῶσσάν σου ἀπὸ κακοῦ, καὶ * χείλη σου μὴ λαλῆσαι δόλον· ἔκκλινον ἀπὸ κακοῦ, καὶ ποίησον ἀγαθόν· ζήτησον εἰρήνην, καὶ δίωξον αὐτήν. Ὀφθαλμοὶ κυρίου ἐπὶ δικαίους, καὶ ὦτα αὐτοῦ πρὸς δέησιν αὐτῶν· πρ[όσωπον δὲ] κυρίου ἐπὶ ποιοῦντας κακὰ, [τοῦ ἐξολο]θρεῦσαι ἐκ γῆς τὸ μνημ[όσυνον] αὐτῶν. Ἐκέκραξεν ὁ δ[ίκαιος,] καὶ ὁ κύριος εἰσήκουσεν αὐ[τοῦ, καὶ ἐκ] πασῶν τῶν θλίψεων [ἐῤῥύ]σατο αὐτόν. Πολλαὶ αἱ μά[στιγες] τοῦ ἁμαρτωλοῦ, τοὺς δὲ ἐ[λπίζον]τας ἐπὶ κύριον ἔλεος κυκλώσ[ει.] * f. χείλη σου
Hinc corrigendus Cl. Alex.

Ὁ οἰκτίρμων κατὰ πάντα κ[αὶ εὐερ]γετικὸς πατὴρ ἔχει σπλάγχνα ἐ[πὶ] φοβουμένους αὐτὸν, ἠπίως [τε] καὶ προσηνῶς τὰς χάριτας αὐτ[οῦ] ἀποδιδοῖ, τοῖς προσερχομένο[ις] αὐτῷ ἁπλῇ διανοίᾳ. 97 Διὸ μὴ διψυχῶμεν, μηδὲ 98 ἰνδαλλέσθω ἡ ψυχὴ ἡμῶν ἐπὶ ταῖς ὑπερβαλλούσαις καὶ ἐνδόξοις δωρεαῖς αὐτοῦ. Πόῤῥω γενέσθω ἀφ' ἡμῶν 99 ἡ γραφὴ αὐτὴ, ὅπου λέγει· 1 Ταλαίπωροί εἰσιν οἱ δίψυχοι, οἱ διστάζοντες τὴν ψυχὴν, οἱ λέγοντες· Ταῦτα ἠκούσαμεν καὶ ἐπὶ τῶν πατέρων ἡμῶν, καὶ ἰδοὺ γεγηράκαμεν, καὶ οὐδὲν ἡμῖν τούτων συμβέβηκεν. 2 Ὦ ἀνόητοι, συμβάλλετε ἑαυτοὺς ξύλῳ· λάβετε ἄμπελον· πρῶτον μὲν φυλλοῤῥοεῖ, εἶτα βλαστὸς γίνεται, εἶτα φύλλον, εἶτα ἄνθος, καὶ μετὰ ταῦτα ὄμφαξ, εἶτα σταφυλὴ παρεστηκυῖα. Ὁρᾶτε ὅτι ἐν καιρῷ ὀλίγῳ εἰς πέπειρον καταντᾷ ὁ καρπὸς τοῦ ξύλου· ἐπ' ἀληθείας ταχὺ καὶ ἐξαίφνης τελειωθήσεται τὸ βούλημα αὐτοῦ, συνεπιμαρτυρούσης καὶ τῆς γραφῆς, ὅτι ταχὺ 3 ἥξει ὁ κύριος εἰς τὸν ναὸν αὐτοῦ, καὶ ὁ ἅγιος ὃν ὑμεῖς προσδοκᾶτε.

Κατανοήσωμεν, ἀγαπητοὶ, πῶς ὁ δεσπότης ἐπιδείκνυται διηνεκῶς ἡμῖν τὴν μέλλουσαν ἀνάστασιν ἔσεσθαι, ἧς τὴν ἀπαρχὴν ἐποιήσατο τὸν κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν, ἐκ νεκρ[ῶν] ἀναστήσας. Ἴδωμεν, ἀγαπητοὶ, τὴν κατὰ και[ρὸν] γινομένην ἀνάστασιν. 4 Ἡμέρ[α καὶ] νὺξ ἀνά-

ἐπαγγελμα. Id verò nominis reſtitui debet hic S. Baſilio: ſemel quidem, Homiliâ in principium Proverbiorum p. 599. ubi nunc habemus, ὅτι πολλῶν ἡμῖν προὔλαβεν, [Editio Græca προὔλαβον] ἀλλ' ἰνδάλματα [Eadem Editio ἰνδαλμάτων] καὶ ἀλλοτριώσεις ἐνέφηναν ταῖς καρδίαις: cùm Oecumenius ad locum Apoſtoli laudatum ita citet; πολλῶν ἡμῖν ἡμᾶς προὔλαβεν, ἀλλ' ἰνδάλματα καὶ ἀλλοτριώσεις ἐνέφηναν ταῖς καρδίαις. Iterum autem, Epiſtolâ 141. in qua pari modo hodie legitur, μηδὲν ἡμῶν ἀνωφελῶν ταῖς ψυχαῖς προὔλαβεν. COT.

96 Καὶ γὰρ αὐτὸς &c.] Simplicius Clemens *Alexandrinus*, à quo hæc petita ſunt, ὁ κύριος λέγει. A Capite ſequente ad Cap. XL. adulterina omnia, poſt Clement. *Alexandrinum* addita. B.

97. Μὴ διψυχῶμεν] Duplex iſte animus apud Scriptores Sacros peſſimè audire ſolet, ut ſit ἀνὴρ δίψυχος *inſtabilis, varius, fluxus,* imò *nullius fidei,* qui cor illud, quod Deo Opt. Max. in ſolidum deberet, inter ipſum & Satanam, pietatem & lucri compendia, voluptatumque illecebras partitur & diſpeſcit. Ἰνδάλλεσθαι autem eſt φαντάζεσθαι ſpectra & phaſmata captare. Inde Jerem. XVII, 3. qui alibi *Idololatræ* redduntur, ἰνδάλματα à LXX. Interpr. dici meruere; quo omnino ſignificatu eadem vox occurrit Sap. XVII, 3. Qui ergo inani φιλαυτίᾳ ſibimet ipſis placent, & ſeipſos, ut ſine merito, ita etiam ſine rivali deperennt, quoſque B. Judas ἀυτοθαυμάζοντας appellat, ii ſunt à quorum labe & morbo S. Clemens cavere hortatur atque ſuadet. FELL.

98. Μηδὲ ἰνδαλλέσθω] Fortè ἰνδαλλέσθω literarum levi mutatione, vel potius ἰλιγγιάσθω quod idem eſt, & à Chryſoſtomo ſæpenumero uſurpatur, ut homil. 25. in epiſt. ad Hebræos, de Abrahamo verba faciens, & ejus fide quæ non vacillaverat, licet Dei præcepta promiſſis planè contraria viderentur: οὐδὲ μὲν πράγματα ἐναντία ταῖς ἐπαγγελίαις, ἐναντία ταῖς ἐπαγγελίαις προςέταξε. καὶ οὐδὲ οὕτως ἰλιγγίασεν ὁ δίκαιος οὐδὲ ὑπώπτευσε τοιοῦτον. & paullo infra ibidem, ἐπειδὴ ταῦτα τὰ χίονα προσετάξατο πολλά, καὶ οὐδὲ οὕτως ἐθορυβήθη, οὐδὲ ἰλιγγίασεν, οὐδὲ ὑπώπτευσε τοιοῦτον, & homil. 19. in epiſt. ad Eph. ubi de providentia divina dubitandum non eſſe aſſerit, licet rerum multarum cauſſæ & rationes nos lateant, quod egregiis ſimilitudinibus, à fabrorum, pictorum, apum, formicarum, aranearum, & hirundinum operibus illuſtrat. ἀλλ' ἀπελθὲ εἰς τεκτονεῖον, καὶ ἐκεῖ ἐξετάζων τὸν λόγον καίτοιγε οὐδὲν οἶδας τῶν γινομένων ἐκεῖ, καὶ πολλὰ ἄπορα εἶναί σοι δοκεῖ. οἷον ὅταν τις τὸ ξύλον ἴδῃ μεταχειρίζοντα. μᾶλλον δὲ εἰς ζωγραφεῖον εἰσελθὼν, ἐὰν ἴδῃς τὸν ζωγράφον, καὶ οὐκ ἰλιγγιάσεις. εἰπὲ γάρ μοι, οὐχὶ ἀπάτης σοι δοκεῖ πολλὰ τὰ γινόμενα, τί γὰρ αἱ σκιαὶ βούλονται καὶ αἱ γραμμαὶ καὶ αἱ ἀλλαγαὶ τῶν γραμμάτων; ἀλλ' ἐὰν ἐπιδῇ τὰ χρώματα τότε σοι φανεῖται ἡ τέχνη. καὶ οὕτως οὐδὲ ὑπὲρ ἀπορουμένων οὐδὲν διανοεῖσθαι προσήκει, &c. JUN.

99 Ἡ γραφὴ αὐτὴ] Scriptura Apocrypha; cujus teſtimonium, ut Propheticum, repetitur in Epiſt 2. cap. 11. Loca Canonicorum librorum utcumque ſimilia notavi ad marginem. COT

1. Ταλαίπωροί εἰσιν.] De hoc loco, cùm nuſquam in Scripturis extet, nihil aliud reſponderi poteſt, quàm quod ſupra de verbis Moyſis, Ἐγὼ δὲ εἰμι ἀτμὶς ἀπὸ κύθρας, ex Chryſoſtomo à nobis allatum eſt. Videtur autem reſpexiſſe ad locum Petri epiſt 2 cap. 3. Καὶ λέγοντες, Ποῦ ἐστιν ἡ ἐπαγγελία τῆς παρουσίας αὐτοῦ; ἀφ' ἧς γὰρ οἱ πατέρες ἐκοιμήθησαν, πάντα οὕτω διαμένει ἀπ' ἀρχῆς κτίσεως. JUN.

2. Ὦ ἀνόητοι] Verba hæc & ſequentia *Clementis* non ſunt, ut ex ſecunda Ep. patet, ſed ejuſdem auctoris, cujus ſuperiora. Hoc dudum monuerunt Rev. *Pearſon* & ſagaciſſimus G. *Wendelinus*. COLOM

3 Ταχὺ ἥξει ὁ κύριος εἰς τὸν ναὸν αὐτοῦ. καὶ ὁ ἄγγελος ὃν ὑμεῖς προσδοκᾶτε] Fieri poteſt, ut ἄγγελος per breviationem primo ſcriptum, poſtea tranſierit in ἅγιος. COT. Mal. 3. 1.

4. Ἡμέρα καὶ νὺξ ἀνάστασιν ἡμῖν δηλοῦσι.] Tertullianus de reſurrectione c. 12. locum hunc eleganter exprimit, nec dubium,

ἀνάστασιν ἡμῖν δηλοῦσ[ιν,] κοιμᾶται ἡ νύξ, ἀνίσταται ἡ[μέρα,] ἡ ἡμέρα ἄπεισιν, νὺξ * [ἐπέρχεται]. [Ἴδωμ]εν τοὺς καρπούς· ὁ σπόρος [πῶς δῆλον] τίνα τρόπον γίνεται. Ἐξῆλ[θεν ὁ σπ]είρων καὶ ἔβαλεν εἰς τὴν γῆν, [καὶ βληθέ]ντων σπερμάτων, ἅτινα πε[σόντα εἰ]ς τὴν γῆν ξηρὰ καὶ γυμνὰ δι[αλύεται· χρό]νῳ] εἶτ' ἐκ τῆς διαλύσεως ἡ μεγά[λη δύναμ]ις τῆς προνοίας τοῦ δεσπότου [ἀνίσ]τησιν αὐτά, καὶ ἐκ τοῦ ἑνὸς πλεί[ονα αὔ]ξει καὶ ἐκφέρει καρπόν.

* f. ἴδωμεν

[Ἴδω]μεν τὸ παράδοξον σημεῖον, τὸ [γιν]όμενον ἐν τοῖς ἀνατολικοῖς [τό]ποις, τουτέστιν τοῖς περὶ τὴν Ἀραβίαν. ᵃ Ὄρνεον γάρ ἐστιν ὃ προσονομάζεται φοῖνιξ· τοῦτο μονογενὲς ὑπάρχον ζῇ ἔτη πεντακόσια·

& nox reſurrectionem nobis declarant: cubat nox, exſurgit dies; dies abit, nox advenit. Reſpiciamus fruges: ſementis quo modo fiat omnibus obvium eſt: egreſſus eſt ſeminator, & ſemen in terram jecit; atque jactis ſeminibus; quæ arida & nuda ceciderunt in terram, tempore diſſolvuntur; & poſt diſſolutionem, magna providentiæ Domini virtus reſuſcitat ea; ac ex uno, multum fructum profert & accumulat. 1 Cor. 15.

XXV. Contemplemur ſignum mirabile, quod in Orientalibus locis, ſcilicet in Arabia fit. Avis quippe eſt quæ vocatur Phœnix: hæc ſingularis & unigena exſiſtens, annos vivit quingentos: cum-

Cyril. Hieroſ. Catech. 18 Photius, cod. 126. Phœnix.

---

hium eſt, quin in hoc, & ſequente capite quod de Phœnice eſt Clementem noſtrum ſequutus ſit. *Aſpice nunc, in quit, ad ipſa quoque exempla divinæ poteſtatis. Dies moritur in noctem, & tenebris uſquequaque ſepelitur. Funeſtatur mundi honor, omnis ſubſtantia denigratur. Sordent, ſilent, ſtupent cuncta, ubique juſtitium eſt, quies rerum. Ita lux amiſſa lugetur, & tamen rurſus cum ſuo cultu, cum dote, cum Sole, eadem & integra & tota univerſa orbi reviviſcit, interficiens mortem ſuam noctem, reſcindens ſepulturam ſuam tenebras, hæres ſibimet exiſtens, donec & nox reviviſcat cum ſuo & illa ſuggeſtu. &c.* Sic Epiphanius in Ancorato, Καὶ ὁ αὐτὸς πάλιν [illegible] Locus hic corruptus videtur, quem nos ea conjectura ſic emendandum putamus, [illegible] &c. JUN.

5. Ξηρὰ καὶ γυμνά.] Sic Prius ita apud Epiphanium, γυμνὰ καὶ ἄσπερμα βάλλεται εἰς γῆν, καὶ [illegible]. Sic Apoſtolus ad Corinth. c. 15. 37. οὐ τὸ σῶμα γενησόμενον σπείρεις, ἀλλὰ γυμνὸν κόκκον Ibid.

6. Ὄρνεον γάρ ἐστιν ὃ προσονομάζεται φοῖνιξ.] Non fertur alia fabula, in cujus enarratione conſentiant magis, magiſque diſſentiant Scriptores. Conſentiunt ferè omnes in re, diſſentiunt de modo. Et quidem mos eſt Patribus exemplo Phœnicis, partim ad mores uti, partim ad myſteria, partum Virgineum, & reſurrectionem Dominicam ac noſtram. Trahitur ab aliis ad falſa dogmata, apud Auguſtinum lib. 4. de anima & ejus origine cap. 20. & apud Maximum, citatum in Euthymii Panoplia parte 2. titulo 25. p. 607. & in Notis Hoeſchelii ad Bibliothecæ Photianæ Codicem 122. Sed mirum cunctis Chriſtianis non ſuboluiſſe fraudem, ubi paganiſmum fabellæ permiſtum. Quia autem φοῖνιξ Græcè & unigenam avem & palmam ſignificat, hinc factum eſt, ut Davidis textus Pſalm. XCI. 13. δίκαιος ὡς φοῖνιξ ἀνθήσει, à plurimis de palma, à Tertulliano in libro de reſurrectione carnis cap. 13. & ab Epiphanio in Phyſiologi capite 11. de alite ſit acceptus. Hinc etiam evenit, ut Ezechielus Poëta in Dramate inſcripto ἐξαγωγή, poſtquam egit de ſeptuaginta palmis, Exod. XV. 27. ſubjunxerit occurſum atque deſcriptionem Phœnicis, verſibus quos continet Euſebii Præparatio Evangelica lib. 9. cap. 29. & Euſtathii Commentarius in Hexaëmeron p. 25. 26. Utque Auctor Carminis de Phœnice, Lactantio tributi, in fictione ſua locum palmæ dederit. Ut denique ratione Etymologiæ, arborem alii ab ave, avem alii ab arbore deduxerint: de quo videndi præter modo memoratum Poëtam, Plinius Hiſtoriæ lib. 13. cap. 4. & Iſidorus Originum lib. 17. cap. 7. & lib. 12. cap. 7. Porrò narratiuncula Phœnicis in Editionibus poſterioribus Hieronymi manca eſt, atque adeò ea veteri Lugdunenſi ad priſtinam integritatem revocari debet, reſcribendo hunc in modum, *Phœnix avis eſt in India, & per quingentos annos de Libano implet ſe aromatibus, & ſic nidificat. Et indicat ſacerdoti Heliopolitano, menſe Famenoth aut Farmuth. Implet aram ſacerdos ſarmentis, & ibi confert Phœnix aromata, & electrum aræ imponit. Et primo ſolis ortu, Phœnix quidem movet pennas, ſolis verò calore accenditur electrum, & ſic exuruntur aromata, & ipſa Phœnix incenditur. Creſtino die de cinere gignitur vermis: ſecundo pennas efferi: tertio ad antiquam redit naturam: & ſic ad ſua loca revertitur.* Habetur locus in Epiſtola, ſeu potiùs poſt Epiſtolam ad Præſidium de cereo Paſchali. COTELERIUS.

Ὄρνεον γάρ ἐστιν ὃ προσονομάζεται φοῖνιξ.] De Phœnice, ave πολυθρυλλήτῳ, & reſurrectionis ſymbolo, multi multa, Patres Græci & Latini, hiſtorici, & philoſophi, ſtricta & ſoluta oratione. Maximus autem contra Severi dogmata ad Petrum Illuſtrium, fabulam conatur oſtendere, quæ de ea narrantur, nullumque animal μονογενὲς eſſe contendit, [illegible] (ut ille loquitur) [illegible] Ego, licèt incerta ſint quædam quæ de hac alite feruntur, & fabuloſis aucta (ut Tacitus annalium lib. 6.) exiſtere eſſe ejuſmodi volucrem, quæ redivivo ſuæ carnis humore reparetur, & de ſuo ſurgat rogo, corporiſque ſui hæres, & cineris ſui fœtus ſit, & quòd in Ægypto etiam aliquando aſpiciatur, cum illo non ambigo: maloque cum Clemente noſtro viro Apoſtolico, Tertulliano, Origene, Cyrillo Hieroſ. Euſebio, Nazianzeno, Epiphanio, Syneſio, Hieronymo, Ambroſio, Lactantio, Plinio, Seneca, Mela, Solino, Philoſtrato, Libanio, & aliis, errare; quàm Maximum & ejus ſequacium opinionem ſequi, qui τὴν [illegible] rationis humanæ imbecillitate metiuntur & vacillantis naturæ legibus, naturæ dominum circumſcribunt. Maximo autem Origenem oppono, qui lib. 4. contra Celſum, ſecundùm naturam hoc fieri poſſe aſſerit, ejus verba ita ſe habent, [illegible] Ex pleniſſimo hoc & firmiſſimo (ut Tertulliani verbis utar) reſurrectionis ſpecimini, ex Methodio, etiam noviſſimi diei non abſimile in natura indicium & documentum, addo; Pyragnum, ſcilicet, plantam, quæ ardente Olympo in mediis flammis virere & florere, ac ſi juxta aquarum decurſus plantaretur, ſed præſtat ipſum audire, qui miraculi hujus αὐτόπτης fuit. ᵃ Ἐθεασάμην ἐν Ὀλύμπῳ [illegible] (Legendum fortaſſis divisim πῦρ ἄγριον. Sic certè H. St. & ejus gener Caſaubonus. Quibus favere videtur Vitruvius lib. 8. c. 3. Sic autem ille: *In Theſſalia fons eſt profluens, ex quo fonte pecus nullum guſtat, ad quem fontem proxime eſt arbor florens purpureo colore.* Ut enim Vitruvius vocem *fons* bis iterat, ſic potuit Methodius vocem πῦρ repetere. COLOM.] Verùm ſolertibus naturæ myſtis, abditas harum rerum cauſas curatiùs indagandas relinquo, & cum Cyrillo Alexandrino, de ceto qui Jonam Dei juſſu devoravit, verba faciente, locum hunc concludo, [illegible] Sed dum hæc ſcribimus, longè funeſtiſſimum nuntium huc allatum eſt, de cæde incomparabilis Herois, & Regis bellicoſiſſimi, GUSTAVI verè Auguſti, Phœnicis hujus ſeculi; cujus egregia facinora æternus annalium honor celebrabit: nos ſubitam heu nimis & immaturam orbi Chriſtiano ejus mortem (ſi vera ſunt quæ triſti fama percrebreſcunt) ſimilitudine à Phœnice ſumpta, & verbis Libanii, in necem ſtrenui bellatoris, ſed longè diſſimilis Principis, non ineptè deflere poſſumus; ſi tantam, & tam calamitoſam tanti Ducis jacturam, verba ulla ſatis exprimere valerent. [illegible] niſi Deus Opt. Max. Eccleſiæ ſuæ miſertus, ex ejus favillis, novum & redivivum alium Phœnicem laboranti ſuo populo ſuſcitaverit; quod ut faciat, votis aſſiduis & ardentibus flagitare non ceſſabimus. γένοιτο, γένοιτο JUN.

Phot. Bibl. pag. 613. edit. Schot. ἴσ. ἐπὶ πυρὸς

Ibidem.] *Photius* in Bibliotheca, pro irritabili Criticorum indole, vitio vertit Auctori noſtro, quod de Phœnice hic verba fecerit. Meminiſſe tamen potuit, in Sacris Litteris,

fal-

cúmque jam morte diſſolvenda eſt, loculum ſibi conficit è thure, myrrha, & reliquis aromatibus, quem completo tempore ingreditur, & obit: ex carne verò ejus putrefacta, vermis quidam naſcitur, qui animalis defuncti humore nutritus, plumeſcit; deinde fortior factus, loculum illum in quo anteceſſoris oſſa repoſita ſunt, ſuſtollit; eaque portans, ex Arabica regione ad Ægyptum & urbem quæ dicitur Heliopolis vergit; & interdiu, ſpectantibus omnibus advolans, ſuper altare Solis illa collocat; atque ita retrorſum proripit ſe. Itaque Sacerdores commentarios temporum diligenter inſpiciunt, & inveniunt avem impleto anno quingenteſimo veniſſe.

XXVI. An magnum igitur & admirabile eſſe arbitramur, ſi omnium rerum opifex reſurgere faciat eos qui ſanctè & in bonæ fidei confidentia ſervierunt illi; ubi etiam per volucrem nobis oſtendit promiſſionis ſuæ magnificentiam. Dicit enim;
Pſ. 27. 7. *Et ſuſcitabis me, & confitebor tibi.* Et; *Dormivi*
Pſ. 3. 6. *& ſoporatus ſum; exſurrexi, quia tu mecum es.*
Job. 19. 25. 26. Ac rurſum Jobus dicit; *Et reſuſcitabis carnem meam hanc, quæ omnia hæc perpeſſa eſt.*

Deus. XXVII. Hac igitur ſpe, animi noſtri ad eum adſtringantur qui fidelis eſt in promiſſionibus, & juſtus in judiciis. Qui ne mentiamur præcepit, multò magis ipſe non mentietur. Nihil

γινόμενόν τε ἤδη [7] πρὸς ἀνάλυσιν τοῦ ἀποθανεῖν αὐτὸ, σηκὸν ἑαυτῷ ποιεῖ ἐκ λιβάνου, καὶ σμύρνης, καὶ τῶν λοιπῶν ἀρωμάτων, εἰς ὃν πληρωθέντος τοῦ χρόνου εἰσέρχεται, καὶ τελευτᾷ· σηπομένης δὲ τῆς σαρκὸς σκώληξ τις γεννᾶται, ὃς ἐκ τῆς ἰκμάδος τοῦ τετελευτηκότος ζώου ἀνατρεφόμενος, πτεροφυεῖ· εἶτα γενναῖος γενόμενος, αἴρει τὸν σηκὸν ἐκεῖνον, ὅπου τὰ ὀστᾶ τοῦ προγεγονότος ἐστὶν, καὶ ταῦτα βαστάζων, [8] διανίει ἀπὸ τῆς Ἀραβικῆς χώρας ἕως τῆς Αἰγύπτου, εἰς τὴν λεγομένην Ἡλιούπολιν· καὶ ἡμέρας, βλεπόντων πάντων ἐπιπτὰς, ἐπὶ τὸν τοῦ ἡλίου βωμὸν τίθησιν αὐτὰ, καὶ οὕτως εἰς τοὐπίσω ἀφορμᾷ. Οἱ οὖν ἱερεῖς ἐπισκέπτονται τὰς ἀναγραφὰς τῶν χρόνων, καὶ εὑρίσκουσιν αὐτὸν πεντακοσιοστοῦ ἔτους πεπληρωμένου ἐληλυθέναι.

Μέγα καὶ θαυμαστὸν οὖν νομίζομεν εἶναι, εἰ ὁ δημιουργὸς τῶν πάντων, ἀνάστασιν ποιήσεται τῶν ὁσίως αὐτῷ δουλευσάντων ἐν πεποιθήσει πίστεως ἀγαθῆς, ὅπου καὶ δι' ὀρνέου δείκνυσιν ἡμῖν τὸ μεγαλεῖον τῆς ἐπαγγελίας αὐτοῦ· [Λ]έγει γάρ που· Καὶ ἐξαναστήσεις με, [κ]αὶ ἐξομολογήσομαί σοι. [Κ]αί· Ἐκοιμήθην καὶ ὕπνωσα, ἐξη[γέ]ρθην, ὅτι σὺ μετ' ἐμοῦ εἶ. [Καὶ] πάλιν Ἰὼβ λέγει· Καὶ [9] ἀναστήσεις [τὴν] σάρκα μου ταύτην, τὴν ἀναντλήσασαν ταῦτα πάντα.

Ταύτῃ δὲ τῇ ἐλπίδι προσδεδέσθωσαν αἱ ψυχαὶ ἡμῶν τῷ πιστῷ ἐν ταῖς ἐπαγγελίαις, καὶ τῷ δικαίῳ ἐν τοῖς κρίμασιν. Ὁ παραγγείλας μὴ ψεύδεσθαι πολλῷ μᾶλλον αὐτὸς οὐ ψεύσεται. Οὐδὲν γὰρ ἀδύνατον

---

tem ex mente LXX. Int. *Hieronymi*, atque aliorum Interpretum animalia recenſeri non magis a naturalis Hiſtoriæ & Philoſophiæ peritis agnita, quàm Aſſyria hæc volucris, *quæ proprii corporis hæres & cinerum futus, sed rursus carnis ſuæ humore reparari, & dè ſumbis rogo reſurgere perhibetur*; ibi etenim אקו פרס, ישו, איים, שעירים, תנים, לילית. τραγέλαφοι, gryphes, πορφυρίωνες, fauni, ſatyri, ſirenes, lamia redduntur. Imò verò diſquiſitionem aliquam meretur an non de Phœnice expreſſa habeatur mentio in S. Scriptura, nimirum, Libro Jobi c. XXIX, 18 ubi dicit: עם קני אגוע וכחול ארבה ימים *exſpirabo in nido meo & ſicut Phœnix multiplicabo dies.* Vetuſtiſſimi, apud Hebræos, auctores, Lib. *Zohar*, *Thalmud* in Tract. Sanhedrin, *Bereſchith Rabbah*, Lib. *Jalkut*, R. *Salomo Jarchi*, in comment. ad hunc locum ſanè ſunt in ea ſententia. Quin & in *Maſſora* ſpecialiter notatur, quod hæc vox חול aliud ſignificet quàm vulgò, de quo *Hieronymus* in Ep. ad *Præſidium*. Et verò ea nota quadam Maſſorethica quæ adſcripta legitur, in quibuſdam Bibliis MSS. quà præteribitur bis reperiri idque in duabus ſignificationibus, ſequitur apud Jobum Phœnicem ſignificare, cum Gen. XXII, 17. arenam ſignificet. Porrò dicit R. *David Kimchi*, ſe inveniſſe vocem חול cum *Schurek*, ut Phœnicem ſignificet, in libro correcto Hieroſolymitano. Reverà LXX. ſeniores ita reddunt has voces, ἡ ἡλικία μου γηράσει ὥσπερ στέλεχος φοίνικος, ubi φοίνιξ homonymum eſt & *palmam* non minus quàm *phœnicem* effert. Sed quandoquidem חול palmam numquam denotare cognoſcitur, cogitandum venit, utrum incredibile prorſus ſit τὸ στέλεχος hic in eo ſignificatu apud eos poſitum, quo *ſtirps* & *ſtemma*, in omnibus ferè dialectis, paſſim uſurpantur. Quod ſi ſiat, ipſi LXX. Int. omnino Phœnicem agnovere. At verò ſi manifeſtæ loco adjiciatur auctores laudatiſſimos, quà ſacros, quà profanos, nimirum, *Herodotum*, *Tacitum*, *Dionem*, *Plutarchum*, *Plinium*, *Senecam*, *Melam*, *Solinum*, *Philoſtratum*, *Libanium*, *Tertullianum*, *Origenem*, *Cyrillum* Hieroſol. *Euſebium*, *Nazianzenum*, *Epiphanium*, *Syneſium*, *Hieronymum*, *Ambroſium*, *Lactantium*, *Bedam*, &c. ut taceam Poëtarum gentem & ſequioris ævi Scriptores prætercam, eadem fuiſſe in ſententia; minimè mirum videri debet (utcumque *Bochartus* aliter ſenſerit) doctiſſimum *Junium* apud ſe ſtatuiſſe tantis auſpiciis errare, præſertim in re ubi ſine noxa peccatur, quàm contrariæ ſententiæ fautoribus accedendo vel rectè ſentire. Certè cùm *Corn. Tacitus*, cui adſtipulantur reliqui iſtius ſæculi Hiſtorici, dilertè dicat *Paulo Fabio & Lucio Vitellio Coſſ. poſt longum ſæculorum ambitum, avem Phœnicem in Ægyptum veniſſe, & præbuiſſe materiem doctiſſimis indigenarum, & Græcorum, multa ſuper eo miraculo diſſerendi*; minimè putandum eſt eum merum mendacium, & puram putam fabulam effutiiſſe; præſertim quando ſatis conſtat quantum olim malus Dæmon miſerorum hominum ſuperſtitioni & ignorantiæ inſultabat, quantumque è re ejus erat eà tempeſtate, cum Evangelii ſplendor terrarum orbem vitalibus radiis ſalutare inciperet, notabili aliquo commento ſe ipſum venditare; & quidem qui ſe pro *mira principe*, per avium mauſſetia, & univerſum ſcientiæ auguralis apparatum geſſerat, quique celeberrima illa Jovis Dodonæi apud Græcos, atque Hammonis apud Ægyptios oracula, ſolenni avium πομπῇ, dedicaverat; qua de re inter alios conſuli poteſt *Herodotus* in Euterpe. Non abſurdè feciſſe videbitur, ſi nutantia ſua ſacra ſtabilire conaretur, revocato eo oſtento Heliopolis, quod animos hominum pridem imbuerat; promtiſſimámque fidem ſibi ſpondere poterat. Nimirum, quod poſt longa quædam intervalla, Avis formæ prorſus inſolitæ, à colore ſaltem, ſi non & veteri nomenclatura Phœnix dicenda, ſeſe oſtentaret; *quæ ſublato*, ut verbis *Taciti* utar, *myrrha pondere, tentatóque per longum iter, ubi par oneri, par meatui ſit, ſarcinam ſuam ad Solis aram perferret, atque adoleret*; & officio illo planè mirabili, non minùs quàm munere honorem altaribus adderet. Oſtentum certè illud, quod Tarquinio Priſco animum dedit, ut apud Romanos imperium capeſſeret, ut alia à *Livio* memorata prætercam, multum ex hoc ei trahere videtur, nec non ei facem præferre. Sed ſi hæc minùs ſatisfaciant, dici poterit Phœnicis hiſtoriam, apud omnes, pro conceſſa habitam, & proinde argumento *ad homines* ducto rectiſſimè inſervire; nihil enim refert, quibus armis hoſtem confodiamus; nec minùs feliciter ab admiſſo errore redarguetur error, quàm à veritate in medium producta veritati fides & auctoramentum accedunt. Nec aliter videtur B. Paulus, cùm in hoc ipſo negotio, apud hoſte erbitros (Corinthios intelligo) verſaretur, allegaſſe in cauſam ſuam morem pariter cum Phœnicis hac hiſtoria improbabilem, *baptiſmum pro mortuis*, ut exinde reſurrectionem comprobaret. FELL.

Ibid.] De Phœnice nullum antiquius teſtimonium habemus eo quod exſtat in Hiſtoria Sinica viri fide digniſſimè *Martini*, ſub Xoaxo IV. Imperatore: *Sub initium imperii, Solis avis apparuit, cujus adventus felicitatem regno portendi vulgò exiſtimant. Eſt forma, quà avem hanc pingunt, aquilam crederes, niſi plumarum mira & diſcolor varietas obſtaret. Phœnicem ut eſſe ſuſpicer, ejus raritas perſuadet.* Eadem legas in *Ezechielis* Tragici verſibus, apud *Euſebium*. Præp. Evang. Lib. IX. & *Euſtathium* in Hexameron. COLOM.

7. Πρὸς ἀνάλυσιν τοῦ ἀποθανεῖν] Bruſius legendum monuit, πρὸς ἀνάλυσιν, καὶ καιρὸν τοῦ ἀποθανεῖν. Quod Epiphanius ſic exprimit, ἐπὰν γνῷ τὸν καιρὸν τῆς αὐτοῦ τελευτῆς ἐφεστάναι, & Ambroſius, *quæ cum finem vitæ ſibi adeſſe adverterit.* & Tacitus, *Confecto quippe annorum numero, ubi mors propinquet, ſuis in terris ſtruere nidum, &c.* JUN.

8. *Διανίει.*] *Heſychius*: διανίει, φθεῖ (lege φθάνει) ... COLOM. Malim ego διανύει legere, apud Clementem, hoc eſt, uno, progreſſu fertur in Ægyptum, ſicut διάνυσμα vocatur progreſſus diei unius, vel noctis; ut intelligatur Phœnix, nullà interpoſità quiete, rectà in Ægyptum volare. Certè διανίει nullo modo hic convenit. CLER.

9. Ἀναστήσεις] Hunc Jobi locum ad reſurrectionem primus traxit B. *Clemens*, quem alii poſtea ſunt ſequuti. Sed quis à primitiis Chriſtianis, ſæculo majoribus, omnium Scripturæ locorum germanam explanationem expoſtulet? Quis

in

τω ἀδύνατον τῷ Θεῷ, εἰ μὴ τὸ ψεύσαϛζ. Ἀναζωπυρησάτω ἦν ἡ πίστις αὐτοῦ ἐν ἡμῖν, καὶ νοήσωμεν ὅτι πάντα ἐγγὺς αὐτῷ ἐστίν. Ἐν λόγῳ τῆς μεγαλωσύνης αὐτοῦ συνεστήσατο τὰ πάντα, καὶ ἐν λόγῳ δύναται αὐτὰ καταστρέψαι. τίς ἐρεῖ αὐτῷ, τί ἐποίησας; ἢ τίς ἀντιστήσεται τῷ κράτει τῆς ἰσχύος αὐτοῦ; ὅτε θέλει καὶ ὡς θέλει, ποιήσει πάντα. καὶ οὐδὲν μὴ παρέλθῃ τῶν δεδογματισμένων ὑπ' αὐτοῦ. Πάντα ἐνώπιον αὐτοῦ εἰσι, καὶ οὐδὲν λέληθεν τῆς βουλῆς αὐτοῦ. Εἰ οἱ οὐρανοὶ διηγοῦνται δόξαν Θεοῦ, ποίησιν δὲ χειρῶν αὐτοῦ ἀναγγέλλει τὸ στερέωμα· * ἡ ἡμέρα τῇ ἡμέρᾳ ἐρεύγεται ῥῆμα, καὶ νὺξ νυκτὶ ἀναγγέλλει γνῶσιν· καὶ οὐκ εἰσὶ λόγοι, οὐδὲ λαλιαί, ὧν οὐχὶ ἀκούονται αἱ φωναὶ αὐτῶν.

* f. εἰ

Πάντων οὖν βλεπομένων καὶ ἀκουομένων, φοβηθῶμεν αὐτόν, καὶ ἀπολείπωμεν φαύλων ἔργων μιαρὰς ἐπιθυμίας, ἵνα τῷ ἐλέει αὐτοῦ * σκεπασθῶμεν ἀπὸ τῶν μελλόντων κριμάτων. Ποῦ γάρ τις ἡμῶν δύναται φυγεῖν ἀπὸ τῆς κραταιᾶς χειρὸς αὐτοῦ; ποῖος δὲ κόσμος δέξεταί τινα τῶν [10] αὐτομολούντων ἀπ' αὐτοῦ; Λέγει γάρ που [11] τὸ γραφεῖον· Ποῦ ἀφήξω, καὶ ποῦ κρυβήσομαι ἀπὸ τοῦ προσώπου σου; ἐὰν ἀναβῶ εἰς τὸν οὐρανόν, σὺ εἶ ἐκεῖ· ἐὰν ἀπέλθω εἰς τὰ ἔσχατα τῆς γῆς, ἐκεῖ ἡ δεξιά σου· [12] ἐὰν καταστρώσω εἰς τὰς ἀβύσσους, ἐκεῖ τὸ πνεῦμά σου. Ποῖ οὖν τις ἀπέλθῃ, ἢ ποῦ ἀποδράσῃ, ἀπὸ τοῦ τὰ πάντα ἐμπεριέχοντος;

* f. σκεπασθῶμεν.

Προσέλθωμεν οὖν αὐτῷ ἐν ὁσιότητι ψυχῆς, ἁγνὰς καὶ ἀμιάντους χεῖρας αἴροντες πρὸς αὐτόν, ἀγαπῶντες τὸν ἐπιεικῆ καὶ εὔσπλαγχνον πατέρα ἡμῶν, ὃς * ἐκλογῆς μέρος ἐποίησεν ἑαυτῷ. Οὕτω γὰρ γέγραπται. Ὅτε διεμέριζεν ὁ ὕψιστος ἔθνη, ὡς * ἔσπειρεν υἱοὺς Ἀδάμ, ἔστησεν ὅρια ἐθνῶν κατὰ ἀριθμὸν ἀγγέλων· ἐγενήθη μερὶς κυρίου λαὸς αὐτοῦ Ἰακώβ, σχοίνισμα κληρονομίας αὐτοῦ Ἰσραήλ. Καὶ ἐν ἑτέρῳ τόπῳ λέγει· Ἰδοὺ κύριος λαμβάνει ἑαυτῷ ἔθνος ἐκ μέσου ἐθνῶν, ὥσπερ λαμβάνει ἄνθρωπος τὴν ἀπαρχὴν αὐτοῦ τῆς ἅλω, καὶ ἐξελεύσεται ἐκ τοῦ ἔθνους ἐκείνου ἅγια ἁγίων.

* f. add. ὑμᾶς.
* f. διέσπειρεν

Ἁγίου οὖν μερὶς ὑπάρχοντες, ποιήσωμεν τὰ τοῦ ἁγιασμοῦ πάντα, φεύγοντες καταλαλιάς, μιαράς τε * [13] ἀγνὰς συμπλοκάς, μέθας τε καὶ νεωτερισμούς, καὶ βδελυκτὰς ἐπιθυμίας, μυσερὰν μοιχείαν, βδελυκτὴν ὑπερηφανίαν. Θεὸς γάρ, φησιν, ὑπερηφάνοις ἀντιτάσσεται, ταπεινοῖς δὲ δί-

* f. ἀνάγνους καὶ

quippe Deo impoſſibile, præterquàm mentiri. Exſuſcitetur itaque in nobis fides ejus; & cogitemus quòd omnia ipſi propinqua ſunt. In Verbo magnificentiæ ſuæ conſtituit omnia, & in Verbo poteſt illa evertere. *Quis dicet ei, quid feciſti? aut quis reſiſtet virtuti fortitudinis ejus?* Cùm voluit atque ut voluit, omnia condidit; neque quidquam ab eo decretum, præteribit. Univerſa coram ipſo ſunt, nihilque conſilium ejus latet. Si *cœli enarrant gloriam Dei; opus autem manuum ejus annunciat firmamentum: Si dies diei eructat verbum, & nox nocti annunciat ſcientiam: & non ſunt loquelæ, neque ſermones, quorum non audiantur voces eorum.*

Sap. 12. 12. & 11. 22.
Matth. 24. 35.
Pſ. 18. 2.

XXVIII. Cùm omnia igitur videantur & audiantur, timeamus eum, & pravorum operum impuras cupiditates relinquamus, ut illius miſericordiâ à futuris judiciis tegamur. Quò enim noſtrûm aliquis à potente ejus manu fugere poteſt? Qualis autem mundus ſuſcipiet quempiam ab eo transfugientem. Dicit namque Scriptura alicubi: *Quò ibo, & quò abſcondar a facie tua? Si aſcendero in cœlum, tu es illic: ſi abiero ad extrema terræ, illic eſt dextera tua: Si deverſero in abyſſos, illic eſt ſpiritus tuus.* Quò igitur abibit quiſpiam, vel quò aufugiet, ab eo qui omnia complectitur?

Pſ. 138. 7.

XXIX. Accedamus ergo ad eum in ſanctitate animæ, caſtas & impollutas manus elevantes ad illum, diligentes benignum & miſericordem patrem noſtrum, qui nos electionis partem fecit ſibi. Sic enim ſcriptum eſt: *Quando diviſit Altiſſimus gentes, quando diſſeminavit filios Ada; conſtituit terminos gentium ſecundùm numerum Angelorum: factus eſt pars Domini, populus ejus, Jacob; funiculus hereditatis ejus, Iſrael.* Et in alio loco ait: *Ecce Dominus accipit ſibi gentem è medio gentium; ſicut homo accipit primitias areæ ſuæ: & ex gente illa egredientur ſancta ſanctorum.*

1 Tim. 2. 8.
Deut. 32. 8.
Deut. 4. 34.
Num 18. 27.
Ezech. 48.

XXX. Cùm igitur Sancti pars ſimus, faciamus omnia quæ ad ſanctitatem pertinent; vitantes obtrectationem, impuros ac impudicos complexus, ebrietates & inſolentias, & abominandas cupiditates, deteſtandum adulterium, exſecrabilem ſuperbiam. *Deus enim*, inquit, *ſuperbis reſi-*

Jac. 4. 6.

in multis illos non æquè hallucinatos exiſtimet, atque eorum nepotes? COLOM.

10. Αὐτομολούντων.] *Heſychius*: αὐτόμολος. ὁ πρὸς τοὺς πολεμίους ἀπελθών. πρόσφυγας. In hac voce interpretanda peccavit magnus *Caſaubonus* Polyb. Lib. IV p. 328. ubi ὁ δὲ αὐτόμολος *Automolum* vertit, quaſi nomen eſſet proprium. At *Polybius* Ætolum quemdam transfugam intelligit, cujus ante meminerat, ut monuit Caſaubono par, ſi non in quibuſdam ſuperior, *Henr. Valeſius* Præf. in Excerpt. ex Collect. Conſtantini Porphyrogenetæ. Ibid.

11. Λέγει γάρ που τὸ γραφεῖον] Rectè γραφεῖον nomine Pſalterium donant: quandoquidem, ut diſcimus ex S. Epiphanio Hæreſi 29 cap. 7. & S. Hieronymo in Prologo galeato, ac in præfatione ad Danielem, diſtribuuntur Scripturæ ſacræ Teſtamenti Veteris in νομοθεσίαν ſeu νόμον, προφήτας, & γραφεῖα: in libros Moſis ſeu Legem, Prophetas, & Hagiographa: cenſeturque in tertio ordine, liber Davidis. Certè Lucæ XXIV. 44. Pſalmos diſtinctos habes à Lege & Prophetis. *Neceſſe eſt impleri omnia quæ ſcripta ſunt in Lege Moyſi, & Prophetis, & Pſalmis, de me.* Ac ſentiunt cum Evangeliſta præſtantiſſimi Judæi, Philo & Joſephus: ille libro de vita contemplativa, poſt initium, p. 893. hic lib. 1. contra Apionem, poſt initium ſimiliter, p. 1036. Interdum tamen cum γραφεῖοις & ἁγιογράφοις non numerantur Pſalmi, juxta alias Scripturæ diviſiones, nimirum, Epiphanii capite 4. libri de menſuris & ponderibus, illiuſque exſcriptoris Johannis Damaſceni cap. 18. lib. 4. de Orthodoxa fide; item Caſſiodori lib. 1. Inſtitutionis ad Divinas Lectiones; necnon Hieronymi in præfationibus ad Tobiam & Judith. Hic enim cùm in ſupra citato Prologo, à libris Canonicis Hebræorum, libris Legis, Prophetarum, & Hagiographis, in hiſque poſtremis Pſalterio, ſejunxiſſet volumina Tobiæ ac Judithæ, eadem duo volumina in præfationibus ad ea, tradit ab Hebræis de Catalogo divinarum Scripturarum ſecari, atque legi inter Hagiographa, quorum auctoritas ad roboranda illa quæ in contentionem veniunt, minus idonea judicatur. Quo fit, ut duplicis generis Hagiographa habuiſſe dicendi ſint Hebræi, majoris videlicet, ac minoris auctoritatis, atque in prioribus dumtaxat cum ſacris Scripturis poſuiſſe Pſalmos. Nec miraberis diverſam acceptionem auctoritatemque Hagiographorum, poſtquam inſignia iſta de Canonicis libris apud B. Auguſtinum lib. 2. de doctrina Chriſtiana cap. 8. legeris; *In Canonicis autem Scripturis, Eccleſiarum Catholicarum quamplurium auctoritatem ſequatur; inter quas ſanè illæ ſunt, quæ Apoſtolicas ſedes habere, & Epiſtolas accipere meruerunt. Tenebit igitur hunc modum in Scripturis Canonicis; ut eas quæ ab omnibus accipiuntur Eccleſiis Catholicis, præponat eis quas quædam non accipiunt. In eis verò quæ non accipiuntur ab omnibus, præponat eas quas plures graviorèſque accipiunt eis quas pauciores minoriſque auctoritatis Eccleſiæ tenent. Si autem alias invenerit à pluribus, alias à gravioribus haberi; quanquam hoc facilè invenire non poſſit, æqualis tamen auctoritatis eas habendas puto.* COT.

Ibidem.] Hinc patet Clariſſ. *Iſ. Voſſium* in reſponſione ad iteratas *Ric. Simonis* objectiones immerito exiſtimare vocem γραφεῖον ab *Aquila* fuiſſe confictam. Hinc etiam firmatur *Epiphanii* locus Hæreſ. XXIX. Sect. 7. ubi de Nazarenis agens, ait libros Hagiographos à Judæis γραφεῖα appellari. Poſt *Epiphanium* idem tradit *Damaſcenus*. COLOM.

12. Ἐὰν καταστρώσω εἰς τὰς ἀβύσσους] Sic Job. 17. 13. ἐν δὲ γνόφῳ ἔστρωταί μου ἡ στρωμνή. verbum autem καταστρώσω hoc loco, proximè accedit ad fontem hebraicum. JUN.

13. Ἀγνάς.] Lege ἀνάγνους ex reverendi patris conjectura. *Heſychius*: ἀναγνος, ὁ αἰσχρός, ὁ μὴ καθαρός ἀκάθαρτος. COLOM.

1 Pet. 5. 5. *ſiſtit; humilibus autem dat gratiam.* Agglutinemur ergo ad eos quibus gratia à Deo conceſſa eſt.
I. 1. Cor. 12. 20. Induamus concordiam; humiles, continentes, ab omni ſuſurro & obtrectatione procul recedentes, operibus non verbis juſti effecti. Dicit enim;
Job. 11. 2. *Qui multa dicit; & viciſſim audiet: aut loquax videtur eſſe juſtus? Benedictus natus mulieris, brevis vitæ. Ne multus ſis in verbis.* Laus noſtra in Deo
I. 2. Cor. 10. 17. 18. Rom. 2. 29. ſit, & non à nobis ipſis: odit enim Deus eos, qui ſemetipſos prædicant. Teſtimonium boni operis noſtri ab aliis exhibeatur nobis, ſicut exhibitum eſt patribus noſtris, viris juſtis. Temeritas & arrogantia & audacia, maledictis à Deo; moderatio autem & humilitas & manſuetudo, apud illos qui à Deo benedicti ſont.

XXXI. Ejus igitur benedictioni firmiter adhæreamus; & videamus quænam ſint benedictionis viæ. Animo repetamus quæ ab initio facta
Patriarchæ. ſunt. Cujus gratiâ pater noſter Abrahamus be-
I. Jacob. 6. 21. uedictus fuit? Nonne quia juſtitiam & veritatem per fidem operatus fuerat? Iſaacus cum confidentia quod futurum erat cognoſcens, libenter factus eſt ſacrificium. Jacobus in humilitate, dum fratrem fugit, receſſit de terra ſua, & profectus eſt ad Labanem, & ſervivit: & data ſunt ei duode-
3. Reg. 11. in LXX. cim ſceptra (*hoc eſt, duodecim tribus*) Iſraëlis.

XXXII. Si quis ſigillatim & diſtinctè conſideraverit, donorum quæ per eum conceſſa ſunt magnificentiam agnoſcet. Ab illo enim orti ſunt omnes Sacerdotes ac Levitæ, qui altari Domini miniſtrant: ab illo Dominus Jeſus, ſecundùm carnem: ab illo reges, & principes, & duces, propter Judam: nec reliquæ ejus tribus in parvo hooore ſunt; utpote Deo promittente; *Erit*
Gen. 28. & 15. & 22. *ſemen tuum tamquam ſtellæ cœli.* Ii ergo omnes gloriam & amplitudinem conſecuti ſunt, ooo per ſeipſos, aot opera ſua, aut juſtas actiones quas fecerunt; ſed per voluntatem ejus. Et nos igitur ex voluntate illius in Chriſto Jeſu vocati, noo per nos ipſos juſti efficimur, neqoe per ſapientiam noſtram, aut intelligentiam, aut pietatem, aut opera quæ in cordis ſanctitate operati ſumus;
Fides. ſed per fidem, per quam cunctos qui umquam juſti fuerunt, juſtificavit Deus omnipotens; cui ſit gloria in ſæcula ſæculorum. Amen.

Bona opera. XXXIII. Quid igitur faciemus, fratres? Ceſſabimus à bonis operibus, & caritatem derelinquemus? Neutiquam hoc à nobis fieri permittat Dominus: ſed cum diligentia & ſlacritate, feſtinemus omne opus bonum perficere. Ipſe namque opifex & Dominus omnium in operibus ſuis exſultat. Cœlos enim ſupremâ ſuâ & maximâ potentiâ ſtabilivit, illoſque incomprehenſibili ſuâ ſapientiâ ornavit. Terram quoque ab aqua quæ illam ambit, ſeparavit; & tamquam ſtabilem turrim, propriæ voluntatis fundamento firmavit: &

δωσι χάριν. Κολληθῶμεν οὖν ἐκείνοις, οἷς ἡ χάρις ἀπὸ τοῦ Θεοῦ δέδοται. Ἐνδυσώμεθα τὴν ὁμόνοιαν, ταπεινοφρονοῦντες, ἐγκρατευόμενοι, ἀπὸ παντὸς ψιθυρισμοῦ καὶ καταλαλιᾶς πόῤῥω ἑαυτοὺς ποιοῦντες, ἔργοις δικαιούμενοι, καὶ μὴ λόγοις. Λέγει γάρ· Ὁ τὰ πολλὰ λέγων, καὶ ἀντακούσεται· ἢ ὁ εὔλαλος οἴεται εἶναι δίκαιος; εὐλογημένος γεννητὸς γυναικὸς ὀλιγόβιος. Μὴ πολὺς ἐν ῥήμασιν γίνου. [14] Ὁ ἔπαινος ἡμῶν ἔστω ἐν Θεῷ, καὶ μὴ ἐξ αὐτῶν· αὐτεπαινέτους γὰρ μισεῖ ὁ Θεός. Ἡ μαρτυρία τῆς ἀγαθῆς πράξεως ἡμῶν [15] διδόσθω ὑπ' ἄλλων, καθὼς ἐδόθη τοῖς πατράσιν ἡμῶν τοῖς δικαίοις. Θράσος καὶ αὐθάδεια καὶ τόλμα, τοῖς κατηραμένοις ὑπὸ τοῦ Θεοῦ· ἐπιείκεια καὶ ταπεινοφροσύνη καὶ πραΰτης, παρὰ τοῖς εὐλογημένοις ὑπὸ τοῦ Θεοῦ.

Κολληθῶμεν οὖν τῇ εὐλογίᾳ αὐτοῦ, καὶ ἴδωμεν τίνες αἱ ὁδοὶ τῆς εὐλογίας. Ἀνατυλίξωμεν τὰ ἀπ' ἀρχῆς γενόμενα. Τίνος χάριν ηὐλογήθη ὁ πατὴρ ἡμῶν Ἀβραάμ; οὐχὶ δικαιοσύνην καὶ ἀλήθειαν διὰ πίστεως ποιήσας; Ἰσαὰκ μετὰ πεποιθήσ[εως γινώ]σκων τὸ μέλλον, ἡδέ[ως ἐγίνε]το θυσία. Ἰακὼβ μετὰ ταπεινοφρ[οσύνης] ἐξεχώρησεν τῆς γῆς αὐ[τοῦ φεύγων ἀδελ]φὸν, καὶ ἐπορεύθη πρὸς [Λαβὰν,] καὶ ἐδούλευσεν· καὶ ἐδό[θη αὐτῷ] τὸ [16] δωδεκάσκηπτρον τοῦ [Ἰσραήλ.]

[Εἴ] τις καθ' ἓν ἕκαστον εἰλικρι[νῶς] κατανοήσῃ, ἐπιγνώσεται [τὰ με]γαλεῖα τῶν ὑπ' αὐτοῦ διδομ[ένων] δωρεῶν. Ἐξ αὐτοῦ γὰρ ἱερεῖ[ς] καὶ λευῖται πάντες οἱ λειτουργ[οῦν]τες τῷ θυσιαστηρίῳ τοῦ Θεοῦ· ἐξ αὐτοῦ ὁ κύριος Ἰησοῦς τὸ κατὰ σάρκα· ἐξ αὐτοῦ βασιλεῖς, καὶ ἄρχοντες, καὶ ἡγούμενοι, κατὰ τὸν Ἰούδαν· τὰ δὲ λοιπὰ σκῆπτρα αὐτοῦ οὐκ ἐν μικρᾷ δόξῃ ὑπάρχουσιν, ὡς ἐπαγγειλαμένου τοῦ Θεοῦ, ὅτι ἔσται τὸ σπέρμα σου ὡς οἱ ἀστέρες τοῦ οὐρανοῦ. Πάντες οὖν ἐδοξάσθησαν καὶ ἐμεγαλύνθησαν, οὐ δι' αὐτῶν, ἢ τῶν ἔργων αὐτῶν, ἢ τῆς δικαιοπραγίας ἧς κατειργάσαντο, ἀλλὰ διὰ τοῦ θελήματος αὐτοῦ. Καὶ ἡμεῖς οὖν διὰ θελήματος αὐτοῦ ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ κληθέντες, οὐ δι' ἑαυτῶν δικαιούμεθα, οὐδὲ διὰ τῆς ἡμετέρας σοφίας, ἢ συνέσεως, ἢ εὐσεβείας, ἢ ἔργων ὧν κατειργασάμεθα ἐν ὁσιότητι καρδίας· ἀλλὰ διὰ τῆς πίστεως, δι' ἧς πάντας τοὺς ἀπ' αἰῶνος ὁ παντοκράτωρ Θεὸς ἐδικαίωσεν· ᾧ ἔστω δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

Τί οὖν ποιήσωμεν ἀδελφοί; * ἀργήσωμεν ἀπὸ τῆς ἀγαθοποιΐας, καὶ ἐγκαταλείπωμεν τὴν ἀγάπην; μηδαμῶς τοῦτο ἐάσαι ὁ δεσπότ[ης] ἐφ' ἡμῖν γενηθῆναι· ἀλλὰ σπεύσωμεν μετὰ ἐκτενεία[ς] καὶ προθυμίας, πᾶν ἔργον ἀγα[θὸν] ἐπιτελεῖν· [17] Αὐτὸς γὰρ ὁ δημιουργὸς, καὶ δ[εσπότης] τῶν ἁπάντων, ἐπὶ τοῖς ἔρ[γοις] αὐτοῦ ἀγαλλιᾶται. Τῷ γὰρ παμμεγεθεστάτῳ αὐ[τοῦ] κράτει οὐρανοὺς ἐστήρι[ξεν,] καὶ τῇ ἀκαταλήπτῳ αὐτοῦ σ[οφίᾳ ἐκό]σμησεν αὐτούς. Γῆν τε [διεχώ]ρισεν ἀπὸ τοῦ περιέχον[τος αὐ]τὴν ὕδατος, καὶ ἥδρασεν [ὡς πύργ]ον ἀσφαλῆ, τὸ διὰ βου[λήμα]τος * f. ἀργήσωμεν

---

14. Ἔπαινος ἡμῶν ἔστω ἐν Θεῷ.] Fortè, ἐκ Θεοῦ. JUN.

15. Διδόσθω ὑπ' ἄλλων] Sic Proverb. 27. 2. Ἐγκωμιαζέτω σε ὁ πέλας, καὶ μὴ τὸ σὸν στόμα· ἀλλότριος καὶ μὴ τὰ σὰ χείλη. *In proprias enim laudes odioſa eſt jactatio*, ut Cyprianus ad Donatum loquitur, & ut Plinius epiſt. 8. lib. 1. eleganter, *quod magnificum referente alio fuiſſet, ipſo qui geſſerat recenſente, vaneſcit.* Et Clemens noſter infra, ὁ ταπεινοφρονῶν μὴ ἑαυτῷ μαρτυρείτω, ἀλλ' ἐάτω ὑφ' ἑτέρου μαρτυρεῖσθαι. Ibid.

16. Τὸ δωδεκάσκηπτρον] Hoc eſt, τὸ δωδεκάφυλον, σκῆπτρον enim pro φυλῇ ſumitur, ut Reg. 11. 31. Καὶ δώσω σοι δέκα σκῆπτρα καὶ δύο σκῆπτρα ἔσονται αὐτῷ. Sic etiam Clemens noſter pagina ſequente, τὰ δὲ λοιπὰ σκῆπτρα. Ibid.

17. Αὐτὸς γὰρ ὁ δημιουργὸς &c.] Citantur hæc tamquam Incerti, in Parallelis B. Johannis Damaſceni lib. 1. cap. 5. ſic ex interpretatione doctiſſimi hominis Jacobi Billii; *Cum ipſe ſit creator ac dominus omnium, in operibus ſuis delectatur. Etenim ſummo ſuo robore cœlos fundavit, & incomprehenſibili ſua induſtria eos ornavit: terram autem diſtinxit ab aqua eos ambeunte, & ſuper tuto voluntatis ſuæ fundamento ſtabilivit. Deinde excellentiſſimum ac præcipus maximum hominem ſuiſmet immaculatis manibus ad imaginis ſuæ effigiem finxit. Sic enim ait Deus, Faciamus hominem ad imaginem noſtram ac ſimilitudinem noſtram. Et fecit Deus hominem: maſculum & feminam fecit eos. Hæc igitur omnia cùm abſolviſſet, benedixit ac dixit, Creſcite & multiplicamini.* Legebat, opinor, in Græco; αὐτὸς ὢν δημιουργὸς καὶ δεσπότης τῶν ἁπάντων, ἐπὶ τοῖς ἔργοις αὐτοῦ ἀγαλλιᾶται· τῷ γὰρ παμμεγεθεστάτῳ αὐτοῦ κράτει οὐρανοὺς ἐστήριξεν· καὶ τῇ ἀκαταλήπτῳ αὐτοῦ σοφίᾳ ἐκόσμησεν αὐτούς· γῆν τε διεχώρισεν ἀπὸ τοῦ περιέχοντος αὐτὴν ὕδατος, καὶ ἥδρασεν ἐπὶ τὸν ἀσφαλῆ τοῦ ἰδίου βουλήματος θεμέλιον. ἔπειτα τὸ ἐξοχώτατον καὶ παμμέγεθες, ἄνθρωπον, ταῖς ἑαυτοῦ ἀμώμοις χερσὶν ἔπλασεν, ὡς ἑαυτοῦ εἰκόνος χαρακτῆρα. οὕτω γάρ φησιν ὁ Θεός· ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα ἡμετέραν καὶ ὁμοίωσιν ἡμετέραν. καὶ ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν ἄνθρωπον· ἄρσεν καὶ θῆλυ ἐποίησεν αὐτούς. ταῦτα οὖν πάντα τελειώσας, εὐλόγησεν καὶ εἶπεν, αὐξάνεσθε καὶ πληθύνεσθε. COT.

18. Τὸν

* ſ. [illegible] * θεμέλιον· τά τε ἐν αὐ[τῇ ζῶ]α φοιτῶντα τῇ ἑαυτοῦ [προστά]ξει ἐκέλευσεν εἶναι. Θάλασ[σάν τε κ]αὶ τὰ ἐν αὐτῇ ζῶα προδημιου[ργήσ]ας ἐνέκλεισεν τῇ ἑαυτοῦ [δυ]νάμει. Ἐπὶ πᾶσι τὸ ἐξοχώτατον, [καὶ] παμμεγεθὲς κατὰ διάνοιαν, [ἄν-θρ]ωπον, ταῖς ἱεραῖς καὶ ἀμώμοις χερσὶν ἔπλασεν, τῆς ἑαυτοῦ εἰκόνος χαρακτῆρα. Οὕτως γάρ φησιν ὁ Θεός· Ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα καὶ καθ' ὁμοίωσιν ἡμετέραν. Καὶ ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν ἄνθρωπον· ἄρσεν καὶ θῆλυ ἐποίησεν αὐτούς. Ταῦτα οὖν πάντα τελειώσας, ἐπῄνεσεν αὐτὰ, καὶ ηὐλόγησεν, καὶ εἶπεν· Αὐξάνεσθε καὶ πληθύνεσθε. Ἴδωμεν ὅτι ἐν ἔργοις ἀγαθοῖς πάντες ἐκοσμήθησαν οἱ δίκαιοι. Καὶ αὐτὸς οὖν ὁ κύριος ἔργοις ἑαυτὸν κοσμήσας, ἐχάρη. Ἔχοντες οὖν τοῦτον τὸν ὑπογραμμὸν, ἀόκνως προσέλθωμεν τῷ θελήματι αὐτοῦ· ἐξ ὅλης ἰσχύος ἡμῶν ἐργασώμεθα ἔργον δικαιοσύνης.

Ὁ ἀγαθὸς ἐργάτης μετὰ παῤῥησίας λαμβάνει τὸν ἄρτον τοῦ ἔργου αὐτοῦ· ὁ νωθρὸς καὶ παρειμένος οὐκ ἀντοφθαλμεῖ τῷ ἐργοπαρέκτῃ αὐτοῦ. Δέον οὖν ἐστὶ προθύμους ἡμᾶς εἶναι εἰς ἀγαθοποιΐαν· ἐξ αὐτοῦ γάρ ἐστι τὰ πάντα. Προλέγει γὰρ ἡμῖν· 18 Ἰδοὺ ὁ κύριος, καὶ ὁ μισθὸς αὐτοῦ πρὸ προσώπου αὐτοῦ, ἀποδοῦναι ἑκάστῳ κατὰ τὸ ἔργον αὐτοῦ. Προτρέπεται οὖν ἡμᾶς ἐξ ὅλης τῆς καρδίας ἐπ' αὐτῷ, μὴ ἀργοὺς, μήτε παρειμένους εἶναι ἐπὶ πᾶν ἔργον ἀγαθόν. Τὸ καύχημα ἡμῶν καὶ ἡ παῤῥησία ἔστω ἐν αὐτῷ· ὑποτασσώμεθα τῷ θελήματι αὐτοῦ· 19 κατανοήσωμεν τὸ πᾶν πλῆθος τῶν ἀγγέλων αὐτοῦ, πῶς τῷ θελήματι αὐτοῦ λειτουργοῦσιν παρεστῶτες. Λέγει γὰρ ἡ γραφή· Μύριαι μυριάδες παρειστήκεισαν αὐτῷ, καὶ χίλιαι χιλιάδες ἐλειτούργουν αὐτῷ. Καὶ ἐκέκραγον· ἅγιος ἅγιος ἅγιος κύριος σαβαὼθ, πλήρης πᾶσα κτίσις τῆς δόξης αὐτοῦ. Καὶ ἡμεῖς οὖν ἐν ὁμονοίᾳ ἐπὶ

animalia quæ in illa verſantur, juſſu ſuo præcepit eſſe. Mare etiam, & quæ in illo vivunt animalia, cùm priùs creaſſet, ſuâ potentiâ incluſit. Præ omnibus, animal excellentiſſimum & intellectûs ergo maximum, hominem, ſacris & inculpatis manibus formavit, imaginis ſuæ characterem. Ita enim ait Deus; *Faciamus hominem ad imaginem & ad ſimilitudinem noſtram. Et fecit Deus hominem: maſculum & feminam fecit eos.* Gen. 1. 26, 27. Hæc igitur omnia cùm perfeciſſet, laudavit ea, & benedixit, dixitque; *Creſcite & multiplicamini.* Ibid. v. 28. Videamus, quòd in bonis operibus, ornati fuerunt omnes juſti. Et ipſe ergo Dominus, cùm ſe operibus decoraſſet, gaviſus eſt. Habentes itaque hoc exemplar, impigrè ad voluntatem ejus accedamus; ex totis viribus noſtris operemur opus juſtitiæ. I. 1. Petr. 2. 21.

XXXIV. Bonus operarius, cum fiducia panem operis ſui accipit: ſegnis verò & remiſſus locatorem ſuum non obtuetur. Oportet ergo nos ad bonum faciendum promptos eſſe: ex hoc enim omnia conſtant. Quippe nobis prædicit; *Ecce Dominus, & merces ejus coram illo; ut reddat unicuique ſecundùm opus ſuum.* Iſ. 40. 10. & 62. 11. Itaque nos ex toto corde hortatur ad hoc, ne ſegnes & deſides ſimus ad omne opus bonum. Apoc. 22. 12. Gloriatio noſtra & fiducia in ipſo ſit: Pſal. 61. 13. voluntati ejus ſubjiciamur: attendamus ad univerſam Angelorum ejus multitudinem; quo modo aſſiſtentes, voluntati ejus miniſtrent. Dicit enim Scriptura; *Dena millia denum millium aſſiſtebant ei; & mille millia deſerviebant ei.* Dan. 7. 10. *Et clamabant; Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus Sabaoth: plena eſt omnis creatura gloriâ ejus.* Iſ. 6. 3. Et nos ergo concordi-

18. *Ἰδοὺ ὁ κύριος, καὶ ὁ μισθὸς αὐτοῦ πρὸ προσώπου αὐτοῦ, ἀποδοῦναι ἑκάστῳ κατὰ τὸ ἔργον αὐτοῦ*] Barnabæ cap. 21. ſuprà p. 16. *ἐγγὺς ὁ κύριος, καὶ ὁ μισθὸς αὐτοῦ.* In Conſtitutionibus Apoſtolicis lib. 2. cap. 14. & in Ignatio Interpolato Epiſt. ad Smyrnæos cap. 9. *ἰδοὺ ἄνθρωπος, καὶ τὸ ἔργον αὐτοῦ πρὸ προσώπου αὐτοῦ.* Eædem Diataxes lib. 5. cap. 43. *ἰδοὺ ἄνθρωπος καὶ τὸ ἔργον αὐτοῦ*: quibus verbis ſubjunguntur iſta in Quæſtionibus Anaſtaſii à Gretſero editis, Quæſt. 22. *καὶ σὺ ἀποδώσεις ἑκάστῳ κατὰ τὰ ἔργα αὐτοῦ.* Clemens Stromateus lib. 4. p. 528. *φησὶ γάρ· ἰδοὺ κύριος, καὶ ὁ μισθὸς αὐτοῦ πρὸ προσώπου αὐτοῦ, ἀποδοῦναι ἑκάστῳ κατὰ τὰ ἔργα αὐτοῦ.* Ab Origene Homil. 35. in Lucam; *Et tunc complebitur; Ecce homo, & opera ejus ante faciem ſuam.* Et Tomo 16. in Johannem, *ἰδοὺ κύριος, καὶ ὁ μισθὸς αὐτοῦ ἐν τῇ χειρὶ αὐτοῦ, ἀποδοῦναι ἑκάστῳ κατὰ τὸ ἔργον αὐτοῦ.* Baſilius in Pſalm. XXXII. 18. *ἰδοὺ κύριος, καὶ ὁ μισθὸς αὐτοῦ* (ita Editio Græca cum tribus MSS. Regiis magnæ vetuſtatis) *ἀποδοῦναι ἑκάστῳ εἰς τὸ ἔργον αὐτοῦ.* Chryſoſtomus Concione 2. de Lazaro, Tom. 5. *ἰδοὺ γάρ, φησιν, ἄνθρωπος, καὶ τὰ ἔργα αὐτοῦ.* Apud Pſeudo-Chryſoſtomum ſive Auctorem Operis imperfecti in Matthæum, ad cap. 3. verſ. 12. *Ecce homo, & opera ejus.* S. Ambroſius in Pſalmi CXVIII. octonarium 11. verſ. 82. *Deficiebat ergo in verbum Propheta. Nos autem otioſos nos putamus, ſi verbo tantummodo ſtudere videamur; & plus æſtimamus eos qui operantur, quam eos qui ſtudium cognoſcendæ veritatis exercent. Dicunt enim plerique, Ecce homo, & opera ejus, quaſi qui verbo ſtudeat, non operetur,* &c. Denique Valentinus & qui cum eo Monachi Epiſtolâ ad S. Auguſtinum, 256. inter illius Doctoris Epiſtolas, *Quia veniet Dominus, & merces ejus cum ipſo: qua ſtabit homo, & opus ejus* (malè vulgo *corpus*) *ante ipſum.* Deſumpſerunt cuncti ex locis Scripturæ ad marginem poſitis, Iſaiæ XL. 10. LXII 11. Apocal. XXII. 12. Pſalm. LXI. 13. COT.

19. *Κατανοήσωμεν τὸ πᾶν πλῆθος τῶν ἀγγέλων αὐτοῦ, πῶς τῷ θελήματι αὐτοῦ λειτουργοῦσιν παρεστῶτες. Λέγει γὰρ ἡ γραφή· μύριαι μυριάδες παρειστήκεισαν αὐτῷ, καὶ χίλιαι χιλιάδες ἐλειτούργουν αὐτῷ.* Duo hic obſervanda veniunt. Alterum, omnes Angelos aſſiſtere, ac miniſtrare, juxta doctrinam multorum: ad quam facere videntur cum teſtimonia divina, Geneſ III. 24. Tobiæ XII. 14. 15. Pſalm. CIII. 4 & Hebr. I. 7. Iſaiæ VI. 2. &c. Lucæ I. 19. atque Hebr. I. 14. tum ſuffragia SS. Patrum. *Hoſtanes*, inquit Minucius Felix, *& verum Deum meritâ majeſtate proſequitur, & Angelos, id eſt, miniſtros & nuncios Dei, ſed veri, ejuſque venerationi novit aſſiſtere.* Didymus lib. 1. de Spiritu ſancto, ex interpretatione Hieronymi, ante finem, addit iſta ad Hebr. I. ult. *Licèt enim non omnes ſingulatim inviſibiles creaturæ miſſæ ſint; tamen quia ejuſdem generis & honoris alia miſſa ſunt, quodammodo & ipſa poſſibilitate ſunt miſſa, miſſarum conſortio, æqualiſque ſubſtantiæ.* Apud eumdem Hieronymum Epiſt 142. *Quidam Græcorum in Scripturis apprimè eruditus, Seraphim Virtutes quaſdam in cœlis eſſe expoſuit, quæ ante tribunal Dei aſſiſtentes laudent eum, & in diverſa miniſteria mittantur, maximeque ad eos qui purgatione indigent, & ob priſtina peccata aliquâ ex parte ſuppliciis purgari merentur.* Atque in eadem Epiſtola Angeli ab Hieronymo appellantur *totum miniſterium cæleſte*, & *apparitrices in cæleſtibus Virtutes.* Quemadmodum Damaſceno Angelus eſt *Θεοῦ παρεστώτης καὶ λειτουργός.* Or. III. pro ſacris imaginibus. Auctor Commentariorum in Epiſtolam ad Hebræos, inter Opera S. Ambroſii, ad verſ. 7. cap. 1. *Non enim ſolos Angelos hoc ſermone ſignificat, ſed omnes Virtutes miniſteriis ſupernis fungentes.* Et poſtea; *Poteſt dici; quando lenia* (l. *lenia*) *nunciare mittuntur, Angelos eſſe, quando ad vindictam mittuntur, miniſtros eſſe, id eſt, ignem ardentem.* Quæ poſtrema concordant cum iis mox ex Hieronymo, cumque his ex eodem apud Sedulium ad Hebr. I. 7. *Duplex Angelorum officium eſt: aut enim ſpiritum conſolationis, aut ignem vindictæ hominibus miniſtrant.* item cum iſtis Hieronymianis pariter, in Pſalmum 103. *Ut in aliis lumen veritatis infundant, in aliis peccata conſumant:* & iſtis, ad locum Danielis; *Duplex Angelorum officium eſt: aliorum qui juſtis præmia tribuunt, aliorum qui ſingulis præſunt cruciatibus:* niſi ſi ultima vox mutanda eſt in *civitatibus*, ex S. Thoma ad eumdem Prophetam. *Neque enim boni, ſed mali Angeli tormentis præpoſiti ſunt*, inquit ſæpe dictus Hieronymus ſub finem libri 9. Commentariorum in Ezechielem. Idem, enarrans duos primos verſus capitis 6. Michææ; *Alii, montes, colles, & valles, Angelos arbitrantur: qui vel in cœleſtibus ſerviant Deo, vel hominibus præſint ſuper hanc terram, vel apud Inferos conſtituti; eorum qui ſuo vitio extiterint terreni, fundamenta dicantur.* Conſule de aſſiſtentia & miniſterio Angelorum Gregorium Papam Homil. 34. in Evangelia, Primaſium ad Hebr. I. 14. & Iſidorum Hiſpalenſem libro de ordine creaturarum cap. 2. Tom. 1. Spicilegii Acheriani. Itaque minùs veriſimilis fit Dionyſii opinio, in Opere de cœleſti Hierarchia contendentis, Angelos tantùm ſuperiores aſſidere Deo, ſoloſque inferiores mitti ad humana miniſteria: necnon Theodoreti contraria ſententia, ad Danielis VII. 16. exiſtimantis, digniores ex Angelis non modò adſtare, ſed miniſtrare etiam, reliquos adſtare duntaxat. Crediderim, ſacris Eloquiis potiſſimùm adductos, omnes Angelorum Ordines aſſiſtendi ac miniſtrandi officiis fungi; quoſdam tamen Angelorum ſæpiùs alterutrum munus exſequi; ita ut minores dignitate ac numero magis mittantur rebuſque noſtris ſerviant, majores verò ac plures frequentiùs aſſiſtant propter Deum, atque inter hos pauci ſint qui rariſſimè umquam ceſſent ab aſſiſtendo. Alterum quod obſervandum ſeſe offert,

diter in unum congregati, communi conſenſu tamquam ex uno ore ad ipſum clamemus totis viribus, ut participes fiamus magnarum & in-
1 Cor. 2. 9. elytarum promiſſionum ejus. Dicit enim; *Ocu-*
Iſ. 64. 4. *lus non vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis aſcendit, quanta preparavit eum exſpectantibus.*

Dona Dei. XXXV. Quàm beata ſunt & mirabilia dona Dei, dilecti! vita in immortalitate, ſplendor in juſtitia, veritas in libertate, fides in confidentia, continentia in ſanctitate; & hæc omnia ſub intellectum noſtrum cadunt. Quænam igitur ſunt quæ præſtolantibus apparantur? Sanctiſſimus opifex & pater ſæculorum, quantitatem & pulcritudinem excellentiamque illorum cognoſcit. Nos igitur ſummo ſtudio contendamus in numero exſpectantium eum reperiri, ut participes fiamus donorum repromiſſorum. Quo modo autem eveniet iſtud, dilecti? Si mens noſtra, in Deum fide ſtabilita fuerit: ſi placita illi & accepta exquiſiverimus: ſi perfecerimus quæ ad inculpatam ejus voluntatem pertinent, & ſecuti fuerimus viam veritatis; abjicientes à nobis omnem injuſtitiam & iniquitatem, avaritiam, con-
2. Cor. 12. tentiones, malignitates & fraudes, ſuſurros &
20. obtrectationes, odium Dei, ſuperbiam & oſten-
Rom. 1. 29. tationem, inanem gloriam atque amorem vani-
&c. tatis. Qui enim iſta faciunt, odioſi Deo ſunt: neque ſolùm qui ea faciunt; ſed etiam qui con-
Pſ. 49. 16. ſentiunt illis. Dicit enim Scriptura; *Peccatori autem dixit Deus; Quare tu enarras juſtitias meas, & aſſumis teſtamentum meum per os tuum? Tu verò odiſti diſciplinam, & projeciſti ſermones meos retro-ſum. Si videbas furem; currebas cum eo: & cum adulteris portionem tuam ponebas. Os tuum abundavit malitiâ; & lingua tua concinnabat dolos. Sedens adversùs fratrem tuum loquebaris; & adversùs filium matris tuæ ponebas ſcandalum. Hæc feciſti, & tacui; ſuſpicatus es iniquitatem, quòd ero tibi ſimilis. Arguam te, & ſtatuam te contra faciem tuam. Intelligite utique hæc, qui obliviſcimini Deum; ne quando rapiat ſicut leo, & non ſit qui eripiat. Sacrificium laudis honorificabit me; & illic iter quo oſtendam illi ſalutare Dei.*

τὸ αὐτὸ συναχθέντες, [20] τῇ συνειδήσει, ὡς ἐξ ἑνὸς στόματος βοήσωμεν πρὸς αὐτὸν ἐκτενῶς, εἰς τὸ μετόχους ἡμᾶς γενέσθαι τῶν μεγάλων καὶ ἐνδόξων ἐπαγγελιῶν αὐτοῦ. Λέγει γάρ· Ὀφθαλμὸς οὐκ εἶδεν, καὶ οὖς οὐκ ἤκουσεν, καὶ ἐπὶ καρδίαν ἀνθρώπου οὐκ ἀνέβη, ὅσα ἡτοίμασεν τοῖς ὑπομένουσιν αὐτόν.

Ὡς μακάρια καὶ θαυμαστὰ τὰ δῶρα τοῦ Θεοῦ, ἀγαπητοί! ζωὴ ἐν ἀθανασίᾳ, λαμπρότης ἐν δικαιοσύνῃ, ἀλήθεια ἐν παῤῥησίᾳ, πίστις ἐν πεποιθήσει, ἐγκράτεια ἐν ἁγιασμῷ, καὶ ταῦτα ὑπέπιπτεν πάντα ὑπὸ τὴν διάνοιαν ἡμῶν. Τίνα οὖν ἄρα ἐστὶ τὰ ἑτοιμαζόμενα τοῖς ὑπομένουσιν; ὁ δημιουργὸς καὶ πατὴρ τῶν αἰώνων, ὁ πανάγιος, αὐτὸς γινώσκει τὴν ποσότητα καὶ τὴν καλλονὴν αὐτῶν. Ἡμεῖς οὖν ἀγωνισώμεθα εὑρεθῆναι ἐν τῷ ἀριθμῷ τῶν ὑπομενόντων αὐτὸν, ὅπως μεταλάβωμεν τῶν ἐπηγγελμένων δωρεῶν. Πῶς δὲ ἔσται τοῦτο, ἀγαπητοί; ἐὰν ἐστηριγμένη ᾖ ἡ διάνοια ἡμῶν * πιστῶς πρὸς τὸν Θεὸν, ἐὰν ἐκζητῶμεν τὰ εὐάρεστα καὶ εὐπρόσδεκτα αὐτῷ, ἐὰν ἐπιτελέσωμεν τὰ ἀνήκοντα τῇ ἀμώμῳ βουλήσει αὐτοῦ, καὶ ἀκολουθήσωμεν τῇ ὁδῷ τῆς ἀληθείας, ἀποῤῥίψαντες ἀφ' ἑαυτῶν πᾶσαν ἀδικίαν καὶ ἀνομίαν, πλεονεξίαν, ἔρεις, κακοηθείας τε καὶ δόλους, ψιθυρισμούς τε καὶ καταλαλιὰς, θεοστυγίαν, ὑπερηφανίαν τε καὶ ἀλαζονείαν, κενοδοξίαν τε καὶ * φιλοξενίαν. [21] Ταῦτα γὰρ οἱ πράσσοντες, στυγητοὶ τῷ Θεῷ ὑπάρχουσιν· οὐ μόνον δὲ οἱ πράσσοντες αὐτὰ ἀλλὰ καὶ οἱ συνευδοκοῦντες αὐτοῖς. Λέγει γὰρ ἡ γραφή· Τῷ δὲ ἁμαρτωλῷ εἶπεν ὁ Θεός· ἵνα τί σὺ διηγῇ τὰ δικαιώματά μου, καὶ ἀναλαμβάνεις τὴν διαθήκην μου ἐπὶ στόματός σου; σὺ δὲ ἐμίσησας παιδείαν, καὶ ἐξέβαλες τοὺς λόγους μου εἰς τὰ ὀπίσω. Εἰ ἐθεώρεις κλέπτην, συνέτρεχες, καὶ μετὰ μοιχῶν τὴν μερίδα σου ἐτίθεις. Τὸ στόμα σου ἐπλεόνασε κακίαν, καὶ ἡ γλῶσσά σου περιέπλεκεν δολιότητας. Καθήμενος κατὰ τοῦ ἀδελφοῦ σου κατελάλεις, καὶ κατὰ τοῦ υἱοῦ τῆς μητρός σου ἐτίθεις σκάνδαλον. Ταῦτα ἐποίησας, καὶ ἐσίγησα. ὑπέλαβες [22] ἀνομίαν, ὅτι ἔσομαί σοι ὅμοιος. Ἐλέγξω σε καὶ [23] παραστήσω σε κατὰ πρόσωπόν σου. Σύνετε δὴ ταῦτα οἱ ἐπιλανθανόμενοι τοῦ Θεοῦ, μήποτε ἁρπάσῃ [24] ὡς λέων, καὶ μὴ ᾖ ὁ ῥυόμενος. Θυσία αἰνέσεως δοξάσει με, καὶ [25] ἐκεῖ ὁδὸς ἣν δείξω αὐτῷ τὸ σωτήριον τοῦ Θεοῦ.

* f. add. διά.

* f. φιλονεικίαν vel ἀφιλοξενίαν.

Αὕτη

---

eſt inverſio Prophetici contextûs, Dan. VII. 10. ſic; *μύριαι μυριάδες παρειστήκεισαν αὐτῷ. καὶ χίλιαι χιλιάδες ἐλειτούργουν αὐτῷ.* Cum e LXX. convenienter Archetypo redditum fuerit, *χίλιαι χιλιάδες ἐλειτούργουν αὐτῷ. καὶ μύριαι μυριάδες παρειστήκεισαν αὐτῷ.* Conſentiunt tamen cum Clemente Irenæus lib. 2. cap 6 Gregorius Nyſſenus Homil. 8. in Eccleſiaſtem, & Cyrillus Alexandrinus Epiſtolâ in Symbolum. Pejùs in aliis verba miniſtrandi & aſſiſtendi pervertuntur: ut in Tertulliano cap 3. libri contra Praxeam, Chryſoſtomo Tom. 6 Hom. de cæco & Zacchæo, Theodoro Studita Catech. 82. 107. Michaële Syncello Laudatione in Angelos, Tom. 2. Auctarii Bibliothecæ Patrum Combefiſiani, Liturgiis Gregorii & Cyrilli; & Ordinationibus Syrorum Maronitarum à Johanne Morino publicatis; necnon in Gregorio Nyſſeno Tom. 3. ad finem tractatûs de virginitate, & Baſilio Seleucienſi Oratione 1. Quinetiam qui adverſus Novatianos ſcripſit, impreſſus cum Cypriano, ſub finem ſui Opuſculi, in Danielis textu parem ponit numerum aſſiſtentium ac ſervientium. Sed maximè præ cæteris turbant Euſebius & Chryſoſtomos, Præparationis Evangelicæ lib. 7. cap. 15. & contra Anomœos Oratione 6. Tom. 1 referendo, *μύριαι μυριάδες ἐλειτούργουν αὐτῷ, καὶ χίλιαι χιλιάδες παρειστήκεισαν ἐνώπιον αὐτοῦ. vel παρειστήκεισαν αὐτῷ* COT.

20 *Τῇ συνειδήσει.*] Fortè, *καὶ τῇ συνειδήσει*, vel potius *συνειδήσει* hic etiam ſupra, *μεθ' ἐλέους καὶ συνειδήσεως* fortè *συνειδήσεως*, legendum eſt JUN.

21. *Ταῦτα οἱ πράσσοντες.*] Hæc *αὐτολεξεὶ* ferè apud Paulum ad Romanos capite primo, & verſu ultimo. Ibid.

22. *Ἀνομίαν.*] *Clemens Alexandrinus* p. 536. B. *ἄνομε*, eo quo correptor literarum ſumſit, ubi *Clemens* prætulit *ταῦτα φησὶν ἡ γραφὴ* B.

23. *Παραστήσω σε κατὰ πρόσωπόν σου.*] De hoc textu ita ſentio. Scripſerant LXX. Seniores, *παραστήσω κατὰ πρόσωπόν σου*.
Pſ. 49. 21. Id vero cum obſcurum videretur, ex præcedentibus Pſalmiſtæ verbis, explicationis gratiâ, appoſuit margini olim pronomen *σε*, alius voces *τὰς ἁμαρτίας σου*. Hincque poſtea librarii, prout libuit, aut exſcripſerunt ſincerum textum, aut *σε* te inſeruerunt, aut ſubjunxerunt *τὰς ἁμαρτίας σου*, *peccata tua*. Clementinam lectionem amplectitur Gloſſa in Catena aurea ſuper Pſalmos: & Apollinarius citatus à concinnatore alterius Catenæ aureæ in 50. priores Pſalmos, ubi præpoſtero ordine leges, *Arguam te, & ſtatuam contra te faciem tuam.* Item Eligius Homil. 8 Eamdem exhibet ac interpretatur S. Auguſtinus Enarratione in Pſalmum hunc quadrageſimum nonum. Cujus interpretatio excerpta invenitur in iis Commentariis, quæ Rufino Aquilejenſi tribui ſolent. A Fauſto apud Caniſium. T. v. P. 2. p 421. citatur ſic: *arguam te & ſtatuam illum* (ſcribo *illa*) *ante faciem tuam.* Videto eumdem Baſilium in Pſ. XXXVII. *Sedeat quotidie in tribunali mentis ſuæ, & ſtatuat ſe ante faciem ſuam*, ex Reg. Solitariorum Cap. XXIV. COT.

24. *Ὡς λέων*] Antiquiſſimum, ut vides, gloſſema, hoc Pſ. 49. 22. translatum ex altero Pſalmo, nempe 7. Exſtat quoque apud S. Auguſtinum: comparetque adhuc veſtigium illius in Explanationibus Chryſoſtomi, Theodoriti, atque Arnobii. Quod autem ab horum textu abeſt, profectum videtur ex ſolemni ſeu incuria ſeu fraude deſcribentium, dum aut ex memoria non ex codice exarant, aut geſtiunt repræſentare lectionem ſuo ſæculo vulgatam. Atque propter hoc ultimum forſan deformem protulit Theodoriti interpretationem Catena in Pſalmos à Balthaſare Corderio publici juris facta, cùm Catenæ MSS. Bibliothecæ Regiæ ab impreſſo Theodoreto nullatenus diſcrepent. Ibid.

25. *Ἐκεῖ ὁδὸς ἣν δείξω αὐτῷ τὸ σωτήριον τοῦ Θεοῦ.*] Servant *ἣν* Pſ. 49. 23. Chryſoſtomus, Hieronymus, Theodoritus, Catenæ & quædam Pſalteria Bibliothecæ Chriſtianiſſimi Regis. Exponit vero Euthymius *καθ' ἥν*. Cujus Græca ex eadem Bibliotheca profero; *καὶ διὰ τῆς ἀναγεγράφθαι, ἣν δείξω γέγραπται καὶ του-*

Αὕτη ἡ ὁδὸς, ἀγαπητοὶ, ἐν ᾗ εὕρομεν τὸ σωτήριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν, τὸν ἀρχιερέα τῶν προσφορῶν ἡμῶν, τὸν προστάτην καὶ βοηθὸν τῆς ἀσθενείας ἡμῶν. Διὰ τούτου ἀτενίσωμεν εἰς τὰ ὕψη τῶν οὐρανῶν, διὰ τούτου ἐνοπτριζόμεθα τὴν ἄμωμον καὶ ὑπερτάτην ὄψιν αὐτοῦ· διὰ τούτου ἠνεῴχθησαν ἡμῶν οἱ ὀφθαλμοὶ τῆς καρδίας· διὰ τούτου ἡ ἀσύνετος καὶ ἐσκοτισμένη διάνοια ἡμῶν [26] ἀναθάλλει εἰς τὸ θαυμαστὸν αὐτοῦ φῶς· διὰ τούτου ἠθέλησεν ὁ δεσπότης τῆς ἀθανάτου γνώσεως ἡμᾶς γεύσασθαι· [27] ὃς ὢν ἀπαύγασμα τῆς μεγαλωσύνης αὐτοῦ, τοσούτῳ μείζων ἐστὶν ἀγγέλων, ὅσῳ διαφορώτερον ὄνομα κεκληρονόμηκεν. Γέγραπται γὰρ οὕτως· Ὁ ποιῶν τοὺς ἀγγέλους αὐτοῦ πνεύματα, καὶ τοὺς λειτουργοὺς αὐτοῦ πυρὸς φλόγα. Ἐπὶ δὲ τῷ υἱῷ αὐτοῦ οὕτως εἶπεν ὁ δεσπότης· Υἱός μου εἶ σὺ, ἐγὼ σήμερον γεγέννηκά σε· αἴτησαι παρ' ἐμοῦ, καὶ δώσω σοι ἔθνη τὴν κληρονομίαν σου, κ[αὶ τὴν * κατά]σχεσιν τὰ πέρατα τ[ῆς γῆς.] Καὶ πάλιν λέγει πρὸς αὐ[τόν· Κάθου] ἐκ δεξιῶν μου, ἕως ἂν [θῶ τοὺς] ἐχθρούς σου ὑποπόδιο[ν τῶν πο]δῶν σου. Τίνες οἱ [ἐχθροὶ αὐτοῦ;] οἱ φαῦλοι καὶ ἀντιτασ[σόμενοι τοῦ Θεοῦ] τῷ θελήματι τὸ θέλημα [ἴδιον.]

* f. inſer. σε

Στρατευσώμεθα οὖν, ἄν[δρες ἀδελ]φοὶ, μετὰ πάσης ἐκτενεί[ας ἐν τοῖς] ἀμώμοις προστάγμασιν [αὐτοῦ.] Κατανοήσωμεν τοὺς στρα[τευο]μένους τοῖς [28] ἡγουμένοις ἡ[μῶν,] πῶς εὐτάκτως, [29] πῶς εἰκτι[κῶς,] πῶς ὑποτεταγμένως ἐπιτελ[οῦ]σι τὰ διατασσόμενα. Οὐ πάντ[ες] εἰσὶν [30] ἔπαρχοι, οὐδὲ χιλίαρχοι, οὐδὲ ἑκατόνταρχοι, οὐδὲ πεντηκόνταρχοι, οὐδὲ τὸ καθεξῆς· ἀλλ' ἕκαστος ἐν τῷ ἰδίῳ τάγματι τὰ ἐπιτασσόμενα ὑπὸ τοῦ βασιλέως καὶ τῶν ἡγουμένων ἐπιτελεῖ. Οἱ μεγάλοι δίχα τῶν μικρῶν οὐ δύνανται εἶναι, οὐδὲ οἱ μικροὶ δίχα τῶν μεγάλων. Σύγκρασίς τίς ἐστιν ἐν πᾶσι, καὶ ἐν τούτοις χρῆσις. Λάβωμεν τὸ σῶμα ἡμῶν· ἡ κεφαλὴ δίχα τῶν ποδῶν οὐδέν ἐστιν, οὕτως οὐδὲ οἱ πόδες δίχα τῆς κεφαλῆς· τὰ δὲ ἐλάχιστα μέλη τοῦ σώματος ἡμῶν, ἀναγκαῖα καὶ εὔχρηστά εἰσιν ὅλῳ τῷ σώματι· ἀλλὰ πάντα συμπνεῖ, καὶ ὑπο[τα]γῇ μιᾷ χρῆται εἰς τὸ σώζεσθαι ὅλον.

Σωζέσθω οὖν ἡμῶν ὅλον τὸ σῶμα ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, καὶ ὑποτασσέσ[θω] ἕκαστος τῷ πλησίον αὐτοῦ, κα[θὼς] καὶ ἐτέθη ἐν τῷ χαρίσματι αὐτοῦ. Ὁ ἰσχυρὸς μὴ * τημελείτω τὸν ἀσθενῆ, ὁ δὲ ἀσθενὴς ἐντρεπέτω τὸν ἰσχυρόν· ὁ πλούσιος ἐπιχορηγείτω τῷ πτωχῷ, ὁ δὲ πτωχὸς εὐχαριστείτω τῷ Θεῷ, ὅτι ἔδωκεν αὐτῷ δι' οὗ ἀναπληρωθῇ αὐτοῦ τὸ ὑστέρημα· ὁ σοφὸς ἐνδεικνύσθ[ω] τὴν σοφίαν αὐτοῦ, μὴ ἐν λόγοις, ἀλλ' ἐν ἔργοις ἀγαθοῖς· ὁ ταπεινοφρονῶν μὴ

* f. ἀτημελείτω vel ἀτημελήτω.

XXXVI. Hoc eſt iter, cariſſimi, in quo ſalutare noſtrum invenimus, Jeſum Chriſtum, pontificem oblationum noſtrarum, infirmitatis noſtræ patronum & auxiliatorem. Per hunc in cœlorum altitudines oculos defigemus; per hunc immaculatum & ſupremum illius vultum ſpeculabimur; per hunc oculi cordis noſtri aperti ſunt: per hunc inſipiens & obſcurata mens noſtra in admirabilem ejus lucem repullulat: per hunc voluit Dominus ut immortalem cognitionem guſtaremus: qui cùm ſit ſplendor majeſtatis ejus, tanto major eſt Angelis, quanto excellentius nomen ſortitus eſt. Ita quippe ſcriptum eſt: *Qui facit Angelos ſuos ſpiritus, & miniſtros ſuos flammam ignis*: de filio autem ſuo ſic dixit Dominus; *Filius meus es tu; ego hodie genui te. Poſtula a me, & dabo tibi gentes hereditatem tuam, & poſſeſſionem tuam terminos terræ.* Et iterum dicit ad eum: *Sede à dextris meis; donec ponam inimicos tuos ſcabellum pedum tuorum.* Quinam ſunt inimici ejus? qui pravi ſunt, quique divinæ voluntati ſuam voluntatem opponunt.

Chriſtus. Photius, c. 126. Bibliothecæ. Heb. 2 & & 4. 15. Citat. Cl. Al. Str. 4. ib. p. 518. Hebr. 1. 3. Pſ. 103. 4. Heb. 1. 7. Pſ. 2. 7. Pſal. 109. 1.

XXXVII. Militemus igitur, viri fratres, omnibus viribus in irreprehenſis ejus præceptis. Conſideremus eos qui ſub ducibus noſtris merent, quemadmodum ordinatè, quàm ſtrenuè, quo modo ſubmiſsè imperata exſequantur. Non omnes ſunt præfecti, neque tribuni, neque centuriones, neque quinquaginta militum præfecti, neque conſequentium graduum; ſed unuſquiſque in ſuo ordine, ab Imperatore & ducibus mandata peragit. Magni ſine parvis conſiſtere nequeunt, neque parvi ſine magnis: neceſſitudo quædam & temperatio in omnibus exſiſtit, ac in his uſus. Sumamus corpus noſtrum: caput abſque pedibus nihil eſt, ſic neque pedes abſque capite: minima autem corporis noſtri membra, neceſſaria & utilia ſunt toti corpori: tum univerſa conſpirant, & ad conſervationem totius unâ ſubjectione utuntur.

De ordine. 1. Cor. 12.

XXXVIII. Servetur itaque totum corpus noſtrum in Chriſto Jeſu; & unuſquiſque proximo ſuo ſubjiciatur, juxta gratiæ donum ipſi aſſignatum. Fortis ne contumeliâ afficiat imbecillem; imbecillis vero fortem revereatur: dives pauperi largiatur; pauper vero gratias agat Deo, quod ei dederit per quem inopia ejus ſuppleatur: ſapiens oſtendat ſapientiam ſuam, non in verbis, ſed in bonis operibus: humilis non ſibi teſtimonium

1. Pet. 5. 5. Laudat. Cl. Alex. ibid.

ποιοῦντας τὸ περὶ αὐ. τοῖς δὲ μετὰ τὸ δόξαι ὑποτάζοντας. αὐτὸ τὸ σωτήριόν μου φασίν. COT.

26. Ἀναθάλλει εἰς τὸ θαυμαστὸν αὐτοῦ φῶς.] Fortè ἀναθρεῖ vel ἀναθεωρεῖ, i. e. diligenter & attentè contemplatur: vel potius integer locus ſic legendus eſt, διὰ τούτου ἐν τῇ ἀσυνέτῳ καὶ ἐσκοτισμένῃ διανοίᾳ ἡμῶν, ἀνατέλλει τὸ θαυμαστὸν αὐτοῦ φῶς, ubi phraſi Paulina ad Rom. 1. 21. διάνοιαν ἀσύνετον & ἐσκοτισμένην vocat. JUN.

Ibidem.] Quando verba D. Pauli perpendo Philip. IV, 10. ἐχάρην ἐν κυρίῳ μεγάλως, ὅτι ἤδη ποτὲ ἀνεθάλετε τὸ ὑπὲρ ἐμοῦ φρονεῖν· ubi certò certius eſt vocem ἀναθάλλειν poni per metaphoram pariter duram & inſolentem, nihil facilè mutaverim, præſertim cùm Pſalm. XXVIII, 10. habeatur ἀνέθαλεν ἡ σάρξ μου, pro ויעלז לבי, quod *Aquila* vertit ἐγαυριάσατο, & *Symmachus* ηὐφράνθη, & ipſi LXX. Pſ. XVI, 9. εὐφράνθη ἡ καρδία μου. Periodum igitur ita reddi poſſe exiſtimo: *intellectus noſter inſipiens & obtenebratus reviveſcit, aut exſultat in admirabili ejus luce.* FELL.

27. Ὃς ὢν ἀπαύγασμα.] Hæc ex Epiſtola ad Hebræos, & capite primo, eiſdem ferè verbis deprompta ſunt, unde, & ex aliis locis, ὁμοιότης τοῦ χαρακτῆρος τῆς φράσεως, καὶ τῶν νοημάτων, ut loquitur Euſebius, inter hanc Clementis, & Epiſtolam ad Hebræos, facilè liquet. JUN.

28. Ἡγουμένοις ἡμῶν.] Legerem αὐτῶν, plus enim SS. Eccleſiæ Patres à bellis abhorrebant, quàm ut Tribunos militares, duces ſuos appellare ſuſtinerent. Eo autem fidentiùs conjecturam interpono, quia vox ἡμῶν per lacunam in exemplari deſiderata, ex conjectura quæ omnibus ex æquo patet, primitus a Junio reſtituebatur. FELL.

29. Πῶς εἰκτικῶς] Quàm ſtrenuè, alacriter, impigrè? Mavult quidem *Junius* ut εὐκτικῶς legatur; ſed minimè neceſſe eſt quidquam mutare, etenim à *Platone* de Legg. εὐκινησίαι ad Militiam requiruntur. Quinimo integri ætate & viribus ubique gentium in milites adſcripti, qui נערים, παῖδες, νεανίαι, *pubes* paſſim dicti; ideòque vigente diſciplinâ, Pancratiaſtarum more, ad πάλαιον, ſive ἀγωνίαν & γυμνασίας exercebantur, unde B. Paulus 2. Tim. II, 4. mandat: συγκακοπάθησον ὡς καλὸς στρατιώτης. Ibid.

30. Ἔπαρχοι &c.] Piè admodum ac eleganter B. Hieronymus l. adverſus Jovinianum 20. *Quo modo in legionibus & exercitu ſunt duces, ſunt tribuni, ſunt centuriones, ſunt ferentarii, ac levis armatura, & miles gregarius, & manipuli; commiſſaque pugnâ, vacant nomina dignitatum, & ſola fortitudo quæritur: ita in hoc campo, & prælio, quo contra Dæmones dimicamus, non quæruntur nomina, ſed opera; & glorioſior ille ſub vero imperatore Chriſto, non qui nobilior, ſed qui fortior eſt.* Et lib. 2. cap. 15. enumerat *imperatores, præfectos, comites, tribunos, centuriones, manipulos, & reliquum militiæ ordinem.* Ad Iſaiæ verò III. 3. ubi LXX. habent, πεντηκόνταρχον, ait; *Quo modo enim centuriones vocantur, qui centum præſunt militibus, & chiliarchi qui mille, quos nos tribunos appellamus, ab eo quod præſint tribus: ſic in Iſraëlitico exercitu quinquagenarii vocabantur, qui in capite erant quinquaginta militum: unde & decanos dicimus, qui decem præſunt hominibus.* In Xenophontis Κύρου παιδείας lib. 8. paullò poſt initium, nominantur δεκάδαρχοι, λοχαγοὶ, χιλίαρχοι, μυρίαρχοι, & ταξίαρχοι. Vide Exod XVIII. 21. 25. Deuteron. I. 15. IV. Reg. I. 9. &c. & I. Maccab. III. 55. COT.

31. Ὁ

nium ferat; ſed ſinat ut alter ipſi perhibeat teſtimonium: qui carne caſtus eſt, ne inſoleſcat, ſciens alium eſſe qui ei continentiam donat.
Hom. Reputemus ergo, fratres, ex qua materia creati ſimus; qui & quales in mundum ingreſſi ſimus, tamquam è ſepulcro & tenebris: auctor & opifex noſter in mundum ſuum nos introduxit, præparatis antè quàm naſceremur benefactis ſuis. Hæc igitur omnia ab eo habentes, in omnibus gratias ipſi agere debemus; cui gloria in ſæcula ſæculorum. Amen.

XXXIX. Stulti & inſipientes & fatui & imperiti derident nos ac ſubſannant, dum cogitationibus ſuis ſe extollere cupiunt. Quid enim poteſt mortalis; aut quale robur eſt terrigenæ?
Job. 4. 16. Scriptum enim eſt; *Non erat figura ante oculos meos: ſed auram & vocem audiebam. Quid enim? numquid homo coram Domino mundus erit; vel de operibus ſuis inculpabilis vir? Si in ſervis ſuis*
Job. 15. 15. *non credit, & adverſùs Angelos ſuos pravum quid advertit; cœlum autem non eſt mundum coram eo:*
Job. 4. 19. *hem verò, qui habitant domos luteas, ex quibus & ipſi de eodem luto ſumus? Percuſſit illos tamquam tinea, & à mane uſque ad veſperam ultra non ſunt: eo quòd non poſſent ſibi ipſis ſubvenire, perierunt: inſufflavit eos, & interierunt; quia non*
Cap. 5. *habebant ſapientiam. Invoca autem, ſi quis tibi reſpondeat; vel ſi quem ſanctorum Angelorum aſpicies: etenim ſtultum perimit ira: errantem autem occidit zelus. Ego autem vidi ſtultos radicem mittentes; ſed ſtatim abſumpta eſt illorum habitatio. Longe fiant filii eorum a ſalute; conterantur ſuper januas minorum; & non erit qui eripiat. Quæ enim ab illis parata ſunt, juſti comedent, ipſi vero de malis non liberabuntur.*

Apud Al. Clem. ibid. Ordo. XL. Cùm ergo hæc nobis manifeſta ſint, etiam in divinæ cognitionis profunda introſpicientes, cuncta ordine debemus facere, quæ nos Dominus juſſit peragere. Statutis temporibus, oblationes & officia perfici, neque temerè vel inordi-

ἑαυτῷ μαρτυρείτ[ω,] ἀλλ' * ἐάτω * ὑπ' ἑτέρου * ἑαυτὸν μ[αρ]τυρεῖσθαι· [31] ὁ ἁγνὸς ἐν τῇ σαρκὶ * καὶ μὴ ἀλαζονευέσθω, γνούς ὅτι [32] ἕτ]ερός ἐστιν ὁ ἐπιχορηγῶν [αὐτῷ] τὴν ἐγκράτειαν. Ἀναλογ[ισώμεθ]α οὖν ἀδελφοὶ, ἐκ ποίας [ὕλης] ἐγενήθημεν, ποῖοι καὶ τί[νες εἰ]σήλθομεν εἰς τὸν κόσμον, [ὡς ἐκ τ]οῦ τάφου καὶ σκότους· [ὁ ποιή]σας ἡμᾶς καὶ δημιουργήσας, [εἰσήγ]αγεν εἰς τὸν κόσμον αὐτοῦ· [προε]τοιμάσας τὰς εὐεργεσίας [αὐτ]οῦ, πρὶν ἡμᾶς γεννηθῆναι. [Ταῦτ]α οὖν πάντα ἐξ αὐτοῦ ἔχοντες, [ὀφεί]λομεν κατὰ πάντα εὐχαριστεῖν [αὐ]τῷ· ᾧ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

* in Clem. Alex. corruptè ἐν τῷ. * Cl. Al. ὑφ'. * καὶ deeſt in Cl. Alex.

Ἄφρονες καὶ ἀσύνετοι καὶ μωροὶ καὶ ἀπαίδευτοι χλευάζουσιν ἡμᾶς καὶ μυκτηρίζουσιν, ἑαυτοὺς βουλόμενοι ἐπαίρεσθαι ταῖς διανοίαις αὐτῶν. Τί γὰρ δύναται θνητός; ἢ τίς ἰσχὺς γηγενοῦς; γέγραπται γάρ· Οὐκ ἦν μορφὴ πρὸ ὀφθαλμῶν μου· ἀλλ' ἢ αὔραν καὶ φωνὴν ἤκουον. Τί γάρ; μὴ καθαρὸς ἔσται βροτὸς ἔναντι κυρίου; ἢ ἀπὸ τῶν ἔργων αὐτοῦ, ἄμεμπτος ἀνήρ; εἰ κατὰ παίδων αὐτοῦ οὐ πιστεύει, κατὰ δὲ ἀγγέλων αὐτοῦ σκολιόν τι ἐπενόησεν· οὐρανὸς δὲ οὐ καθαρὸς ἐνώπιον αὐτοῦ· [33] ἔα δὲ, οἱ κατοικοῦντες οἰκίας πηλίνας, ἐξ ὧν καὶ αὐτοὶ ἐκ τοῦ αὐτοῦ πηλοῦ ἐσμέν; ἔπαισεν αὐτοὺς σητὸς τρόπον, καὶ ἀπὸ πρωΐθεν ἕως ἑσπέρας οὐκ ἔτι εἰσίν· παρὰ τὸ μὴ δύνασθαι αὐτοὺς ἑαυτοῖς βοηθῆσαι, ἀπώλοντο. ἐνεφύσησεν αὐτοῖς καὶ ἐτελεύτησαν, παρὰ τὸ μὴ ἔχειν αὐτοὺς σοφίαν. Ἐπικάλεσαι δὲ εἴ τίς σοι ὑπακούσεται, ἢ εἴ τινα ἁγίων ἀγγέλων ὄψει· καὶ γὰρ ἄφρονα ἀναιρεῖ ὀργή· πεπλανημένον δὲ θανατοῖ ζῆλος. Ἐγὼ δὲ ἑώρακα ἄφρονας ῥίζας βάλλοντας, ἀλλ' εὐθέως ἐβρώθη αὐτῶν ἡ δίαιτα. Πόῤῥω γένοιντο οἱ υἱοὶ αὐτῶν ἀπὸ σωτηρίας· [34] κολαβρισθείησαν ἐπὶ θύραις ἡσσόνων, καὶ οὐκ ἔσται ὁ ἐξαιρούμενος· Ἃ γὰρ ἐκείνοις ἡτοίμασται, δίκαιοι ἔδονται· αὐτοὶ δὲ ἐκ κακῶν οὐκ ἐξαίρετοι ἔσονται.

Προδήλων οὖν ἡμῖν ὄντων τούτων, καὶ ἐγκεκυφότες [35] εἰς τὰ βάθη τῆς θείας γνώσεως, πάντα τάξει ποιεῖν ὀφείλομεν, ὅσα ὁ δεσπότης ἐπιτελεῖν ἐκέλευσεν. Κατὰ καιροὺς τεταγμένους τάς τε [36] προσφορὰς καὶ λειτουργίας ἐπιτελεῖσθαι, καὶ οὐκ εἰκῆ ἢ ἀ-

τάκ-

---

31. Ο' ἁγνὸς ἐν τῇ σαρκί.] Unus eſt iſte ex illis locis, in quibus Clemens, juxta relationem cùm Epiphanii Hæreſi 30. cap. 15. tum Hieronymi lib. 1. contra Jovinianum cap. 7. pro virginitate per Epiſtolas ſuas locutus fuerat. Ipſe nego; ſi fides Auctori Recognitionum, Interpolatori Epiſtolarum S. Ignatii, atque Aldhelmo ſeu Adelmo. Et quidni fides? Ibid.

32. Ἕτερός ἐστιν ὁ ἐπιχορηγῶν] Cyprianus ad Donatum de gratiæ divinæ efficacia eleganter, *Dei eſt, inquam, Dei omne quod poſſumus, inde vivimus, inde pollemus, &c.* ubi ad verba Divi Pauli Act. 17. 28. alludere videtur. Ἐν αὐτῷ γὰρ ζῶμεν, καὶ κινούμεθα, καὶ ἐσμέν. JUN.

Job. 4. 19. 33. Ἔα δὲ οἱ κατοικοῦντες οἰκίας πηλίνας.] Melior ea lectio vulgatâ & Ambroſianâ, τοὺς δὲ κατοικοῦντας, à qua non ſine labe abeſt vox ἔα, ut patet ex MS. Alexandrino. Quid ſit ἔα docent Grammaticorum filii, necnon Polychronius ad Jobi XV. 16. In Catena autem libri Job, non quidem editâ, ſed MS. Regiæ Bibliothecæ, ad illud ἔα δὲ, ἀκάθαρτος vers. 6 cap. 15. ex Olympiodori Expoſitione reperi, ἔα δὲ, ἀντὶ τοῦ, [illegible]. Chryſoſtomus a. [illegible]. Ἔα (ſic omnino legendum, pro quo unus Cod. Reg. ἐάν, alter ἐὰν) δὲ τοὺς κατοικοῦντας οἰκίας πηλίνας, ἐξ ὧν καὶ αὐτοὶ ἐσμὲν ἐκ (abeſt præpoſitio in 2. Reg.) τοῦ αὐτοῦ πηλοῦ. Apud Auguſtinum Lib. Annot. in Job. *Habitantes autem* (altas *etiam*) *domos luteas, quorum converſatio non eſt in cœlis, percuſſit illos tamquam tinea.* Malè. Ratio poſtulat *luteas.* Quorum &c. in cœlis. *Percuſſit.* COT.

34. Κολαβρισθείησαν.] *Contemnantur.* Κόλαβρος *porcellus*, quo apud Judæos nihil contemtius. *Olympiodorum & Suidam* viſe. Aliàs κολαβρίζειν eſt *laſcivè ſaltare*, ut ad *Athenæum* docuit *Caſaubonus.* COLOM.

35. Εἰς τὰ βάθη τῆς θείας γνώσεως.] Hæc quidem *Clemens* Alexandrinus dixerit, at non Romanus. B.

36. Προσφορὰς] Satis conſtat δῶρα, προσφορὰς, quodque eodem redit θυσίας ἀναφέρειν, voces eſſe in Novo Teſtam. receptas; an vero per metaphoram & blandiora tropi integumenta uſurpentur, aut abſolutè ex uſu communi & receptâ Eccleſiæ praxi admiſſæ fuerint altiùs repetendum. Et quidem ſi Canones ii, qui Apoſtolorum nomen præferunt, illos aut ſaltem *Clementem* hunc noſtrum (quod à quibuſdam dici ſolet) auctorem haberent, nullus ſupereſſet dubitationi locus. Canon enim tertius ſic ait: εἴ τις ἐπίσκοπος ἢ πρεσβύτερος παρὰ τὴν τοῦ κυρίου διάταξιν, ἐπὶ τῇ θυσίᾳ προσενέγκῃ ἕτερά τινα ἐπὶ τὸ θυσιαστήριον ἢ μέλι, ἢ γάλα, ἢ ἀντὶ οἴνου σίκερα, ἢ ὄρνεις, ἢ ζῷά τινα, ἢ ὄσπρια παρὰ τὴν διάταξιν καθαιρείσθω· πλὴν νέων χίδρων, ἢ σταφυλῆς τῷ καιρῷ τῷ δέοντι &c. Sed quandoquidem de eorum Canonum fide dubitatur, obſervari debet quod primis temporibus, non ſolùm ſingulis diebus Dominicis, in Chriſtianorum conventu ex D. Pauli mandato, pauperum gratiâ collectam pecuniam fuiſſe inſtitutam; ſed etiam ἀναθήματα quædam doni, ſeu oblationis nomine ſacræ menſæ fuiſſe allata. Hinc ſæpiùs, in hac ipſa Epiſtola, τῶν προσφορῶν mentio; ubi etiam Epiſcopi deſcribuntur hoc charactere, & elogio, quòd ſint προσενεγκόντες τὰ δῶρα. In quem ſenſum Θεοφόρος Ignatius, nequidquam reclamante plagoſo SS. Patrum Orbilio *Dallæo*, ait ad Smyrnenſes non licere abſque Epiſcopo οὔτε βαπτίζειν, οὔτε προσφέρειν, οὔτε θυσίαν προσκομίζειν. Nec aliter *Juſtinus* Martyr, cum elementa ad Euchariſtiam adhibita, tum ad Eulogias abſentibus mittendas deſtinata Apol. II. diſertis verbis προσφορὰς appellat. Sed apertiſſimè omnium *Irenæus* Lib. IV. c. 39. rem totam exſequitur: *Dominus*, inquit, *Diſcipulis ſuis dans conſilium primitias Deo offerre ex ſuis creaturis, non quaſi indigenti, ſed ut ipſi nec infructuoſi, nec ingrati*, quod ſæpiùs ingerit c. 33, & 34. ut alibi paſſim. Quibus ſuccinit B. *Cyprianus de Opere & Eleemoſyna*, quem ferè deſcripſit Auguſt. Serm. XIII. de Temp. Atque hanc ipſam ob cauſam, *oblationum* vox tam frequenter apud antiquiſſimos Eccleſiæ Patres occurrit, præſertim ubi de Euchariſtiæ myſteriis agitur, ut & *Miſſali Romano*, imò verò & in Eccleſiæ noſtræ Anglicanæ ſolenni Officio etiamnum retinetur. Nimirum, ut ſacratiſſima Euchariſtiæ myſteria τὰ εἰρηνικὰ ſive *pacifica* omnino videri poſſent, par erat ut qui ſacris operaretur munera ſua Deo *offerret*, cùmque eadem participaret, ſacræ admotus menſæ Numinis conviva fieret, poſſetque, ut D. Pauli verbis utar, θυσιαστηρίου μετέχειν. Porro animadverti de-

πάντως [ἐκέλευσεν] γίνεσθαι. ἀλλ' [17] ὡρισμένοις καιροῖς καὶ ὥραις· ποῦ τε καὶ διὰ τίνων ἐπιτελεῖσθαι θέλει, αὐτὸς ὥρισεν τῇ ὑπερτάτῃ αὐτοῦ βουλήσει, ἵν' ὁσίως πάντα γινόμενα ἐν εὐδοκήσει, εὐπρόσδεκτα εἴη τῷ θελήματι αὐτοῦ. Οἱ οὖν τοῖς προστεταγμένοις καιροῖς ποιοῦντες τὰς προσφορὰς αὐτῶν, εὐπρόσδεκτοί τε καὶ μακάριοι· τοῖς γὰρ νομίμοις τοῦ δεσπότου ἀκολουθοῦντες οὐ διαμαρτάνουσιν. [18] Τῷ γὰρ ἀρχιερεῖ ἴδιαι λειτουργίαι δεδομέναι εἰσὶ, καὶ τοῖς ἱερεῦσιν ἴδιος ὁ τόπος προστέτακται, καὶ λευΐταις ἴδιαι διακονίαι ἐπίκεινται· ὁ [19] λαϊκὸς ἄνθρωπος τοῖς λαϊκοῖς προστάγμασιν δέδεται.

Ἕκαστος ὑμῶν, ἀδελφοὶ, ἐν τῷ ἰδίῳ τάγματι εὐχαριστείτω Θεῷ, ἐν ἀγαθῇ συνειδήσει ὑπάρχων, μὴ παρεκβαίνων τὸν ὡρισμένον τῆς λειτουργίας αὐτοῦ κανόνα, ἐν σεμνότητι. Οὐ πανταχοῦ, ἀδελφοὶ, προσφέρονται θυσίαι ἐνδελεχισμοῦ, ἢ εὐχῶν, ἢ περὶ ἁμαρτίας καὶ * πλημμελείας, ἀλλ' ἐν Ἱερουσαλὴμ μόνῃ· κἀκεῖ δὲ οὐκ ἐν παντὶ τόπῳ προσφέρεται, ἀλλ' ἔμπροσθεν τοῦ ναοῦ πρὸς τὸ θυσιαστήριον, [40] μωμοσκοπηθὲν τὸ προσφερόμενον διὰ τοῦ ἀρχιερέως καὶ τῶν προειρημένων λειτουργῶν. Οἱ οὖν παρὰ τὸ καθῆκον τῆς βουλήσεως αὐτοῦ ποιοῦντές τι, θάνατον

* f. πλημμελείας.

natè fieri præcepit, ſed præfinitis temporibus & horis: ubi etiam & à quibus celebrari vult, ipſe excelſiſſima ſua voluntate definivit: ut purè & ſanctâ omnis facta in beneplacito, accepta eſſent voluntati ejus. Qui ergo aſſignatis temporibus oblationes ſuas faciunt, accepti & beati ſunt: nam qui ſequuntur leges Domini, non aberrant. Summo quippe ſacerdoti ſua munia tributa ſunt; & ſacerdotibus locus proprius aſſignatus eſt; & Levitis ſua miniſteria incumbunt; homo laicus præceptis laicis conſtringitur.

XLI. Unuſquiſque veſtrûm, fratres, in ſuo ſtatu gratias Deo habeat, in bona conſcientia degens, non tranſgrediens præſcriptam muneris ſui regulam, in honeſtate. Non ubique, fratres, offeruntur ſacrificia jugia, vel votiva, vel pro peccato & delicto; ſed Hieroſolymis tantùm; atque illic non in omni loco fit oblatio, ſed ante templum ad altare; priùs factâ à ſummo Sacerdote & prædictis miniſtris, oblati inſpectione ac probatione. Qui ergo præter id quod voluntati ejus conſentaneum eſt, aliquid faciunt, mor-

---

debet eam fuiſſe primitus non modò Euchariſtiæ, ſed & oblationum religionem, ut ab illa detineri ἀφορισμοῦ, ſive excommunicationis gradus haberetur; & proinde apud Sacros Canones, præſertim Ancyranos, κοινωνία χωρὶς προσφορᾶς tamquam diſtrictioris cenſuræ, & ſegregationis nota ſolebat irrogari, utcumque hoc minùs obſervatum à viris doctiſſimis. Quinimo in graviſſimam inexpiabilis delicti pœnam cedebat, ſi cui poſt mortem animadverſio illa prorogaretur; nec in veniæ indultæ fidem oblationes defuncti nomine, quaſi poſtliminio reciperentur; adeo Deo & ſacris elargiri, non jactura, ſed privilegium & lucrum, naſcente Eccleſiâ habebantur. FELL.

Eſt qui velit hæc omnia eſſe mali commata, ad finem uſque capitis, & Lectorem amandet ad Clementem Alexandrinum p. 518. Eadem, inquit, habes inter διαταγὰς Apoſtolicas, ut dicuntur. B.

37. Ὡρισμένοις καιροῖς.] *Omnibus tempus determinatum eſt & opportunitas omni negotio ſub cœlis*, inquit vir ſapiens Eccleſ. III, 1. Serò dolendum, ſi paratas ſibi habeant vices leviſſima vitæ munia, ſola pietas, in cujus obſequium vita ipſa conceſſa fuit, temporis limitibus excluderetur. Re verâ ſeptimum diem humano generi à condito mundo maximis, id eſt, ſuis auſpiciis ſanctum voluit Deus. Unde poſtquàm in ejuſdem παλιγγενεσίᾳ novam renati orbis Epocham inſtituiſſet, paribus eam privilegiis donavit & τῇ κυριακῇ ſacroſancta facta eſt religio. Quinetiam quandoquidem Salvator noſter pietatem diſcipulorum ſuorum Moſis ſequacium καταξίωμα ſuperare voluit, apud quos, ultra Sabbathi ſolennia, ſecunda & quinta Sabbathi habebantur ſacræ, ne, ut ait *Maimonides*, thephillah oubirchath Chohanim C. XII. n. 1. *trium dierum ſpatio ab auditione ceſſaretur* (unde fluxit mos jejunandi δὶς τοῦ σαββάτου, cujus mentio Luc. XVIII, 12.) par erat ut iiſdem ſaltem intervallis, apud Chriſtianam Religionem profeſſos, ſacra redirent munia, quod utique factum; nimirum, ſtationum diebus ad quartam & ſextam promotis, quod paſſim ex *Tertulliano* diſcimus, & etiam à *Clemente Alex.* qui eos τετράδα καὶ παρασκευὴν, ſive Ἑρμοῦ καὶ Ἀφροδίτης appellitat; licèt diu ſit ex quo Romana Eccleſia ab antiquiſſima hac praxi deſciverit. In minutioribus temporis intervallis, conſimilis omnino ratio; eas enim, quæ in Eccleſia Judaïca receptæ fuerant, vices non à Domino noſtro tantùm, ſed inſuper ab Apoſtolis agnitas videmus. Proinde Act. III, 1. τὴν ὥραν τῆς προσευχῆς, ſolennioris officii causâ, D. Petrum & Joannem, in Templum perduxiſſe verbis diſertis dictum eſt. In Synagoga, licèt lege nullâ de precibus caveretur, ſingulis diebus tres recurrebant earum vices. נמצאו התפלות בכל יום שלש ערבית ושחרית ומנחה, *Maimonides* Jad. de prec. & benedict. Sacerdot. C. I, 4. quas etiam Chriſtianæ Eccleſiæ moribus receptas, *Tertullianus* in Lib. de Jejuniis, *Cyprianus* de Oratione, nec non *Hieronymus* ad Lætam & Demetriad. neſcire nos vetant. Addi his non injuriâ poterit tam egregium horarum ſacrarum uſum fuiſſe, ad promovendas pietatis rationes, ut *Julianus* Apoſtata, poſtquàm pro comperto habuiſſet fidem Chriſtianam vi & injuriis non poſſe ſuperari, atque imitatione demoliendam ſtatuiſſet, Gentiliſmo ſuo intromittendum curavit ὥραις τε ῥητῶν καὶ ἡμερῶν προσευχῶν ἀγῶνας, teſte *Sozomeno* Lib. IX. c. 15. quod etiam Apollonium Tyanæum feciſſe diſcimus à *Philoſtrato*, vitæ ejus Lib. IV. c. 8. Apud Turcas eumdem invaluiſſe morem nemo eſt qui neſciat. FELL.

38. Τῷ γὰρ ἀρχιερεῖ ἴδιαι λειτουργίαι δεδομέναι εἰσί.] Non adeò laudaret Apoſtolicus noſter ordinem, ac diverſa officia Pontificis, Sacerdotum, Levitarum, atque Laicorum; ſi, quemadmodum Heterodoxis placet, Religio Chriſtiana Pontificatum ſuſtuliſſet, nullumque voluiſſet eſſe munus peculiare Pontificis, quod non etiam competeret Sacerdotibus, ipſis quoque Pontificibus. Laudet, quia docente Hieronymo, in utroque Teſtamento alium ordinem Pontifex tenet, alium Sacerdotes, alium Levitæ; atque traditionibus Apoſtolicis de veteri Lege deſcendentibus, ſucceſſerunt Epiſcopi, Presbyteri, & Diaconi Aaroni, & filiis ejus, & Levitis. COT. 2. in Jovin. 15. & Epiſt. 85.

39 Λαϊκὸς ἄνθρωπος.] Nulla tam addicta, tam miſera ſervitus eſt, quàm δουλεία τῷ ὑποθέσει. Aliàs viri doctiſſimi *Salmaſius & Seldenus*, ut alios minorum Gentium Criticos prætercam, *Calvini* aut *Eraſti* placitis addictos, numquam tam graviter, in arte quam profitebantur, lapſi eſſent, ut dicere ſuſtinerent *olim presbyteros fuiſſe laicos, & laici vocem, quatenus Clero contradiſtinguitur, ſeriùs in Eccleſia obtinuiſſe*. Ignatii loca non affero, ſiquidem novatores, quando ejus auctoritate premuntur, breviter ſe expediunt dicendo ψευδεπίγραφον eum, aut interpolatum. FELL.

40. Μωμοσκοπηθὲν.] Quid ſit μωμοσκοπεῖσθαι, quive fuerint μωμοσκόποι, abundè ex Scriptoribus Ethnicis, Judæis, Chriſtianis, docuerunt viri eruditi. Atque eos victimarum probatores μοσχοσφραγιστὰς vocatos invenies in lib. 4. Porphyrii de abſtinentia ab animatis. COT.

Μωμοσκοπηθὲν.] Sacerdotes non tantum Judæorum, ſed Gentium etiam, hoſtias probare ſolebant, & victimarum præcordia diligenter inſpicere & examinare, antequam litarent. quod οἱ ἔξωθεν δοκιμάζειν, & ἐξετάζειν τὰ ἱερεῖα, vocant, ſcriptores autem ſacri μωμοσκοπεῖν. Unde Philo Judæus περὶ ζῴων. Ἄμωμον γὰρ ἱερεῖον μὲν ἀκριβῶς ἔχειν, ὡς ὁλόκληρον τοῖς μέρεσι καὶ παντελῶς ἀσινές τι προσάγεσθαι ζῷον, ὡς ἀδεῖ ἀθρόως τῷ ..., ἀλλ' ἐπὶ τῇ δοκιμασίᾳ ... λόγῳ. καὶ τινες δι' ὧν καὶ ὅσοις ἐπ' αὐτὸ τοῦτο χειροτονοῦσί τι ἔργον, οὓς ἔνιοι μωμοσκόπους ὀνομάζουσιν, ἵνα ἄμωμα καὶ ἀσινῆ προσάγωνται τῷ βωμῷ τὰ ἱερεῖα, &c. ubi nominis rationem obſervare licet, & quod infrequenter vox ipſum, & à quibuſdam tantùm uſurparetur. Ut et eſt, libro de ſacrificiis, & initio tractatus de ſacrificantibus, oſtendit ſummam curam adhibitam fuiſſe in deligendis his μωμοσκόποις ἱερείοις, qui accurato examine ſacrificia ſingula, & partes ſingulas ſcrutarentur ἀπὸ κεφαλῆς ἄκρας, ὅσα τε ἐμφανῆ καὶ ὅσα ὑπὸ γαστέρα, καὶ μηροὺς ἂν ἄκρους), ne quid vitii, corruptelæ, aut labis lateret. Sic Clemens Alex. lib. 4. Strom ὅθεν οἶμαι καὶ τῶν θυσιῶν προσαγομένων διὰ τοῦ νόμου, οἱ τῶν ἱερέων μωμοσκόποι. Et Chryſ. hom. 20. in Epiſt. ad Romanos, de prævia examinatione noſtra corporis & animi, antequam ad ſacram ſynaxin accedere præſumimus, ſic ſcribit. Διὸ χρὴ πανταχόθεν μωμοσκοπεῖσθαι τὸ σῶμα τὸ ἡμέτερον· εἰ γὰρ οἱ τὰς ἀλόγους ἀναφέροντες θυσίας οὐκ ἐξῆν αὐτοῖς προσενεγκεῖν. καὶ ὅτι, οὐ τετράποδον, ὅτι κολοβόκερκον, ὅτι ψωραγριῶδες, ὅτι λειχῆνα ἔχειν ἐνεφάνετο ἀπόβλητον· πολλῷ μᾶλλον ἡμᾶς τὰς ἰδίας ψυχὰς ἀλόγως, ἀλλ' ἑαυτοὺς ἀναφέροντας, πάντοτε ἀκριβεστέρους εἶναι χρὴ, καὶ πάντοθεν εἶναι ὁλοκλήρους, &c. Et homil. 17. in epiſt. ad Hebræos. Διὰ τοῦτο καὶ ὁ ἱερεὺς ἐπιφωνεῖ τότε τὰ ἅγια τοῖς ἁγίοις, καὶ διὰ τῆς φωνῆς ταύτης μωμοσκοπεῖται ἅπαντας, ὥστε μή τινα προσελθεῖν ἀπαρασκεύαστον, &c. Dominus Danæus in notationibus ſuis, pro μωμοσκοπηθὲν hoc loco μωμοσκοπηθεῖσαν reponendam putat, ego verò μωμοσκοπηθὲν retinere malim; cùm Chryſoſtomus, ſolen-

nem

In Clem Alex. ibid. morte mulctantur. Videtis, fratres; quò majori cognitione digni ſumus habiti, eò periculo magis obnoxii ſumus.

XLII. Apoſtoli nobis evangelizaverunt à Domino Jeſu Chriſto; Jeſus Chriſtus à Deo. Miſſus igitur eſt Chriſtus à Deo, & Apoſtoli à Chriſto: & factum eſt utrumque ordinatim ex voluntate Dei. Itaque acceptis mandatis, & certò perſuaſi per reſurrectionem Domini noſtri Jeſu *I. 1. Theſſ. 2. 5.* Chriſti, & in fide confirmati per verbum Dei cum ſancti Spiritûs plenitudine ac ſecuritate; egreſſi ſunt, annunciantes adventurum eſſe regnum *De Hierarchia.* Dei. Prædicantes igitur, per regiones ac urbes, primitias earum, ſpiritu cùm probâſſent, in Epiſcopos & Diaconos eorum qui crediturì erant, conſtituerunt. Neque hoc novè: à multis enim temporibus de Epiſcopis & Diaconis ſcriptum fuerat. Sic enim alicubi dicit Scriptura; *Con-*

τὸ [41] σεσίσκεμμον ἔχουσι. [42] Ὁρᾶτε, ἀδελφοὶ, ὅσῳ πλείονος κατηξιώθημεν γνώσεως, τοσούτῳ μᾶλλον ὑποκείμεθα κινδύνῳ.

Οἱ ἀπόστολοι ἡμῖν εὐηγγελίσθησαν ἀπὸ τοῦ κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ, Ἰησοῦς ὁ Χριστὸς ἀπὸ τοῦ Θεοῦ. Ἐξεπέμφθη ὁ Χριστὸς οὖν ἀπὸ τοῦ Θεοῦ, καὶ οἱ ἀπόστολοι ἀπὸ τοῦ Χριστοῦ· ἐγένοντο οὖν ἀμφότερα εὐτάκτως ἐκ θελήματος Θεοῦ. Παραγγελίας οὖν λαβόντες, καὶ πληροφορηθέντες διὰ τῆς ἀναστάσεως τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ πιστωθέντες τῷ λόγῳ τοῦ Θεοῦ, μετὰ πληροφορίας πνεύματος ἁγίου, ἐξῆλθον εὐαγγελιζόμενοι τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ μέλλειν ἔρχεσθαι. Κατὰ χώρας οὖν καὶ πόλεις κηρύσσοντες, [43] καθίστανον τὰς ἀπαρχὰς αὐτῶν, δοκιμάσαντες τῷ πνεύματι, [44] εἰς ἐπισκόπους καὶ διακόνους τῶν μελλόντων πιστεύειν. καὶ τοῦτο οὐ καινῶς· ἐκ γὰρ δὴ πολλῶν χρόνων ἐγέγραπτο περὶ ἐπισκόπων καὶ διακόνων. Οὕτως γάρ που λέγει ἡ γραφή· [45] Καταστή-

σω

---

tem illam vocem in participatione τῆς θεραπευτικῆς μοναρχίας in primitiva Eccleſia uſurpari ſolitam, reſpiciat. Ὅτι οἱ μοναχοὶ ἀπελθόντι πάντες & Ἀπέλθετε οἱ μοι δυνατοὶ ἀδελφοί. Vide ejuſdem homil. 3. in epiſtolam ad Epheſios, & diligenter perpende. JUN.

Ibidem uſque ad λειτουργῶν.] Hæc ex *Clemente Alexandr.* p. 518. B malè immutata, efficta que. Nam & malè hic hærent, vix quidem Græca, & falſiſſimum dicunt; ſcilicet, fuiſſe ſummi & cæterorum Sacerdotum, ac Levitarum eſſe μονογενείας. B.

41. Περίψημα] *Heſychius:* περίψημα· ζημία. COLOM.

42. Ὁρᾶτε &c.] Hinc uſque ad Cap. XLVIII. omnia omiſit *Clemens Alexandrinus*, nec agnovit. Vide p. 518. B.

43. Καθίστανον τὰς ἀπαρχὰς] Primogeniti olim, natalium jure, ſibi ſacerdotium vindicabant. Primitivæ autem Eccleſiæ uſus id maximè poſcebat, & plurimi intererat, ut converſos quilibet non confirmaret modò, ſed & faceret fratres. Huic mori digitum intendit *Epiphanius* Hæreſ. LXXV. & ex Actorum libro & D. Pauli Epiſtolis conſtat Eccleſias tunc temporis fuiſſe, quæ civitatis totius nomine cenſerentur, κατ' οἶκον conſtitutas. Epiſcopos verò Spiritûs Sancti monitis huic curæ admotos fuiſſe diſcimus ex Act. I, 24. XXIII, 2. 1. Tim. IV, 14. quod & *Euſebius*, ex *Clem. Alexandrino*, de B. Joanne refert, dum illum narrat Epiſcopos in Eccleſiis Aſiæ ordinaſſe τοὺς ὑπὸ τοῦ πνεύματος σημαινομένους; cujus rei veſtigia etiamnum comparent, ſiquidem nunc ad Sacerdotium nemo admittitur, niſi qui priùs profeſſus fuerit ſe Spiritûs Sancti inſtinctu vocatum ad munus illud ſuſcipiendum, & ita, poſt preces ſolenniter pro ejuſdem largitione factas, demum hac formulâ ordinatur: *accipito Spiritum Sanctum.* FELL.

44. Εἰς ἐπισκόπους καὶ διακόνους τῶν μελλόντων πιστεύειν] Hic inſurgunt adverſus Eccleſiam novi Aëriani, clamantes agnoſci dominatui à Clemente duos in Clero Ordines, Epiſcoporum eorumdemque Presbyterorum, & Diaconorum. Ad quos breviter, uti Notarum ſcriptorem decet, ita reſpondeo. Non ſunt expreſſiora verba Epiſtolæ noſtræ teſtimoniis novi Teſtamenti, de Epiſcopis & Diaconis ſolummodo, Philipp. I. 1. & I. Tim. III. De Epiſcopis & Presbyteris, Act. XX. 17. 28. Tit. I. 5. 7. & I. Petr. V. 1. 2. de Presbyteris ac Presbyterio, Act. XIV. 23. XV. 2. 4. 6. 22. 23. 41. XVI. 4. XXI. 18. I. Timoth. IV. 14. V. 17. 19. Jac. V. 14. II. & III. Joh. 1. Verum hos textus nequaquam officere Orthodoxiæ, fusè ſolidéque demonſtratur à Catholicis doctoribus; quod neminem latet. Certè nomina Apoſtoli, Epiſcopi, Presbyteri, in Scripturis ponuntur ὁμωνύμως. Apoſtolus Chriſtus: Apoſtoli, modò tantùm duodecim, modò etiam Barnabas, Paulus, Andronicus, Junias, Epaphroditus, aliique plures I. Corinth. XV. 7. Jam verò Epiſcopus dicitur Chriſtus I. Petri II. 25. Epiſcopatus tribuitur Apoſtolis Act. I. 20. Epiſcoporum nomen veris Epiſcopis, hoc eſt, Antiſtitibus primi ordinis datur I. Tim. III. 2. & Tit. I. 7. juxta communem SS. Patrum doctrinam. Et Epiſcopi Philipp. I. 1. ſunt ſecundi gradûs, δευτέρου θρόνου, ſacerdotes, Chryſoſtomo, Oecumenio, Theophylacto, Theodoreto, necnon Auctori Commentariorum inter Hieronymi Opera cuſorum: item Act. XX. 28. Pſeudo-Hieronymo illi ad I. Tim. III. 8. Theodoreto in interpretatione verſûs primi Epiſtolæ ad Philippenſes, & Maximo ad initium Cœleſtis Hierarchiæ, ac libri de Divinis Nominibus: præterea I. Tim. III. 1. & Tit. I. 7. Theodoreto eidem. Denique συμπρεσβύτερον ſe appellat Apoſtolus Petrus, itidemque Apoſtolus Johannes: & I. Tim. IV. 14. Presbyterium de primo Sacerdotii gradu exponunt antiqui Interpretes; in aliis verò locis Presbyteros ſeu Seniores, interdum volunt eſſe ſummos primoſque Sacerdotes, interdum Sacerdotes inferiores ac ſecundos: obſervántque ſæpenumero, indiſcriminatim ſolere appellari Epiſcopos & Presbyteros. Quinetiam ex mente Chryſoſtomi ad Philipp. I. 1. initio Chriſtianiſmi ſub Diaconorum nomine Epiſcopos etiam ac Presbyteros deſignabant. Unde Apoſtolicas paginas ſcriptaque Eccleſiæ Magiſtrorum evolvens, paſſim offendes hæc & ſimilia de Ordine Eccleſiaſtico dicta; διάκονοι, διάκονοι Θεοῦ vel Χριστοῦ, vel οἰκονομίας, vel εὐαγγελίου, vel καινῆς διαθήκης, vel ἐκκλησιῶν, λειτουργοὶ, ὑπηρέται, *miniſtri, miniſtri Eccleſiarum* &c. διακονία, διακονία τῆς διαθήκης, *miniſterium Eccleſiaſticum* &c. Unde etiam cùm B. Hieronymus ſub principium Commentariorum in Epiſtolam ad Philemonem, propter illa verba Coloſſ. IV. 17. εἴπατε Ἀρχίππῳ, βλέπε τὴν διακονίαν ἣν παρέλαβες ἐν κυρίῳ, ſuſpicetur Archippum fuiſſe Epiſcopum; quæ etiam eſt Pſeudo-Ambroſii inductio; ex iiſdem verbis qui ſub perſona Hieronymi latet ὑπομνηματογράφος, Archippum Diaconum facit; atque ad Rom. XII. 7. *Miniſterium in miniſtrando:* ſubnotat; *Miniſterium Sacerdotalis, vel Diaconatûs officii.* Demum in Epiſtola Conciliabuli Sardicenſis, Epiſcopi Ariani queruntur *omnes ſe Diaconos & Sacerdotes Dei deſpici.* Ac forſan Clementis ſermo duntaxat de Epiſcopis & Diaconis generaliter ſumptis, quatenus ſunt Sacerdotes & Paſtores, qui Chriſtianam plebem inſpiciunt ac regunt, qui Laicis hominibus res ſacras adminiſtrant. Infrà enim ἱερατεύειν & λειτουργεῖν, ἐπισκοπὴν & λειτουργίαν pro eodem habet; alioquin tota in Epiſtola ſilentium de Epiſcopis & Diaconis, cùm plurima ſiat mentio Presbyterorum. Adde quòd ſuſpicari nonnemo poſſit, in teſtimonio quod ſubjungitur, Iſaiæ LX. 17. ἄρχοντας (Ita quoque Johannes Chryſoſtomus libro quòd Chriſtus ſit Deus cap. 7. Tom. 5.) τοὺς ἄρχοντάς σου ἐν εἰρήνῃ, καὶ τοὺς ἐπισκόπους σου ἐν δικαιοσύνῃ, ideo Noſtrum mutâſſe ἄρχοντας in διακόνους, quia Chriſtus Dominus Matth. XX. 25. Apoſtolis hunc in modum eſt locutus; οἴδατε ὅτι οἱ ἄρχοντες τῶν ἐθνῶν κατακυριεύουσιν αὐτῶν, καὶ οἱ μεγάλοι κατεξουσιάζουσιν αὐτῶν· οὐχ οὕτως δὲ ἔσται ἐν ὑμῖν· ἀλλ' ὃς ἐὰν θέλῃ ἐν ὑμῖν μέγας γενέσθαι, ἔστω ὑμῶν διάκονος· καὶ ὃς ἐὰν θέλῃ ἐν ὑμῖν εἶναι πρῶτος, ἔστω ὑμῶν δοῦλος. Improbabiliter quippe conjectant duo viri docti; unus, Clementinam lectionem fuiſſe codicis quo utebantur Apoſtoli, atque hodiernæ eſſe præferendam; alter, decerptum hic aliquem ex non extantibus libris, ſive ſacrum ſive Apocryphum. Mallem dicere, confuſa fuiſſe duo Iſaiæ teſtimonia; citatum cap. 60. verſ. 17. & illud cap. 66. verſ. 21. ἀπ' αὐτῶν λήψομαι ἱερεῖς καὶ λευίτας. Primus ſanè locus ad ſenſum Clementis citatur ab Irenæo lib. 4. cap. 44. *Tales*, inquit, *Presbyteros nutrit Eccleſia; de quibus & Propheta ait; Et dabo Principes tuos in pace, & Epiſcopos tuos in juſtitia.* COT. *Hammond. De Epiſcop. Diſſert. 4. c. 7. Diſſert. 5. cap. 7. Morinus Exercit. Bibl. lib. 1. Exercit. 9. cap. 4.*

Ibidem.] Locus iſte aliter concipitur in Editionibus hodiernis, ut apud *Irenæum* Lib. IV. c. 44. Vix itaque dubitem quin *B. Clemens* locum illum, ut alios aliquot, paullò immutarit, ut ad propoſitum ſuum aptaret, nec Hebræus textus ſecus ſentire nos cogit, ut pluribus contendit vir noſtiſſimæ eruditionis *Henr. Hammondus.* COLOM.

45. Καταστήσω &c.] In Hebr. [illegible] צדקה ונגשיך פקדתך, quod LXX. Interp. vertunt δώσω τοὺς ἄρχοντάς σου ἐν εἰρήνῃ καὶ τοὺς ἐπισκόπους σου ἐν δικαιοσύνῃ. Obſervari poteſt נגשים, quod alibi ſæpe ἐπιστάται redditur, (ſed procurationem & officium omne ſignificat) hic efferri per διακόνους. & שלום quod per εἰρήνην explicari ſolet, (ſed bona quæcumque denotat) hic πίστει, nec id quidem incommodè verti; inſuper tranſponi Epiſcoporum, Diaconorúmque mentionem, ut ordo utriuſque muneris rectiùs conſtaret; hæc autem ſatis opportunè à *S. Clemente* referri ad Eccleſiæ Chriſtianæ præfectos non facilè diffitebitur quiſquis locum Iſaiæ inſpexerit, atque totum hoc caput ad Meſſiæ tempora pertinere, Judæis ipſis calculum apponentibus, meminerit. FELL.

46. Καὶ

σω τοὺς ἐπισκόπους αὐτῶν ἐν δικαιοσύνῃ, [46] καὶ τοὺς διακόνους αὐτῶν ἐν πίστει.

* ſ. πιστευθέντες

Καὶ τί θαυμαστὸν, εἰ οἱ ἐν Χριστῷ * πιστεύοντες παρὰ Θεοῦ ἔργον τοιοῦτο, κατέστησαν τοὺς προειρημένους; ὅπου καὶ ὁ μακάριος πιστὸς θεράπων ἐν ὅλῳ

* ſ. inſer. ἐν τῷ

τῷ οἴκῳ Μωυσῆς, * τὰ διατεταγμένα αὐτῷ πάντα ἐσημειώσατο ἐν ταῖς ἱεραῖς βίβλοις, ᾧ καὶ ἐπηκολούθησαν οἱ λοιποὶ προφῆται, συνεπιμαρτυροῦντες τοῖς ὑπ' αὐτοῦ νενομοθετημένοις. [47] Ἐκεῖνος γὰρ ζήλου ἐμπεσόντος περὶ τῆς ἱερωσύνης, καὶ στασιαζουσῶν τῶν φυλῶν, ὁποία αὐτῶν εἴη τῷ ἐνδόξῳ ὀνόματι κεκοσμημένη, ἐκέλευσε τοὺς δώδεκα φυλάρχους προσενεγκεῖν αὐτῷ ῥάβδους, ἐπιγεγραμμένας ἑκάστης φυλῆς κατ' ὄνομα· καὶ λαβὼν αὐτὰς ἔδησε, καὶ [48] ἐσφράγισε τοῖς δακτυλίοις τῶν φυλάρχων, καὶ ἀπέθετο αὐτὰς εἰς τὴν σκηνὴν τοῦ μαρτυρίου, ἐπὶ τὴν τράπεζαν τοῦ Θεοῦ· καὶ κλείσας τὴν σκηνὴν, ἐσφράγισε τὰς κλεῖδας, ὡσαύτως καὶ τὰς ῥάβδους· καὶ εἶπεν αὐτοῖς· Ἄνδρες ἀδελφοὶ, ἧς ἂν φυλῆς ἡ ῥάβδος βλαστήσῃ, ταύτην ἐκλέλεκται ὁ Θεὸς εἰς τὸ ἱερατεύειν καὶ λειτουργεῖν αὐτῷ. Πρωΐας δὲ γενομένης, συνεκάλεσε πάντα τὸν Ἰσραὴλ, τὰς ἑξακοσίας χιλιάδας τῶν ἀνδρῶν, [καὶ ἐπε]δείξατο τοῖς φυλάρχοις [τὰς σφρα]γῖδας, καὶ ἤνοιξε τὴν σκηνὴν τοῦ μαρτυρίου, καὶ προ[εῖλε τὰς] ῥάβδους· καὶ εὑρέθη ἡ ῥά[βδος] Ἀαρὼν οὐ μόνον βεβλα[στηκυῖα,] ἀλλὰ καὶ καρπὸν ἔχουσα. Τί δοκεῖτε, ἀγαπητοί; οὐ π[ροῄδει] Μωυσῆς τοῦτο μέλλειν ἔ[σεσθαι;] μάλιστα ᾔδει· ἀλλ' ἵνα μὴ ἀ[καταστα]σία γένηται ἐν τῷ Ἰσραὴλ, * οὕτ[ως ἐποί]ησεν

* ſ. οὕτως ἐποίησεν

εἰς τὸ δοξασθῆναι [τὸ ὄνο]μα τοῦ ἀληθινοῦ καὶ μόνου [Θεοῦ,] ᾧ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

Καὶ οἱ [49] ἀπόστολοι ἡμῶν ἔγνωσαν διὰ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ὅτι [50] ἔρις ἔσται ἐπὶ τοῦ ὀνόματος τῆς ἐπισκοπῆς. διὰ ταύτην οὖν τὴν αἰτίαν πρόγνωσιν εἰληφότες τελείαν, κατέστησαν τοὺς προειρημένους, καὶ μεταξὺ [51] ἐπινομὴν δεδώκασιν, ὅπως ἐὰν κοιμηθῶσι, διαδέξωνται ἕτεροι δεδοκιμασμένοι ἄνδρες, τὴν λειτουργίαν αὐτῶν. Τοὺς οὖν [52] κατασταθέντας ὑπ' ἐκείνων, ἢ

ſtituam Epiſcopos eorum in juſtitia, & Diaconos eorum in fide. Iſ. 60. 17.

XLIII. Et quid mirum, ſi quibus in Chriſto commiſſum eſt à Deo hoc munus, prædictos conſtituerint? quandoquidem & beatus Moyſes, Hebr. 3. 5. fidelis famulus in tota domo; qui omnia quæ ipſi mandata erant, in ſacris libris annotavit; quémque ſecuti ſunt reliqui Prophetæ, teſtimonium pariter legibus illius præbentes. Ille namque cùm æmulatio pro ſacerdotio incidiſſet; ac tribus inter ſe diſſentirent, quænam illarum glorioſo eo nomine ornata eſſet; juſſit ut duodecim princi- Num. 17. pes tribuum afferrent ſibi virgas; quæ uniuſcujuſque tribûs virgæ, nominatim eſſent inſcriptæ: háſque acceptas ligavit, & annulis eorum principum obſignavit; atque illas depoſuit in tabernaculo teſtimonii ſuper menſam Dei: & clauſo tabernaculo, claves juxta & virgas ſignavit: ac dixit illis; Viri fratres, cujus tribûs virga germinaverit, hanc elegit Deus ut ipſi ſacra faciat & miniſtret. Mane autem exorto, convocavit univerſum Iſraelem, ſexcenta millia virorum: & Num. 11. et. ſigilla principibus tribuum oſtendit, & aperuit tabernaculum teſtimonii, protulitque virgas: & inventa eſt virga Aaronis non tantùm germinâſſe, ſed & fructum habere. Quid cenſetis, dilecti? An non id futurum præſciverat Moyſes? Maximè noverat: verùm ne ſeditio inter Iſraëlitas oriretur, ita inſtituit, ut glorificaretur nomen veri & ſolius Dei; cui gloria in ſæcula ſæculorum. Amen.

XLIV. Et Apoſtoli noſtri, cognoverunt per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, quòd futura eſſet contentio de nomine Epiſcopatus: ob eam ergo cauſſam, acceptâ perfectâ præcognitione, conſtituerunt ſupradictos, & deinceps futuræ ſucceſſionis regulam tradiderunt; ut cùm illi decederent, miniſterium eorum ac munus alii viri probati exciperent. Conſtitutos itaque ab illis, vel

46. Καὶ τοὺς διακόνους &c.] Qui auſus eſt tot ineptias Clementis nomine vendere, etiam ſacris literis hanc clauſulam adjecit, ut aſſumentum hoc præcedentibus reſponderet. B.

47. Referendo Virgarum Hiſtoriam, ad contenta capite 17. libri Numerorum adjicit nonnullas circumſtantias admodum veriſimiles, ac ut videtur deſumptas ex Hebræorum traditionibus. Cùm verò duodecim virgas ponit, eadem in ſententia verſatur ac Philo Judæus lib. 3. de vita Moſis, circa medium, Auguſtinus Sermone 3. de Tempore, & Auctor librorum de mirabilibus ſacræ Scripturæ, lib. 1 cap. 31. Tom. 3. Operum ejuſdem Hipponenſis Epiſcopi: ſed diſſentit ab Editione Vulgatâ, niſi ſi in ea præpoſitio *abſque* mutetur in copulam *atque*, legaturque Num. XVII. 6. *Locutuſque eſt Moyſes ad filios Iſrael: & dederunt ei omnes principes virgas per ſingulas tribus: fueruntque virgæ duodecim, atque virga Aaron.* Cæterùm iſtius περικοπῆς expoſitionem habet in poſtrema parte Homiliæ 9. Origenis ad Numeros: ex qua fecerunt integrum Sermonem, ac inter Auguſtinianos collocârunt, 99. de Tempore, & 40. de Diverſis. Ac emendandus etiam per duos manu exaratos codices, Origenis textus; *Eſt enim virga una: non* Etenim *virgam unam*: ut reſpondeat Græco LXX. ἦν ἡ ῥάβδος μία. COT.

48. Ἐσφράγισε τοῖς δακτυλίοις.] In rebus geſtis narrandis, ſemper licere creditum eſt circumſtantias adhibere, quæ narrationis filo rectiùs texendo videntur conducere; licèt minimè reperiantur in iis ſcriptis, è quibus hiſtoria ipſa primitus petebatur. Hoc jure utebatur B. Stephanus Act. VII. B. Paulus 2. Tim. III, 8. & ad Heb. XII, et. ut & alii paſſim. *Joſephus*, cùm negotium hoc narrat, ait virgas facilè cognitas τῶν τότε ἀνδρῶν [illegible] FELL.

49. Οἱ Ἀπόστολοι ἡμῶν.] Hoc nullus unquam dixit Clemens. B.

50. Ὅτι ἔρις ἔσται] Luculenta præſenſio rerum apud nos geſtarum, quæque propheticum Apoſtolici ævi & viri ſpiritum profitetur. Olim ſchiſmata & hæreſes ſubinde orta, præ faſtigii iſtius deſiderio & ambitu, nunc idem ipſum contemtui & odium præſtant. FELL.

51. Καὶ μεταξὺ ἐπινομὴν δεδώκασιν] Correctiones virorum doctorum parùm neceſſarias judico; nec probârim aut ἀπονομὴν Jonii, aut ἐπιλογὴν Boiſii, aut ἐπιμονὴν Turneri, apud Uſſerium de Epiſtolis S. Ignatii cap. 18. Nam textu non mutato, bonus ſenſus Clementis verborum afferri poteſt. Cum doctrina verò Epiſtolæ Noſtræ concordat doctrina Cyprianicarum Epiſtolarum 41. 52. & 55. COT.

Ἐπινομὴν δεδώκασιν.] Boiſius ἐπιλογὴν legit, ego mallem ἀπονομὴν, i. e. ἀπονεμημένον cum Heſychio, & cum Suida ἀπόνεμησιν. Deſcriptæ autem miniſteriorum & officiorum vices hac voce exprimuntur, quæ apud Dionyſium Areopagitam λῆξις & διανεμήσεις, Budæo teſte, vocantur: atque hoc ſenſu vox, *cenſus*, apud Tertullianum fortè accipienda eſt, de præſcript. adverſus hæreticos cap. 32. *Hoc enim modo Eccleſiæ Apoſtolicæ cenſus ſuos deferunt, ſicut Smyrnæorum Eccleſia habens Polycarpum ab Johanne conlocatum refert; ſicut Romanorum Clementem a Petro ordinatum edit; proinde utique & cæteræ exhibent, quos ab Apoſtolis in Epiſcopatum conſtitutos, Apoſtolici ſeminis traduces habeant, &c.* Ubi cenſus ſuos deferre, eſt, ordinem Epiſcoporum ſuorum ad originem recenſere, ut ipſe lib. 4. adverſus Marcionem cap. 5. loquitur (ubi etiam vox hæc, cenſus, legitur, prout libro primo contra eundem & cap. 21. bis) *Ordo tamen Epiſcoporum ad originem recenſus, in Johannem ſtabit auctorem: ſic & cæterarum generoſitas recognoſcitur.* alibi, libros cenſuales vocat; verùm de re dubia ſileo. JUN.

Ἐπινομὴν δεδώκασιν.] Hæc ἐπινομῆς λέξις negotium facit viris undequaque doctiſſimis. Eruditiſſ. *Junius*, *præſcriptas officiorum vices*; clariſſ. *Salmaſius*, *præceptum*; Reverendiſſ. *Uſſerius*, *ordinem præſcriptum*; Illuſtriſſ. *Marca*, *formam*; optimus *Hammondus*, *ſeriem aut modum ſucceſſionis*, *catalogum*, *diſtributionem*, aut *ordinationem* eſſe cenſent, & ſatis conſtabit contextûs ratio, quocumque ex iſtis modis interpretemur. Sed quandoquidem certiſſimum eſt vocem νομὴ eodem omnino eſſe in ſignificatu cum verbo νέμω, atque etiam ἐπινέμω; & apud *Herodianum* ita paſſim conjungi, quemadmodum hic apud *Clementem* noſtrum, cùm verbo δίδωμι, ſimpliciſſimam judico *Hammondi* verſionem, atque eidem accedendum. FELL. Mallem vertere *ſubrogationem*, hoc eſt, nomina ſubrogandorum, quod ſenſus omnino requirit. Vetus Onomaſticon ἐπινέμω vertit *ſuperrogo*, quod idem ſignificare videtur ac *ſubrogo*. CLER

52. Κατασταθέντας &c.] Locus, ſi quis alius, apprimè utilis ad intelligendum quæ fuerint partes Cleri & Plebis, in

vel deinceps ab aliis viris eximiis, conſentiente ac comprobante universâ Eccleſiâ; qui inculpatè ovili Chriſti miniſtraverunt cum humilitate, quietè, nec illiberaliter; quique longo tempore ab omnibus teſtimonium præclarum reportârunt; hos putamus officio injuſtè dejici. Neque enim leve erit noſtrum peccatum, ſi eos qui citra querelam & ſanctè offerunt dona, Epiſcopatu privaverimus. Beati Presbyteri, viam priùs emenſi, qui fructuoſam perfectamque conſecuti ſunt diſſolutionem: non enim verentur ne quis eos transferat de loco ipſis conſtituto. Videmus enim quòd vos, nonnullos piè viventes, ex adminiſtratione quam inculpatè ac honorificè exſequebantur, tranſduxiſtis.

XLV. Contentioſi eſtis, fratres, & in rebus quæ ad ſalutem non pertinent æmulatores. Diligenter inſpicite Scripturas, Spiritus ſancti vera oracula. Attendite; nihil injuſtum neque perverſum in illis ſcriptum eſt. Non enim invenietis juſtos ab hominibus ſanctis depulſos. Perſecutionem paſſi ſunt juſti, ſed ab iniquis: in carcerem ſunt conjecti, ſed ab impiis: lapidati ſunt à nefariis; occiſi à ſceleſtis & injuſto zelo occupatis.
Dan. 6. & 14. Hæc paſſi, præclarè tulerunt. Nam quid dicemus, fratres? Daniel in ſpecum leonum ab hominibus Deum timentibus conjectus eſt? Ananias,
Dan. 3. Azarias, & Miſaël ab eis qui magnificum & nobilem Altiſſimi cultum obſervabant concluſi ſunt in fornacem ignis? Abſit. Quinam igitur hæc patrârunt? Odio ac exſecratione digni, & omni malitia pleni, in tantum furoris eruperunt, ut viros in ſancto & irreprehenſo propoſito, Deo ſer-

μεταξὺ ὑφ᾽ ἑτέρων ἐλλογίμων ἀνδρῶν, συνευδοκησάσης τῆς ἐκκλησίας πάσης, καὶ λειτουργήσαντας ἀμέμπτως τῷ ποιμνίῳ τοῦ Χριστοῦ μετὰ ταπεινοφροσύνης, ἡσύχως καὶ ἀβαναύσως, μεμαρτυρημένους τε πολλοῖς χρόνοις ὑπὸ πάντων, τούτους οὐ δικαίως νομίζομεν ἀποβάλλεσθαι τῆς λειτουργίας. [53] Ἁμαρτία γὰρ οὐ μικρὰ ἡμῖν ἔσται, ἐὰν τοὺς ἀμέμπτως καὶ ὁσίως προσενέγκοντας [54] τὰ δῶρα [55] τῆς ἐπισκοπῆς ἀποβάλωμεν. Μακάριοι οἱ προοδοιπορήσαντες πρεσβύτεροι, οἵτινες ἔγκαρπον καὶ τελείαν ἔσχον τὴν ἀνάλυσιν· οὐ γὰρ εὐλαβοῦνται μή τις αὐτοὺς μεταστήσῃ ἀπὸ τοῦ ἱδρυμένου αὐτοῖς τόπου. Ὁρῶμεν γὰρ ὅτι ἐνίους ὑμεῖς μετηγάγετε καλῶς πολιτευομέ[νους,] ἐκ τῆς ἀμέμπτως αὐτοῖς τετιμημένης λειτουργίας.

Φιλό[νεικοι] ἐστε, ἀδελφοί, καὶ ζηλωταὶ περὶ [μὴ] ἀνηκόντων εἰς σωτηρίαν. Ἐ[γκύπτετ]ε εἰς τὰς γραφὰς, τὰς ἀληθεῖς [ῥήσεις] πνεύματος τοῦ ἁγίου. Ἐπίστασθε [ὅτι οὐ]δὲν ἄδικον οὐδὲ παρασε[ποιη]μένον γέγραπται ἐν αὐταῖς. [Οὐ γὰρ εὑ]ρήσετε δικαίους ἀποβε[βλημ]ένους ἀπὸ ὁσίων ἀνδρῶν. [Ἐδι]ώχθησαν δίκαιοι, ἀλλ᾽ ὑπὸ ἀνό[μων]· ἐφυλακίσθησαν, ἀλλ᾽ ὑπὸ [ἀν]οσίων· ἐλιθάσθησαν ὑπὸ πα[ρα]νόμων· ἀπεκτάνθησαν [ὑπ]ὸ τῶν μιαρῶν, καὶ ἄδικον ζῆλον [περ]ιειληφότων. Ταῦτα πάσχοντες, [εὐ]κλεῶς ἤνεγκαν. [Τί γ]ὰρ εἴπωμεν, ἀδελφοί; Δανιὴλ ὑπὸ τῶν φοβουμένων τὸν Θεὸν [ἐ]βλήθη εἰς λάκκον λεόντων; Ἀνανίας καὶ Ἀζαρίας καὶ Μισαὴλ ὑπὸ τῶν θρησκευόντων τὴν μεγαλοπρεπῆ καὶ ἔνδοξον θρησκείαν τοῦ ὑψίστου κατείρχθησαν εἰς κάμινον πυρός; μηδαμῶς τοῦτο γένοιτο. Τίνες οὖν οἱ ταῦτα δράσαντες; οἱ στυγητοὶ καὶ πάσης κακίας πλήρεις. εἰς τοσοῦτο * [56] ἐξήρισαν θυμοῦ, ὥστε τοὺς ἐν ὁσίᾳ καὶ ἀμώμῳ προθέ- * ſ. ἐξήρεισαν

Epiſcoporum ordinatione. Καθίστασθαι ad Apoſtolos & Epiſcopos, συνευδοκεῖν ad Plebem ſpectabat. Rem optimè illuſtrat B. Cyprianus Ep. LXVIII *Diligenter de traditione divina & apoſtolica obſervatione ſervandum eſt & tenendum, quod apud nos quoque & ferè per univerſas provincias tenetur, ut ad ordinationes ritè celebrandas, ad eam plebem, cui præpoſitus ordinatur, Epiſcopi ejuſdem Provinciæ proximi quique conveniant, & Epiſcopus deligatur plebe præſente, quæ ſingulorum vitam pleniſſimè novit, & uniuſcujuſque actum, de ejus converſatione perſpexit; quod & apud vos factum videmus, in Sabini collegæ noſtri ordinatione, ut de univerſa fraternitatis ſuffragio, & de Epiſcoporum, qui in præſentia convenerant, quique de eo ad vos litteras fecerant, judicio Epiſcopatus ei deferretur & manus ei in locum Baſilidis imponeretur.* Ita in ſubſtituendo ſucceſſore in locum Judæ proditoris, cùm Apoſtoli duos conſtituiſſent, fideles ex eorum mandato inquirunt, & ἐπιψηφῇ quaſdam Epiſcopum deſignant, ἐπισκέψεσθε ἄνδρας μαρτυρουμένους. Cujus rei, cùm obiter mentionem feciſſet, hanc cauſam aſſignat D. Cyprianus, modò laudatus; *hoc tam diligenter & cautè convocatâ totâ plebe gerebatur, ne quis ad altaris miniſterium, vel ad Sacerdotalem locum indignus obreperet.* Ita & Timotheus à B. Paulo ordinabatur, ſiquidem ἐμαρτυρεῖτο ὑπὸ τῶν ἐν Λύστροις καὶ Ἰκονίῳ ἀδελφῶν, Act. XVI. Verba Origenis hæc ipſa in re legiſſe minimè pœnitebit, ex Hom. VI. in Levit. ubi ait *requiri, in ordinando Sacerdote præſentiam populi, ut ſciant omnes & certi ſint, quia qui præſtantior eſt ex omni populo, qui doctior, qui ſanctior, qui in omni virtute eminentior, ille qui eligitur ad ſacerdotium, & hoc, adſtante populo, ne qua poſt modum retractatio cuipiam, ne quis ſcrupulus reſideret.* Ille autem eſt plebis aſſenſus, quem *Theodoritus* in cauſa Petri ſucceſſoris Athanaſii Lib. IV. c. 18. deſcribit, quod in illo ὁ λαὸς ἅπας ταῖς εὐφημίαις ἐδήλου τὴν ψῆφον. FELLUS, qui *cum hiſce confert ritus Eccleſiæ Anglicanæ in electione Presbyterorum & Epiſcoporum; quæ cùm nihil ad Clementem facerent, omiſimus.*

53. Ἁμαρτία γὰρ οὐ μικρὰ ἡμῖν ἔσται, ἐὰν τοὺς ἀμέμπτως καὶ ὁσίως προσενέγκοντας τὰ δῶρα, τῆς ἐπισκοπῆς ἀποβάλωμεν.] Sacerdotes dona ſeu munera Deo offerunt, preces fidelium, ſacrificia incruenta, ſanctam Euchariſtiam. Tertullianus IV. contra Marcionem 9. agens de loco Matt. VIII. 4. *Vade, oſtende te Sacerdoti, & offer munus quod præcepit Moyſes:* ait, *Argumenta enim figurata, utpote prophetatæ Legis, adhuc in ſuis imaginibus turbatur, quæ ſignificabant hominem quondam peccatorem, verbo mox Dei emaculatum, offerre debere munus Deo apud Templum, orationem ſcilicet & actionem gratiarum apud Eccleſiam, per Chriſtum Jeſum Catholicum Patris Sacerdotem.* Sic apud Maximum ad caput 3. Cœleſtis Hierarchiæ, Sacerdotum eſt τὰ δῶρα προσκομίζειν. Vide hic in Conſtitutionibus Apoſtolicis II. 59. VIII. 5. 12. 13. & in Ignatio ad Smyrnæos cap. 7. Origenes Hom. 13. in Exodum, *Cùm ſuſcipitis Corpus Domini, cum omni cautela & veneratione ſervatis ne ex eo parum quid decidat, ne conſecrati Muneris aliquid dilabatur.* Dionyſius de Eccleſiaſtica Hierarchia cap. 3. τοῖς δώροις τῶν δωρεῶν. Gregorius Nyſſenus ſub finem Orationis XI. contra Eunomium, τὴν μυστικὴν δωροφορίαν. Gregorius Nazianzenus Carm. Iamb. 13.

Θεῷ δὲ δῶρα. Ἐυσίας προσφέρειν
Δώρων δεχόμων ἁγνῶν. ὁ δειλόχρος
Τράπεζα.

Munera ſancta, verba ſunt Stephani 1. Papæ ad Pippinum Regem, *id eſt Corpus Domini noſtri Jeſu Chriſti, in ſuis contaminatis vaſis, quæ folles vocant, miſerunt, & cibo carnium copioſo ſaturati comedebant eadem munera.* In Epiſtola de morte Hieronymi, ante finem; *O ſignum dilectionis inæſtimabilis, ut idem ſit dator quod datum,* (ita lege cum Editione antiqua Lugdunenſi) *& donator idem ſit quod ipſum donum.* Ab Æthiopibus quoque Euchariſtia dicitur appellari קרבן, quod Interprete Evangeliſta Marco cap. 7. verſ. 11. eſt δῶρον. Quid plura? cùm paſſim Auctores hoc modo uſurpent δῶρα. *Munera. Dona.* προσφορὰ. προσφέρειν. *Sacrificium* vel *ſacrificio offerre:* & ſimilia. Et itaque hæc δώρων & δωρεᾶς acceptio jam à temporibus Apoſtolicis uſitata: atque à Judæis ad Chriſtianos tranſiit. Caſaubonum fugit ratio, ſeu potiùs memoria, quando in Exercitatione 16. cap. 51. iſta habet; *Aliquando Patribus Euchariſtia dicitur δῶρον ἐξιτήριον, donum à diſcedente donatum. Sic ſcribit Baſilius in Homilia de caritate, Chriſtum reliquiſſe ἐξιτήριον δῶρον τοῖς ἑαυτοῦ μαθηταῖς ... Reliquiſſe, inquam, ſuis diſcipulis donum profectionum, quum inibi eſſet, ut diſpenſationem in carne ſua impleret.* Non enim de Euchariſtia loquitur magnus doctor, in Epiſtola 77. unde locum excerpſit Symeon Logotheta Oratione 3. De caritate; ſed agit de pace, quam ἐξιτήριον δῶρον appellat ob Chriſti Oraculum Joh XIV. 27. quemadmodum & Gregorius Theologus ad finem Orationis 14. COT.

54. Δῶρα.] Nemo Veterum ita ſine adjectu ſimpliciter locutus eſt, ambiguum enim velit ne primitias, gratiarum actiones, Eleemoſynam &c. Sanguis & Corpus Domini ſunt dona Dei. B.

55. Τῆς ἐπισκοπῆς] Hanc vocem *Junius* errore gravi conſtruxerat cum δῶρα, cùm hoc debeat conſtrui cum ἀποβάλωμεν. FELL.

56. Εἰς τοσοῦτο ἐξήρισαν θυμοῦ.] Boſius legendum putat, ἐξήφθησαν vel ἐξηγριάνθησαν, vel ἐξεκαύθησαν; quid ſi ἐξηρεθίσθησαν, ut in initio, εἰς τοσοῦτον ἀπονοίας ἐξεκαύθησαν, licet literarum officinas huic lectioni non adeo faveat, vel ἐξεβράσθησαν, ſcil. ἐκτραπέντες, phraſi Græcis & Latinis ſcriptoribus non inuſitata. JUN.

φθοῦ δουλεύοντας τῷ Θεῷ εἰς αἰκίαν περιβαλεῖν· μὴ εἰδότες ὅτι ὁ ὕψιστος ὑπέρμαχος καὶ ὑπερασπιστής ἐστιν τῶν ἐν καθαρᾷ συνειδήσει λατρευόντων τῷ παναρέτῳ ὀνόματι αὐτοῦ· ᾧ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν. Οἱ δὲ ὑπομένοντες ἐν πεποιθήσει, δόξαν καὶ τιμὴν ἐκληρονόμησαν· ἐπήρθησάν τε καὶ * 57 ἔκπαφροι ἐγένοντο ὑπὸ τοῦ Θεοῦ ἐν τῷ μνημοσύνῳ αὐτῶν, εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

* f. ἐλαφροὶ vel ἀνεπαφροι

Τοιούτοις οὖν ὑποδείγμασι κολληθῆναι καὶ ἡμᾶς δεῖ, ἀδελφοί. 58 Γέγραπται γάρ· Κολλᾶσθε τοῖς ἁγίοις, ὅτι οἱ κολλώμενοι αὐτοῖς ἁγιασθήσονται. Καὶ πάλιν ἐν ἑτέρῳ τόπῳ λέγει· Μετὰ ἀνδρὸς ἀθῴου ἀθῷος ἔσῃ, καὶ μετὰ στρεβλοῦ διαστρέψεις. Κολληθῶμεν οὖν τοῖς ἀθῴοις καὶ δικαίοις· εἰσὶν δὲ οὗτοι ἐκλεκτοὶ τοῦ Θεοῦ. Ἵ[να] τί ἔρεις, καὶ θυμοὶ, καὶ διχοστασίαι, καὶ σχίσματα, πόλεμός τε ἐν * ὑμῖν; ἢ οὐχὶ 59 ἕνα Θεὸν ἔχομεν, καὶ ἕνα Χριστόν; καὶ ἓν πνεῦμα τῆς χάριτος τὸ ἐκχυθὲν ἐφ᾽ ἡμᾶς, καὶ μία κλῆσις ἐν Χριστῷ; ἵνα τί διέλκομεν καὶ διασπῶμεν τὰ μέλη τοῦ Χριστοῦ, καὶ στασιάζομεν πρὸς τὸ σῶμα τὸ ἴδιον, καὶ εἰς τοσαύτην ἀπόνοιαν ἐρχόμεθα, ὥστε ἐπιλαθέσθαι ἡμᾶς ὅτι μέλη ἐσμὲν ἀλλήλων; Μνήσθητε τῶν λόγων Ἰησοῦ τοῦ κυρίου ἡμῶν. 60 Εἶπε γάρ· 61 Οὐαὶ τῷ ἀνθρώπῳ ἐκείνῳ· καλὸν ἦν αὐτῷ εἰ οὐκ ἐγεννήθη, ἢ ἕνα τῶν ἐκλεκτῶν μου σκανδαλίσαι· κρεῖττον ἦν αὐτῷ περιτεθῆναι μύλον, καὶ καταποντισθῆναι εἰς τὴν θάλασσαν, ἢ ἕνα τῶν μικρῶν μου σκανδαλίσαι. Τὸ σχίσμα ὑμῶν πολλοὺς διέστρεψεν, πολλοὺς εἰς ἀθυμίαν ἔβαλεν, πολλοὺς εἰς δισταγμόν, τοὺς πάντας ἡμᾶς εἰς λύπην· καὶ ἐπίμονος ὑμῶν ἐστιν ἡ στάσις.

* f. ἡμῖν

Ἀναλάβετε τὴν ἐπιστολὴν τοῦ μακαρίου Παύλου τοῦ ἀποστόλου. Τί πρῶτον ὑμῖν 62 ἐν ἀρχῇ τοῦ εὐαγγε-

viventes, contumeliis ac tormentis affecerint: dum neſciunt, Altiſſimum, propugnatorem & protectorem eſſe eorum qui in pura conſcientia potentiſſimo nomini ejus inſerviunt: cui gloria in ſecula ſeculorum. Amen. Illi verò, in fiducia tolerantes, gloriæ & honoris hæredes facti ſunt; elevati ſunt & ſublimes beatique effecti à Deo in memoria ipſorum, in ſecula ſeculorum. Amen.

XLVI. Talibus itaque exemplis & nos adhærere oportet, fratres. Scriptum enim eſt; *Sanctis vos adjungite; quia qui illis adhærent, ſanctificabuntur.* Et rurſus in alio loco dicit; *Cum viro innocente innocens eris; & cum perverſo perverteris.* Quare innocentibus & juſtis jungamus nos: ii quippe ſunt electi Dei. Ut quid inter vos ſunt contentiones, iræ, diſſenſiones, ſchiſmata & bellum? Nonne unum Deum habemus; & unum Chriſtum? atque unus eſt Spiritus gratiæ, qui effuſus eſt ſuper nos, & una vocatio in Chriſto? Cur diducimus & diſtrahimus membra Chriſti; & contra proprium corpus ſeditionem facimus; eoque veſaniæ devenimus, ut alios aliorum membra eſſe obliviſcamur? Recordamini verborum Jeſu Domini noſtri. Dixit enim; *Væ homini illi: bonum erat ei, ſi natus non fuiſſet, quam ut unum ex electis meis ſcandalizaret: melius erat, ut ei mola circumponeretur, & in mare demergeretur; quàm ut unum de puſillis meis ſcandalizaret.* Schiſma veſtrum multos pervertit; multos in animi dejectionem, multos in vacillationem, omnes nos in triſtitiam conjecit: & ſeditio veſtra perſiſtit.

Pſ. 17. 26. *In Schiſma.* *Epheſ. 4. 4.* *1 Cor. 12.* *Rom. 12. 5.* *Mat. 26. 24.* *Marc. 9. 42.* *Luc. 17. 2.* *Mat. 18. 6.*

XLVII. Sumite Epiſtolam beati Pauli Apoſtoli. Quid primum vobis in principio Evangelii

57 Ἔκπαφροι ἐγένοντο] Boiſius legit ἔλαφροι vel ἀνέπαφροι. Ego malim ἐλαφρεζόμενοι legere, cum Philone Judæo, qui hanc vocem cum ἐπαναφέρεσθαι eandem facit, & ſæpius conjungit. Sic [illegible]. Et de mundo, [illegible]. Syneſius de inſomniis voce ſimplici in eadem ſignificatione utitur, [illegible]. Non ſum neſcius tamen Chryſoſt. hom. 44. in Geneſin, ubi comparationem inter tres pueros in caminum ignis conjectos, & Joſephum ejuſque continentiam & caſtitatem inſtituit, voce ἀνεπάφρι uti, quam lectionem non improbo. Ejus verba ita ſe habent, [illegible]. JUN.

Ἔκπαφροι.] Fortaſſe hæc vox non prorſus abſurdè retineri poterit, ut ſenſus ſit, eos qui per patientiam Deum honorarunt, ab ipſo exaltatos, niveoque candore oſtenta, apud eum in æterna memoria eſſe. Ἔκπαφρος dicitur, apud Galenum, & alios quod ſpuma obductum renidet & albeſcit; [illegible] autem λευκὴν eſſe gloriæ cœleſtis habitum abunde novimus, adeòque is feſtivæ omnis lætitiæ color; ut à B. Juda qui in pudendis gloriantur, & laudi ducunt, ab ipſo deſcribi meruerint, ut ſint ἐπαφρίζοντες τὰς ἑαυτῶν αἰσχύνας. FELL.

58 Γέγραπται γάρ· κολλᾶσθε τοῖς ἁγίοις, ὅτι οἱ κολλώμενοι αὐτοῖς ἁγιασθήσονται] Hunc locum in Scripturis non inveni. At fortaſſis non ad verbum, ſed ad ſenſum productus eſt; nec ex uno, ſed ex pluribus teſtibus Sapientiæ Sir. VI. 35. [illegible] 1. Corinth. VII. 14. *Sanctificatus eſt vir infidelis per mulierem fidelem. & ſanctificata eſt mulier infidelis per virum fidelem.* COT.

Γέγραπται δὲ [illegible].] Interpolator ita pervertit verba Clementis Alexandrini p. 572. B. Γέγραπται δὲ [illegible] &c. *Scriptum eſt enim:* Cum viro innocente eris innocens, & cum electo electus eris, & cum perverſo perverteris. *Sanctis ergo convenit adhærere, quoniam ii qui iis adhærent ſanctificabuntur. Hinc ſcribit Theognis* &c. B.

59. Ἕνα Θεὸν ἔχομεν &c.] Simile dictum B. Clementis laudat S. Baſilius de Spiritu ſancto cap. 29. Ζῇ ὁ Θεὸς, καὶ ὁ κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς, καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον. Quæ verba ex quonam Opere accepta fuerint, nec dicitur a Cappadociæ Archiepiſcopo, nec divinare nos valemus. COT.

60. Εἶπε γάρ.] Quod Anoquis non inſolens fuit, multa teſtimonia in unum conjungit: nempe Matt. XXVI. 24. Luc XVII. 2. Matt. XVIII. 6 & Marc IX. 42. At in Marco, aut in Luca, aut in utroque reperiſſe videtur [illegible] pro hodierno [illegible]· ſicque in Luca exhibet Codex Evangeliorum MS. qui eſt Bibliothecæ Regiæ 2247. Vulgata, *imponatur.* Verbo etiam [illegible] utitur Theophylactus eum Evangeliſtam enarrans, necnon Origenes ad Matthæi caput 18. Et verò eadem divinorum Eloquiorum compages ſtructa à Clemente Alexandrino ad finem Centonis 3. ubi cognominis ſui Romani verba mutuatus: nec multùm abſimilis, à Tertulliano lib. 4. adverſus Marcionem cap. 35. ſic; *Converſus ibidem ad diſcipulos, Væ, dicit, auctori ſcandalorum: expediſſet ei ſi natus non fuiſſet, aut ſi molino ſaxo ad collum deligato præcipitatus eſſet in profundum, quàm unum ex illis modicis, utique diſcipulus ejus, ſcandalizaret.* ab Origene Homil. 25. in Numeros: *Sicut & Dominus deſignat, cùm dicit, quia melius fuerat homini illi non naſci, aut molam aſinariam alligari circa collum ejus, & præcipitari in profundum maris, quàm ut ſcandalizet unum de puſillis iſtis.* item ab Auctore Dialogorum contra Marcioniſtas, inter Origeniana Opera, Dialogo 1. poſt medium: *Sic enim ipſe Chriſtus, ſententiam tulit dicens, væ homini illi, per quem filius hominis traditur: melius erat illi, ſi natus non fuiſſet, vel poſtquam natus eſſet, ut mola aſinaria ei appenderetur, & in profundum maris demergeretur.* necnon ab Hilario ad Pſalm. CXVIII. 165. *Quia ſecundum Evangelium, utilius ſit in vitam non veniſſe, quam ſcandalum minimis intuliſſe.* Atque colligi poteſt ex locis Tertulliani ac Origenis, nonnulla exemplaria Evangelica habuiſſe [illegible]. Certè in Latino Euthyraio legimus Lucæ XVII. *Expedit illi, ut mola aſinaria alligetur ad collum ejus.* idemque verbum in hoc Chriſti ſermone uſurpant non pauci: ut Scriptor tractatûs de cœna Domini, in Cyprianicis Operibus; Hilarius in Matthæum Canone 18. Paulinus Presbyter in vita S. Ambroſii, & Hieronymus lib. 1. contra Jovinianum cap. 13. ad Ezechielis capita XVI. XXXIII. XXXIV. ad Mich. III. & ad Malachiæ II. *Quodſi is*, verba ſunt Tractatûs ad Virginem lapſam, cap. 7. Tom. 4. S. Ambroſii, *qui unum ſcandalizaverit, molâ circumligatus jactari debet in mare* Prædictæ porrò compagis ſecunda ratio ex Commentario B. Hieronymi ad Matth. XVIII. 7. *Simulque, inquit, per generalem ſententiam percutitur Judas, qui proditioni animum præparaverat.* Ibid.

61. Οὐαὶ τῷ ἀνθρώπῳ.] *Adi Clementem Alexandrinum* p. 472. A. & videbis line hæc eſſe interpolata. B.

62. Ἐν ἀρχῇ τοῦ εὐαγγελίου.] Hoc eſt, inquiunt viri docti,

1. Corinth. gelii ſcripſit? Profectò in Spiritu ad vos litteras dedit, de ſeipſo, & Cepha, & Apollo; quia etiam tum diverſa in ſtudia ſciſſi eratis. Sed varia illa animorum inclinatio, minus peccatum vobis intulit: propendebatis enim in Apoſtolos teſtatæ ſanctitatis, & in virum ab illis probatum. Nunc verò quinam ſint qui vos perverterint, & nominatiſſimi veſtri fraterni amoris imminuerint decus, animadvertite. Turpia ſunt, dilecti, ac valde turpia, & Chriſtianâ converſatione indigna; audiri, firmiſſimam & antiquam Corinthiorum Eccleſiam, propter unum aut alterum hominem contra Presbyteros ſeditionem movere. Atque is rumor non tantùm ad nos pervenit; ſed ad eos quoque, qui à nobis alieni
Rom. 2. 24. & 1 Tim. 6. 1. ſunt animo & ſententia; adeò ut propter veſtram inſipientiam, etiam blaſphemiæ & convicia nomini Domini inferantur, vobis autem periculum creetur.

XLVIII. Auferamus igitur hoc celeriter, & Domino accidamus, & plangamus orantes eum, ut propitius factus, reconcilietur nobis, atque in
Cl. Alex. Strom 4. p. 518. Pſal. 117. 19. decoram & caſtam fraterni amoris viam nos reducat & reſtituat. Hæc enim eſt porta juſtitiæ, ad vitam aperta; ſicut ſcriptum eſt; *Aperite mihi portas juſtitiæ; ingreſſus in eas, confitebor Domino. Hæc porta Domini, juſti intrabunt in eam.* Cùm
I. Cl. Alex. Str. 1 & 6. multò ante medium, p. 288. D. 646. C. Ibidem p. 289. A. 647. A. B. ergo multæ portæ apertæ ſint; quæ in juſtitia eſt, eadem & in Chriſto eſt; in quam beati, omnes qui intrarint, & iter ſuum in ſanctitate ac juſtitiâ direxerint, omnia imperturbatè peragentes. Sit aliquis fidelis, ſit potens in enarranda cognitione, ſit ſapiens in ſermonum juſta dijudicatione, ſit in operibus purus: tantò humilior eſſe debet, quò

λίου ἔγραψεν; ἐπ' ἀληθείας πνευματικῶς ἐπέστειλεν ὑμῖν, περὶ αὐτοῦ τε, καὶ Κηφᾶ, καὶ Ἀπολλώ, διὰ τὸ καὶ τότε προσκλίσεις ὑμᾶς πεποιῆσθαι· ἀλλ' ἡ πρόσκλισις ἐκείνη ἧττον ἁμαρτίαν ὑμῖν προσήνεγκεν. Προσεκλίθητε γὰρ [63] ἀποστόλοις μεμαρτυρημένοις, καὶ ἀνδρὶ δεδοκιμασμένῳ παρ' αὐτοῖς. Νυνὶ δὲ κατανοήσατε τίνες ὑμᾶς διέστρεψαν, καὶ τὸ σεμνὸν τῆς περιβοήτου φιλαδελφίας ὑμῶν ἐμείωσαν. Αἰσχρά, ἀγαπητοί, καὶ λίαν αἰσχρά, καὶ ἀνάξια τῆς ἐν Χριστῷ ἀγωγῆς, ἀκούεσθαι, τὴν βεβαιοτάτην καὶ [64] ἀρχαίαν Κορινθίων ἐκκλησίαν, δι' ἓν ἢ δύο πρόσωπα, στασιάζειν πρὸς τοὺς πρεσβυτέρους. Καὶ αὕτη ἡ ἀκοὴ οὐ μόνον εἰς ἡμᾶς ἐχώρησεν, ἀλλὰ καὶ εἰς τοὺς ἑτεροκλινεῖς ὑπάρχοντας ἀφ' ἡμῶν· ὥστε καὶ βλασφημίας ἐπιφέρεσθαι τῷ ὀνόματι κυρίου, διὰ τὴν ὑμετέραν ἀφροσύνην, ἑαυτοῖς δὲ κίνδυνον ἐπεξεργάζεσθαι.

Ἐξάρωμεν οὖν τοῦτο ἐν τάχει, καὶ προσπέσωμεν τῷ δεσπότῃ, καὶ κλαύσωμεν ἱκετεύοντες αὐτὸν, ὅπως ἵλεως γενόμενος ἐπικαταλλαγῇ ἡμῖν, καὶ ἐπὶ τὴν σεμνὴν τῆς φιλαδελφίας * ἁγνὴν ἀγωγὴν ἀποκαταστήσῃ ἡμᾶς. Πύλη γὰρ δικαιοσύνης ἀνεῳγυῖα εἰς ζωὴν * f. inser. καὶ. I. Cl. Alex.
αὕτη, καθὼς γέγραπται· [65] Ἀνοίξατέ μοι πύλας δικαιοσύνης, εἰσελθὼν ἐν αὐταῖς ἐξομολογήσομαι τῷ κυρίῳ. Αὕτη ἡ πύλη τοῦ κυρίου, δίκαιοι εἰσελεύσονται ἐν αὐτῇ. [66] Πολλῶν οὖν πυλῶν ἀνεῳγυιῶν, ἡ ἐν δικαιοσύνῃ αὕτη ἐστὶν ἡ ἐν Χριστῷ, ἐν ᾗ μακάριοι πάντες οἱ εἰσελθόντες, καὶ κατευθύνοντες τὴν πορείαν αὐτῶν, ἐν ὁσιότητι καὶ δικαιοσύνῃ, ἀταράχως πάντα ἐπιτελοῦντες. Ἤτω τις πιστὸς, ἤτω δυνατὸς γνῶσιν ἐξειπεῖν, ἤτω σοφὸς ἐν * διακρίσει λόγων, ἤτω * [67] ἁγνὸς ἐν ἔργοις· [68] τοσούτῳ μᾶλλον ταπεινοφρονεῖν ὀφείλει, ὅσῳ δοκεῖ μᾶλλον μείζων

* Cl. Al. διακρίσει.
* I. Cl. Alex. utrobique. Confer cum Antonio, Meliſſæ Parte 2. Serm. 73. & Maximo, Locorum communium Serm. 49.

---

in principio Epiſtolæ primæ ad Corinthios. Evangelii, ſcilicet, nomine comprehenditur totum Teſtamentum novum, ut cernere eſt Conſtitut. Apoſtolic. lib. 1. cap. 5. utque docet Origenes Præfatione Commentariorum in Johannem. Unde ab eodem Adamantio ad Matth. XXI. 45. locus I. Cor. XII. 15. & à Gregorio Nyſſeno ad Theophilum Alexandrinum contra Apollinarem, locus I. Joh. V. 19. tanquam Evangelii citantur. Sit ergo *in principio Evangelii*, idem ac apud Clementis imitatorem Polycarpum cap. 11. *In principio Epiſtolæ*. Fortè tamen principium Evangelii hîc denotat prima prædicationis Evangelicæ tempora. Philipp. I. 5. ἐπὶ τῇ κοινωνίᾳ ὑμῶν εἰς τὸ εὐαγγέλιον ἀπὸ πρώτης ἡμέρας ἄχρι τοῦ νῦν. Et cap. 4. verſ. 15. οἴδατε δὲ καὶ ὑμεῖς Φιλιππήσιοι, ὅτι ἐν ἀρχῇ τοῦ εὐαγγελίου, ὅτε ἐξῆλθον ἀπὸ Μακεδονίας, οὐδεμία μοι ἐκκλησία ἐκοινώνησεν εἰς λόγον δόσεως καὶ λήψεως, εἰ μὴ ὑμεῖς μόνοι. Quare in hoc ipſo capite Corinthiacam Eccleſiam Noſter ἀρχαίαν appellat. ἐξ ἀρχαίων χρόνων, ait Polycarpus initio Epiſtolæ ſuæ ad Philippenſes. Quippe erant duæ iſtæ Eccleſiæ ex numero Apoſtolicarum, *Quæ ab Apoſtolis fuerunt conditæ: Quæ aliquem ex Apoſtolis auctorem ſuum proferunt: Quæ Apoſtolorum alumnæ extiterunt: Quæque Apoſtolicas Epiſtolas accipere meruerunt*: ut uſurpem dicta Tertulliani de virginibus velandis cap. 2. De præſcriptione Hæreticorum cap. 32. lib. 4. adverſùs Marcionem cap. 5. & Auguſtini II. de doctrina Chriſtiana 8. Alio ſenſu Hieronymus lib. 2. contra Jovinianum cap. 11. ſcribit, *In foribus Evangelii, Anna filia Phanuelis, vidua inducitur, ſemperque jejunans.* & ante eum Tertullianus de jejuniis cap. 8. *In limine Evangelii, Anna &c.* Fores enim ac limen Evangelii dicuntur tempora præcedentia mox ſecuturum Evangelium, quod teſte Hieronymo l. in Jovin. 14. ante crucem Chriſti non eſt. COT.

Ἐν ἀρχῇ τοῦ εὐαγγελίου.] Εὐαγγέλιον hoc loco latè ſumitur, & Apoſtolorum ſcripta comprehendit, ut apud Nyſſenum, qui contra Apollinarem locum ex Epiſtola Johannis laudans, ſcribit, καθώς φησι τὸ εὐαγγέλιον, [illegible] τοῦ νόμου [illegible]. Sic legis nomine non tantùm πεντάτευχος Moyſis, ſed Prophetarum etiam interpretationes, & reliqui veteris Teſtamenti libri intelliguntur. Unde Johannis cap. 10. 34. locus Pſalmiſtæ, ἐγὼ εἶπα θεοί ἐστε, ſcriptus eſſe dicitur ἐν τῷ νόμῳ· & cap. 15. ejuſdem Evangelii verſ. 25. ὅτι ἐμίσησάν με δωρεάν, quæ verba ſunt Pſalmiſtæ, Pſal. 34. 19. ἐν τῷ νόμῳ, ſcripta eſſe dicuntur. & ad Corinth. 1. 14. 21. locus Eſaiæ, ab Apoſtolo ἐν νόμῳ ſcriptus eſſe dicitur. Ignorantia hujus latioris acceptionis in errorem quoſdam induxit, qui Moyſis tantum quinque libros à 70. Senioribus in linguam græcam verſos eſſe opinantur, quia apud quoſdam Patres invenitur, ex Hebraico fonte illos τὸν νόμον tranſtuliſſe, ac ſi legis nomine, libri Moyſis tantùm intelligendi eſſent. ſed de verſione τῶν ό, aliàs fortaſſe commodior diſſerendi occaſio dabitur. JUN.

63. Ἀποστόλοις μεμαρτυρημένοις, καὶ ἀνδρὶ δεδοκιμασμένῳ παρ' αὐτοῖς.] Cepham memoratum I Corinth. I. 12. & III 22. Petrum intelligit. Nam quòd alius Cephas à Petro agnoſci non debeat, nos docent Hieronymus, Claudius Taurinenſis, & Anſelmus, ad Galat. cap 2. ubi contrariam refellunt ſententiam, de qua conſule etiam Euſebium Hiſt. Eccl. lib. 1. cap. 12. Theophylactum cum Oecumenio ad prædictum Galat. caput, necnon Dorotheum in Synopſi. Videntur autem qui hoc modo ſenſerunt, habuiſſe nomen Cephæ in Codicibus ſuis Galat. II. 11. 14. ut colligere licet cùm ex Euſebio, tum ex quibuſdam Editionibus ac Interpretibus. COT.

64. Ἀρχαίαν] Loquitur hîc *B. Clemens* non abſolutè, ſed comparatè ad alias Eccleſias ab Apoſtolis fundatas. Non erat itaque cur locus iſte ſapientiſſimum *Bignonium* torqueret. COLOM.

65. Ἀνοίξατε *uſque ad* ἐκείνων] Hæc ex *Clemente Alexandrino* p. 288. eſſe traducta nihil certius eſt. *Romani* verba incipiunt ab ὅπως &c. B.

66. Πολλῶν οὖν πυλῶν ἀνεῳγυιῶν, ἡ ἐν δικαιοσύνῃ, αὕτη ἐστὶν ἡ ἐν Χριστῷ] Emenda itaque ope hujus Clementem lib. 1. p. 288 & lib. 6. p. 646. reſcribens in priori loco, πολλῶν τοίνυν ἀνεῳγμένων πυλῶν, ἡ ἐν δικαιοσύνῃ αὕτη ἡ ἐν Χριστῷ: in poſteriori verò in quo per memoriæ erratum, quale ad Barnabæ caput 5. annotabamus, tribuit Barnabæ Clementis verba, πολλῶν πυλῶν ἀνεῳγυιῶν, ἡ ἐν δικαιοσύνῃ, αὕτη ἐστὶν ἡ ἐν Χριστῷ. Legi poteſt inter cætera, S. Ignatii Epiſtola ad Philadelphenos cap. 9. & Severiani Gabalenſis Oratio de ſigillis, poſt initium, Tom. 6. Johannis Chryſoſtomi. COTEL.

67. Ἤτω ἁγνὸς ἐν ἔργοις.] Cogitandum an ex altero Clemente reponi debeat, ἤτω γοργὸς ἐν ἔργοις. ἤτω ἁγνός. Ibid.

68. Τοσούτῳ μᾶλλον ταπεινοφρονεῖν ὀφείλει. ὅσῳ δοκεῖ μᾶλλον μείζων εἶναι.] Citatur etiam ab Alexandrino Strom. 6. In Antonii Meliſſa Parte 2. Sermone 73. Κλήμεντος. Τοσοῦτόν τις μᾶλλον ὀφείλει ταπεινοφρονεῖν, ὅσον δοκεῖ μᾶλλον εἶναι. ζητεῖν γὰρ ἀεὶ τὸ κοινωφελὲς [illegible], ἀλλὰ μὴ τὸ ἑαυτοῦ. & in Maximo Locorum communium Sermone 49. Κλήμεντος. Τοσοῦτόν τις μᾶλλον ὀφείλει ταπεινοφρονεῖν, ὅσον δοκεῖ μᾶλλον εἶναι. Vides & abeſſe utrobique vocem μείζων: & ſententiam ζητεῖν γὰρ &c. ſejungi debere à priori. Quod poſtremum firmat veteris codicis auctoritas: necnon Damaſceni Eclogæ manu ſcriptæ in Bibliotheca Claromontana cap. περὶ συναγωγῆς χρηστῶν ἀνδρῶν &c. quæ Philoni adſcribunt illud, ζητεῖν ἀεὶ &c. Ibid.

69. Ζη-

ζων εἶναι· καὶ ⁶⁹ ζητεῖν τὸ κοινωφελὲς πᾶσιν, καὶ μὴ τὸ ἑαυτοῦ.

Ὁ ἔχων ἀγάπην ἐν Χριστῷ, ποιησάτω τὰ τοῦ Χριστοῦ παραγγέλματα. Τὸν δεσμὸν τῆς ἀγάπης τοῦ Θεοῦ, τίς δύναται ἐξηγήσασθαι; τὸ μεγαλεῖον τῆς καλλονῆς αὐτοῦ, τίς ἀρκεῖ, ὡς δεῖ, εἰπεῖν; τὸ ὕψος εἰς ὃ ἀνάγει ἡ ἀγάπη, ἀνεκδιήγητόν ἐστιν. [70] Ἀγάπη κολλᾷ ἡμᾶς τῷ Θεῷ, ἀγάπη καλύπτει πλῆθος ἁμαρτιῶν· ἡ ἀγάπη πάντα ἀνέχεται, πάντα μακροθυμεῖ· [71] οὐδὲν βάναυσον ἐν ἀγάπῃ, οὐδὲν ὑπερήφανον· ἀγάπη σχίσμα οὐκ ἔχει, ἀγάπη οὐ στασιάζει, ἀγάπη πάντα ποιεῖ ἐν ὁμονοίᾳ· ἐν ἀγάπῃ ἐτελειώθησαν πάντες οἱ ἐκλεκτοὶ τοῦ Θεοῦ· δίχα ἀγάπης οὐδὲν εὐάρεστόν ἐστιν τῷ Θεῷ· [72] ἐν ἀγάπῃ προσελάβετο ἡμᾶς ὁ δεσπότης, διὰ τὴν ἀγάπην ἣν ἔσχεν πρὸς ἡμᾶς, τὸ αἷμα αὐτοῦ ἔδωκεν ὑπὲρ ἡμῶν ὁ Χριστὸς ὁ κύριος ἡμῶν, ἐν θελήματι Θεοῦ, καὶ τὴν σάρκα ὑπὲρ τῆς σαρκὸς ἡμῶν, καὶ τὴν ψυχὴν ὑπὲρ τῶν ψυχῶν ἡμῶν.

Ὁρᾶτε ἀγαπητοί, πῶς μέγα καὶ θαυμαστόν ἐστιν ἡ ἀγάπη, καὶ τῆς τελειότητος αὐτῆς οὐκ ἔστιν ἐξήγησις. Τίς ἱκανὸς ἐν αὐτῇ εὑρ[εθῆναι,] εἰ μὴ οὓς ἂν καταξιώσῃ [ὁ Θεός, [73] εὐχώμε]θα οὖν καὶ αἰτώμεθα [εἶναι ἀξί]ως αὐτοῦ, ἵνα ἐν ἀγάπῃ [ζῶμεν,] δίχα προσκλίσεως ἀνθ[ρωπίνης,] ἄμωμοι. Αἱ γενεαὶ πᾶσαι ἀπὸ Ἀδὰμ ἕως τῆσδε ἡμέρας παρῆ[λθον,] ἀλλ' οἱ ἐν ἀγάπῃ τελειωθέν[τες,] κατὰ τὴν τοῦ * Χριστοῦ χάριν, ἔχου[σιν] χῶρον εὐσεβῶν· οἳ φανερ[ωθήσον]ται ἐν τῇ ἐπισκοπῇ τῆς βασιλ[είας] τοῦ Χριστοῦ. [74] Γέγραπται γάρ. Εἰσέλ[θε] εἰς τὰ ταμιεῖα μικρὸν ὅσον [ὅσον,] ἕως οὗ παρέλθῃ ἡ ὀργὴ καὶ θ[υμός] μου. Καὶ [75] μνησθήσομαι ἡμέρας ἀγαθῆς, καὶ ἀναστήσω ὑμᾶς [ἐκ] τῶν θηκῶν ὑμῶν. Μακάριοι ἦμεν, ἀγαπητοί, εἰ [τὰ προσ]τάγματα τοῦ Θεοῦ ἐποιοῦμεν ἐ[ν ὁ]μονοίᾳ ἀγάπης, εἰς τὸ ἀφεθῆ[ναι] ἡμῖν δι' ἀγάπης, τὰς ἁμαρτίας [ἡμῶν]. Γέγραπται γάρ· Μακάριοι [ὧν ἀφέ]θησαν αἱ ἀνομίαι· καὶ ὧν ἐπεκα[λύ]φθησαν αἱ ἁμαρτίαι. [76] Μακάριος ἀ[νὴρ] οὗ οὐ μὴ λογίσηται κύριος ἁμαρτίαν, οὐδέ ἐστιν ἐν τῷ στόματι αὐτοῦ δόλος. Οὗτος ὁ μακαρισμὸς ἐγένετο ἐπὶ τοὺς ἐκλελεγμένους ὑπὸ τοῦ Θεοῦ, διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ κυρίου ἡμῶν, ᾧ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

[77] Ὅσ[οι οὖν] παρ[έβη]μεν διά τινος τῶν [τοῦ] ἀντι[κειμέν]ου * ἀξιώσωμεν [συγγνώμην] καὶ ἐκεῖνοι δὲ οἵτινες ἀρχηγοὶ τῆς στάσεως καὶ διχοστασίας ἐγενήθησαν,

* Cl. Al. Θεοῦ.

* ſ add. παραπτώματα l. Cl. Al.

major eſſe videtur; & quærere quod omnibus utile eſt, non autem ſuum. Cl. Alex. Strom. 4.

XLIX. Qui caritatem in Chriſto habet, ſer- p. 518.
vet Chriſti mandata. Vinculum caritatis Dei quis Caritas. Citat. Hie-
poteſt enarrare? Magnificentiam bonitatis ejus ron. ad E-
quis, prout oportet, eloqui valet? Altitudo ad pheſ. 4. 1.
quam evehit caritas inenarrabilis eſt. Caritas nos 1. Col 3. 14.
Deo agglutinat, caritas operit multitudinem pec- Apud Cl. Alex. ubi
catorum; caritas omnia tolerat, omnia æquo ani ſuprà.
mo fert: in caritate nihil ſordidum, nihil super- 1 Cor. 13.
bum: caritas ſchiſma non habet; caritas ſeditio- 1. Pet. 4. 8.
nem non concitat: caritas omnia facit in concordia: in caritate omnes Dei electi, perfecti ſunt
facti: ſine caritate nihil acceptum eſt Deo: in ca- 1. Joh. 3 16.
ritate nos aſſumpſit Dominus; propter caritatem & 1 Joh 4.
quam erga nos habuit, Chriſtus Dominus noſter 9.
ex voluntate Dei, ſanguinem ſuum pro nobis tradidit, & carnem pro carne noſtra, & animam pro animabus noſtris.

L. Videtis, cariſſimi, quàm magna & ad-
mirabilis res ſit caritas, & quod perfectio ejus ne- In Alex.
queat explicari. Quis idoneus eſt ut in ipſa inve- Clem. ibid.
niatur, præter eos quos Deus dignos eſſe voluerit? Oremus igitur & petamus digni haberi, ut in
caritate vivamus, citra humanam propenſio- 1. 1. Tim. 5.
nem, & inculpabiles. Generationes omnes ab 21.
Adamo uſque in hodiernum diem præterierunt; Cl. ibid p.
at qui per Chriſti gratiam conſummati ſunt in 519.
caritate, habent locum piorum; qui manifeſtabuntur in viſitatione regni Chriſti. Scriptum
enim eſt; *Ingredere in cubicula tua pauluJum* Iſ. 26. 20.
quantulumcumque, donec pertranſeat ira & excandeſcentia mea. Et recordabor diei boni, & ſuſcitabo vos è loculis veſtris. Beati ſumus, dilecti, ſi præcepta Domini in caritatis concordia fecerimus, ut per caritatem remittantur nobis pecca-
ta noſtra. Scriptum quippe eſt; *Beati, quorum* Pſ 31. 1.
remiſſa ſunt iniquitates, & quorum tecta ſunt peccata. Beatus vir cui non imputabit Dominus peccatum, nec eſt in ore ejus dolus. Hæc beatitudo contigit electis à Deo per Jeſum Chriſtum Dominum noſtrum; cui gloria in ſæcula ſæculorum. Amen.

LI. Quotquot igitur per quemdam Adverſa- 1. Cl. Alex.
rii illapſum deliquimus, veniam poſtulemus: illi ibid.
verò qui ſeditionis & diſſenſionis duces & prin- Pœnitentia.
ci-

69. Ζητεῖν τὸ κοινωφελές.] Chryſoſtomus ad illud Pauli Corinth. 1. 11. μὴ ζητῶν τὸ ἐμαυτοῦ συμφέρον, ἀλλὰ τὸ τῶν πολλῶν ἵνα σωθῶσι, dicit publicum Eccleſiæ bonum quærere, & aliorum ſalutem privato commodo anteponere, canonem eſſe Chriſtianiſmi perfectiſſimum. Τοῦτο κανὼν χριστιανισμοῦ τοῦ τελεωτάτου, τοῦτο ὅρος ἀκριβέστατος, αὕτη ἡ κορυφὴ ἡ ἀνωτάτω, τὸ τὰ κοινῇ συμφέροντα ζητεῖν. JUN.

70. Ἀγάπη κολλᾷ ἡμᾶς.] Hoc loco Paulum imitatus ad Corinthios 1. 13. ubi charitatis, & mutuæ dilectionis, elegantiſſima deſcriptio eſt, & Ephræm Syrus tractatu περὶ ἀγάπης καὶ [illegible] utriuſque veſtigiis inſiſtit, cujus verba cum græcè non extent, placet hic ſubjungere. Μακάριος ὁ ἄνθρωπος καὶ [illegible] ὁ ἔχων ἀγάπην Θεοῦ, [illegible] ὅτι ὁ Θεὸς ἀγάπη ἐστί. καὶ ὁ μένων ἐν τῇ ἀγάπῃ, ἐν τῷ Θεῷ μένει. [illegible] JUN.

Ἀγάπη κολλᾷ ἡμᾶς τῷ Θεῷ.] Hæc ad [illegible] eſſe ex Clemente Alexandrino ſcies, ſi legas p. 518. D. B.

71. Οὐδὲν βάναυσον ad ὁμονοίᾳ.] Hæc abſunt à Clemente Alexandrino, ſuntque interpolatoris. B.

72. Ἐν ἀγάπῃ ad voculam καὶ Capitis ſequentis decimam.] Hæc non ſunt in Clemente Alexandrino p. 518. D. B.

73 Εὐχώμεθα ad ἄμωμοι.] Hæc ſunt interpolatoris. B.

74. Γέγραπται γάρ ad [illegible]] Hæc pro Clementinis p. 519. [illegible] B.

75 Καὶ μνησθήσομαι ἡμέρας ἀγαθῆς. καὶ ἀναστήσω ὑμᾶς [ἐκ] τῶν θηκῶν ὑμῶν] Simile nonnihil habes in libro Apocrypho IV. Eſdræ II. 16. *Et reſuſcitabo mortuos de locis ſuis, & de monumentis educam illos.* Lege etiam Iſaiæ XXVI 19. LXIII. 11. & Hebr. XIII. 20. Hinc enim fortè conſarcinatus fuit iſte locus. COT.

76. Μακάριος ἀνήρ.] Hæc uſque ad Χριστοῦ τοῦ κυρίου ἡμῶν, exſcripta ſunt ex Clemente *Alexandrino* p. 519. A. B.

77. Ὅσοι μὲν οὖν ad ἀντικειμένου.] Hæc efficta ſunt ex his Clementis *Alex.* p. 519. B. [illegible] &c. B. Ἀξιώσωμεν &c. Hinc ad ἐξομολογεῖσθαι τῷ κυρίῳ Cap LII. omnia finxit interpolator, & intempeſtivè de confeſſione tot verba ingeſſit. B.

78. Ἐξο-

cipes fuerunt, debent communem ſpem contemplari. Qui enim cum timore ac dilectione vivunt, maluut ſe in contumelias incidere, quàm proximos; & in ſeipſos potiùs damnationis ſententiam ferunt, quàm in pulcram & juſtam, quæ nobis tradita eſt, conſentionem. Nam melius eſt homini, confiteri de lapſibus & peccatis, quàm indurare cor ſuum; prout induratum eſt
Num. 16. cor eorum qui contra famulum Dei Moyſen ſeditionem fecerunt; quorum condemnatio manifeſta fuit; deſcenderunt enim in infernum vivi, &
Exod. 14. mors abſorpſit eos. Pharao & exercitus ejus & omnes præfecti Ægypti, currus etiam & equites eorum, non aliam ob cauſſam. Maris Rubri profundo immerſi ſunt, & perierunt, quàm quod ſtulta eorum corda indurata fuerint, poſtquàm per famulum Dei Moyſen tot tantáque portenta facta fuerant in terra Ægypti.

LII. Nullius rei, fratres, indigus eſt Dominus, nec quidquam deſiderat. præterquam ut ei
Pſ. 68. 31. fiat confeſſio. Ait enim electus David; *Confitebor Domino; & placebit ei ſuper vitulum novellum, cornua producentem & ungulas. Videant*
Pſ. 49. 14. *pauperes, & lætentur.* Et iterum dicit; *Immola Deo ſacrificium laudis; & redde Altiſſimo vota tua. Et invoca me in die tribulationis tuæ: & eruam te;*
Pſ. 50. 19. *& honorificabis me.* Nam *Sacrificium Deo, ſpiritus contribulatus.*

LIII. Noſtis enim & probè noſtis ſacras Scripturas, dilecti, & penitiùs in divina eloquia introſpexiſtis: illa igitur mente & memoriâ recolite. Cum Moyſes in montem aſcendiſſet, & quadraginta dies, noctéque quadraginta, in jejunio ac
Deut. 9. 12. humilitate tranſegiſſet; dixit ad eum Deus; *Surge, Moyſes, deſcende velociter hinc; quia iniquitatem fecit populus tuus, quos eduxiſti de terra Ægypti: tranſgreſſi ſunt cito de via quam mandaſti eis; & fecerunt ſibi fuſilia. Et dixit Dominus ad eum; Locutus ſum ad te ſemel & bis, dicens; Vidi populum hunc, & ecce populus duræ cervicis eſt; dimitte me exterminare eos; & delebo nomen eorum de ſub cœlo; & faciam te in gentem magnam & mirabi-*
Ex. 32. 32. *lem, & multam magis quam hanc. Dixit autem Moyſes: Nequaquam Domine; remitte peccatum huic populo; vel etiam me dele de libro viventium.* O caritatem magnam! O inſuperabilem perfectionem! Liberè ad Dominum loquitur famulus; remiſſionem pro plebe poſtulat, vel ſeipſum quoque cum eis deleri petit.

De caritate & pace. LIV. Quis ergo inter vos generoſus? quis miſericors? quis caritatis plenus? Dicat; Si

ὀφείλουσιν τὸ κοινὸν τῆς ἐλπίδος σκοπεῖν. Οἱ γὰρ μετὰ φόβου καὶ ἀγάπης [πολι]τευόμενοι, ἑαυτοὺς θέλουσ[ιν μᾶλλον * αἰκίαις περιπίπτειν, [ἢ τοὺς] πλησίον· μᾶλλον δὲ ἑαυτῶν κατάγνωσιν φέρουσιν, ἢ τῆς παραδεδομένης ἡμῖν καλῶς καὶ δικαίως ὁμοφωνίας. Καλὸν γὰρ ἀνθρώπῳ ἐξομολογεῖσθαι περὶ τῶν παραπτωμάτων, ἢ σκληρῦναι τὴν καρδίαν αὐτοῦ, καθὼς ἐσκληρύνθη ἡ καρδία τῶν στασιαζόντων πρὸς τὸν θεράποντα τοῦ Θεοῦ Μωϋσῆν, ὧν τὸ κρίμα πρόδηλον ἐγενήθη, κατέβησαν γὰρ εἰς ᾅδου ζῶντες, καὶ θά[νατ]ος κατέπιεν α]ὐτούς. Φαραὼ καὶ ἡ στρα[τιὰ αὐ]τοῦ, καὶ πάντες οἱ ἡγούμε[νοι Αἰγ]ύπτου, τά τε ἅρματα καὶ οἱ * [ἱππεῖ]ται αὐτῶν, * οὐ δι' ἄλλην τινὰ [αἰτίαν] ἐβυθίσθησαν εἰς θάλασσαν [ἐρυθρ]άν, καὶ ἀπώλοντο, ἀλλὰ διὰ [τὸ σκλη]ρυνθῆναι αὐτῶν τὰς ἀσυ[νέτους] καρδίας, μετὰ τὸ γενέσθαι [τηλικαῦ]τα τέρατα ἐν γῇ Αἰγύ[πτου, διὰ τ]οῦ θεράποντος τοῦ Θεοῦ Μωϋσέως.

* f. αἰκίαις
* f. ἀναβάται
* l. ᾶ

Ἀπροσδεὴς, ἀδελφοὶ, [ὁ] δεσπότης ὑπάρχει τῶν ἁπάντων, [οὐ]δὲ οὐδενὸς χρήζει, εἰ μὴ * τὸ [ἐξ]ομολογεῖσθαι αὐτῷ. Φησὶ γὰρ ὁ ἐκλεκτὸς Δαυίδ· [78] Ἐξομολογήσομαι τῷ κυρίῳ, καὶ ἀρέσει αὐτῷ ὑπὲρ μόσχον νέον, κέρατα ἐκφέροντα καὶ ὁπλάς. Ἰδέτωσαν πτωχοὶ καὶ εὐφρανθήτωσαν. Καὶ πάλιν λέγει· Θῦσον τῷ Θεῷ θυσίαν αἰνέσεως, καὶ ἀπόδος τῷ ὑψίστῳ τὰς εὐχάς σου. Καὶ ἐπικάλεσαί με ἐν ἡμέρᾳ θλίψεώς σου, καὶ ἐξελοῦμαί σε, καὶ δοξάσεις με. Θυσία γὰρ τῷ Θεῷ πνεῦμα συντετριμμένον.

* f. τῷ

[79] Ἐπίστασθε γὰρ, καὶ καλῶς ἐπίστ[ασθε τὰ]ς ἱερὰς γραφὰς, ἀγαπητοὶ, [καὶ ἐγκε]κύφατε εἰς τὰ λόγια τοῦ [Θεοῦ· εἰς ἀ]νάμνησιν οὖν ταῦτα [λάβετε.] Μωϋσέως γὰρ ἀναβαί[νοντ]ος ε]ἰς τὸ ὄρος, καὶ ποιήσαν[τος τεσσαρ]άκοντα ἡμέρας, καὶ τεσ[σαράκοντ]α νύκτας, ἐν νηστείᾳ [καὶ ταπεινο]ώσει· εἶπεν πρὸς αὐτὸν [Θεός· Ἀνάστη]θι Μωϋσῆ, κατάβηθι [τὸ τάχος] ἐντεῦθεν, ὅτι ἠνόμησεν [ὁ λαός σο]υ, οὓς ἐξήγαγες ἐκ γῆς [Αἰγύπτο]υ· παρέβησαν ταχὺ ἐκ [τῆς ὁδοῦ] ἧς ἐνετείλω αὐτοῖς, [ἐποίησα]ν ἑαυτοῖς χωνεύματα. [Καὶ εἶπεν] κύριος πρὸς αὐτόν· Λελάλη[κα πρός] σε ἅπαξ καὶ δὶς λέγων· [Ἑώρακα] τὸν λαὸν τοῦτον, καὶ ἰδοὺ [λαὸς σ]κληροτράχηλος· ἔασόν με [ἐξολ]οθρεῦσαι αὐτούς, καὶ ἐξα[λείψω τὸ] ὄνομα αὐτῶν ὑποκά[τωθεν] τοῦ οὐρανοῦ, καὶ ποιήσω [σε εἰς ἔ]θνος μέγα καὶ θαυμαστὸν [καὶ πολὺ] μᾶλλον ἢ τοῦτο. [Εἶπε δὲ Μ]ωϋσῆς· Μηδαμῶς κύριε, [ἄφες τὴν] ἁμαρτίαν τῷ λαῷ τούτῳ, ἢ κἀμὲ ἐξάλειψον ἐκ βίβλου ζώντων. Ὢ μεγάλης ἀγάπης, ὢ τελειότητος ἀνυπερβλήτου. [80] Παῤῥησιάζεται θεράπων πρὸς κύριον, αἰτεῖται ἄφεσιν τῷ πλήθει, ἢ καὶ ἑαυτὸν ἐξαλειφθῆναι μετ' αὐτῶν ἀξιοῖ.

Τίς οὖν ἐν ὑμῖν γενναῖος; τίς εὔσπλαγχνος; τίς [81] πεπληροφορημένος ἀγάπης; εἰπάτω· [82] Εἰ

δι

78. Ἐξομολογήσομαι] Hæc eodem ordine proferuntur à *Clemente Alexandrino* p. 519 C. B.

79. Ἐπίστασθε ad καὶ εἶπεν κύριος πρὸς αὐτόν] Pro his habet tantùm *Clemens Alexandrinus* p. 521. C. hæc verba: αὐτίκα οὖν ὁ Μωϋσῆς μέγας ἀκούσας παρὰ τοῦ Θεοῦ. B.

80. Παῤῥησιάζεται &c.] Hæc uſque ad Hiſtoriam Judithæ non extant in Clemente Alexand. p. 521. B.

81. Πεπληροφορημένος.] Perperam muteretur in πεπληρωμένος, cùm πληροφορεῖσθαι ſignificet impleri aliquâ re, uti obſervatum à Scripturarum Interpretibus, antiquis quoque. Sic Eccleſiaſtis VIII. 11. מלא Hebraicè, Græcè ἐπληροφορήθη, Latinè apud Hieronymum *repletum eſt*. Lucæ I. 1. τῶν πεπληροφορημένων ἐν ἡμῖν πραγμάτων. Vulgata, *Quæ in nobis completa ſunt rerum*. Coloſſ. II. 2. πληροφορίας *plenitudinis* Similiter I. Theſſal. I. 5 II. Tim IV. 5. 17. & alibi. S. Chryſoſtomus ad II. Tim. IV. 5. τὴν διακονίαν σου πληροφόρησον· τουτέστι, πλήρωσον. Theophylactus ad II. Tim IV. 17. πληροφορηθῇ. τουτέστι, βεβαιωθῇ. ἢ ἵνα πλήρης ἔλθῃ. καὶ πληρωθῇ. Sed quid in re clara ac teſtata immoror? COT.

82 Εἰ δι' ἐμὲ στάσις.] Epiphanius lib. 1. adverſus Carpocratianos, ubi mentionem Clementis noſtri facit, ad hunc locum reſpicit, ſcribens, λέγει γὰρ ἐν μιᾷ τῶν ἐπιστολῶν αὐτοῦ· Ἀναχωρῶ, ἄπειμι, εὐσταθείτω ὁ λαὸς τοῦ Θεοῦ &c. ubi εὐσταθείτω legendum puto, pro quo Clemens noſter εἰρηνευέτω habet. Quantùm fraternitatem univerſam dilexerit, τὸ προσφιλὲς quæſiverit, & paci Eccleſiæ, vir hic ſanctus, ſtuduerit; & quàm abominanda ipſi fuerint ſchiſmata, quæ Chriſti τὸν ἄρραφον καὶ ἀδιαίρετον χιτῶνα σχίζουσι, ex hoc loco facile apparet: nullum enim gravius peccatum admitti poſſe, quàm unionem Eccleſiæ ſcindere, auctore Cypriano, qui libro de unitate Eccleſiæ, inexpiabilem diſcordiæ maculam martyrii ſanguine ablui, & paſſione purgari negat: quod Chryſoſtomus homil. XI. ad Epheſios, ſuppreſſo nomine, audax ſed verum eſſe dictum pronuntiat. Ejus verba ita ſe habent. Ἀνὴρ δέ τις ἅγιος εἶπέ τι δοκοῦν εἶναι τολμηρόν. πλὴν ἀλλ' ὅμως ἐφθέγξατο. τί δὲ τοῦτο ἐστιν; οὐδὲ μαρτυρίου αἷμα ταύτην δύνασθαι ἐξαλεῖψαι τὴν ἁμαρτίαν ἔφησεν &c. qui paullo infra eadem homiliâ, ſe pacis ſtudio omnia poſtponere, immo & Epiſcopatum ipſum abdicare, paratum eſſe profitetur, modo unitas Eccleſiæ conſervetur. Εἰ γὰρ δι' ἐμὲ τοῦτο ὑποπτεύετε, ὅτι με παραχωρῆσαι τῆς ἀρχῆς, ἐγὼ ὡς βούλεσθε· μόνον ὁμόνοια ἔστω. in quo Clementem noſtrum ὑπογραμμὸν ſibi propoſuiſſe, & locum hunc, ad quem alludit, præ oculis habuiſſe, veriſimile eſt. JUN.

Εἰ δι' ἐμὲ στάσις.] Locum hunc citat *Epiphanius* Hæreſ. XXVII. & etiam exemplo & moribus Clementis noſtri deſcriptum ait; qui Eccleſiæ Romanæ Cathedræ à D. Petro admotus, ſe eo munere abdicavit, quamdiu Linus & Cletus in vivis eſſent. Ex qua duplici ſucceſſione fortaſſis, ſi non potiùs ex Eccleſiis à B. Petro & Paulo, Judæorum Gentium-

que

δι' ἐμὲ στάσις, καὶ ἔρις, καὶ σχίσματα, [83] ἐκχωρῶ, ἄπειμι, οὗ ἐὰν βούλησθε, καὶ ποιῶ τὰ προστασσόμενα ὑπὸ τοῦ πλήθους· μόνον τὸ ποίμνιον τοῦ Χριστοῦ εἰρηνευέτω, μετὰ τῶν καθεσταμένων πρεσβυτέρων. Τοῦτο ὁ ποιήσας, ἑαυτῷ μέγα κλέος ἐν κυρίῳ περιποιήσεται, καὶ πᾶς τόπος δέξεται αὐτόν. Τοῦ γὰρ κυρίου ἡ γῆ καὶ τὸ πλήρωμα αὐτῆς. Ταῦτα, οἱ πολιτευόμενοι τὴν ἀμεταμέλητον πολιτείαν τοῦ Θεοῦ, ἐποίησαν, καὶ ποιήσουσι.

Ἵνα δὲ καὶ [84] ὑποδείγματα ἐθνῶν ἐνέγκωμεν· [85] πολλοὶ βασιλεῖς καὶ ἡγούμενοι, λοιμικοῦ τινος ἐνστάντος καιροῦ, χρησμοδοτηθέντες, παρέδωκαν ἑαυτοὺς εἰς θάνατον, ἵνα ῥύσωνται διὰ τοῦ ἑαυτῶν αἵματος τοὺς πολίτας. Πολλοὶ ἐξεχώρησαν ἰδίων πόλεων, ἵνα μὴ στασιάζωσιν ἐπὶ πλεῖον. [86] Ἐπιστάμεθα πολλοὺς ἐν ἡμῖν παραδεδωκότας ἑαυτοὺς εἰς δεσμά, ὅπως ἑτέρους λυτρώσονται. Πολλοὶ ἑαυτοὺς παρέδωκαν εἰς δουλείας, καὶ λαβόντες τὰς τιμὰς αὐτῶν, ἑτέρους ἐψώμισαν. Πολλαὶ γυναῖκες ἐνδυναμωθεῖσαι διὰ τῆς χάριτος τοῦ Θεοῦ, ἐπετελέσαντο πολλὰ ἀνδρεῖα. [87] Ἰουδὶθ ἡ μακαρία, ἐν συγκλεισμῷ οὔσης τῆς πόλεως, ᾐτήσατο παρὰ τῶν πρεσβυτέρων ἐαθῆναι αὐτὴν ἐξελθεῖν εἰς τὴν παρεμβολὴν τῶν ἀλλοφύλων· παραδοῦσα ἑαυτὴν τῷ κινδύνῳ, ἐξῆλθε δι' ἀγάπην τῆς πατρίδος, καὶ τοῦ λαοῦ τοῦ ὄντος ἐν συγκλεισμῷ, καὶ παρέδωκε κύριος Ὀλοφέρνην ἐν χειρὶ θηλείας. Οὐχ ἧττον αὖ καὶ ἡ τελεία κατὰ πίστιν Ἐσθὴρ, κινδύνῳ ἑαυτὴν παρέβαλεν, ἵνα τὸ δωδεκάφυλον τοῦ Ἰσραὴλ μέλλον ἀπολέσθαι ῥύσηται. Διὰ γὰρ τῆς νηστείας, καὶ

propter me ſeditio, & diſcordia, & ſchiſmata; diſcedo, abeo, quocumque volueritis; & facio quæ à plebe mandantur; ſolùm ovile Chriſti in pace degat, cum conſtituris Presbyteris. Qui hoc fecerit, ſibi magnum decus in Domino comparabit; & omnis locus eum ſuſcipiet. *Domini enim eſt terra, & plenitudo ejus.* Hæc, qui divinam ac cujus numquam pœnitet, vitam vivunt, fecerunt & facient.

Laudatur ab Epiph. Hær. 27. n. 6. Lege Chryſoſt. in fine Hom. 11. ad Epheſios. *Pſ.* 23. 1.

LV. Ut autem etiam Gentium exempla proferamus: multi reges & principes, peſtifero tempore ſæviente, cùm oraculo admoniti eſſent, ſeipſos morti tradiderunt, ut cives ſuo ſanguine liberarent. Multi à ſuis civitatibus, ne ſeditio duraret, ſeceſſerunt. Multos, inter nos cognovimus, qui ſeipſos in vincula conjecerunt, ut alios redimerent. Multi ſe ipſi in ſervitutem dederunt, & accepto precio ſui, alios cibarunt. Mulieres complures per gratiam Dei corroboratæ, ſtrenua & virilia multa geſſerunt. Beata Juditha, cùm urbs obſideretur, rogavit Seniores, ut ſibi liceret in alienigenarum caſtra tranſire: ac ſeipſam periculo tradens, propter caritatem patriæ populique obſeſſi, egreſſa eſt; & Dominus tradidit Olophernen in manu feminæ. Nec minùs, cujus perfecta fuit fides, Eſthera, periculo ſe objecit, ut duodecim tribus Iſraëlitarum jam perituras liberaret. Nam in jejunio & humilitate precata eſt

Origenes, ad Joh. 1. 29. *Judith.*

que Apoſtolis, ſeorſim aliquando habitis, fieri poteſt, ut adeò patam inter Scriptores conveniat, utrum Clemens immediatè ſucceſſerit Petro, an quarto ſaltem loco. Licèt non ſim neſcius aliam etiam cauſam à plurimis redditam; quòd ſcilicet nemo illi Romæ ſuccedere liquido poteſt dici, de quo multum dubitatur an ipſe Romæ umquam fuerit. Obiter monendum apud Epiphanium in loco ſupra memorato reponi commodè poſſe pro εὐσταθεῖ, εὐσταθείτω, quamquam veterem lectionem retinet doctiſſ. *Petavius.* Sed hoc ipſum, quod hîc loci ſuadet B. *Clemens* de ſe profitetur & ſpondet S. *Chryſoſtomus*, qui ait Hom. XI. ad Epheſios: οἱ μὴ ἂν ἀξιῶ ἡμεῖς πάντα ὑπομένειν, ἕτοιμος παραχωρῆσαι τῆς ἀρχῆς, ὅπου ἂν βούλησθε. μόνον εἰρηνευέτω ἡ ἐκκλησία. Et Gregorius Nazianzenus re ipsâ præſtitit, qui ut ſeditioni obviam iret, poſtquam ad Conſtantinopolitanam ſedem admotus eſſet, protinus τὴν προεδρίαν παρῃτήσατο Socrat. Hiſt. V. c. 7. FELL.

83. Ἐκχωρῶ, ἄπειμι οὗ ἐὰν βούλησθε, καὶ ποιῶ τὰ προστασσόμενα ὑπὸ τοῦ πλήθους· μόνον τὸ ποίμνιον τοῦ Χριστοῦ εἰρηνευέτω, μετὰ τῶν καθεσταμένων πρεσβυτέρων.] Et memoria laudat S. Epiphanius Hæreſi 27. cap. 6. ſic, ἀναχωρῶ ἄπειμι εὐσταθείτω aut juxta Patricium Junium εὐσταθείτω ὁ λαὸς τοῦ Θεοῦ. Idem Junius apponit verba B. Chryſoſtomi valde ſimilia, ex fine Homiliæ XI. in Epiſtolam ad Epheſios. A te verò addi poteſt locus Origenis Homil. 19. in Jeremiam, poſtremæ Editionis p. 194. COT.

Ἐκχωρῶ, ἄπειμι.] Scripſit *Clemens* ἀναχωρῶ, ἄπειμι, εὐσταθείτω ὁ λαὸς τοῦ Θεοῦ, ut *Epiphanius* docet p. 107. hoc eſt, *bene ſe habeat populus Dei.* An Clemens Epiſcopus Romanus, an Eccleſia Romana dicere poſſet ποιῶ τὰ προστασσόμενα ὑπὸ τοῦ πλήθους; quo nihil iniquius, ſordidiuſve. B.

84. Ὑποδείγματα ἐθνῶν.] Ubi ſunt illa exempla Gentilium? Origenes enim innuit talia apud *Clementem* extitiſſe, p. 143. & 163. Tom. II. Ed. Huetianæ. B.

85. Πολλοὶ βασιλεῖς καὶ ἡγούμενοι] En Origenis verba in Johannem p. 142. 143. huc reſpicientis; μεμαρτύρηται δὲ καὶ παρὰ τοῖς ἔθνεσιν, ὅτι πολλοί τινες λοιμικῶν ἐνσκηψάντων νοσημάτων, ἑαυτοὺς σφάγια ὑπὲρ τοῦ κοινοῦ παραδεδώκασι· καὶ παραδέχεται ταῦθ' οὕτως γεγονέναι, οὐκ ἀλόγως πιστεύσας ταῖς ἱστορίαις ὁ πιστὸς Κλήμης, ὑπὸ Παύλου μαρτυρούμενος. Hoc eſt, *Relatum autem ac teſtatum etiam apud Gentiles eſt, multos, cum peſtilentes morbi graſſarentur, ſeipſos in victimas pro patria tradidiſſe. Atque hæc ita eveniſſe admittit, non ſine cauſa Hiſtoriis credens Clemens ille fidelis, cui teſtimonium tribuitur a Paulo.* Idem in iiſdem Commentariis p. 163. περὶ δὲ τῆς τοιαύτης ἐπικρατούσης τῶν χαλεπῶν ἐν τῷ τῶν ἀνθρώπων βίῳ, οἷον λοιμῶν, ἢ ἀκαρπιῶν, ἢ λιμοῦ. ὅ.... Veſti debuit, *Quod autem frequenter invaleſcentibus rebus quibuſdam aſperis in humano genere, veluti peſte, aut nocuâ ſerenitate ac ventorum ceſ-*

ſatione, aut fame, ſolvantur hæc, quaſi ſublato malo Spiritu qui ea operabatur, eo quòd aliquis ſeipſum pro cunctis obtulerit, multa feruntur Græcorum & Barbarorum Hiſtoriæ, hujuſmodi benevolentiam neque reſpuentium, neque reprobantium. Utrum autem illæ narrationes veræ ſint, nec ne, non eſt præſentis temporis accuratè diſceptare.* Quibus ſimilia profert lib. 4 in Epiſtolam ad Romanos, ante finem, atque Tomo 1. contra Celſum, ante medium. Nihil porrò notius iis quæ referuntur de Menœceo, Codro, Macaria, Protogenia & Pandora, Philænis fratribus, Lei filiabus, Curtio, Deciis, aliiſque qui ſe ultro morti pro communi civium ſalute obtulerunt. COT.

Πολλοὶ βασιλεῖς καὶ ἡγούμενοι] Quales Codrus, *Lycurgus*, *Genucius Cippus*, *M. Curtius* & *Scipio Africanus*, qui ingratam urbem reliquerat, per quem ſtetit ut ingrata eſſe poſſet, Clementis noſtri ferè verbis et valedicit, dicens: *Exeo, ſi plus quàm tibi expedit crevi.* Quin & Oedipus λοιμικοῦ τινος ἐνστάντος καιροῦ χρησμοδοτηθεὶς (auctoris noſtri verba affero) à Poëta inducitur in eumdem morem verba faciens:

Quicumque feſſi corpore & morbo graves
Semianima trahitis corpora, en fugio, exeo,
Relevate colla, mitior cœli ſtatus
Poſt terga ſequitur. FELL.

86. Ἐπιστάμεθα πολλοὺς &c.] Ad horum exemplum poſtea B. Paulinus Nolanus Præſul ſubiit voluntariam ſervitutem, ut filium viduæ liberaret; referente magno Gregorio lib. 3. Dialogorum cap. 1. ὡς αἰχμάλωτοι, inquit incertus Scriptor de Perſica captivitate à R. P. Franciſco Combefiſio publici juris factus θεῖοι ἄνδρες ... COT.

Ἐπιστάμεθα.] Hujus rei exempla dabit B. Paulus Ep. ad Rom. C. XVI, 3. *Priſcam & Aquilam, qui pro anima ejus ſuas cervices ſuppoſuerant.* Et ad Philip. II, 30. Epaphroditum animæ ſuæ parabolanum, παραβολευσάμενον τῇ ψυχῇ. Sequentium temporum heroas, qui hac laude claruerunt referre mora eſſet. Gentis tamen noſtræ Protomartyr S. *Albanus* à nobis prætereiri minimè debet, *qui ſub Diocletiano, pro Clerico hoſpite, quem perſecutionem fugientem ſuſceperat, ſe ipſum tradens, poſt verbera, aliaque acerbiora tormenta, capite plexus eſt;* quemadmodum *Baronius* ad an. CIII. ex Beda noſtrate hiſtoriam narrat. Hoc autem in loco obſervari poterit, durante primævæ caritatis impetu, tantam fuiſſe Parabolanorum ſegetem, quibus id negotii dabatur, ut propriæ ſalutis diſpendio alienam procurarent; iique tam magna hominum collegia excreviſſe, ut eorum numerum Imperatorum reſcriptis neceſſe eſſet coërceri, quemadmodum videre eſt Cod. Theod. Lib. XVI. Tit. 2. de Ep. Eccleſ. & Clericis Leg. 42. FELL.

87. Ἰουδὶθ ἡ μακαρία.] Confer *Clementem Alexandrinum* p. 521. & conſtabit illo aliquem juniorem inde hæc quæ hic legis deſumpſiſſe, nec id quidem perite. B

eſt omnium effectorem Dominum, Deum ſæculorum: qui animi ejus humilitatem cernens, populum liberavit, propter pericula quæ illa adierat.

LVI. Et nos igitur oremus pro eis qui in ali-
Lapſi. quod peccatum lapſi ſunt, ut detur illis modera-
tio & humilitas; quò non nobis, ſed voluntati
Dei cedant: ſic enim erit ipſis fructuoſa & perfe-
Rom. 12. 13. ſupplicans. cta quæ eſt apud Deum & ſanctos, cum miſeri-
cordis recordatio. Aſſumamus diſciplinam, juxta quam nemo ſolitus eſt indignari, Dilecti. Admonitio, quam invicem facimus, bona eſt & apprimè utilis: ſiquidem nos voluntati Dei gluti-
Pſ. 117. 18. nat. Sic enim ait ſacer ſermo; *Caſtigans caſtiga-*
Prov. 3. 12. *vit me Dominus; & morti non tradidit me. Quem enim diligit Dominus, corripit; flagellat autem om-*
Pſ. 140. 5. *nem filium, quem ſuſcipit. Corripiet* enim me, inquit, *juſtus in miſericordia, & arguet me: oleum autem peccatorum non impinguet caput meum.*
Job. 5. 17. Et iterum dicit; *Beatus homo, quem arguet Dominus, monitionem verò Omnipotentis ne renuas. Ipſe enim dolere facit, & rurſus reſtituit: percuſſit, & manus ejus ſanaverunt. Sexies de neceſſitatibus eruet te; & in ſeptimo non tanget te malum. In fame liberabit te a morte: in prælio verò, de manu ferri ſolvet te: & a flagello linguæ abſcondet te; & non timebis à malis ingruentibus: injuſtos & iniquos deridebis; & feroces beſtias non timebis. Beſtiæ enim feræ, pacatæ erunt tibi. Deinde ſcies quòd in pace erit domus tua: habitatio autem tabernaculi tui non peccabit. Scies autem quòd multum ſemen tuum, & filii tui quaſi omnis herba campi: & venies in ſepulcrum, tamquam frumentum maturum, quod in tempore meſſuerunt; vel ſicut acervus areæ in tempore comportatus.* Videtis, dilecti, protegi eos qui à Domino caſtigantur; cùm enim bonus ſit correptor, vult nos ſanctâ ſuâ correctione admoneri.

LVII. Vos ergo qui ſeditionis fundamenta
1. Pet. 5. 5. jeciſtis, ſubditi eſtote Preſbyteris, & in pœnitentiam corripimini; flectentes genua cordis veſtri, diſcite ſubjici, deponentes arrogantem & ſuperbam linguæ veſtræ jactantiam: melius ſiquidem vobis eſt, in ovili Chriſti parvos & probatos inveniri, quàm altum ſapientes è ſpe illius ejici. Ita ſiquidem dicit Sapientia quæ πανάρετος, hoc eſt, omnem virtutem complectens, vocatur;

τῆς ταπεινώσεως αὐτῆς, ἐξιλάσατο τὸν παντεπόπτην δεσπότην, Θεὸν τῶν αἰώνων· ὃς ἰδὼν τὸ ταπεινὸν τῆς ψυχῆς αὐτῆς, ἐῤῥύσατο τὸν λαὸν, ὧν χάριν ἐκινδύνευσεν.

Καὶ ἡμεῖς οὖν ἐντύχωμεν περὶ τῶν ἔν τινι παραπτώματι ὑπαρχόντων, ὅπως δοθῇ αὐτοῖς ἐπιείκεια καὶ ταπεινοφροσύνη, εἰς τὸ εἶξαι αὐτοὺς μὴ ἡμῖν, ἀλλὰ τῷ θελήματι τοῦ Θεοῦ· οὕτως γὰρ ἔσται αὐτοῖς ἔγκαρπος καὶ τελεία ἡ πρὸς τὸν Θεὸν, καὶ τοὺς ἁγίους μετ᾽ οἰκτιρμῶν μνεία. Ἀναλάβωμεν παιδείαν ἐφ᾽ ᾗ οὐδεὶς [a] ὀφείλει ἀγανακτεῖν, ἀγαπητοί. [88] Ἡ νουθέτησις ἣν ποιούμεθα εἰς ἀλλήλους, καλή ἐστιν, καὶ ὑπεράγαν ὠφέλιμος· κολλᾷ γὰρ ἡμᾶς τῷ θελήματι τοῦ Θεοῦ. Οὕτως γάρ φησιν ὁ ἅγιος λόγος· Παιδεύων ἐπαίδευσέν με ὁ κύριος, καὶ τῷ θανάτῳ οὐ παρέδωκέν με. Ὃν γὰρ ἀγαπᾷ κύριος [89] παιδεύει, μαστιγοῖ δὲ πάντα υἱὸν ὃν παραδέχεται. Παιδεύσει με γὰρ, φησὶν, δίκαιος ἐν ἐλέει, καὶ ἐλέγξει με· [90] ἔλαιον δὲ ἁμαρτωλῶν μὴ λιπανάτω τὴν κεφαλήν μου. Καὶ πάλιν λέγει· Μακάριος ἄνθρωπος ὃν ἤλεγξεν ὁ κύριος, νουθέτημα δὲ παντοκράτορος μὴ ἀπαναίνου. Αὐτὸς γὰρ ἀλγεῖν ποιεῖ, καὶ πάλιν ἀποκαθίστησιν· ἔπαισεν, καὶ αἱ χεῖρες αὐτοῦ ἰάσαντο. Ἑξάκις ἐξ ἀναγκῶν ἐξελεῖταί σε, ἐν δὲ τῷ ἑβδόμῳ οὐχ ἅψεταί σου κακόν. Ἐν λιμῷ ῥύσεταί σε ἐκ θανάτου· ἐν πολέμῳ δὲ ἐκ χειρὸς σιδήρου λύσει σε· καὶ ἀπὸ μάστιγος γλώσσης σε κρύψει· καὶ οὐ μὴ φοβηθήσῃ κακῶν ἐπερχομένων· ἀδίκους καὶ ἀνόμους καταγελάσῃ· ἀπὸ δὲ θηρίων ἀγρίων οὐ μὴ φοβηθῇς. Θῆρες γὰρ ἄγριοι εἰρηνεύσουσίν σοι· εἶτα γνώσῃ ὅτι εἰρηνεύσει σου ὁ οἶκος· ἡ δὲ δίαιτα τῆς σκηνῆς σου οὐ μὴ ἁμάρτῃ. Γνώσῃ δὲ ὅτι πολὺ [τὸ σπέρμα σου,] τὰ δὲ τέκνα σου ὥσπερ [τὸ παμβό]τανον τοῦ ἀγροῦ· ἐλεύσῃ [δὲ ἐν τά]φῳ ὥσπερ σῖτος ὥριμος, κατὰ καιρὸν θεριζόμενος, ἢ ὥσ[περ θημων]ιὰ ἅλωνος καθ᾽ ὥραν συ[γκομι]σθεῖσα. Βλέπετε, ἀγαπη[τοί, ὅτι] ὑπερασπισμός ἐστιν τ[οῖς παιδευ]ομένοις ὑπὸ τοῦ δεσπό[του· καὶ γὰρ] ἀγαθὸς ὢν παιδ[εύει, εἰς τὸ νουθετ]ηθῆναι ἡμᾶς, διὰ τῆς ὁσίας [παι]δείας αὐτοῦ.

a f. [illegible]

Ὑμεῖς οὖν οἱ τὴν καταβολὴν [τῆς] στάσεως ποιήσαντες, ὑποτ[άγη]τε τοῖς πρεσβυτέροις, καὶ π[αι]δεύ]θητε εἰς μετάνοιαν, [91] κάμψ[αντες] τὰ γόνατα τῆς καρδίας ὑμῶν, μάθετε ὑποτάσσεσθαι, ἀποθέμενοι τὴν ἀλαζόνα καὶ ὑπερήφανον τῆς γλώσσης ὑμῶν αὐθά[δειαν·] ἄμεινον γάρ ἐστιν ὑμῖν [ἐν τῷ] ποιμνίῳ τοῦ Χριστοῦ μικροὺς καὶ ἐλλογίμους εὑρεθῆναι, [92] ἢ καθ᾽ ὑπεροχὴν δοκοῦντας ἐκριφῆναι [93] ἐκ τῆς ἐλπίδος αὐτοῦ. Οὕτως γὰρ λέγει ἡ [94] πανάρετος σοφία·

---

88. Ἡ νουθέτησις &c.] Vide Clementem Alexandrinum p. 122. unde Interpolator hæc habet. B.

89. Παιδεύει.] Ita quædam exemplaria Proverb III. 12. & Apoſtolus Hebr XII. 6. item Alexandrinus Clemens Pædag. I. 9. Chryſoſtomus in Pſalm. 110. & Catena Græcorum in Proverbia. Alii Codices ἐλέγχει. At in Apocalypſi verſ. 19 cap. 3. utrumque verbum conjungitur, ἐγὼ ὅσους ἐὰν φιλῶ, ἐλέγχω καὶ παιδεύω. COT.

90. Ἔλαιον δὲ ἁμαρτωλῶν.] ראש Hebræis eſt *caput*, *præcipuum*, *venenum*, *amaror*. Ideo in hoc loco Pſalm. CXL. 5. interpretantur *capitis*, vel *præcipuum*, vel *amaritudinis*. quam ultimam interpretationem Hieronymi, ſequitur Auguſtinus in Speculo. At LXX vertentes ἁμαρτωλῶν, aut legerunt רע ſeu רשע aut putaverunt *veneni* Metaphoram per nomen *peccatoris* eſſe reddendam. Ibid.

91. Κάμψαντες τὰ γόνατα τῆς καρδίας ὑμῶν.] Hæc phraſis in Patribus & Conciliis frequens, deſumpta videtur ex Oratione Manaſſis quam quædam Biblia complectuntur, quamque referunt Conſtitutiones Apoſtolicæ lib. 2. cap. 22. Multas verò ſimiles in Scriptoribus ſacris & Eccleſiaſticis invenies. Ibid.

92. Ἢ καθ᾽ ὑπεροχὴν δοκοῦντας ἐκριφῆναι ἐκ τῆς ἐλπίδος αὐτοῦ] Nihil muto. Capite 51. ἐφείλκετο τὸ χεῖρον τῆς ἐλπίδος κοινωνίας. Lege hic S. Ignatium ad Epheſios 1. ad Magneſianos 9. ad Philadelphenos 5. 11. & S. Polycarpum Epiſtolæ cap. 8. Severus de vita B. Martini cap. ult. *Jeſum teſtor, ſpemque communem*. Ibid.

93. Ἐκ τῆς ἐλπίδος.] Fortè ποιμνίου, vel ἐκκλησίας potiùs, Baſilius in Pſal. 28. homil. prima, μία ἐστιν αὐλὴ, [illegible] JUN.

94. Ἡ πανάρετος σοφία] Librum Proverbiorum, πανάρετον σοφίαν appellat, poſt Clementem Romanum, Clemens Alexandrinus in Miſcellaneo 2. p. 420. citans verſum ultimum primi capitis ſacri Operis illius; itemque Hegeſippus, Irenæus, καὶ ὁ πᾶς τῶν ἀρχαίων χορὸς apud Euſebium Hiſt Eccleſ. lib. 4. cap. 22. Sed & eodem nomine inſignitur Sapientiæ volumen ab Athanaſio in Synopſi, Epiphanio libro de menſuris & ponderibus cap. 4. Damaſceno Orthodoxæ fidei lib. 4. cap. 18. & à Gregorio Nyſſeno lib. 7. contra Eunomium, Edit. Pariſienſ. an. 1638. Tom. 2. 638. ubi malè Interpres, quemadmodum & initio Operis, in ſummariis p. 279. Textus quem Gregorius laudat habetur Sapientiæ VII. 18. In Bibliothecæ Regiæ Codice Biblico 701. σοφία Σαλομῶντος ἡ πανάρετος & 1253. σοφία Σαλομῶντος πανάρετος. At Codice 772. Lexicon vocum ſacræ Scripturæ, ubi de Sapientia Salomonis, in titulo habet, λέξις τῆς πανάρετου. Præterea Sapientiam Siracidæ, ſeu Eccleſiaſticum vocari πανάρετον σοφίαν, & πανάρετον invenies in Euſebii lib. 8. Demonſtrationis Evangelicæ p. 393 cujus verba refert Hieronymus ad Danielis IX. 24. & in ejuſdem Euſebii & aliorum Chronicis, in Hieronymi Præfatione ad libros Salomonis. invenies apud Iſidorum Peluſiotam lib. 3. Epiſt. 66. Caſſiodorum Divinarum Lectionum cap. 5. & Georgium Cedrenum Edit. Baſil. p. 159 l 46. Jam quòd σοφία ſimpliciter ac Sapientia de Proverbiis dicatur, oſtendunt loca Conſtitutionum Apoſtolicarum lib. 1. cap. 7. & 10. lib. 2. cap. 3. lib. 4. cap. 11. & alibi, Juſtini Martyris in Dialogo p. 359. Melitonis Sardenſis apud Euſebium Hiſt. lib. 4. cap. 26. Irenæi lib. 4. cap. 37. Clementis Alexandrini in Protreptico p. 50. Pædagog. 2. cap. 2. & Strom. 1. p. 317. Origenis Homil. 14. in Geneſim, 6. in Exodum, ac ſæpe, Cypriani 3. ad Quirinum 6. Gregorii Nyſſeni libro de vita Moſis paullò ante

φίας. Ἰδοὺ προήσομαι [ὑμῖν ἐμῆς] πνοῆς ῥῆσιν, διδάξ[ω δὲ ὑμᾶς] τὸν ἐμὸν λόγον. [Ἐπειδὴ ἐκάλουν,] καὶ οὐχ ὑπηκούσα[τε, καὶ ἐξέτει]νον λόγους, καὶ οὐ [προσείχετε·] ἀλλ' ἀκύρους ἐπ[οιεῖτε ἐμὰς] βουλάς, τοῖς δὲ ἐμο[ῖς ἐλέγχοις] ἠπειθήσατε. Τοιγα[ροῦν κἀγὼ] τῇ ὑμετέρᾳ ἀπωλεί[ᾳ ἐπιγελάσο]μαι· καταχαροῦμαι [δὲ ἡνίκα ἂν] ἔρχηται ὑμῖν ὄλεθρο[ς, καὶ ὡς ἂν ἀ]φίκη[ται] ὑμῖν ἄφνω θ[όρυβος, ἡ δὲ] καταστροφὴ ὁμοία [καταιγίδι πα]ρῇ, ἢ ὅταν ἔρχηται ὑμ[ῖν θλῖψις] καὶ [95] πολιορκία. Ἔσται γὰρ ὅταν ἐπικαλέσησθέ με, ἐγὼ δὲ [οὐκ εἰσα]κούσομαι ὑμῶν· ζητ[ήσουσί] με κακοί, καὶ οὐχ εὑρ[ήσουσιν.] Ἐμίσησαν γὰρ σοφίαν, [τὸν δὲ φό]βον τοῦ κυρίου οὐ προείλα[ντο, οὐδὲ] ἤθελον ἐμαῖς προσέχ[ειν βουλαῖς· ἐμυκτήριζον] δὲ ἐμοὺ[ς ἐλέγχους.] Τοιγαροῦν ἔδονται τῆ[ς ἑαυτῶν] ὁδοῦ τοὺς καρπούς, κα[ὶ τῆς ἑαυτῶν] ἀσεβείας [96] πλησθή[σονται·] *

Ecce proferam vobis mei ſpiritus dictionem; docebo Prov. 1. 23.
autem vos meum ſermonem. Quoniam vocabam, & non obediſtis; & extendebam verba, & non attendiſtis: ſed irrita feciſtis mea conſilia; & meis increpationibus rebelles fuiſtis. Itaque & ego veſtra perditione ridebo: gaudebo autem cùm venerit vobis interitus, & cùm advenerit vobis ſubitò tumultus; everſio autem ſimilis procellæ affuerit; vel cùm venerit vobis tribulatio & oppreſſio. Erit enim cùm invocabitis me; ego autem non exaudiam vos: quærent me mali, & non invenient. Oderunt enim ſapientiam; timorem autem Domini non aſſumpſerunt; neque volebant meis attendere conſiliis: ſubſannabant autem meas redargutiones. Ergo comedent viæ ſuæ fructus, & ſuâ ipſorum impietate ſaturabuntur. *

Deſiderantur hic paginæ circiter tres.

ηται. Ὁ παντεπόπτης Θεὸς, [καὶ] δεσπότης τῶν πνευμάτων καὶ κύριος [πά]σης σαρκός, ὁ ἐκλεξάμενος [τὸ]ν κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν, καὶ ἡμᾶς δι' αὐτοῦ [εἰς] λαὸν περιούσιον, δῴη πάσῃ [ψ]υχῇ ἐπικεκλημένῃ τὸ μεγαλο[π]ρεπὲς καὶ ἅγιον ὄνομα αὐτοῦ, [π]ίστιν, φόβον, εἰρήνην, ὑπομονήν,

LVIII. Inſpector omnium Deus, ſpirituum Dominus & herus univerſæ carnis; qui elegit
Dominum Jeſum Chriſtum, & per eum nos in Deut. 7. 6.
populum peculiarem; omni animæ quæ invocaverit magnificum & ſanctum nomen ejus, det fidem, timorem, pacem, patientiam, æquanimita-

---

ante finem, Oratione 5. de oratione Dominica, & in ὑπομνήσει de pietatis ſcopo, Chryſoſtomi ſive alterius Sermone de tribus pueris, Tom. 6 Quibus adjunge veterem Interpretem Epiſtolæ Ignatio attributæ ad Tarſenſe cap. 6. In quem locum homo litteratus Jacobus Uſſerius pravâ deceptus verſione, falſo citat Athanaſii librum de Decretis Nicænæ Synodi. Verba Alexandrini Archiepiſcopi ſunt, (Tom. 1. p. 176) *ὁ εἰπὼν ὡς σοφία· πρὸ δὲ πάντων βουνῶν γεννᾷ με.* Quæ interpretatur, *Qui dixit, ut in Sapientiæ libro habetur.* Cùm ſignificent, *Qui dixit, quatenus Sapientia.* Proverb. VIII. 25. Similiter Eccleſiaſtico σοφίας Sapientiæ nomen abſolutè datur per multos, Origenem Homil. 2. in Pſalmum XXXVIII. Homil. 6. Græcâ in Jeremiam, & ad Roman. IX. 20. 21. Gregorium Nyſſenum de vita Moſis, non multò ante medium, Hieronymum Dialogo 1. adverſus Pelagianos cap. 10. Pſeudo-Hieronymum ad II. Corinth. IX. 7. Ratio autem earum appellationum ex eo peti debet, quòd ſapientes viri prædictis libris præcepta ſapientiæ omniumque virtutum comprehenderint. Ita enim Epiphanius Hæreſi 69. cap. 11. Paſchatis diem, *ἁγίαν Θεοῦ πανάρετον ἡμέραν* indigitat. Denique *παροιμίαι* ſunt *σοφία παιδαγωγική*, Gregorio Nazianzeno Oratione 22. Eccleſiaſticus eſt *A Deo ſpirata Sapientia. Magna Sapientia:* in Excerptis Chronologicis ex Euſebio, Africano, & aliis. Atque de Cantico Canticorum, Scriptor Homiliæ de Suſanna Tom 6. Chryſoſtomi ait, *περὶ τῆς σοφίας τῆς λέγουσα· κῆπος κεκλεισμένος, πηγὴ ἐσφραγισμένη.* Cant. IV. 12. Auctor Operis imperfecti in Matthæum apud eumdem Patrem, ad Matth. VI. 6. *Sicut in Canticis ex perſona Eccleſiæ Sapientia dicit* & Conſarcinator Epiſtolæ Decretalis primæ, Clementi noſtro affictæ, *Dicente Sapientiâ; Valida eſt dilectio ut mors.* Cant. VIII. 6. COT.

Πανάρετος.] Non ſic dixit *Clemens Romanus.* SS. Patres quorum mentio Euſeb. Lib. IV. c. 22. vocabant ſapientiam πανάρετον librum Parabolarum Salomonis apocryphum, non Proverbia aut Eccleſiaſten. Hunc locum citat *Clemens Alexandrinus* p. 226. B.

95. *Πολιορκία. Ἔσται γάρ*] Non agnoſcit quæ interſeruntur in quibuſdam LXX. Interpretum Editionibus, *ἢ ὅταν ἔρχηται ὑμῖν ὄλεθρος.* & ab aliis rectiùs abſunt; quemadmodum ab Hebræo, à Vulgata, à Catena in Proverbia, & ab initio libri de Singularitate Clericorum in Operibus S. Cypriani: videntur autem ex verſiculo præcedente, Proverb. I. 26. irrepſiſſe, perperam repetita; aut eſſe Scholium, vel interpretatio alia. Certè verſio Luciferi lib. 1. pro S. Athanaſio, ex ſolo additamento conſtat. *Itaque & ego veſtrâ perditione videbo: gratulabor autem adverſùs vos, cùm venerit vobis ſubitò tumultus, everſio autem ſimilis procellæ, cum advenerit autem vobis interitus. Erit enim cùm me invocabitis, ego autem non exaudiam.* Quem textum ampliorem ideo retuli, quia principium illius ſimili modo concipitur in antiquiſſima Cypriani Editione anni 1471. dicto Tractatu de ſingularitate Clericorum. *Itaque & ego veſtræ perditioni ſuperridebo. Gratulabor ergo adverſùm vos, cum advenerit vobis ſubitò tumultus; everſio autem ſimul & procella, & cùm advenerit vobis preſſura & expugnatio. Erit enim cùm me invocaveritis, ego autem non exaudiam vos.* Addiderunt ergo Recentiores ex LXX. poſt *adverſùm vos, cum advenerit vobis interitus.* Quo modo etiam Codex Regius 156. qui Opuſculum attribuit Origeni, in eoque impreſſis libris hic emendatior eſt, quod exhibet, *Everſio autem ſimilis procella.* COT.

96. Deſiderant hic in exemplari antiquo folium integrum, quod quatuor impreſſi codicis folia conſtituit. Si unius tantùm aut alterius vocis defectus fuiſſet & paucarum literarum lacuna, medicinam qualemcumque huic loco malè affecto, non minus quàm aliis afferre conati fuiſſemus, ſin minus priſtinæ ſanitati & integritati reddere, licuiſſet: ſed κακὸν eſt ἀνίατον, & vulnus majus quàm ut ullo conjecturæ emplaſtro tegi poſſit; exſpectandus eſt ex Ægypto vel Græcia novus Æſculapius, qui Clementi noſtro παλιγγενεσίαν ſubveniat. Quæ in reliquo corpore medicam manum penitùs refugere non videbantur, pro facultatis noſtræ modulo, ſarcire & θεραπεύειν conati ſumus; quàm benè penes doctos, & artis Criticæ myſtas, judicium eſto. Paſſim autem in membranis ex quibus epiſtola hæc deſcripta eſt, obſervare licet ν finale additum eſſe tertiis perſonis verborum, deſinentibus in ε & ι, licet ſequentis dictionis litera initialis ſit conſona, contra receptum & communem ſcribendi uſum; quod ſummæ antiquitatis non leve argumentum eſt, cùm in antiquis marmoribus, & MSS. omnibus codicibus, qui grandioribus literis exarati ſunt, eadem ſcribendi forma reperiatur.

Sed manum de tabula, præter enim operas typographicas, quæ deſinente jam opere plus ſolito feſtinant, & notas has abrumpunt; muneris noſtri curæ, & familiæ privata negotia domum revocant, nec ſine diſpendio diutiùs abeſſe ſinunt. Si σπαράγματα hæc noſtra, *Benigne lector*, purpuræ Clementinæ aſſuta, non indignè te ferre, (cùm ſcias, ut loquitur Libanius, ad Evagoram epiſtolâ nondum editâ, *ὅτι καὶ [illegible]*) & primitias has ſubita manu collectas, quas nunc in ara benevolentiæ tuæ colloco, palato tuo non ingratas eſſe, nec omnino diſplicere intellexero: poſtea ſi Deus vitam cum valetudine indulſerit, largioribus manipulis ſinum implebo, & uberiorem meſſem adolebo. Interea his fruere, & Ornatiſſimo humaniſſimoque Viro, Domino Doctori *Duppa*, celeberrimæ Academiæ Oxonienſis Vicecancellario digniſſimo, gratias mecum agito; qui dum opus hoc urgeo, humanitate me ſingulari & benevolentia complexus eſt, qui theſaurum Academiæ recluſit, qui typos Savilianos *[illegible]* communicavit, qui lentas typographorum moras authoritate ſua caſtigavit, & aucto operariorum numero, editionem hanc multùm promovit. Errata quæ à nobis, vel typographis, commiſſa ſunt, humaniter condona, feſtinationi da veniam, & quales alios tibi fieri velis, talem te nobis præbe. Vale, & humanum eſſe, errare, memineris. JUN.

Ibid.] Hic haud dubiè locum habuit Sibyllæ teſtimonium, de quo auctore Quæſtionum ad Orthodoxos, ut ex *Irenæo* eruditè colligit *Cl. Cotelerius.* Videant etiam quibus ſtudium eſt *Leontii Cyprii* locos Theologicos, annon ex his la-

tatem, continentiam, puritatem & temperantiam; ut nomini ejus grata ſit; per ſummum ſacerdotem, & patronum noſtrum Jeſum Chriſtum: per quem illi gloria, majeſtas, imperium, honor; & nunc, & in omnia ſæcula ſæculorum. Amen.

Photius, Biblioth. cod. 126. *Hebr. 2. &c.*

LIX. Miſſos autem à nobis Claudium, Ephebum, & Valerium, Vitonem cum Fortunato, in pace cum gaudio, ad nos brevi remittite, ut citiùs optabilem nobiſque deſideratiſſimam pacem & concordiam annuncient: quò & nos de veſtra tranquillitate ocyùs gaudeamus. Gratia Domini noſtri Jeſu Chriſti ſit vobiſcum, & cum omnibus ubique vocatis à Deo, & per ipſum: per quem ei gloria, honor, potentia, majeſtas, & ſolium æternum, à ſæculis, in ſæcula ſæculorum. Amen.

μακροθυμίαν, ἐγκράτειαν, ἁγνείαν καὶ σωφροσύνην, [97] εἰς εὐαρέστησιν τῷ ὀνόματι αὐτοῦ, διὰ τοῦ ἀρχιερέως, καὶ προστάτου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ· δι᾽ οὗ αὐτῷ δόξα καὶ μεγαλωσύνη, κράτος, τιμή, καὶ νῦν καὶ εἰς πάντας τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

Τοὺς δὲ ἀπεσταλμένους ἀφ᾽ ἡμῶν Κλαύδιον, [98] Ἔφηβον, καὶ [99] Οὐαλέριον, Βίτωνα σὺν Φορτουνάτῳ, ἐν εἰρήνῃ μετὰ χαρᾶς ἐν τάχει ἀναπέμψατε πρὸς ἡμᾶς, ὅπως θᾶττον, τὴν εὐκταίαν καὶ ἐπιπόθητον ἡμῖν εἰρήνην καὶ ὁμόνοιαν, ἀπαγγέλλωσιν· εἰς τὸ τάχιον καὶ ἡμᾶς χαρῆναι περὶ τῆς εὐσταθείας ὑμῶν. Ἡ χάρις τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ μεθ᾽ ὑμῶν, καὶ μετὰ πάντων πανταχῇ τῶν κεκλημένων ὑπὸ τοῦ Θεοῦ, καὶ δι᾽ αὐτοῦ· δι᾽ οὗ αὐτῷ δόξα, τιμή, κράτος, καὶ μεγαλωσύνη, θρόνος αἰώνιος, ἀπὸ τῶν αἰώνων, εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

---

cana iſta poſſet utcumque ſuppleri. In his certè utriuſque *Clementis* Epiſtolæ fragmenta haberi qui manu exaratos legit affirmat *Fr. Turrianus*, defenſ. Epiſt. Pont. Lib. V. c. 20. COLOM.

97. *Εἰς εὐαρέστησιν*] Hæc ſunt interpolatoris, non ea quæ *Photius* notat, quæ exſtant C. XXVI. B.

98. *Ἔφηβον.*] Ephebus iſte memoratur inter Clementis diſcipulos in beati illius hiſtoria, ad calcem Pſeudo-Abdiæ à Lazio vulgati. Sed pro *Ephebus*, vitiosè legitur *Phebus*. COLOM.

99. *Οὐαλέριον, Βίτωνα σὺν Φορτουνάτῳ*] De Valerio Epiſcopo Treverenſi diſcipulo B. Petri Apoſtoli agunt Martyrologia ad 29. Januarii. Habes verò in fine Prioris ad Corinthios nomen Fortunati Φορτουνάτου, ſive juxta alios Codices Φορτουνάτῳ ut hoc loco. Quem Φορτουνάτον trigeſimum quartum inter LXX. Diſcipulos conſtituit auctor Chronici Alexandrini. p. 306. COT.

J. B. CO-

J. B. COTELERII JUDICIUM

DE POSTERIORE EPISTOLA

S. CLEMENTIS.

EXSTAT de hac Epiſtola judicium magni Critici Euſebii Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ lib. 3. cap. 38. hiſce verbis expreſſum; *ἰστέον δ' ὡς καὶ δευτέρα τις εἶναι λέγεται τοῦ Κλήμεντος ἐπιστολή· οὐ μὴν ἔθ' ὁμοίως τῇ προτέρᾳ καὶ ταύτην γνώριμον ἐπιςάμεθα, ὅτι μηδὲ τοὺς ἀρχαίους αὐτῇ κεχρημένους ἴσμεν.* Quæ à Rufino, ut ſolet, indiligenter redduntur ſic; *Dicitur tamen eſſe & alia Clementis Epiſtola, cujus nos notitiam non accepimus.* Nec magis accuratè Hieronymus libro de viris illuſtribus; *Fertur & ſecunda eſſe ex ejus nomine Epiſtola, quæ a Veteribus reprobatur.* Et Photius μυριοβίβλῳ Cod. 112. 113. *ἡ δὲ λεγομένη δευτέρα πρὸς τοὺς αὐτοὺς, ὡς νόθος ἀποδοκιμάζεται.* Neque enim dicit Euſebius ſecundam Clementis Epiſtolam notham eſſe, & ab Antiquis reprobatam; dicit ſolummodo ignoratam fuiſſe, in citationibus à Veteribus prætermiſſam, in dubium vocatam: unde eodem loci & alibi priorem nuncupat *ὁμολογουμένην*, *ἀνωμολογημένην παρὰ πᾶσιν.* Itaque rectiùs in Nicephoro lib. 3. cap. 18. habetur; *καὶ ἄλλη δὲ αὐτοῦ φέρεται ἐπιστολὴ, τῆς προτέρας καὶ πάνυ ἀποδέουσα· περὶ ἧς ὁ αὐτὸς φησιν Εὐσέβιος, μὴ ἐν ἐπισήμῳ ταύτης τοὺς ἀρχαίους εἶναι.* Maximus in Prologo ad Dionyſii Opera, agens de Euſebio, *καὶ μὴν ὅτι Πανταίνου τοῦ πάνυ ἀνήκοασιν, ὅτι τοῦ Ῥωμαίου Κλήμεντος, πλὴν δύο καὶ μόνων ἐπιστολῶν.* Et verò quemadmodum Cæſarienſi Epiſcopo credimus, dubitatum fuiſſe de Auctore Noſtræ Epiſtolæ; quemadmodum non poſſumus nunc poſt deperditos tot primorum Patrum libros memoriam illius accuſare, quæ tamen non ſemper fida extitit; ita negamus inde conſequi, pro Pſeudepigrapha neceſſariò habendam Epiſtolam: cùm fieri quiverit, ut Opus genuinum in controverſiam venerit, & à primis Eccleſiæ Scriptoribus non fuerit celebratum. Certè ea dubitatio, ea omiſſio, non deterruerunt Auctorem Canonum Apoſtolicorum Can. ult. Epiphanium Hæreſi 27. cap. 6. Hæreſi 30. cap. 15. & eum qui librum Pontificalem compoſuit, quò minùs de Clementinis Epiſtolis perinde ac nihil intercederet inter illas diſcriminis loquerentur. Mitto enim Niconem, de quo ad ſuperioris Epiſtolæ caput 14. Imò quòd admodum mirere, id ab ipſis Hieronymo ac Photio deſignatum, quando ſuam non Euſebii proponunt opinionem; ille in Volumine 1. adversùs Jovinianum cap. 7. hic in Myriobibli cap. 126. Quin etiam utramque inter ſacræ Scripturæ libros collocaſſe videntur Eccleſiæ illæ quæ Canonibus Apoſtolicis regebantur, quique eos Canones in novi Teſtamenti Voluminibus recenſet Johannes Damaſcenus lib. 4. Orthodoxæ fidei cap. 18. & quotquot Bibliorum codicibus utebantur ſimilibus illi Theclæ, è quo duæ iſtæ Epiſtolæ prodierunt. Accedit huc quòd eædem utrobique apparent Antiquitatis notæ, eadem interdum verba uſurpantur; nec tantam diverſitatem habet ſtylus, quin ab eodem Scriptore variis temporibus diverſiſque pro cauſſis oriri potuerit. Dionyſius autem Corinthius ſcribens ad Romanos apud Euſebium lib. 4. cap. 23. ideo unius tantùm Epiſtolæ Clementis mentionem facit, quia loquitur de litteris Romanorum nomine datis ad Corinthios: at poſterior Clementis, etſi teſte Photio, ad Corinthios quoque eſſet ſcripta, non tamen ſicut prior, Eccleſiæ Romanæ nomen, ſed Romani Pontificis præferebat. Indicatur id appellatione, *ἀδελφοί μου*, quam in ſecunda non ſemel poſitam invenies, nuſquam in priore.

Objicit Jacobus Uſſerius Diſſertatione de ſcriptis Ignatii &c. cap. 10. ad hunc modum; Epiſtola titulo Clementis ad Corinthios ornata, proferebat (quemadmodum ex Quæſtionibus ad Orthodoxos, Juſtino Martyri tributis, Reſp. ad Quæſt. 74. intelligimus) Carmina Sibyllina, quæ Clementis temporibus poſteriora fuerunt; unde colligitur eam citationem cùm in priore Clementis Epiſtola nuſquam compareat, ad alteram referri debere, quæ ejuſdem nomine falsò inſcribatur. Infirmum planè argumentum. Audi verba Pſeudo-Juſtini: *εἰ τῆς παρούσης καταστάσεως τὸ τέλος ἐστὶν ἡ διὰ τοῦ πυρὸς κρίσις τῶν ἀσεβῶν, καθώς φασιν αἱ γραφαὶ προφητῶν τε καὶ ἀποστόλων, ἔτι δὲ καὶ τῆς Σιβύλλης, καθώς φησιν ὁ μακάριος Κλήμης ἐν τῇ πρὸς Κορινθίους ἐπιστολῇ·* &c. *Si præſentis rerum ſtatus finis eſt, impiorum per ignem judicium, prout teſtantur Prophetarum & Apoſtolorum ſcripta, atque inſuper Sibyllæ ipſius, quemadmodum ait beatus Clemens in Epiſtola ad Corinthios;* &c. Quæ in Gallicam linguam ita vertit David Blondellus lib. 1. de Sibyllis cap. 20. ac ſi legiſſet, *ἐν τῇ πρώτῃ πρὸς Κορινθίους ἐπιστολῇ.* Sed erratum eſt properantis hominis, nimiumque memoriâ fidentis. Itaque cùm Pſeudo-Juſtinus generatim de Epiſtolis loquatur, neutra autem ad nos integra pervenerit, temere ab Uſſerio aſſeveratur res quam nullo modo potuit reſcire. Quinimo ſi divinationibus indulgere liceat, crediderim in primæ Epiſtolæ lacuna ad cap. 57. factam Sibyllæ mentionem. Atque conjecturæ fundum & auctorem do S. Irenæum lib. 3. adversùs Hæreſes cap. 3. ubi hoc pacto diſſerit; *Sub hoc igitur Clemente, diſſenſione non modicâ inter eos qui Corinthi eſſent fratres factâ, ſcripſit quæ eſt Romæ Eccleſia potentiſſimas litteras Corinthiis, ad pacem eos congregans, & reparans fidem eorum, & annuncians* (*annuncians* omittitur in Græco apud Euſebium lib. 5. cap. 6. & Nicephorum lib. 4. cap. 15. fortè ob ſimilitudinem participiorum *ἀνανεῶσα* & *ἀναγγέλλουσα.* Nam Rufinus videtur hoc quoque in Euſebio legiſſe, dum interpretatur *exprimens*) *quam in recens ab Apoſtolis receperant* (Ex Euſebio, Rufino, Nicephoro, atque ex ſenſu ſcribendum *receperat*) *traditionem, annunciantem unum Deum omnipotentem, factorem cæli & terræ, plaſmatorem hominis; qui induxerit Cataclyſmum, & advocaverit Abraham; qui eduxerit populum de*

terra Ægypti, qui collocatus ſit Moyſi, qui Legem diſpoſuerit, & Prophetas miſerit, qui ignem præparaverit Diabolo & Angelis ejus. Brevem enumerationem capitum, in hac Eccleſiæ Romanæ Epiſtola contentorum, ſanctus Martyr inſtituit. Ea autem omnia adhuc legere eſt, excepto ultimo, quod dubio procul lacuna illa circa finem interjecta complectebatur. Quis porrò non videt, ubi ignis Diabolo & Angelis ejus præparatus memorabatur, ibi commodè potuiſſe agi de mundi fine, ac de impiorum per ignem judicio tunc futuro; ideoque & Sibyllæ mentio fieri?

Ait tamen vir perdoctus non licuiſſe per tempora Clementi ex Sibyllinis Carminibus, ut pote ipſo poſterioribus, teſtimonium petere. Hoc probandum erat, non modò dicendum: quod ſi conſtaret, requirerem prædictarum Quæſtionum Codices MSS. num pro καλῶς haberent καὶ ὡς, aut καὶ καλῶν. Verùm ſuper Sibyllinis verſibus exploratum non habetur quando cœperint apud Chriſtianos evulgari. Sub Apoſtolis rem contigiſſe perſuaderet, quòd à multis refertur, Clementem Alexandrinum in 6. Stromateo (p. 636.) recitare verba Pauli Apoſtoli Græcos ſeu Gentiles ad Sibyllæ Oracula amandantis; niſi aut Clemens fabulam à quodam Apocrypho ſumpſiſſe dici poſſet; aut potiùs illius ſenſum viderentur non attigiſſe homines docti; quæ quidem mea eſt opinio. Eo quippe loci poſtquam ex Petri Prædicatione, libro extra Canonem poſito, affirmavit ὁ ςρωματεὺς, Græcis, ut Deum colerent & gloria afficerent, conceſſam fuiſſe Philoſophiam, quemadmodum eamdem ob cauſſam utrumque Teſtamentum Judæis & Chriſtianis; iſta paullò obſcuriora ſubjicit; ἐπεὶ δὴ καθάπερ Ἰουδαίους σώζεσθαι ἐβούλετο ὁ Θεὸς, τοὺς προφήτας διδοὺς, οὕτως καὶ Ἑλλήνων τοὺς δοκιμωτάτους, οἰκείους αὐτῶν τῇ διαλέκτῳ προφήτας ἀναστήσας, ὡς οἷοί τε ἦσαν δέχεσθαι τὴν παρὰ Θεοῦ εὐεργεσίαν, τῶν χυδαίων ἀνθρώπων διέκρινεν, δηλώσει πρὸς τῷ Πέτρου κηρύγματι, ὁ ἀπόστολος λέγων Παῦλος· λάβετε καὶ τὰς Ἑλληνικὰς βίβλους, ἐπίγνωτε Σίβυλλαν, ὡς δηλοῖ ἕνα Θεὸν καὶ τὰ μέλλοντα ἔσεσθαι· καὶ τὸν Ὑστάσπην λαβόντες ἀνάγνωτε, καὶ εὑρήσετε πολλῷ τηλαυγέστερον καὶ σαφέστερον γεγραμμένον τὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ, καὶ καθὼς παράταξιν ποιήσουσι τῷ Χριστῷ πολλοὶ βασιλεῖς μισοῦντες αὐτὸν, καὶ τοὺς φοροῦντας τὸ ὄνομα αὐτοῦ, καὶ τοὺς πιστοὺς αὐτοῦ, καὶ τὴν ὑπομονὴν. καὶ τὴν παρουσίαν αὐτοῦ. εἶτα ἐπὶ λόγῳ πυνθάνεται ἡμῶν· ὅλος δὲ ὁ κόσμος καὶ τὰ ἐν τῷ κόσμῳ, τίνος; οὐχὶ τοῦ Θεοῦ; Quæ verba ſic accipiunt, quaſi λάβετε &c. ſit Apoſtoli exhortatio. At ego illa, ὁ ἀπόστολος λέγων Παῦλος, non refero ad conſequentia, λάβετε &c. ſed ad præcedentia, οἰκείους αὐτῶν τῇ διαλέκτῳ προφήτας, ſeu ad verſiculum 12. capitis 1. Epiſtolæ ad Titum, εἶπέ τις ἐξ αὐτῶν ἴδιος αὐτῶν προφήτης: & λάβετε &c. Clementis eſſe arbitror, non Pauli: tum quod in fine dicitur, εἶτα ἐπὶ λόγῳ &c. Prædicationi Petri tribuo, cum cujus ultimo ſermone paullo ante per Clementem laudato convenit optimè. Quocirca verto; *Quandoquidem quod ſicut Judæos Deus ſalvos eſſe voluit, dans eis Prophetas, ita etiam Græcorum probatiſſimos, proprios ſua lingua Prophetas excitans, prout poterant capere Dei beneficentiam, à vilibus vulgaribuſque hominibus ſecreverit, declarabit præter Petri Prædicationem qui hoc dicit Apoſtolus Paulus. Libros quoque Græcos ſumite; agnoſcite Sibyllam, quo modo unum Deum manifeſtet, & ea quæ futura ſunt: ſumptum etiam Hyſtaſpem legite, & invenietis Dei Filium multò clariùs apertiùſque eſſe ſcriptum, atque multi reges adversùs Chriſtum aciem inſtruunt, odio habentes tum illum, tum eos qui nomen ejus geſtant, & ejus fideles, illiuſque tolerantiam atque adventum. Deinde uno verbo* (ſeu *unâ ratione*) *nos interrogat; Totus autem mundus, & quæ ſunt in mundo, cujus ſunt? Nonne Dei?* Sic pulcrè omnia ſibi conſtant, alter impeditiora. Adde quòd vix in toto Clemente invenias aliquid Apocryphi prolatum, nomine dumtaxat Auctoris, non præmiſſo Operis titulo, non adjectâ dictione quæ quale ſit Scriptum declaret. Legatur tota Alexandrini diſputatio; conferatur cum iis quæ in Stromateo 5. edisserit de Græcorum ſapientibus, præſertim pag. 299. ubi locum Epiſtolæ ad Titum adducit: confido fore ut mea non improbetur interpretatio. Nihil ergo adjuvamur hoc teſtimonio, ad inveſtigandum quod quærimus tempus.

Jam verò ſi agatur de Sibyllinorum Carminum Sylloge quâ hodie utimur, pro certo haberi debet, quod à multis evidenter fuit probatum, eam multò poſt Apoſtolica tempora lucem vidiſſe. Nonnulli ſanè in ea verſus leguntur, ætate poſteriores Scriptis Patrum Sibyllina Oracula citantibus: quales hi duo;

> Οὐκέτι γὰρ φεύξεται τὸ τῆς φιλαθρήσκοιο ὕλης
> Παρθενικῆς κώμης πῦρ ἔνθεν ἀρήσονται

in ῥαψῳδίᾳ noſtrâ lib. 5. poſt medium; ſunt enim de incenſo Veſtæ templo ſub finem imperii Commodi, proindeque cùm jam Juſtinus, Athenagoras, & Theophilus Antiochenus Sibyllina in teſtimonium pro fide Chriſtiana advocaſſent. Ac Origeniani cujuſdam manum redolet libri 2. finis, ad quem Scholiaſtes Græcus ſic annotabat;

> ψευδὴς προφανῶς. οὐδὲ γὰρ λήξει ποτὲ
> τὸ πῦρ κολάζον τοὺς κατακεκριμένους.
> κἀγὼ γὰρ ἂν εὐξαίμην τοῦθ᾽ οὕτως ἔχειν,
> οὐλαῖς μεγίσταις σφαλμάτων ἐστιγμένος,
> αἳ μείζονος χρῄζουσι φιλανθρωπίας.
> ἀλλ᾽ αἰσχυνέσθω φλυαρῶν Ὠριγένης,
> πέρας γενέσθαι τῶν κολάσεων λέγων.

Rectéque obſervat qui noſtrâ ætate plurimos judicio ſuperavit Gerardus Voſſius De Poëtis Græcis cap. 1. non exſtitiſſe temporibus Juſtini Martyris, Tatiani, Clementis Alexandrini, Euſebii, aliorumque multorum, verſus Sibyllinæ Collectionis lib. 5. & lib. 3. de Sibylla Noæ coætanea; quandoquidem ex illorum Patrum profeſſione, nulla è Sibyllis Moſem antiquitate ſuperavit. Ex quibus intelligitur non unum Poëtam Sibyllam ſe eſſe finxiſſe, ſed plures, diverſo tempore, quorum verſus disjectos, unum in corpus conſarcinator incertus multò poſt denatos Apoſtolos compegerit.

Quod autem à pluribus exiſtimatur, primo ſæculo ac principio ſecundi Sibyllam à Chriſtianis Scriptoribus citari nequiviſſe, id verò ego inficior, rationibus adductus non paucis. Quoniam, ſcilicet, gratis ac ſine fundamento illud aſſeritur. Deinde quia viventibus Apoſtolis, ac Luca ſcribente Evangelium, multa Apocrypha & Pſeudepigrapha otioſi temerariique homines edebant, inquit Origenes Homil. 1. in Lucam, eumque ſæpiſſime ſequens Hieronymus Procemio Commentariorum ſuper Matthæum, necnon Titus, Ambroſius, Beda, Euthymius, Theophylactus, ad primum verſ. Evangelii Lucæ: quidni & in illis quædam Sibyllino nomine? Ad hæc certum eſt ex Varrone, Cicerone, Tacito, Suetonio, Plutarcho, multa vana & ſuppoſiticia inter Paganos quaſi Sibyllina fuiſſe circumlata, ante & ſtatim poſt primordia noſtræ Religionis: hoc exemplo cur non idem evenerit apud Nos? Adjice his teſtimonium Hermæ lib. 1. Viſ. 2. cap. 4. quæque ibi annotabam de inſigni iſto loco Joſephi Antiquit. Judaic. lib. 1. cap. 5. περὶ δὲ τοῦ πύργου τούτου καὶ τῆς ἀλλοφωνίας τῶν ἀνθρώπων, μέμνηται καὶ Σίβυλλα, λέγουσα οὕτως. Πάντων ὁμοφώνων ὄντων

τῶν

τῶν ἀνθρώπων, Πύργον ᾠκοδόμησάν τινες ὑψηλότατον, ὡς ἐπὶ τὸν οὐρανὸν ἀναβησόμενοι δι' αὐτοῦ. Οἱ δὲ θεοὶ ἀνέμους ἐπιπέμψαντες, ἀνέτρεψαν τὸν πύργον, καὶ ἰδίαν ἑκάστῳ φωνὴν ἔδωκαν· Καὶ διὰ τοῦτο Βαβυλῶνα συνέβη κληθῆναι τὴν πόλιν· qui locus reſpondet his Sibyllinis lib. 3. circa initium;

ἀλλ' ὁπόταν μεγάλοιο Θεοῦ πλέωνται ἀπειλαὶ· &c.

Concludo nihil vetare quin vero Clementi laudata fuerit Sibylla, in re præſertim Ethnicis non ignota, mundi videlicet fine, ac impiorum per ignem judicio: de qua conſule præcipuè Juſtinum Martyrem Apologetico 2. p. 66. & Sibyllina noſtra Oracula lib. 2. & 3. Ac forſan Clemens exemplaria viderat antequàm à Chriſtianis (ut conqueritur Celſus apud Origenem lib. 7. contra eum) fuiſſent interjectis pluribus interpolata.

Cæterùm videtur hæc ſecunda Epiſtola ante primam eſſe ſcripta. Quandoquidem innuit fragmentum illius pacifica tempora; & ex Photii Codice 126. colligimus diſſidii Corinthiaci in ea factam non fuiſſe mentionem: at ſi data eſſet poſt priorem, hoc eſt, poſt finem perſecutionis Domitiani, tempore pacis, atque ante perſecutionem ſub Trajano redintegratam, non prætermiſiſſet diſcordiam aut reconciliationem Corinthiorum, cùm utrumque tempus ſolummodo annus ſejungat. Quare miſſam arbitror inter duas primas perſecutiones, Neronis ac Domitiani, & ante ſeditionem Corinthi excitatam.

Omittebam hic, ut in veterum Teſtimoniis, duo quæ poſtea occurrerunt loca. Primus locus eſt Præfationis Concilii Nicæni, Lannæ ex Arabico per Abrahamum Ecchellenſem factæ; in quo dicitur Clementem Epiſtolâ 2. mentionem feciſſe Sectarum 70. Verùm illa Epiſtola ſi eadem eſt ac noſtra, nec eſt planè Apocrypha, nequaquam retulit 70. Hæreſes, retulit forſan 7. Alterum locum deprompſi ex optimis membranis codicis admodum antiqui in Bibliotheca PP. Soc. Jeſu, copiam faciente Gabriele Coſſartio, viro cùm inſignis doctrinæ, tum prolixæ humanitatis. Eſt autem S. Damaſceni Eclogarum ſacrarum cap. περὶ τῶν προσκαίρων καὶ τῶν αἰωνίων ἀγαθῶν, καὶ ὅτι χρὴ τῶν παρόντων, τὰ μέλλοντα προτιμᾶν. quod reſpondet capiti 20. libri 2. Parallelorum editorum.

Τοῦ ἁγίου Κλήμεντος ἐκ τῆς πρὸς Κορινθίους β'.	*S. Clementis, ex Epiſtola 2. ad Corinthios.*
Ὁ τῶν παρόντων αἰσθητικὸς συνίησιν ὡς ὅτι ἀλογίζονταί τινες εἶναι τερπνὰ, ξένα καὶ μακρὰν ἐστὶ τῶν ἀπεχθῶν. ἀλλὰ καὶ πλοῦτος πολλάκις μᾶλλον πενίας ἔθλιψε, καὶ ὑγεία πλέον ἠνίασε νόσου. καὶ καθόλου τῶν λυπηρῶν καὶ φαύλων πάντων ὑπόθεσις καὶ ὕλη, ἡ τῶν ἀρεστῶν καὶ κατ' εὐχὴν περιβολὴ γίνεται.	*Qui res præſentis vitæ agnoſcit, intelligit neque ea quæ nonnulli jucunda reputant, aliena eſſe aut procul diſſita ab iis quæ odio habentur. Quinetiam divitiæ ſæpenumero magis quam paupertas læſerunt, & ſanitas plus morbo afflixit. In ſumma, gratarum rerum ac optatarum affluentia evadit in cauſſam & materiam omnium triſtium atque deteſtatarum.*



ΤΟΥ

ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ
ΚΛΗΜΕΝΤΟΣ
ΤΟΥ ΡΩΜΑΙΩΝ ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ
ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΠΡΟΣ ΚΟΡΙΝΘΙΟΥΣ ΔΕΥΤΕΡΑ.

SANCTI CLEMENTIS
EPISCOPI ROMANI,
EPISTOLA AD CORINTHIOS SECUNDA.

Photior, Biblioth. c. 126. *Chriſtus.* *Act.* 10. 42.

I. FRATRES, ita ſentire nos oportet de Jeſu Chriſto, tamquam de Deo, tamquam de judice vivorum & mortuorum; nec decet nos humilia ſentire de ſalute noſtra: dum enim humiliter ſentimus de illo, parva etiam accepturos nos ſperamus: & dum tamquam exigua, audimus, peccamus, neſcientes unde & quo modo vocati ſumus, & à quo, & in quem locum, & quanta ſuſtinuit Jeſus Chriſtus pati propter nos. Quam igitur nos ipſi dabimus remunerationem, aut quem fructum dignum eorum quæ nobis ipſe dedit? Quanta verò ei debemus pia? Nam lucem nobis largitus eſt; tamquam pater filios nos appellavit; pereuntes nos ſervavit. Qualem ipſi laudem tribuemus, aut mercedem compenſationis eorum quæ accepimus? qui mente eramus capti, & adorabamus lapides, ligna, aurum, argentum, atque æs, hominum opera; & tota noſtra vita nihil aliud erat quàm mors. Obſcuritate itaque circumdati, & tali caligine plenum habentes viſum, reſpeximus, ipſius voluntate deponentes eam quâ cingebamur nebulam. Nam miſeratus eſt nos; & viſceribus commotus, ſalvos fecit; cùm in nobis multum errorem ac interitum ſpectaſſet, nec habere nos ullam ſalutis ſpem, niſi eam quæ ab ipſo. Vocavit enim nos qui non eramus, & voluit è nihilo eſſe nos.

Iſ. 54. 1.

II. *Lætare ſterilis, quæ non paris; erumpe & clama, quæ non parturis: quia multi filii deſertæ, magis quam ejus quæ habet virum.* Quod dixit; *Lætare ſterilis quæ non paris;* nos dixit: ſterilis quippe erat

Eccleſia.

Eccleſia noſtra, antè quàm dati eſſent ei liberi. Quod verò dixit; *Clama quæ non parturis;* hoc dicit; Preces noſtras ad Deum omnino, ut parturientes ſolent, non deficiamus referre. Quod autem dixit; *Quia multi filii deſertæ, magis quam ejus quæ habet virum:* Quandoquidem populus noſter deſertus eſſe videbatur & Deo orbatus; nunc verò cùm credidimus, plures facti ſu-

Lege eumdem, ad Canonem ultimum Apoſtolorum, & ad Canonem Laodicenum ſexageſimum. Ex ejus etiam ineditis Scholiis, ad Epiſtolam Feſtalem S. Athanaſii, citat iſta Jacobus Uſſerius, in Diſſertatione de ſcriptis Ignatii, Polycarpi, & Romani Clementis, cap. 7.

Doctrinam verò Apoſtolorum, quidam dicunt eſſe Conſtitutiones per Clementem ſcriptas; quas quæ ſexta dicitur Synodus legi non permittit, veluti adulteratas & corruptas ab Hæreticis.

Τὴν διδαχὴν δὲ τῶν ἀποστόλων, τινὲς λέγουσιν εἶναι τὰς διὰ τοῦ Κλήμεντος γραφείσας διατάξεις, ἃς ἡ λεγομένη ἕκτη σύνοδος ἀναγινώσκεσθαι οὐ συγχωρεῖ, ὡς νοθευθείσας καὶ παραφθαρείσας ὑπὸ αἱρετικῶν.

Alexius Ariſtenus, in Synopſi Canonum; ex Trullana Conſtantinopolitana Synodo, num. 7. Bibliotheca Juris Canonici Veteris, Tom. 2. p. 698.

Quæ ab Heterodoxis furtim inſerta ſunt Conſtitutionibus Apoſtolorum per Clementem editis, ſunt repudianda. *Eadem verba uſurpat Symeon Magiſter & Logotheta, in Epitome Can. ibid. p. 742.*

Τὰ παρὰ τῶν ἑτεροδόξων κλοπιμαίως ἐμβεβλημένα ταῖς διὰ Κλήμεντος τῶν ἀποστόλων διατάξεσιν, ἀποκήρυκτα.

Ex ejuſdem Scriptoris MSS. Scholiis, ad canonem Apoſtolorum ultimum, iſta citat Uſſerius, in Diſſertatione de S. Ignatio &c. cap. 15.

Secundus Canon Synodi ſextæ in Trullo habitæ, omnino rejicit haſce Conſtitutiones; propterea quòd iis nonnulla ab Heterodoxis adjecta fuerint adulterina, & aliena à pietate.

Ὁ δεύτερος κανὼν τῆς ἐν τῷ Τρούλλῳ γενομένης ἕκτης συνόδου, παντελῶς ἀποβάλλεται τὰς τοιαύτας * διαταγὰς, διὰ τὸ ἐν αὐταῖς ὑπὸ τῶν ἑτεροδόξων προστεθῆναί τινα νόθα καὶ ξένα τῆς εὐσεβείας.

* Cod. R. 2418. ἀποδέχεται

Conſtantinus Harmenopulus, in Epitome Canonum, ſect. 2. tit. 4. Tom. 1. Juris Græco-Romani, p. 28.

In libro qui dicitur, ſanctorum Apoſtolorum Conſtitutiones, hæc tradita ſunt; *Diaconiſſa nihil eorum quæ Presbyteri*, &c. lib. 8. cap. 28.

Ἐν ταῖς λεγομέναις τῶν ἁγίων ἀποστόλων διατάξεσι, ταῦτα διείληπται· Διακόνισσα οὐδὲν, ὧν οἱ πρεσβύτεροι &c.

Theodorus Balſamon, ad Canonem Apoſtolorum ultimum.

Σὺ δὲ γίνωσκε ὡς εἰ καὶ γέγραπται ἐνταῦθα ἀναγινώσκειν ἡμᾶς τὰς διατάξεις τοῦ Κλήμεντος, πλὴν μὴ δημοσιεύειν αὐτάς, ἀλλ' ὁ β΄. κανὼν τῆς ς΄. συνόδου ἀπηγόρευσε τὴν τούτων ἀνάγνωσιν, διὰ τὸ νοθείας παρεσπάρθαι ἐν αὐταῖς.

Tu autem ſcias, quòd licèt hîc ſcriptum ſit, ut legamus Clementis Conſtitutiones, ſed non divulgemus, attamen ſecundus Canon ſextæ Synodi earum lectionem prohibuit, quoniam in illis adulteratio facta eſt. *Lege ejuſdem Reſponſa ad Interrogationes Marci Alexandrini, cap. 1. & 2. in Jure Græco-Romano, Tom. 1. p. 363.*

Matthæus Blaſtares, nondum editus, initio Collectionis Canonum, per titulos, ordine Alphabetico; ubi de Canonibus Apoſtolorum.

Φησὶ γάρ, (ἡ ἁγία καὶ οἰκουμενικὴ ἕκτη σύνοδος) Τοὺς ὑπὸ τῶν πρὸ ἡμῶν ἁγίων πατέρων καὶ δεχθέντας καὶ κυρωθέντας, ἀλλὰ μὴν καὶ παραδοθέντας ἡμῖν ἐπ' ὀνόματι τῶν ἁγίων καὶ ἐνδόξων ἀποστόλων, ὀγδοήκοντα πέντε κανόνας, τὸ κῦρος ἔχειν καὶ ἡμεῖς κελεύομεν· πλὴν τῶν τοῦ Κλήμεντος ἐπιστολῶν τε καὶ διατάξεων. Αὗται γὰρ παρὰ τῶν δυσσεβῶν πολὺ τὸ νόθον καὶ σφαλερὸν ἀπεδέξαντο.

Ait enim, (ſancta & œcumenica ſexta Synodus) A ſanctis Patribus qui ante nos fuerunt, receptos atque confirmatos, ſed & nobis nomine ſanctorum & glorioſorum Apoſtolorum traditos, octoginta quinque Canones, auctoritatem habere nos quoque præcipimos: exceptis Clementis Epiſtolis & Conſtitutionibus: Illæ enim ab impiis multam adulterationem ac falſitatem acceperuot.

Ibidem, littera β΄. capite 11.

Ἃς δὲ προσέθηκε διὰ τοῦ Κλήμεντος δύο ἐπιστολάς, καὶ τὰς συνθείσας τούτῳ διατάξεις τῶν ἀποστόλων· ὕστερον ὁ τῆς ἕκτης συνόδου δεύτερος κανὼν διεκώλυσεν, ὡς πολὺ τὸ νόθον παρὰ τῶν αἱρετικῶν καὶ παρέγγραπτον δεξαμένας.

Quas verò (Canon Apoſtolorum octogeſimos quintus) adjicit duas Clementis Epiſtolas, & ab eodem elaboratas Conſtitutiones Apoſtolorum; poſtea ſecondus ſextæ Synodi Canon abrogavit, quaſi quæ per Hæreticos multum adulterationis ac interpolationis accepiſſent.

Et paullò poſt.

Ἔξωθεν δὲ τῶν κανονιζομένων εἶναι φησὶν (ὁ μέγας Ἀθανάσιος) τὴν σοφίαν Σολομῶντος &c. καὶ τὴν διδαχὴν τῶν ἁγίων ἀποστόλων· ταύτην δὲ ἡ ἕκτη σύνοδος ἠθέτησεν, ὡς δεδήλωται.

Extra autem Canonicos libros ait eſſe, (Magnus Athanaſius) Sapientiam Salomonis &c. & Doctrinam ſanctorum Apoſtolorum: hanc autem ſexta Synodus rejecit, quemadmodum jam declaratum eſt.

Et infrà, de Canone Apoſtolorum ſexageſimo.

Οὐ μόνον γὰρ οἱ περὶ πλείστου τὸ ψεῦδος ποιούμενοι, λόγοις οἰκείοις τὸ δυσσεβὲς αὐτῶν φρόνημα κρατύνειν πειρῶνται, ἀλλὰ καὶ τοῖς τῶν εὐσεβῶν συγγράμμασι τὰ σφῶν παρενείρουσιν· ὡς ἐν ταῖς ῥηθείσαις ἐπιστολαῖς τοῦ ἱεροῦ Κλήμεντος, καὶ ταῖς διατάξεσιν ἐσκαιώρηται.

Non ſolùm enim qui maximi faciunt mendacium, propriis libris impiam ſuam ſententiam nituntur confirmare; ſed etiam ſua, ſcriptis piorum inſerunt; quemadmodum in memoratis ſacri Clementis Epiſtolis & Conſtitutionibus perperam factum fuit.

In littera κ΄. capite 5. ubi de canone Trullano ſecundo.

Τοὺς πέντε καὶ ὀγδοήκοντα τῶν ἁγίων ἀποστόλων, φημί, πλὴν τῶν διὰ Κλήμεντος διατάξεων, αὗται γὰρ πολὺ τὸ νόθον παρὰ τῶν κακοδόξων δίκην ζιζανίων εἰσεδέξαντο, τὸ κῦρος ἔχειν κελεύει.

Octoginta quinque Canones ſanctorum Apoſtolorum, inquam; exceptis Conſtitutionibus per Clementem ſcriptis (ipſæ enim multam adulterationem à pravæ ſententiæ hominibus, inſtar zizaniorum acceperunt) jubet habere auctoritatem. *Vide not. in Conſt. Ap. Lib. VI. c. 8.*

Nicephorus Calliſti, Eccleſiaſtica Hiſtoria lib. 3. cap. 18.

Τοῦτον συγγραφέα καὶ τῶν ἀποστολικῶν διατάξεων, ἀλλὰ δὴ καὶ τῶν ἱερῶν αὐτῶν κανόνων πιστεύομεν.

Hunc (Clementem) & Apoſtolicarum Conſtitutionum, & ſacrorum quoque Apoſtolicorum canonum Auctorem eſſe credimus. *Lege lib. 2. c. 46.*

Nicetas Serronius, vel, ut alii, Serranus aut Serrenſis, ad Orationem quadrageſimam ſecundam S. Gregorii Nazianzeni, num. 26. pag. 1153. C. Tom. 2. Ad iſta verba Theologi, Tom. 1. p. 685. A. Τοιοῦτον γὰρ τὸ ὑπὲρ ἡμῶν σφάγιον, ἔνδυμα ἀφθαρσίας καὶ ὂν καὶ καλούμενον. *Talis enim eſt victima illa pro nobis caſa, quæ incorruptionis indumentum & eſt & appellatur.*

Illud autem, *Incorruptionis indumentum*, ex Octabiblo Clementino ſumptum eſt, ubi hæc verba ſunt; *Ut dignos nos habeas lavacro regenerationis, quod incorruptionis indumentum eſt.* In Conſtit. lib. 8. cap. 6. ubi vide not.

Conſtitutiones Apoſtolicas laudant præterea Anaſtaſius, quem alii Sinaitam, alii Nicenum vocant; in Quæſtionum & Reſponſionum volumine; Editionis Gretſeri, Reſp. 1. 6. 12. 14. 15. 16. 20. 22. 35. 46. 52. 60. 64. & 65. Nicolaus Methonenſis, De corpore & ſanguine Chriſti, in Bibliotheca Patrum; & alii. Denique a multis refertur, Æthiopes has Conſtitutiones pro verè Apoſtolicis habere. Qua de re plus ſemel egimus in notis.

J. B. COTELERII JUDICIUM
DE
CONSTITUTIONIBUS APOSTOLICIS.

Ex multis quæ de Conſtitutionibus Apoſtolicis vario doctorum ſermone jactantur, vera quædam ſunt, alia falſa, cætera ejuſmodi, ut veritatem an falſitatem contineant, certâ nequeat argumentatione percipi. Ea ſi in principio Adnotationum iſtarum ſecreverimus, operæ precium nos facturos non neſcimus.

Itaque verum eſt Conſtitutionum Apoſtolicarum ὀκτάβιβλον, Opus eſſe Apocryphum & Pſeudepigraphum, ab Apoſtolis non profectum, nec ab Apoſtolico Clemente. Scilicet, quamvis Auctor Canonis ultimi Apoſtolici, ſi diverſus eſt ab eo de quo agimus, aliter ſtatuat; quamvis illos Apoſtolorum Canones veros cenſere ſoleant Græci poſteriores, Apoſtolicas verò διαταγάς, Clementis quidem, ſed poſtea adulteratas; quamvis Æthiopes à Græcis edocti, Apoſtolicam Octabiblum ut ſacram & divinam venerentur; quamvis S. Epiphanius Hæreſi 80. cap. 7. & Cedrenus duobus in locis inter Veterum Teſtimonia relatis, θείων λόγων Diataxibus tribuant; attamen liquidò conſtat ad Apoſtolos & Clementem non pertinere σύνταγμα, quod prima Eccleſiæ tempora latuit, quod à tot ſanctis Patribus ignoratum fuit, aut neglectum; quod plurimis ſuſpicionem movit ſuppoſitionis, plurimis certitudinem dedit falſitatis; quod Catholica Eccleſia à Canone Scripturarum divinarum excludit; quod denique ſexcenta complectitur cum veritate, cum veriſimilitudine pugnantia, recentiora temporibus Apoſtolicis, atque ab Apoſtolico charactere remotiſſima.

Nec minùs verum eſt antiquas Conſtitutiones dictas Apoſtolorum, poſt compoſitionem ſuam interpolatricibus manibus ſubjacuiſſe. Id clarè demonſtrant loca citata à B. Epiphanio, & à Parente Operis imperfecti in Matthæum: quorum pleraque nunc partim non exſtant, partim cum magna differentia verborum & ſenſuum leguntur. Atque ob eam interpolationis famam Græci in Trullo congregati profitentur Canone 2. Conſtitutionibus Apoſtolorum Clementinis jam olim ab Hæreticis vim factam per nonnulla malaque additamenta. Sed quod meritò mirére, Photius diligentiſſimus hujuſcemodi rerum inveſtigator, neque depravationis, neque judicii Trullani mentionem facit, noſtris διαταγαῖς benignior, quemadmodum & Nicetas Pectoratus atque Georgius Cedrenus. Quippe qui ſextam ſuam Synodum videantur ſpreviſſe, & in Conſtitutionibus nullam agnoviſſe corruptionem.

Quòd autem διαταγαῖς τῶν ἀποστόλων διὰ Κλήμεντος favet Photius, cauſſa non eſt odium in Latinos; quibus iniquus in μυριοβίβλῳ non apparet, utpote tunc Orthodoxus & Catholicus; cùm contra Trullani Epiſcopi Latinæ Eccleſiæ hoſtes haud dubiè, iiſdem διατάξεσι nigrum Theta præfixerint. Cauſſa eſt, libri præſtantia, & fortè Epiphanii Encomium. Certè ſi quemadmodum veriſimile fit, exiſtimavit Photius Conſtitutiones Opus eſſe vetus ac probum, ſub nomine Apoſtolorum & Clementis confictum, tribus reprehenſionibus iiſque non inſolubilibus obnoxium, κακοπλασίας, contumeliarum Deuteronomio factarum, & Arianiſmi; non intelligo cur adeò culpanda putetur illius Critica. Ita fateri ille poterit quod in re eſt, ab antiquo homine non indocto, at fingendi ſatis imperito, nec ſemper veraci, in lucem prolatos fuiſſe poſt Apoſtolicum ſæculum libros plurimis inconſequentiis ac inconſiderantiis, nonnullis erroribus reſperſos, de Deuteronomio incautè, de ſancta & individua Trinitate periculosè loquentes. Ut verò ſuſpicer Conſtitutiones à Photio non eſſe attributas Romano Clementi, facit tum magni Magiſtri exiſtimatio, tum quòd eodem loci non magis abjudicat Apoſtolico Recognitiones, quas refertas docet abſurdis, & Arianiſmo, quàm Conſtitutiones: quis autem credat ita ſentire virum doctiſſimum & prudentiſſimum, ut tale Scriptum non putet falſo Auctoris titulo fuiſſe donatum? tum denique quia idem in Præfatione ad Nomocanonem ambiguè de Apoſtolorum Canonibus diſſerit, ut & in his ipſis Bibliothecæ Codicibus 112. 113. Quocirca ſecundùm noſtram ſuſpicionem, Clementis dicta ſunt Photio ea duo Scripta, quoniam Clementino nomine inſcripta ferebantur. Quamquam, ut dicam ingenuè, contextus orationis, & cenſura cùm poſterioris Epiſtolæ Clementis, tum Diſputationis Petri cum Apione, non mediocrem pariunt difficultatem. Cur enim non pari modo proſcripſit Conſtitutionum ac Recognitionum libros? Niſi fortè quia in cenſuris illis non tam ſuam, quàm Euſebii proponit opinionem. Sed de Photio hactenus. Suo quiſque utatur arbitrio.

Veritate etiam, ſicut & auctoritate, nituntur variæ hujus Apocryphi appellationes, διατάγματα τῶν ἀποστόλων ſeu ἀποστολικά, τῶν ἀποστόλων ſeu ἀποστολικαὶ διατάξεις aut διαταγαὶ, διαταγαὶ vel διατάξεις Κλήμεντος ſive διὰ Κλήμεντος, τῶν ἀποστόλων διὰ Κλήμεντος διατάξεις aut διαταγαὶ, & ὀκτάβιβλος Κλήμεντος: item διάταξις, διδασκαλία, καθολικὴ διδασκαλία, & κανόνες ſive libri Canonum Apoſtolorum. Cujus poſtremi nominis mentio quoque, apud Oecumenium, Ad Actorum IX. 10. hoc modo, καὶ οὗτος ὁ Ἀνανίας διάκονος ἦν, ὡς αὐτὸς Παῦλος μαρτυρεῖ ἐν τοῖς κανόσι. Sed cùm hujus Editionis typis Veterum Teſtimonia mandarentur, nondum occurrerat locus: de quo vide quæ adnotabo ad libri 8. caput 46. Legito quoque Notam in pag. 220. A. de loco Glycæ. Cæterùm an Johannes Damaſcenus Orthodoxæ fidei lib. 4. cap. 18. quando Canones Apoſtolorum per Clementem editos cum divinis Voluminibus annumerat, Conſtitutiones, vel dumtaxat Canones Conſtitutionibus ſubnexos intelligat, quæri poteſt. Malim accipere de ſolis Canonibus; quò majori parte erroris vir ſanctus & doctus ſublevetur; & quia rarior prima acceptio; & propter Trullanos Patres, quorum ſententiam videtur ſecutus. Adde quòd ejuſdem li-

libri cap. 13. morem adorandi ad Orientem refert ad traditionem Apoſtolorum non ſcriptam; cùm tamen is mos ſcriptus reperiatur in Conſtitutionibus.

Jam verò præter ſuprà dictis veris oppoſita, falſum etiam eſt Auctorem Conſtitutionum atque Recognitionum eumdem eſſe. Habemus Photii judicium, qui prærogativam quidem ſanioris doctrinæ tribuit primo Operi; at eloquentiæ, ac Polymathiæ poſteriori. Et quis non videt illius Scriptorem, virum fuiſſe ſanctatum Scripturarum rituumque Eccleſiaſticorum ſcientiſſimum; hujus, hominem in iis rudiorem? Huc accedit quòd non ſemper conveniunt dogmata utriuſque. Verbi gratiâ Conſtitut. lib. 8. cap. 46. inter inanima recenſentur ſol, luna, ſtellæ; contrà Recognit. lib. 5. cap. 16. Sic (alia prætereo) Ebioniticæ Ἀναγνωρισμῶ lotiones, in καθολικῇ διδασκαλίᾳ condemnantur.

Perperam quoque confunduntur Conſtitutiones cum Clementinis. Apertè ſiquidem ac exſertè diſtinguit Nicephorus Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ lib. 3. cap. 18. Nec ſine hæſitare præſens Editio, quæ utrumque σύγγραμμα, ac poſterius nunc primùm complectitur. Errat iidem Humbertus Cardinalis, dum Ordinationes ſeu Conſtitutiones à Niceta Pectorato laudatas, ad Itinerarium Petri Apoſtoli transfert, cum quo nihil commune habent, longè de aliis rebus quàm de Petri peregrinationibus differentes. Anſam erroris Humberto dedit ignoratio utriuſque Apocryphi, ſolaque notitia hujus Gelaſiani Decreti, *Itinerarium nomine Petri Apoſtoli, quod appellatur ſancti Clementis libri decem*, (Ita rectiùs dubio procul antiquæ Editiones, quàm recentiores *octo* vel *novem*) *apocrypham*. Creditum Cardinali Græcos nihil habere nomine Clementis prænotatum, extra Itinerarium Petri & Canones Apoſtolorum.

Sed & veritati adverſatur, Conſtitutionum Apoſtolicarum compoſitorem nomen Clementis Romani ſibi non aſſumpſiſſe. Quod nomen & in fronte Voluminis præfixum cernitur, & aſſertores habet cum Canonibus, Apoſtolorum ultimo, & Trullano 2. Photium, Nicetam Pectoratum, Zonaram, Alexium Ariſtinum, Balſamonem, Matthæum Blaſtarem, Nicephorum Calliſti, Nicetam Serronium, &c. refragatorem autem ex Antiquis neminem. Nec mirum ſi qui Apoſtolorum Diataxes ſcribebat, Apoſtolorum perſonam induerit; Clementem verò, hoc eſt, ut credi volebat, ſe, putàverit in libri corpore occultandum.

At iſta mihi ambigua ſunt, quo primùm tempore libri Conſtitutionum Pſeudo-Apoſtolicarum lucem conſpexerint, quando interpolati ſint, quem habuerint parentem, quem corruptorem, & quibus in locis fuerint depravati. Certò novi quòd primus Scriptor poſt tempora Apoſtolica & ante Epiphanium vixerit; ſed an propior illis vel huic, planè neſcio. Nempe Patrum ſecundi ac tertii ſæculi ſilentium non eſt nota indubia non exſtitiſſe eorum ætate Diataxes: quandoquidem Apocrypha diu ignorantur, diutiùs contemnuntur: unde incerta ſolent habere principia. Utrùm etiam is in eodem ac Arius Hæreſeos luto hæſerit, necne, dicere non poſſum. S. Epiphanius laudem Orthodoxiæ ei tribuit: & quæ in Opere Ariana videntur, fortè interpolatori tribui debent, ut à Trullanis cenſetur; fortè ἀρχαϊκὰ ſunt, Hæretica non ſunt, depellique licèt ægrè poſſunt juxta mentem Photii. Quid tamen ſi Epiphanium deceperit titulus? ſi Catholicum putaverit, quod Apoſtolicum autumabat, nec inexcuſabile videbatur? Jam Interpolationis centones ignoti fuerunt Epiphanio, & Scriptori Operis imperfecti in Matthæum; noti Anaſtaſio Antiocheno Quæſtionum ac Reſponſionum auctori: quo autem tempore primùm ex otioſi hominis officina manaverint, ſimiliter non liquet. Obſcurum præterea quod aiunt, alii ab eadem manu mutationes in Ignatio & in Conſtitutionibus prodiiſſe; alii à Diataxeon conſarcinatore Pſeudo-Ignatium ſolere compilari: quaſi vel non potuerit B. Ignatii depravator ex *Catholica Doctrina* complura mutuari; vel non credibilius fiat ſua ex Pſeudo-Clementinis Diataxibus auxiſſe Pſeudo-Ignatium; cujus interpolationes verus Ignatius manifeſtiſſimas facit; cùm Conſtitutionum corruptelæ præter pauciſſimas occultiſſimæ ſint? Mitto viri docti Davidis Blondelli in cenſura Epiſtolæ primæ Decretalis Clementi adſcriptæ divinationem, Quòd qui διατάξεις ſcripſit, natione fuerit Palæſtinus aut Phœnix, ut pote qui thronum Hieroſolymitanum reliquis præferat, lib. 8. cap. 10. & nomina menſibus inventa à Tyriis imponat. Non agitur de eminentia Sedium, ubi Epiſcopus Alexandrinus præteritur. Jacobum eo in loco præponit Pſeudo-Clemens, in aliis multis poſtponit. Phœnicéne patriam habuerunt quicumque iiſdem menſium nominibus uſi inveniuntur, quibus διατάξεις Noſtri?

Ad hæc, dubito affirmare cum viris doctis, τὰς ἀποςόλων διδαχὰς ſeu διδαχὴν, apud Euſebium Hiſt. lib. 3. cap. 25. Athanaſium in Epiſtola Feſtali 39. & in Synopſi ſacræ Scripturæ, ſi illius eſt, Nicephorum Conſtantinopolitanum in ςιχομετρίᾳ, (ubi vulgò legitur διδαχὴ, cùm MS. Codex, ſi fides Johanni Croio cap. 1. Obſervationum in novum Teſtamentum, exhibeat διαδοχαὶ, manifeſto, arbitror, vitio pro διδαχαὶ) & Nicephorum Calliſti Eccleſ. Hiſtor. lib. 2. cap. 46. diverſum eſſe Opus à Conſtitutionibus Apoſtolicis, ſive Catholicâ Doctrinâ. Zonaras enim ad mox dictam Athanaſii Epiſtolam, laudatus ab eruditiſſimo ac diligentiſſimo Uſſerio, in Prolegomenis Epiſtolarum Ignatianarum cap. 7. quique exſtat etiam in MSS. 277. 507 Reg. Biblioth. loquitur ad hunc modum; τὴν δὲ διδαχὴν τῶν ἀποςόλων, τινὲς λέγουσιν εἶναι τὰς διὰ τοῦ Κλήμεντος γεγραφείσας τῶν ἀποςόλων διατάξεις, ἃς ἡ λεγομένη ἕκτη σύνοδος ἀναγινώσκεσθαι οὐ συγχωρεῖ, ὡς νοθευθείσας καὶ * παρεγγραφείσας ὑπὸ αἱρετικῶν. Con- * Al. περιγεγραμμένας
cinitque Matthæus Blaſtares Collector Canonum ineditus, in multorum Bibliothecis latens, Litterâ β. cap. 11. ubi de S. Athanaſii loco, his verbis; ἔξωθεν δὲ τῶν κανονιζομένων εἶναί φησιν, τὴν σοφίαν Σολομῶντος, &c. τὸ ποιμένα, καὶ τὴν διδαχὴν τῶν ἁγίων ἀποςόλων· ταύτην δὲ ἡ ἕκτη σύνοδος ἠθέτησεν.

Sed contrà ſic argumentantur. *Primò*, Athanaſius διδαχὴν τῶν ἀποςόλων inter eos libros numerat qui Catechumenis legendi eſſent; cùm libri Conſtitutionum Epiſcopis ſint dicati, reſque ad Eccleſiæ regimen ſpectantes tractent, & alia quædam μυςικώτερα, quæ idcirco Canone Apoſtolorum ultimo in vulgus efferri vetantur. *Secundò*, διδαχὴ, apud Nicephorum Conſtantinopolitanum, ejuſque ςιχομετρίας Interpretem Anaſtaſium Bibliothecarium, verſiculis CC. ſolummodo conſtat; longè autem prolixiores ſunt Conſtitutiones. *Tertiò*, In Scripturarum Indiculo Anaſtaſii Nicæni Quæſtionibus ſubjecto, in publica Oxonienſis Academiæ Bibliotheca, διδαχαὶ τῶν ἀποςόλων & διδασκαλία Κλήμεντος, ut diſtincta Opera, pariterque Apocrypha recenſentur; at διδασκαλίας titulum præferunt Diataxes; itaque διδαχαὶ à Conſtitutionibus ſecerni debent. *Quartò*, A Synopſi Athanaſiana διδαχὴ ἀποςόλων & Κλημέντια velut duo libri memorantur; in Clementinis autem continentur Conſtitutiones, quippe quæ Clementis nomen præferunt. *Quintò*, Agens de Clementis Operibus Euſebius, Doctri-

nas Apoſtolorum omittit. *Sextò*, Codicem Apoſtolicarum Conſtitutionum multa Ariana complectentem, nec Ariani pro confirmatione ſui erroris adduxerunt, nec adductum Athanaſius expendit: quò fit ut exſtante Athanaſianis temporibus *Apoſtolorum Doctrinâ*, nondum lucem aſpicerent Noſtræ *Conſtitutiones*. Concludunt, & τῶν ἀποστολικῶν διδαγμάτων librum citatum in Quæſtionibus nomen Anaſtaſii Nicæni præferentibus Quæſtione 93. eumdem habendum cum ἀποστόλων διδαχαῖς, alium à Diataxibus: & Conſtitutiones hodiernas etiam ex διδαχῇ Apoſtolorum, & διατάξει Epiphanianâ fuiſſe conſarcinatas.

Verumtamen non deſunt quæ ad hæc omnia reponamus; hunc in modum. Ad 1. Non ſolis Epiſcopis, ſed & Laicis quoque, omnibuſque Chriſtianis Diataxis & Catholica Doctrina nuncupatur; ut fidem faciunt prima libri verba; οἱ ἀπόστολοι καὶ οἱ πρεσβύτεροι πᾶσι τοῖς ἐξ ἐθνῶν πιστεύσασιν εἰς τὸν κύριον &c. Et verò quis auſit aſſeverare quòd poſtremus Apoſtolorum Canon tantum ætatis ferat ac prima διατάξεων Editio, quâ utebatur S. Epiphanius; quódque primus διαταγὰς ſua voluerit occultare? Deinde ex Athanaſiana Synopſi obſervat vir non mediocri eruditione, Johannes Dallæus de Pſeudep. Apoſtol. l. 1. c. 4. duo fuiſſe *Doctrinæ Apoſtolicæ* velut corpora, aliud quo totus liber continebatur, aliud in quo ea dumtaxat libri legebantur, quæ à Patribus tamquam utilia excerpta fuerant. Unde conficitur, ut Canone Apoſtolico extremo de integris Διατάξεσι ſeu διδαχαῖς agente, poſſit B. Athanaſius in ἱστορικῇ de ſolis excerptis loqui. Ad 2. Fortè Nicephorus Conſtantinopolitanus tantùm viderat διδαχὴν decurtatam, ideoque conſtantem verſibus ſolummodo ς΄. CC. Vel præferre oportet lectionem MS. Croiani, ϛ. VI M. Ad 3. Indiculus ille etiam ſubjungitur Anaſtaſii Quæſtionibus in Codice 1789. Bibliothecæ Chriſtianiſſimi Regis. Ita verò habet:

De LX. libris, & quinam extra illos ſint.

Περὶ τῶν ξ΄. βιβλίων, καὶ ὅσα τούτων ἐκτός.

1. *Geneſis.* 2. *Exodus.* 3. *Leviticus.* 4. *Numeri.* 5. *Deuteronomium.* 6. *Joſue.* 7. *Judices, & Ruth.* 8. *Regnorum* (ſeu *Regum*) *primus.* 9. *Regnorum ſecundus.* 10. *Regnorum tertius.* 11. *Regnorum quartus.* 12. *Paralipomena*, * *quintus.* 13. *Job.* 14. *Pſalterium.* 15. *Proverbia.* 16. *Eccleſiaſtes.* 17. *Cantica* ſive *Canticum Canticorum*, * *quintus.* 18. *Eſdras.* 19. *Oſee.* 20. *Amos.* 21. *Michæas.* 22. *Joel.* 23. *Jonas.* 24. *Abdias.* 25. *Nahum.* 26. *Habacuc.* 27. *Sophonias.* 28. *Aggeus.* 29. *Zacharias.* 30. *Malachias.* 31. *Eſaias.* 32. *Jeremias.* 33. *Ezechiel.* 34. *Daniel.* 35. *Evangelium ſecundùm Matthæum.* 36. *ſecundùm Marcum.* 37. *ſecundùm Lucam.* 38. *ſecundùm Johannem.* 39. *Acta Apoſtolorum.* 40. *Jacobi Epiſtola.* 41. *Petri.* 42. *Petri.* 43. *Johannis.* 44. *Johannis.* 45. *Johannis.* 46. *Judæ.* 47. *Pauli ad Romanos.* 48. *ad Corinthios.* 49. *ad Corinthios.* 50. *ad Galatas.* 51. *ad Epheſios.* 52. *ad Philippenſes.* 53. *ad Coloſſenſes.* 54. *ad Theſſalonicenſes.* 55. *ad Theſſalonicenſes.* 56. *ad Timotheum.* 57. *ad Timotheum.* 58. *ad Titum.* 59. *ad Philemonem.* 60. *ad Hebræos.*

* cum ſuperioribus numerata.

* inter verſibus conſtantes l. Epiphan. de menſ. & pond. c. 4.

α΄. Γένεσις. β΄. Ἔξοδος. γ΄. Λευιτικόν. δ΄. Ἀριθμοί. ε΄. Δευτερονόμιον. ς΄. Ἰησοῦς. ζ΄. Κριταὶ καὶ Ῥούθ. η΄. Βασιλειῶν α΄. θ΄. Βασιλειῶν β΄. ι΄. Βασιλειῶν γ΄. ια΄. Βασιλειῶν δ΄. ιβ΄. Παραλειπόμενα ε΄. ιγ΄. Ἰώβ. ιδ΄. Ψαλτήριον. ιε΄. Παροιμίαι. ις΄. Ἐκκλησιαστής. ιζ΄. ᾆσμα (Codex 1607. ejuſdem Bibliothecæ qui complectitur primam partem hujus Catalogi, ᾆσμα) ᾀσμάτων ε΄. ιη΄. Ἔσδρας. ιθ΄. Ὠσηέ. κ΄. Ἀμώς. κα΄. Μιχαίας. κβ΄. Ἰωήλ. κγ΄. Ἰωνᾶς. κδ΄. Ἀβδιού. κε΄. Ναούμ. κς΄. Ἀμβακούμ. κζ΄. Σοφονίας. κη΄. Ἀγγαῖος. κθ΄. Ζαχαρίας. λ΄. Μαλαχίας. λα΄. Ἡσαΐας. λβ΄. Ἱερεμίας. λγ΄. Ἰεζεκιήλ. λδ΄. Δανιήλ. λε΄. Εὐαγγέλιον κατὰ Ματθαῖον. λς΄. κατὰ Μάρκον. λζ΄. κατὰ Λουκᾶν. λη΄. κατὰ Ἰωάννην. λθ΄. πράξεις τῶν ἀποστόλων. μ΄. Ἰακώβου ἐπιστολή. μα΄. Πέτρου. μβ΄. Πέτρου. μγ΄. Ἰωάννου. μδ΄. Ἰωάννου. με΄. Ἰωάννου. μς΄. Ἰούδα. μζ΄. Παύλου πρὸς Ῥωμαίους. μη΄. πρὸς Κορινθίους. μθ΄. πρὸς Κορινθίους. ν΄. πρὸς Γαλάτας. να΄. πρὸς Ἐφεσίους. νβ΄. πρὸς Φιλιππησίους. νγ΄. πρὸς Κολασσαεῖς. νδ΄. πρὸς Θεσσαλονικεῖς. νε΄. πρὸς Θεσσαλονικεῖς. νς΄. πρὸς Τιμόθεον. νζ΄. πρὸς Τιμόθεον. νη΄. πρὸς Τίτον. νθ΄. πρὸς Φιλήμονα. ξ΄. πρὸς Ἑβραίους.

Et qui extra LX. ſunt.

1. *Sapientia Salomonis.* 2. *Sapientia Sirach.* 3. *Maccabæorum.* 4. *Maccabæorum.* 5. *Maccabæorum.* 6. *Maccabæorum.* 7. *Eſther.* 8. *Judith.* 9. *Tobias.*

Καὶ ὅσα ἔξω τῶν ξ΄.

α΄. Σοφία Σολομῶντος. β΄. Σοφία Σιράχ. γ΄. Μακκαβαίων. δ΄. Μακκαβαίων. ε΄. Μακκαβαίων. ς΄. Μακκαβαίων. ζ΄. Ἐσθήρ. η΄. Ἰουδίθ. θ΄. Τωβίτ.

Et qui apocryphi.

1. *Adam.* 2. *Henoch.* 3. *Lamech.* 4. *Patriarchæ.* 5. *Joſephi Oratio.* 6. *Eldad & Medad.* 7. *Teſtamentum Moſis.*

9. *Pſalmi Salomonis.* 10. *Eliæ Revelatio ſeu Apocalypſis.* 11. *Eſaiæ Viſio.* 12. *Sophoniæ Revelatio.* 13. *Zachariæ Revelatio.* 14. *Eſdræ Revelatio.* 15. *Jacobi Hiſtoria.* 16. *Petri Apocalypſis.* 17. *Periodi aut Circuitus & Doctrina Apoſtolorum.* 18. *Barnabæ Epiſtola.* 19. *Pauli Actus.* 20. *Pauli Apocalypſis.* 21. *Doctrina Clementis.* 22. *Ignatii Doctrina.* 23. *Polycarpi Doctrina.* 24. *Evangelium ſecundùm Barnabam.* 25. *Evangelium ſecundùm Matthæum.*

Καὶ ὅσα ἀπόκρυφα.

α΄. Ἀδάμ. β΄. Ἐνώχ. γ΄. Λάμεχ. δ΄. Πατριάρχαι. ε΄. Ἰωσὴφ προσευχή. ς΄. Ἐλδὰμ καὶ Μωδάμ. ζ΄. Διαθήκη Μωσέως.

θ΄ ψαλμοὶ Σολομῶντος. ι΄. Ἡλίου ἀποκάλυψις. ια΄. Ἡσαΐου ὅρασις. ιβ΄. Σοφονίου ἀποκάλυψις. ιγ΄. Ζαχαρίου ἀποκάλυψις. ιδ΄. Ἔσδρα ἀποκάλυψις. ιε΄. Ἰακώβου ἱστορία. ις΄. Πέτρου ἀποκάλυψις. ιζ΄. περίοδοι καὶ διδαχαὶ τῶν ἀποστόλων. ιη΄. Βαρνάβα ἐπιστολή. ιθ΄. Παύλου * πράξεις. κ΄. Παύλου ἀποκάλυψις. κα΄. διδασκαλία Κλήμεντος. κβ΄. Ἰγνατίου διδασκαλία. κγ΄. Πολυκάρπου διδασκαλία. κδ΄. Εὐαγγέλιον κατὰ Βαρνάβαν. κε΄. Εὐαγγέλιον κατὰ Ματθίαν.

Videſ ad Hermæ lib. 1. Viſ. 2. cap. 3.

Locus vacuus in membranis. ſ. ἀνάληψις Μωσέως. Aſſumptio Moſis. ex Athanaſio, & Nicephoro CP.

* ſ. [illegible]

Ubi διδαχὰς τῶν ἀποστόλων & διδασκαλίαν Κλήμεντος diſtingui video; non video quâ ratione diſtinguantur. Quidni ut Liber, à Libri Epitome? Ad hæc multæ fuerunt διδασκαλίαι & Doctrinæ. Ignatii, & Polycarpi hic. Doctrina Petri, apud Origenem & Damaſcenum. διδασκαλίαι τῶν ἁγίων ἀποστόλων. lib. 5. Juris Græco-Romani in Interrogatione 2. Marci Alexandrini & Reſponſione Theodori Balſamonis ad illam, necnon Didaſcalia Apoſtolica, quæ apud Æthiopes circumfertur. Cur itaque non exſtiterit etiam διδασκαλία Κλήμεντος, diverſa à καθολικῇ διδασκαλίᾳ? Ad 4. Bene duo libri ſiunt in Synopſi Athanaſiâ vocitatâ, διδαχὴ τῶν ἀποστόλων, & Κλημέντια, quo pacto apud Nicephori Hiſtoriam lib. 3. cap. 18. διατάξεις ἀποστολικαὶ & τὰ Κλημέντια. Ad 5. ad eumdem forſan modum omittuntur ab Euſebio Clementinæ Diataxes, quarum alibi meminit ſub nomine Doctrinarum Apoſtolicarum, quo videntur præteriri Clementinæ Periodi, quas alio in loco commemorat, appellans Petri Actus. Ad 6. Quot alia Veterum citare licuit Arianis, & diſſolvenda Athanaſio relinquere? Verbi gratiâ, ut à Clemente non diſcedam, Recognitionum libros, plenos Arianiſmi. Quæ tamen ab iis fuiſſe prolata non legimus in S. Athanaſii Scriptis. Ad primam concluſionem. Locus Anaſtaſii non exſtat quidem in Quæſtionibus editis per Jacobum Gretſerum; ſed in Editione Gentiani Herveti pro-

profertur. Liber verò MS. num. 1789. Theſauri Regii, poſt Anaſtaſii Quæſtiones centum, habet ſcriptum;

Vide infrà ad lib. 5. Cap. 13. & 14.

De apparitione Domini; Ex Conſtitutionibus Apoſtolicis.	Περὶ τῆς ἐπιφανείας τοῦ κυρίου· ἐκ τῶν ἀποστολικῶν διαταγμάτων.
Nam natus quidem eſt Dominus noſter Jeſus Chriſtus ex ſanctâ Virgine Maria, in Bethlehem, ſecundùm Ægyptios Chœac 29. horâ decimâ noctis; quod eſt VIII. Kalendas Januarii. (Decembris 25. / I. Chron. Alex p. 532. 534.) *Baptizatus autem eſt triceſimo ætatis ſuæ anno, à Johanne, 11. menſis Tybi, Januarii 6. horâ ſeptimâ diei, in fluvio Jordane. Manſit autem nobiſcum in mundo, prædicans Evangelium regni cœlorum, & curans omnem morbum & omnem ægritudinem in populo;* (Matth. 4. 23. & 9. 35.) *donec natus fuit annos XXXII. & menſes tres. In triceſimo tertio autem ætatis ſuæ anno crucifixus eſt, Phamenoth 29.* (Martii 23.) *(Martii 25. die ſexto, horâ diei ſextâ, & XIV. Lunâ. Reſurrexit autem in triduo, menſis Pharmuthi 1.* (Aprili maxima ex parte reſpondet.) *(Martii 27.) die primo, horâ ſextâ noctis: & viſus eſt ab omnibus nobis diſcipulis ejus: ac manifeſtavit gloriam ſuam per dies quadraginta, docens nos prædicare in nomine ſuo pœnitentiam & remiſſionem peccatorum.* (Luc. 24. 47.) *Aſſumptus eſt autem Pachon decimo,* (Maii 3.) *(Maii 5.) horâ diei nonâ.*	Ἐτέχθη μὲν γὰρ ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς ἐκ τῆς ἁγίας παρθένου Μαρίας ἐν Βηθλεὲμ, ἐν μηνὶ κατ' Αἰγυπτίους Χοιὰκ, (al. Χυὰκ) κέ. (f. κθʹ.) [in marg. Δεκεμβρίῳ (f. add. κέ.)] ὥρᾳ ἑβδόμῃ τῆς ἡμέρας· (f. δεκάτῃ τῆς νυκτός.) ὅ ἐστι πρὸ ὀκτὼ Καλανδῶν Ἰανουαρίων. ἐβαπτίσθη δὲ ἐν τῷ τριακοστῷ αὐτοῦ ἔτει ὑπὸ Ἰωάννου. τοῦ Τυβὶ (al. Τυβί) ιά. [in marg. Ἰανουαρίῳ, ς΄.] ὥρᾳ δεκάτῃ τῆς νυκτὸς, (f. ἑβδόμῃ τῆς ἡμέρας) ἐν τῷ Ἰορδάνῃ ποταμῷ. ἔμεινεν δὲ σὺν ἡμῖν ἐν τῷ κόσμῳ, κηρύσσων τὸ εὐαγγέλιον τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν, καὶ θεραπεύων πᾶσαν νόσον καὶ πᾶσαν μαλακίαν ἐν τῷ λαῷ, ἕως ἐπλήρωσεν ἔτη λβʹ. καὶ μηνῶν τριῶν. ἐν δὲ τῷ τριακοστῷ τρίτῳ ἔτει αὐτοῦ ἐσταυρώθη, Φαμενὼθ κθʹ. [in Marg. Μαρτίῳ, κγʹ.] ἡμέρᾳ ἕκτῃ, ὥρᾳ ἕκτῃ τῆς ἡμέρας, καὶ τῆς σελήνης ιδʹ. ἀνέστη δὲ ἐν τριημέρῳ, Φαρμουθὶ (al. Φαρμουθὶ) (f. deeſt ά.) [in marg. Ἀπριλλίῳ] ἡμέρᾳ πρώτῃ, ὥρᾳ ἕκτῃ τῆς νυκτός· καὶ ὤφθη πᾶσιν ἡμῖν τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ· καὶ ἐφανέρωσεν τὴν δόξαν αὐτοῦ δι' ἡμερῶν τεσσαράκοντα, διδάσκων ἡμᾶς κηρύσσειν ἐπὶ τῷ ὀνόματι αὐτοῦ μετάνοιαν καὶ ἄφεσιν ἁμαρτιῶν. ἀνελήφθη δὲ Παχὼν γʹ. (f. ιʹ.) [in marg. Μαΐῳ γʹ.] ὥρᾳ θʹ. τῆς ἡμέρας.

Idemque fragmentum ἐκ τῶν ἀποστολικῶν διατάξεων exhibet Codex 1067. cum quibuſdam varietatibus; ut quòd prætermittit quæ in margine prioris leguntur, & quòd non ponit dies menſium Chœac, Tybi, & Phamenoth. Verùm dici poteſt pertinere ἀποσπασμάτιον ad διδασκαλίας & διδάξεις τῶν ἀποστόλων; aut ad Diataxes primas, vel aliquam earum interpolationem nobis incognitam; qualis Æthiopica; quam noſtræ partim ſimilem eſſe partim diſſimilem colligitur ex iis quæ apud Damianum à Goes de Æthiopum religione referuntur. Sanè in Quæſtionibus Anaſtaſii Quæſt. 60. p. 398. iſta habentur, ex Conſtitutionibus Apoſtolicis, ὅταν γὰρ κακίει &c. nec inveniuntur in Noſtris. Apoſtolicæ etiam neſcio cujus Conſtitutionis Jacobi meminit Johannes Nicænus de nativitate Domini Tom. 2. Auctarii Combefiſiani. Atque Apoſtolicam Conſtitutionem fictiriam nec exſtantem contra ſacras imagines Catholicis objiciunt Iconomachi apud Nicephorum CP. in Antirrhetico 2. Cod. Reg. 781. Vide quoque infrà ad lib. 3. cap. 14.

Ad 2. concluſionem. Etiamſi concedatur *Doctrinam Apoſtolorum* & *Conſtitutiones* differre, incertum adhuc remanet, an primarum Conſtitutionum corruptor illam *Doctrinam* compilârit; ſicut Epiſtolam Barnabæ videtur exſcripſiſſe. Concludo ego ex antè dictis probabiliùs cenſeri διδαχὴν inter & διδασκαλίαν ac διάταξιν nihil intercedere diſcriminis.

Reliqua ad Conſtitutiones Apoſtolicas pertinentia, vel viſa ſunt leviora ac tritiora, vel infrà in locis controverſis explicabuntur commodiùs. Non prætcribo tamen quæ inter ſcribenda hæc didici. I. Nonnulla harum Conſtitutionum Capitula referri in principio trium Collectionum Canonum manu exaratarum Reg. Biblioth. unius Arabicæ, Græcarum aliarum. II. Solemne eſſe Orientalibus, eadem Capita in limine Conciliorum ponere: quo de ultimo auctor mihi Abraham Ecchellenſis in Notis ad Catalogum Hebedjeſu p. 167. &c. Nam de totius Operis Arabica verſione exploratum habebam, eam in non una Bibliotheca ſervari. III. denique Spem dari Clementinas Conſtitutiones cum variis Apoſtolorum Canonibus aliiſque Æthiopicis Scriptis brevi in lucem prodituras, cura & ſtudio Vanſlebii clariſſimi illius linguæ peritiâ, in Prædicatorum familia Theologi.

CAPITA

Libri primi Conſtitutionum Apoſtolicarum.

I. De avaritia.

II. De non reddenda contumelia, nec ulciſcendo eo qui injuriam fecit.

III. De ornatu, & peccato inde proficiſcente.

IV. Quod non oportet de iis qui malè vivunt ſatagere, ſed operi ſuo vacare.

V. Quos Scripturæ libros oporteat legere.

VI. Quòd oporteat abſtinere ab omnibus Gentilium libris.

VII. De muliere pravâ.

VIII. De uxoris virum diligentis & caſtæ ſubjectione erga maritum.

IX. Quòd mulier non debet cum viris lavare.

X. De muliere contentioſa & loquace.

ΚΕΦΑΛΑΙΑ

τοῦ πρώτου βιβλίου τῶν διαταγῶν ἀποστολικῶν.

α΄. Περὶ πλεονεξίας.

β΄. Περὶ τοῦ μὴ ἀνθυβρίζειν, ἢ ἀμύνεσθαι τὸν ἀδικοῦντα.

γ΄. Περὶ καλλωπισμοῦ, καὶ τῆς ἐντεῦθεν ἁμαρτίας.

δ΄. Ὅτι οὐ δεῖ περιεργάζεσθαι τοὺς κακῶς ζῶντας, ἀλλὰ τῷ οἰκείῳ ἔργῳ σχολάζειν.

ε΄. Ποῖα τῆς γραφῆς βιβλία δεῖ ἀναγινώσκειν.

ϛ΄. Περὶ τοῦ ἀπέχεσθαι πάντων τῶν ἔξωθεν βιβλίων.

ζ΄. Περὶ γυναικὸς φαύλης.

η΄. Περὶ ὑποταγῆς γυναικὸς πρὸς ἄνδρα καὶ φιλάνδρου καὶ σώφρονος.

θ΄. Περὶ τοῦ μὴ συλλούεσθαι γυναῖκα ἀνδράσιν.

ι΄. Περὶ μαχίμου καὶ γλωσσώδους γυναικός.

[1] ΔΙΑΤΑΓΑΙ

ΤΩΝ ΑΓΙΩΝ ΑΠΟΣΤΟΛΩΝ

ΔΙΑ ΚΛΗΜΕΝΤΟΣ

ΤΟΥ ΡΩΜΑΙΩΝ ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΤΕ ΚΑΙ ΠΟΛΙΤΟΥ

ἡ καθολικὴ διδασκαλία.

ΒΙΒΛΙΟΝ ΠΡΩΤΟΝ.

Περὶ λαϊκῶν.

CONSTITUTIONES SANCTORUM APOSTOLORUM,

PER CLEMENTEM EPISCOPUM ET CIVEM ROMANUM

Seu Catholica Doctrina.

LIBER PRIMUS.

De Laicis.

Οἱ ἀπόστολοι καὶ οἱ πρεσβύτεροι πᾶσι τοῖς ἐξ ἐθνῶν πιστεύσασιν εἰς τὸν κύριον Ἰησοῦν Χριστόν, χάρις ὑμῖν καὶ εἰρήνη ἀπὸ τοῦ παντοκράτορος Θεοῦ διὰ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ πληθυνθείη ἐν ἐπιγνώσει αὐτοῦ.

Θεοῦ φυτεία ἡ καθολικὴ ἐκκλησία, καὶ [2] ἀμπελὼν αὐτοῦ ἐκλεκτός, οἱ πεπιστευκότες εἰς τὴν ἀπλανῆ θεοσέβειαν αὐτοῦ, οἱ τὴν αἰώνιον καρπούμενοι διὰ πίστεως βασιλείαν αὐτοῦ, οἱ δύναμιν αὐτοῦ εἰληφότες καὶ μετουσίαν τοῦ ἁγίου πνεύματος, ὡπλισ-

*A*POSTOLI *& Presbyteri, omnibus qui ex Gentibus in Dominum Jeſum Chriſtum crediderunt; gratia vobis & pax ab omnipotente Deo, per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, in agnitione ejus multiplicetur.*

Eccleſia Catholica, plantatio Dei eſt, & vinea ejus electa; qui in certiſſimam Dei religionem credidere, qui ſempiternum ejus regnum per fidem comparârunt, qui ejus virtutem & Spiritûs ſancti participationem acceperunt, per Jeſum ar- Iſ. 5. 7. 2. Citat. Epiphan. Hær. 45. n. 5.

1. ΔΙΑΤΑΓΑΙ.] In Eclogis Codicis Mazariniani, nunc Regii 1547. *Διαταγαὶ τῶν ἁγίων καὶ πανευφήμων ἀποστόλων, αἱ διὰ Κλήμεντος προσφωνηθεῖσαι. βιβλίον πρῶτον. ἐν τῇ καθολικῇ διδασκαλίᾳ καὶ ἐπιγνώσει περὶ λαϊκῶν, ἐν κεφαλαίοις ιά. Conſtitutiones ſanctorum maximeque prædicandorum Apoſtolorum, quæ per Clementem nuncupatæ fuerunt. Liber primus. In Catholica* Doctrina *etiam Cohortatio de Laicis, in capitibus XI.* numerum, Præfatione pro capite primo computatâ. Agebamus modo de titulis. *Doctrinam* verò, *Doctrinam ſacram*, *Doctrinam Catholicam* dictam Conſtitutiones, in ipſis etiam repertes, Præfatione, & lib. 2. cap. 10. (in lemmate) cap. 39. lib. 6. cap. 14. & 18 Quod nomen διδασκαλίας, ſicut διδαχῆς, eſt novi Teſtamenti. Act. II. 42. ἦσαν δὲ προσκαρτεροῦντες τῇ διδαχῇ τῶν ἀποστόλων. II. Timoth. III. 10. σὺ δὲ παρηκολούθηκάς μου τῇ διδασκαλίᾳ COT.

2. Ἀμπελὼν αὐτοῦ ἐκλεκτός.] Epithetum ἐκλεκτὸς ſumptum eſt ex Verſione Symmachi Iſ. V. 2. Ille enim vocem שורק, Σωρηκ, *Sorek*, reddiderat ἐκλεκτήν, uti diſcimus ex SS. Baſilio & Hieronymo ad eum textum. Addit Hieronymus, interpretationem hanc ſolius Symmachi eſſe. Idemque ac Baſilius docuerat Theodoritus ibidem; verùm hodie non habemus integra ejus verba. Editi libri, καὶ ἐφύτευσα ἄμπελον.] ἰσχὺ δὲ ἐφύτευσα τὸ ἄλλως ἐκλεξάμενος τῷ Ἀ... τὸν ... ἐπὶ τοῦ ... οὐ τὸν ... ἀμπέλων ἐφύτευσεν. cùm ſenſus poſtulet, poſt ἄμπελον, hæc aut ſimilia, Σωρήχ.] Σύμμαχος ἡρμήνευσεν ἐκλεκτήν. A Tertulliano quoque Adverſùs Judæos cap. 13. Contra Marcionem lib. 3. cap. 23. lib. 4. cap. 29. Origene Homil. 18. in Jeremiam, & ad Matthæi XXI. 33. &c. Ambroſio Hexaemeron lib. 3. cap. 12. Chryſoſtomo & Cyrillo in Eſaiam, utrique, retinetur ex LXX. Sorek, Sorec, vel Soreeb, Σωρὴκ aut Σωρήχ. Itaque abeſt à vero, quod tamquam ex Procopio Gazæo Curterii aut Jacobus Uſſerius, in Syntagmate de Editione LXX. Interpretum, cap. 4. Ubi Vulgata Græca Editio habet Σωρὴκ, ibi veros Septuaginta ſcripſiſſe ἐκλεκτήν. Fraudi fuit viro inſigniter docto Liber indiligenter viſus: in quo ἐκλεκτὴν non refertur ad Σωρήχ, ſed ad ἄμπελον vocabulum ejuſdem verſiculi. Et vero שורק non rarò in ſacro contextu uſurpatur. Inſignis eſt locus Gen. XLIX 11. quem præclarè verſum invenies in diſputatione Archelai adverſùs Manichæum, poſt Socratem & Sozomenum præſtantiſſimi Valeſii, pag. 100. col. 2. *qui alligavit ad vitem pullum ſuum, & ad optimam vitem pullum aſinæ ſuæ.* At Senes per ἕλικα expoſuerunt: id autem cùm multa apud Græcos ſignificet, poſſitque intelligi etiam de funiculo, ac de cilicio, occaſio errandi extitiſſe videtur Latinis Interpretibus, qui reddunt apud Hieronymum in Traditionibus Hebraicis, & apud Auguſtinum lib. 16. de civitate Dei cap. 41 ac lib. 12. contra Fauſtum Manichæum cap. 42. *Alligans ad vitem pullum ſuum, & funiculo pullum aſinæ.* aut *& cilicio pullum aſinæ ſuæ.*

Ini

armati, & timorem ejus toto pectore amplexi, aſperſionem precioſi & innocentis ſanguinis Chriſti communicantes, qui fiduciam acceperunt ut nomine Patris Deum omnipotentem appellarent, cohæredes & conſortes amabilis Filii ejus: audite, qui ex præcepto Salvatoris promiſſionem ejus retinetis, ſacram Doctrinam, glorioſis ipſius vocibus conſonam. Attendite filii Dei, ut omnia in obedientia Dei faciatis; & in omnibus eſtote Chriſto Deo noſtro accepti. Si quis enim iniquitatem ſectetur, & quæ Dei voluntati adverſa ſunt faciat; ille ac ſi ex Gente iniqua eſſet, à Deo reputabitur.

μένοι διὰ Ἰησοῦ, καὶ [3] ἐνστερνισμένοι τὸν φόβον αὐτοῦ, ῥαντίσματος μέτοχοι τοῦ τιμίου καὶ ἀθώου αἵματος τοῦ Χριστοῦ, οἱ παῤῥησίαν εἰληφότες τὸν παντοκράτορα Θεὸν, πατέρα καλεῖν, συγκληρονόμοι καὶ συμμέτοχοι τοῦ ἠγαπημένου παιδὸς αὐτοῦ· ἀκούσατε διδασκαλίαν ἱερὰν οἱ ἀντεχόμενοι τῆς ἐπαγγελίας αὐτοῦ ἐκ προστάγματος τοῦ σωτῆρος, ὁμόστοιχον τῶν ἐνδόξων φθεγμάτων αὐτοῦ. Φυλάσσεσθε οἱ Θεοῦ υἱοὶ ἅπαντα εἰς ὑπακοὴν Θεοῦ πράσσειν· καὶ γίνεσθε ἀρεστοὶ ἐν πᾶσι Χριστῷ τῷ Θεῷ ἡμῶν. Ἐὰν γάρ τις ἀνομίαν μεταδιώκῃ καὶ τὰ ἐναντία τῷ θελήματι τοῦ Θεοῦ ποιῇ, ὡς παράνομον ἔθνος, τῷ Θεῷ ὁ τοιοῦτος λογισθήσεται.

CAPUT PRIMUM.

De avaritia.

Abſtinete igitur ab omni avaritia & injuſtitia:
Exod. 20. 17. etenim in Lege ſcriptum eſt; *Non concupiſces uxorem proximi tui, neque agrum ejus, neque ſervum ejus, neque ancillam ejus, neque bovem ejus, neque ſubjugale ejus, nec quæcumque proximi tui ſunt:* quia omnis horum cupiditas à Malo eſt. Qui enim uxorem, aut ſervum, aut ancillam proximi concupiſcit; jam mente adulter ac fur eſt: niſi reſipiſcat, judicatus eſt à Domino noſtro Jeſu Chriſto; per quem Deo gloria, in ſæcula. Amen. In Evangelio ſiquidem, repetens, firmans & adim-
Mat. 5. 27. plens Legis Decalogum, ait; *Quia in Lege ſcriptum eſt, Non mœchaberis; ego autem dico vobis:* id eſt, Ego per Moſen in Lege locutus ſum; nunc vero idem ipſe dico vobis; *Quicumque aſpexerit uxorem proximi ad concupiſcendum eam, jam mœchatus eſt eam in corde ſuo:* hic qui concupivit, animi adulter judicatus eſt. Qui verò bovem aut aſinum cupit, nonne cogitat furari, & ſua facere, & abducere? Rurſus qui agrum appetit, & in eo affectu perſeverat; nonne malignè id agit, ut terminos agri ſcalpendo, cogat poſſeſſorem, nullo ſibi pretio tradere? Dicit enim alicubi Propheta;
Iſ. 5. 8. *Væ qui adjungunt domum ad domum, & agrum agro continuant, ut aliquid proximi auferant:* idcirco ait; *Numquid habitabitis ſoli in terra? Audita namque ſunt hæc in auribus Domini Sabaoth.*
Deut. 27. 17. Et alio in loco; *Maledictus qui transfert terminos proximi ſui; & dicet omnis populus; Fiat.* Unde
Deut. 19. 14. & Moſes ait; *Non transmovebis fines proximi tui, quos patres tui poſuerunt.* Ob hanc igitur cauſſam timores, mortes, judicia, damnationes, hominibus hujuſmodi divinitus impendent: iis autem qui Deo obediunt, una hæc lex Dei ſimplex, vera
Tob. 4. 16 ac viva inſita eſt; Quod ab alio oderis tibi fieri,

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ α'.

Περὶ πλεονεξίας.

ΑΠέχεσθε οὖν πάσης πλεονεξίας καὶ ἀδικίας· καὶ γὰρ ἐν τῷ νόμῳ γέγραπται· [4] Οὐκ ἐπιθυμήσεις τὴν γυναῖκα τοῦ πλησίον σου, οὐδὲ τὸν ἀγρὸν αὐτοῦ, οὐδὲ τὸν παῖδα αὐτοῦ, οὔτε τὴν παιδίσκην αὐτοῦ, οὔτε τὸν βοῦν αὐτοῦ, οὔτε τὸ ὑποζύγιον αὐτοῦ, οὔτε ὅσα τοῦ πλησίον σου ἐστίν· ὅτι ἡ πᾶσα τούτων ἐπιθυμία ἐκ τοῦ πονηροῦ ὑπάρχει. Ὁ γὰρ ἐπιθυμήσας τὴν γυναῖκα, ἢ τὸν παῖδα, ἢ τὴν παιδίσκην τοῦ πλησίον, ἤδη κατὰ διάνοιαν μοιχὸς καὶ κλέπτης ἐστίν. ἐὰν μὴ μετανοήσῃ, κέκριται ὑπὸ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, δι' οὗ ἡ δόξα τῷ Θεῷ εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν. Λέγει γὰρ ἐν τῷ εὐαγγελίῳ, ἀνακεφαλαιούμενος καὶ στερεῶν καὶ πληρῶν τὴν δεκάλογον τοῦ νόμου· ὅτι ἐν τῷ νόμῳ γέγραπται, οὐ μοιχεύσεις· ἐγὼ δὲ λέγω ὑμῖν· τουτέστιν, ἐν τῷ νόμῳ διὰ Μωσέως ἐγὼ ἐλάλησα· νῦν δὲ ὁ αὐτὸς ὑμῖν λέγω· Πᾶς ὅστις ἐμβλέψει εἰς τὴν γυναῖκα τοῦ πλησίον πρὸς τὸ ἐπιθυμῆσαι αὐτὴν, ἤδη ἐμοίχευσεν αὐτὴν ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ· οὗτος ἐπειδὴ μοιχὸς κατ' ἔννοιαν, ὁ ἐπιθυμήσας. Ὁ δὲ τὸν βοῦν ἢ τὸν ὄνον ἐπιθυμήσας, οὐκ ἐπὶ τῷ κλέψαι, καὶ ἰδιοποιήσασθαι, ἢ καὶ ἀπαγαγεῖν αὐτὰ διανοεῖται; ἢ ὁ τὸν ἀγρὸν πάλιν ἐπιθυμήσας, καὶ ἐπιμείνας τῇ τοιᾶδε διαθέσει, οὐ πονηρεύεται, ὅπως ὁρογλυφήσας ἀναγκάσῃ τὸν ἔχοντα τοῦ μηδενὸς ἀποδόσθαι αὐτῷ; Φησὶ γάρ που ὁ προφήτης· Οὐαὶ οἱ συνάπτοντες οἰκίαν πρὸς οἰκίαν, καὶ ἀγρὸν πρὸς ἀγρὸν ἐγγίζοντες, ἵνα τοῦ πλησίον ἀφέλωνταί τι· διὸ λέγει· μὴ οἰκήσετε μόνοι ἐπὶ τῆς γῆς; ἠκούσθη γὰρ εἰς τὰ ὦτα κυρίου σαβαὼθ ταῦτα. Καὶ ἀλλαχοῦ· Ἐπικατάρατος ὁ μετατιθεὶς ὅρια τοῦ πλησίον αὐτοῦ, καὶ ἐρεῖ πᾶς ὁ λαὸς, γένοιτο. Διό φησι καὶ ὁ Μωσῆς· Οὐ μετακινήσεις ὅρια τοῦ πλησίον σου, ἃ ἔθεντο πατέρες σου. Διὰ τοῦτο οὖν φόβοι, θάνατοι, δικαστήρια, καταδίκαι, παρὰ τοῦ Θεοῦ τοῖς τοιούτοις ἐπακολουθοῦσι. τοῖς δὲ ὑπηκόοις Θεοῦ ἀνθρώποις εἷς νόμος Θεοῦ ἁπλοῦς, ἀληθὴς, ζῶν, οὗτος ὑπάρχει· [5] ὃ σὺ μισεῖς ὑφ' ἑτέρου

In quod erratum non incurriſſent, ſi eum Theodorito Quæſt. 110. in Geneſim, Diodoro in Catena MS. in Geneſim, ac fortè Cyrillo in Glaphyris, legiſſent καὶ τῇ ἕλικι τὴν ἄμπελον. Prudentiùs S. Cyprianus *helicem* ſervat, lib. 1. Teſtimoniorum c. 21 & S. Ambroſius aliique *ad palmitem* interpretantur. *Arbitror ergo*, Rufini verba ſunt Præfatione in librum de benedictionibus Judæ, quem ſequetur qui volet me nullatenus repugnante, *quod hic ipſe Græcus ſermo in Latinis exemplaribus antiquitus poſitus eſt, ut & alia nonnulla, & per tempus à Scriptoribus non intelligentibus pro Domeſticum dici putatum eſt.* COT.

3. Ἐνστερνισμένοι τὸν φόβον αὐτοῦ.] Cum Turriano poſui in Verſione *timorem ejus toto pectore amplexi.* ſicut Zonaras ἐνστερνισάσθω Canone 1. Concilii generalis 7. explicat ἀγαπητικῶς δεχέσθω καὶ περιασπαζέσθω. Fortè tamen in ſenſu paſſivo accipi debet, pro circumdari ac pectus muniri timore Dei. Ibid.

4. Οὐκ ἐπιθυμήσεις] Convenientiùs Hebraicæ Veritati Exod. XX. 17. ac nunc in LXX. à quibus addita videntur nonnulla velut paraphraſticè ex aliis Scripturæ teſtimoniis. Optimè autem ὑποζυγίου Noſtri ὑποζύγιον paullò pòſt mutant in ὄνον. Mos enim LXX. ita interpretari ὄνον ὑποζύγιον. Et cùm Zachariæ IX. 9. idem habeant, ἐπιβεβηκὼς ἐπὶ ὑποζύγιον καὶ πῶλον νέον, Matth. XXI. 5. citatur, ἐπιβεβηκὼς ἐπὶ ὄνον καὶ πῶλον υἱὸν ὑποζυγίου. Similiterque Balaami ὄνος Numer. XXII. 21, &c. Petro Epiſt. 2. cap. 2. verſ. 16. eſt ὑποζύγιον. Legendus Suidas in voce ὑποζύγιον. Ibid.

5. Ὃ σὺ μισεῖς ὑφ' ἑτέρου σοι γενέσθαι, σὺ ἄλλῳ οὐ ποιήσεις.] Proximè accedit ad Vulgatam Tob. IV. 16. *Quod ab alio oderis fieri tibi, vide ne tu aliquando alteri facias.* Græci, καὶ ὃ μισεῖς, μηδενὶ ποιήσῃς. Infrà lib. 3. cap. 15. ὃ μισεῖς σοι γενέσθαι, οὐδὲ ἄλλῳ οὐ ποιήσεις. & lib. 7. cap. 2. πᾶν ὃ μὴ θέλεις γενέσθαι σοι, καὶ σὺ τοῦτο ἄλλῳ οὐ ποιήσεις. Philo Judæus apud Euſebium Præparat. Evangel. VIII. 7. ἅ τις παθεῖν ἐχθαίρει, μὴ ποιεῖν αὐτόν. Chryſoſtomus Hom. 13. ad populum Antiochenum, ὃ μισεῖς, ἄλλῳ μὴ ποιήσῃς. Valerianus Cemelienſis Homil. 13. *Quod tibi non vis, alio* (pro *alii*) *ne facias.* Operis imperfecti in Matthæum Auctor ad cap. 21. verſ. 10. Pſeudo-Clemens Epiſtolâ Decretali 1. ac vulgò Latini, *Quod tibi fieri non vis, alteri ne feceris.* Quo de ultimo inſignem Ælii Lampridii in Alexandro Severo locum nemo neſcit. Inveni etiam in membranis Regiis num. 2386. hoc Apophthegma Orionis Philoſophi, editum an ineditum juxta neſcio, ὅπερ σὺ μισεῖς παρ' ἑτέρου σοι γενέσθαι, τοῦτο σὺ ἑτέρῳ μὴ ποίει. Præterea Act. XV. 29. in exemplaribus Irenæi, Cypriani, Auctoris Verſionis Æthiopicæ, nonnulliſque hodiernis, poſt

ἑτέρῳ σὺ ποιήσῃς, οὐ ἄλλῳ οὐ ποιήσεις. Οὐ βούλει τὴν γυναῖκά σου τινὰ ἐμβλέψαι κακῶς εἰς διαφθορὰν αὐτῆς, μηδὲ σὺ τῇ τοῦ πλησίον σου γυναικὶ κακοήθως ἀτενίσῃς. Οὐ βούλει σου τὸ ἱμάτιον ἀρθῆναι, μηδὲ σὺ τὸ τοῦ ἑτέρου ἄρῃς. Οὐ θέλεις πληγῆναι, λοιδορηθῆναι, ὑβρισθῆναι, μηδὲ σὺ ἄλλῳ ταῦτα διαθῇς.

tu alteri ne feceris. Non vis ut alius uxorem tuam nequiter ad ſtuprum aſpiciat, neque ipſe in uxorem proximi tui oculum improbe intendas. Non vis pallium tibi furto tolli, neque tu alterius abſtuleris. Non vis pulſari, malè audire, contumeliis affici; neque ipſe alium ſimilibus afficias.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ β'.

Περὶ τοῦ μὴ ἀνθυβρίζειν, ἢ ἀμύνεσθαι τὸν ἀδικοῦντα.

Ἀλλὰ καταρᾶταί σέ τις; σὺ εὐλόγησον αὐτόν. ὅτι γέγραπται ἐν τῇ βίβλῳ τῶν Ἀριθμῶν· Ὁ εὐλογῶν σε εὐλόγηται· καὶ ὁ καταρώμενός σε, κεκατήραται. Ὁμοίως καὶ ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ γέγραπται· Εὐλογεῖτε τοὺς καταρωμένους ὑμᾶς· ἀδικούμενοι μὴ ἀντιαδικεῖτε, ἀλλ' ὑπομείνατε· ὅτι λέγει ἡ γραφή· Μὴ εἴπῃς, τίσομαι τὸν ἐχθρόν, ὅτι με ἠδίκησεν· ἀλλ' ὑπόμεινον, ἵνα σε ἐκδικήσῃ ὁ κύριος, καὶ ἐκδικίαν ἐπαγάγῃ τῷ ἀδικοῦντί σε. Καὶ γὰρ πάλιν ἐν τῷ εὐαγγελίῳ λέγει· [6] Ἀγαπᾶτε τοὺς ἐχθροὺς ὑμῶν· καλῶς ποιεῖτε τοῖς μισοῦσιν ὑμᾶς, καὶ προσεύχεσθε ὑπὲρ τῶν ἐπηρεαζόντων ὑμᾶς καὶ διωκόντων· καὶ ἔσεσθε υἱοὶ τοῦ πατρὸς ὑμῶν τοῦ ἐν τοῖς οὐρανοῖς, ὅτι τὸν ἥλιον αὐτοῦ ἀνατέλλει ἐπὶ πονηροὺς καὶ ἀγαθούς, καὶ βρέχει ἐπὶ δικαίους, καὶ ἀδίκους. Προσέχωμεν δέ, ἀγαπητοί, τῶν ἐντολαῖς ταύταις, ἵνα τέκνα φωτὸς εὑρεθῶμεν πράσσοντες αὐτάς. Βαστάζετε οὖν οἱ δοῦλοι καὶ υἱοὶ τοῦ Θεοῦ, ἀλλήλους. Ὁ μὲν ἀνὴρ πρὸς τὴν ἑαυτοῦ γυναῖκα ἔστω μὴ ὑπερήφανος, μηδὲ ἀλαζών, ἀλλ' εὔσπλαγχνος, εὐμετάδοτος, τῇ ἰδίᾳ γυναικὶ μόνον βουλόμενος ἀρέσκειν, καὶ ταύτην καλοκἀγαθῶς ἐντίμως, σπουδάζων καταθύμιος εἶναι αὐτῇ.

CAPUT II.

De non reddenda contumelia, nec ulciſcendo eo qui injuriam fecit.

Sed aliquis tibi maledicit? tu benedic ei: quoniam ſcriptum eſt in libro Numerorum; *Qui benedicit tibi, benedictus eſt; & qui maledicit tibi maledictus eſt.* Cap. 24. v. 9. Similiter & in Evangelio ſcriptum eſt; *Benedicite iis qui maledicunt vobis:* injuriâ affecti, injuriam ne referatis, ſed tolerate; quandoquidem Scriptura dicit; *Ne dicas, Ulciſcar inimicum de eo qua in me inique egit; ſed exſpecta, ut te vindicet Dominus, & vindictam inducat in eum qui te injuriâ affecit.* Luc. 6. 28. Prov. 20. 22. Rurſus enim in Evangelio ait; *Diligite inimicos veſtros; benefacite his qui oderunt vos, & orate pro perſequentibus & calumniantibus vos; & eritis filii Patris veſtri qui in cœlis eſt; qui ſolem ſuum oriri facit ſuper malos & bonos, & pluit ſuper juſtos & injuſtos.* Mat. 5. 44. l. Ignat. Interpol. ad Philad. 5. Attendamus itaque, dilecti, hæc præcepta, ut ea facientes reperiamur filii lucis. Quocirca ſervi ac filii Dei, ferte vos mutuo. Ac maritus quidem ne in uxorem ſuperbus arrogánſque ſit, ſed benignus ac facilis; ſuæ tantum uxori placere cupiens, eíque honoratè blandiri, ſtudens eſſe illi ſuavis.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ γ'.

Περὶ καλλωπισμοῦ, καὶ τῆς ἐκεῖθεν ἁμαρτίας.

* al. ἑταίρᾳ Μὴ καλλωπιζόμενος εἰς τὸ ἀρέσαι τινὶ * ἑτέρᾳ ἐπὶ σοί. Εἰ γὰρ ἀναγκασθεὶς ὑπ' αὐτῆς, ἁμαρτήσῃς εἰς αὐτήν, θάνατος παρὰ Θεοῦ ἐπελεύσεταί σοι αἰώνιος ἐν αἰσθήσει πικρᾶς κολαζομένῳ. Εἰ τε μὴ ποιήσῃς τὸ μύσος, ἀλλ' ἀποσεισάμενος αὐτήν, ἀρνήσῃ * αὐτήν, καὶ τούτῳ ἥμαρτες, εἰ καὶ μὴ * ποιήσῃς, μόνον δὲ τὸ διὰ τοῦ καλλωπισμοῦ σου παγιδεῦσαι γυναῖκα εἰς τὸ ἐπιθυμῆσαί σου ἐποίησας γὰρ τὴν τοιαύτην, διὰ τῆς ὀρέξεως μοιχευθῆναι ἐπὶ σοί· ἀλλ' οὐχ οὕτως αἴτιος ὑπάρχεις. διὰ τὸ μὴ προσπεπτωκέναι σε τῇ ἐπί σοι παγιδευομένῃ· οὐ γὰρ σὺ ἐπεθύμησας αὐτῆς· μὴ συνεπιδιδοὺς δὲ αὐτῇ ἑαυτόν, ἐλεηθήσῃ ὑπὸ κυρίου τοῦ Θεοῦ τοῦ εἰπόντος· Οὐ μοιχεύσεις, καὶ οὐκ ἐπιθυμήσεις.

* al. αὐτῷ

* al. ἐποίησας pro ἐποίησε

CAPUT III.

De ornatu, & peccato inde proficiſcente.

Ne ornes te, ut quæpiam in te capiatur. Sive enim ab ea coactus, in eam pecces, æterna mors tibi à Deo ſuperveniet, & acerbo ſensûs cruciatu punieris. Sive non committas ſcelus, ſed mulierem repellas, ac neges ei; etiam in hoc, re licèt infectâ, peccâſti; quòd ſcilicet cultu tuo illaqueaſti mulierem, ut te appeteret: effeciſti enim, ut hoc modo affecta, appetitu adulterium in te committeret: non tamen adeo in culpa es; quia ad eam quæ amore tui irretita eſt, non miſiſti: neque enim tu appetiſti illam: ei verò te ſi non dedas, miſericordiam à Domino Deo conſequeris, qui dixit, *Non mœchaberis, & Non concupiſces.* Ex. 20.

Quòd

πορνείας cernebatur & cernitur, καὶ ὅσα μὴ θέλετε ἑαυτοῖς γίνεσθαι, ἑτέροις μὴ ποιεῖτε. *Et quæcumque non vultis vobis fieri, aliis ne feceritis.* Vide primum lib. 3. adverſus Hæreſes cap. 12. ſecundum lib. 3. Teſtimoniorum ad Quirinum cap. penult. Vide etiam Prima Religionis Chriſtianæ Rudimenta apud Saxones & Alemanos, quæ cum Haymonis Hiſtoria edita fuerunt Lugduni Batavorum. p. 81. In Sexti Sententiis Sent. 169. *Quod pati non vis ab alio, neque id facias.* Nilus παραινέσει tertiâ, ζητεῖ τοῖς πᾶσιν, ὡς σοι θέλεις πάντας. Denique cap. 3 Eclogarum S. Maximi, Socrati tribuitur, ἃ πάσχοντες ὑφ' ἑτέρων ὀργίζεσθε, ταῦτα τοῖς ἄλλοις μὴ ποιεῖτε. COT.

Matth. 5. 44. 45. 6. Ἀγαπᾶτε &c.] Omittit εὐλογεῖτε τοὺς καταρωμένους ὑμᾶς. quod mox citaverat ex Lucæ VI. 28. Eademque omiſſio in Latino Interprete, ac in multis Patribus, Græcis & Latinis, Iſidoro Peluſiota lib. 4. Epiſt. 11. Ambroſio in Pſalmum XXXVIII. Auctore Operis imperfecti in Matthæum, Hieronymo, &c. Auguſtinus variat, interdumque agnoſcit illud, *Benedicite his qui vobis maledicunt*, ut libro contra Adimantum cap. 17. interdum ignorat, ut Epiſtolâ 54. & Sermone 170. de Tempore. Apud Origenem verò Tom. 22. & 25. in Johannem, & apud Cyprianum lib. de bono patientiæ, ac lib. de zelo & livore, invenies duntaxat, *Diligite inimicos, & orate pro eis qui vos perſequuntur.* At apud nonnullos comma de quo agimus ad finem verſûs transfertur. Pari modo in ordine verborum verſiculi ſequentis multùm diſcrepant Antiqui, ſed ſine ullo ſensûs diſpendio. Aliis exhibentibus, *Qui pluit ſuper bonos & malos, & ſolem ſuum oriri facit ſuper juſtos & injuſtos.* Ita Tertullianus lib. in Marcionem 17. & Palladius Dialogo de vita S. Chryſoſtomi cap. 16. Lege Origenem relatum in Catena in Matthæum. Aliis, *Qui ſolem ſuum oriri facit ſuper juſtos & injuſtos, & pluit ſuper bonos & malos.* Sic Philaſtrius Parte 3. Hæreſi 83. & Baſilius Seleucienſis in fine Orationis 16. ubi etiam ὡς ποιεῖ, quod legebant Interpretes, Latinus, Syrus, & Perſa. Aliis, *Qui pluit ſuper juſtos & injuſtos, & ſolem ſuum oriri facit ſuper malos & bonos.* Eo modo Baſilius Cæſarienſis Aſceticarum Conſtitutionum cap. 1. Quibuſdam cum Vulgata, quibuſdam cum Græco concordantibus; quibuſdam modò uni, modò alteri accedentibus. Ibid.

Quòd ſi illa te aſpecto, aut tibi intempeſtivè occurrens, mente percuſſa eſt, & ad te miſit; tu autem, ut erga Deum religioſus, negâſti ei; hæc verò, quia es formoſâ juventute conſpicuus, corde adeo vulnerata eſt, ut te amare cœperit; tu
Mat. 18. 17. peccati mulieris reus inveniris, tamquam auctor ſcandali, & maledicti hæres. Quare Dominum Deum precare, ut nihil tibi mali propterea infligatur. Neque enim hominibus te oportet placere, in peccatum; ſed potiùs Deo adhærere, in vitæ ſanctitatem, & in requiem æternam. Pulcritudinem tibi à Deo & naturâ tributam noli inſuper ornare; ſed eam modeſtè tempera apud homines; ita ut comæ capillum non nutrias; conſcindas potiùs ac concerpas eum; ne pexus, & illæſos retinens capitis pilos, aut unguentis delibutus, illas mulieres ad te pellicias quæ ſic capi aut capere ſolent. Neque veſtitu exquiſito, ad
Epiphan. Hær. 80. n. 7. decipiendum utaris; nec faſcias vel crepidas pedibus tuis nequiter componas; ſed quod ſolùm honeſtas & neceſſitas poſtulant uſurpa: neque auream palam digitis tuis induas; quandoquidem hæc omnia meretriciæ vitæ indicia ſunt; quibus ſi præter officium ſtudueris, juſtè non ages. Tibi quoque qui fidelis & homo Dei es, non licet nutrire comam, & in unum colligere, quod ſpatalium eſt; vel effundere, aut diſcriminatam ſervare; neque etiam tumefacere, neque carpendo ac formando criſpam reddere, neque flavam facere eam: quandoquidem & Lex in Deuteronomio

Εἰ γὰρ ἐκείνη θεασαμένη σε, ἢ ἀκαίρως συναντήσασα, ἐπλήγη τὴν διάνοιαν, καὶ προσεπέμψατό σοι, σὺ δὲ ὡς θεοσεβὴς ⁷ ἠρνήσω αὐτήν, ἐκείνη μέντοι τὴν καρδίαν ἐτραυματίσθη, εὐμόρφου νεότητος ὑπερέχοντός σου καὶ καλλωπιζομένου, ὥστε ἐρασθῆναί σου, ὑπόχρεως εὑρέθης σὺ τῆς ἐκείνης ἁμαρτήματος, ὡς αἴτιος αὐτῆς σκανδάλου γενόμενος, καὶ τῆς οὐαὶ κληρονόμος. Διὸ δεήθητι Κυρίου τοῦ Θεοῦ, ὅπως μηδέν σοι διὰ τοῦτο κακὸν συμβῇ. Οὐ γὰρ ἀνθρώποις σε χρὴ ἀρέσκειν εἰς ἁμαρτίαν· ἀλλὰ Θεῷ εἰς ἁγιότητα ζωῆς τε καὶ ἀναπαύσεως τῆς αἰωνίου ἀντέχεσθαι. Τὸ ὑπὸ τῆς φύσεώς σοι δεδομένον ἐκ Θεοῦ κάλλος μὴ προσεπικαλλώπιζε, ἀλλὰ ταπεινοφρόνως μετρίαζε αὐτὸ πρὸς ἀνθρώπους, οὕτω τὴν τρίχα σου τῆς κόμης μὴ περιτρέφειν, μᾶλλον δὲ συντέμνειν καὶ καθαίρειν αὐτήν· ἵνα μὴ κατακτενιζόμενός σου καὶ ἄσκυλτον τηρῶν τὴν κεφαλήν, ἢ καταμυριζόμενός σου, ἐπισύρῃς σεαυτῷ τὰς οὕτως αἰχμαλωτιζομένας ἢ ἀγρευομένας γυναῖκας. Μηδὲ ἐπιτηδευομένῃ σὺ τῇ ἐσθῆτι χρήσῃ εἰς ἀπάτην, ⁸ μηδὲ ἀναξυρίδας, ἢ κρηπῖδας σου τοῖς ποσὶ κακοτέχνως ὑποῤῥάψῃς· ἀλλὰ τὸ τῆς σεμνότητος καὶ τῆς χρείας μόνον· μηδὲ χρυσήλατον σφενδόνην τοῖς δακτύλοις σου περιθῇς, ὅτι ⁹ ταῦτα πάντα ἑταιρισμοῦ τεκμήρια ὑπάρχει, ἅπερ παρὰ τὸ προσῆκον ἐπιτηδεύων οὐ ποιήσεις δικαίως. Πιστῷ γάρ σοι ὄντι καὶ ἀνθρώπῳ τοῦ Θεοῦ οὐκ ἔξεστι ⁿ μὴ ¹⁰ τρέφειν τὰς τρίχας τῆς κεφαλῆς, καὶ πιεῖν εἰς ἕν, ὅ ἐστι σπατάλιον· ἢ ἀπόχυμα, ἢ μεμερισμένην τηρεῖν· οὐδὲ μὴν ὀγκοποιεῖν, ἢ διαξαίνοντά τι καὶ πλάσσοντα οὔλην διατιθέναι, ἢ ξανθοποιεῖν αὐτήν· ἐπείπερ καὶ ὁ νόμος ἀπαγορεύει φάσκων ¹¹ ἐν τῷ
Δευτε-

ⁿ deest.

7. Ἠρνήσω αὐτήν.] Eclogæ in Codice Regio addunt, ἀπέσχου τε καὶ οὐχ ἥμαρτες εἰς αὐτήν. Hoc eſt Interprete Turriano, *& abſtinuiſti, neque in eam peccâſti.* Quæ exciderunt è Græco contextu propter repetitionem vocis αὐτήν. COT.

8. Μηδὲ ἀναξυρίδας, ἢ κρηπῖδας σου τοῖς ποσὶ κακοτέχνως ὑποῤῥάψῃς.] His reſpondent, meo quidem judicio, quæ ex Apoſtolorum διατάξεων ait S. Epiphanius in Hæreſi Maſſalianorum cap. 7. μηδὲ ὑπερηφανίας ὑπόδειγμα, δικαιοσύνης τὴν περιπάτησιν ἔχειν. Ita quippe diſtinguo, vertendum autem arbitror, *neque ſuperbiæ ſpeciem, juſtitiæ inceſſum habere.* Id eſt, non oportere ut vir juſtus & fidelis in ſuo ingreſſu faſtum oſtendat. Siquidem faſciæ, & crepidæ, ſimiliaque nimii cultûs, non modò luxuriam indicant, ſed & arrogantiam, in quam etiam Conſtitutiones invehi patet ex adverbio ταπεινοφρόνως paullo antè poſito. Non me præterit eruditiſſimum Uſſerium in cap. 9. Prolegomenôn ad S. Ignatium, componere cum verbis Epiphanii initium ſequentis capitis, εἶναι δὲ ὡς πενθοῦντα καὶ ἐσκυθρωπακότα καὶ αἰδούμενον ἐν ἑαυτῷ, διαπρεπόντως τὸν καινὸν ζῶντα. Verùm eo capite non agitur de ſuperbo inceſſu, ſed de inani curioſaque curſitatione. Ἀναξυρίδες porrò quid ſint, præter Lexicographos Pollucem, Heſychium, Suidam, Phrynichum, Auctorem Etymologici magni, Auctorem Gloſſarum Herodoti, & præter Diodorum Siculum lib. 5. Himerium Sophiſtam in Photii Codice 243. alioſque, Hieronymus & Theodoritus docent, quando exponunt textum Danielis III. 21. ad quem legi debet Scholium Græcum prout correctum fuit à Druſio Quæſt. Hebraic. lib. 3. cap. 60. Imperitè verò Eraſmus interpretans Chryſoſtomi Homiliam 57. in Acta Apoſtolorum ἀναξυρίδας facit gladios peculiares anaxyridas dictos. At rectè Rufinus in Joſephi ἀρχαιολογίας lib. 5. cap. 11. [al. 8.] vertit Vaſtrapas, quæ teſte Gloſſarii Latino Græci Scriptore feminalia ſunt. A nobis Gallis inde appellantur *des Gueſtres.* Atque de integumentis ac ornamentis femorum & pedum, multa ne diceremus, eo nos faſce levârunt viri docti diligentiâ ſuâ. Monemus tantùm de loco Nomicarum Gloſſarum, ὑποδημάρια (ſeu ὑποδημάρα aut ὑποδημάρια) τὰ σάνδαλα σφαιρωτά, ἃ λέγεται σανδάλια κατὰ Καθαρῶν τὰ δὲ ἄλλα, πεδία (ita corrigans) ὡς οἶμαι, τὰ ἐξ ἱμάντων γεγραμμένα, ἃ παρὰ τοῖς ἀλλοις σάνδαλα, ὃ φορέσας, χερσὶ ὑποδέσας, ἀναπηδήσας ἐν τοῖς ποσί: ſic enim reſtituenda videri, ἃ λέγεται πέδιλα. Πανάγια vel Πανάγια κατὰ Καθαρῶν: uno verò juxta ſententiam clariſſimi Theologi Dionyſii Petavii ad Panarii Epiphaniani verba, Hæreſi 59. Catharorum, cap. 13. ὡς Ἐπιφάνιος κατὰ Καθαρῶν. Ibid.

9. Ταῦτα πάντα ἑταιρισμοῦ τεκμήρια ὑπάρχει.] Io Epiphanius Hæreſi 80. num. 7. μηδὲ ἑταιρισμοῦ τεκμηριοῦσθαι, vel ἑταιρισμοποιεῖσθαι. Clemens Alexandrinus lib. 3. Pædagogi cap. 3. πόρνης εἰσὶ σημεῖα καὶ ἑταιρικὰς ἀποτυπούμενοι. Ibid.

10. Τρέφειν τὰς τρίχας &c.] Varios compti capitis modos enumerat. Eſt autem ſpatalium, ut multi docent, armilla, atque, quod ex Pſeudo-Clemente hic diſcimus, coma in unum collecta, forſanque armillis nodata. Seneca lib. 3. de ira cap. 26. *nec ruffus crinis & coactus in nodum apud Germanos virum dederet.* Tacitus de moribus Germanorum, *Inſigne gentis, obliquare crinem, nodoque ſubſtringere.* Thucydides lib. 1. χρυσῶν τεττίγων ἐνέρσει (vel ἀνέρσει) κρωβύλον ἀναδούμενοι τῶν ἐν τῇ κεφαλῇ τριχῶν. Apud Philonem Judæum de vita contemplativa, τὰς τῆς κεφαλῆς τρίχας αἳ μὴ ἀναπλέκονται σφενδονηδόν. Sic κρωβύλος, & cincinnum ſignificat, & nodum capilli, *reticulum quod colligit comas* ex Servio ad Æneid. 4. Sequitur in Catholica Doctrina ἀπόχυμα, capillus cum cura effuſus. κομῶν, καὶ γυναικώδεις φέρειν βοστρύχους μόνης ζωγράφοι κατάφορον οὐ δυνάμενοι, inquit Zonaras ad Canonem 96. Trullanum. *Perſpicuè demonſtratur,* locus eſt S. Hieronymi ad Ezechielis XLIV. 20. *nec raſis capitibus, ſicut ſacerdotes cultoreſque Iſidis atque Serapis, nos eſſe debere: nec ruſſum comam dimittere, quod propriè luxurioſorum eſt, barbarorumque & militantium; ſed ut honeſtus habitus ſacerdotum facie demonſtretur.* Adde Senecam Epiſt. ult. *Quid capillum ingenti diligentiâ comit! Cum illum vel effuderit more Parthorum, vel Germanorum nodo vinxerit, vel ut Scythæ ſolent ſparſerit; in qualibet equo denſior jactabitur juba, horrebit in leonum cervice formoſior.* & lib. 1. Naturalium Quæſtionum cap. ult. de priſco tempore, *Conjugum quidem manu crinis ille, quem effundere olim mos viris fuit, attrectabatur: ſed illum ſibi ſine ullo artifice formoſi quatiebant, non aliter quàm jubam generoſa animalia.* Reliqua τῶν τριχῶν ornamenta, μεμερισμένην τηρεῖν, more Samſonis Judic. XVI. 19. Ὀγκοποιεῖν, διαξαίνοντά τε καὶ πλάσσοντα οὔλην διατιθέναι. & ξανθοποιεῖν, quod Plinio dicitur rufare, Tertulliano & Hieronymo irrufare, notiora ſunt, quàm ut remorentur nos. Vide ſis Claudii Salmaſii Plinianas Exercitationes, ejuſdémque Epiſtolam de Cæſarie virorum & mulierum coma. Ad præſens porrò Caput videntur reſpexiſſe Trullani Patres, Canonem 96. ſancientes. Ibid.

11. Ἐν τῷ Δευτερονομίῳ οὐ ποιήσετε ὑμεῖς σισόην.] Aut lapſu memoriæ Conſtitutor Deuteronomium dixit pro Levitico; aut latiùs accepit Deuteronomii nomen, eo ſenſu de quo paullò pòſt ad caput ſextum diſſeremus. Conſtitutorem non examinatâ re ſecutus eſt Zonaras, in explicatione Canonis 96. Trullani, Zonaramque Theodorus Balſamon, necnon Matthæus Blaſtares Scriptor ineditus, ad eumdem Canonem. σισόη autem, σισὸς, aut ut alii σισόην, σισός, dictio Alexandrinorum videtur fuiſſe, ac juxta Heſychium Phaſelitarum, uſurpata à LXX. in interpretando texto Levit. XIX. 27. quo prohibetur quædam capilli σισόης aut λίγνυος, Ægyptiaca, opinor, deliciis vel ſuperſtitioni vel utrique dicata. Hæc qualis fuerit cùm ſit incertum, diverſimodè ſolent ſacra verba exponi ab Antiquis. De cirro, cincinnis, criſpâ cæſarie. De capillis promiſſis & intonſis.

De

Διαστρεφομένῳ· Οὐ ποιήσετε ὑμῖν σισόην, [12] οὐδὲ ἀναξυρίδας. Χρὴ δὲ μηδὲ φύσεως τρίχα διαφθείρειν, καὶ τὴν μορφὴν τοῦ ἀνθρώπου παρὰ φύσιν ἐξαλλάσσειν. Οὐκ [13] ἀπομαδαρώσετε γάρ, φησιν ὁ νόμος, τοὺς πώγωνας ὑμῶν. Τοῦτο γὰρ γυναιξὶν εὐπρεπὲς ὁ δημιουργὸς ἐποίησε Θεός· ἀνδράσι δὲ ἀνάρμοστον ἐδοκίμασε. Σὺ δὲ ταῦτα ποιῶν διὰ τὸ ἀρέσκειν, ἐναντιούμενος τῷ νόμῳ, βδελυκτὸς γενήσῃ παρὰ Θεῷ τῷ κτίσαντί σε κατ' εἰκόνα ἑαυτοῦ. Ἐὰν οὖν θέλῃς Θεῷ ἀρέσκειν, ἀπέχου πάντων ὧν μισεῖ αὐτός, καὶ μηδὲν πράσσε τῶν αὐτῷ ἀπαρεσκόντων.

vetat, dicens; *Non facietis vobis ſiſoem*, *neque* Lev. 19. 27. & 21. 5.
anaxyridas. Oportet præterea non barbæ pilum Epiph. ibid.
corrumpere, nec formam hominis contra naturam mutare. *Non* enim, inquit Lex, *depilabitis bar-* Ibid.
bas veſtras. Nam decori gratiâ creator Deus læves mulieres fecit; id porrò viris incuncinnum meritò judicavit. Tu verò ſi hæc uti placeas feceris, Legis violator, exſecrabilis eris apud Deum, qui te ad imaginem ſuam fecit. Si ergo placere Deo volueris, abſtine ab iis omnibus quæ odit ipſe, nihilque efficias eorum quæ illi diſplicent.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ δ'.

Ὅτι οὐ δεῖ περιεργάζεσθαι τοὺς κακῶς ζῶντας, ἀλλὰ τῷ οἰκείῳ ἔργῳ σχολάζειν.

[14] ΟΥτε ἴσῃ ὡς περινόμενος καὶ ἐμπεριπατῶν καὶ ἀλώμενος ἐν ταῖς ῥύμαις, ἀκαιρεπόπτης τῶν κακῶς ζώντων· ἀλλὰ τῇ τέχνῃ σου καὶ τῷ ἔργῳ σου προσέχων, τὰ τῷ Θεῷ φίλα ἀναζήτει ποιεῖν, καὶ τὰ τοῦ Χριστοῦ λόγια ἀναμιμνησκόμενος διηνεκῶς μελέτα. Λέγει γὰρ ἡ γραφή σοι, ὅτι ἐν τῷ νόμῳ αὐτοῦ μελετήσεις ἡμέρας καὶ νυκτός, περιπατῶν ἐν ἀγρῷ, καὶ ἐν οἴκῳ καθήμενος, κοιταζόμενος, καὶ διεγειρόμενος ἵνα συνιῇς ἐν πᾶσιν. Ἀλλ' εἰ καὶ πλούσιος ὑπάρχεις, χρείαν τέχνης πρὸς τὸ

CAPUT IV.

Quòd non oportet de iis qui malè vivunt ſatagere; ſed operi ſuo vacare.

NE ſis quaſi volitans, & inambulans, ac errans in vicis, intempeſtivus pravè viventium ſpectator: ſed arti tuæ operique tuo animum intendens, ſtude ut quæ Deo accepta ſunt facias, & Chriſti oracula recordatus aſſiduè meditare. Tibi enim ait Scriptura; *In lege ejus* Joſ. 1. 8.
meditaberis die ac nocte, *deambulans in agro*, Deut. 6. 7.
& ſedens in domo, *cubans & exſurgens*; *ut in omnibus intelligas*. Sed etſi dives ſis, nec arte quæ te nutriat opus habeas; ne vagabundus,

ac-

De κώμῃ aut de κουρᾷ ἐν κύκλῳ, circa quod legito Pollucem lib. 2. cap. 3. num. 5. Herodotum in Melpomene cap. 175. Plutarchum in vitæ Theſei paullo poſt initium, unà cum Dione Chryſoſtomo de regno Orat. 2. poſt principium, Suidam ad vocem Θησηΐς, Sidonio lib. 1. Epiſt. 2. Aldhelmo Opere de laudibus virginitatis cap. 58. & aliis de tonſura & reſuta in rotundum. Atque hanc Tertullianus cap. 4. libri de pallio, & Sidonius lib. 4. Epiſt. 13. cum multis commemorant. Invenies explicationes iſtas, ſi percurreris Verſiones variarum linguarum, Maimonidis librum de Idololatria, Rabbinos, Scholium Græcum, S. Cyprianum III. ad Quirinum 81. Hieronymum ad Jeremiæ IX. 26. Heſychium lib. 6. in Leviticum, Suidam in σισόη, Theodoritum in Leviticum Quæſt. 28. atque ex hoc poſtremo ſcribentem Auctorem Quæſtionum poſt Quæſtiones ad Antiochum cæſareum Tom. 2. S. Athanaſii, ſect. 38. quem ſic emendo, περὶ τὴν σισόην ἄλλοι ἄλλως ἡρμήνευσαν. ἐγὼ δὲ οἶμαι τὴν διάταξιν τὸν νόμον ἀπαγορεύσαι. εἰώθασι γὰρ οἱ Ἕλληνες μὴ ἀποκείρειν τῶν παίδων τὰς κορυφάς, καὶ τοὺς μυλλοὺς ἐᾶν, καὶ τούτους μετὰ χρόνον ἀνατιθέναι τοῖς δαίμοσιν. Id eſt, *Siſoem quidam aliter interpretati ſunt. Ego vero arbitror lege prohiberi capillorum tonſuram. Conſuevêre enim Græci capita puerorum non attondere, promitti verò comam relinquere, eamque poſtmodum Dæmonibus conſecrare.* Profectò nomen פאת non intellectum, reliquit Theodorito; τί φασί. Præterea verbum נקף ſi deducatur à נקף, *circumdabitis & rotundabitis* ſignificat, id quod ad cirros adduci poteſt; ſi à נקף, *amputabitis & attondebitis*, quod ſecuti ſunt alii. Similiter σισόην referre licet ad [illegible]. פאת ראש. & ad פאת זקן, Græcorum σκάφιον. σισόην, quorum prius tonſuram, annulatos crines poſterius reſpicit. Unde Heſychius utraque conjunxit. *Inſuper*, inquit, *nec comam in rotundum tondere*, *id eſt*, *non radere in rotundum aſpectum capitis*, *ſicut & Symmachus edidit*; *quemadmodum etiam hi facere conſueverunt*, *qui barbaricas ſtudent comas*: *propter quod*, *hoc LXX.* σισόην. *forſitan propter magnitudinem concurſorum capillorum appellaverunt.* Et quibuſdam interjectis, *Sed nec concinnos nutrire in honorem Dæmonum*, *capillis aliis fortiores*, *& hoc* (ſ. *hos*) *vovere*: *ſtudent enim hoc Pagani*, *caput puerorum offerre Dæmonibus.* *Unde de hoc maximè oportet putari legiſlatorem præcipere.* Igitur in tanta varietate ac obſcuritate, non eſt facile argendus antiquus Poëta Chœrilus, qui apud Joſephum lib. 1. contra Apionem Judæos appellat κορυφὰς τροχοκουράδας, *capitis ſub rotunditate detonſis*, Interprete Rufino; præſertim quia circularis hujus aut ſemicircularis tonſuræ, ὑποτροχάλω, & περιτροχάλω. περίτροχα, apud Herodotum lib. 3. cap. 8. Plutarchum de mulierum virtutibus, paullò ante finem, Agathiam Scholaſticum de imperio & rebus geſtis Juſtiniani lib. 2. non multò poſt initium, Nicetam Choniatem de Andronico Comneno lib. 1. num. 9. Pollucem loco citato, & Heſychium in voce σκάφιον, excogitari potuerunt plures figuræ; harumque aliquam in veteri Teſtamento non vetitam nihil impedit, quo minùs Judæi aſſumpſerint. Pari modo Epithetum ὀπισθοκόμων, quod Galilæis tribuit Nonnus in Johann. II. 2. quodque, ut & Homericum ὄπιθεν κομόωντες, Machlyibus applicari queat ex Herodoto lib. 4. cap. 180. Saracenis apud Theodorum Mopſueſtenum, & multis aliis populis, non certò pugnat cum præcepto Levitici. Cæterum citatus Rufini locus in mendo cubat, ſed parvâ operâ in rectum ſtatuetur per Græca Joſephi. Scribe meo periculo, *Poſtremum verò tranſibant genus mirabile viſione*, *linguam quidem Phœniſſam ore proferentes. Habitantes autem in Solymis montibus*, *ubi palus ampliſſima eſt. Juvenes* (Corruptè legebat αὐχμαλέοι pro αὐχμαλέοι) *capillis ſub rotunditate detonſis*, *ſuper equos erectos* (ἱππεί malè loco ἵππων) *habentes vultus*, *& quaſi fumo ſiccatos.* Plura Cl. Salmaſius, cujus librum de Coma nondum legeram, cùm ſuperiore ſcriberem, ut necdum vidi Dialogum ab illo eadem de re ſcriptum. COT.

12. Οὐδὲ ἀναξυρίδας.] Ad hunc locum nullatenus mihi ſatisfacio. Quid enim, quæſo, faciunt anaxyrides pedum, ubi de capillamento ex Levitici XIX. 27 diſſeritur? Multò minus ad rem, Franciſci Turriani & Caroli Bovii, Interpretum, ἐντομίδες, *inciſiones*, Levit. XIX. 28. XXI. 5. Jerem. XVI. 6. cruciamentum, non ornamentum. An cum verbis Levitici XIX. 27. voluit jungere textum Levit. XXI. 5. καὶ φαλάκρωμα οὐ ξυρηθήσεσθε τὴν κεφαλὴν ἐπὶ νεκρῷ· καὶ τὴν ὄψιν τοῦ πώγωνος οὐ ξυρήσονται. *Et calvitium non radentur caput, ſuper mortuum: & aſpectum barbæ non radent?* Verùm hoc in teſtimonio non cultus, ſed luctus deſignatur. Quid ſi ἀναξυρίδας σισόην explicant, ſecundùm mentem Symmachi, qui interpretatur οὐ περιξυρήσετε κύκλῳ τὴν πρόσοψιν τῆς κεφαλῆς ὑμῶν. *Non radetis in rotundum aſpectum capitis veſtri.* Niſi dicatur id, affirmandum reſtat ἀναξυρίδας ea ſuperiori contextu huc irrepſiſſe: eam tamen affirmationem ægrè admiſerim abſque MSS. Codicum auctoritate. Cl. Salmaſius audaci, ut ſolet, conjecturâ, legebat οὐδὲ περιξυρίδα. Ibid.

13. Οὐκ ἀπομαδαρώσετε γάρ, φησιν ὁ νόμος, τοὺς πώγωνας ὑμῶν.] Proponit aliis verbis legem Levitici XIX 27. οὐδὲ φθερεῖτε τὴν ὄψιν τοῦ πώγωνος ὑμῶν. *Neque corrumpetis aſpectum* ſeu *effigiem* ſeu *faciem barbæ veſtræ*: latem adverſùs ritum, aut ſuperſtitioſum juxta nonnullos, aut luxurioſum juxta cæteros, quibuſcum Noſter ſentit, necnon Auctor illius Scholii in Catena MS. ὥσπερ καλλωπισμοῦ χάριν, ὥσπερ καὶ ἐπὶ πορνείας. Emacula ex Codicibus Regiis Zonaram, ubi exponit Canonem 96. Synodi Conſtantinopolitanæ in Trullo habitæ, ac reſcribe illic, ὡς δὲ φησιν ὁ χρησμός, quod σκώπτων χρὴ ποιεῖν τὰς τρίχας τοῦ πώγωνος φυλάξ, ὅτι μὴ τὴν ὑπήνην ξυρεῖν, ὅσοι αὐτοὶ μὲν ξυροῦ, ἀλλὰ δὲ τι (malè vulgò ἐν) Σταθερον ἀπολείπειν ἐπιτηδεύουσι, τῷ ὑπήνῃ προσφέροντες, καὶ ὑπὲρ τοῦ πώγωνος αὐτοῖς ἀντιφέρωσί τι ἀποτρίβεσθαι. Verbo autem μαδαροῦν utuntur Septuaginta Nehemiæ XIII. 25. Quod ſequitur, τοῦτο γὰρ pleſſius verterer ſic. *Nam hoc*, cætere barba, *mulieribus decorum eſſe Creator Deus fecit*, *viris autem non convenire judicavit.* Ibid.

14. Οὔτε ἴσῃ ὡς περινόμενος.] Infrà cap. 7. proſertur ſententia Proverbiorum VII. 10. 11. 12. quam non injucundum erit cum hac conſerre. S. Hieronymus contra Helvidium cap. ult. *Illa ad hirundinis modum luſtrat univerſa penetralia.* Item Epiſtolâ 22. cap. 12. & 13. Ibid.

atque ambulator importunus efficiaris: ſed ſive adeas ad fideles ac conſectarios; cum eis confe- ſens, ſermones ſalutiferos ſere.

περίεργος οὐκ ἔχων, μὴ ῥεμβὸς γίνῃ, μηδὲ ἀκαιροβατούμενος· ἀλλ' ὅτε προσέρχῃ τοῖς πιστοῖς καὶ ὁμοδόξοις, συμβάλλων τὰ ζωοποιὰ προσομιλῇς ῥήματα.

CAPUT V.

Quos Scripturæ libros oporteat legere.

SIn minùs; intus ſedens Legem perlege, libros Regum, Prophetas; pſalle hymnos Davidicos; horúmque complementum Evangelium diligenter percurre.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ έ.

Ποῖα τῆς γραφῆς βιβλία δεῖ ἀναγινώσκειν.

Εἰ δὲ μὴ, καθεζόμενος ἔνδον ἀναγίνωσκε τὸν νόμον, τὰς Βασιλείας, τοὺς προφήτας· ψάλλε τοὺς ὕμνους Δαβίδ· διέρχου ἐπιμελῶς τὸ εὐαγγέλιον τὸ τούτων συμπλήρωμα.

CAPUT VI.

Quòd oporteat abſtinere ab omnibus Gentilium libris.

Citatur ab Anaſtaſio, Quæſt. 65.

AB omnibus Gentilium libris abſtine. Quid enim tibi cum alienis ſermonibus, vel legibus, vel falſis prophetis; quæ quidem, & homines leves avertunt à fide? Quid etenim tibi deeſt in lege Dei, ut ad illas Gentium fabulas appellas animum? Sive enim Hiſtorica percurrere cupis, habes Regum libros: ſive Sophiſtica & Poëtica, habes Prophetas, Jobum, Proverbiorum ſcriptorem; in his plus induſtriæ, quàm in omni Poëſi & Sophiſtarum argutiis reperies; quoniam Domini Dei, qui ſolus eſt ſapiens, voces ſunt: ſive Lyrica expetis, habes Pſalmos: ſive antiquas origines,

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ϛ'.

Περὶ τοῦ ἀπέχεσθαι πάντων τῶν ἔξωθεν βιβλίων.

[15] Τῶν ἐθνικῶν βιβλίων πάντων ἀπέχου. Τί γάρ σοι καὶ ἀλλοτρίοις λόγοις, ἢ νόμοις, ἢ ψευδοπροφήταις, ἃ δὴ καὶ παρατρέπει τῆς πίστεως τοὺς * ἐλαφρούς; τί γάρ σοι καὶ λείπει ἐν τῷ νόμῳ τοῦ Θεοῦ, ἵνα εἰς ἐκεῖνα τὰ ἐθνόμυθα ὁρμήσεις; εἴτε γὰρ ἱστορικὰ θέλεις * διέρχεσθαι, [16] ἔχεις τὰς Βασιλείας· εἴτε σοφιστικὰ καὶ ποιητικὰ, ἔχεις τοὺς προφήτας, τὸν Ἰὼβ, τὸν παροιμιαστὴν, ἐν οἷς πάσης ποιήσεως καὶ * σοφιστείας πλείονα ἀγχίνοιαν εὑρήσεις, ὅτι κυρίου τοῦ μόνου σοφοῦ * Θεοῦ * φθόγγοι εἰσίν· εἴτε ᾀσματικῶν ἐρᾷς, ἔχεις τοὺς ψαλμούς· εἴτε ἀρχαιογονίας, ἔχεις τὴν γένεσιν·

* Anaſt. κουφοτέρους
* Anaſt. ...
* Anaſt. σοφίας
* Anaſt. φθέγματα

---

15. *Τῶν ἐθνικῶν βιβλίων πάντων ἀπέχου.*] Librorum à Paganis conſcriptorum lectio ſecum vehit multa commoda, multa incommoda, & bono vel malo animo ſuſcipitur. Eapropter apud Magiſtros veteres modò invenies permiſſam, immò probatam, ſuaſam, laudatam, defenſam; modò condemnatam, & vel omnibus aut ſaltem quibuſdam prohibitam; modò nonnullis præceptionibus munitam atque vallatam. Comprobant, tuentur, laudibus efferunt, potiſſimùm Alexandrinus Clemens lib. 1. Operis variè contexti, Tertullianus de Idololatria cap. 10. Origenes Philocaliæ cap. 13. & apud Euſebium Hiſt. Eccleſ. lib. 6. cap. 18. 19. Gregorius Nazianzenus Orat. 20. Hieronymus Epiſt. 84. ad Magnum Oratorem, Gregorius Papa ad I. Reg. XIII. 19. 20. Theodoritus Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ lib. 4. cap. 26. Socrates ac Nicephorus in conſimili Syntagmate, ille lib. 3. cap. 16. hic lib. 10. cap. 26 & Johannes Damaſcenus cap. 1. libri de Dialectica. Rejiciunt ac vetant univerſè cum Conſtitutionibus hîc & lib. 2. cap. 61. Recognitiones lib. 10. capp. 15. 42. Iſidorus lib. 3. Sententiarum cap. 13. notaque nulli non eſt circa hanc rem Hieronymi flagellatio; cui annectere oportet quod de Cæſario Arelatenſi refert Cyprianus diſcipulus in vita illius cap. 5. Vide quoque Epiſtolam 8. Paulini ad Auſonium. Sed & Origenis ſtudium erga litteras ſæculares nonnullis diſplicabat; quibus ille reſpondit per Epiſtolam, ut videre eſt in Hiſtoria Euſebii lib. 6. cap. 19. Haymo Halberſtatenſis lib. 6. de Chriſtianarum rerum memoria cap. 5. *Quid autem erratum eſt ab Origene, & contra Orthodoxam fidem aliquod deſcriptum, opinor hoc ei accidiſſe, quia nimio lectionis ſtudio Philoſophos eſt amplexus. Attigerat enim & omnino aſſecutus fuerat ſecreta Platonis, & Pythagoræ, Zenoniſque Stoici, & Cerinthi volumina, cæterorumque Philoſophorum*, &c. Quis fuerit Cerinthus iſte, novus ex Hæretico Philoſophus, juxta cum ignariſſimis ſcio; nec ſatago quærere, quia conſtat apud me debere reponi Cornuti nomen, ex his Rufini, interpretantis caput mox laudatum Euſebianæ Hiſtoriæ. *Aſſecutus quippe fuerat Origenes omnia Platonis ſecreta. In ſtitutus fuerat in libris Numenii, & Cronii, & Apollophanis, ac Longini, ſed & Moderati, atque Nicomachi. In Pythagoricis vero ſummorum virorum, non cum latuère Commentariis. Attigit etiam Chæremonis Stoici, & Cornuti volumina.* Unde etiam ſubſtituendum fortè Chæremonis, loco Zenonis in Haymone. Peculiariter verò, ne legant libros Ethnicorum interdicit Epiſcopis Concilium Carthaginenſe 4. Can. 16. *Ut Epiſcopus Gentilium libros non legat, Hæreticorum autem pro neceſſitate & tempore.* Monachis Iſidorus Peluſiota lib. 1. Epiſt. 63. & Iſidorus Hiſpalenſis cap. 8. ſuæ Regulæ. Nilus aſceta Lib. II. Ep. 73. Lib. IV. Epiſt. 1. Quinetiam ab Apoſtata Juliano Chriſtianorum ſimiâ, in fragmento præſcribitur quibus Scriptoribus abſtinere debeant Sacerdotes. Extitat adhæc Epiſtola Gregorii Nazianzeni ad Gregorium Nyſſenum, numero quadrageſima tertia, quâ increpat eum quòd ſacris voluminibus abjectis, profana in manus ſumpſerit, Rhetorque audire quàm Chriſtianus maluerit. Nec diſſimilis argumenti litteræ objurgatoriæ alterius Gregorii, Romani ſcilicet, ad Deſiderium Galliæ Epiſcopum, ubi alludere videtur ad verba Hieronymi tum Epiſt. 146 tum lib. 3. Commentariorum in Epiſtolam ad Epheſios ad cap. 6. verſ. 4. qui Hieronymus conſuli quoque poteſt cum fructu in Dialogo adverſùs Luciferianos cap. 5. & in Epiſt. 61. cap. 1. quemadmodum & Caſſianus Collatione 14. cap. 12. Paulinus ad Severum Epiſt. 7. & Sidonius lib. 4 Epiſt. 3. 10. lib. 8. Epiſt. 4. lib. 9. Epiſt. 16 Denique aviditati comparandæ Gentilis eruditionis modum imponunt, cautiones inter legendum profana ſcripta adhibendas edocent, Opera nullatenus attingenda demonſtrant, & capiendas ex ea lectione utilitates indicant, ut multos qui non occurrunt miſſos faciam, Clemens Alexandrinus Centone 1. p. 283. 284. Origenes Homil. 11. & 14. in Geneſim, necnon apud Gregorium Thaumaturgum in παρηγορικῷ ἐγκωμίῳ, Didymus citatus à Damaſceno Parallelorum lib. 3 cap. 64. Baſilius Homiliâ in principium Proverbiorum, & tractatu integro quo modo adoleſcentes ex Gentili doctrina proficiant, Gregorius Nazianzenus ſeu potiùs Amphilochius Iconienſis Carmine Iambico ad Seleucum, Gregorius Nyſſenus libro de vita Moſis in myſtica interpretatione, Iſidorus Peluſiota lib. 2. Epiſt. 3. Hieronymus ad Damaſum Epiſt. 146. Auguſtinus Epiſt. 131. ac lib. 2. de doctrina Chriſtiana cap. 40. Beda lib. 2. in Samuelem cap. 9. Damaſcenus fidei Orthodoxæ lib. 4 cap. 18 Haymo ubi ſuprà, & Scriptor Chronicorum S. Benigni Divionenſis Tom. 1. Spicilegii Acheriani pag. 463. Ut autem ad Conſtitutiones redeam, monitum te velim, Lector, circa variantes lectiones ex Anaſtaſii Quæſtionibus, optimè exhibere manu ſcriptum Anaſtaſium in Bibliotheca Regia, ἀλλὰ, & ἀρχεσθαι, & Βασιλείας, & σοφίας, & φθέγματα: præterea rectius in Anaſtaſio ὁρμήσῃς haberi, quàm in Pſeudo-Clemente ὁρμήσεις. COT.

lib. 9. Epiſt. 48.

16. *Ἔχεις τὰς Βασιλείας &c.*] Inter varias Inſtrumenti veteris deſcriptiones illam quoque adnotabis; cujus partes ſunt ἀρχαιογονία, νομικὰ καὶ προφητικὰ, ἱστορικὰ, σοφιστικὰ, hoc eſt ad ſapientiam eruditionem cunctaſque diſciplinas pertinentia, καὶ ποιητικὰ, & ᾀσματικά. Nullum quippe Opus in Teſtamento veteri legitur, quod non ad aliquam ex his claſſibus referatur. Sic univerſam Scripturam, novam quoque comprehendit diviſio præcedentis capitis, in τὸν νόμον, τὰς Βασιλείας cum quibus ſubintelliguntur reliquæ Hiſtoriæ, τοὺς ὕμνους, & τὸ εὐαγγέλιον. Videnda notata in caput 47. Epiſtolæ primæ Clementis. Accedit aliquatenus ad priorem enumerationem illa Leontii Byzantini de Sectis Actione 2. quâ ponuntur βιβλία ἱστορικὰ, σοφιστικὰ, προφητικὰ, & πρὸς τὸ ψάλλειν χρήσιμα. Secundam inſtituit Cyrillus Hieroſoly-

* Anaſt. πα- ραγγελμάτων
* Anaſt. ἀ- πέχου

ρσου· εἴτε νομίμων * καὶ * παραγγελιῶν, τὸν ἔνδοξον κυρίου τοῦ Θεοῦ νόμον. Πάντων οὖν τῶν ἀλλοτρίων καὶ διαβολικῶν ἰσχυρῶς * ἀπόσχου. Πλὴν καὶ τὸν νόμον ἀναγινώσκων, τῶν ἐν αὐτῷ ἐπεισάκτων ἀπόσχου· εἰ καὶ μὴ πάντων, ἀλλά τινων, [17] τῶν τῆς δευτερώσεως· μόνον δὲ πρὸς ἱστορίαν ἀναγίνωσκε, εἰς τὸ γινώσκειν σε, καὶ δοξάζειν τὸν Θεὸν, ὅτι ἀπὸ τοιούτων καὶ τοσούτων ἐῤῥύσατό σε δεσμῶν. Ἔστω δέ σοι πρὸ ὀφθαλμῶν γινώσκειν, τί νόμος φυσικὸς, καὶ τί τὰ τῆς δευτερώσεως, τά τε ἐν τῇ ἐρήμῳ τοῖς μοσχοποιήσασι δοθέντα ἐπείσακτα. Νόμος γάρ ἐστι, πρὶν ἐλάλησε κύριος ὁ Θεὸς πρὸ τοῦ τὸν λαὸν εἰδωλολατρῆσαι καὶ [18] μοσχοποιῆσαι τὸν παρ' Αἰγυπτίοις Ἆπιν, τουτέστιν ἡ δεκάλογος· ἃ δὲ ἁμαρτήσασιν αὐτοῖς ἐπετίθη δεσμὰ, σὺ σεαυτῷ μὴ ἐπισπάσῃ. Ὁ γὰρ σωτὴρ ἡμῶν οὐ δι' ἕτερόν τι ἦλθεν, ἢ ἵνα ῥύσηται τοὺς ὑποδίκους τῆς ἀποκειμένης ὀργῆς, καὶ πληρώσῃ τὸν νόμον καὶ τοὺς προφήτας, καὶ τὰ δεσμὰ τῆς δευτερώσεως τῶν ἐπεισάκτων ἢ παύσῃ ἢ μεταθῇ. Διὰ γὰρ τοῦτο προσκαλούμενος ἡμᾶς ἔλεγε· Δεῦτε πρός με πάντες οἱ κοπιῶντες καὶ πεφορτισμένοι, κἀγὼ ἀναπαύσω ὑμᾶς. Σὺ οὖν ἀναγνοὺς τὸν νόμον σύμφωνον ὄντα τῷ εὐαγγελίῳ καὶ τοῖς προφήταις, ἀναγίνωσκε καὶ τὰς Βασιλείας, ὅπως εἰδέναι ἔχῃς, ὅσοι δίκαιοι ἐγένοντο βασιλεῖς, καὶ ηὐξήθησαν ὑπὸ Θεοῦ, καὶ ἡ ἐπαγγελία τῆς αἰωνίου ζωῆς αὐτοῖς διέμεινε παρ' αὐτῷ· ὅσοι δὲ βασιλεῖς ἐξεπόρνευσαν ἀπὸ Θεοῦ, ἐν ἀποστασίᾳ αὐτῶν συντόμως ἀπώλοντο τῇ τοῦ Θεοῦ δικαιοκρισίᾳ, καὶ τῆς αὐτοῦ ζωῆς ἐστερήθησαν, ἀντὶ ἀναπαύσεως αἰωνίαν κόλασιν κληρωσάμενοι. ταῦτα

habes Geneſim; ſive leges ac mandata, inclytam Domini Dei legem habes. Ab omnibus itaque alienis & Diabolicis fortiter abſtine. Sed & dum Legem lectitas, abſtine ab iis quæ in eâ ſunt aſcita; & ſi non ab omnibus, à quibuſdam tamen, quæ ad Deuteroſim pertinent: quæ tantummodo hiſtoricæ cognitionis cauſſâ lege; ut agnoſcas, laudéſque Deum, quòd te talibus tantíſque vinculis liberarit. Sit autem tibi ante oculos propoſitum, cognoſcere quid ſit Lex naturalis; & quid ſint adjuncta illa quæ ad Deuteroſim ſpectant, quæque in eremo conflatoribus vituli data ſunt. Lex enim in iis conſiſtit quæ antè quàm populus in Idololatriam incideret, & vitulum, Apim illum Ægyptiorum, fabricaretur, Dominus Deus locutus eſt; id eſt, in Decalogo: porro vincula quæ illis poſtquam peccarunt, injecta ſunt, tu tibi ne attrahas. Salvator quippe noſter non ob aliud venit, niſi ut reos ab ira reſervata liberaret, Legem & Prophetas impleret; & aſcita illa Deuteroſeos vincula, vel adimeret vel transferret. Idcirco enim invitans nos aiebat; *Venite ad me omnes qui laboratis & onerati eſtis, & ego reficiam vos.* Mat. 11, 28. Tu igitur cùm legeris Evangelio ac Prophetis concordantem Legem, etiam legito Regum hiſtorias, ut ſcire poſſis, quòd omnes Reges qui juſti fuere, à Deo aucti ſunt; & apud illum æternæ vitæ promiſſio eos manſit: quotquot autem Reges à Deo fornicati ſunt, in defectione ſua, juſto Dei judicio, brevi interierunt; & vitâ ejus privati ſunt, ſempiternum ſupplicium pro re-

---

ſolymitanus Catecheſi 4. colligens in veteri Teſtamento libros Legis quinque, Hiſtoricos ſeptem, Poëticos quinque, totidemque Propheticos: nec longè abit Gregorius Nazianzenus Carmine 33. De veris Scripturæ libris; dumtaxat enim, conjungendo libros quinque Moyſis cum ſeptem ſequentibus, Hiſtoricos duodecim facit. E Leontio autem leve mendum tolli debet. Impreſſum eſt, ἐφεξῆς τούτοις εἶτα βιβλία τέσσαρα, ὧν πρῶτον ὁ Ἰησοῦ· τοῦτο δὲ [illegible] Ἰησοῦ [illegible] συγγεγραμμένον διήγησιν ἔχει, αἱ παροιμίαι Σολομῶντος [illegible] ὁ ἐκκλησιαστὴς τέταρτον, τὸ ᾆσμα τῶν ᾀσμάτων. πεντάχου δὲ καὶ μετὰ τὰ ἐφεξῆς τὸ ᾆσμα τῶν ᾀσμάτων λέγω, ὥσπερ τοῦ νόμου [illegible] εἶναι. Cum ſenſus exigat, μετὰ τῶν ᾀσμάτων, cum non poſt, uti poſtea nactus ſum in MS. Regiæ Bibliothecæ. COT.

17. *Τῶν τῆς δευτερώσεως.*] Ex Clemente ſuppoſititio, hîc & lib. 2. cap. 5. 35. lib. 6. cap. 12. 18. 19. 20. 21. 22. & 23. Moſaica præcepta dividuntur in νόμον, ſeu νόμον φυσικὸν, νόμον ἁπλοῦν· νόμον ἀπαθῆ, καθαρὸν, &c. ἀπαραποίητον, & in τὰ ἐν νόμῳ ἐπείσακτα. ſive δευτέρωσιν, τὰ τῆς δευτερώσεως. δεσμὰ τῆς δευτερώσεως τῶν ἐπεισάκτων. δεσμὰ ἀσήκωτα ἐπείσακτα, μάλιστα, ἀλλ' οὖν τὰ διὰ τῆς δευτερώσεως ἐπείσακτα: atque naturalis quidem Lex eſt Decalogus, verba decem à Deo prolata & ſancita, antequam Iſraelitæ Apim vitulum conflarent ac venerarentur; Lex vero adſcititia continet ea omnia quæ populo poſt Idololatriam mandata ſunt & impoſita, videlicet ſacrificia, Baptiſmata, aſperſiones, purificationes, decimas, ſeparationes, ciborum diſtinctionem, vacationes, aliaſque cærimonias & præceptiones: denique Legem neque unctio comitatur, neque Evangelii prædicatio ſuſtulit, cùm Deuteroſis (ſive Deuteronomium) & vim intulerit, & per Chriſtum fuerit abolita aut tranſlata, ſervatis tantummodo quibuſdam; verbi gratiâ, oblationibus ad ſacerdotum pauperumque ſuſtentationem. Dixi *Deuteroſis ſive Deuteronomium*: Hæc enim ſolent abſque diſcrimine uſurpari. Unde S. Anſelmus ad Matth. XXII. 23. adſcribens interpretationem B. Hieronymi, δευτέρωσιν mutat in Deuteronomium. Et Maximus in Scholiis ad Epiſtolam nonam Dionyſii, Judaicas Deuteroſes & traditiones per nomen Deuteronomii exprimit; ὥσπερ τὸ [illegible] λεγὴ. αἱ δὲ Ἑβραίων ἐν τῷ δευτερονομίῳ ἔχουσιν. Photius autem dum de Conſtitutionibus Apoſtolicis judicat, reſpiciendo ad loca de quibus agimus, refert opponi Libro, quòd contra Deuteronomium criminationes quaſdam emittat. Ubi admodum ſuavem ſe præſtat David Blondellus, qui in Pſeudo-Iſidoro pag. 36. ſuſpicatur pro κατὰ τῆς δευτερώσεως legendum κατὰ τοῦ δευτέρου νόμου. Conſule quod obſervavi paullò antea. Jam relatæ Auctoris noſtri ſententiæ favet Chryſoſtomus Orat. 2. adverſus Judæos, & Homil. 17. in Acta Apoſtolorum. Si quidem priori in loco docetur, quòd poſt feſtum Dæmonibus celebratum Deus Judæis permiſerit ſacrificia: in poſteriori, (quem ex parte deſcribunt Oecumenius ac Theophylactus) quod Idololatriam in Deſerto cum victimis peractam ſecuta ſint ſacrificia Deo oblata, & præcepta cærimonialia. Favet qui ſub Chryſoſtomi nomine interdum latet Auctor Operis imperfecti in Matthæum, dum ad cap. 8. verſ. 3. & ad cap. 11. verſ. 21. & 30. ponit legem levem & juſtam, id eſt, Decalogum, ante Idolum Vituli fabricatum; & legem gravem, immitem, ſuperbam, atque obſervatu impoſſibilem, dictatam à Deo irato poſtquam populus Vitulum adoraſſet, in pœnam commiſſæ Idololatriæ, ab eodem autem placato meritò reſciſſam. Favet quoque Lactantius, quia dicit lib. 4. cap. 10. à Deo Idololatriæ ſcelere offenſo Judæos Legi quam per Moyſem dederat fuiſſe ſubjugatos. Quibus adde Hieronymum ad Jeremiæ VII. 22. *Manifeſtè,* inquit, *intelligitur quod primum Decalogum dederit in tabulis lapideis, ſcriptum digito Dei; & poſt offenſam Idololatriæ capitiſque Vituli, poſtea juſſerit ſibi magis fieri quam Dæmonibus; auferens puram religionem mandatorum Dei, & concedens ſanguinem victimarum, carnium que deſiderium.* In Ezech. XX. 23. &c. *Poteſt & hoc dici, quod ante offenſam, Decalogum tantum acceperint, poſt Idololatriam verò & Blaſphemiam, multiplices Legis cærimonias.* Quo loci ſacri, Interpretatio Theodoreti cum Hieronymiana concordat. Denique Photius videtur excuſare Apoſtolicas Diataxes. Mitto enim Juſtinum, qui colloquens cum Tryphone (p. 263.) agnoſcit tantùm in Lege Moſaica τὰ φύσει καλὰ καὶ εὐσεβῆ καὶ δίκαια. τὰ καθόλου φύσει καὶ αἰώνια καλὰ, & τὰ πρὸς σκληροκαρδίαν τοῦ λαοῦ διατεταγμένα: itemque Irenæum, ex cujus ſententia lib. 4. cap. 27. dividitur Lex in *naturalia & libertatis decreta*, atque in *vincula ſervitutis*: necnon Anaſtaſii Abbatis dictum Tom. 3. Antiquæ Lectionis Henrici Caniſii, Sacrificia Judæis permiſſa non fuiſſe, niſi poſtquam Dæmoniis ſacrificârunt. Verùm non obſtante horum auctoritate, compertum habetur ex veritate divinorum Eloquiorum, ante vitulum conflatum & culeum, præceptos fuiſſe eodem modo quo poſtea, multos Legales ritus, circumciſionem, ſacrificia, Paſcha, oblationes varias, feſta &c. Quinimo dimitti præcipiuntur Hebræi ex Ægypto, ut ſacrificent ac immolent Deo. Exod. 3. &c. Accedit hæc inconſtantia noſtri Conſtitutoris, quam nemo non perſpiciet, ſi loca illius conferre voluerit. Negare tamen non auſim, μοσχοποιΐᾳ factum eſſe, ut Deus multò pluribus ac durioribus obſervationum vinculis ligaverit populum contumacem, Ibid.

18. *Μοσχοποιῆσαι τὸν παρ' Αἰγυπτίοις Ἆπιν.*] Traditur idem à Pſeudo Clemente altero Recognitionum lib. 1. cap. 35. Lactantio lib. 4. cap. 10, Hieronymo ad Oſee IV. 15. 16. VII. 14. VIII 13. (qui etiam de Mnevi altero bove Ægyptiorum) Ruffino in Amos V. 25. 26. & Iſidoro Originum lib. 8. cap. ult. Theophylactus enarrans Actorum caput 7. μόσχῳ εἰς τιμὴν ἄπιν ἐποίησαν. At Apim Soli ſacrum fuiſſe refert Macrobius lib. 1. Saturn. cap. 21. Lunæ, non ſolus Ammianus lib. XXII. ut dictum Salmaſio in Exercitationibus Plinianis p. 438. ſed etiam Ælianus lib. 11. de na-

rura

requie ſortiti. Hæc igitur cùm leges multùm fide auctus, Chriſto, cujus es corpus ac membrum, adjungeris. Deambulans autem in foro, & lavare cupiens, utere virorum balneo; ne, quia corpus turpiter nudum mulieribus oſtenderis, aut quod non decet viros videre ſpectaveris, vel tu illaqueeris, vel in te illaquees feminas quæ ita facile capiuntur. Iſta ergo cave, ne animæ tuæ injiciantur laquei.

ὃν ἀναγινώσκων, πολὺ τῇ πίστει αὐξηθεὶς, συνοικοδομηθήσῃ Χριστῷ, οὗ σῶμα καὶ μέλος τυγχάνεις. Περιπατῶν δὲ ἐν τῇ ἀγορᾷ, καὶ [19] λούσασθαι βουλόμενος, χρῆσαι βαλανείῳ ἀνδρείῳ, ἵνα μὴ δείξῃς τὸ ἐπιδεικνύμενον σοι σῶμα ἐν ἀσχήμονι ἀποκαλύψει γυναιξὶν, ἢ θεάσῃ θέαν οὐχ ἁρμόζουσαν ἀνδράσιν, ἢ σὺ παγιδευθῇς, ἢ παγιδεύσῃς ἐπὶ σαυτῷ τὰς οὕτως εὐαλώτους γυναῖκας. Φυλάσσου οὖν τὰ τοιαῦτα, ἵνα μὴ λάβῃς βρόχους τῇ ἑαυτοῦ ψυχῇ.

CAPUT VII.

De muliere pravâ.

Prov. 7. 1. &c. AUdiamus enim, quid in Sapientiæ libro ſanctus ſermo dicat. *Fili cuſtodi ſermones meos; mea vero mandata reconde apud teipſum. Dic ſapientiam ſororem tuam eſſe, prudentiam autem familiarem tibi aſſere; ut te ſervet à muliere aliena & mala, ſi te verbis blandis adorta fuerit. De feneſtra enim domus ſuæ in plateas proſpiciens, quemcumque viderit inſipientium filiorum adoleſcentem, cordis inopem, prætereuntem per forum, in tranſitibus adium ſuarum, & loquentem in tenebris veſpertinis, cùm eſt nocturna quies & caliginoſa: & verò mulier occurrit ei, ſpeciem habens meretriciam; quæ juvenum corda evolare facit; eſt autem ipſa in modum volucris vaga, eſt luxurioſa, & in domo non quieſcunt pedes ejus: interdum enim foris vagatur, interdum vero in plateis, ad omnem angulum inſidiatur: deinde apprehendens, oſculata eſt eum, & impudenti facie allocuta eſt eum; Victima pacifica mihi eſt, hodie reddo vota mea; ob hanc cauſſam exivi obviam tibi, deſiderans faciem tuam, inveni te; faſciis lectum meum tetendi, & tapetis Ægyptiis ſtravi; aſperſi cubile meum croco, & domum meam cinnamomo; veni, & fruamur amicitiâ uſque in diluculum, veni, & in amore volutemur*; & quæ ſequuntur; quibus ſubdit; *Seduxit autem eum multâ collocutione, & laqueis labiorum abripuit eum: ille autem ſecutus eſt eam, inſtar cepphi elevatus.* Et rurſus ait;

Prov. 5. 3. *Ne intenderis mulieri nequam: mel enim diſtillat de labiis femina*

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ζ.

Περὶ γυναικὸς φαύλης.

ΜΑθωμεν γὰρ, ἐν τῇ σοφίᾳ τί λέγει ὁ ἅγιος λόγος. Υἱὲ φύλασσε ἐμοὺς λόγους, τὰς δὲ ἐμὰς ἐντολὰς κρύψον παρὰ σεαυτῷ. Εἶπον τὴν σοφίαν σὴν ἀδελφὴν εἶναι, τὴν δὲ φρόνησιν γνώριμον περιποίησαι σεαυτῷ, ἵνα σε τηρήσῃ ἀπὸ γυναικὸς ἀλλοτρίας καὶ πονηρᾶς, ἐάν σε λόγοις τοῖς πρὸς χάριν ἐμβάλληται. Ἀπὸ γὰρ θυρίδος οἴκου αὐτῆς εἰς τὰς πλατείας παρακύπτουσα, ὃν ἂν ἴδῃ τῶν ἀφρόνων τέκνων νεανίαν ἐνδεῆ φρενῶν παραπορευόμενον ἐν ἀγορᾷ, ἐν διόδοις οἴκων αὐτῆς, [20] καὶ λαλοῦντα ἐν σκότει ἑσπερινῷ, ἡνίκα ἂν ἡ ἡσυχία νυκτερινὴ καὶ γνοφώδης· ἡ δὲ γυνὴ συναντᾷ αὐτῷ εἶδος ἔχουσα πορνικόν. ἣ ποιεῖ νέων ἐξίπτασθαι καρδίας, ἀνεπτερωμένη δέ ἐστι καὶ ἄσωτος, ἐν οἴκῳ δὲ οὐχ ἡσυχάζουσιν οἱ πόδες αὐτῆς· χρόνον γάρ τινα ἔξω ῥέμβεται, χρόνον δὲ ἐν πλατείαις παρὰ πᾶσαν γωνίαν ἐνεδρεύει· εἶτα ἐπιλαβομένη ἐφίλησεν αὐτὸν, ἀναιδεῖ δὲ προσώπῳ προσεῖπεν αὐτόν· Θυσία εἰρηνική μοι ἐστὶ, σήμερον ἀποδίδωμι τὰς εὐχάς μου· ἕνεκα τούτου ἐξῆλθον εἰς συνάντησίν σου, ποθοῦσα τὸ σὸν πρόσωπον, εὕρηκά σε· κειρίαις τέτακα τὴν κλίνην μου, ἀμφιτάπησι δὲ ἔστρωκα τοῖς ἀπ' Αἰγύπτου· διέρραγκα τὴν κοίτην μου κρόκῳ, τὸν δὲ οἶκόν μου κινναμώμῳ· ἐλθὲ καὶ ἀπολαύσωμεν φιλίας ἕως ὄρθρου, δεῦρο καὶ ἐγκυλισθῶμεν ἔρωτι· καὶ τὰ ἑξῆς οἷς ἐπιφέρει. Ἀπεπλάνησε δὲ αὐτὸν πολλῇ ὁμιλίᾳ, βρόχοις τε τοῖς ἀπὸ χειλέων ἐξώκειλεν αὐτόν· ὁ δὲ ἐπηκολούθησεν αὐτῇ [21] κεπφωθείς. Καὶ πάλιν λέγει· Μὴ πρόσεχε φαύλῃ γυναικί· μέλι γὰρ ἀποστάζει ἀπὸ χειλέων γυ-

---

tura animalium cap. 11. Porphyrius apud Euſebium Præparat. Evangel. lib. 3. cap. 13. Theodoritus Græcarum affectionum Curationis Sermone 3. ante medium, & Suidas

pag. 314. in Ἄπις ac Μέμφις: Tauro cœleſti Lucianus de Aſtrologia. Apud Ælianum verò libri citati capite 10. Ægyptii Apidi ſuo tribuunt vigintinovem notas, quæ ſydera aliaſque res ſignificent. Atque de Api ſcripſerunt omnes; nemo, quod ſciam, correxit depravatiſſimum locum Georgii Cedreni, ubi de geſtis Theodoſii magni; νῦν, τὸν Σάραπιν οἱ μὲν τὸν Δία εἶναι λέγουσιν, οἱ δὲ τὸν Νεῖλον, διὰ τὸ τὸν μόδιον ἔχειν ἐν τῇ κεφαλῇ καὶ τὸν πῆχυν. οἱ δὲ Ἄπιν τινὰ ἄνθρωπον διέτρεφον ἐν Ἀλεξάνδρῳ γεγονότα, ὡς ἐν καιρῷ λιμοῦ ἐκ τῶν ἰδίων ἐπήρκεσε τοῖς Ἀλεξανδρεῦσιν. ὁ καὶ τελευτήσαντι ναὸν καὶ φιάλην ἀνήγειραν· καὶ βοῦς αὐτοῦ ἐτρέφετο, ὃς καὶ Ἄπις ἐκαλεῖτο, ἀφορμὴν ἔχων τὴν διατριβήν. σύμβολον δὲ τοῦ γεωργοῦ μετωνομάσθη ὁ τοῦ ἀνθρώπου ὄνομα καὶ Σόρραπις καὶ Σάραπις τὴν φιάλην. Legendum, μετωνόμασαν δὲ τὸ ἀνθρώπου ὄνομα καὶ Σόραπιν καὶ Σάραπιν τὴν φιάλην. Uti paret per hæc Nicephori Hiſt. Eccl. lib. 15. cap. 8. Σάραπις δ' ἐστὶν ὁ Ζεὺς ἢ ὁ Νεῖλος, ὁ Ἄπις τὶς ἀνὴρ ἐν Μεμφίτιδι πόλει ὃς λιμοῦ ἐπελθόντος ἐκ τῶν ἰδίων Ἀλεξανδρεῦσιν ἐπήρκεσε· ᾧ τελευτήσαντι, ναόν τε καὶ φιάλην ἱδρύσαντο· ὅπως δὴ καὶ βοῦς ἐτιμᾶτο ἐπ' ἐκείνῳ ἔχειν ἐναργέστερον τὸ σύμβολον εἰς εὐπορίαν τοῦ γεωργοῦ ὃς καὶ αὐτός, Ἄπις ὀνομασθεὶς τὴν διατριβὴν ἐκάλουν. τὴν δὲ σορὸν τοῦ Ἄπιδος ὄνομα τοῦ ἀνθρώπου μετωνόμασαν εἰς τὸ νῦν. Σάραπιν ἐκάλουν αὐτοῦ τὴν φιάλην. ὁ καὶ Σάραπιν μετωνόμασαν τὸν σωρόν. Ibid.

19. Λούσασθαι βουλόμενος, χρῆσαι βαλανείῳ ἀνδρείῳ.] Erant olim in Fidelibus, tum luxuriâ & laſciviâ, more Infidelium diffluentes; tum ſimpliciores ac idiotæ, à quibus (inquit Epiphanius Hæreſi 30. cap. 7) propter negligentiam Doctorum ignaris, non vitabatur lavatio cum alterius ſexus hominibus. Ideirco Conſtitutione hac, & illâ capitis 9. prohibentur balnea promiſcua virorum & mulierum. Ea demque interdictio legitur in Canonibus Laodiceno 30. & Trullano 77. ad quem Balſamon improbat etiam lavationem balnei viro uxorique communem. Sed & ſancti Patres conſuetudinem turpitudinis, periculi, & ſcandali plenam proſcripſerunt; Clemens Alexandrinus Pædagogi 3. cap 5. Cyprianus de diſciplina & habitu virginum, circa finem, & in antiquis Editionibus libro de lapſis, ante finem, Chryſoſtomus tractatu de educandis liberis, per virum eruditiſſimum Franciſcum Combefiſium vulgato, p. 73. Palladius Dialogo de vita S. Chryſoſtomi cap. 13. & Hieronymus lib. 2. adverſus Jovinianum cap. ult. nec non Nilus Lib. II. Epiſt. 221. Quid quòd Ethnicis multis res diſplicuit? ut Heſiodo in fine libri 1. Operum & Dierum, cujus verſus laudatur à Clemente Alexandrino. Varro lib. 8. de lingua Latinâ, post medium, *Ubi bina eſſent conjuncta ædificia, lavandi cauſâ; unum ubi viri, alterum ubi mulieres lavarentur.* Et in Hiſtoria Auguſta refertur quod Hadrianus lavacra pro ſexibus ſeparaverit, Antoninus Philoſophus lavacra mixta ſubmoverit, Alexander Severus balnea mixta Romæ prohiberetur exhiberi. Denique per leges civiles licebat marito repudium mittere uxori, ſi ea contra ipſius voluntatem cum viris extraneis lavaret. Abſit itaque ut poſt Evagrium lib. 1. cap. 21. & Nicephorum lib. 14. cap. 50. laudemus ſtultos illos Aſcetas, qui dum ſibi ἀπαθεῖς eſſe videbantur, ſolebant balneas adire, ut unà cum mulieribus lavarentur. Ibid.

20. Καὶ λαλοῦντα ἐν σκότει ἑσπερινῷ.] MS. Reg. 495. ἀλλοῦσαν. LXX. aut ſcripſerunt ἀλῶσαν, errantem, vagantem, quod accedit ad ſignificationem verbi צעד gradi, ſtare, aut legerunt קרא à קרא clamavit, convocavit. Certè Verſio Arabica *loquentem* exhibet. Poſtea verſu 17. ſcriptum videntur repetiſſe in Hebræo, עֶרֶשׂ *tentorium meum*, οἶκόν μου. Ibid.

21. Ὁ δὲ ἐπηκολούθησεν αὐτῇ κεπφωθείς.] Cepphus avis eſſe dicitur leviſſima, ſtolidiſſima, captu facilis, & ad libidinem maximè prona. Inde ex Antiquis, hunc textum LXX. Proverb. VII. 22. alii de deceptione intellexerunt, alii de luxuria. Sed ſi levitas animalis aſſumatur, magis Verſio Se-

γυναικὸς πόρνης, ἣ πρὸς καιρὸν λιπαίνει σὸν φάρυγγα, ὕστερον μέντοι πικρότερον χολῆς εὑρήσεις, καὶ ἠκονημένον μᾶλλον μαχαίρας διστόμου. Καὶ πάλιν. Ἀλλ' ἀποπήδησον, καὶ μὴ ἐγχρονίσῃς, μηδὲ ἐπιστήσῃς σὸν ὄμμα πρὸς αὐτήν. Πολλοὺς γὰρ τρώσασα καταβέβληκε, καὶ ἀναρίθμητοί εἰσιν, οὓς πεφόνευκεν. Εἰ δὲ μὴ, φησὶ, μεταμεληθήσῃ ἐπ' ἐσχάτων σου, ἡνίκα ἂν κατατριβῶσι σάρκες σώματός σου, καὶ ἐρεῖς, πῶς ἐμίσησα παιδείαν, καὶ ἐλέγχους δικαίων ἐξέκλινεν ἡ καρδία μου; οὐκ ἤκουον φωνῆς παιδεύοντός με καὶ διδάσκοντός με, οὐ παρέβαλλον τὸ οὖς μου, παρ' ὀλίγον ἐγενόμην ἐν παντὶ κακῷ. Ἵνα μὴ δὲ διὰ πλειόνων παρεκτείνωμεν τὰς μαρτυρίας· καὶ εἴ τινα παρήκαμεν, οἱ σοφοὶ ἑαυτοῖς τὰ καλὰ ἐπιλέγοντες, ἐκ τῶν ἱερῶν γραφῶν ἐπιστηρίξασθε, παραιτούμενοι πάντα τὰ φαῦλα εἰς τὸ ὅσιοι εὑρεθῆναι ὑμᾶς ἐν ζωῇ αἰωνίῳ παρὰ Θεῷ.

meretricis; quæ ad tempus pinguefacit fauces tuas, poſtea verò amarius felle invenies, & acutum magis gladio ancipite. Et iterum: *Sed reſili, & ne moreris, nec oculum tuum in eam intendas. Multos enim vulnerando dejecit, & innumerabiles ſunt, quos trucidavit. Quòd ſi non feceris*, inquit; *pœnitebit te in noviſſimis, quando contrita fuerint carnes corporis tui; & dices; Quo modo odio habui diſciplinam, & increpationes juſtorum declinavit cor meum? Non audivi vocem inſtituentis me; & cùm doceret me, aurem non adhibui; penè fui in omni malo.* Sed ne teſtimonia longiùs producamus: ac ſi quæ prætermiſimus, vos, qui ſapientes eſtis, vobis commoda colligentes, confirmate vos ex Scripturis ſanctis, prava omnia declinantes, ut ſancti in vita æterna apud Deum reperiamini.

Prov. 9. 18. in LXX. Prov. 7. 26. Prov. 5. 11.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ή.

Περὶ ὑποταγῆς γυναικὸς πρὸς ἄνδρα καὶ φιλάνδρου καὶ σώφρονος.

Ἡ δὲ γυνὴ ὑποτασσέσθω τῷ ἑαυτῆς ἀνδρί· ὅτι κεφαλὴ τῆς γυναικὸς ὁ ἀνὴρ ὑπάρχει· τοῦ δὲ ἀνδρὸς τοῦ πορευομένου ἐν ὁδῷ δικαιοσύνης, κεφαλή ἐστιν ὁ Χριστός· τοῦ δὲ Χριστοῦ ἡ κεφαλὴ ὁ Θεὸς καὶ πατὴρ αὐτοῦ. Μετὰ οὖν τὸν παντοκράτορα Θεὸν ἡμῶν, καὶ πατέρα, τοῦ τε ἐνεστῶτος καὶ τοῦ μέλλοντος αἰῶνος κύριον, πάσης τε πνοῆς καὶ δυνάμεως δημιουργὸν, καὶ τὸν ἠγαπημένον αὐτοῦ υἱὸν τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν τὸν Χριστὸν, * οὗ ἡ δόξα τῷ Θεῷ, φοβήθητί σου τὸν ἄνδρα ὦ γύναι, καὶ ἐντράπηθι, αὐτῷ μόνῳ ἀρέσκουσα, αὐτῷ ὑπάρχουσα δίαρεστος ἐν ταῖς διακονίαις αὐτοῦ, ἵνα καὶ ἐπὶ σοὶ μακαρισθῇ ὁ ἀνὴρ διὰ τῆς σοφίας τῆς λεγούσης διὰ Σολομῶντος οὕτως. Γυναῖκα ἀνδρείαν τίς εὑρήσει; τιμιωτέρα δέ ἐστι λίθων πολυτελῶν ἡ τοιαύτη. θαρσεῖ ἐπ' αὐτῇ ἡ καρδία τοῦ ἀνδρὸς αὐτῆς· 22 ἡ τοιαύτη σκύλων οὐκ ἀπορήσει· ἐνεργεῖ γὰρ τῷ ἀνδρὶ ἀγαθὰ κατὰ πάντα τὸν βίον· 23 μηρυομένη ἔρια καὶ λίνον, ἐποίησεν εὔχρηστα ταῖς χερσὶν αὐτῆς· ἐγένετο ὡς ναῦς ἐμπορευομένη, μακρόθεν συνάγουσα αὐτῇ τὸν βίον· καὶ ἀνίσταται ἐκ νυκτῶν, καὶ ἔδωκεν βρώματα τῷ οἴκῳ, καὶ ἔργα ταῖς θεραπαίναις· θεωρήσασα γεώργιον ἐπρίατο, ἀπὸ δὲ καρπῶν τῶν χειρῶν αὐτῆς ἐφύτευσε κτῆμα· ἀναζωσαμένη τὴν ὀσφὺν αὐτῆς, ἤρεισε τοὺς ἑαυτῆς βραχίονας· καὶ ἐγεύσατο ὅτι καλόν τὸ ἐργάζεσθαι, καὶ οὐκ ἀποσβέννυται ὁ λύχνος αὐτῆς ὅλην τὴν νύκτα· τοὺς πήχεις αὐτῆς ἐκτείνει εἰς τὰ χρήσιμα, τὰς χεῖρας αὐτῆς ἐρείδει εἰς ἄτρακτον· χεῖρας δὲ αὐτῆς διήνοιξε πένητι, καρπὸν δὲ ἐξέτεινε πτωχῷ· 24 οὐ φροντίζει τῶν ἐν οἴκῳ ὁ ἀνὴρ αὐ-

* f. δι' οὗ ut legit Bovius interpres.

CAPUT VIII.

De uxoris virum diligentis & caſta ſubjectione erga maritum.

MUlier verò ſubjecta ſit viro ſuo: quoniam vir caput eſt mulieris; viri autem in via juſtitiæ incedentis caput eſt Chriſtus; Chriſti verò caput, Deus & Pater ejus. Ergo poſt omnipotentem Deum noſtrum, & Patrem, præſentis & futuri ſæculi Dominum, omnis Spiritûs & Virtutis conditorem, & poſt dilectum illius Filium Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, per quem gloria Deo; time virum tuum, ô mulier, & reverere eum; ipſi ſoli placere ſtude, & per miniſterium tuum illi grata exſiſtere, ut ob te etiam beatus prædicetur à Sapientia, quæ per Salomonem hæc ait; *Mulierem fortem quis inveniet? æſtimabilior autem eſt lapidibus pretioſis quæ talis eſt: confidit in ea cor viri ejus: quæ talis eſt, ſpoliis non egebit; operatur enim viro bona per omnem vitam: deducens lanam & linum, fecit utilia manibus ſuis: facta eſt velut navis negotians, de longè congregans ei vitam: & ſurrexit de nocte, & dedit eſcas familiæ, ac opera ancillis: conſideravit agrum & emit, & de fructibus manuum ſuarum plantavit poſſeſſionem: accinxit lumbos ſuos, firmavit brachia ſua: & guſtavit quod bonum eſt operari; & non extinguitur lucerna ejus totâ nocte: cubitos ſuos ad utilia extendit, manus ſuas firmat ad fuſum: manus autem ſuas aperuit paupere; palmam verò extendit inopi: non eſt ſollicitus de iis qui in domo, vir ejus; omnes enim qui* apud

1. Cor. 11. 3. Prov. ult.

Senum reſpondebit Veritati Hebraicæ, quæ habet [Hebrew] ſtatim, ἀποπηδῶν Aquilæ, ἐκκλινῶν Symmacho. Heſychius, πεπρῶ, πέτρῳ ἀγριῷ καθωσιώτω. ἀεὶ τὴν θάλασσαν ἀγρεύοντος. ὁ ἄχρηστον ὑπὸ ἀέρων μεμίγνται. ἄλλοι ἄγριος ἔξις ἢ αὐτὸς ἄνθρωπος, πίτρος. Et poſtea κατηφιεῖς exponit etiam per ἐντραπεῖς, cui à Suida additur ἐξ ἀνίας ἐλεεινός. S. Epiphanius Hæreſ. 79. cap. 2. τοῦτο σὺ φρόνησον κατηφύσημον τῇ τῆς ἀγροτεραίας ὕβρεως ἐνεργεῖ. Verbo κατηφύειν utitur Cicero Epiſtolarum ad Atticum lib. 13. Epiſt. 40. Nec prætereiri debet inſignis locus S. Athanaſii, Epiſtolâ de Synodis Ariminì & Seleuciæ, Edit. Pariſ. p. 912. καὶ περὶ μὲν Γεωργίου τοῦ Καππάδοκος τοῦ ἐκπεσόντος ἀπὸ τῆς Ἀλεξανδρείας λόγος οὐδεὶς ἀληθῶς, μήτε ἐν πράγματι βίου τοιαύτην μαρτυρίαν ἔχοντος, μήτε ὅλως Χριστιανοῦ τυγχάνοντος· ἀλλὰ μόνον ὑποκρινομένου διὰ τὸ καιρὸν τὸ σχῆμα, καὶ τοιοῦτον ἐγνωσμένον οἷον ἀπόδοσθαι. ἐν οὗ μηδ' οὕτως ἐν τῷ αὐτὸν εἰπεῖν. τίμιος τῷ περὶ τὴν πίστιν, ἄρχεται μήτε εἰδέναι περὶ ὧν λέγει, μήτε περὶ ὧν διαβεβαιοῦται, ἀλλὰ ποιεῖ ὡς περὶ τὸ γεγραμμένον. ὡς κάτφου ἐπιλανθανόμενος. Ubi non obſcurè reſpicit ad teſtimonium Proverbiorum. Ibid.

22. Ἡ τοιαύτη σκύλων οὐκ ἀπορήσει.] Proverb. XXXI. 11. Hodierni LXX addunt, καλῶν, contra textum Hebraicum, & MSS. Bibliothecæ Regiæ 721. 2201. Rectius ergo in Tractatu ad Proverbiorum XXXI. 10. &c. De muliere forti, Editione S. Auguſtini Tom. 10. Serm. 45. De diverſis cap. 4. oſtendunt Quæ talis eſt, ſpoliis non indigebit, quàm Editiones S. Ambroſii Tom. 2. Talis bonis ſpoliis non indigebit. Ibid.

23. Μηρυομένη ἔρια.] In Codice Regio 2220. ἀγρεύουσα ἔρια. Quod alteri Interpreti à LXX. Aquila, Symmacho, & Theodotione tribuunt, quodque ſequitur B. Auguſtinus, ubi mox, vertendo *invenient lanam*. Nunc, μηρυομένη ἔρια. Si autem mutaretur ρ. in ν. quæ litteræ in MSS. valde affines ſunt, eſſet quod reſponderet Hebræo [Hebrew] *Quæſivit*, modò veritate nitatur illud Heſychii μηνύουσα· κομίζουσα, ζητοῦσα. Non auſim tamen quidquam immutare; cum quia hæc acceptio verbi μηνύειν inuſitata eſt; tum quia vulgata lectio apparet in Ambroſio, in Catena in Proverbia, & in MSS. tum denique quia ſæpe LXX. ad ſenſum magis quam ad verbum interpretantur. Ibid.

Prov. 31. 13.

24. Οὐ φροντίζει τῶν ἐν οἴκῳ ὁ ἀνὴρ αὐτῆς.] Omittit ſequentia, ὅταν που χρονίζῃ. Ita quippe legendum, pro χρονίζῃ. *Non timebit domus ſua à frigoribus nivis*. Proverb. XXXI. 21. Mox additur πολλάς, explicationis gratiâ. Malè autem in Editionibus τὸ ὁ ab ἐνδεδυμένοι αὐτῆς, disjungitur διπλᾶς, quam disjunctionem invenire etiam eſt in Catena ad Proverbia, in Tractatu memorato de muliere forti Salomonis, in Gregorio Nazianzeno Oratione XI. p. 181. Ambroſio ad Lucæ XVI. 18 & Auguſtino Serm. 217. De Tempore. Patet ex ordine Alphabetico quo conſtant iſti verſiculi, viginti duo poſtremi Parabolarum. Liber Regius 2220. ἐνδεδυ-

apud eam ſunt, veſtiti ſunt duplici ſtolâ: & fecit viro ſuo lænas; ex byſſo ac purpura indumenta: conſpicuus autem fit vir illius, quando ſederit in conſeſſu cum ſenioribus incolis: ſindones fecit, & vendidit Phœnicibus, & cingula Chananæis: gloriam & decorem induit, & lætata eſt in diebus noviſſimis: os ſuum ſapienter ac ritè aperuit, & ordinem poſuit linguæ ſuæ: anguſtæ autem ſemitæ adiuum ejus, & cibos pigros non comedit: os ſuum aperiet ſapienter ac legitimè, & leges de eleemoſyna in lingua ejus: ſurrexerunt filii ejus, & ditati prædicaverunt eam, & vir ejus laudavit illam. Multæ filiæ acquiſiverunt divitias, multæ fecerunt virtutem: tu autem emines, & univerſas es ſupergreſſa. Fallax gratia, & vana pulcritudo mulieris ne ſit tibi: nam mulier religioſa benedicetur; timorem autem Domini ipſa laudet. Date ei de fructibus labiorum ejus, & laudetur in portis vir illius.

Prov. 12. 4. Et iterum; *Mulier fortis, corona viro ſuo.* Et

Prov. 14. 1. rurſus; *Multæ mulieres ædificarunt domum.* Audiſtis quas laudes mulier pudica & viri ſtudioſa, à Domino Deo ferat. Si vis fidelis & accepta eſſe Domino, ô mulier, noli te ornare, quò alienis viris placeas; neque meretricis cirros aut veſtimenta aut calceos imitare ac geſta, ut eos quos iſta irretiunt, ad te allicias. Sed & quamvis hæc flagitia non ad peccatum deſignes, ſed tantummodo ad cultum; neque ſic futuras pœnas effugies, quæ quempiam ad tui cupidinem induxeris, & non caveris ut, neque in delictum ipſa incideres, neque alii in ſcandalum. Quòd ſi teipſam dedendo, pecces; & ipſa deliquiſti, & animæ hominis illius rea es facta: deinde poſtquam cum uno offenderis, quaſi ſemel amiſſâ ſpe, ad alios rurſus ſine doloris ſenſu deflectes;

Prov. 18. 3. ſicut ait ſermo divinus; *Cum venerit impius in profundum malorum, contemnit; ſupervenit autem ei ignominia & opprobrium.* Hujuſmodi enim mulier deinceps crudeliter ſauciata, animas inſipientium illaqueat. Videamus igitur quo modo tales divi-

Eccl. 7. 27. na Scriptura traducat. Ait; *Odi ſupra mortem mulierem quæ eſt laqueus venatorum, & ſagena cor-*

τῆς, πάντες γὰρ οἱ παρ' αὐτῇ εἰσιν ἐνδεδυμένοι δισσὰς στολάς· καὶ χλαίνας ἐποίησε τῷ ἀνδρὶ αὐτῆς, ἐκ βύσσου καὶ πορφύρας ἐνδύματα· περίβλεπτος δὲ γίνεται ἐν πύλαις ὁ ἀνὴρ αὐτῆς, ἡνίκα ἂν καθίζηται ἐν συνεδρίῳ μετὰ τῶν πρεσβυτέρων τῶν κατοικούντων· σινδόνας ἐποίησε, καὶ ἀπέδοτο τοῖς Φοίνιξι, περιζώματα δὲ τοῖς Χαναναίοις· δόξαν καὶ εὐπρέπειαν ἐνεδύσατο, καὶ εὐφράνθη ἐν ἡμέραις ἐσχάταις· [25] στόμα αὐτῆς διήνοιξε σοφῶς καὶ προσηκόντως, καὶ τάξιν ἐστείλατο τῇ γλώσσῃ αὐτῆς. στεγναὶ δὲ διατριβαὶ οἴκων αὐτῆς, σῖτα δὲ ὀκνηρὰ οὐκ ἔφαγε· τὸ στόμα αὐτῆς ἀνοίξει σοφῶς καὶ ἐννόμως, θεσμοὶ δὲ ἐλεημοσύνης ἐπὶ τῆς γλώσσης αὐτῆς· ἀνέστησαν τὰ τέκνα αὐτῆς, καὶ πλουτήσαντα ᾔνεσαν αὐτήν, καὶ ὁ ἀνὴρ αὐτῆς ἐπῄνεσεν αὐτήν. Πολλαὶ θυγατέρες ἐκτήσαντο πλοῦτον, πολλαὶ ἐποίησαν δύναμιν· σὺ δὲ ὑπέρκεισαι καὶ ὑπερῆρας πάσας. Ψευδεῖς ἀρέσκειαι καὶ μάταιον κάλλος γυναικὸς μὴ ἔστω σοι· [26] γυνὴ γὰρ εὐσεβὴς εὐλογεῖται, φόβον δὲ Κυρίου αὐτὴ αἰνείτω. Δότε αὐτῇ ἀπὸ καρπῶν χειλέων αὐτῆς, καὶ αἰνείσθω ἐν πύλαις ὁ ἀνὴρ αὐτῆς. Καὶ πάλιν· Γυνὴ ἀνδρεία στέφανος τῷ ἀνδρὶ αὐτῆς. Καὶ πάλιν· Πολλαὶ γυναῖκες ᾠκοδόμησαν οἶκον. Μεμαθήκατε, ὁποῖα ἐγκώμια γυνὴ σώφρων καὶ φίλανδρος λαμβάνει ἀπὸ Κυρίου τοῦ Θεοῦ. Εἰ πιστὴ καὶ ἀρεστὴ Κυρίῳ θέλεις εἶναι ὦ γύναι, μὴ καλλωπίζου ἐπὶ τῷ ἀρέσκειν σε ἀλλοτρίοις ἀνδράσι, μηδὲ τὰ τῆς ἑταιριζομένης ἐμπλέγματα, ἢ ἐνδύματα, ἢ ὑποδήματα μιμοῦ φορεῖν, ἐπὶ τὸ ὑπαγαγέσθαι σε τοὺς εἰς τὰ τοιαῦτα παρασυρομένους. Καὶ γὰρ εἰ σὺ οὐκ ἐπὶ τὸ ἁμαρτάνειν ταῦτα ποιεῖς τὰ μύση, ἀλλὰ δὲ τὸ μόνον καλλωπίζεσθαι, οὐδ' οὕτως ἐκφεύξῃ τὴν δίκην εἰς τὰ μετὰ ταῦτα, ἀναγκάσασα ἐπισχεθῆναί σοί τινα, ὡς τὸ ἐπιθυμῆσαί σε, καὶ μὴ ἑαυτὴν φυλάξασα ἐπὶ τὸ μήτε σε ὑποπεσεῖν ἁμαρτίᾳ, μήτε μὴν ἑτέρους σκανδάλῳ. Εἰ δὲ ἁμαρτήσεις ἐκδοῦσα ἑαυτήν, καὶ σὺ ἐπλημμέλησας, κᾀκείνου ἔνοχος τῆς ψυχῆς ἐγένου· εἶτα ἁμαρτήσασα ἐφ' ἑνί, ὥσπερ [27] ἀπογνοῦσα εἰσάπαξ, ἐφ' ἑτέρους ἐκτραπήσῃ πάλιν ἀπηλγηκυῖα· καθώς φησιν ὁ θεῖος λόγος· Ὅταν ἔλθῃ ἀσεβὴς εἰς βάθος κακῶν, καταφρονεῖ· ἐπέρχεται δὲ αὐτῷ ἀτιμία καὶ ὄνειδος. Ἡ γὰρ τοιαύτη λοιπὸν ἀφειδῶς τετρωμένη παγιδεύει ψυχὰς ἀφρόνων. Μάθωμεν οὖν καὶ τὰς τοιαύτας πῶς θριαμβεύει ὁ θεῖος λόγος, φάσκων· Ἐμίσησα ὑπὲρ τὸν θάνατον [28] σὺν τὴν γυναῖκα, ἥτις ἐστὶ θήρευμα καὶ σαγήνη καρδίας

ἐνδεδυμένοι εἰσί. διπλᾶς στολὰς καὶ χλαίνας &c. verſio Eliæ Cretenſis in S. Gregorii Nazianzeni Orat. XI. num. XI. *Duplicem ſtolam ac penulam fecit viro ſuo.* Alter Codex 2263. *ἐνδεδυμένοι εἰσὶ διπλᾶ. διπλᾶς χλαίνας* &c. Apud Caſſianum Collatione 14 cap 8. *Omnes enim qui apud eam ſunt, veſtiti ſunt dupliciter.* Regiæ Biblioth. Cod. 1609. *ἐνδεδυμένοι διπλᾶ. διπλᾶς στολὰς καὶ χλαίνας.* Idem MS. verſ. 30. *μάταιον κάλλος γυναικὸς οὐκ ἔστιν ἐν σοί.* Ubi in multis libris *ἐν σοί.* Ibid.

25. *Στόμα αὐτῆς διήνοιξε σοφῶς καὶ προσηκόντως, καὶ τάξιν ἐστείλατο τῇ γλώσσῃ αὐτῆς.*] Et poſt unum verſum, *τὸ στόμα αὐτῆς ἀνοίξει σοφῶς καὶ ἐννόμως, θεσμοὶ δὲ ἐλεημοσύνης ἐπὶ τῆς γλώσσης αὐτῆς.* Duæ ſunt ejuſdem 26. verſiculi interpretationes. Unde Editio Complutenſis habet ſolummodo, *στόμα δὲ αὐτῆς ἀνοίγει σοφῶς καὶ νομοθέσμως, ἡ δὲ ἐλεημοσύνη αὐτῆς ἐν τῇ γλώσσῃ αὐτῆς.* Clemens Alexandrinus lib. 3. Pædagogi cap. 11. p. 250. *ὅτι σῖτα ὀκνηρὰ οὐκ ἔφαγε. θεσμοὶ δὲ ἐλεημοσύνης ἐπὶ τῇ γλώσσῃ αὐτῆς. ὅτι τὸ στόμα αὐτῆς διήνοιξε σοφῶς καὶ ἐννόμως. ὅτι τὰ τέκνα ἐμακάρισαν αὐτήν.* At in Bibliotheca Regia Codex 721. poſt *Χαναναίοις* ponit, *στόμα αὐτῆς διήνοιξε προσηκόντως, καὶ τάξιν ἐστείλατο τῇ γλώσσῃ αὐτῆς. ἰσχὺν καὶ εὐπρέπειαν* &c. *στεγναὶ* &c. *ἔφαγεν. ἀνέστησαν τέκνα αὐτῆς καὶ ἐπλούτησαν.* Codex 2221. *Χαναναίοις. ἰσχὺν καὶ εὐπρέπειαν* &c. *ἐσχάταις. στόμα δὲ αὐτῆς διήνοιξε προσηκόντως. καὶ τάξιν ἐστείλατο τῇ γλώσσῃ αὐτῆς. στεγναὶ* &c. *ἔφαγε. ἀνέστη τὰ τέκνα αὐτῆς καὶ ᾔνεσαν αὐτήν.* In Meliſſæ lib. 2. Serm. 33. *στόμα αὐτῆς διήνοιξε προσηκόντως καὶ ἐννόμως, καὶ τάξιν ἐστείλατο τῇ γλώσσῃ αὐτῆς.* Gregorius Nazianzenus Oratione XI. *τὴν τάξιν ὅπως ἐστείλατο χείλεσιν.* Denique in Opuſculo de muliere forti legitur dumtaxat, apud Ambroſium, *Os ſuum aperit* (vel *aperuit*) *ſapienter & legaliter, et gratia ejus* (*χάρις αὐτῆς*, proximè ad Edit. Symmachi & Theodotionis) *in lingua ejus*: apud Auguſtinum, *Os ſuum aperuit attentè, & ordinem poſuit linguæ ſuæ.* Igitur ex Hebræo, & ex Vulgata ſic videtur conſtitui debere Verſio LXX. Senum, *Χαναναίοις. ἰσχὺν καὶ εὐπρέπειαν ἐνεδύσατο, καὶ εὐφράνθη ἐν ἡμέραις ἐσχάταις. στόμα αὐτῆς διήνοιξε σοφῶς θεσμοὶ δὲ ἐλεημοσύνης ἐπὶ τῇ γλώσσῃ αὐτῆς. στεγναὶ* &c. *ἔφαγε. ἀνέστησαν τὰ τέκνα αὐτῆς, καὶ ἐπλούτησαν αὐτήν, καὶ ὁ ἀνὴρ αὐτῆς ᾔνεσεν αὐτήν.* Ibid.

26. *Γυνὴ γὰρ εὐσεβὴς εὐλογεῖται. φόβον δὲ Κυρίου αὐτὴ αἰνείτω.*] Prov. 31. 30.
Ita Clemens Alexandrinus loco citato. Antonius autem Monachus Meliſſæ lib 2. Serm. 33. *γυνὴ συνετὴ εὐλογεῖται, φόβον δὲ Κυρίου αὐτὴ αἰνείτω.* Noſtri LXX. in eo ſolum variant à Conſtitutionibus, quod *συνετὴ* ponunt, non *εὐσεβὴς*, pro quo Liber Regius 2263. *σοφή.* In Ambroſio, *Mulier enim prudens benedicitur, timorem autem Domini iſta laudet.* Apud Auguſtinum, *Mulier enim ſapiens benedicitur; timorem autem Domini ipſa collaudet.* Crediderim legi oportere, *γυνὴ φοβουμένη Κύριον, αὐτὴ αἰνείσθω. Mulier timens Dominum,* (hoc eſt, timens Dominum,) *ipſa laudetur.* Adeò ut *συνετὴ* ſeu *εὐσεβὴς* ſeu *σοφή*, & *εὐλογεῖται* gloſſemata ſint, priora vocum *φοβουμένη*, poſterius verbi *αἰνείσθω.* Ibid.

27. *Ἀπογνοῦσα.*] Id eſt deſperans; item renuncians. Ibid.

28. *Σὺν τὴν γυναῖκα*] Eccleſiaſtis VII. 27. את האשה. In Olympiodoro impreſſo, deeſt *σύν*. at in manu ſcripto Gazæ Regiæ hic, quemadmodum & cap. 2. verſ. 17. non omittitur. Antiochus Homilià 18. corruptè, *συζυγοῦσαν γυναῖκα*, pro *σὺν τὴν γυναῖκα.* Corruptè etiam apud Gregorium Thaumaturgum in Metaphraſi, *ἔγνων τὴν γυναῖκα, γλῶσσαν, ἢ εἴ τι ὅμοιον τούτῳ ὑπάρχουσαν.* Lege meo periculo, *σαγήνην οὖσαν.* Quod additur in Conſtitutionibus, *ἥτις ἐστὶ θήρευμα καὶ σαγήνη καρδίας δεσμοὶ δὲ χεῖρες αὐτῆς*, quadrat cum iſtis Hieronymi, *Quaſi laqueus & ſagena cor adoleſcentis innectit: vinculo ſunt manus ejus.* Apud Anaſtaſium Quæſt. 65. *εὗρον πικρότερον ὑπὲρ τὸν θάνατον τὴν γυναῖκα* (Exempl. Reg. 1789 *ὅπως δὲ γυναῖκα* alterum *σὺν τὴν*) *ἥτις ἐστὶ θήρευμα καὶ σαγήνη καρδίας.* Porro credibile mihi fit particulam *σύν*, quæ in Editionibus Græcis Eccleſiaſtis ſæpe occurrit, cap. 2. verſ. 12. 17. cap 3. verſ. 10. 11. 17. cap 4. verſ. 2. 3. 4 cap 7. verſ. 27. 30. cap. 8. verſ 8. 15. 17. cap. 9. verſ. 15. cap. 11. verſ. 7. cap. 12. verſ. 9. quamque repræſentat Alexandrinus Codex III. Regum XIV. 8. re-

θίας, δεσμοὶ δὲ χεῖρες αὐτῆς. Καὶ ἐν ἄλλοις· Ὥσπερ ἐνώτιον χρυσοῦν ἐν ῥινὶ ὑὸς, οὕτω γυναικὶ κακόφρονι κάλλος. Καὶ πάλιν· [29] Ὥσπερ ἐν ξύλῳ σκώληξ, οὕτως ἀπόλλυσιν ἄνδρας γυνὴ κακοποιός. Καὶ πάλιν· Κρεῖσσον οἰκεῖν ἐπὶ γωνίας ὑπαίθρου, ἢ μετὰ γυναικὸς γλωσσώδους καὶ μαχίμου. Μὴ οὖν μιμεῖσθε τὰς τοιαύτας γυναῖκας, ὑμεῖς αἱ Χριστιαναὶ ὑπάρχουσαι. Πιστὴ δὲ θέλουσα εἶναι τῷ σῷ ἀνδρὶ, πρόσεχε ἐπὶ τὸ ἀρέσκειν αὐτῷ μόνῳ· ἐν δὲ ταῖς πλατείαις [30] σκέπουσα τὴν κεφαλήν σου, διὰ γὰρ τῆς ἐπικαλύψεως ἀποκλείσεις τὴν θέαν τῶν περιεργοτέρων· μὴ καταζωγράφει σου τὸ ὑπὸ Θεοῦ πεποιημένον πρόσωπον· οὐδὲν γὰρ ἐν σοὶ, ὃ κοσμήσεως δεῖται, ἐπειδὴ πάντα ὅσα ἐποίησεν ὁ Θεὸς, καλὰ λίαν· ἀσελγῶς δὲ ἐν καλῷ ἐπικόσμησις, τεχνίτου χάριν ἐνυβρίζει. κάτω βλέπουσα τὴν ὁδοιπορίαν σου ποιοῦ, περικαλύπτουσα ἑαυτὴν, καθὼς πρέπει γυναιξίν.

dis; vincula vero ſunt manus illius. Et alibi; *Sicut inauris aurea in naribus porci; ita mulieri fatuæ pulcritudo.* Prov. 11. 22. Et adhuc; *Sicut vermis in ligno, ſic viros diſperdit mulier malefica.* Prov. 12. 4. in LXX. Iterumque; *Melius eſt habitare in angulo ſubdiali, quam cum muliere loquace & rixoſa.* Prov. 21. 9. 19. Ne igitur vos, quæ Chriſtianæ eſtis, hujuſmodi mulieres imitemini. Quæ autem viro tuo fida eſſe vis, illi tantùm grata eſſe contende: in plateis caput tege; nam per velamen, aſpectum curioſioribus occludes: faciem tibi à Deo datam, noli pingere: nihil quippe in te eſt, quod ornatu indigeat; cùm cuncta quæ Deus fecit, admodum pulcra ſint; at impudicus pulcræ rei ornatus, artificis gratiam dedecorat: dejectis igitur oculis iter tuum perage, atque obvoluto capite, quemadmodum mulieres decet.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ θ'.

Περὶ τοῦ μὴ συλλούεσθαι γυναῖκα ἀνδράσιν.

Περιΐστασο δὲ καὶ τὴν ἐν βαλανείῳ μετὰ ἀνδρῶν ἄτακτον γενομένην λοῦσιν· πολλὰ γὰρ τὰ δίκτυα τοῦ πονηροῦ. Ἀνδράγυνον γυνὴ πιστὴ μὴ λουέσθω. Εἰ γὰρ περικαλύπτεται τὸ πρόσωπον, τὴν ἀπ' ἀλλοτρίων ἀνδρῶν ὄψιν μετὰ αἰδοῦς κρύπτουσα, πῶς γυμνὴ μετὰ ἀνδρῶν ἡ τοιαύτη εἰς λουτρὸν εἰσελεύσεται; Γυναικείου δὲ ὄντος βαλανείου, εὐτάκτως μετ' αἰδοῦς μεμετρημένως λουέσθω. [31] Μὴ πλεοναστέρως δὲ λοῦσιν

CAPUT IX.

Quòd mulier non debet cum viris lavare.

Cave etiam inordinatam in balneo cum viris lavationem: multa enim ſunt Mali retia. Mulier fidelis, lavacro viris ac feminis communi ne utatur. Nam ſi pudoris ergo os tegit, & ab alienorum virorum aſpectu arcet; quo modo hujuſmodi mulier cum viris nuda in balneas ingredietur? Itaque in muliebri balneario, cum diſciplina, verecundia ac moderatione lavet. Pſeudo-Ignat. ad Heron. 1. Porrò lavationem non

---

8 irrepſiſſe in textum LXX. ex Verſione Aquilæ, qui teſte Hieronymo Epiſt 101. De optimo genere interpretandi, ubi Aquilam & Seniores committit, ἄρθρα & προθέσεις, ſyllabas & litteras κακοζήλως interpretatus fuerat, diserteque (quemadmodum & videre eſt in Johanne Philopono lib. 1. in Hexaemeron ſeu de mundi creatione cap. 4.) σὺν τὸν οὐρανὸν καὶ σὺν τὴν γῆν, Geneſ. I. 1. reddendo את per σύν. Et verò Hieronymus in Commentariis ad Eccleſiaſtem, in quibus ſe magis Septuaginta Interpretum conſuetudini coaptavit, illius σὺν nullam facit mentionem. Quin etiam in Metaphraſi Gregorii Neocæſarienſis, & in Homiliis Gregorii Nyſſeni non comparet: niſi quod Cod. Reg. hujus, interdum habet; & videtur ille, dum ponit Eccleſiaſtis II. 17. ἐμίσησα τοίνυν καὶ τὴν σύμπασαν μου ζωὴν, reperiſſe in Exemplari ſuo, καὶ ἐμίσησα σύμπασαν τὴν ζωήν: quod etiam retinetur à MS. Regio 278. eſtque depravatum ex καὶ ἐμίσησα σὺν τὴν ζωήν. Atque idem judicium ferri debet de loco Eccleſiaſtis IV. 2. 3. apud Hieronymum ad initium cap. 6. Epiſtolæ ad Epheſios, *Laudavi ego omnes mortuos, qui jam mortui ſunt, ſuper viventes qui vivunt uſque in præſens: & melior eſt ſuper hos duos, qui necdum natus eſt, & non vidit omne opus malum, quod factum eſt ſub ſole.* Verſio Arabica, *Totam pariter odi vitam*, hoc eſt, ἐμίσησα σὺν πᾶσαν τὴν ζωήν: quo loci σὺν & πᾶσαν redundant. Obſervavi præterea, de σὺν Eccleſiaſtis; in ſcriptis ac editis Bibliis, in Catenis MSS. & in Commentariis libriſque Patrum, prætermitti aliquando, mutari aliquando in adjectivum σύμπας, aut σὺν πᾶς, exponi per ὅλον, σύμπαντα, τέλειον; item ſcribi interdum nomen σύμπας pro σὺν πᾶς: ad hæc bis malè abeſſe à Commentario Olympiodori, ad cap. 3. nempe verſu 10. ubi ἐν illius locum occupat, & verſu 17. ante τὸ αὐτοῦ quo in Scriptoræ loco Codex Librariæ Regiæ 1598. σὺν τῷ δικαίῳ καὶ τὸν ἀσεβῆ κρινεῖ ὁ Θεός: vitioſè quidem, ſed non abſque induſtria correctoria cujuſpiam. Rectiùs autem idem Olympiodorus ad verſiculum 11. capitis 3. σὺν facit loquendi modum Hebraicum, in illa lingua uſurpari ſolitum paſſim & abſque ſenſu; quàm Philoponus loco citato, præpoſitionem *cum*, demonſtratricem copulationis. Vulgò tamen exponunt *ſimul*, ut exſtat in Ambroſii Verſione Eccleſiaſtis IV. 2. Quibus aſſentitur ſæpè Auctor Arabicæ Interpretationis: ſed Eccleſiaſtis IX. 13. legebat σύνεσιν, non σύν, vertit enim prudentiam. COT.

Prov. 12. 4. 29. Ὥσπερ ἐν ξύλῳ σκώληξ. οὕτως ἀπόλλυσιν ἄνδρας γυνὴ κακοποιός.] Melius in LXX. ἄνδρα: qui LXX. unam vocem בעצמותיו *in oſſibus ejus* diviſerunt in duas בעץ מתיו *in ligno, mortes ejus* ſcilicet viri, ac ex ſenſu interpretati ſunt, οὕτως ἀπόλλυσιν ἄνδρα, *ſic diſperdit virum*. Ibid.

30. Σκέπουσα τὴν κεφαλήν.] Refert Georgius Cedrenus Decium Imperatorem ediziſſe, ne mulieres Chriſtianæ caput velarent; illas apparentem turpitudinem in gloriam vertiſſe; quo factum ut uſque ad ſua tempora Chriſtianæ accuratiùs viventes, abſque velamine prodirent; cùm obtegerentur Judææ atque Ethnicæ. Verùm id nequaquam reperi in antiquis Scriptoribus: immò ſancti Patres, etiam qui poſt Decium floruerunt, Apoſtolum ſecuti I. Corinth. XI. præcipiunt feminis caput obnubere ac velare. Quocirca exiſtimo Hiſtoriolam confictam fuiſſe ab aliquo nugatore, ad fulciendam ſæculi ſui pravam conſuetudinem. Lege caput ſequens, & lib. 2. cap. 57. Ibid.

31. Μὴ πλεοναστέρως δὲ λοῦσιν ποιείσθω.] Frequentiores ac non neceſſariæ lavationes damnantur ſententiis Clementis Alexandrini lib. 3. Pædagogi cap. 9. Cypriani Opere de lapſis, ante finem; Hieronymi Epiſt. 4 48. 99. & ad Jeremiæ XXIII. 21. 22. Conſarcinatoris Epiſtolæ ad Præſidium de cereo Paſchali, apud eumdem magnum Doctorem Tom. 9. atque Auguſtini Epiſt. 109. Etenim ſemper licuit, exemplo Johannis Evangeliſtæ, (ſi fides Theodoreto Hæreticarum Fabularum II. 3.) Veterum Chriſtianorum, referente Tertulliano in capite 42. Apologetici, & 3. libri de Corona: multorum Monachorum, ex eorum Regulis; Chryſoſtomi, in Photio Bibliothecæ Cod. 59. aliorumque plurimorum piorum hominum; ſemper, inquam, licuit balneum aliquando ingredi; non quidem propter voluptatem, inquiunt Gregorius magnus lib. XI. Epiſt 3. & Nicolaus I. ad Conſult. Bulgarorum cap 6 neque propter calorem, addit Clemens Alexandrinus in capite Pædagogi laudato; ſed propter neceſſitatem corporis, docetur à duobus Pontificibus, propter ſanitatem ratione virorum, atque etiam munditiem ratione mulierum, exponitur per doctiſſimum Presbyterum: quamquam Tertullianus in Apologetico dicat, *Lavo & debitâ horâ & ſalubri, quæ mihi & calorem & ſanguinem ſervet*. Tum *fovendorum corporum cauſſâ*, ut loquar cum Optato Milevitano. Aut quod in Auguſtini Confeſſionibus lib. 9. cap. 12. legitur, ad anxietatem ex animo pellendam. Lib. 6. Nec minùs licitum fuit, aut balneis in totum abſtinere, poſt Jacobum fratrem Domini, teſte Hegeſippo apud Euſebium Hiſt. Eccl. lib. 2. cap. 23. & apud Hieronymum libro de viris illuſtribus in Jacobo, teſte etiam Epiphanio Hæreſi 78. cap. 13. item poſt Johannem Evangeliſtam, eodem Epiphanio auctore Hæreſ. 30. cap. 24. nec repugnante Irenæo lib. 3. cap. 3. poſt Monachos plures & Sanctimoniales, de quibus Epiphanius in Expoſitione fidei cap. 23. Hieronymus Epiſt. 48. cap. 3. poſt Presbyterum illum, cujus mentio Actione decimâ Concilii Chalcedonenſis in libello Samuelis & aliorum contra Ibam; poſtque pluſimos & plurimas ſanctitatis conſpicuæ, quorum quarumque geſta habemus deſcripta: aut lavacro uti dumtaxat in magna neceſſitate, quemadmodum virgini præcipit Athanaſius in tractatu de virginitate, præcipit Monialibus Auctor Regulæ Monacharum cap. penult. Tom. 9. Operum Hieronymi, necnon Florentinæ ſorori Leander libro de inſtitutione Virginum cap. 10. utque de Paula refert Hieronymus in Epitaphio illius cap. 7. de Olympiade Palladius in vita Chryſoſtomi cap. 17. aut certâ ætate certiſque tempo-

non uſurpet frequentiùs, nec per medium diem, nec ſi fieri poteſt quotidie. Sit verò tibi, conſtitutum tempeſtivæ lavationis tempus, hora decima: oportet enim te, quæ fidelis es, omnimodis ac ſemper oculatiſſimam curioſitatem vitare.

λούσθω, μηδὲ ἐν μέσῃ τῇ ἡμέρᾳ, ἀλλ' εἰ δυνατὸν, μηδὲ καθημέραν. Ὥρα δέ σοι ἔστω τακτὴ ἡ τῆς καιρολουσίας δεκάτη· δεῖ γάρ σε πιστὴν οὖσαν, ἐκ παντὸς καὶ πάντοτε τὴν πολυόφθαλμον περιεργίαν φεύγειν.

CAPUT X.

De muliere contentioſa & loquace.

Contentionem autem, Chriſtiana mulier, tum adverſus cunctos, tum præſertim adverſus virum tuum amputes: ne ſi infidelis ſit aut Ethnicus, per te ſcandalum paſſus, Deum blaſphemet; & tu apud Deum, illius *væ* hæres reperiaris. Ait enim; *Væ ei per quem nomen meum blaſphematur in Gentibus:* ſi autem fidelis eſt maritus tuus, cogetur, ut qui Scripturas ſciat, illam vocem in Sapientia ſcriptam uſurpare; *Melius eſt habitare in deſerto, quam cum muliere linguace & rixoſa.* Quocirca, mulieres, pudore & lenitate pietatem erga Deum etiam Ethnicis omnibus, cùm viris tum feminis oſtendite, in converſionem ac exhortationem fidei. Quòd ſi vos, ô ſorores & filiæ & membra noſtra, brevi admonitione erudivimus; jam ut ſapientes perſeverate ſine probro vitæ: ſtudete diſciplinas eas noſſe, quibus poſſitis ad Domini noſtri regnum gratiâ illius pervenire, atque requieſcere in ſæcula ſæculorum. Amen.

Iſ. 52. 5. l. Ignat. ad Trall. 8. & Ign. interpol ibid. Polycarp. cap. 10. l. infrà, lib. 2 cap. 5. Prov. 21. 19.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ι.

Περὶ μαχίμου καὶ γλωσσώδους γυναικός.

Τὸ δὲ μάχιμόν σου πρὸς πάντας, μάλιστα δὲ καὶ πρὸς τὸν ἄνδρα σου περίκοψον, πιστὴ ὑπάρχουσα· ἵνα σου ὁ ἀνὴρ ἐὰν ᾖ ἄπιστος, ἢ ἐθνικὸς, μὴ διά σε σκανδαλισθεὶς βλασφημήσῃ Θεὸν, καὶ σὺ τοῦ οὐαὶ κληρονόμος εὑρεθῇς παρὰ Θεῷ. [32] Οὐαὶ γάρ φησι, δι' οὗ τὸ ὄνομά μου βλασφημεῖται ἐν τοῖς ἔθνεσιν· εἰ δὲ πιστὸς ὑπάρχει σου ὁ ἀνὴρ, ἀναγκασθήσεται, ὡς εἰδὼς τὰς γραφὰς, εἰπεῖν τὸ ῥῆμα τὸ γεγραμμένον ἐν τῇ σοφίᾳ. Κρεῖσσον οἰκεῖν ἐν ἐρήμῳ, ἢ μετὰ γυναικὸς γλωσσώδους καὶ μαχίμης. Αἱ οὖν γυναῖκες, διὰ τῆς αἰδοῦς καὶ πρᾳότητος τὴν θεοσέβειαν ἐνδείκνυσθε, εἰς ἐπιστροφὴν καὶ προτροπὴν πίστεως, καὶ τοῖς ἐκτὸς πᾶσιν, εἴτε γυναιξὶν, εἴτε ἀνδράσιν. Καὶ εἰ δι' ὀλίγων νουθετήσαντες ἐπαιδεύσαμεν ὑμᾶς, ἀδελφαὶ καὶ θυγατέρες καὶ μέλη ἡμῶν, ὡς σοφαὶ καὶ αὐταὶ ἀλοιδόρητοι τὸν βίον διαμείνατε· ἐκζητεῖτε μαθήματα γνῶναι, δι' ὧν δυνήσεσθε τῇ τοῦ κυρίου ἡμῶν ἐγγίσαι βασιλείᾳ εὐαρεστοῦσαι, καὶ ἀναπαύσεσθαι εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

---

poribus ad balneas non accedere. Siquidem lavacra in adultis virginibus & juvenculis viduis Hieronymo diſplicent. Tertullianus verò de Corona 3. oſtendit fideles ſui temporis ex die Baptiſmi, lavacro quotidiano per totam hebdomadam abſtinuiſſe; & cap. 1. De jejuniis commemorat lavacri abſtinentiam congruentem arido victui ſeu jejunii xerophagiis: ſecundùm illa verba S. Auguſtini Epiſt. 118. *Jejunia ſimul & lavacra tolerare non poſſunt.* Et libro de pœnitentia cap. 11. pœnitentes appellat illotos & ſordulentos: ἀλουσίας τῷ χρόνῳ ἀσκούμενοι ait Sozomenus lib. 7. cap. 16. Hiſt. Eccl. qua de re vide Pacianum in Paræneſi ad pœnitentiam. Addo tempus Euchariſtiæ, ex Reſponſis Theodori Balſamonis ad Interrogationes Marci Alexandrini num. 11. Juris Græco-Romani lib. 5. necnon tempus publicæ calamitatis, ex Tertull. Apolog. 40. Abſit modò ab hujuſmodi vel uſu vel abſtinentiâ ſuperſtitio: qualis in uſu reprehenditur à ſæpè laudato Tertulliano de Oratione cap. 11. plerorumque, qui ad omnem orationem etiam cum lavacro totius corporis aquam ſumebant, in commemorationem Dominicæ deditionis; & ab Attone Epiſcopo Vercellenſi Capitularis cap. 76. eorum qui *in aqua ſanctificata balneum ſumebant pro aliqua infirmitate vel neceſſitate.* 8. Tomo Spicilegii: qualiſque in abſtinentia arguitur tum à Gregorio Papa jam citato, prædicantium nemini licere diebus Dominicis corpus lavare, etiam exigente neceſſitate; tum à pariter citato Papa Nicolao, Græcorum, quartâ & ſextâ feriâ balneum omnino prohibentium. Certè, ſi ea quoque juvat cognoſcere, Pythagoras vetuit uſum balnei; abhorruerunt à lavacris quidam Idolorum cultores; non licuit militibus ire in balneas; dieſque certi fuerunt apud Paganos, quibus lavari erat nonnullis religio. Primum docemur ab Æliano variæ Hiſtoriæ lib. 4. cap. 17. ſecundum, à Clemente Alexandrino in Admonitione ad Gentes p. 58. tertium, ab Ælio Lampridio ſcriptore vitæ Alexandrini Severi; poſtremum, à Tertulliano I. ad Nationes 13. & à Plutarcho in Quæſtionibus Romanis, Edit. Pariſ. Græco-Lat. T. 2. p. 285. Poſtea noſter Conſtitutor rejecto meridie, opportunæ lavationi definit horam decimam: quia ſcilicet à moderationibus ei rei aſſumebantur tempora veſpertina: id quod certius eſt, quàm ut probationis ullius indigeat. COT.

32. Οὐαὶ γὰρ, φησὶ, δι' οὗ τὸ ὄνομά μου βλασφημεῖται ἐν τοῖς ἔθνεσιν.] Eodem modo lib. 3. cap. 5. Capite autem 24. libri 7. δι' ὑμᾶς τὸ ὄνομά μου βλασφημεῖται ἐν τοῖς ἔθνεσι. Vulgò, δι' ὑμᾶς διαπαντὸς τὸ ὄνομά μου βλασφημεῖται ἐν τοῖς ἔθνεσι. S. Ignatius Epiſtolâ ad Trallianos cap 8. οὐαὶ δι' οὗ ἐπὶ ματαιότητι τὸ ὄνομά μου ἐπὶ τινῶν βλασφημεῖται. Ejus Interpolator ibidem, quemadmodum Conſtitutiones hoc in loco. S. Polycarpus Epiſtolæ ſuæ cap. 10. *Væ illi per quem nomen Domini blaſphematur.* Ex Athanaſio, Apologiâ ad Conſtantium p. 693. ac Gregorio Nyſſeno Serm. 3. de Oratione Dominica, & libro de profeſſione Chriſtiana, οὐαὶ. δι' ὃς τὸ ὄνομά μου βλασφημεῖται, ἐν τοῖς ἔθνεσι. Johannes Chryſoſtomus Homil. 7. in Geneſim, οὐαὶ ὑμῖν, ὅτι δι' ὑμᾶς τὸ ὄνομά μου βλασφημεῖται ἐν τοῖς ἔθνεσι. Homil. ξζ. in Johannem, οὐαὶ τῷ δι' ἐμοῦ ὄντι, δι' οὗ τὸ ὄνομα τοῦ Θεοῦ βλασφημεῖται. Et Homil. 46. in Acta Apoſtolorum, οὐαὶ ὑμῖν. δι' ὃς τὸ ὄνομα τοῦ Θεοῦ βλασφημεῖται. In Confeſſione S. Patricii, quam in lucem emiſit Jacobus Waræus; *Væ homini per quem nomen Domini blaſphematur.* Deniqne Concilii Turonenſis 1. Canone 1. *Væ eis, per quos nomen Dei blaſphematur.* Ibid. Iſ. 52. 5.

ΚΕΦΑΛΑΙΑ

τοῦ δευτέρου βιβλίου.

α. Ὅτι χρὴ τὸν ἐπίσκοπον εἶναι πεπαιδευμένον, καὶ ἔμπειρον τοῦ λόγου.

β. Οἷον εἶναι χρὴ τὸν ἐπίσκοπον, καὶ τοὺς λοιποὺς κληρικούς.

γ. Τίνα χρὴ δοκιμάζεσθαι τὸν ἐπίσκοπον προχειριζόμενον.

δ. Ὅτι οὐχ ἑκάστῃ χήρᾳ δεῖ μεταδιδόναι, ἀλλ' ἔσθ' ὅτι καὶ τὴν ὕπανδρον προκρίνειν, καὶ ὅτι καταφαγῷ, μεθύσῳ, ἀργῷ, οὐ μεταδιδόναι χρή.

ε. Ὅτι χρὴ ἀπροσωπόληπτον εἶναι τὸν ἐπίσκοπον ἐν τῷ κρίνειν, καὶ τὸ ἦθος μέτριον, καὶ τὴν δίαιταν συνεσταλμένον.

ϛ. Περὶ τοῦ μὴ εἶναι τὸν ἐπίσκοπον αἰσχροκερδῆ, μήτε ἢ ἐγγυᾶσθαι, ἢ συνηγορεῖν.

ζ. Οἷον χρὴ εἶναι τὸν μεμυημένον.

η. Περὶ συκοφαντουμένου, ἤτοι ἐλεγχομένου.

θ. Ὅτι ἀδωροδόκητον εἶναι χρὴ τὸν ἐπίσκοπον.

ι. Ὅτι ὁ ἐπίσκοπος ἀκρίτως φειδόμενος τοῦ ἡμαρτηκότος, ὑπαίτιος γίνεται.

ια. Ὅπως χρὴ τὸν ἐπίσκοπον κρίνειν τοὺς ἁμαρτάνοντας.

ιβ. Διδασκαλία, ὅπως χρὴ προσφέρεσθαι τοῖς μετανοοῦσι.

ιγ. Ὅτι φεύγειν χρὴ τῶν ἁμαρτημάτων τὴν πεῖραν.

ιδ. Περὶ τῶν λεγόντων μὴ δέχεσθαι μετανοοῦντα, καὶ ὅτι δίκαιος κἂν σύνεστιν ἁμαρτωλῷ, οὐ συναπόλλυται αὐτῷ.

ιε. Ὅτι οὐ χρὴ τὸν ἱερέα μήποτε παρορᾷν τὰ ἁμαρτήματα, μήτε πρόχειρον εἶναι ἐν τῷ τιμωρεῖσθαι.

ιϛ. Περὶ μετανοίας, καὶ τίς αὐτῆς ὁ τρόπος, καὶ ὅπως κατορθοῦται.

ιζ. Ὅτι ἀνεπίληπτον εἶναι χρὴ τὸν ἐπίσκοπον, ὡς τύπον τῶν ἀρχομένων.

ιη. Ὅτι χρὴ τὸν ἐπίσκοπον φροντίζειν, ὅπως ὁ λαὸς μὴ πλημμελῇ, διὰ τὸ εἶναι αὐτὸν σκοπόν.

ιθ. Ὅτι καὶ ὁ ποιμὴν ἀμελῶς φερόμενος περὶ τὰ πρόβατα, δίκην τίννυσιν. καὶ τὸ πρόβατον μὴ πειθαρχοῦν τῷ ποιμένι, κολάζεται.

κ. Ὅπως χρὴ τοὺς ἀρχομένους πειθαρχεῖν τοῖς ἄρχουσιν ἐπισκόποις.

κα. Ὅτι κίνδυνος μονομερῆ κρίσιν ποιήσασθαι. καὶ τιμωρίαν ὁρίσαι κατὰ τοῦ μηδέπω ἐλεγχθέντος.

κβ. Ὅτι μέγα παράδειγμα μετανοίας πρόκειται Δαβίδ, καὶ Νινευῖται, Ἐζεχίας τε καὶ ὁ τούτου υἱὸς Μανασσῆς.

κγ. Πρὸς τοὺς ἐκ καταφρονήσεως ἁμαρτάνοντας ἔστω παράδειγμα Ἀμών.

κδ. Ὅτι Χριστὸς Ἰησοῦς κύριος παρεγένετο ἁμαρτωλοὺς σῶσαι διὰ μετανοίας.

κε. Περὶ ἀπαρχῶν καὶ δεκατῶν, καὶ ὅπως ὀφείλει ὁ ἐπίσκοπος, ἢ αὐτὸς μεταλαμβάνειν ἐξ αὐτῶν, ἢ ἑτέροις διανέμειν.

κϛ. Εἰς τίνος τύπον καὶ ἀξίαν ἕκαστος τῶν ἐν τῷ κλήρῳ τέτακται παρὰ Θεοῦ.

κζ. Ὅτι φρικῶδες, ἄνθρωπον ἑαυτὸν ἐπιρρίπτειν ἀξιώματί τινι ἱερατικῷ· ὡς οἱ Κορεῖται, ὡς Σαοὺλ, ὡς Ὀζίας.

κη. Περὶ δοχῆς, καὶ ὅπως χρὴ ἕκαστον τάγμα τοῦ κλήρου ὑπὸ τῶν προσκαλουμένων τιμᾶσθαι.

CAPITA

Libri ſecundi.

I. Quòd oporteat Epiſcopum eſſe eruditum, & in ſermone exercitatum.

II. Qualem eſſe oporteat Epiſcopum, & reliquos Clericos.

III. In quibus probandus ſit qui deſignatur in Epiſcopum.

IV. Quòd non cuilibet viduæ ſit largiendum; ſed quandoque ſit anteponenda nupta; & quòd voraci, ebrioſo, pigro, eleemoſyna non ſit præbenda.

V. Quòd non oportet Epiſcopum in judicio eſſe acceptorem perſonarum; quodque debeat eſſe moribus moderatis, & victu frugali.

VI. Epiſcopus ne ſit turpi lucro deditus, nec fidejuſſor, nec advocatus.

VII. Qualem oporteat eſſe eum qui per Baptiſmum eſt initiatus.

VIII. De eo qui in calumniam, vel reprehenſionem incurrit.

IX. Epiſcopum non debere eſſe muneribus pervium.

X. Quòd Epiſcopus qui temerè parcit peccatori, culpâ non careat.

XI. Quo modo oporteat peccatores ab Epiſcopo judicari.

XII. Doctrina de modo quo pœnitentes tractandi ſunt.

XIII. Fugiendam eſſe delictorum experientiam.

XIV. De iis qui affirmant non debere recipi pœnitentem; & de juſto, quòd licèt cum peccatore verſetur, non tamen cum eo pereat.

XV. Quòd Sacerdos nec peccata negligere debeat, nec promptus eſſe ad vindictam.

XVI. De pœnitentia, & quis illius modus, & quo pacto peragatur.

XVII. Epiſcopum debere eſſe irreprehenſibilem, utpote formam ſubjectorum.

XVIII. Quòd oporteat Epiſcopum curare, ne peccet plebs, quia ipſe eſt ſpeculator.

XIX. Quòd paſtor ovium negligens, pœnas ſolvat; & ovis non obediens paſtori, puniatur.

XX. Quo modo ſubjecti, præpoſitis ſibi Epiſcopis obedire debeant.

XXI. Quòd periculum ſit, unâ tantùm parte auditâ judicare, & pœnam decernere contra eum qui nondum convictus eſt.

XXII. Quòd magnum pœnitentiæ exemplum in Davide proponatur; item in Ninivitis, in Ezechia, & in filio illius Manaſſe.

XXIII. In eos, qui ex contemptu peccant, exemplum ſit Amon.

XXIV. Quòd Chriſtus Jeſus Dominus ideo advenit, ut per pœnitentiam ſervaret peccatores.

XXV. De primitiis & decimis; & quo modo debeat Epiſcopus, ex eis vel ipſe accipere, vel aliis diſtribuere.

XXVI. Ad cujus formam & dignitatem unuſquiſque de Clero, à Deo ſit ordinatus.

XXVII. Quòd horrenda res ſit, hominem immittere ſe in aliquam dignitatem ſacerdotalem; ut Coritæ, ut Saül, ut Ozias.

XXVIII. De convivio; & qua ratione quilibet Cleri ordo à vocatoribus honorandus ſit.

XXIX. Quæ ſit dignitas Epiſcopi, & Diaconi.	κθ'. Τίς ἡ ἀξία τοῦ ἐπισκόπου, καὶ τοῦ διακόνου.
XXX. Quo modo oportet Laicos obedire Diaconis.	λ'. Ὅπως χρὴ τοὺς λαϊκοὺς πειθαρχεῖν τοῖς διακόνοις.
XXXI. Quòd non oporteat Diaconum ſine Epiſcopo quidquam facere.	λα'. Ὅτι μὴ χρὴ τὸν διάκονον ἄνευ τοῦ ἐπισκόπου τι πράττειν.
XXXII. Quòd non oporteat ut Diaconus præter voluntatem Epiſcopi det cuipiam; id enim in calumniam Epiſcopi ceſſurum.	λβ'. Ὅτι μὴ χρὴ τὸν διάκονον παρὰ γνώμην τοῦ ἐπισκόπου διδόναι τινί, ἐπὶ διαβολῇ γὰρ τοῦ ἐπισκόπου τοῦτο πράξει.
XXXIII. Quo modo oporteat ſacerdotes, utpote patres ſpirituales, honorare ac veneratione dignos habere.	λγ'. Ὅπως χρὴ τιμᾶσθαι τοὺς ἱερεῖς, καὶ σεπτοὺς ἡγεῖσθαι, πνευματικοὺς ὄντας γονεῖς.
XXXIV. Quòd principibus ac regibus præſtantiores ſint ſacerdotes.	λδ'. Ὅτι τῶν ἀρχόντων καὶ βασιλέων εἰσὶ κρείττους οἱ ἱερεῖς.
XXXV. Quòd Judaicæ leges, & Evangelium, præcipiant munerum oblationem.	λε'. Ὅτι παραγγέλλονται οἱ νόμοι καρποφορεῖν· ὡσαύτως καὶ τὸ εὐαγγέλιον.
XXXVI. Commemoratio decem Dei mandatorum, & quo modo ea hîc ediſſerunt.	λϛ'. Ὑπόμνησις τῶν δέκα τοῦ Θεοῦ λογίων, καὶ ὅπως αὐτὰ ἐνταῦθα διαγορεύουσι.
XXXVII. De accuſatoribus & delatoribus; & quòd judex non debeat illis facilè credere, vel non credere, ſed adhibitâ diligenti inquiſitione.	λζ'. Περὶ κατηγόρων καὶ συκοφαντῶν· καὶ ὅπως χρὴ μὴ προχείρως πιστεύειν ἢ ἀπιστεῖν τισὶ τὸν κριτήν, ἀλλὰ μετὰ ἀκριβοῦς ἐξετάσεως.
XXXVIII. Quòd oporteat delinquentes privatim arguere, & pœnitentes recipere, ſecundùm conſtitutionem Domini.	λη'. Ὅτι χρὴ τοὺς ἁμαρτάνοντας ἰδιάζοντας ἐξελέγχειν, καὶ τοὺς μετανοοῦντας προσδέχεσθαι, κατὰ τὴν τοῦ κυρίου διάταξιν.
XXXIX. Exempla pœnitentiæ.	λθ'. Παραδείγματα περὶ μετανοίας.
XL. Quòd non oporteat hoſtiliter affici erga illum qui ſemel vel iterum peccavit.	μ'. Ὅτι οὐ χρὴ ἐχθρωδῶς διακεῖσθαι περὶ τὸν ἅπαξ ἢ δεύτερον ἁμαρτάνοντα.
XLI. Quo modo oporteat recipere pœnitentem, & quo modo agere cum peccatoribus, & quando ab Eccleſia abſcindere.	μα'. Ὅπως δεῖ προσίεσθαι τὸν μετανοοῦντα, καὶ ὅπως διαγίνεσθαι πρὸς ἁμαρτάνοντας, καὶ πότε ἐκκόπτειν τῆς ἐκκλησίας.
XLII. Judicem non debere eſſe acceptatorem perſonarum.	μβ'. Ὅτι χρὴ ἀπροσωπόληπτον εἶναι τὸν κριτήν.
XLIII. Quo modo oporteat punire calumniatores.	μγ'. Ὅπως χρὴ τοὺς συκοφάντας τιμωρεῖσθαι.
XLIV. Quòd debeat Diaconus ſublevare onus Epiſcopi, & leviora quæque dirigere.	μδ'. Ὅτι χρὴ τὸν διάκονον ἐπικουφίζειν τὸ βάρος τοῦ ἐπισκόπου, καὶ διευθύνειν τὰ κουφότερα.
XLV. Quòd non conveniant Chriſtianis controverſiæ & altercationes.	με'. Ὅτι μὴ πρέπουσι Χριστιανοῖς ἀντιλογίαι καὶ διαπληκτισμοί.
XLVI. Quòd non oporteat fideles apud infideles litigare; neque ex his quempiam vocare in teſtimonium adversùs Chriſtianos.	μϛ'. Ὅτι οὐ χρὴ τοὺς πιστοὺς ἐπὶ τῶν ἀπίστων δικάζεσθαι, ὅτι μηδὲ ἐξ αὐτῶν τινα καλεῖν εἰς μαρτυρίαν τῶν Χριστιανῶν.
XLVII. Quòd oporteat in ſecundâ Sabbatorum, forum agere.	μζ'. Ὅτι χρὴ ἐν δευτέρᾳ σαββάτων ποιεῖσθαι τὰς δίκας.
XLVIII. Quòd non oporteat eamdem pœnam in omni delicto irrogare, ſed variam, pro varietate delinquentis.	μη'. Ὅτι μὴ χρὴ ταύτην ἐπάγειν τιμωρίαν ἐπὶ πάσης πλημμελείας, ἀλλὰ διάφορον, πρὸς τὸ διάφορον τοῦ ἁμαρτάνοντος.
XLIX. Quales eſſe decet accuſatores, & teſtes.	μθ'. Ὁποίους εἶναι χρὴ τοὺς κατηγόρους, καὶ μάρτυρας.
L. Quòd uſu veniat, ut conjecturâ ex prioribus malis ductâ, aliquis facilè credatur poſteriora deſignaſſe.	ν'. Ὅτι ἐγχωρεῖ τινα καὶ ἐκ προτέρων κακῶν μὴ ἀπιστεῖσθαι τὰ δεύτερα.
LI. Quòd non oporteat in judicando, uni parti favere.	να'. Ὅτι οὐ χρὴ μονομερῶς τὰς κρίσεις ποιεῖσθαι.
LII. Exemplum juſti judicii capiatur de cautione quam in Sententiis judices Gentiles adhibent.	νβ'. Παράδειγμα τοῦ δικαίου κρίματος ἡ τῶν ἔξωθεν δικαστῶν περὶ τὰς ἀποφάσεις ἀσφάλεια.
LIII. Quòd non oporteat fideles inter ſe diſcordare.	νγ'. Ὅτι μὴ χρὴ κατ' ἀλλήλων ἔχειν τοὺς πιστούς.
LIV. Quòd oporteat Epiſcopos de pace per Diaconum populo in memoriam ſuggerere.	νδ'. Ὅτι χρὴ τοὺς ἐπισκόπους τὰ περὶ εἰρήνης διὰ τοῦ διακόνου ὑπομιμνήσκειν τῷ λαῷ.
LV. Enumeratio variæ providentiæ, & quemadmodum ab initio Deus per ſingulas generationes ad pœnitentiam omnes homines vocavit.	νε'. Ἀπαρίθμησις διαφόρου προνοίας, καὶ ὅπως ἐξ ἀρχῆς καθ' ἑκάστην γενεὰν ἐκάλεσεν ὁ Θεὸς εἰς μετάνοιαν πάντας.
LVI. Quòd voluntas Dei ſit, ut omnes homines in pietate conſentiant, inſtar cœleſtium Virtutum.	νϛ'. Ὅτι θέλημα Θεοῦ, ὁμόφρονας εἶναι τοὺς ἀνθρώπους περὶ τὴν εὐσέβειαν, παραπλησίως τῶν ἐν οὐρανῷ δυνάμεων.
LVII. Deſcriptio Eccleſiæ, & Cleri; & quid facere debeat, unuſquiſque Clericus vel Laicus, in Synaxi congregatus.	νζ'. Διατύπωσις ἐκκλησίας καὶ κλήρου, καὶ τί ἕκαστος ἐπιτελεῖν ὀφείλει τῶν συναθροιζομένων κληρικῶν ἢ λαϊκῶν ἐν τῇ συνάξει.
LVIII. De hominibus commendatis, peregrinis ſcilicet, Laicis, Clericis, aut Epiſcopis; & quod ſine differentia ſint recipiendi qui Eccleſiam ingrediuntur.	νη'. Περὶ συστατικῶν, ἤτοι ξένων, λαϊκῶν, κληρικῶν, ἐπισκόπων· καὶ ὡς οὐ χρεία διαφορᾶς.
LIX. Quòd debeat unuſquiſque manè & veſperè, Collectarum eſſe ſtudioſis.	νθ'. Ὅτι χρὴ ἕκαστον ὄρθρου καὶ ἑσπέρας σπουδαῖον εἶναι περὶ τὰς συνάξεις.
LX. Exemplum ad æmulationem inducens;	ξ'. Παράδειγμα πρὸς ζῆλον ἐνάγον. ἡ Ἑλλήνων καὶ Ἰου-

Ἰουδαίων μάταιος συνδρομὴ ἐπὶ τοὺς ναοὺς καὶ τὰς συναγωγάς.

ξα'. Ὅτι οὐχ ὅσιον προκρίνειν τὰ βιωτικὰ τῶν θείων.

ξβ'. Ὅτι πάντα τὰ Ἑλλήνων ἀσεβήματα ἀποστρέφεσθαι χρή.

ξγ'. Ὅτι ἀργὸν οὐ χρὴ ἐσθίειν τινὰ τῶν πιστῶν· ὡς οἱ περὶ Πέτρον ἁλιεῖς, καὶ οἱ λοιποὶ ἀπόστολοι, οἱ δὲ περὶ Παῦλον καὶ Ἀκύλαν σκηνοποιοί, οἱ δὲ περὶ Ἰούδαν Ἰακώβου γῆς ἐργάται.

vanus Gentilium, & Judæorum ad delubra & ſynagogas concurſus.

LXI. Quòd non ſit fas anteponere divinis ſæcularia.

LXII. Quòd oporteat omnes impietates Gentilium averſari.

LXIII. Quòd inter fideles qui otioſus fuerit, non debeat comedere: Petrus enim fuit piſcator, & reliqui Apoſtoli; Paulus autem & Aquila artifices tabernaculorum; Judas vero Jacobi, agricola.

ΒΙΒΛΙΟΝ ΔΕΥΤΕΡΟΝ.

Περὶ ἐπισκόπων, πρεσβυτέρων, καὶ διακόνων.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ α'.

Ὅτι χρὴ τὸν ἐπίσκοπον εἶναι πεπαιδευμένον, καὶ ἔμπειρον τοῦ λόγου.

Περὶ δὲ τῶν ἐπισκόπων ἠκούσαμεν παρὰ τοῦ κυρίου ἡμῶν, τὸν ποιμένα τὸν καθιστάμενον ἐπίσκοπον εἰς τὰς ἐκκλησίας ἐν πάσῃ παροικίᾳ, * δεῖ ὑπάρχειν ἀνέγκλητον, ἀνεπίληπτον, ἀλλότριον πάσης ἀδικίας ἀνθρώπων, [33] οὐκ ἔλαττον ἐτῶν πεντήκοντα· * ἔτι τρόπῳ τινὶ τὰς νεωτερικὰς ἀταξίας καὶ τὰς ἔξωθεν διαβολὰς ἐκπέφευγε, πρὸς τὰς τινῶν ψευδαδέλφων εἰς πολλοὺς ἐπιφερομένας βλασφημίας, οὐ γινωσκόντων ῥῆμα Θεοῦ τὸ ἐν τῷ εὐαγγελίῳ· Ὃς ἂν λαλήσῃ ῥῆμα ἀργὸν, ἀποδώσει περὶ αὐτοῦ λόγον τῷ κυρίῳ ἐν ἡμέρᾳ κρίσεως. Καὶ πάλιν· Ἐκ τῶν λόγων σου δικαιωθήσῃ, καὶ ἐκ τῶν λόγων σου καταδικασθήσῃ. Ἔστω οὖν πεπαιδευμένος καὶ ἔμπειρος τοῦ λόγου, καθῆκον τῇ ἡλικίᾳ. Εἰ δὲ καὶ ἐν παροικίᾳ μικρᾷ ὑπαρχούσῃ τις προβεβηκὼς τῷ χρόνῳ μὴ εὑρίσκηται, μεμαρτυρημένος ὑπὸ τῶν συνόντων αὐτῷ, ὡς ἄξιος ἐπισκοπῆς, διὰ τῆς νεότητος ἐν πραότητι καὶ εὐταξίᾳ γῆρας ἐπιδεικνύμενος δοκιμασθεὶς, εἰ ὑπὸ τῶν τοιούτων μαρτυρεῖται,

* f. διὰ

* f. ὅτι

LIBER SECUNDUS.

De Epiſcopis, Presbyteris, & Diaconis.

CAPUT PRIMUM.

Quòd oporteat Epiſcopum eſſe eruditum, & in ſermone exercitatum.

De Epiſcopis vero ex Domino noſtro audivimus, eum qui Paſtor & Epiſcopus in aliqua Eccleſia & Parœcia ſit conſtitutus, oportere eſſe *ſine crimine*, *irreprehenſibilem*, ab omni humana iniquitate liberum, nec minorem annis quinquaginta: tunc enim juveniles impetus quodammodo effugit, ideóque & Ethnicorum calumnias, inſupérque obtrectationes quas falſi quidam fratres ſolent multis inferre, dum ignorant Dei vocem, in Evangelio poſitam; *Quicunque locutus fuerit verbum otioſum, reddet rationem de eo in die judicii.* Et iterum: *Ex verbis tuis juſtificaberis, & ex verbis tuis condemnaberis.* Sit ergo Epiſcopus doctus & ſermonis peritus, uti decet eam ætatem. Quod ſi in quapiam parva Parœcia ætate provectus non reperiatur, & ſit aliquis juvenis, quem Epiſcopatu dignum judicent contubernales, quique in adoleſcentia ſenilem manſuetudinem ac diſciplinam oſtenderit; is teſtimonio il-

Tit. 1. 7. 1. Tim. 3. 2.

Mat. 12. 36.

Ib. 37.

33. Οὐκ ἔλαττον (ſic lego) ἐτῶν πεντήκοντα.] Minùs ut habeat admirationis Conſtitutio, facit hoc Siricii Decretum Epiſt. 1. cap. 9. *Quicumque ſe Eccleſiæ vovit obſequiis, à ſua infantia ante pubertatis annos baptizari, & Lectorum debet miniſterio ſociari: qui ab acceſſu adoleſcentiæ uſque ad triceſimum ætatis annum, ſi probabiliter vixerit, unâ tantum, & eâ quam virginem communi per Sacerdotem benedictione perceperit, uxore contentus; Acolythus, & Subdiaconus eſſe debebit: poſt quæ ad Diaconii gradum, ſi ſe ipſe primitus continentiâ præeunte dignum probârit, accedat: ubi ſi ultra quinque annos laudabiliter miniſtraverit, congruè Presbyterium conſequetur: & exinde poſt decennium Epiſcopalem Cathedram poterit adipiſci; ſi tamen per hæc tempora integritas vitæ ac fidei ejus fuerit approbata.* Cui adjiciet qui volet Canonem ſuppoſititium Sylveſtri Papæ. In Canonibus Hibernicis, Spicilegio 9. p. 4. *Presbyter anno triceſimo: Epiſcopus vel triceſimo, vel quadrageſimo, vel quinquageſimo Sacerdos eſſe ſatur.* Item; *quadrageſimo anno Presbyter, quinquageſimo Epiſcopus fiet.* Gregorius magnus Dialogorum lib. 2. cap. 2. *Per Moyſem in Exodo* (duæ hæ voces rectè abſunt à Verſione Græcâ, & à MSS. tum duobus Regiis, tum uno V. Cl. Claudii Joli Canonici Pariſienſis. Neque enim ad Exodum, ſed ad Numeros reſpicit ſummus Pontifex) *præcipitur, ut Levitæ à viginti quinque annis & ſuprà miniſtrare debeant, ab anno verò quinquageſimo cuſtodes vaſorum fiant. Liquet quod in juventute carnis tentatio ferveat, ab anno autem quinquageſimo calor corporis frigeſcat: vaſa autem ſacra ſunt fidelium mentes. Electi ergo cùm adhuc in tentatione ſunt, ſubeſſe eos ac ſervire neceſſe eſt, & obſequiis laboribuſque fatigari. Cùm verò jam mentis ætate tranquilla calor receſſerit tentationis; cuſtodes vaſorum ſunt, quia doctores animarum ſiunt.* Quamquam Canonibus multis, & Edictis Principum requiratur ſolummodo ad Epiſcopatum ſuſcipiendum ætas annorum triginta, vel triginta quinque, vel ſupra triginta: neceſſitate ac ſummâ virtute ſemper exceptis; quemadmodum docetur, de neceſſitate, in Epiſtola Zachariæ Papæ ad Bonifacium Archiepiſcopum decimatertia, & in Concilio Lateranenſi ſub Alexandro 3. cap. 3. De eximia virtute, exemplis præcipuè S. Eleutherii Illyrici apud Nicephorum Hiſtor. lib. 3. cap. 29. & S. Remigii Remenſis in Vita illius; quorum primus annum agens 20. alter 22. ad ſummum ſacerdotium provecti fuêre. ὡς ὁ νέος ἐπαινετὸς, τὸ ἀνάπαλιν, præclara eſt B. Gregorii Theologi ſententia Orat. 39. uſurpata deinde ab illo Concilio Conſtantinopolitano quod in templo SS. Apoſtolorum congregatum fuit, Canone ultimo. Notatus fuit memoriæ lapſus in Hippolyto Thebano Auctore vulgato Parte 2. Tom. 3. Antiquæ Lectionis Henrici Caniſii, quando ſub initium Chronici ſui ſcribit, ὅτε ὁ κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς λ'. χρόνους ἐν τῇ παιδικῇ αὐτοῦ χρόνους διῆλθε. μετὰ δὲ τὸ βάπτισμα ἐξελέξατο ἑαυτῷ τοὺς μαθητάς. ἐκήρυξαν σὺν αὐτοῖς τὴν βασιλείαν αὐτοῦ μέχρι τοῦ σωτηρίου πάθους ἔτη γ'. Διὸ καὶ οἱ ἐν Νικαίᾳ κανόνες τιη'. θεοφόρων πατέρων παραδεδώκασιν, πρὸ τριάκοντα ἐτῶν μηδένα χειροτονεῖσθαι πρεσβύτερον. ἀρκετὸν γὰρ, φησι, τῷ μαθητῇ. ἵνα γένηται ὡς ὁ διδάσκαλος αὐτοῦ, καὶ ὁ δοῦλος ὡς ὁ κύριος αὐτοῦ. Id eſt, *Sic Dominus Jeſus Chriſtus triginta annos in ætate ſua juvenili tranſegit. Poſt Baptiſmum autem delegit ſibi Diſcipulos, prædicant cum illis regnum ſuum, uſque ad ſalutiferam Paſſionem annis tribus. Ideoque Nicæna Synodi trecentorum duodeviginti & venerum Patrum Canones decernunt, ut ante annum 30. nemo ordinetur Presbyter. Sufficit enim, inquit Scriptura, diſcipulo, ut ſit ſicut magiſter ejus, & ſervo, ſicut dominus ejus.* Nihil enim tale in Concilio Nicæno. Sed Canon XI. Neocæſarienſis ita concipitur, πρεσβύτερος πρὸ τῶν τριάκοντα ἐτῶν μὴ χειροτονείσθω, ἐὰν καὶ πάνυ ᾖ ὁ ἄνθρωπος ἄξιος, ἀλλὰ ἀποτηρείσθω. ὁ γὰρ κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς ἐν τῷ τριακοστῷ ἔτει ἐφωτίσθη, καὶ ἤρξατο διδάσκειν. Mat. 10. 25.

COT. 34. Ἐν

Ignat. inter-pol. ad Magneſ. 3. 4. Reg. 22. & 12. illorum fretus, ſalvâ pace conſtituatur. Quippe Salomon annos natus duodecim, Iſraëlitarum rex fuit; & Joſias octavum tantùm agens annum, cum juſtitiâ regnavit; Joas pariter ſeptimo anno cœpit imperare. Quare etſi juvenis, tamen ſit mitis, verecundus & quietus: ait enim Dominus Deus per Eſaiam; Iſ. 66. 2. *Super quem reſpiciam, niſi ſuper humilem, & quietum, & trementem ſermones meos ſemper?* Matth. 5. 4. &c. Similiter & in Evangelio, ſic; *Beati mites; quoniam ipſi poſſidebunt terram.* Sit præterea miſericors; quia rurſus dictum eſt; *Beati miſericordes; quoniam ipſi miſericordiam conſequentur.* Ad hæc ſibi bene conſcius ſit, omnis malitiæ, vitii, ac iniquitatis purus: addit enim Scriptura; *Beati mundo corde; quoniam ipſi Deum videbunt.*

καθιστάσθω ἐν εἰρήνῃ. Καὶ γὰρ [34] Σολομὼν δωδεκαέτης τοῦ Ἰσραὴλ ἐβασίλευσε, καὶ Ἰωσίας ἐν δικαιοσύνῃ ὀκτὼ ἐτῶν ἐβασίλευσεν· ὁμοίως δὲ καὶ Ἰωὰς ἑπτὰ ἐτῶν ἦρξε τοῦ λαοῦ. Εἰ καὶ νέος, ἀλλὰ πρᾷος ὑπαρχέτω, δειλός τε καὶ ἡσύχιος· ὅτι λέγει διὰ τοῦ Ἡσαΐου Κύριος ὁ Θεός· Ἐπὶ τίνα ἐπιβλέψω, ἀλλ' ἢ ἐπὶ τὸν ταπεινὸν καὶ ἡσύχιον καὶ τρέμοντά μου τοὺς λόγους διαπαντός; ὁμοίως καὶ ἐν τῷ εὐαγγελίῳ οὕτω· Μακάριοι οἱ πρᾳεῖς, ὅτι αὐτοὶ κληρονομήσουσι τὴν γῆν. Ἔστω δὲ καὶ ἐλεήμων· ὅτι πάλιν εἴρηται· Μακάριοι οἱ ἐλεήμονες, ὅτι αὐτοὶ ἐλεηθήσονται. Γινέσθω δὲ καὶ εὐσυνείδητος, πάσης κακίας καὶ πονηρίας καὶ ἀδικίας κεκαθαρισμένος· ὅτι πάλιν εἴρηται· Μακάριοι οἱ καθαροὶ τῇ καρδίᾳ, ὅτι αὐτοὶ τὸν Θεὸν ὄψονται.

CAPUT II.

Qualem eſſe oporteat Epiſcopum, & reliquos Clericos.

1. Tim. 3. 2. Tit. 1. 7. Epiſcopus itaque ſit *ſobrius, pudicus, ornatus,* conſtans, ſedatus, *non vinolentus, non percuſſor, ſed modeſtus; non litigioſus, non argenti cupidus, non neophytus, ne in ſuperbiam elatus in judicium incidat* & laqueum *Diaboli:* Luc. 14. 11. *quia omnis qui ſe exaltat, humiliabitur.* Talem verò eſſe decet Epiſcopum; *unius uxoris* univiræ *virum, ſuæ domum bene præſidentem.* Per hæc ſiquidem probetur, cùm ordinationem accipiens, in Epiſcopatûs loco conſtituitur; an ſit reverendus, fidelis, & honeſtus: an uxorem pudicam ac fidelem, aut habeat, aut habuerit: an liberos piè educarit, in Domini diſciplina erudierit, & ad virtutem deduxerit: an ei domeſtici omnes honorem, reverentiam, ac obſequium præſtent: quando enim qui ſecundùm carnem ad illius familiam pertinent, ei nec concordant nec obtemperant; quo modo qui extranei ſunt, ſe ei ſubjicient, cùm curæ illius committentur.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ β'.

Οἷον εἶναι χρὴ τὸν ἐπίσκοπον, καὶ τοὺς λοιποὺς κληρικούς.

Ἔστω οὖν καὶ νηφάλιος, σώφρων, κόσμιος, εὐσταθής, ἀτάραχος, μὴ πάροινος, μὴ πλήκτης, ἀλλ' ἐπιεικής, ἄμαχος, ἀφιλάργυρος, μὴ νεόφυτος, ἵνα μὴ τυφωθεὶς, εἰς κρίμα ἐμπέσῃ, καὶ παγίδα τοῦ διαβόλου· ὅτι πᾶς ὁ ὑψῶν ἑαυτὸν ταπεινωθήσεται. Τοιοῦτον δὲ δεῖ εἶναι τὸν ἐπίσκοπον, [35] μιᾶς ἄνδρα γεγενημένον γυναικὸς μονογάμου, καλῶς τοῦ ἰδίου οἴκου προεστῶτα. Οὕτω γὰρ δοκιμαζέσθω, ὁπότ' αὐτὴν χειροτονίαν λαμβάνων καθίσταται ἐν τῷ τόπῳ τῆς ἐπισκοπῆς, εἰ ἔστι σεμνὸς, πιστὸς, καὶ κόσμιος· εἰ γυναῖκα σεμνὴν καὶ πιστὴν ἔχει, ἢ ἔσχηκεν· εἰ τέκνα θεοσεβῶς ἀναθρέψας καὶ ἐν νουθεσίᾳ Κυρίου παιδεύσας προήγαγεν· εἰ οἱ κατ' οἶκον αὐτοῦ ἐπιλαβόμενοι καὶ ἐντρεπόμενοι αὐτὸν ὑπήκοοι πάντες εἰσὶν αὐτῷ· εἰ γὰρ οἱ κατὰ σάρκα ἴδιοι αὐτοῦ, πρὸς αὐτὸν στασιάζουσι καὶ ἀπειθοῦσι, πῶς οἱ ἔξω τῆς οἰκίας αὐτοῦ ἴδιοι γενόμενοι αὐτῷ ὑποταγήσονται;

CAPUT III.

In quibus probandus ſit qui deſignatur in Epiſcopum.

Lev. 21. 17. Examinetur ergo, an in vitæ officiis nulli culpæ affinis ſit. Scriptum namque eſt; *Diligenter inſpicite an ſit ulla macula in eo, qui ad ſacer-*

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ γ'.

Τίνα χρὴ δοκιμάζεσθαι τὸν ἐπίσκοπον προχειριζόμενον.

Δοκιμαζέσθω οὖν, εἰ ἄμωμός ἐστι περὶ βιωτικὰς χρείας. Γέγραπται γάρ· Μωμοσκοπεῖσθε τὸν μέλλοντα εἰς ἱερωσύνην προχειρίζεσθαι. Τ[illegible]-

34. Σολομὼν δωδεκαέτης. τοῦ Ἰσραὴλ ἐβασίλευσε.] Idem ætatis Salomoni regnare incipienti tribuunt Eupolemus ab Euſebio Præparat. Evang. lib. 9. cap. 30. prolatus, Chryſoſtomus ad Ephes. III. 4. ac libro de educandis liberis per R. P. Franciſcum Combefiſium publici juris facto p. 94. Hieronymus Epiſt. 125. Quæſt. 2. Epiſt. 131 & 132. & ad Iſaiæ locum memoratum; Auctor ἐκλογῆς ἱστοριῶν cum Chronicis Euſebii à Scaligero editus, ubi de Salomone; Cedrenus & Zonaras in eodem Rege; Chronologia Hebræorum major cap. 14. aliique Rabbinorum Tractatus. item Epiſtola interpolata S. Ignatii ad Magneſianos cap. 3. & Epiſtola ſuppoſititia Mariæ Proſelytæ ad S. Ignatium cap. 3. Nec diverſa opinio Joſephi, quamvis aſſerat regnâſſe Salomonem annos octoginta, (perperam in verſione Rufini editâ, *quadraginta*, cùm à Græco non diſſentiant libri Regiæ Bibliothecæ) vixiſſe annos quatuor & nonaginta; hoc eſt, decimoquarto vitæ anno regnum inchoâſſe: quia videlicet non numerat primum Salomonici regni biennium, cum poſtremo Davidica conjunctum, ideoque Davidi potiùs adſcribendum quàm Salomoni. Sanè III. Regum II. 12. ad καὶ Σαλωμὼν ἐκάθισεν ἐπὶ θρόνου Δαυὶδ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ, in MS. Alexandrino additur ἐτῶν δώδεκα; & in quibuſdam Editionibus υἱὸς ἐτῶν δώδεκα, quam poſtremam lectionem è quatuor Regiis Codicibus tres ſervant. COT.

35. Μιᾶς ἄνδρα γεγενημένον γυναικὸς μονογάμου.] Circa Clericorum uxores multi loquuntur multa: nos quoque quædam infrà dicemus. Hic ſolummodo inveſtigamus, quare ſcripſerit Tertullianus de Exhortatione Caſtitatis cap. 7. Cautum in Levitico: *Sacerdotes mei non plus nubant, vel nubant, vel nubent.* De Monogamia 7. *Prohibet Lex, Sacerdotes denuo nubere.* Et Siricius Epiſt. 1. cap. 8. *Ubi illud eſt, quod Deus noſter datâ per Moſem Lege conſtituit, dicens; Sacerdotes mei ſemel nubant?* Ac Innocentius cap. 6. Epiſt. 2. *Nec is qui ſecundam duxit uxorem, Clericus fiat: quia ſcriptum eſt; Unius uxoris virum. Et iterum;* (In Collectione Creſconii, *alibi*;) *Sacerdotes mei ſemel nubant. Et alibi;* (Eadem Collectio, *iterum*;) *Sacerdotes mei non nubant ampliùs.* Epiſt. verò 23. cap. 5. *Scriptum eſt in Veteri Teſtamento; Uxorem virginem accipiat Sacerdos. Et alibi; Sacerdotes mei ſemel nubant.* Cùm nec in Levitico, nec in tota Lege, nec uſpiam Scripturarum, quidpiam ejuſmodi legatur. Et quidem dici poteſt; Siricium ex Tertulliano accepiſſe; ex Siricio ac Tertulliano Innocentium; huncque non ſine errore exiſtimâſſe locum à Siricio citatum diverſum eſſe à textu per Tertullianum prolato. Quapropter tota difficultas ad Scriptorem Afrum redit. Viſum Pamelio, adducta verba, eſſe aut adjectionem ad verſum 14. cap. 21. Levitici, aut interpretationem Symmachi vel Theodotionis. Ex ſententia autem Seldeni Uxoris Hebraicæ lib. 1. cap. 8. occaſionem errandi tribuit Tertulliano, quòd capite illo Levitici, mulier ſive uxor ſingulari numero efferatur; unde cùm Hebræi tamdem colligant non licere Pontifici maximo plures ſimul habere uxores, ille concluſit vetitas fuiſſe cunctis Sacerdotibus ſecundas nuptias. Addo ego his, Forſan à Tertulliano, non ad

Ὑπαρχέτω δὲ καὶ ἀόργητος· ὅτι λέγει ἡ σοφία· Ὀργὴ καὶ φρονίμους ἀπόλλυσιν. Ἔστω δὲ εὔσπλαγχνος, [illegible], ἀγαπητικός· ὅτι λέγει κύριος· Ἐν τούτῳ γνώσονται πάντες, ὅτι ἐμοὶ μαθηταί ἐστε, ἐὰν ἀγαπᾶτε ἀλλήλους. Ἔστω καὶ εὐμετάδοτος, φιλόχηρος, φιλόξενος, ὑπηρετικὸς, διακονικὸς, ἄσκυλτος, ἀνεπαίσχυντος, εἰδὼς τὸν μᾶλλον ὄντα ἄξιον ἀντιλήψεως.

dotium eſt eligendus. Sit igitur iræ vacuus; quia Sapientia dicit; *Ira etiam prudentes perdit.* Ad hæc, Prov. 15. 1. apud LXX. non ſit ſordidus, ſed miſericors & caritatis ſtudioſus: ait enim Dominus; *In hoc cognoſcent omnes* Joh. 13. 35. *quia diſcipuli mei eſtis, ſi diligatis invicem.* Sit quoque liberalis, viduis ac hoſpitibus benevolus, promptus ad miniſtrandum ac ſerviendum, infatigabilis, pravi pudoris expers; denique quis ſublevatione dignior ſit apprimè calleat.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ δ'.

Ὅτι οὐχ ἑκάστῃ χήρᾳ δεῖ μεταδιδόναι, ἀλλ' ἔσθ' ὅτι καὶ τὴν ὕπανδρον προκρίνειν, καὶ ὅτι καταφαγῷ, μεθύσῳ, ἀργῷ οὐ μεταδιδόναι χρή.

Εἰ γὰρ χήρα τις ὑπάρχουσα ἡ δυναμένη ἐπαρκεῖν ἐν τῷ βίῳ τὰ χρήσιμα, ἑτέρα δὲ οὐ χήρα, ἀλλ' ἐνδεὴς ὑπάρχει διὰ νόσον, ἢ παιδοτροφίαν, ἢ δι' ἀσθένειαν χειρῶν, ἐπὶ ταύτην μᾶλλον ἐκτεινάτω τὴν χεῖρα. Εἰ δέ τις ὡς καταφαγᾶς, ἢ μέθυσος, ἢ ἀργὸς, ἐν τοῖς βιωτικοῖς θλίβεται, οὐκ ἔστιν ἄξιος ἐπικουρίας, ὅτι μὴν ἐκκλησίας Θεοῦ. Λέγει γὰρ ἡ γραφὴ περὶ τούτων φάσκουσα, ὅτι κρύψας ὀκνηρὸς τὴν χεῖρα αὐτοῦ ὑπὸ τὸν κόλπον, οὐ δυνήσεται ἀπενεγκεῖν αὐτὴν εἰς τὸ στόμα αὐτοῦ. Καὶ πάλιν· Ὁ ἀργὸς περιέλαβεν τὰς χεῖρας αὐτοῦ, καὶ ἔφαγε τὰς σάρκας αὐτοῦ. Πᾶς γὰρ μέθυσος, καὶ πορνοκόπος, πτωχεύσει, καὶ ἐνδύσεται διερρηγμένα καὶ ῥακώδη πᾶς ὑπνώδης. Καὶ ἐν ἄλλοις· Ἐὰν δὲ εἰς τὰς φιάλας καὶ τὰ ποτήρια δῷς τοὺς ὀφθαλμούς σου, 36 ὕστερον περιπατήσεις γυμνότερος ὑπέρου. Ὡς ἀληθῶς γὰρ μήτηρ ἐστὶν ἡ ἀργία τοῦ λιμοῦ.

CAPUT IV.

Quòd non cuilibet viduæ ſit largiendum; ſed quandoque ſit anteponenda nupta; & quòd voraci, ebrioſo, pigro, eleemoſyna non ſit præbenda.

Etenim ſi aliqua vidua ſit, quæ ſibi ad vitam neceſſaria ſuppeditare poſſit; ſit verò alia mulier non vidua, quæ vel ob morbum, vel ob multitudinem liberorum, vel ob manuum infirmitatem, in egeſtatem deciderit; huic potiùs manum porrigat. Cùm autem aliquis, quia edax eſt, aut crapulæ deditus, aut otioſus, inopiâ victus premitur, is ſubſidium non meretur, immò nec Eccleſiâ Dei dignus eſt. De hujuſmodi enim loquens Scriptura ait; *Piger abſcondens manum ſuam in ſinum, non poterit eam ad os ſuum referre.* Et Prov. 19. 24. iterum; *Piger complexus eſt manus ſuas, & comedit carnes ſuas. Omnis enim ebrioſus, & ſcortator, mendicabit; & omnis ſomniculoſus laceris ac pannoſis induetur.* Et infrà; *Si autem in phialas & pocula dederis oculos tuos; poſtea ambulabis nudior piſtillo.* Verè enim pigritia mater eſt famis.

Eccl. 4. 5.
Prov. 23. 21.
Ib. 31. in LXX.
Pſeudo-Ignat. ad Tarſ. 9.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ε'.

Ὅτι χρὴ ἀπροσωπόληπτον εἶναι τὸν ἐπίσκοπον ἐν τῷ κρίνειν, καὶ τὸ ἦθος μέτριον, καὶ τὴν δίαιταν συνεσταλμένον.

Ἔστω δὲ ὁ ἐπίσκοπος ἀπροσωπόληπτος, μήτε πλούσιον ἐντρεπόμενος ἢ κολακεύων παρὰ τὸ προσῆκον, μήτε πένητα παρορῶν, ἢ καταδυναστεύων. Οὐ λήψῃ γὰρ, φησὶν ὁ Θεὸς τῷ Μωσεῖ, πρόσωπον πλουσίου, καὶ πένητα οὐκ ἐλεήσεις ἐν κρίσει. Ὅτι τοῦ κυρίου ἡ κρίσις. Καὶ πάλιν· Δικαίως διώξεις τὸ δίκαιον. * Τροφῇ καὶ ποτῷ λυσιτελὴς καὶ αὐτάρκης ὑπαρχέτω * ὁ ἐπίσκοπος, ἵνα * δυνηθῇ νήφειν πρὸς τὸ νουθετεῖν τοὺς ἀπαιδεύτους. Ἔστω δὲ μὴ δάπανος, μὴ τρυφητὴς, μὴ ἡδύβιος, μὴ χρηστοφάγος. Ἔστω δὲ ἀνεξίκακος, μακρόθυμος ἐν ταῖς νουθεσίαις, πολυδίδακτος, μελετῶν καὶ προσ-

* al. τροφῇ καὶ ποτῷ
* al. ἔστω ὁ ἐπίσκοπος
* al. δυνηθῇ

CAPUT V.

Quòd non oportet Epiſcopum in judicio eſſe acceptorem perſonarum: quodque debeat eſſe moribus moderatis, & victu frugali.

Epiſcopus verò non ſit perſonarum acceptator, neque talis qui divitem præter officium revereatur aut aduletur, pauperem verò deſpiciat vel opprimat. *Non* enim, inquit Dominus Moyſi; *perſonam divitis accipies; & pauperis non miſereberis in judicio. Quoniam Domini judicium eſt.* Et rurſum; *Juſte quod juſtum eſt perſequeris.* Cibo ac potu ſimplici & frugali utatur Epiſcopus, quò imperitorum admonitioni poſſit invigilare. Ne ſit ſumptuoſus, ne delicatus, ne voluptarius, ne cupediæ obnoxius. Sit clemens, & in monendo patiens; doctrinæ ſit multæ, libro-

Citatur à Cedreno. Vide Teſtimonia Veterum.
Lev. 19. 15.
Ex. 23. 3.
Deut. 1. 17.
Deut. 16. 20.

ad verbum, ſed ex præſumpto ſenſu Leviticum librum ita citari; vel quia legebat, ἄνθρωπος γυναῖκα παρθένον ἐκ τοῦ γένους αὐτοῦ λήψεται. pro παρθένον. Levit. XXI. 13. aut quia verſu 15. nonnihil repererat ſimile illi ex quo Arabicus Interpres fecit, *Et ne prophanet ſtirpem ſuam per aliam mulierem de gente ſua.* Vel denique quoniam putavit, virginitate uxoris oſtendi ἀγαμίαν mariti. COT.

36 *Ὕστερον περιπατήσεις γυμνότερος ὑπέρου.*] Proverb. XXIII. 31. Qui fit, inquies, ut ab Hebræo Græcum adeò diſcrepet? Dicam quod ſentio. Non legerunt LXX. במישרים? *in rectitudinibus*, ſeu *directè*, aut ut Vulgata *blandè*. Legerunt, במשורים? *in meditationibus*: hocque περιπατήσεις reddiderunt per Adagium γυμνότερος ὑπέρου, id eſt, *nudior piſtillo*. Fallitur quippe Auctor Catenæ à Peltano vulgatæ, ὕπερον exponendo *quoddam ſicci graminis ſimive genus, quod propter naturalem debilitatem nudum & leve admodum exſiſtit*; videturque ὕπερον cum ὑπερῴῳ confundere. Rectiùs Catena inedita, [illegible]. *Nudatus divina gratia plus quam lignum quidpiam, quod continuo ad obvia attritu ſuum amiſit corticem.* Et alia pariter manu ſcripta, γυμνὸς ἐξ ἄκρης ὡς τὸ ὕπερον. Exſtat de iſto Parabolarum textu difficilis ac fortè mancus atque explicandus hic locus Iſidori Peluſiotæ libro 4. Epiſtolâ 112. quam edidit corrupte Conradus Rittershuſius, correctiùs Andreas Schottus. Ecce illum: Ex Editione Rittershuſiana; καὶ τὸ ἐν ταῖς παροιμίαις· ὕστερον περιπατήσεις γυμνότερος ὑπέρου. [illegible] (in marg. f. γυμνότερος.) *Quod item in Proverbiis eſt. Tandem obambulabis nudior piſtillo.* ὕπερον *ſi eſt nomen. non enim dixit, Nudus aut Nudiſſimus, tamquam piſtillum, quod dici debebat, ſi quidem* ὑπερῷον *ſignificat. ſed nudiorem dixit.* Ex Schottiana verò; καὶ τὸ ἐν ταῖς παροιμίαις· ὕστερον περιπατήσεις γυμνότερος ὑπέρου, [illegible]. *Quod item in Proverbiis eſt: Tandem obambulabis nudior piſtillo ſuper quo ſtas. Siquidem comparativi eſt gradûs nomen: neque enim Nudus, vel Nudiſſimus dixit, tunc enim dixiſſe oportuit Tamquam piſtillum; ſed dixit Nudior* ὑπέρου *ſuper quo ſtas, ſive id Piſtillum ſive Tabulatum ſignificet.* Spiſſas utrobique tenebras. Sed ſenſum videre videor, dum poſt περιπατήσεις γυμνότερος ὑπέρου repeto è ſuperioribus verbum ἐάν. Niſi me mea fallit conjectura, vult Clariſſimus Scriptor, quamquam minùs probabiliter, legi non oportere in Proverbiis, γυμνότερος [illegible]

brorum Dominicorum cupidus meditator ac aſſiduus lector, quo Scripturas exactè interpretetur, Evangelium concordanter Prophetis ac Legi explicans; ſimiliter Evangelio conſonent interpretationes Legis & Prophetarum. Ait namque Do-
Joh. 5. 39. 46. minus Jeſus; *Scrutamini Scripturas; ipſæ enim ſunt, quæ teſtimonium perhibent de me.* Et poſt; *De me enim ſcripſit Moyſes.* Ante omnia autem ſit diviſor probus, qui Legem & Deuteroſim ſciat diſtinguere; & quid ſit lex fidelium, quid verò infidelium nexus, demonſtrare; ne quis in hos caſſes incidat. Habe igitur curam verbi, Epiſcope; ut poſſis omnia ad verbum interpretari, utque populum tuum multâ ac copioſâ doctrinâ nutrias, &
Oſ. 10. 12. illuſtratione Legis illumines. *Illuminate* enim *vobis*, ait Dominus, *lumen ſcientiæ, dum adhuc eſt tempus.*

δάζων ἐν ταῖς κυριακαῖς βίβλοις, πολὺς ἐν ἀναγνώσμασιν, ἵνα τὰς γραφὰς ἐπιμελῶς ἑρμηνεύῃ, ὁμοστοίχως τοῖς προφήταις καὶ τῷ νόμῳ τὸ εὐαγγέλιον ἑρμηνεύων· ὁμοίως τῷ εὐαγγελίῳ στοιχείτωσαν αἱ ἐκ νόμου καὶ προφητῶν ἑρμηνεῖαι. Λέγει γὰρ ὁ Κύριος Ἰησοῦς· Ἐρευνᾶτε τὰς γραφάς· ὅτι αὐταί εἰσιν αἱ μαρτυροῦσαι περὶ ἐμοῦ. Καὶ πάλιν· Περὶ γὰρ ἐμοῦ Μωσῆς ἔγραψε. Πρὸ πάντων δὲ διαστολεὺς ἀγαθὸς γινέσθω, νόμου καὶ δευτερώσεως διαιρῶν, καὶ δεικνύων τί ἐστι νόμος πιστῶν, καὶ τί δεσμὰ ἀπίστων, ἵνα μή τις ἐμπέσῃ τοῖς δεσμοῖς. Ἐπιμελοῦ οὖν τοῦ λόγου ἐπίσκοπε, ἵνα ᾖ δυνατόν σοι πάντα κατὰ λέξιν ἑρμηνεύειν, καὶ ἐν πολλῇ διδαχῇ πλουσίως τρέφῃς καὶ φωτίζῃς τὸν λαόν σου τῷ φωτισμῷ τοῦ νόμου. Φωτίσατε γὰρ, φησὶν ὁ Θεὸς, ἑαυτοῖς φῶς γνώσεως, ἕως ἔτι καιρός.

CAPUT VI.

Epiſcopus ne ſit turpi lucro deditus; nec fidejuſſor, nec advocatus.

TUrpe lucrum Epiſcopus non quærat, præſertim de Gentilibus, maliſque detrimentum capere quàm inferre. Non ſit inſatiabilis, non raptor, non defraudator, non divitiis inhians, non oſor pauperum, non maledicus, non falſus
1 Clem. Epiſt. ad Jacob. c. 5. 1. Barnab. cap. 19. teſtis, non iracundus, non contentioſus, non negotiis ſæcularibus implicitus, non pro alio ſponſor, aut in cauſſis pecuniariis advocatus, non ambitioſus, non inconſtantis animi, non linguæ duplicis, non calumniatorum aut detrahentium auditor benevolus, non hypocrita, Gentilium feſtorum non appetens, vanis fallaciis abſtinens, neque cupidus, nec avarus: iſta quippe omnia, ut Deo inimica ſunt, ita & dæmonibus cara. Hæc univerſa Epiſcopus plebi exemplo firmata ſuadeat, inducátque Laicos ad imitationem morum ſuo-
Lev. 15. 31. rum. *Cautos* enim, inquit, *facite filios Iſraelis.* Sit autem ſapiens, humilis, Dominicarum diſciplinarum doctor, indolis liberalis, quique pravis hujuſce vitæ ſtudiis omnibus & univerſis Gentium cupiditatibus nuncium remiſerit. Præterea circumſpectè munus ſuum obeat, *ſciat* populum regere pulcrè calleat, acumine ingenii in cognoſcendis atque vitandis improbis excellat, diligat cunctos, juſtitiam ſervet, judicio polleat; denuo quæcumque apud homines pulcra reperiuntur, hæc in ſe poſſideat Epiſcopus: quoniam Paſtor qui nullius vitii argui poterit; diſcipulos ſibi commiſſos, converſatione ſua ad hoc impellet ac veluti coget, ut condignè facta ſua æmulentur;

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ϛ'.

Περὶ τοῦ μὴ εἶναι τὸν ἐπίσκοπον αἰσχροκερδῆ, μήτε ἐγγυᾶσθαι, ἢ συνηγορεῖν.

ἜΣτω δὲ ὁ ἐπίσκοπος μὴ αἰσχροκερδὴς, καὶ μάλιστα ἐπὶ τῶν ἐθνῶν, βλαπτόμενος μᾶλλον, ἢ βλάπτων· μὴ πλεονέκτης, μὴ ἅρπαξ, μὴ ἀποστερητὴς, μὴ [37] φιλοπλούσιος, μὴ μισόπτωχος, μὴ κατάλαλος, μὴ ψευδομάρτυς, μὴ θυμώδης, μὴ φιλόμαχος, μὴ ταῖς τοῦ βίου πραγματείαις συμπεπλεγμένος, [38] μὴ ἐγγυώμενός τινα, ἢ συνηγορῶν δίκαις χρηματικαῖς, μὴ φίλαρχος, μὴ δίγνωμος, μὴ δίγλωσσος, μὴ πρὸς διαβολὴν ἢ καταλαλιὰν φιλήκοος, μὴ ὑποκριτὴς, μὴ ταῖς ἑορταῖς τῶν ἐθνῶν ἐπερχόμενος, ἀπάταις κεναῖς μὴ χρώμενος, μηδὲ ἐπιθυμητικὸς, μηδὲ φιλάργυρος· ὅτι πάντα τὰ τοιαῦτα ἐχθρὰ τοῦ Θεοῦ ὑπάρχει, καὶ δαιμόνων φίλα. Ταῦτα δὲ πάντα ὁ ἐπίσκοπος καὶ τοῖς λαϊκοῖς διαβεβαιούμενος παραγγελλέτω, ἐπάγων αὐτοὺς μιμητὰς γίνεσθαι τοῦ ἑαυτοῦ τρόπου. Εὐλαβεῖς γὰρ φησι, ποιήσατε τοὺς υἱοὺς Ἰσραήλ. Ἔστω δὲ σοφὸς, ταπεινόφρων, νουθετητικὸς ἐν ταῖς κυριακαῖς παιδείαις, καλογνώμων, ἀποτεταγμένος πᾶσι τοῖς ἐν τῷ βίῳ πονηροῖς ἐπιτηδεύμασι, καὶ πάσαις ἐθνικαῖς ἐπιθυμίαις. Ἔστω * εὐπρόσκεπτος, ὀξὺς πρὸς τὸ γνῶναι τοὺς φαύλους, καὶ φυλάσσεσθαι ἀπ' αὐτῶν, φίλος δὲ ἂν πάντων, δίκαιος, κριτικὸς, καὶ ὅσα καλὰ ἐν ἀνθρώποις * ἐστὶν, ἢ ὑπάρχει, ταῦτα ὁ ἐπίσκοπος ἐν ἑαυτῷ κτάσθω· ὅτι ἀνεπίληπτος ὢν ἀδικίας ὁ ποιμὴν, τοὺς ἰδίους αὐτοῦ μαθητὰς ἀναγκάσει, καὶ διὰ τῆς ἀναστροφῆς αὐτοῦ * προτρέψασθαι τῶν ἰδίων αὐτοῦ ποιημάτων μιμητὰς ἀξίους

* al. εὐπερίσκεπτος
* Veris lectio alterutrum vacat.
* F. προτρέψαι

ὑπέρ, aut ὑπερῷον, quia de piſtillo aut cœnaculo dictum fuiſſet, γυμνὸς aut γυμνότατος ὡς ὕπερον vel ὑπερῷον *nudus aut nudiſſimus tamquam piſtillum vel cœnaculum*; (quibus nihil nudius:) ſed verum lectionem eſſe, γυμνότερος ὑπὲρ ὃ εἶ. hoc eſt, *nudior quàm es. Nudior ſupra* ſive *ultra quod es.* COT.

37. Φιλοπλούσιος.] Amans divitias, ſeu potiùs divites. Ibid.

38. *Μὴ ἐγγυώμενός τινα, ἢ συνηγορῶν δίκαις χρηματικαῖς.*] Habentur ſimiles Lectiones non paucæ. Poſtremum autem ita intelligo, ac ſi eſſet, *ne quidem in cauſſis pecuniariis.* Nam de criminalibus nulla poterat eſſe difficultas. Tertullianus de Idololatria cap. 17. *Neque judicet de capite alicujus, vel pudore; feras enim de pecunia.* Lactantius lib. 6. cap. 20. *Neque verò poſtulare licebit accuſare quemquam crimine capitali: quia nihil diſtat, utrumne ferro, an verbo potiùs occidas; quoniam occiſio ipſa prohibetur.* Chryſoſtomus Homil. de pœnitentia ſeu de politia &c. à Savilio imperfectè, à Combefiſio integrè edita, μηδὲ καὶ τὰς χρηματικὰς δίκας [illegible] ἵνα αὐτὸς καὶ πάλιν τὸν ἄνθρωπον [illegible] τὸν φίλον· ἐγκληματικὰς δὲ μηδὲ διαλλάξαι [illegible] ἀλλὰ μηδὲ τὴν ἀρχὴν ἐγχειρίζου [illegible] *Unde fit, ut civiles ac pecuniarias lites, amicabili compoſitione, finias; quo lite finita, amicum obtineas: criminales autem lites, ne quidem componere contingat; ut neque ab initio intentare; ſed ibi quoque indulgentia præſtat ira.* Quibus adde Canonem Tarraconenſem 4. & alios. Unde in ſimili huic Apocrypho, Epiſtolâ Clementis ad Jacobum cap. 5. generaliter dicitur, *μήτε ἐγγυητὴν, μήτε συνήγορον. Nec fidejuſſorem, nec litium advocatum.* Et in Novella Conſtitutione 86. Leonis Philoſophi, [illegible] τὰς συνηγορίας, ἢ ἐγγύας, ἢ μισθώσεις, ἢ τοῖς ἄλλοις [illegible] ἢ ἱερέως, ἢ κληρικοῦ, ἢ [illegible] *Admodum igitur ſanctè & decenter Apoſtolorum, præconum Dei, Decretum Epiſcopos, Sacerdotes, & Clericos, qui ſe advocationibus, ſponſionibus, redemptionibus, idve genus aliis rebus dedunt, ſacro Ordine denudat.* Ubi vides præ oculis Imperatoris exſtitiſſe locum Conſtitutionum, ſimulque Apoſtolorum Canones. *Deſignata ſunt genera*, inquit Innocentius Papa ad Felicem Nucerinum ſcribens, *de quibus ad Clericatum pervenire non poſſunt; id eſt, ſi quis fidelis militaverit, ſi quis fidelis cauſſas egerit, hoc eſt, poſtulaverit.* Ac Epiſt. 23. cap. 2. *Quantos ex eis, qui poſt acceptam Baptiſmi gratiam, in forenſi exercitatione verſati ſunt, & obtinendi pertinaciam ſuſceperunt, ad Sacerdotium eſſe comperimus.* Cap. 4. *Ne quiſpiam, qui poſt Baptiſmum militaverit, ad ordinem debeat Clericatûs admitti: neque qui cauſſas poſt acceptum Baptiſmum egerit.* Multo poſtea à Johanne Xiphilino Patriarcha

ξίας γενήσεσθαι· ὡς λέγει πυ καὶ ὁ προφήτης· Καὶ ἔσαι καθὼς ὁ ἱερεὺς, ὕτω καὶ ὁ λαός. [39] Καὶ γὰρ ὁ κύριος ἡμῶν καὶ διδάσκαλος Ἰησοῦς Χριστὸς ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ ἤρξατο πρῶτον ποιεῖν, καὶ τότε διδάσκειν· ὥς πυ λέγει ὁ Λυκᾶς· Ὧν ἤρξατο ὁ Ἰησοῦς ποιεῖν καὶ διδάσκειν. Διό φησιν· Ὃς δ᾽ ἂν ποιήσῃ καὶ διδάξῃ, οὗτος μέγας κληθήσεται ἐν τῇ βασιλείᾳ τοῦ Θεοῦ. Σκοποὺς γὰρ εἶναι δεῖ ὑμᾶς τῷ λαῷ τοὺς ἐπισκόπους, ὅτι καὶ ὑμεῖς σκοπὸν ἔχετε τὸν Χριστόν. Καὶ ὑμεῖς οὖν γίνεσθε σκοποὶ ἀγαθοὶ τῷ λαῷ τοῦ Θεοῦ· ὅτι λέγει κύριος διὰ τοῦ Ἰεζεκιὴλ πρὸς ἕκαστον ὑμῶν φάσκων. Υἱὲ ἀνθρώπου, σκοπὸν δέδωκά σε τῷ οἴκῳ Ἰσραὴλ, καὶ ἀκούσῃ ἐκ στόματός μου λόγον, καὶ διαφυλάξεις, καὶ διαγγελεῖς αὐτὸν παρ᾽ ἐμοῦ· ἐν τῷ λέγειν με τῷ ἀνόμῳ, θανάτῳ ἀποθανῇ, καὶ οὐκ ἐλάλησας τοῦ διαστεῖλαι ἄνομον ἐκ τῆς ἀνομίας αὐτοῦ, ὁ ἄνομος ἐκεῖνος ἐν τῇ ἀνομίᾳ αὐτοῦ ἀποθανεῖται, καὶ τὸ αἷμα αὐτοῦ ἐκ τῆς χειρός σου ἐκζητήσω· σὺ δὲ ἐὰν διαστείλῃ τῷ ἀνόμῳ ἀπὸ τῆς ὁδοῦ αὐτοῦ ἀποστρέψαι ἀπ᾽ αὐτῆς, καὶ μὴ ἀποστρέψῃ, αὐτὸς ἐν τῇ ἀνομίᾳ αὐτοῦ ἀποθανεῖται, καὶ σὺ τὴν ψυχήν σου ἐῤῥύσω. Ὡσαύτως δὲ μάχαιρα πολέμου ἐάν ᾖ ἐρχομένη, καὶ στήσῃ ὁ λαὸς σκοπὸν εἰς προφυλακὴν, καὶ ἰδὼν αὐτὴν ἐρχομένην, μὴ προμηνύσῃ, καὶ λάβῃ ψυχὴν, ἡ μὲν ψυχὴ τῇ ἁμαρτίᾳ αὐτῆς ἐλήφθη, τὸ δὲ αἷμα ἐκ χειρὸς τοῦ σκοποῦ ἐκζητηθήσεται, ὅτι οὐκ ἐσήμανε τῇ σάλπιγγι· ἐὰν δὲ σημάνῃ τῇ κερατίνῃ, καὶ μὴ φυλάξηται ὁ ἀκούσας, καὶ ἔλθῃ ἡ μάχαιρα, καὶ λάβῃ αὐτὸν, τὸ αἷμα αὐτοῦ ἐπ᾽ αὐτὸν ἔσται, ὅτι οὐκ ἐφυλάξατο ἀκούσας τῆς κερατίνης, ὁ δὲ φυλαξάμενος, τὴν ψυχὴν αὐτοῦ ἐῤῥύσατο, καὶ ὁ σκοπὸς ὅτι ἐσήμανε, ζωῇ ζήσεται. Μάχαιρα μέν ἐστιν ἡ κρίσις· σάλπιγξ δὲ, τὸ ἱερὸν εὐαγγέλιον· σκοπὸς δὲ, ὁ καταςαθεὶς τῇ ἐκκλησίᾳ ἐπίσκοπος, ὃν δεῖ κηρύσσοντα διαμαρτύρεσθαι καὶ διαβεβαιοῦσθαι περὶ τῆς κρίσεως. Ἐὰν μὴ διαγγείλητε, καὶ διαμαρτύρησθε τῷ λαῷ, εἰς ὑμᾶς ἡ ἁμαρτία τῶν ἀγνοούντων εὑρεθήσεται. Διὸ τοὺς ἀναστρεφομένους ἐν ἀπαιδευσίᾳ, νουθετεῖτε, καὶ ἐλέγχετε μετὰ παῤῥησίας, τοὺς ἀγνοοῦντας διδάσκετε, τοὺς ἐπισταμένους στηρίζετε, τοὺς πεπλανημένους ἐπιστρέφετε. Τὰ αὐτὰ περὶ τῶν αὐτῶν λέγοντες, ἀδελφοὶ, οὐχ ἁμαρτησόμεθα. Ἐκ γὰρ τοῦ πολλάκις ἀκούειν εἰκός τινας δυσωπηθέντας πρὸ ἅπαξ τι τῶν καλῶν ποιῆσαι καὶ τῶν πονηρῶν παραιτήσασθαι. Λέγει γὰρ διὰ προφήτου ὁ Θεός· Διαμαρτύρει αὐτοῖς ταῦτα, ἴσως ἀκούσονταί σου τῆς φωνῆς. Καὶ πάλιν· Ἐὰν ἄρα ἀκούσωσιν, ἐὰν ἄρα ἐνδῶσι. Καὶ ὁ Μωσῆς φησὶ τῷ λαῷ· Ἐὰν ἀκοῇ ἀκούσῃς κυρίου τοῦ Θεοῦ, καὶ ποιήσῃς τὸ ἀγαθὸν καὶ τὸ εὐθὲς ἐν ὀφθαλμοῖς αὐτοῦ. Καὶ πάλιν· Ἄκουε Ἰσραὴλ, κύριος ὁ Θεός σου, κύριος εἷς ἐστι. Καὶ ὁ κύριος ἐν τῷ εὐαγγελίῳ πολλάκις μνημονεύεται λέγων· Ὁ ἔχων ὦτα ἀκούειν, ἀκουέτω. Καὶ ὁ σοφὸς Σολομῶν φησίν· Ἄκουε υἱὲ παιδείαν πατρός σου, καὶ μὴ ἀπώσῃ θεσμοὺς μητρός σου. Καὶ μέχρι σήμερον οὐκ ἠκούσαν· καὶ δοκοῦντες γὰρ ἀκηκοέναι, παρήκουσαν, καταλείψαντες τὸν ἕνα καὶ μόνον ἀληθινὸν Θεὸν, καὶ εἰς τὰς ὀλεθρίους καὶ δεινὰς αἱρέσεις κατασυρέντες, περὶ ὧν αὖθις ἐροῦμεν.

quemadmodum aliquo in loco aſſerit Propheta; *Et erit ſicut ſacerdos; ita & populus.* Certè Do- *Oſ. 4. 9.*
minus & doctor noſter Jeſus Chriſtus Filius Dei, *Ignat. interpol. ad*
primùm cœpit facere, deinde docere; quod his *Epheſ. 15.*
verbis alicubi exprimit Lucas; *Quæ cœpit Jeſus* *Act. 1. 1.*
facere & docere. Quocirca idem Magiſter ait;
Qui autem fecerit & docuerit; hic magnus vocabi- *Matt. 5. 20.*
tur in regno Dei. Oportet autem ut vos Epiſcopi, populo ſitis ſpeculatores; quòd vos quoque ſpeculatorem habeatis Chriſtum. Et vos igitur eſtote probi ſpeculatores plebis Dei; quia Dominus per Ezechielem cum unoquoque veſtrum loquens
ait; *Fili hominis, ſpeculatorem dedi te domui Iſrae-* *Ezech. 33. 7.*
litica; & audies ex ore meo ſermonem, & cavere facies, & ex me annunciabis: cum dixero iniquo; Morte morieris; ſi non locutus fueris, ut retrahat ſe iniquus ab iniquitate ſua; iniquus ille in iniquitate ſua morietur, & ſanguinem ejus de manu tua requiram: tu autem ſi denunciaveris iniquo de via ſua, ut ab ea ſe avertat; & non ſe averterit; ipſe in ini-
quitate ſua morietur; & tu animam tuam liberaſti. *verſ. 8.*
Similiter autem, ſi venerit belli gladius; & ſtatuerit populus ſpeculatorem ad vigiliam; & is videns gladium accedentem, non prænunciaverit; & gladius tulerit animam; anima quidem peccato ſuo ſublata eſt; at ſanguis de manu ſpeculatoris requiretur, quia non ſignificavit tubâ: ſin autem ſignificaverit buccinâ; & qui audivit, non ſe obſervaverit; veneritque gladius, & ipſum tulerit; ſanguis ejus ſuper ipſum erit; quia auditâ buccinâ ſibi non providit; qui autem cavit, liberavit animam ſuam; & ſpeculator, quia ſignificavit, vitâ vivet. Gladius quidem eſt judicium; tuba verò ſacrum Evangelium; ſpeculator autem, in Eccleſia ſtatutus Epiſcopus, quem oportet de judicio prædicare, affirmare, conteſtari. Si non denunciaveritis populo & obteſtati fueritis, in vos inſcientium erratum redundabit. Quocirca imperitos monete, & cum libertate arguite, ignaros docete, eruditos confirmate, aberrantes reducite. Nec ſi eadem verba iiſdem de rebus proferamus, vitio nobis vertetur, fratres. Scilicet credibile eſt, nonnullos iteratâ toties auditione pudefactos vel ſemel aliquid boni geſturos, & mali declinaturos. Ait enim per
Prophetam Deus; *Teſtificare illis hæc; forte vo-* *Jerem. 26. 3.*
cem tuam audient. Et iterum; *Si forte audiant,* *Ezech. 2. 7.*
ſi forte concedant. Et Moyſes populo dicit; *Si* *Ezech 3. 11.* *Ex. 15. 26.*
auditu audieris Dominum Deum, & feceris bonum *Deut. 6. 4.*
ac rectum in oculis ejus. Rurſúmque; *Audi Iſ* *& Marc.*
rael, Dominus Deus tuus, Dominus unus eſt. Et *12. 29.*
Domious in Evangelio ſæpe commemorat ac di-
cit; *Qui habet aures audiendi, audiat.* Et ſa- *Matth 11.*
piens Salomon, *Audi*, inquit, *fili, diſciplinam* *& 13.*
patris tui, & ne abjicias leges matris tuæ. Profe- *Prov. 1. 8.*
ctò hactenus non audierunt; nam ſe audiiſſe putantes, perperam audierunt; derelicto uno ac ſolo vero Deo, & ad pernicioſas atque exſecrabiles hæreſes diſtracti; de quibus infrà dicemus.

---

triarcha Conſtantinopolitano definitum fuit contra Eccleſiaſticos & Monachos Advocatos, ut non eis liceret cauſſas agere, niſi fortè Eccleſiaſticam aliquam ex illios juſſu. Cujus Decreti, (quod legitur in Balſamone ad Canonem 16. Carthaginenſem, & in lib. 3. Juris Græco Romani) ut & aliud præcedentium aliorum, auctoritatem quo modo elevaverit Diaconus quidam temporibus Lucæ alterius Patriarchæ, diſces ex ejuſdem Balſamonis loco ad cap. 13. tit. 8. Nomocanonis Photiani, relato etiam in prædicto libro Græco Romani Juris. COT.

39. Καὶ γὰρ ὁ κύριος ἡμῶν &c.] Sumpſerunt hinc Amplificator Epiſtolarum S. Ignatii in additamento ad cap. 15. Epiſtolæ ad Epheſios, & Antiochus in Homilia CXI. Verba hujus ſunt, φησὶν ὁ ὄντως γεγονὼς. ὡς (f. ὧν) ἤρξατο ὁ Ἰησοῦς ποιεῖν τι καὶ διδάσκειν. πρῶτον ἐποίησε, καὶ οὕτως ἐδίδαξε [illegible] αὐτὸς ἐντέταλται λέγων, Ὃς ποιήσῃ καὶ διδάξῃ, οὗτος μέγας κληθήσεται ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν. Vide ſis, inter alios Hieronymum Epiſt. 16. Pſeudo-Chryſoſtomum Auctorem Operis imperfecti in Matthæum ad cap. 5. verſ 15. Vigilium Papam Epiſt. 10. Johannem Climacum Scalæ Gradu 26, p. 334. & Jobium Monachum Oeconomici lib. 3. cap. 12. in Codice 222. Photiani Myriobibli. Inſuperque caſtiga Interpretem Anaſtaſii in Ὁδηγῷ cap. 22. ubi inter alias Infidelium objectiones hæc quoque adducitur, εἰ ἃ ἤρξατο ὁ Ἰησοῦς ποιεῖν ταῦτα ἐδίδαξε, πῶς ῥαπισθεὶς εἰς τὴν σιαγόνα οὐκ ἔστρεψε καὶ τὴν ἄλλην ἀλλὰ καὶ ἐπετίμησε τῷ ῥαπίσαντι, Quod eſt, *Si quæ cœpit Jeſus facere, ea docuit; quo modo una maxillâ cæſus, non præbuit alteram, quin & cædentem reprehendit.* non autem, *Si quæ Jeſus cœpit facere, prius docuit.* Ibid.

CAPUT VII.

Qualem oportet eſſe eum qui per Baptiſmum eſt initiatus.

SCitote cariſſimi, quòd qui in mortem Domini Jeſu ſunt baptizati, non debent ampliùs peccare. Nam ſicut mortui, peccati capaces non ſunt; ita & Chriſto commortui, peccatum committere nequeunt. Itaque, fratres, non credimus quempiam vitæ lavacro lotum, adhuc iniquorum flagitiis ſe inquinare. Qui autem poſt Baptiſmum deliquerit, hic niſi reſipiſcat ac peccare deſinat, ad gehennam condemnabitur.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ζ.

Οἷον χρὴ εἶναι τὸν μεμυημένον.

ΓΝωστὸν δὲ ἔστω ὑμῖν ἀγαπητοί, ὅτι οἱ βαπτισθέντες εἰς τὸν θάνατον τοῦ κυρίου Ἰησοῦ, οὐκέτι ὀφείλουσιν ἁμαρτάνειν οἱ πιστοί. Ὡς γὰρ οἱ ἀποθανόντες ἀνενέργητοι πρὸς ἁμαρτίαν ὑπάρχουσιν, οὕτω καὶ οἱ συναποθανόντες τῷ Χριστῷ ἄπρακτοι πρὸς ἁμαρτίαν. Οὐ πιστεύομεν οὖν, ἀδελφοί, λουσάμενόν τινα τὸ τῆς ζωῆς λουτρὸν, ἔτι πράσσειν τὰ τῶν ἀνόμων ἀσελγήματα. Ὁ δὲ ἁμαρτήσας μετὰ τὸ βάπτισμα, οὗτος ἐὰν μὴ μεταγνῷ, καὶ παύσηται τοῦ πλημμελεῖν, εἰς γέενναν καταβληθήσεται.

CAPUT VIII.

De eo qui in calumniam, vel reprehenſionem incurrit.

QUòd ſi aliquis ab infidelibus, quia non eſt ampliùs eorum nequitiæ conſors, calumnioſas patitur delationes; ſciat ille ſe beatum eſſe apud Deum: quemadmodum & Dominus in Evangelio
Matt. 5. 11. loquitur; *Beati eſtis cum maledixerint vobis, vel perſecuti vos fuerint, vel dixerint adverſum vos omne malum verbum, mentientes, propter me: gaudete & exſultate; quoniam merces veſtra copioſa eſt in cælis.* Qui igitur mendacibus appetitur conviciis, is verè beatus eſt: quandoquidem Scriptura
Jac. 1. 12. 13. dicit; *Vir reprobus non tentatur à Deo.* Porro qui mali quidpiam egiſſe convincetur, ille non ſolùm nocuit ſibi, verùm etiam in commune Eccleſiæ corpus & in ſacram doctrinam injurioſus fuit; quaſi eam honeſtatem quam prædicamus, operibus non probemus, mereamúrque etiam nos illam ex-
Matt. 23. 3. probrationem à Domino audire; *Dicunt, & non faciunt.* Quapropter homines hujuſmodi, qui verè convicti fuerint, niſi mores mutaverint, Epiſcopus fidenter abdicabit.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ η.

Περὶ συκοφαντουμένου, ἤτοι ἐλεγχομένου.

ΕΙ δέ τις ὑπὸ ἀπίστων συκοφαντηθῇ διὰ τὸ μηκέτι αὐτοῖς συνασελγαίνειν, γινωσκέτω ὅτι μακάριος ὁ τοιοῦτος ὑπάρχει Θεῷ· καθὼς καὶ ὁ κύριος ἐν τῷ εὐαγγελίῳ λέγει· Μακάριοί ἐστε, ὅταν ὀνειδίσωσιν ὑμᾶς, ἢ διώξωσιν, ἢ εἴπωσι καθ' ὑμῶν πᾶν πονηρὸν ῥῆμα, ψευδόμενοι, ἕνεκεν ἐμοῦ· χαίρετε, καὶ ἀγαλλιᾶσθε, ὅτι ὁ μισθὸς ὑμῶν πολὺς ἐν τοῖς οὐρανοῖς. Εἰ οὖν τις βλασφημηθείη ἐπὶ ψεύσματι, μακάριος ὁ τοιοῦτος. Λέγει γὰρ ἡ γραφή· Ἀνὴρ ἀδόκιμος, ἀπείραστος παρὰ Θεῷ. Εἰ δέ τις ἐλεγχθῇ πράξας τι ἄνομον, ὁ τοιοῦτος οὐ μόνον ἑαυτὸν ἔβλαψεν, ἀλλὰ καὶ βλασφημίαν προστέτριψε τῷ κοινῷ τῆς ἐκκλησίας σώματι, καὶ τῇ διδασκαλίᾳ, ὡς μὴ ποιούντων ἐκεῖνα, ἃ λέγομεν εἶναι καλὰ, καὶ ὀνειδισθησόμεθα καὶ ἡμεῖς ὑπὸ τοῦ κυρίου, ὅτι λέγουσι, καὶ οὐ ποιοῦσιν. Ὅθεν τοὺς τοιούτους ἐλεγχθέντας ἀληθῶς, ἀφορίσεται μετὰ παῤῥησίας ὁ ἐπίσκοπος, εἰ μὴ μεταβάλλονται τὸν τρόπον.

CAPUT IX.

Epiſcopum non debere eſſe muneribus pervium.

OPortet enim Epiſcopum non modò inculpatum eſſe, ſed & perſonarum non acceptatorem, quique peccatores humaniter caſtiget. Quòd ſi ſibi quoque malè conſcius, & certis perſonis gratificari cupiens, ſordidè acceptis muneribus,
Deut. 16. 20. ſceleroſo pepercerit, eúmque in Eccleſia manere
Deut. 1. 17. permiſerit, & neglexerit Divinas ac Dominicas
Ex. 23. 7. in LXX. voces, dicentes; *Juſte perſequeris quod juſtum eſt.*
Ex. 23. 8. *Non accipies perſonam in judicio. Non juſtificabis*
Deut. 27. 25. *impium. Non accipies munera propter animam:*
& 16. 19. *nam munera excæcant oculos ſapientum, & perver-*
Deut. 17. 7. *tunt verba juſtorum.* Et alibi Scriptura pronun-
Cedrenus. ciat; *Auferetis malum ex vobis ipſis.* Et Salomon
Vide Teſt. Vet. in Proverbiis dicit; *Ejice è conſeſſu peſtilentem, &*
Prov. 22. 10. *exibit ſimul cum eo jurgium.*
Lege Anaſtaſium, Quæſt. 60.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ θ.

Ὅτι ἀδωροδέκτην εἶναι χρὴ τὸν ἐπίσκοπον.

ΟΥ γὰρ μόνον ἀπρόσκοπον εἶναι χρὴ τὸν ἐπίσκοπον, ἀλλὰ καὶ ἀπροσωπόληπτον, ἐν χρηστότητι σωφρονίζοντα τοὺς ἁμαρτάνοντας. Εἰ δὲ καὶ αὐτὸς οὐκ εὐσυνείδητος ὑπάρχων, προσωπολήπτης γενόμενος; διά τινα αἰσχροκερδῆ δωροληψίαν, φείσεται τοῦ ἀνόμως ἁμαρτόντος, ἐάσας ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ μένειν αὐτὸν, παρακούσας τῆς θείας καὶ κυριακῆς φωνῆς τῆς λεγούσης· [40] Δικαίως διώξεις τὸ δίκαιον. Οὐ λήψῃ πρόσωπον ἐν κρίσει. Οὐ δικαιώσεις τὸν ἀσεβῆ. Οὐ λήψῃ δῶρα ἐπὶ ψυχῇ· τὰ γὰρ δῶρα ἐκτυφλοῖ ὀφθαλμοὺς σοφῶν, καὶ λυμαίνεται ῥήματα δικαίων. Καὶ ἐν ἄλλοις φησίν· Ἐξαρεῖτε τὸν πονηρὸν ἐξ ὑμῶν αὐτῶν. Καὶ ὁ Σολομὼν λέγει ἐν παροιμίαις· Ἔκβαλε λοιμὸν συνεδρίου, καὶ συνεξελεύσεται αὐτῷ νεῖκος.

K k.

Deut. 16. 20. 40. *Δικαίως διώξεις τὸ δίκαιον.*] Hunc textum, qui in LXX. ſic producitur, *δικαίως τὸ δίκαιον διώξῃ*, multùm detorquet Antiochus Homiliâ 75. dum citat, *ἄκακος τὸ δίκαιον διώξει*, ſi (quod nequaquam credo) libri impreſſi vitio carent. Itaque conſului ſcriptos: & in membranis Regiis Cod. 2420. reperi, *ἀκάκως τὸ δίκαιον διώξει*. Cod. vero 700. *δικαίως τὸ δίκαιον διώξεις*. Ibid.

41. Ἀ-

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ι.

Ὅτι ὁ ἐπίσκοπος ἀκρίτως φειδόμενος τοῦ ἡμαρτηκότος, ὑπαίτιος γίνεται.

Ὁ δὲ μὴ προσέχων τούτοις, ἀκρίτως φείσεται ἐπὶ τοῦ ὀφείλοντος τιμωρίαν, ὡς ὁ Σαοὺλ ἐπὶ τοῦ Ἀγὰγ, καὶ ὁ Ἠλεὶ ἐπὶ τοῖς υἱοῖς οὐκ εἰδόσι τὸν κύριον. Ὅτι οὗτος ἐβεβήλωσε καὶ τὴν οἰκείαν ἀξίαν, καὶ τὴν τοῦ Θεοῦ ἐκκλησίαν τὴν κατὰ τὴν παροικίαν αὐτοῦ· ἄδικος ὢν οὗτος καὶ Θεῷ, καὶ ὁσίοις ἀνθρώποις, ὡς αἴτιος σκανδάλου πολλοῖς νεοφωτίστοις, καὶ κατηχουμένοις γινόμενος, ὅτι δὲ νέοις καὶ νέαις τῇ ἡλικίᾳ, ὃν τὸ οὐαὶ πρόκειται, καὶ ὀνικὸς μύλος ἐν τῷ τραχήλῳ, καὶ ὁ βυθὸς, ἐν ᾧ ὑπόδικος ὑπάρχει. Διὰ γὰρ τὴν τῆς ἀκρισίας ἀνομίαν βλέποντες τὸν τοιοῦτον αὐτῶν ἄρχοντα, ἐν ἑαυτοῖς διαφορηθήσονται, καὶ χρησάμενοι τῇ αὐτῇ νόσῳ, συναπολέσθαι αὐτῷ ἀναγκασθήσονται, ὡς τῷ Ἱεροβοὰμ ὁ λαὸς, καὶ τῷ Κορὲ οἱ συνεργήμενοι αὐτῷ. Εἰ δὲ βλέπει ὁ ἁμαρτων τὸν ἐπίσκοπον καὶ τοὺς διακόνους ἀθῴους ἐγκλήματος, καὶ τὸ ποίμνιον καθαρὸν ὑπάρχον, πρῶτον μὲν, οὐ τολμήσει καταφρονήσας, εἰς ἐκκλησίαν Θεοῦ εἰσελθεῖν, πληττόμενος τῇ συνειδήσει αὐτοῦ· εἰ δὲ παρ' οὐδὲν ἡγησάμενος εἰσέλθοι, ἢ παραχρῆμα ἐλεγχθήσεται, ὡς Ὀζὰ ἐπὶ τῆς κιβωτοῦ ἁψάμενος, ὥστε ἱδρῦσαι, καὶ ὡς [41] Ἄχαρ, ἐπὶ τῇ κλοπῇ τοῦ ἀναθέματος, καὶ ὡς Γιεζεὶ ἐπὶ τοῖς τοῦ Νεεμὰν χρήμασιν, καὶ παραυτίκα τιμωρηθήσεται, ἢ νουθετούμενος ὑπὸ τοῦ ποιμένος, εἰς μετάνοιαν ὑπαχθήσεται· περιβλεψάμενος γὰρ τοὺς καθένα, καὶ ἐν οὐδενὶ μῶμον εὑρήσκων, ὅτι περὶ ἐπίσκοπον, ὅτι μὴ περὶ τὸν ὑπ' αὐτὸν τεταγμένον λαὸν, αἰσχυνθεὶς, μετ' αἰδοῦς καὶ πολλῶν δακρύων ἐξελεύσεται εἰρηνικῶς, κατανυγμένος, καὶ μένει κεκαθαρισμένον τὸ ποίμνιον. Προσκλαύσει τε τῷ Θεῷ, καὶ μετανοήσει ἐφ' οἷς ἥμαρτεν· καὶ ἕξει ἐλπίδα, καὶ τὸ ποίμνιον ὅλον θεασάμενον ἐκείνου τὰ δάκρυα, νουθεσίαν ἕξει, ὅτι ἁμαρτωλὸς διὰ μετάνοιαν οὐκ ἀπόλλυται.

CAPUT X.

Quòd Epiſcopus qui temerè parcit peccatori, culpâ non careat.

AD iſta autem qui animum non adverterit; debenti pœnas, inconſideratè ignoſcet; ſicut Saul, Agago; & Heli, liberis ſuis, ignorantibus Dominum. 1. Reg. 15. 1. Reg. 2. Hic ergo tum dignitatem ſuam, tum Dei Eccleſiam ſua in Parœcia ſitam maculat: quocirca coram Deo & hominibus ſanctis injuſtus eſt, utpote auctor ſcandali multis recens baptizatis & catechumenis, itemque utriuſque ſexus adoleſcentibus; eumque *væ* manet, & *mola aſinaria in collo*, & *profundus gurges* cui obnoxius eſt. Mat. 18. 6. 7. Nam qui cernent principem ſuum adeò in judicando negligentem ac iniquum, vacillare incipient, atque eodem vitio occupati, cogentur unà cum eo perire; ſicut populus cum Hieroboamo, & cum Core ſceleris ſocii interiêre. 3. Reg. 12. Num. 16. Cæterùm peccator cùm Epiſcopum & Diaconos, criminis puros eſſe cognoverit, & ovile incontaminatum; principiò quidem conſcientiâ ſuâ perculſus, Eccleſiam Dei per contemptum intrare non audebit: quòd ſi penſi nihil habens, ingreſſus fuerit; aut ſtatim arguetur ac pœnas dabit; ſicut Oza cùm arcam ut firmaret tetigit, & ſicut Achar cùm de anathemate furatus eſt, & ut Giezi propter Naamanis munera; 2. Reg. 6. Joſ. 7. 4. Reg. 5. aut à Paſtore admonitus, pœnitentiæ ſubdetur; ſingulíſque conſpectis, & maculâ nec in Epiſcopo nec in ipſi ſubjecto populo repertâ, confuſus atque compunctus, pacificè egredietur cum verecundia & lacrymis multis; & grex purgatus manebit: at ille in conſpectu Dei plorabit, & de peccato pœnitentiam aget: ita & ipſe optimam ſpem habebit; & totum ovile viſis illius lacrymis diſcet, quòd peccator per pœnitentiam ab interitu eripitur.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ια.

Ὅπως χρὴ τὸν ἐπίσκοπον κρίνειν τοὺς ἁμαρτάνοντας.

Διὰ τοῦτο οὖν ἐπίσκοπε σπούδαζε καθαρὸς εἶναι τοῖς ἔργοις, γνωρίζων τὸν τόπον σου καὶ τὴν ἀξίαν, ὡς Θεοῦ τύπον ἔχων ἐν ἀνθρώποις, [42] τῷ πάντων

CAPUT XI.

Quo modo oporteat peccatores ab Epiſcopo judicari.

QUocirca, Epiſcope, ſtude immaculatis actibus locum dignitatémque tuam patefacere; quia inter homines figuram obtines Dei, præſiden-

41 Ἄχαρ.] Quidquid dicat S. Hieronymus libro de Locis Hebraicis, verum hujus ſortis nomen eſt Achar, non Achan, vel Achor; licèt Achan obvium ſit, Achor autem legatur in quibuſdam Bibliis MSS. Latinis, in Cæſarienſi Euſebio περὶ τῶν τοπικῶν ὀνομάτων ἐν τῇ θείᾳ γραφῇ; in Hieronymo ad Michææ IV. ult. in quibuſdam Codicibus Caſſiani cap. 10. Collat. 6. in Annalibus Zonaræ, & in Jacobi de Vitriaco Epiſtolâ ad Honorium 3. Papam Tom. 8. Spicilegii Acheriani pag. 371. Nam habent Achar omnes Editiones omnium linguarum I. Paralip. II. 7. Ac in Joſue Verſio Syriaca, cuncti ferè Græci Codices, & non pauci Latini manu exarati. Atque ita effertur à Græcis Doctoribus, necnon à multis Latinis, etiam non admodum antiquis. Præterea lectionem Achan excludit alluſio ad vocem Achar, quæ cernitur Joſue VII. 25. in Hebræo: Achor verò non eſt nomen hominis, ſed vallis; quod facilè cum Achar confunditur; ut vice verſâ Achar cum Achor, apud Theodoritum ad Oſee II. 15. ex Syro Interprete. Corrigendæ Editiones Origenis per Eraſmum ac Genebrardum procuratæ, quæ perperam Homiliâ 5. in Eſaiam *Achaz* exhibent, cùm vetus illa Merlini meliùs oſtendat *Achan*. Pari modo Balſamon impreſſus ad Can. Apoſt. 73. Ἄχαζ, manu ſcriptus, Ἄχαρ. De Achare ſequentia complectuntur membranæ Regiæ Cod. 2437. relatu non indigna; [illegible] ἀπὸ Ζαρὰ. [illegible] hoc eſt; *Qui ex Hierichunte furatus eſt veſtem variam unicam, & ducentas didrachmas argenti, linguamque unam auream quinquaginta didrachmarum, fuit Achar filius Charmi, filii Zambri, filii Zara. Eſt autem Hebraica dictio*, variam ſubtilem, *Rhendam Babylonicam Phoyphudotem*: bonam: *ſive chlamydem regiam auream. Nonnulli verò ſtolam, textum, ſtragulum, aut pallium: quod Diis apponebant. Etenim lingua eſt, quam ponebant in ore Deorum ſuorum. Locus porrò in quo Acharem occidi decrevit Jeſus, vocabatur vallis Achor.* In eo autem in quo per præſtantem virum judicio Frontonem Ducæum ſequitur [illegible] B. Chryſoſtomus, quaſi Homil. XXV. ad Rom. potuerit patrem pro filio Charmim pro Achare, defendi forſan potuerit lectione Cod. Regii 96. [illegible], non [illegible], vertendo: *lapidatum cum omni Charmis genere*, non *lapidatum cum omni genere ſuo Charmim*. COT.

42. Τῷ πάντων ἀρχιερεῖ [illegible] &c.] Hinc, atque ex cap. 20. 25. 26. 34. lib. 7. cap. 11. lib 8 cap 44. Ubi additur Sacerdotes eſſe [illegible], deſumpſit falſus Ignatius ad Trallianos 7. ad Philadelphenſes 4. ad Smyrnæos 9. ad Antiochenos ult. ac fortè Suppoſitor Epiſtolarum Pontificiarum Epiſtolâ primâ Cle-

I. Ignat. interpol. ad Trall. 7. dendo cunctis mortalibus; ſacerdotibus, regibus, principibus, patribus, filiis, doctoribus; cunctis, qui omnes pariter tibi ſubjecti ſunt. Sic ergo in Eccleſia ſede ſermonem faciens, quaſi poteſtate præditus judicandi delinquentes: vobis quippe E-
Mat. 18. 18. piſcopis dictum eſt; *Quod ligaveritis ſuper terram, erit ligatum in cœlo; & quod ſolveritis ſuper terram, erit ſolutum in cœlo.*

ἄρχειν ἀνθρώπων, ἱερέων, βασιλέων, ἀρχόντων, πατέρων, υἱῶν, διδασκάλων, καὶ πάντων ὁμοῦ τῶν ὑπηκόων. Καὶ οὕτως ἐν ἐκκλησίᾳ καθέζου, τὸν λόγον ποιούμενος, ὡς ἐξουσίαν ἔχων κρίνειν τοὺς ἁμαρτήσαντας· ὅτι ὑμῖν τοῖς ἐπισκόποις εἴρηται· Ὃ ἐὰν * δεύσητε ἐπὶ τῆς γῆς, ἔσται δεδεμένον ἐν τῷ οὐρανῷ· καὶ ὃ ἐὰν λύσητε ἐπὶ τῆς γῆς, ἔσται λελυμένον ἐν τῷ οὐρανῷ. * f. δήσητε

CAPUT XII.

Doctrina de modo quo pœnitentes tractandi ſunt.

JUdica igitur, Epiſcope, cum poteſtate, quemadmodum facit Deus: verùm pœnitentes ſuſcipe. Deus enim, Deus miſericordiæ eſt. Delinquentes increpa, admone aberrantes, ſtantes hortare ad perſeverantiam in bonis, pœnitentes admitte: quoniam cum ſacramento Dominus Deus daturum ſe veniam pœnitentium delictis pollicitus eſt. Ait enim per Ezechie-
Ezech. 33. 11. lem; *Dic ad eas; Vivo ego, dicit Adonai Dominus; ſi voluero mortem peccatoris, ſed potiùs, ut impius convertatur à via ſua prava, & vivat. Convertimini ergo à viis veſtris malis, & quare moriemini domus Iſraël?* Hic Scriptura bene ſperare peccatores juſſit, & ſalutem, ſi reſipuerint, exſpectare: ne quaſi deplorati, criminibus ſuccumbant; ſed ut ſperata ſalute ad

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ιβ΄.

Διδασκαλία, ὅπως χρὴ προσφέρεσθαι τοῖς μετανοοῦσι.

ΚΡῖνε οὖν ὦ ἐπίσκοπε μετ' ἐξουσίας, ὡς ὁ Θεός, ἀλλὰ τοὺς μετανοοῦντας προσλαμβάνου. Ὁ γὰρ Θεός, Θεός ἐστιν ἐλέους. Ἐπίπληττε τοῖς ἁμαρτάνουσι, νουθέτει τοὺς μὴ ἐπιστρέφοντας, παρακάλει τοὺς ἑστῶτας ἐμμένειν τοῖς καλοῖς, τοὺς μετανοοῦντας προσδέχου· ὅτι ὑπέσχετο ὁ Θεὸς μεθ' ὅρκου ἐπιχορηγεῖν ἄφεσιν παραχρῆμα τοῖς μετανοοῦσιν, ἐφ' οἷς ἥμαρτον. Λέγει γὰρ διὰ τοῦ Ἰεζεκιήλ· Εἶπον πρὸς αὐτούς, ζῶ ἐγώ, 43 λέγει Ἀδωναῒ κύριος, οὐ θελήσω τὸν θάνατον τοῦ ἁμαρτωλοῦ, ἀλλ' ὡς ἐν τῷ ἀποστρέψαι τὸν ἀσεβῆ ἐκ τῆς ὁδοῦ αὐτοῦ τῆς πονηρᾶς, καὶ ζῆν. Ἐπιστρέψατε οὖν ἀπὸ τῶν ὁδῶν ὑμῶν τῶν πονηρῶν, καὶ ἵνα τί ἀποθνήσκετε οἶκος Ἰσραήλ; ἐνταῦθα ὁ λόγος εὐέλπιδας ποιεῖ τοὺς ἡμαρτηκότας, ὅτι ἐὰν μετανοήσωσιν, ἐλπίδα σωτηρίας ἕξουσι· μήπως ὡς ἀπηλγηκότες αὐτοὺς ἐνδῶσι τῇ παρανομίᾳ, ἀλλ' ἔχοντες ἐλπίδα σωτηρίας ἐπι-
στρα-

Clementis ante finem, & initio Epiſtolæ tertiæ eidem Pontifici adſcriptæ. Scilicet ita locuti ſunt Chriſtiani, poſtquam Imperatores ac Reges ſuæ Religionis conſortes habuêre; ut videre eſt ex Græcis in Epiphanio Hæreſi 29 cap. 3. 4. ex Latinis in Ambroſio Epiſt. 13. ad Valentinianum Auguſtum. Quin ipſe primus Imperator Chriſtianus Conſtantinus agnoſcit apud Rufinum lib. 10. Hiſtoriæ cap. 2. Deum Sacerdotibus poteſtatem dediſſe de Imperatoribus quoque judicandi. Tum inſigni audaciâ Conſtantium Conſtantini filium Lucifer Calaritanus ſic compellat lib. 1. pro S. Athanaſio; *Proba te ſuper nos factum judicem. Proba ad hoc te conſtitutum Imperatorem, ut nos armis tuis ad omnem implendam voluntatem amici tui Diaboli perduceres. Cum probare non poſſis: quia præceptum ſit tibi, non ſolum non dominari Epiſcopis, ſed & ita eorum obedire ſtatutis, ut ſi ſubvertere eorum decreta tentaveris, ſi fueris in ſuperbia comprehenſus, morte mori juſſus ſis. Quo modo dicere poteris, judicare poſſe de Epiſcopis, quibus niſi obedieris, jam quantùm apud Deum, mortis pœnâ fueris mulctatus?* Prætereo quod à viris doctis eſt ob-
Caſaub. Exercit. 15. c. 11. ſervatum, Nomen Monarcharum tributum fuiſſe Epiſcopis, Monarchiam de illis dictam. Nec volo citare verba Goffridi Vindocinenſis Opuſculo 2. & 4 Epiſcopum appellantis Dominum & Imperatorem Chriſtianorum; Principem ac Regem Eccleſiæ; eum qui ex jure divino Regibus ac Imperatoribus dominetur: itemque alia id genus. Quæ tamen omnia ſobriè intelligere oportet, ne ad Epiſcopalem dignitatem faſtus ac tyrannis accedant, unde frequentes ſanctorum Patrum querelæ; neve jura Principum & jura Pontificum confundantur. Nam quod ad poſtremum attinet, non minùs veritate nititur quàm ſuperiora, aliâ nimirum ratione, illud Optati lib. 3. Tertullianum (opinor) in Apologetico & ad Scapulam ſecuti, Super Imperatorem non eſſe niſi ſolum Deum. Prudenterque ac fortiter ὁ Ἁγιώτατος γέρων ὁ ἀληθῶς Ὅσιος Epiſtolâ ad Conſtantium, prolatâ à magno Athanaſio ad ſolitariam vitam agentes, ait; μὴ τίθει σεαυτὸν εἰς τὰ ἐκκλησιαστικά, μηδὲ σὺ περὶ τούτων ἡμῖν παρακελεύου· ἀλλὰ μᾶλλον παρ' ἡμῶν σὺ μάνθανε ταῦτα. σοὶ βασιλείαν ὁ Θεὸς ἐνεχείρισεν· ἡμῖν τὰ τῆς ἐκκλησίας ἐπίστευσε. καὶ ὥσπερ ὁ τὴν σὴν ἀρχὴν ὑποκλέπτων, ἀντιλέγει τῷ διαταξαμένῳ Θεῷ· οὕτω φοβήθητι, μὴ καὶ σὺ τὰ τῆς ἐκκλησίας εἰς ἑαυτὸν ἕλκων ὑπεύθυνος ἐγκλήματι μεγάλῳ γένῃ. ἀπόδοτε, γέγραπται, τὰ Καίσαρος, Καίσαρι, καὶ τὰ τοῦ Θεοῦ, τῷ Θεῷ. οὔτε τοίνυν ἡμῖν ἄρχειν ἐπὶ τῆς γῆς ἔξεστιν· οὔτε σὺ τοῦ θυμιᾶν ἐξουσίαν ἔχεις, βασιλεῦ. *Ne te miſceas Eccleſiaſticis, neque nobis in hoc genere præcipe; ſed potiùs ea à nobis diſce. Tibi Deus Imperium commiſit: nobis, quæ ſunt Eccleſiæ, concredidit. Et quemadmodum qui tuum Imperium occultis conatibus invadit, contradicit ordinationi divinæ; ita & tu cave, ne, quæ ſunt Eccleſiæ ad te trahens, magno*
Mat. 22. 21. *criminis obnoxius fias. Datæ ſcriptum eſt* quæ ſunt Cæſaris,
2. Paral. 26. 18. Cæſari; & quæ Dei, Deo. *Neque igitur fas eſt nobis in terra imperium tenere; neque tu thymiamatum & ſacrorum poteſtatem habes, Imperator.* De priori verò, præclarè in hoc libro

Conſtitutionum cap. 20. dicitur; ποίμαινε τὸ ποίμνιον, μὴ ὡς κρατῶν μετ' ἐπιστυγνοῦ. ὡς κατεξουσιάζων, ἀλλ' ὡς ποιμὴν χρηστός &c. Et in S. Chryſoſtomi Homil. 11. in Epiſtolam ad Epheſios; οὐ κυριεύομεν ὑμῶν τῆς πίστεως, ἀγαπητοί, οὐδὲ ἐπιτάττοντες ταῦτα λέγομεν. εἰς διδασκαλίαν λόγου προεχειρίσθημεν, οὐκ εἰς ἀρχήν, οὐδὲ εἰς αὐθεντίαν. συμβούλων τάξιν ἐπέχομεν παραινούντων. ὁ συμβουλεύων λέγει τὰ παρ' ἑαυτοῦ, οὐκ ἀναγκάζων τὸν ἀκροατήν· ἀλλ' αὐτὸν ἀφίησι τῆς γνώμης (al. προαιρέσεως) κύριον. *Non dominamur veſtræ fidei, ô dilecti, nec domini more hæc imperamus. Ad doctrinam verbi præfecti ſumus; non ad imperium, nec ad auctoritatem. Conſiliariorum admonentium locum tenemus. Conſiliarius dicit quæ à ſe procedunt, non neceſſitatem afferens auditori: ſed in ejus poteſtate dimittit, ut facienda eligat quæ dicta ſunt.* Et ad Homiliæ finem; εἰ μὲν οὖν ἀφ' ἡμῶν ταῦτα ὑποπτεύετε, ἕτοιμοι παραχωρῆσαι τῆς ἀρχῆς ὅτῳ ποτ' ἂν βούλοισθε, μόνον ἡ ἐκκλησία ἔστω μία. &c. *Si hæc ergo de nobis ſuſpicamini, parati ſumus cedere regendi munus cui volueritis; modò una ſit Eccleſia.* Denique in Epiſtola 3. Hieronymi ad Nepotianum; *Rex nolentibus præeſt; Epiſcopus volentibus: ille terrore ſubjicit, hic ſervituti donatur.* Quibus ſimilia apud Chryſoſtomum Homil. 15. in Epiſt. 2. ad Corinthios. Sanè ſolent Hæretici cum Tertulliano Hæretico cap. 12. lib. de Monogamia, & lib. de Fuga in perſecutione cap. penult. exprobrare Eccleſiæ, Omnia licere Epiſcopis: ac Epiſcopatum regnum eſſe ſub obtentu procurandi. Concitatè juxta ac eleganter B. Hieronymus loquens de S. Epiphanio adverſus Johannem Hieroſolymitanum, Epiſt. 61. ad Pammachium cap 4. *Scilicet delirabat, qui in regno tuo contra tuam ſententiam loquebatur.* Cæterùm ſicut Antiſtitibus nomen Regum ac Imperatorum aptatur; ita & Imperatoribus ac Regibus, nomen Epiſcoporum, Sacerdotum, Pontificum, Præſulum, apud Euſebium de Vita Conſtantini lib. 1. cap. 44. lib 4. cap. 24. Symeonem Theſſalonicenſem libro de ſacris Ordinationibus cap. 7. in Epiſtola Remigii Remenſis ad tres Epiſcopos, & in Conciliorum acclamationibus. Notaque eſt ex Lucifero adulatio Arianorum Epiſcoporum, qui vocitabant Conſtantium Imperatorem, Epiſcopum Epiſcoporum. COT.

43. *Λέγει Ἀδωναῒ κύριος.*] Ita cum MS. Alexandrino, Theodoritto, Codice Regio, Editio Aldina; pro quo Com- Ezech. 33. 11.
plutenſis, κύριος κύριος: at malè Romana, κύριος tantùm; errato quod ſæpe in ea Editione, nonnunquam in aliis, & in MSS. quoque occurrit, quodque etiam apud multos Patres deprehendas; negligentiâ ac prætermiſſione Deſcriptorum ſacræ Scripturæ. LXX. enim Interpretes, voces אדני יהוה, quæ paſſim in Ezechiele reperiuntur, vertiſſe videntur, modo Ἀδωναῒ κύριος, modò κύριος κύριος, modò κύριος ὁ Θεός, nunquam κύριος duntaxat. Sed & Librariorum ſupinitati adſcribendum opinor mendum, quod Hieronymi Codices deformat, initio libri noni Commentariorum in Ezechielem. Meo judicio ſcripſerat ille, *Ubicumque juxta LXX. ſecundo ponitur, Dominus, Dominus; ſecun-*
dum

ἐπιστραφέντες προσκλαύσωσι Θεῷ περὶ τῶν ἁμαρτιῶν αὐτῶν, καὶ [44] λήψονται παρ' αὐτοῦ τὴν ἀμνηστίαν, ὡς παρὰ πατρὸς ἀγαθοῦ.

ſe reverſi, peccata ſua coram Deo defleant; à quo, patre videlicet bono, oblivionem ſcelerum ac impunitatem conſequantur.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ιγ΄.

Ὅτι φεύγειν χρὴ τῶν ἁμαρτημάτων τὴν πεῖραν.

Τοὺς μὲν οὖν ἀναμαρτήτους, τοιούτους μένειν χρή, καὶ μὴ χρείαν ἔχειν τῆς πείρας τῶν ἁμαρτιῶν, ὅπως μὴ δέωνται ὀδυνῶν, λύπης, καὶ κλαυθμῶν ἀφέσεως. Τί γὰρ οἶδας ἄνθρωπε ἁμαρτήσας, εἰ ἡμέρας ζήσεις ἐν τῷδε τῷ βίῳ, ἵνα καὶ μετανοήσῃς; ὅτι ἄδηλος ἡ ἔξοδός σου ἐκ τοῦ βίου ὑπάρχει, καὶ ἐν ἁμαρτίᾳ τελευτήσαντι μετάνοια οὐκ ἔστιν· ὡς λέγει διὰ τοῦ Δαβίδ· Ἐν δὲ τῷ ᾅδῃ τίς ἐξομολογήσεταί σοι; Δεῖ οὖν ἑτοίμους εἶναι ἐν ἀγαθοῖς· ἵνα ἄνευ λύπης τὴν ὁδὸν ἐκείνην στειλώμεθα. Διὸ καὶ παραινεῖ ὁ θεῖος λόγος διὰ Σολομῶντος τοῦ σοφοῦ λέγων σοι· Ἑτοίμαζε εἰς τὴν ἔξοδον τὰ ἔργα σου, καὶ παρασκευάζου εἰς τὸν ἀγρὸν, ἵνα μὴ ἐπιλείψῃ ἡμῖν τι τῶν καλῶν· ὥσπερ καὶ ταῖς πέντε ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ παρθένοις διὰ μωρίαν ἐπέλειπε τὸ τῆς * εὐσεβείας ἔλαιον, καὶ ἀποσβέσασαι τὰς λαμπάδας τῆς θεογνωσίας ἀπεκλείσθησαν τοῦ νυμφῶνος. Διὰ τοῦτο ἀκίνδυνος μὲν πᾶς ὁ φειδόμενος τῆς ἑαυτοῦ ζωῆς, καὶ μένων ἀναμάρτητος, ὅπως καὶ τὰς προγενομένας ὑπ' αὐτοῦ δικαιοσύνας αὐτῷ συντηρήσῃ. Σὺ οὖν οὕτω κρίνε, ὡς Θεῷ δικάζων. Τοῦ γὰρ Κυρίου, φησὶν, ἡ κρίσις. Πρῶτον οὖν ἀπ' ἐξουσίας τὸν ἔνοχον καταδίκαζε· ἔπειτα μετ' ἐλέους καὶ οἰκτιρμοῦ καὶ προσλήψεως, οἰκειοῦ ὑπισχνούμενος αὐτῷ σωτηρίαν, εἰ μεταθοῖτο τοῦ τρόπου, καὶ πρὸς μετάνοιαν χωρήσῃ· μεταμελόμενον δὲ σφόδρα προσδέχου, μεμνημένος τοῦ Κυρίου εἰπόντος, ὅτι χαρὰ γίνεται ἐν οὐρανῷ ἐπὶ ἑνὶ ἁμαρτωλῷ μετανοοῦντι.

* al. [illegible]

CAPUT XIII.

Fugiendam eſſe deliſtorum experientiam.

Porrò qui inſontes ſunt, ita maneant, nec ſibi commodum putent peccatorum experimentum; ne dolore, triſtitiâ, ac fletibus ſatisfactionis indigeant. An enim, ô homo qui peccâſti, compertum habes, te aliquot dies in hac vita moraturum, ut pœnitentiam agere poſſis? Incertum obitûs tui tempus; & in peccato morienti nulla dabitur pœnitentia; ſicuti per Davidem dicitur; *In inferno autem quis confitebitur tibi?* O- *Pſ. 6. 6.*
portet igitur parata habere bona; quò abſque triſtitia illud iter emetiamur. Unde ſacra Scriptura per ſapientem Salomonem ſuadet ac dicit tibi; *Præpara in exitum opera tua, & prepara in agrum,* *Prov. 24. 27.*
ne quid boni deſit nobis; ut quinque Evangelii *Mat. 25.*
virginibus propter fatuitatem defuit oleum pietatis, *ſeu* bonorum operum; & exſtinctis divinæ cognitionis lampadibus, à thalamo ſponſi ſunt excluſæ. Quare ſecurus vivit, quicumque vitæ ſuæ parcit, & peccati expers perſeverat, ut præcedentia merita ſua ſibi conſervet. Tu verò, Epiſcope, ita in judicando te gere, quaſi Deo judicans. *Domini enim*, inquit, *eſt judicium.* Et primò *Deut. 1. 17.*
quidem pro poteſtate reum condemna: deinde cum miſericordia, miſeratione & illecebris adjunge eum tibi, atque promitte ei ſalutem, dummodò mores commutet, & ad pœnitentiam concedat: reſipiſcentem autem, vehementer caſtigatum ſuſcipe; memor Domini, dicentis; *Quod gau-* *Luc. 15. 7.*
dium oritur in cœlo ſuper uno peccatore pœnitentiam agente.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ιδ΄.

Περὶ τῶν λεγόντων μὴ δέχεσθαι μετανοοῦντα, καὶ ὅτι δίκαιος, κἂν σύνεστιν ἁμαρτωλῷ, οὐ συναπόλλυται αὐτῷ.

Ἐὰν δὲ τὸν μετανοοῦντα μὴ προσδέξῃ, ἐπιβούλοις αὐτὸν ἔκδοτον ποιήσεις, ἐπιλαθόμενος τοῦ Δαβὶδ λέγοντος· Μὴ παραδῷς τοῖς θηρίοις ψυχὴν ἐξο-

CAPUT XIV.

De iis qui affirmant non debere recipi pœnitentem; & de juſto, quod licet cum peccatore verſetur, non tamen cum eo pereat.

Sin verò pœnitentem non admiſeris, inſidiatoribus dediticium præbes; oblitus Davidici ſermonis; *Ne tradas beſtiis animam confitentem* *Pſ. 73. 19.*
tibi

dem nomen Tetragrammaton eſt, quod propriè ad Deum pertinet, & ineffabile dicitur; primum commune, quod ſæpe in hominibus invenitur. Quàm facile autem fuerit, notas numerales commutare, ad hodiernam lectionem conficiendam, *primum nomen Tetragrammaton eſt, &c. ſecundum commune*, nemo non videt. Ita gravi errore liberatur vir maximus, qui in eodem Commentario ad Cap. 6. verſ. 3. contrà obſervaverat, quòd *quando duo, Dominus & Domini, juncta ſunt nomina; prius nomen commune eſt, ſecundum proprie Dei, quod appellatur ἄῤῥητον, id eſt, ineffabile, & quod ſcriptum fuit in lamina aurea, quæ erat in fronte Pontificis.* Atqui Hieronymi verba de Prophetia ſola Ezechielis accipi debent. Notat quippe idem ſanctus Doctor ad Pſalm. VIII. 2. & CIX. 1. Tetragrammaton ſic in textibus poni ante Adonai. Quod & alibi fit; ut Pſalm. juxta Hebræos LXVIII. 21. CIX. 21. CXL. 8. CXLI. 8. Unde generaliter Origenes, interpretans locum Ezech. VIII. 1. ait; ἐν τισὶ δὲ γέγραπται· χεὶρ κυρίου κυρίου. καὶ γὰρ ἐν ἄλλοις [illegible] ἐν τῇ κύριος φωνῇ [illegible] τοῦ Θεοῦ. ὅτι [illegible] τὸ κύριος [illegible] τοῦ Θεοῦ. [illegible] Κύριος Ἀδωναῒ. ἐπὶ τοῦ κυρίου [illegible] ὄνομα [illegible] τὸ δὲ Ἀδωναῒ κύριον [illegible] (ſ. κύριος κύριος,) [illegible]. Hoc eſt, *In quibuſdam autem ſcriptum eſt*, Manus Domini Domini. *Atqui diximus alibi, ſæpe quod exprimitur in voce* Dominus, *eſſe venerandum illud apud Hebræos nomen Dei, quod quidem non ita proferunt. Veruntamen eſt etiam cum nomen* Dominus *uſurpatur de Domino ſervorum. Ubi igitur ponitur* Dominus Dominus, *ſciendum eſt, alterum quidem eſſe quaſi proprium & ineffabile nomen Dei. Reliquum verò* Dominus, *Hebræi* Adonai, *de domino ponunt: interdum quidem proferentes vocem iſtam in nomine ineffabili; interdum verò tamquam in domino ſervorum. Illud igitur* Adonai Domini, *intelligenti quæ dicta ſunt de ineffabili nomine, nihil differt à Domini* Domini, *ut explicuimus.* Quocirca ex corruptis exemplaribus (qualia memorantur in Editione Romana ad Ezech. cap. 2.) *Dominus Adonai* citatur à Tertulliano cap. 20. libri de Reſurrectione carnis, & ab Origene Homil. 4. & 12 in Ezechielem; falſumque eſt quod in dicta Homilia quarta ſubjungitur; *Prius nomen Dei quatuor litterarum eſt, quod interpretatur naturaliter Deus.* Quamquam hîs quoque in locis Librarii accuſari queant, qui *Adonai Dominus* mutaverint in *Dominus Adonai*, & *Poſterius* in *Prius*. Maximè cùm MS. Codex Homiliarum Origenis ad Chriſtianiſſimum Regem pertinens, Homiliâ illâ quartâ exhibeat, *Adonai Dominus.* &, *nomen Domini.* rectiùs ſine dubio. Certè liber Regius 2451 in fragmento Conſtitutionum hîc habet κύριος Ἀδωναῒ. COT.

44. Λήψον. καὶ] Inſere; καὶ μετανοήσαντες ἐκ καρδίας, ἐξιλασάμενοι αὐτόν. & pœnitentiam ex corde agant, placantes eum. Ibid.

nibi. Ideo Jeremias incitans ad pœnitentiam, ait;
Jer. 8. 4. *Numquid qui cadit, non reſurget? aut qui avertit ſe, non revertetur? Quare ergo averſus eſt populus meus averſione impudenti, & confirmati ſunt in ele-*
Jer. 3. 22. *ctione ſua? Revertimini filii rebelles, & ego ſanabo contritiones veſtras.* Igitur pœnitentem recipe; nec te ullatenus dubitare faciant, aut à propoſito retrahant qui immiſericorditer dicunt, non oportere cum hujuſmodi coinquinari, neque vel ſermone communicare. Hæc quippe conſilia Deum divinámque providentiam ignorantium ſunt, & judicum ratione carentium, & immanium belluarum: nec enim intelligunt, fugiendam eſſe communionem operum cum peccatoribus, non ſermonis ſo-
Ezech. 18. 20. cietatem. *Juſtitia* enim *juſti ſuper ipſum erit, &*
Ezech. 14. 13. *iniquitas iniqui ſuper ipſum erit.* Et iterum; *Terra ſi peccaverit mihi, delinquendo delictum; & extendam manum meam ſuper eam, & conteram in ea fulcimentum panis; & immittam in eam famem, & delebo de ea hominem & jumentum. Et ſi fuerint tres viri in medio ejus, Noë, & Job, & Daniel; ipſi in ſua juſtitia ſervabunt animas ſuas, ait Adonai Dominus.* Apertiſſimè declaravit Scriptura, juſtum cum injuſto converſantem, unà cum eo non interire. Siquidem in hoc mundo juſti & injuſti ſimul congregantur, vitæ communitate, non etiam ſanctitatis: quâ in cauſſa amici Dei non peccant,
Matt. 5. 45. I. Ignat. interpol. ad Philad. 3. quinimo *patrem ſuum qui in cœlis eſt* imitantur, *qui ſolem ſuum oriri facit ſuper juſtos & injuſtos, &* imbrem ſuum *pluit ſuper malos & bonos.* Neque ullum inde periculum viro juſto: nam in ſtadio victores victis ſunt permiſti; at in coronæ dona-
2. Tim. 2. 5. Citat Anaſtaſius, Quæſt. 35. tione ſoli adſtant qui fortiter pugnaverunt, nec quiſquam coronatur, niſi qui legitimè certaverit. Unuſquiſque de ſeipſo confitebitur ac reſpondebit, neque juſtum cum injuſto Deus perdet; quandoquidem apud eum quidquid culpæ non eſt obnoxium, nec ultioni ſubjectum eſt. Neque enim Noëm demerſit, neque Lotum incendit, neque Raabam patriæ excidio comprehendit: & ſi libet noſtra quoque cognoſcere, Judas ſodalis noſter, ſortem miniſterii nobiſcum communem accepit, & Simon Magus Baptiſmo Domini ſignatus fuit; verùm cùm uterque pravus exſtitiſſet, ille quidem laqueo ſe ſuſpendit, hic verò præter hominum naturam volitans, gravi caſu fractus eſt. Ad hæc, Arca Noëm & filios ejus complectebatur; ſed ſolus Chamus nequam repertus, in filio pœ-
Ezech. 18. 20. nas dedit. Quòd ſi patres pro filiis non puniuntur, neque filii pro patribus, liquet quòd neque uxores pro maritis, neque famuli pro dominis, neque cognati pro cognatis, neque amici pro amicis, neque juſti pro injuſtis; & quòd ſinguli de ſuis operibus examinabuntur. Nam à Noë pro

Eſto autem humanus, bonus, lenis, ſincerus, verax, non durus, non contumax, non rigidus, non arrogans, non immiſericors, non inflatus, non aſſentator, non improbus, non verſipellis, non illudens tibi ſubjectis populis, Dei leges atque de pœnitentia ſermones illis non occultans, non promptus ad expellendum & ejiciendum; ſed prudens; nec qui libenter ac procaciter increpes; nec qui teſtimonium adversùs quempiam admittas, ſine tribus fidelibus teſtibus, iiſque quorum mores jampridem approbati ſint, & dummodo neque inimicitiis neque invidiâ ducantur. Multi Eccli. 28. 16. quippe ſunt malevoli, dicaces, tertiam linguam habentes, oſores fratrum, id operam dantes ut Chriſti oves diſpergant: horum ſi delationes temere vis excipere, gregem tuum diſſipabis, & devorandum trades lupis, hoc eſt, dæmonibus, & pravis hominibus; immò verò non hominibus, ſed Ignat. ad feris humanâ formâ præditis, Ethnicis nempe, Smyrn. 4. Judæis, & impiis Hæreticis. Nam ad eum qui ex Eccleſiâ ejectus eſt, continuò accedunt truculenti lupi, & quaſi agnum devorare geſtiunt, in proprium lucrum mortem illius reputantes: etenim Joh. 8. 44. illorum pater Diabolus, homicida eſt: & qui per imprudentiam tuam injuſtè ſegregatus fuit, tum triſtitiâ oppreſſus, & puſillo animo effectus; aut ad Gentes evagabitur, aut implicabitur Hæreſibus; & ab Eccleſia, ac ſpe in Deum penitus abalienabitur, atque ab Impietate compedietur; fieſque tu de illius interitu reus. Porro æquum non eſt, promptum quidem eſſe, ad ejiciendum peccatorem, tardum verò, ad recipiendum converſum; & temerarium quidem ad amputandum exſiſtere, immitem autem ad medendum dolenti: de talibus dicente Scripturâ divinâ; *Pedes eorum* Prov. 1. 16. *ad malitiam currunt: veloces ſunt ad effundendum* Iſ. 59. 7. *ſanguinem: contritio & miſeria in viis eorum, &* Pſ. 35. 2. *viam pacis non cognoverunt: non eſt timor Dei ante* Rom. 3. 15. *oculos eorum.* Via autem pacis eſt Servator noſter Jeſus Chriſtus, qui etiam nos docuit his verbis; *Dimittite, & dimittetur vobis: date, & dabitur vo-* Marc. 11. 25. Luc. 6. 38.

54. Τῷ κόλπῳ συνάγων τὰ ἀρνία, καὶ τὰς ἐν γαστρὶ ἐχούσας παρακαλῶν] Habes veſtigia integræ verſionis Senum Iſ. XL. 11. τῷ βραχίονι αὐτοῦ συνάξει ἄρνας, καὶ ἐν τῷ κόλπῳ αὐτοῦ βαστάσει, καὶ ἐν γαστρὶ ἐχούσας παρακαλέσει. Hoc eſt apud Hieronymum, *In brachio ſuo congregabit agnos, & in ſinu ſuo portabit, & prægnantes conſolabitur.* Minùs bene quotquot venerunt in manus meas libri ſive excuſi ſive manu exarati, ut & Cyrillus ac Procopius, omittunt voces, καὶ ἐν τῷ κόλπῳ αὐτοῦ βαστάσει, quas Codex celeber Renati Marchali tribuit Aquilæ & Symmacho, cùm ſint etiam Interpretum LXX. COT.

55. Τριτὴν γλῶσσαν ἔχοντες.] Linguam tertiam Hebræi appellant, linguam oblocutoris, utpote mediam inter auditorem ac eum de quo ſermo habetur: aiuntque linguâ tertiâ tribus perniciem importari, detrahenti, auſcultanti, & inſimulato. Quæ γλῶσσα τρίτη quanta mala excitet, deſcribitur Eccleſiaſtici cap. 28. Ubi tamen nonnulla exemplaria videntur habuiſſe τρητή, hoc eſt, τετρημένη *perforata*; eodem ſenſu quo ſervus ille Terentianus jocatur, ſe quando mendacia tacere jubetur, plenum rimarum eſſe, hac atque illac perfluere. Egregiè in Scholio 2. ad Gradum 10. Scalæ Johannis Climaci, καταλάλος ψυχὴ, τρίστομον ἔχει γλῶσσαν· βλάπτει γὰρ, καὶ τὸν ἀκροατήν. ἔσθ' ὅτε δὲ καὶ τὸν καταλαλούμενον ἀδελφόν. *Anima quæ detractionibus eſt obnoxia, triſulcam habet linguam: nocet enim & ſibi ipſi, & auditori, & illi quandoque cui detrahitur.* Ibid.

56. Ἐθνικοῖς, καὶ Ἰουδαισταῖς, καὶ Αἱρεσιώταις.] Judaiſtas, opinor, appellat, non tam Judæos, quàm Judaizantes. Quocirca ſtatim pòſt, Gentium duntaxat ac Hæreſeon mentionem facit, Judaiſtas complectens in Hæreticis. Ὅτι οὐ δεῖ Χριστιανοὺς Ἰουδαΐζειν, eſt 29. Canon Synodi Laodicenæ, καὶ ἐν τῷ σαββάτῳ σχολάζειν, ἀλλὰ ἐργάζεσθαι αὐτοὺς ἐν τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ, τὴν δὲ κυριακὴν προτιμῶντας, εἴγε δύναιντο, σχολάζειν ὡς Χριστιανοί. εἰ δὲ εὑρεθεῖεν Ἰουδαϊσταί, ἔστωσαν ἀνάθεμα παρὰ Χριστῷ. Sic in Dialogis qui Origeni adſcribuntur, Dialogo 2 Marcus Hæreticus Marcioniſta Catholicis nomen Judaiſtarum dat, eò quòd Legem, Prophetas & Deum Judæorum non averſentur. Ibid.

57. Ἐν

vobis; hac eſt, date peccatorum remiſſionem, & remittentur vobis delicta: quemadmodum & per Orationem inſtituit nos, ut ad Deum diceremus;
Matth. 6. 12. *Dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris.* Quare ſi peccatoribus veniam non tribuitis, qua modo peccatorum veſtrorum veniam accipietis? An non contrà, vos ipſos ligatis, cùm dicitis vos dimittere, & non dimittitis? An non veſtro ori repugnabitis, dicendo, *Dimittimus*, & non dimittendo? Scitote enim quòd qui nullâ iniquitate contactum abjicit, aut ad bonam frugem reverſum non admittit, fratris ſui interfector eſt, & ſanguinem ejus fundit, ut
Gen. 4. Caïnus Abeli fratris; ſanguiſque illius clamans ad Deum, requiretur. Juſtus quippe injuſtè à quoquam occiſus, apud Deum requieſcet in æternum; & ſimili modo qui ab Epiſcopo perperam fuerit excommunicatus. Sed qui inculpatum, quaſi eſſet ſceleroſus, eliminat; is interemptore ſævior eſt, non reſpiciens ad miſericordiam Dei, nec memor bonitatis ejus erga pœnitentes; nec hac in re eos tamquam exemplar conſiderans, qui multorum peccatorum veniam per pœnitentiam obtinuerunt. Quapropter qui innocentem ejicit, corporali homicidâ truculentior eſt. Similiter qui non recipit pœnitentes; quæ Chriſti ſunt diſſipat, fitque adverſarius ejus. Quia ut juſtus eſt Deus in judicandis peccatoribus; ita & miſericors eſt in excipiendis converſis. Miſericordiam enim & judicium illi cecinit pius David.

ὑμῖν τουτέστι, δίδοτε ἄφεσιν ἁμαρτιῶν, καὶ ἀφεθήσεται ὑμῖν τὰ παραπτώματα· ὡς καὶ διὰ τῆς εὐχῆς ἡμᾶς ἐπαίδευσε λέγειν πρὸς τὸν Θεόν· Ἄφες ἡμῖν τὰ ὀφειλήματα ἡμῶν, ὡς καὶ ἡμεῖς ἀφίεμεν τοῖς ὀφειλέταις ἡμῶν. Ἐὰν οὖν μὴ ἀφῆτε τοῖς ἡμαρτηκόσι, πῶς ὑμεῖς λήψεσθε τὴν ἄφεσιν τῶν ἁμαρτιῶν ὑμῶν; οὐχὶ τοὐναντίον ἑαυτοὺς δεσμεύετε, λέγοντες ἀφιέναι, καὶ μὴ ἀφιέντες; οὐ τῷ ἑαυτῶν στόματι ἐναντιωθήσεσθε, λέγοντες ἀφιέναι, καὶ μὴ ἀφιέντες; γινώσκετε γὰρ ὅτι ὁ τὸν μὴ ἀδικήσαντα ἐκβάλλων, ἢ τὸν ἐπιστρέφοντα μὴ προσδεχόμενος, φονεὺς τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ ἐστι, καὶ αἷμα ἐκχέει, ὡς Κάϊν Ἄβελ τοῦ ἀδελφοῦ, καὶ τὸ αἷμα αὐτοῦ βοῶν πρὸς Θεὸν ἐκζητηθήσεται. δίκαιος γὰρ ἀδίκως φονευθεὶς ὑπό τινος, παρὰ Θεῷ ἐν ἀναπαύσει ἔσται εἰς τὸν αἰῶνα· ὡσαύτως καὶ ὁ ματαίως ἀφορισθεὶς ὑπὸ τοῦ ἐπισκόπου. ὁ μὲν ἐκβαλὼν εἰς λοιμὸν τὸν ἀναίτιον, πικρότερος φονέως ὁ τοιοῦτος, οὐκ ἀφορῶν εἰς τὸ τοῦ Θεοῦ ἔλεος, οὐδὲ μνημονεύων αὐτοῦ τῆς ἐπὶ τοῖς μετανοοῦσιν ἀγαθοσύνης, οὐδὲ λαμβάνων σκοποὺς τῶν ποιούντων τοὺς ἐκ πλήθους παραπτωμάτων ἐν μετανοίᾳ εἰληφότας ἄφεσιν. διὰ τοῦτο ἰταμώτερος σωματικοῦ φονέως ὁ τὸν ἀναίτιον ἀπορρίπτων. ὡσαύτως καὶ ὁ μὴ προσδεχόμενος τοὺς μετανοοῦντας, σκορπίζει τὰ τοῦ Χριστοῦ, κατ' αὐτοῦ γινόμενος. ὡς γὰρ δίκαιός ἐστιν ὁ Θεὸς ἐν τῷ κρίνειν τοὺς ἁμαρτωλούς, οὕτως ἐλεήμων ἐν τῷ προσδέχεσθαι τοὺς ἐπιστρέφοντας. ἔλεος γὰρ καὶ κρίσιν ᾖδεν αὐτῷ ὁ θεοφιλὴς Δαβίδ.

CAPUT XXII.

Quòd magnum pœnitentiæ exemplum in Davide proponatur; item in Ninivitis; in Ezechia, & in filio ejus Manaſſe.

OPortet autem, Epiſcope, te ante oculos habere etiam præterita, & eis peritè uti ad erudiendos eos qui vel acerbis vel mitibus indigent ſermonibus. Æquum quoque eſt ut in judicando, Dei obſequaris voluntati; & ut quo pacto Deus judicat aut peccatores aut converſos, eodem & tu judices. Nonne enim Davidem lapſum, cùm increpaſſet per Nathanem, & ille pœnitere ſe profiteretur, ſtatim morte liberat, dicens; *Confide, non*
2 Reg. 12. 13. *morieris?* Nonne cùm Jonas Ninivitis prædicare
Jon. recuſans, & à mari atque à ceto abſorberi juſſus, in ventre piſcis oraſſet; ex interitu eduxit vitam
4. Reg. 20. illius? Nonne Ezechiam paullulùm in ſuperbiam elatum, ſed poſtea lacrymaſè deprecantem, à crimine abſolvit? Verùm audite, Epiſcopi, exemplum ad hæc accommodatum. Ita ſcriptum eſt in quarto libro Regnorum, & in ſecundo Præteri-
4. Reg. 20. & 21. 2. Paralip. 30. & 33. torum, ſeu Dierum: *Et mortuus eſt Ezechias: & regnavit filius ejus Manaſſes: duodecim annorum erat cùm regnare cœpit, & quinquaginta quinque annos regnavit in Hieroſolymis: & nomen matri ejus Hepſiba: fecitque malum coram Domino; non abſtinuit abominationibus gentium, quas delevit Do-*

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ κβ.

Ὅτι μέγα παράδειγμα μετανοίας πρόκειται Δαβίδ, καὶ Νινευῖται, Ἐζεκίας τε καὶ ὁ τούτου υἱὸς Μανασσῆς.

ΧΡὴ δὲ, ἐπίσκοπε, πρὸ ὀφθαλμῶν ἔχειν καὶ τὰ προγεγονότα, καὶ ἐμπείρως αὐτοῖς κεχρῆσθαι πρὸς νουθεσίαν τῶν σκληρῶν ἢ παρακλητικῶν δεομένων λόγων. ἔτι καὶ ἐν τῷ κρίνειν σε, δίκαιον τῷ τοῦ Θεοῦ ἐξακολουθεῖν θελήματι, καὶ ὡς ὁ Θεὸς δικάζει τοὺς ἁμαρτάνοντας, ἢ ἐπιστρέφοντας, παραπλησίως καί σε κρίνειν. ἢ γὰρ οὐχὶ καὶ τὸν Δαβὶδ ὀλισθήσαντα ἐνδίκως διὰ τοῦ Νάθαν, καὶ εἰπόντα μετανοεῖν, διέσωσε καὶ τοῦ θανάτου λυτροῦται, λέγων· Θάρσει, οὐ μὴ ἀποθανῇς; Ἰωνᾶν μὴ θελήσαντα Νινευΐταις κηρύξαι, ὑπὸ θαλάσσης καὶ κήτους καταποθῆναι ποιήσας, δεξάμενον ἐν κοιλίᾳ, ἀνήγαγεν ἐκ φθορᾶς τὴν ζωὴν αὐτοῦ, Ἐζεκίαν πρὸς ὀλίγον τυφωθέντα, δεξάμενον μετὰ δακρύων, ἀφῆκε τοῦ ἐγκλήματος; ἀκούσατε δὲ ὦ ἐπίσκοποι, πρὸς τὸ τοιοῦτο ὠφέλιμον ὑπόδειγμα. γέγραπται γὰρ ἐν τῇ τετάρτῃ τῶν Βασιλειῶν, καὶ ἐν [57] τῇ δευτέρᾳ τῶν παραλειπομένων, τῇ τῶν ἡμερῶν, οὕτως· Καὶ ἀπέθανεν Ἐζεκίας· καὶ ἐβασίλευσεν ὁ υἱὸς αὐτοῦ Μανασσῆς· ἐτῶν δώδεκα ἐν τῷ βασιλεύειν αὐτὸν, καὶ πεντήκοντα καὶ πέντε ἔτη ἐβασίλευσεν ἐν Ἱερουσαλήμ· καὶ ὄνομα τῇ μητρὶ αὐτοῦ [58] Ἐψιβά· καὶ ἐποίησε τὸ πονηρὸν ἐνώπιον κυρίου, οὐκ ἀπέχετο ἀπὸ τῶν βδελυγμάτων τῶν ἐθνῶν ὧν ἐξωλόθρευσε κύ-

ριος

57. Ἐν τῇ δευτέρᾳ τῶν παραλειπομένων, τῇ τῶν ἡμερῶν.] In re clara corrige mendum typographicum, quod indignis modis contaminat Prologum S. Hilarii in Pſalmorum Explanationem. *Paralipomenon duo, in decimum* librum Veteris Teſtamenti *ſunt: ſermones dierum Eſdra, in undecimum.* Interpungi debet; *ſunt; ſermones dierum: Eſdra, in undecimum.* COT. Pro τῇ τῶν lege ἤτοι ἡμερῶν vel dierum, quemadmodum hi libri, apud Hebræos vocantur. CLER.
4. Reg. 21. 1. 58 Ἐψιβά. Alter Ἐψιβά. Ἀψιβά. Ὀψιβά. Ὀφιβά.] Apud Georgium Syncellum Ἐψιβάαλ. In duobus Bibliorum exemplaribus Bibliothecæ Regiæ Ὀψιβά. Latinus Interpres, *Haphſiba.* Hebraice חפצי בה *Hepſiba.* Hoc eſt, *Voluntas mea in eo*, nomen aptum gratæ mulieri. Quamobrem Hieronymo in libro de Nominibus Hebraicis, reſtituenda videtur, etiam ex ſimili Opere Venerabilis Bedæ, iſta lectio, *Epſiba*, ſeu *Ephſiba*, *voluntas mea in ea.* Vulgò, *Ebſiba*, *voluntas mea in eo.* Similiterque forſan in Lucifero libro de Regibus Apoſtaticis legi debeat, *Epſiba*, non *Ebſibas.* Joſephus Antiq. Judaic. X. 4. διαδεξάμενος δὲ τὴν βασιλείαν ὁ παῖς αὐτοῦ (Ἐζεκίου) Μανασσῆς, ἐκ μητρὸς Ἀχιβᾶς (Codex Regius 2051. Ἀχζιβᾶς) τοὔνομα πολίτιδος γεγονώς. Quo loci conjici poteſt litteram χ. tenere locum litteræ vicinæ ψ quamquam χ. quoque lectum fuit à Rufino vetere Interprete. Cui, inquit, *ſucceſſit in regnum filius proprius, nomine Manaſſes, de matre quidem Echib cive.* Sic libri Regii, pro voce nihili excuſâ, *Echibene.* Ibid.

59. Te-

ρι@ ἀπὸ προσώπου υἱῶν Ἰσραήλ. καὶ ἐπέστρεψε Μανασσῆς, καὶ ᾠκοδόμησε τὰ ὑψηλὰ, ἃ κατέσπασεν Ἐζεκίας ὁ πατὴρ αὐτοῦ· καὶ ἔστησε στήλας τῇ Βάαλ, καὶ ἀνέστησε θυσιαστήριον τῇ Βάαλ· καὶ ἐποίησεν ἄλση, καθὼς ἐποίησεν Ἀχαὰβ βασιλεὺς Ἰσραήλ· καὶ ἐποίησε θυσιαστήρια ἐν οἴκῳ κυρίου, ἐν ᾧ εἶπε κύριος πρὸς Δαβὶδ καὶ πρὸς Σαλωμῶντα τὸν υἱὸν αὐτοῦ, λέγων, ὅτι ἐν αὐτῷ θήσω τὸ ὄνομά μου. καὶ ἔστησε Μανασσῆς θυσιαστήρια, καὶ ἐν αὐτοῖς ἐδούλευσε τῇ Βάαλ. καὶ εἶπεν· ἔσται τὸ ὄνομά μου εἰς τὸν αἰῶνα. καὶ ᾠκοδόμησε θυσιαστήρια ἐν ταῖς δυσὶν αὐλαῖς οἴκου κυρίου, τῇ στρατιᾷ τοῦ οὐρανοῦ· καὶ αὐτὸς διήγαγε τὰ τέκνα αὐτοῦ ἐν πυρὶ ἐν [59] Γεβανὲ ἐν ὀνόμασι· καὶ ἐκληδονίζετο, καὶ ἐφαρμακεύετο· καὶ ἐποίησεν ἐγγαστριμύθους, καὶ ἐπαοιδοὺς, καὶ γνώστας, καὶ θεραφεὶν· καὶ ἐπλήθυνε τοῦ ποιῆσαι τὸ πονηρὸν ἐν ὀφθαλμοῖς κυρίου, τοῦ παροργίσαι αὐτόν· καὶ ἔθηκε τὸ χωνευτὸν καὶ τὸ γλυπτὸν τοῦ ἄλσους τῆς εἰκόνος, ὃ ἐποίησεν ἐν οἴκῳ κυρίου, ἐν ᾧ ἐξελέξατο κύριος θεῖναι τὸ ὄνομα αὐτοῦ, ἐκεῖ ἐν Γερουσαλὴμ τῇ ἁγίᾳ πόλει εἰς τὸν αἰῶνα, καὶ εἶπεν· οὐ προσθήσω τὸν πόδα μου σαλεῦσαι ἀπὸ τῆς γῆς τοῦ Ἰσραήλ, ἣν ἔδωκα τοῖς πατράσιν αὐτῶν, πλὴν ἐὰν φυλάξωνται κατὰ πάντα ὅσα ἐνετειλάμην αὐτοῖς, κατὰ πᾶσαν ἐντολὴν, ἣν ἐνετείλατο ὁ δοῦλός μου Μωσῆς. καὶ οὐκ ἤκουσαν, καὶ ἐπλάνησεν αὐτοὺς Μανασσῆς τοῦ ποιῆσαι τὸ πονηρὸν ἐνώπιον κυρίου, ὑπὲρ τὰ ἔθνη ἃ ἐξῆρε κύριος ἀπὸ προσώπου τῶν υἱῶν Ἰσραήλ. καὶ ἐλάλησε κύριος ἐπὶ Μανασσῆ, καὶ ἐπὶ τὸν λαὸν αὐτοῦ, ἐν χειρὶ δούλων αὐτοῦ τῶν προφητῶν, λέγων· ἀνθ᾽ ὧν ὅσα ἐποίησε Μανασσῆς ὁ βασιλεὺς Ἰούδα τὰ βδελύγματα τὰ πονηρὰ ταῦτα, ἀπὸ πάντων ὧν ἐποίησεν ὁ Ἀμορραῖος ἔμπροσθεν αὐτοῦ, καὶ ἐξήμαρτε τὸν Ἰούδαν ἐν τοῖς εἰδώλοις αὐτοῦ, τάδε λέγει κύριος ὁ Θεὸς Ἰσραήλ· ἰδοὺ ἐγὼ φέρω κακὰ ἐπὶ Γερουσαλὴμ, καὶ Ἰούδαν, ὥστε παντὸς ἀκούοντος αὐτὰ, ἠχήσει ἀμφότερα τὰ ὦτα αὐτοῦ, καὶ ἐκτενῶ ἐπὶ Γερουσαλὴμ τὸ μέτρον Σαμαρείας, καὶ τὸ σταθμὸν οἴκου Ἀχαὰβ, καὶ ἀπαλείψω τὴν Γερουσαλὴμ [60] καθὼς ἀπαλείφεται τὸ πυξίον ἀπαλειφόμενον, καὶ καταστρέψω ἐπὶ πρόσωπον αὐτοῦ, καὶ ἀποδώσωμαι τὸ ὑπόλειμμα τῆς κληρονομίας μου, καὶ παραδώσω αὐτοὺς εἰς χεῖρας ἐχθρῶν αὐτῶν, καὶ ἔσονται εἰς προνομὴν καὶ * εἰς ἁρπαγὴν πᾶσι τοῖς ἐχθροῖς αὐτῶν, ἀνθ᾽ ὧν ὅσα ἐποίησαν πονηρὰ ἐν ὀφθαλμοῖς μου, καὶ ἦσαν παροργίζοντές με, ἀφ᾽ ἧς ἡμέρας ἐξήγαγον τοὺς πατέρας αὐτῶν ἐκ γῆς Αἰγύπτου, καὶ ἕως τῆς ἡμέρας ταύτης. καί γε αἷμα ἀθῷον ἐξέχεε Μανασσῆς πολὺ σφόδρα, ἕως οὗ ἔπλησε τὴν Γερουσαλὴμ στόμα ἐπὶ στόμα· πλὴν ἀπὸ τῶν ἁμαρτιῶν αὐτοῦ ὧν ἐξήμαρτε τὸν Ἰούδαν, ποιῆσαι τὸ πονηρὸν ἐν ὀφθαλμοῖς κυρίου. καὶ ἤγαγε κύριος ἐπ᾽ αὐτὸν τοὺς ἄρχοντας τῆς δυνάμεως τοῦ βασιλέως Ἀσσὺρ, καὶ κατέλαβον τὸν Μανασσῆν ἐν δεσμοῖς, καὶ ἔδησαν αὐτὸν ἐν πέδαις χαλκαῖς, καὶ ἤγαγον αὐτὸν εἰς Βαβυλῶνα [61] καὶ ἦν δεδεμένος καὶ κατασεσιδηρωμένος

Vide Notas.

* l. ἁρπαγὴν

*nomus à facie filiorum Iſraël. Et converſus eſt Manaſſes, ac ædificavit excelſa, quæ deſtruxerat Ezechias pater ejus: & ſtatuit cippos Baali, & erexit altare Baalis: & fecit luces, ſicut fecerat Achab rex Iſraelis: & fecit altaria in domo Domini, de qua hæc dixit Dominus ad Davidem & ad filium ejus Salomonem; In illa ponam nomen meum. Et exſtruxit Manaſſes altaria, & in eis ſervivit Baali. Et dixit; Erit nomen meum in ſeculum. Et ædificavit altaria, in duobus atriis domus Domini, Militiæ cœli: & ipſe traduxit filios ſuos per ignem in Ge Ben-Hennon: & ariolabatur, ac maleficis artibus inſerviebat: fecitque ventriloquos & incantatores, & magos, & * Theraphim: & multiplicavit ut faceret malum in oculis Domini, ad irritandum eum: & poſuit conflatile & ſculptile luci, imaginem, quam fecit in domo Domini, in qua elegit Dominus ponere nomen ſuum, ibi in Hieroſolymis, urbe ſanctâ, in ſeculum, & dixit; Non adjiciam commovere pedem meum à terra Iſraelis, quam dedi patribus eorum, ſi tamen ſervaverint quæcumque præcepi eis, & omne mandatum quod mandavit ſervus meus Moſes. Et non audierunt; & decepit eos Manaſſes, ut facerent malum coram Domino, ſuper gentes quas ſuſtulit Dominus à facie filiorum Iſrael. Et locutus eſt Dominus ad Manaſſem & ad populum ejus, in manu ſervorum ſuorum Prophetarum, dicens; Pro eo quod fecit Manaſſes rex Juda, abominationes iſtas malas, ſuper omnia quæ fecit Amorrhæus coram eo; & peccare fecit Judam in Idolis ſuis, hæc dicit Dominus Deus Iſraël; Ecce ego infero mala in Hieroſolyma & Judam, ut quicumque ea audierit, tinniant ambæ aures ejus; & extendam ſuper Hieruſalem menſuram Samariæ, & pondus domus Achabi; & delebo Hieroſolyma, ſicut deletur tabula quæ deletur, & convertam ſuper faciem ſuam; & dimittam reſiduum hereditatis meæ, & tradam eos in manus inimicorum ſuorum; eruntque in prædam & direptionem omnibus inimicis ſuis; eò quòd fecerint mala in oculis meis, & fuerint irritantes me, à die quâ eduxi patres eorum ex terra Ægypti, & uſque ad hanc diem. Etiam ſanguinem innoxium effudit Manaſſes multum valde, donec impleret Hieroſolymam os ad os; præter peccata ſua quibus peccare fecit Judam, ad faciendum malum in oculis Domini. Et adduxit Dominus ſuper eum principes exercitus regis Aſſyriorum; & ceperunt Manaſſem in vinculis, & ligaverunt eum in compedibus æreis, & adduxerunt eum in Babylonem; & erat ligatus ac ferre vinctus totus in domo carceris; & da-*

* Ex 4. Reg. 23. 24.

59. Γεβανὲ ἐν ὀνόμασι.] Unde monſtrum lectionis? An ex vocabulo contextus, Γὲ Βενεννὸμ, II. Paral. XXXIII. 6. & nonnemini ad illud notâ marginali, ὄνομά τι, quoddam nomen, ſimul primò miſtis, ac poſtea corruptis? Ita ſentio. Corrigo etiam in hac voce Luciferum libro *De non parcendo in Deum delinquentibus*, paginâ 959. extremâ, quo loci producit teſtimonium ſacræ Scripturæ IV. Reg. XXIII. 10. *Contaminavit quoque Thopheth, quod eſt in Convalle filii Ennom:* Græcè, καὶ ἐμίανε τὸν Ταφὲθ τὸν ἐν φάραγγι υἱοῦ Ἐννόμ: dicitque ſi libris editis credimus; *Et coinquinavit Phem, quod erat in Cepenam.* Sed reſcribendum, *Pheth, quod erat in Gehenam,* aut *Gehennam, Gehennom, Gebenennom.* Nimirum his nominibus donatur ea vallis. Et legebat Lucifer τὸ Φὲθ τὸ pro Ταφὲθ τὸ, quod habet Editio Complutenſis; ubi in MS. Alexandrino τὸ Θαφὲθ, in verſionibus Syriacâ & Arabicâ *Taphath*, in Scholio antiquo τὸ Θαφὲθ, apud Theodoritum τὸ Ταφὲθ, apud Procopium Gazæum perperam τὸ Ἀφὲθ, Alibi Ταφέθ. COT.

4 Reg. 21. 13, 14. 60. Καθὼς ἀπαλείφεται τὸ πυξίον ἀπαλειφόμενον. καὶ καταστρέψω ἐπὶ πρόσωπον αὐτοῦ καὶ ἀποδώσωμαι &c.] Nota varias lectiones, καταστρέψω, & ἀποδώσωμαι. Nam vertam quoque exhibet Vulgata. ἀποδώσωμαι autem æquè ac eduum ἀπώσωμαι vel ἀπώσομαι, reſpondet verbo Hebraico. Quòd ſi cum MS. Alexandrino reponatur in LXX. καθὼς ἀπαλείφεται τὸ ἀλάβαστρον ἀπαλειφόμενον, καὶ καταστρέφεται ἐπὶ πρόσωπον αὐτοῦ vertaturque, *Sicut qui abſtergit alabaſtrum, abſtergit, & invertit in faciem ejus*, non erit Græcum inter & Hebræum diſcrepantia. Editio Complutenſis, καθὼς ἐξαλείφεται τὸ πυξίον, καὶ καταστρέψω ἐπὶ πρόσωπον αὐτοῦ καὶ ἀπαλείψω (leg. ἀπώσομαι) τὸ ὑπόλειμμα τῆς κληρονομίας μου. Ibid.

61. Καὶ ἦν δεδεμένος &c.] Hæc & alia non pauca quæ ſequuntur, videntur ex Traditionibus Judaicis, & ex Apocryphis libris in ſacrum Textum fuiſſe tranſlata. Unde ſimili ſanctarum profanarumque dictionum compactione, Auctor Commentarii imperfecti ita loquitur, ad Matth. I. 10. *Cum multa geſſiſſet impiè Manaſſes, adduxit ſuper eum Deus principes virtutis regis Aſſur: & comprehenderunt Manaſſen in vinculis, & ligaverunt eum in compedibus, & perduxerunt eum in Babyloniam: & erat ligatus & catenatus in domo carceris; & dabatur ei panis hordeaceus ad menſuram modicus, & aqua cum aceto modica ad menſuram, ut viveret tantùm; & erat conſtrictus in doloribus valde. Et ideo cùm vehementer affligeretur, quæſivit faciem Domini Dei ſui, & oravit Deum qui omnibus adſtat: & exaudivit Dominus vocem ejus, & miſertus eſt ei. Et facta eſt*

dabatur ei panis ex furfuribus parvo pondere, & parva menſura aqua cum aceto, ut viveret; eratque compreſſus ac mæſtus valde. Et ut vehementer coanguſtatus eſt, quaſivit faciem Domini Dei ſui; ac humiliavit ſe valde à facie Domini Dei patrum ſuorum; & oravit ad Dominum, dicens: Domine omnipotens, Deus patrum noſtrorum, Abrahami, Iſaaci, & Jacobi, & ſeminis eorum juſti. Qui feciſti cœlum & terram cum omni ornatu eorum; qui ligaſti mare verbo præcepti tui; qui clauſiſti abyſſum, & ſignaſti eam terribili ac glorioſo nomine tuo. Quem omnia pavent, & tremunt à facie virtutis tuæ; quia impatibilis eſt magnificentia gloriæ tuæ, & intolerabilis ira comminationis tuæ in peccatores. Immenſa verò & impervestigabilis miſericordia promiſſionis tuæ. Quoniam tu es Dominus benignus, longanimis, multùm miſericors, & pœnitens ſuper mala hominum. Quoniam tu Deus, ſecundùm indulgentiam bonitatis tuæ, promiſiſti pœnitentia remiſſionem iis qui peccaverunt, & multitudine miſerationum tuarum decreviſti pœnitentiam peccatoribus, in ſalutem. Tu igitur Domine Deus juſtorum, non poſuiſti pœnitentiam juſtis, Abrahamo, Iſaaco, & Jacobo, qui non peccaverunt tibi; ſed poſuiſti pœnitentiam ſuper me peccatore; quia peccavi ſupra numerum arenæ maris. Multiplicatæ ſunt iniquitates meæ, Domine, multiplicatæ ſunt iniquitates meæ; & non ampliùs dignus ſum in-

Oratio Manaſſis.

ὅλος ἐν οἴκῳ φυλακῆς, καὶ ἐδίδοτο αὐτῷ ἐκ πιτύρων ἄρτος ἐν σταθμῷ βραχὺς, καὶ ὕδωρ σὺν ὄξει ὀλίγον ἐν μέτρῳ, ὥστε ζῆν αὐτόν, καὶ ἦν συνεχόμενος καὶ ὀδυνώμενος σφόδρα. καὶ ὡς βιαίως ἐθλίβη, ἐζήτησε τὸ πρόσωπον κυρίου τοῦ Θεοῦ αὐτοῦ, καὶ ἐταπεινώθη σφόδρα ἀπὸ προσώπου κυρίου τοῦ Θεοῦ τῶν πατέρων αὐτοῦ, καὶ προσηύξατο πρὸς κύριον, [62] λέγων· Κύριε παντοκράτορ, ὁ Θεὸς τῶν πατέρων ἡμῶν, τοῦ Ἀβραὰμ, καὶ Ἰσαὰκ, καὶ Ἰακὼβ, καὶ τοῦ σπέρματος αὐτῶν τοῦ δικαίου. [63] ὁ ποιήσας τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν σὺν παντὶ τῷ κόσμῳ αὐτῶν, ὁ πεδήσας τὴν θάλασσαν τῷ λόγῳ τοῦ προστάγματός σου, ὁ κλείσας τὴν ἄβυσσον, καὶ σφραγισάμενος αὐτὴν τῷ φοβερῷ καὶ ἐνδόξῳ ὀνόματί σου, ὃν πάντα φρίσσει, καὶ τρέμει ἀπὸ προσώπου τῆς δυνάμεώς σου, ὅτι ἄστεκτος ἡ μεγαλοπρέπεια τῆς δόξης σου, καὶ [64] ἀνυπόστατος ἡ ὀργὴ τῆς ἐπὶ ἁμαρτωλοὺς ἀπειλῆς σου. ἀμέτρητόν τε καὶ ἀνεξιχνίαστον τὸ ἔλεος τῆς ἐπαγγελίας σου. ὅτι [65] σὺ εἶ κύριος εὔσπλαγχνος, μακρόθυμος, πολυέλεος, καὶ μετανοῶν ἐπὶ ταῖς κακίαις τῶν ἀνθρώπων. ὅτι σὺ ὁ Θεὸς, κατὰ τὴν χρηστότητα τῆς ἀγαθωσύνης σου ἐπηγγείλω μετανοίας ἄφεσιν τοῖς ἡμαρτηκόσι, καὶ τῷ πλήθει τῶν οἰκτιρμῶν σου ὥρισας μετάνοιαν ἁμαρτωλοῖς εἰς σωτηρίαν. σὺ οὖν κύριε ὁ Θεὸς τῶν δικαίων, οὐκ ἔθου μετάνοιαν δικαίοις, τῷ Ἀβραὰμ, καὶ Ἰσαὰκ, καὶ Ἰακὼβ, τοῖς οὐχ ἡμαρτηκόσι σοι· ἀλλ' ἔθου μετάνοιαν ἐπ' ἐμοὶ τῷ ἁμαρτωλῷ, διότι ἥμαρτον ὑπὲρ ἀριθμὸν ψάμμου θαλάσσης. ἐπλήθυναν αἱ ἀνομίαι μου, κύριε, ἐπλήθυναν αἱ ἀνομίαι μου, καὶ [66] οὐκ ἔτι εἰμὶ ἄξιος ἀτενίσαι καὶ ἰδεῖν τὸ ὕψος

---

eſt circa eum flamma ignis, & liquefacta ſunt omnia vincula ejus. Liberavitque Dominus Manaſſen ex omni tribulatione ejus, & reverſus eſt in Hieruſalem in regnum ſuum. Et cognovit Dominum Manaſſes, dicens, Ipſe eſt ſolus Deus. Et ſervivit ſoli Domino Deo in toto corde ſuo, & in tota anima ſua, omnibus diebus vitæ ſuæ, & reputatus eſt juſtus. Aiunt certè illud de pane furfureo & poſcâ, (quod etiam referunt Suidas & Glycas, ubi de hoc Rege faciunt mentionem) in quibuſdam Codicibus Græcis inſeri inter verſ. 11. & 12. cap. 33. libri 2. Paralipomenon. Ac fortè ἡ Ἐκκλησία παλαιὰ γραφὴ ἡ τῶν ἐπαλαιωμένων (è quo Apocrypho in Sozomeni lib. 9. cap. 17. narratur de Joaſo Rege, filio ipſius, & Zacharia Propheta) iſtas fabellas complectebatur: quemadmodum & ſimiles: qualis illa quam verbis ante præcedentibus adducit Pſeudo-Chryſoſtomus, Quo modo Manaſſem occidere voluerit Ezechias Rex pater ejus, ob prædictionem Iſaiæ: qualiſque alia apud Chronicon Euſebii, Georgium Syncellum, Georgium Hamartolum Monachum, Georgium Cedrenum, Suidam, Glycam, necnon S. Baſilium de pœnitentia Homiliâ 18. Ut Manaſſes τετραπρόσωπον εἴδωλον, ſive ſtatuam vel ſuam, vel Jovis, vel τῆς αἰσχρᾶς δαίμονος, hoc eſt Veneris, eamque quatuor aut quinque facies habentem, poſuerit in templo Dei. Porrò Conſtitutionum locum inveni laudatum à Georgio illo Hamartolo qui χρονογράφος ineditus exſtat quoque in maxima maximi Regis Bibliotheca, & per μακαρίτην Leonem Allatium vulgandus credebatur. Ait: ἱστορεῖται δὲ καὶ ἐν ταῖς τῶν ἀποστόλων διαταγαῖς ὅτι γενομένου Μανασσῆ ἐν φρουρᾷ ἐν Βαβυλῶνι, ποιήσας τὸ πρόσωπον κυρίου ὑπὲρ πάντας τοὺς ἔμπροσθεν αὐτοῦ, ἐπιλαβόμενος ὁ γραφεὺς ἐπήγαγε κύριος ἐπ' αὐτὸν τοὺς ἄρχοντας τῆς δυνάμεως τοῦ βασιλέως, καὶ δήσαντες αὐτὸν ἐν πέδαις χαλκαῖς, ἀπήγαγον εἰς Βαβυλῶνα. καὶ ἦν δεδεμένος, καὶ σιδηρωμένος ὅλος ἐν οἴκῳ φυλακῆς καὶ ἐδίδοτο αὐτῷ ἐκ πιτύρων ἄρτος βραχὺς. καὶ ὕδωρ ὀλίγον σὺν ὄξει ἐν μέτρῳ, ὥστε τὸ ζῆν αὐτὸν καὶ μόνον. συνεχόμενος δὲ σφόδρα καὶ ὀδυνώμενος, ἐζήτησε τὸ πρόσωπον κυρίου τοῦ Θεοῦ, καὶ προσηύξατο λέγων Κύριε παντοκράτορ, ὁ Θεὸς τῶν πατέρων ἡμῶν τοῦ Ἀβραὰμ καὶ Ἰσαὰκ καὶ Ἰακὼβ· καὶ τὰ ἑξῆς. καὶ ἐπήκουσεν ὁ Θεὸς τῆς φωνῆς αὐτοῦ, καὶ ἀφελόμενος τὰ δεσμὰ αὐτοῦ, ἐπέστρεψεν αὐτὸν εἰς Ἱερουσαλὴμ ἐπὶ τὴν βασιλείαν αὐτοῦ καὶ λατρεύων κυρίῳ τῷ Θεῷ μόνῳ ἐξ ὅλης καρδίας αὐτοῦ, ἐλογίσθη δίκαιος, ὢ φιλανθρωπίας Θεοῦ. ὅτι μείζων οὐδαμῶς οὐδεμία οὐκ ἔστιν ἁμαρτία· εἰς Θεὸν γὰρ ἦν ἡ ἀσέβεια. ἀλλ' ὅμως καὶ αὕτη διὰ γνησίας καὶ ὁλοψύχου μετανοίας συγχωρεῖται. καὶ γὰρ ὄντως ἄξιον θαυμάσαι τὴν τοῦ Θεοῦ φιλανθρωπίαν, πῶς τὸν τοιοῦτον καὶ τηλικοῦτον ὑπεραμαρτήσαντα χρόνοις τοσούτοις, ἐν μιᾷ καιροῦ ῥοπῇ συγχωρήσεως ἠξίωσεν. Nec eſt quòd aliquid poſt tot alios notem circa panem furfuraceum modicum, & parvam menſuram aquæ aceto mixtæ. Addam dumtaxat locum illuſtrem S. Baſilii Epiſtolâ ad Julianum Apoſtatam; τὰ φύλλα τῆς παρ' ἡμῖν βρωμάτων, ἀμφιλαφῆ χόρτῳ φορεῖ σὺν ἄρτῳ βραχυτάτῳ τῆς ἐξωτικῆς οἴνῳ & verſus elegantes B. Gregorii Nazianzeni Carmine Iambico 18. p. 214.

Φαγεῖν πιτύρων ἄρτον ἐνδεῶς δέοις.
Πιεῖν, ὕδωρ σὺν ὀλίγῳ, καὶ ὀξίδιον. COT.

62. Λέγων.] Vera Manaſſæ Regis Oratio legebatur in Sermonibus Regum Iſraël, & in Sermonibus Hozai, ut docetur II. Paral. XXXIII. 18. 19. Iſta autem fictitia eſt, ac extra Canonem librorum divinorum collocata: quamvis pro genuina habuerint etiam Scriptor Sermonis in Publicanum & Phariſæum Tom. 6. Operum B. Chryſoſtomi, Antonius Monachus lib. 2. Meliſſæ Serm 94. Theodorus Studita Sermone Catechetico 93. Theophanes Cerameus Homil. 2. & 56. Freculfus, Georgii duo Syncellus & Hamartolus, in Chronicis ſuis, atque Suidas in voce Μανασσῆς, ubi rectè exemplar Regium numero 130. καὶ τότε προσηύξατο πρὸς κύριον τό, Κύριε παντοκράτορ. Quibus accedunt omnes ii apud quos inter Cantica Scripturæ legebatur; quod factitatum patet ex MSS. Alexandrino & Regiis, & ex eo quòd eam Freculfus appellet Canticum pœnitentiæ, Anaſtaſius Sinaita in Pſalmum VI. τὴν προσευχὴν τὴν ᾠδήν, Georgius verò Syncellus, Michael Glycas, & Theophanes Cerameus ᾠδήν. En Græca Theodori Studitæ; ᾠδὴν ᾖσε τῷ Θεῷ, ἀφ' ἧς τῆς ἐξαγορεύσεως ἐλύθη ὑπὸ τοῦ Θεοῦ ἐκκλησία. Quare ad marginem alterius MS. Georgii Monachi ſeu Hamartoli in Bibliotheca verè Regia Scholium iſtud comparet, ἱστόρηται παρὰ Ἀφρικανῷ, ὅτι ἐν τῷ λέγειν τὴν ᾠδὴν τὸν Μανασσῆ, τὰ σιδηρᾶ διερράγησαν αὐτοῦ δεσμά. pro quo in Damaſceni Parallelis lib. 2. c. 15. leges; *Memoria proditum eſt ab Africano, quòd dum orationem hanc funderet Manaſſes, vincula ferrea confracta fuerunt, atque ipſe fuga ſaluti ſuæ conſuluit.* Lib. III. Comment. *Pet. Lambecii* Cæſarei Bibliothecarii, è Cod. MSS. Vindobonenſi inter Theol. Græcos 25. ἱστορεῖται παρὰ Ἀφρικανῷ, ὅτι ἐν τῷ λέγειν τὴν ᾠδὴν τὸν Μανασσῆ, τὰ σιδηρᾶ διερράγησαν αὐτοῦ δεσμά, καὶ ἐσώθη. Ibid.

63. Ὁ ποιήσας τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν σὺν παντὶ τῷ κόσμῳ αὐτῶν.] Theophanes Cerameus Homiliâ 56. κόσμος καὶ ὁ τῶν ἄστρων ἀριθμός, καὶ διακόσμησις, φησὶ τὸ ἱερώτατον ἐν τῇ ᾠδῇ Μανασσῆ. Ὁ ποιήσας τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν σὺν παντὶ τῷ κόσμῳ αὐτῶν. Ibid.

64. Ἀνυπόστατος ἡ ὀργὴ τῆς ἐπὶ ἁμαρτωλοὺς ἀπειλῆς σου.] Inter Scripturæ teſtimonia hanc ſententiam profert Antonius Meliſſa dictus lib. 2. ſerm. 94. legitque, ἐπὶ ἁμαρτωλοῖς, quomodo Editio Veneta an. 1632. quâ utor Horologii Græcorum in officio μεγάλου ἀποδείπνου, *magni Completorii.* Ibid.

65. Ὅτι σὺ εἶ κύριος εὔσπλαγχνος.] Alexandrinus Bibliorum Codex miræ antiquitatis, ὅτι σὺ εἶ κύριος ὕψιστος, εὔσπλαγχνος. *Quoniam tu es Dominus, altiſſimus, benignus,* ait Vetus Interpres. At in Editionibus, in Horologio, & in quinque MSS. Regiis, σὺ γὰρ εἶ κύριος ὕψιστος, εὔσπλαγχνος. Mitto alias varietates, non majoris momenti. Ibid.

66. Οὐκ ἔτι εἰμὶ ἄξιος ἀτενίσαι καὶ ἰδεῖν τὸ ὕψος τοῦ οὐρανοῦ, ἀπὸ πλήθους τῶν ἀδικιῶν μου.] Ab Auctore Homiliæ de Publicano & Phariſæo, quam B. Chryſoſtomo attribuunt, citatur abſque particula ἔτι, quæ etiam à reliquis exemplaribus abeſt Ibid.

67. Α'-

ψος τοῦ οὐρανοῦ, ἀπὸ πλήθους τῶν ἀδικιῶν μου, κατακαμπτόμενος πολλῷ δεσμῷ σιδήρου. διότι παρώργισα τὸν θυμόν σου, καὶ τὸ πονηρὸν ἐνώπιόν σου ἐποίησα, στήσας βδελύγματα, καὶ πληθύνας προσοχθίσματα. καὶ νῦν κλίνω γόνυ καρδίας μου, δεόμενος τῆς παρὰ σοῦ χρηστότητος. ἡμάρτηκα, κύριε, ἡμάρτηκα, καὶ τὰς ἀνομίας μου ἐγὼ γινώσκω· ἀλλ' αἰτοῦμαι δεόμενός σου· 67 ἄνες μοι κύριε, ἄνες μοι, καὶ μὴ συναπολέσῃς με ταῖς ἀνομίαις μου, μηδὲ εἰς τὸν αἰῶνα μηνίσας τηρήσῃς τὰ κακά μοι, μηδὲ καταδικάσῃς με ἐν τοῖς κατωτάτοις τῆς γῆς. ὅτι σὺ ὁ Θεὸς, Θεὸς τῶν μετανοούντων, καὶ ἐπ' ἐμοὶ δείξεις τὴν ἀγαθωσύνην σου. ὅτι ἀνάξιον ὄντα σώσεις κατὰ τὸ πολὺ ἔλεός σου. καὶ αἰνέσω σε διαπαντὸς ἐν πάσαις ταῖς ἡμέραις τῆς ζωῆς μου. ὅτι σε ὑμνεῖ πᾶσα ἡ δύναμις τῶν οὐρανῶν, καὶ σοῦ ἐστιν ἡ δόξα, εἰς τοὺς αἰῶνας. ἀμήν. Καὶ ἐπήκουσε τῆς φωνῆς αὐτοῦ κύριος, καὶ ᾠκτείρησεν αὐτόν· 68 καὶ ἐγένετο περὶ αὐτὸν φλὸξ πυρὸς, καὶ ἐτάκησαν πάντα τὰ περὶ αὐτὸν σιδηρᾶ· καὶ ἰάσατο κύριος τὸν Μανασσῆν ἐκ τῆς θλίψεως αὐτοῦ, καὶ ἐπέστρεψεν αὐτὸν εἰς Ἱερουσαλὴμ ἐπὶ τὴν βασιλείαν αὐτοῦ. καὶ ἔγνω Μανασσῆς, ὅτι κύριος αὐτός ἐστι Θεὸς μόνος, καὶ ἐλάτρευσε μόνῳ κυρίῳ τῷ Θεῷ ἐν ὅλῃ καρδίᾳ αὐτοῦ, καὶ ἐν ὅλῃ τῇ ψυχῇ αὐτοῦ, πάσας τὰς ἡμέρας τῆς ζωῆς αὐτοῦ, καὶ ἐλογίσθη δίκαιος. καὶ περιεῖλε τοὺς θεοὺς τοὺς ἀλλοτρίους, καὶ τὸ γλυπτὸν ἐξ οἴκου κυρίου, καὶ πάντα τὰ θυσιαστήρια ἃ ᾠκοδόμησεν ἐν οἴκῳ κυρίου, καὶ πάντα τὰ θυσιαστήρια τὰ ἐν Ἱερουσαλὴμ, καὶ ἐξέβαλεν ἔξω τῆς πόλεως, καὶ κατώρθωσε τὸ θυσιαστήριον, καὶ ἐθυσίασεν ἐπ' αὐτὸ θυσίαν σωτηρίου, καὶ αἰνέσεως. καὶ εἶπε Μανασσῆς τῷ Ἰούδᾳ, τοῦ δουλεύειν κυρίῳ τῷ Θεῷ Ἰσραήλ. καὶ ἐκοιμήθη ἐν εἰρήνῃ μετὰ τῶν πατέρων αὐτοῦ. καὶ ἐβασίλευσεν Ἀμὼν ὁ υἱὸς αὐτοῦ ἀντ' αὐτοῦ· καὶ ἐποίησε τὸ πονηρὸν ἐνώπιον κυρίου, κατὰ πάντα ὅσα ἐποίησε Μανασσῆς ὁ πατὴρ αὐτοῦ ἐν πρώτοις, καὶ παρώξυνε κύριον τὸν Θεὸν αὐτοῦ. Ἠκούσατε τέκνα ποθητὰ ἡμῶν ὅπως κύριος ὁ Θεὸς εἰδώλοις προσανακέχοντα, καὶ πολλοὺς ἀθώους φονεύσαντα, βραχέως τιμωρησάμενος, μεταγνόντα προσελάβετο, καὶ ἀφεὶς αὐτῷ τὰ πλημμελήματα, ἐπέστρεψεν αὐτὸν * περὶ τὴν βασιλείαν. οὐ μόνον γὰρ ἄφεσιν τοῖς μετανοοῦσιν, ἀλλὰ καὶ εἰς τὴν προτέραν ἀξίαν αὐτοὺς ἐπανάγει.

* al. εἰς

tueri & aſpicere altitudinem cœli, præ multitudine iniquitatum mearum, incurvatus multo vinculo ferreo. Quia irritavi iram tuam, & malum coram te feci, erigens abominationes, & multiplicans offendicula. Et nunc flecto genu cordis mei, deprecans bonitatem tuam. Peccavi Domine, peccavi, & iniquitates meas ego cognoſco: ſed peto rogans te: Remitte mihi, Domine, remitte mihi, & ne ſimul perdas me cum iniquitatibus meis; neque in æternum iratus ſerves mala mihi, neque condemnes me in infimis terræ. Quia tu es Deus, Deus pœnitentium; & in me oſtendes bonitatem tuam. Quoniam me indignum ſervabis, ſecundùm multam miſericordiam tuam: & laudabo te ſemper omnibus diebus vitæ meæ. Quia te laudat omnis virtus cœlorum; & tua eſt, gloria, in ſæcula. Amen. Et audivit Dominus vocem illius, ac miſeratus eſt eum: & orta eſt circa ipſum flamma ignis; & liquefacta ſunt omnia vincula ferrea, quæ circùm eum: & ſanavit Dominus Manaſſem ex afflictione ejus; & reduxit eum Hieroſolymam ad regnum ipſius. Et cognovit Manaſſes, quia Dominus ipſe eſt Deus ſolus; & ſervivit ſoli Domino Deo, ex toto corde ſuo, & ex tota anima ſua, per omnes dies vitæ ſuæ; & reputatus eſt juſtus. Et abſtulit Deos alienos, & ſculptile de domo Domini, & omnia altaria quæ ædificaverat in domo Domini, & omnia altaria quæ in Hieroſolymis, & projecit extra civitatem; & inſtauravit altare, & ſuper illud ſacrificavit ſacrificium ſalutaris, & laudis. Et dixit Manaſſes ad Judam, ut ſerviret Domino Deo Iſraël. Et dormivit in pace cum patribus ſuis. Et regnavit Amon filius ejus pro eo: fecitque malum in conſpectu Domini, ſecundùm omnia quæ fecerat pater ejus in principio; & irritavit Dominum Deum ſuum. Audiſtis, filii nobis cariſſimi, quemadmodum Dominus Deus eum qui Idolis adhæſerat, & multos inſontes interemerat, leviter caſtigatum jamque reſipiſcentem ſuſceperit, dimiſſiſque illi peccatis in regnum reſtituerit. Non modò enim pœnitentiam agentibus concedit veniam, ſed & eos ad priſtinam dignitatem revocat.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ κγ'.

Πρὸς τοὺς ἐκ καταφρονήσεως ἁμαρτάνοντας ἔστω παράδειγμα Ἀμών.

Μεῖζον εἰδωλολατρείας οὐκ ἔστιν ἁμαρτία· εἰς Θεὸν γάρ ἐστι δυσσέβεια· ἀλλ' ὅμως καὶ αὐτὴ διὰ γνησίας μετανοίας συγκεχώρηται. 69 ἐὰν δέ τις ἐκ περιτάξεως ἁμαρτάνῃ, πειράζων τὸν Θεὸν, ὡς μὴ ἐπεξιόντα τοῖς πονηροῖς, ὁ τοιοῦτος ἄφεσιν οὐχ

CAPUT XXIII.

In eos qui ex contemptu peccant, exemplum ſit Amon.

Gravius delictum Idololatriâ non reperitur: eſt enim in Deum impietas: nihilominus tamen & illud per ſinceram pœnitentiam condonatum eſt. Si qui verò inſtructâ veluti acie rebellis delinquat, tentans Deum quaſi malos non inſectantem; Eadem verba uſurpat Cedrenus, Edit. Xylandri. p. 33. lin. 5. Edit. Reg. T. 1. p. 40. D.

67. Ἄνες μοι κύριε, ἄνες μοι.] De hoc loco videnda Homilia 2. Cerameι Theophanis. COT.

68. Καὶ ἐγένετο περὶ αὐτὸν φλὸξ πυρός.] Ut mendacia inſtabilitate ac portentis gaudent, variis multiſque modis narratur Manaſſis liberatio, contra ſimplicitatem divinæ Scripturæ, & auctoritatem Joſephi Hiſtorici. Non juvat fabulatorum verba tranſcribere. Legat qui tempus & operam perdere volet, præter Damaſcenum ex Africano, & Auctorem Operis imperfecti, paucis ab hinc Notis citatos, Quæſtiones ſeu Traditiones Hebraicas in II. Paralipoménon quæ cum Hieronymo excuduntur, Anaſtaſium Sinaitam Homilià in Pſalmum 6. laudatoremque ac ſectatorem illius Glycam in Annalibus ſuis, Georgium Syncellum in Chronographia, & Suidam in Lexico. Cernet figmenti vices, ac tantummodo taurum Phalaridis. Enimverò poſt hæc ſcripta venit in manus meas S. Gregorii Nazianzeni Codex MS. optimæ notæ ac venerandæ antiquitatis, qui ditiſſimam magni Regis Bibliothecam ditiorem facit; eſtque octingentorum ferè annorum; ſcriptus magnâ arte temporibus Leonis Imperatoris, filii Baſilii Macedonis & Eudociæ Auguſtæ, quorum icones principiò exhibet, ut & Alexandri fratris Leonis. In quo Codice circa finem, non ſine voluptate vidi figuram Manaſſis Regis in tauro æneo poſiti. Ibid.

69. Ἐὰν δέ τις ἐκ περιτάξεως ἁμαρτάνῃ.] Quaſi ſua uſurpavit Georgius Cedrenus in Compendio Hiſtoriarum, ubi de Pharaone. Dicens; εἰδέναι δὲ δεῖ, ὅτι ἐάν τις ἐκ περιτάξεως ἁμαρτάνῃ, πειράζων τὸν Θεὸν, ὡς οὐκ ἐκδικοῦντα τοὺς πονηρούς, ὁ τοιοῦτος [illegible]. ὅτι ἀδύνατον ὥσπερ γε καὶ ἄλλοι πολλοὶ καὶ οὗτος ὁ Φαραώ. περὶ ὧν λέγει τις τῶν ἁγίων [illegible] ὅτι [illegible] ὥσπερ Ἀμὼς ὁ τοῦ Μανασσῆ [illegible] ὁ Θεός. Allegat autem Georgius Hamartolus, hoc pacto; [illegible] ὁ θεῖος λόγος [illegible]. ἐὰν δέ τις ἐκ περιτάξεως (alter ex Codicibus Regiis περιστάσεως) ἁμαρτάνῃ, πειράζων τὸν Θεὸν, ὡς μὴ ἐπεξιόντα τοῖς πονηροῖς, ὁ τοιοῦτος ἄφεσιν οὐχ ἕξει. [illegible] ὅτι [illegible]

tem; hujuſmodi venia carebit; licèt ſecum ipſe dicat; Bene mihi ſit, ambulabo in conſuetudine cordis mei pravi. Qualis exſiſtit Amon Manaſſis filius. Ait enim Scriptura; *Et decepit ſe Amon mala cogitatione tranſgreſſionis, & dixit; Pater meus à puero multa iniquè egit, & in ſenectute pœnitentiâ ductus eſt: & nunc ego ambulabo prout deſiderat anima mea, & poſtea ad Dominum me convertam. Et fecit malum coram Domino, ſupra omnes qui ante eum vixerant. Et citò delevit*
2. Paral. 33. 24, 01. 4. Reg. 21. 23, 19. *eum Dominus Deus ex terra ejus bona. Et irruerunt in eum ſervi ejus, & interfecerunt eum in domo ipſius: & duos tantum annos regnavit.*

ἕξει, κἂν λέγῃ παρ' ἑαυτῷ· ὅσιά μοι γένοιτο, ὅτι πορεύσομαι ἐν τῇ ἀναστροφῇ τῆς καρδίας μου τῆς πονηρᾶς. τοιοῦτος γάρ τις ἐγένετο καὶ Ἀμὼν ὁ τοῦ Μανασσῆ υἱός. [70] Φησὶ γὰρ ἡ γραφή· Καὶ παρελογίσατο Ἀμὼν λογισμοὺς παραβάσεως κακὸν, καὶ εἶπεν· ὁ πατήρ μου ἐκ νεότητος πολλὰ παρηνόμησε, καὶ ἐν γήρᾳ μετενόησε· καὶ νῦν ἐγὼ πορεύσομαι καθὼς ἐπιθυμεῖ ἡ ψυχή μου, καὶ ὕστερον ἐπιστρέψω πρὸς κύριον. καὶ ἐποίησε τὸ πονηρὸν ἐνώπιον κυρίου, ὑπὲρ πάντας τοὺς γενομένους ἔμπροσθεν αὐτοῦ. καὶ ἐξωλόθρευσεν αὐτὸν κύριος ὁ Θεὸς ἐν τάχει ἐκ τῆς γῆς τῆς ἀγαθῆς αὐτοῦ. Καὶ ἐπέθεντο αὐτῷ οἱ παῖδες αὐτοῦ, καὶ ἐθανάτωσαν αὐτὸν ἐν τῷ οἴκῳ αὐτοῦ· καὶ ἐβασίλευσεν ἔτη δύο μόνα.

CAPUT XXIV.

Quòd Chriſtus Jeſus Dominus ideo advenit, ut per pœnitentiam ſervaret peccatores.

ATtendite ergo Laici, ne quis veſtrum cogitationem Amonis in cor ſuum imprimat, ſicque pereat brevi. Parem in modum Epiſcopus obſervet quantùm poteſt, ut qui non peccaverunt, ſine peccato maneant: item converſos à peccatis, poſtquam ſanaverit, recipiat: ſin verò pœnitentem, immiſericors ipſe non admiſerit, delinquet in Dominum Deum ſuum, juſtificans ſeipſum ſupra illius juſtitiam; non ſuſcipiens eum quem Deus per Chriſtum ſuſcepit; eum cujus gratia Filium ſuum in terram miſit hominibus ut hominem; eum propter quem placuit illi, ut qui erat viri ac mulieris conditor, ex muliere naſceretur; cujuſque cauſſa, crucem, mortem, ac ſepulturam non condonans, permiſit ut pateretur, naturâ impaſſibilis Filius dilectus, Deus Verbum,
Iſ. 9. 6. magni conſilii divini Angelus, quo ſcilicet morti obnoxios morte liberaret. Hunc ad iram provocant qui pœnitentes excludunt. Ille ſiquidem me Matthæum, antea publicanum, non erubuit; & Petrum, qui eum ter propter metum negaverat, & poſtea eumdem placaverat pœnitendo, atque amarè fleverat, complexus eſt, ac paſtorem agnorum ſuorum conſtituit; ſimiliter Paulum coapoſtolum noſtrum, etſi initio multis nos malis attriviſſet, ac in nomen ſanctum blaſphemaſſet, Apoſtolum ex perſecutore deſignavit, eumque vas electionis declaravit: cuidam etiam mulieri peccatrici
Luc. 7. ait; *Remittuntur tibi peccata multa, quoniam dilexiſti multum:* alteram vero quæ deliquerat, cùm Senio-

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ κδ'.

Ὅτι Χριστὸς Ἰησοῦς κύριος παρεγένετο ἁμαρτωλοὺς σῶσαι διὰ μετανοίας.

ΠΡοσέχετε οὖν οἱ λαϊκοὶ, μή τις ἐξ ὑμῶν τὸν λογισμὸν τοῦ Ἀμὼν ἐπὶ καρδίαν αὐτοῦ συνάξῃ, καὶ ἴσα συντόμως ἀπολλύμενος. ὁμοίως ὁ ἐπίσκοπος συντηρείτω καθὼς δύναται, τοὺς μὴ ἡμαρτηκότας ἀναμαρτήτους μένειν· καὶ τοὺς ἀπὸ ἁμαρτιῶν ἐπιστρέφοντας θεραπεύσας δεχέσθω· ἐὰν δὲ τὸν μετεγνωκότα ἀνηλεὴς ὢν μὴ προσδέξηται, ἁμαρτάνει εἰς κύριον τὸν Θεὸν αὐτοῦ, δικαιῶν ἑαυτὸν ὑπὲρ τὴν ἐκείνου δικαιοσύνην, καὶ μὴ προσλαμβανόμενος ὃν προσεδέξατο διὰ Χριστοῦ, δι' ὃν ἀπέστειλε τὸν υἱὸν αὐτοῦ ἐπὶ γῆς τοῖς ἀνθρώποις ὡς ἄνθρωπον, δι' ὃν εὐδόκησεν ἐκ γυναικὸς αὐτὸν γεννηθῆναι, τὸν ποιητὴν ἀνδρὸς καὶ γυναικὸς, οὗ χάριν μὴ φεισάμενος σταυροῦ καὶ θανάτου καὶ ταφῆς, συνεχώρησε παθεῖν τὸν τῇ φύσει ἀπαθῆ, τὸν υἱὸν τὸν ἀγαπητὸν, τὸν Θεὸν λόγον, τὸν τῆς μεγάλης αὐτοῦ βουλῆς ἄγγελον, ὅπως τοὺς ὑποκειμένους θανάτῳ ῥύσηται τοῦ θανάτου. τοῦτον παροξύνουσιν οἱ μὴ προσδεχόμενοι τοὺς μετανοοῦντας. οὗτος γὰρ Ματθαῖον ἐμὲ τελώνην ὄντα πρότερον, οὐκ ἐπῃσχύνθη, καὶ Πέτρον ἀρνησάμενον αὐτὸν διὰ δέος τρίτον, καὶ διὰ μετανοίας ἐξιλασάμενον καὶ προσκλαύσαντα πικρῶς, προσήκατο, καὶ ποιμένα τῶν ἰδίων ἀρνῶν κατέστησε, καὶ Παῦλον δὲ τὸν συναπόστολον ἡμῶν, πολλὰ μὲν πρότερον εἰς ἡμᾶς ἐπιδειξάμενον κακὰ, καὶ βλασφημήσαντα εἰς τὸ ὄνομα τὸ ἅγιον, ἀπόστολον ἀντὶ διώκτου προεχειρίσατο, σκεῦος αὐτὸν ἐκλογῆς ἀναδείξας· καὶ ἄλλῃ τινὶ ἁμαρτωλῷ γυναικὶ λέγει· Ἀφίενταί σου αἱ ἁμαρτίαι αἱ πολλαὶ, ὅτι ἠγάπησας πολύ. [71] ἑτέραν δέ τινα ἡμαρτηκυῖαν ἔστησαν οἱ πρεσβύτεροι ἔμπροσθεν αὐ-

---

ἀναστροφῇ τῆς πονηρᾶς μου καρδίας. καὶ τότε μετανοήσω. τοιοῦτος γὰρ ἐγένετο καὶ ὁ Ἀμὼς ὁ τοῦ Μανασσῆ υἱός. φησὶ γὰρ ἡ γραφή· Καὶ παρελογίσατο Ἀμὼς ὁ τοῦ Μανασσῆ υἱὸς λογισμοὺς παραβάσεως πονηρούς. καὶ εἶπεν· ὁ πατήρ μου πολλὰ ἐκ νεότητος παρηνόμησε, καὶ ἐν γήρᾳ μετενόησε· καὶ νῦν ἐγὼ πορεύσομαι καθὼς ἐπιθυμεῖ ἡ ψυχή μου. καὶ ὕστερον ἐπιστρέψω πρὸς κύριον. καὶ ἐποίησε τὸ πονηρὸν ἐνώπιον κυρίου. ἐξωλόθρευσεν αὐτὸν ἐν τάχει. Oſtendunt ea loca, excidiſſe è Noſtris Conſtitutionibus verba, καὶ οὐδέποτε (vel καὶ τότε) μετανοήσω. Videtur autem παραβάσεως eſſe erratum ſcribarum, non ſine diſpendio ſenſûs atque elegantiæ. Præclarè enim dicitur ἐκ παραβάσεως ἁμαρτάνειν, qui Deum rebellis contemptorque peccando oppugnat, & deditâ operâ obſtinatoque animo divinæ gratiæ reluctatur. COT.

70. Φησὶ γὰρ ἡ γραφή.] Idem feratur judicium de ibidem hoc textu, ac de illo Capitis ſuperioris. Præter mox adductos Georgios, falſus Chryſoſtomus ad Matt. I. 10. *Fuit Amos valde iniquus, ut exſtant opera ſua maligna, quibus imitatus fuerat Manaſſem, ut etiam Deum poſſe ſe fallere æſtimaret, dicens; Pater meus multa ex juventute ſua iniqua fecit, & in ſenectute ſua pœnituit: & ego nunc ambulabo, ſecundum quod deſiderat anima mea, & poſtmodum convertar ad Dominum.* Michael Glycas Parte 2. Annalium; φησὶ γὰρ ἡ γραφή· καὶ παρελογίσατο Ἀμμὼς λογισμὸν πονηρόν. καὶ εἶπεν· ὁ πατήρ μου πολλὰ ἐκ νεότητος παρηνόμησε. καὶ ἐν γήρᾳ μετενόησε. καὶ νῦν ἐγὼ πορεύσομαι καθὼς ἐπιθυμεῖ ἡ ψυχή μου, καὶ ὕστερον ἐπιστρέψω πρὸς κύριον. Cyrillus Alexandrinus Oratione de exitu animæ & de ſecundo adventu; οἱ λέγοντες, ἐν νεότητι ἁμαρτήσωμεν, καὶ ἐν γήρᾳ μετανοήσωμεν. ὑπὸ δαιμόνων ἐμπαίζονται καὶ χλευάζονται· καὶ ὡς ἑκουσίως ἁμαρτάνοντες, τῆς μετανοίας οὐκ ἀξιοῦνται. ἀλλ' ἐν νεότητι ὑπὸ τοῦ τοῦ θανάτου δρεπάνου θερίζονται, ὡς Ἀμμὼν ὁ τοῦ Ἰσραὴλ βασιλεὺς, ὁ καὶ τὸν Θεὸν παροργίσας διὰ τοὺς πονηροὺς αὐτοῦ λογισμοὺς, καὶ τὰς βεβήλους αὐτοῦ ἐννοίας. οἱ γὰρ λέγοντες, σήμερον ἁμαρτήσωμεν, καὶ αὔριον μετανοήσωμεν, οἱ τοιοῦτοι ἐματαιώθησαν ἐν τοῖς διαλογισμοῖς αὐτῶν. Hoc eſt, *Qui dicunt, Peccemus in juventute, & in ſenectute pœnitentiam agemus, à Dæmonibus illuduntur, atque deridentur; quoniamque ultro peccant, eis pœnitere non datur, ſed in juventute mortis falce demetuntur: ut Ammon Iſraëlitarum rex, qui etiam Deum ſuis pravis deliberationibus, profaniſque mentis conceptibus irritavit. Nam qui dicunt, Hodie peccemus, & cras pœnitentiâ ducemur, ii evanuerunt in cogitationibus ſuis.* Ibid.

71. Ἑτέραν δέ τινα ἡμαρτηκυῖαν.] Iſtum locum in mente habuit Græcus quidam Cod. Reg. 0375. ubi poſt Evangelium Johannis, poſitis verſibus illius Evangelii, ultimo capitis 7. & undecim ſequentibus, ſubjungitur; τὰ ὠβελισμένα ἐν τισιν ἀντιγράφοις οὐ κεῖνται, οὐδὲ Ἀπολιναρίῳ· ἐν δὲ τοῖς ἀρχαίοις ὅλα κεῖνται. μνημονεύουσι δὲ τῆς περικοπῆς ταύτης καὶ οἱ ἀπόστολοι πάντες ἐν αἷς ἐξέθεντο διατάξεσιν εἰς οἰκοδομὴν τῆς ἐκκλησίας. *Quæ obelo notata ſunt, in quibuſdam exemplaribus non exſtant, neque apud Apolinarem: in vetuſtis autem libris tota habentur. Meminere hujus ſectionis etiam omnes Apoſtoli in Conſtitutionibus, quas ad ædificationem Eccleſiæ ediderunt.* Gravi autem errore Interpres Homiliarum S. Chryſoſtomi in Johannem, necnon Crotus Obſervationum in Novum Teſtamentum cap.

cap. 17. de muliere hac adultera accipiunt verba aurei Doctoris Homil. 60. seu 61. ad cap. 10. verſ. 24. [illegible] Vidit erratum Savilius, ſed dum caſtigare vult, in aliud ipſe incidit. Exiſtimat quippe locum intelligi debere de dimittenda uxore: cum haud dubium ſit quin præ oculis S. Patris exſtiterit textus Luc. VII. 47. &c. Itaque vertendum, *Quid enim ubique ideo interrogent, non ut diſcant, ſed ut dicta culpent, non hic tantùm, ſed & alibi ſæpe perſpicuum eſt. Etenim quando acceſſerunt rogantes, An liceret*
Matt. 22. 17. *dare cenſum Cæſari, necne; & cum de remiſſione factâ mulieri*
Luc. 7. 47. *ſermocinarentur; cumque percontati ſunt de illa, quam aiebant*
Matt. 22. 25. *ſeptem viros habuiſſe; deprehenſi ſunt non diſcendi ſtudio, ſed pravâ voluntate interrogationes ad ipſum deferre.* Sed & circa hiſtoriam Evangelii Johannis, ingenioſa eſt B. Auguſtini conjectura lib. 2. de adulterinis conjugiis cap. 7. Eam è ſacris codicibus ablatam fuiſſe à nonnullis, qui metuebant peccandi impunitatem dari mulieribus ſuis. Ad quam conjecturam pertinet ſpongia Armeniorum, qui totum Capitulum tamquam multis pernicioſum delebant; quemadmodum docemur per libellum de eorum Religione. Qui quidem non exigui momenti libellus S. Niconi ſolitus tribui, quia Latinè tantùm, nec ſemper feliciter converſus, exſtat ſub finem Balſamonis, utiliter, opinor, ſubjicietur è MS 2818. Gazæ Regiæ.

Περὶ τ' ἀσεβοῦς θρησκείας τ' κακίστων Ἀρμενίων.

De impia (al. peſſima, κακίστης) peſſimorum Armeniorum religione.

Τὰ παρὰ τ' Ἀρμενίων γινόμενα παραλόγως, [illegible]

* Interpr. [illegible]

Deeſt in Balſ.

Ex Balſam.

Ex Balſ.

Luc. 22. 44.

Joh. 8.

* f. del.

[illegible] λειτουργοῦντες δὲ. οὐ μόνον τὸ [illegible] ἀλλὰ καὶ [illegible]

Quæ ab Armeniis præter rationem fiunt & creduntur, hæc ſunt. Dicunt divinam naturam pati, & in Aphthartodocitarum Hæreſim inducuntur, eamque pati Trinitatem. Hoc autem etſi non audeant apertè dicere; iis tamen quæ faciunt, hoc declarant. Conjungentes enim tres cruces, & uni ligno inter ſe tamquam jugo affigentes, nominant hoc, Sancta Trinitas. Adjiciunt quoque ſancto Hymno illud, Qui crucifixus es pro nobis; Petri Fullonis rabiem ſequentes: & nobis quidem aſſeverant, ſe de Filio hoc adjicere; ipſi verò etiam Deum facere paſſibilem, apertè infecti ſunt. Exiſtimant etiam Spiritum minorem eſſe Patre & Filio: in quantum trium paullò ante declaratâ crucium mediam, minorem faciunt; & per eam quæ audent, hanc eſſe in Spiritûs typum detegunt. Iidem & confuſionem in duarum Chriſti naturarum unione decernunt. In pane quoque myſtico utuntur Azymis; & in ſanctum calicem aquam non immittunt. Sed & quinto menſis Januarii veſperè feſtum Annunciationis celebrant: tum aliud omne Officium hujus feſti facientes; tum etiam convenientem Evangelium legentes: manè autem Chriſti Natalem celebrant: & in Miſſâ ſancta Theophania. An autem poſt eum Annunciationis diem, venerabiliſſimum Salvatoris Natalem fuiſſe exiſtimantes, ita Feſtum celebrent, [incertum: manifeſtum autem eſt, quòd non ſicut nos, carnem Domini in Dei matris utero formatam eſſe exiſtimant.] Quo modo enim fieri poſſet, ut infans uno die ad nativitatis perfectionem perduceretur? Et in innumeras abſurditates ex eo deducuntur. Sin autem exiſtimant, poſt duodecim menſes anno in eumdem diem reverſa, editum eſſe partum, [non tam humanam nativitatem introducunt,] quàm equis & aſinis ſimilem. Hæc enim animalia, poſt annum pariunt. In feſto autem ſanctorum Theophaniorum, non matutino, non Evangelio, non Hymno, non aliarum Scripturarum lectione utuntur: ſed crucem tantùm in aquam immergentes, hoc ſibi ſufficere arbitrantur. Circumciſionem autem Servatoris octo diebus poſt Theophania celebrantes, falluntur: neſcientes quod prius circumciſus, deindeque baptizatus eſt. Præterea cùm magnus Gregorius, qui fuit magnæ Armeniæ Epiſcopus, caviſſet ut nequaquam ab alio ordinaretur Armeniæ Antiſtes, niſi ab eo qui per tempora eſſet Archiepiſcopus Cæſareæ Cappadociæ, ubi ipſe quoque ordinatus eſt, & horrendæ exſecrationes cum anathemate ab eodem Gregorio ſint impoſitæ in eos qui aliter fecerint: hæc quidem illi tranſgrediuntur, a Syro autem Amerano Catholicus eorum ordinatur. Sin autem negant, magnum Gregorium hæc conſtituiſſe; oſtendant nobis ejus ad filios conſtitutiones, & inde in eis obſervabitur. Quòd ſi adhuc contenderint; dicant, ſi poſſint; Anathema ſit nobis, ſi quid tale exſtitiſſe novimus. Sin verò Chriſmate inde non ſuſcepto utantur; nec verum Sacerdotes digni ſunt honore ſacerdotii. Quando enim ipſorum Catholicus non ordinatur ſecundum Canones; quo modo qui ab eo promoventur, auctoritatem habebunt? Ad hæc, abſtulerunt à ſacris Evangeliis vocem, quæ dicit, Et factus eſt ſudor ejus, ſicut guttæ ſanguinis decurrentes in terram: *hoc pro imbecillitate accipientes in Domini majeſtate. Sed & Hiſtoriam, quæ nos docet, quòd mulier adultera ad Jeſum adducta eſt, cum* [illegible] *dixiſſet,* Qui non [illegible], lapidem in illam mittat, *receſſerunt omnes, & nec à Chriſto condemnata eſt, ejiciunt, hanc recitationem multis eſſe noxiam dicentes. Comedunt autem & in Sabbatis, & in Dominicis ſanctæ Quadrageſimæ, ovum, & caſeum, & butyrum, & ante omnes ipſe Catholicus: & eſt apud eos Canon qui dicit, Si quis butyrum, & caſeum, & ovum non æquivalere exiſtimet vino, & oleo, Anathema ſit. Hebdomadâ quoque Lacticiniorum, carne veſcuntur; jejunantes ſeptimanâ quæ eſt ante Carniſprivium, intenſo jejunio; præter panem & aquam nihil guſtantes. Vocant autem hanc ſeptimanam, Artziburtzia: neſciunt tamen quid ſibi velit vis hujus nominis: ſed nonnulli quidem dicunt Sergii cujuſdam eſſe jejunium, vel Argii; nonnulli verò Ninivitarum: aliqui verò Adami, quando ex Paradiſo deliciarum ejectus eſt. Et hoc ſine ratione jejunare conſueverunt. Ut verò quidam referunt, videturque eorum ſermo verus eſſe; Aliquis apud eos Epiſcopus utebatur catello, cui erat cognomen Artziburtzes: id autem tranſlatum dicitur, Præceſſor, ſeu Præcurſor. Præcedebat enim Epiſcopum ingreſſurum in villam quamdam vel urbem. Quo mortuo, ſeptem dierum jejunium ab Epiſcopo ſancitum eſt, in memoriam luctus propter canem. Sacrum autem celebrantes, non modò capitis tegmen non detrahunt, ſed etiam cucullam tegmini imponunt: licet magnus*

res ante eum ſtatuiſſent, & relinquentes ei judicium, abiiſſent, cordium ſcrutator Dominus interrogatam, utrùm à Senioribus condemnata fuiſſet, atque id negantem, his verbis allocutus eſt;
Joh. 8. 11. *Vade igitur; neque ego te condemno.* Hunc, ô Epiſcopi, Salvatorem, Regem, ac Deum noſtrum Jeſum, pro ſcopo habere convenit; hunc imitari; mites eſſe, quietos, humanos, miſericordes, pacificos, expertes iræ; ad docendum, convertendum, recipiendum, hortandum & conſolandum accommodatos; non percuſſores, non iracundos, non contumelioſos, non arrogantes, non contemptores, non vinolentos, non ebrioſos, non ſumptuoſos temere, non voluptarios, non conſumptores; non utentes Dei donis tamquam alienis ſed tamquam propriis, ut conſtitutos in bonos diſpenſatores, útque rationem à Deo repoſcendos. Epiſcopus moderato victu contentus ſit; item veſtitu ad neceſſitatem & honeſtatem apto: bonis Dominicis tamquam extraneis non abutatur, ſed
Luc. 10. 7. cum modo; *Dignus eſt enim operarius mercede ſuâ.* Non ſit luxurioſus, non impenſæ ac ornatûs cupidus, ſed neceſſariarum dumtaxat rerum appetens.

αὐτῷ, καὶ ἐπ' αὐτῷ θέμενοι τὴν κρίσιν, ἐξῆλθον, ὁ δὲ καρδιογνώστης Κύριος πυθόμενος αὐτῆς, εἰ κατέκριναν αὐτὴν οἱ πρεσβύτεροι, καὶ ἀπούσης ὅτι οὔ, ἔφη πρὸς αὐτήν· Ὕπαγε οὖν, οὐδὲ ἐγώ σε κατακρίνω. Τοῦτον τὸν σωτῆρα, βασιλέα, καὶ Θεὸν ἡμῶν Ἰησοῦν, ὦ ἐπίσκοποι, σκοπὸν ἔχειν δεῖ, καὶ τούτου μιμητὰς εἶναι, πρᾳεῖς, ἡσυχίους, εὐσπλάγχνους, ἐλεήμονας, εἰρηνικούς, ἀοργήτους, διδακτικούς, ἐπιστρεπτικούς, εἰσδεκτικούς, παρακλητικούς, μὴ πλήκτας, μὴ ὀργίλους, μὴ ὑβριστάς, μὴ ἀλαζόνας, μὴ ὑπεροπτικούς, μὴ οἰνόφλυγας, μὴ μεθύσους, μὴ εἰκαιοδαπάνους, μὴ τρυφητάς, μὴ πολυδαπάνους, μὴ ὡς ἀλλοτρίοις ἀλλ' ὡς ἰδίοις τοῖς τοῦ Θεοῦ δόμασι χρωμένους, ὡς ἀγαθοὺς οἰκονόμους καθεστῶτας, ὡς μέλλοντας ἀπαιτεῖσθαι παρὰ τοῦ Θεοῦ τὸν λόγον. αὐτάρκη ἐχέτω τροφὴν, καὶ ἀμφιασμὸν, ὁ ἐπίσκοπος, τὸν τῇ χρείᾳ καὶ τῇ σεμνότητι πρέποντα· μὴ τοῖς κυριακοῖς ὡς ἀλλοτρίοις κεχρήσθω, ἀλλὰ μεμετρημένως. Ἄξιος γὰρ ὁ ἐργάτης τοῦ μισθοῦ αὐτοῦ ἐστι. Μὴ σπάταλος, μὴ πέρπερος, ἀλλὰ μόνων τῶν πρὸς σύστασιν ἐφιέμενος.

CAPUT XXV.

De primitiis, & decimis; & quo modo debeat Epiſcopus, ex eis vel ipſe accipere, vel aliis diſtribuere.

Decimas, & primitias, quæ juxta Dei mandatum erogantur, conſumat, ut hominem Dei decet: quæ cauſſa pauperum ſponte conferuntur, rectè in pupillos, viduas, afflictos, & peregrinos inopes diſpenſet, [illegible] qui habeat horum impendiorum ratiocinat[illegible] Deum, à quo ipſi hæc procuratio eſt commiſſa. Quinetiam, ô Epiſcopi, omnibus egentibus, juſtè diſpertientes; & ipſi Dominicis rebus utentes, ſed non abutentes; ex iis cibum ſumentes, ſed non eas abſumentes ſoli, immò cum egentibus communicantes; inoffenſum Deum habetote. Nam ſi ſoli bona Dei conſumpſeritis, hoc ab eo tamquam inſatiabiles & ſolicomedones probrum reportabitis;

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ κέ.

Περὶ ἀπαρχῶν καὶ δεκατῶν, καὶ ὅπως ὀφείλει ὁ ἐπίσκοπος, ἢ αὐτὸς μεταλαμβάνειν ἐξ αὐτῶν, ἢ ἑτέροις διανέμειν.

Τὰ διδόμενα κατ' ἐντολὴν Θεοῦ τῶν δεκατῶν καὶ τῶν ἀπαρχῶν, ὡς Θεοῦ ἄνθρωπος ἀναλισκέτω· τὰ εἰσφερόμενα ἐπὶ προφάσει πενήτων ἑκούσια, καλῶς οἰκονομείτω, ὀρφανοῖς, καὶ χήραις, καὶ θλιβομένοις, καὶ ξένοις ἀπορουμένοις, ὡς ἔχων Θεὸν λογιστὴν τούτων, τὸν ἐγχειρίσαντα αὐτῷ ταύτην τὴν οἰκονομίαν. πᾶσι δὲ τοῖς δεομένοις μετὰ δικαιοσύνης ἐπιμερίζοντες, καὶ ὑμεῖς αὐτοὶ χρώμενοι ἐκ τῶν κυριακῶν, ἀλλὰ μὴ παραχρώμενοι, ἐσθίοντες ἐξ αὐτῶν, ἀλλὰ μὴ κατεσθίοντες αὐτὰ μόνοι, κοινωνοῦντες δὲ τοῖς χρῄζουσιν, ἀπρόσκοποι Θεῷ γίνεσθε· ἐὰν γὰρ μόνοι αὐτὰ ἀναλώσητε, ὀνειδισθήσεσθε παρὰ Θεοῦ, λέγοντος ὡς πρὸς ἀπλήστους καὶ μονοφάγους·

Τὸ

1. Cor. 11. Ἀπόστολος Παῦλος [illegible]

Apoſtolus Paulus expreſsè clamet, detectos eſſe nos debere in tempore orationis. Non venerantur imagines ſacras; quinimo ipſorum Catholicus & Epiſcopi, veneratores earum anathematizant. Nec etiam Crucem adorant, niſi clavum in illius medium immiſerint, inſuperque eam baptizaverint. Poſtquam autem clavo fixa Crux & baptizata fuit, ſi contigerit, ut alterum duorum lignorum ſeparetur, & aliud remaneat; rectum videlicet, aut tranſverſum; adorant illud quod ſolum relictum eſt. Sed & Legalia ferè omnia, quæ quidem abolita ſunt, adhuc peragunt. Agnum enim magnâ Dominicâ ſacrificant, & limina ungunt; atque oſſa illius comburentes, ſervant cinerem cum ſanguine in ſignum expiationis. Et vitulum ante altare ſtatuunt, ac tintinnabula ipſi, altarique appendunt. Quinetiam pro mortuis ſacrificia ovium & boum faciunt: nec aliter defunctum exiſtimant ſalvandum, niſi in ejus Tertiis, Nonis, & Quadrage-ſimis ſacrificia ejuſmodi peracta fuerint. Antequam autem hujuſmodi hoſtias immolent, ſalem benedicentes, illis dant in nutrimentum; atque etiam ſuper earum capita quaſdam orationes dicant, ſicque mactant. Nominant porrò hæc ſacrificia, Matalia. (In Balſ. Natalitia.) Si quis autem ex illis, horum aliquid negaret; Anathemate feriant eum qui illud fecerit. Præterea iidem ſunt Monothelitæ. Adverſus autem eos qui dicunt, quod Chriſtus eâ die quâ natus eſt, etiam fuit baptizatus, ſufficit Gregorius Theologus, qui hæc Feſta tempore inter ſe diſtinguit: atque in Oratione quidem quæ incipit, Chriſtus gignitur, ait, Ac quidem paullò poſt videbis & Jeſum in Jordane purgari; in Oratione verò, cujus principium, Rurſum Jeſus, ita loquitur, Chriſti quidem nativitatem aptâ ſolemnitate celebraſtis jam: nunc verò alia Chriſti actio, aliudque Myſterium. COT.

[illegible] ᵃ Ματάλια. (κλ. Νατάλια.) [illegible] Γρηγόριος [illegible] Χριστὸς [illegible]

ᵃ Melids. Didici enim à docto Armeno Galliam peragrante, Matagh Armenicè eſſe ſacrificium. Deſ. ſeq. in Balſm.

38.

p. 622. B.

39.

p. 632. A.

τὸ γάλα κατεσθίετε, καὶ τὰ ἔρια περιβάλλεσθε. Καὶ ἐν ἄλλοις· Μὴ οἰκήσετε μόνοι ἐπὶ τῆς γῆς; Διὸ καὶ ἐν τῷ νόμῳ προστέτακται ὑμῖν· Ἀγαπήσεις τὸν πλησίον σου ὡς σεαυτόν. Καὶ ταῦτα λέγομεν, οὐχ ἵνα μὴ μεταλαμβάνητε ὑμεῖς τῶν πόνων· γέγραπται γάρ· Οὐ φιμώσεις βοῦν ἀλοῶντα· ἀλλ' ἵνα μεμετρημένως μετὰ δικαιοσύνης. Ὃν τρόπον οὖν ὁ βοῦς ἐργαζόμενος ἐν τῇ ἅλῳ ἀκημαῖος, ἐσθίει μὲν, ἀλλ' οὐ τὸ πᾶν κατεσθίει· οὕτω καὶ ὑμεῖς ἐργαζόμενοι εἰς τὴν ἅλω, τουτέστιν εἰς τὴν ἐκκλησίαν τοῦ Θεοῦ, ἐκ τῆς ἐκκλησίας ἐσθίετε· ὃν τρόπον καὶ οἱ Λευῖται οἱ λειτουργοῦντες τῇ σκηνῇ τοῦ μαρτυρίου, ἥτις ἦν τύπος τῆς ἐκκλησίας κατὰ πάντα· προσέτι δὲ καὶ ἐκ τοῦ ὀνόματος * μαρτύριον, τῆς ἐκκλησίας ἡ σκηνὴ προεφαίνετο. ἐνταῦθα γοῦν καὶ Λευῖται τῇ σκηνῇ προσεδρεύοντες, ἐκ τῶν εἰς τὴν προσφορὰν τοῦ Θεοῦ διδομένων ὑπὸ παντὸς τοῦ λαοῦ δώρων, καὶ ἀφαιρεμάτων, καὶ ἀπαρχῶν, καὶ δεκατῶν, καὶ θυσιῶν, καὶ προσφορῶν, μετεῖχον ἀκωλύτως, αὐτοὶ, καὶ γυναῖκες αὐτῶν, καὶ υἱοὶ καὶ θυγατέρες αὐτῶν. ἐπειδὴ δὲ τὸ ἔργον αὐτῶν ἦν λειτουργία τῆς σκηνῆς. διὰ τοῦτο κληροδοσίαν γῆς οὐκ ἔλαβον ἐν τοῖς υἱοῖς Ἰσραήλ· ὅτι αἱ ἀποφοραὶ τοῦ λαοῦ, κληροδοσία τοῦ Λευὶ, καὶ κληρονομία τῆς φυλῆς αὐτῶν. ὑμεῖς οὖν σήμερον, ὦ ἐπίσκοποι, ἐστὲ τῷ λαῷ ὑμῶν ἱερεῖς, Λευῖται, οἱ λειτουργοῦντες τῇ ἱερᾷ σκηνῇ, τῇ ἁγίᾳ καθολικῇ ἐκκλησίᾳ, καὶ παρεστῶτες τῷ θυσιαστηρίῳ κυρίου τοῦ Θεοῦ ἡμῶν, καὶ προσάγοντες αὐτῷ τὰς λογικὰς καὶ ἀναιμάκτους θυσίας διὰ Ἰησοῦ τοῦ μεγάλου ἀρχιερέως. ὑμεῖς τοῖς ἐν ὑμῖν λαϊκοῖς ἐστὲ προφῆται, ἄρχοντες, καὶ ἡγούμενοι, καὶ βασιλεῖς, [72] οἱ μεσῖται Θεοῦ καὶ τῶν πιστῶν αὐτοῦ, οἱ δέκται τοῦ λόγου καὶ ἀγγελτῆρες, οἱ γνῶσται τῶν γραφῶν, καὶ φθόγγοι τοῦ Θεοῦ, καὶ μάρτυρες τοῦ θελήματος αὐτοῦ· οἱ πάντων τὰς ἁμαρτίας βαστάζοντες, καὶ περὶ πάντων ἀπολογούμενοι· οἷς, ὡς ἠκούσατε, ἐμβριθῶς ὁ λόγος ἀπειλεῖ, ἐὰν κρύψητε ἐξ ἀνθρώπων τὴν τῆς γνώσεως κλεῖδα· οἷς κίνδυνος ὄλεθρος, ἐὰν μὴ διαγγείλητε τὸ θέλημα αὐτοῦ τῷ ὑφ' ὑμᾶς λαῷ· οἷς παρὰ Θεῷ μισθὸς ἀψευδὴς καὶ κλέος ἀνεκδιήγητον ἐν δόξῃ, καλῶς λειτουργήσασι τῇ σκηνῇ τῇ ἁγίᾳ. ὡς γὰρ τὸ βάρος ὑμέτερον, οὕτω καὶ τὰς διανομίας τῶν τροφῶν, καὶ τὰς ἄλλας χρείας ὑμεῖς καρποῦσθε. μιμηταὶ γάρ ἐστε Χριστοῦ τοῦ κυρίου· καὶ * ὡσαύτως πάντων ἡμῶν τὰς ἁμαρτίας ἀνενέγκων ἐπὶ τὸ ξύλον, σταυρωθεὶς ὁ ἄμωμος ὑπὲρ τῶν κολάσεως ἀξίων, οὕτω καὶ ὑμᾶς τοῦ λαοῦ τὰς ἁμαρτίας ἐξιδιοποιεῖσθαι χρή. εἴρηται γὰρ περὶ τοῦ σωτῆρος ἐν Ἡσαΐᾳ, ὅτι οὗτος τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν φέρει, καὶ περὶ ἡμῶν ὀδυνᾶται. Καὶ πάλιν· Αὐτὸς ἁμαρτίας πολλῶν ἀνήνεγκε, καὶ διὰ τὰς ἀνομίας αὐτῶν παρεδόθη. Ὥσπερ οὖν ὑμεῖς σκοποί ἐστε, οὕτω καὶ σκοπὸν ἔχετε τὸν Χριστόν· ὡς οὖν αὐτὸς πάντων ὑμῶν, οὕτω καὶ ὑμεῖς τῶν ὑφ' ὑμᾶς λαϊκῶν. μὴ γὰρ νόμιζε, ὅτι εὔκολος ἢ ἐλαφρὸν φορτίον ἐστὶν ἡ ἐπισκοπή. χρὴ οὖν ὡς τὸ βάρος φέρετε, οὕτως καὶ

* f. μαρτυρίου

* l. ὡς αὐτὸς

Lac comeditis, & lanis operimini. Et alio in loco; *Numquid habitabitis ſoli in terra?* Quapropter & in Lege mandatum eſt vobis; *Diliges proximum tuum ſicut teipſum.* Atque hæc dicimus, non ut laboribus veſtris nullatenus fruamini: ſcriptum eſt enim; *Non alligabis os bovi trituranti:* ſed ut moderatè cum juſtitia utamini. Quemadmodum ergo bos in area operans, cami libero ore, paſcitur quidem, ſed non totum depaſcitur: ita & vos laborantes in area, hoc eſt, in Eccleſia Dei, ex Eccleſia vivite; inſtar quoque Levitarum, qui miniſtrabant teſtimonii tabernaculo, quod omni ex parte figura Eccleſiæ erat; quinetiam ipſo nomine *teſtimonii*, Eccleſiæ tabernaculum deſignabatur. Huic itaque tabernaculo aſſidentes Levitæ, ex iis quæ ab omni populo offerenda Deo donabantur, muneribus, portionibus, primitiis, decimis, ſacrificiis, & oblationibus, liberè accipiebant, ipſi, eorumque uxores, & filii, & filiæ. Sed & quia eorum officium erat tabernaculo deſervire, idcircò illis terra inter filios Iſraël fortitò non obtigit; ſcilicet, populi collationes, ſors Levitarum erant, tribûſque eorum hæreditas. Vos igitur, ô Epiſcopi, hodie populo veſtro eſtis Sacerdotes, ac Levitæ, ſacro tabernaculo, hoc eſt, ſanctæ Catholicæ Eccleſiæ miniſtrantes, & adſtantes ad altare Domini Dei noſtri, cui rationales ac incruentas hoſtias offertis per Jeſum Pontificem magnum. Vos Laicis veſtris Prophetæ eſtis, principes, duces, reges; vos meditatores Dei & fidelium ejus, acceptores verbi & præcones, Scripturarum gnari, & voces Dei, ac teſtes voluntatis ejus; qui omnium delicta portatis, quique de omnibus rationem debetis reddere; quibus, ſicut audiſtis, horridè ſermo divinus minatur, ſi hominibus celaveritis clavem ſcientiæ; & quibus mortis periculum imminet, ſi populo vobis ſuppoſito Dei voluntatem non annunciaveritis; quibus *vice versâ* reponitur apud Deum certa merces & decus inenarrabile in gloria, ſi pulcrè ſancto tabernaculo miniſtraveritis. Quemadmodum enim veſtrum eſt onus; ita & cibos vobis ſuppeditatos, & alia neceſſaria colligite. Imitatores ſiquidem eſtis Chriſti Domini; & ſicut ille omnium noſtrûm peccata in ligno crucis portavit, immaculatus pro merentibus ſupplicium crucifixus; ita & vos plebis peccata vendicare oportet; cùm de Salvatore in Eſaia dictum ſit; *Iſte peccata noſtra portat, & pro nobis dolet.* Et pòſt; *Ipſe peccata multorum tulit, & propter iniquitates eorum traditus eſt.* Ut ergo vos ſcopi eſtis, ita & Chriſtum ſcopum habetis; & ut ille omnium veſtrum exemplar eſt, ita & vos Laicorum quibus præeſtis. Non enim exiſtimandum eſt, Epiſcopatum facile ac leve onus eſſe. Quocirca ſicut pondus fertis; ſic

Ezech. 34. 3.
Iſ. 5. 8.
Lev. 19. 18.
Deut. 25. 4.
I. Ignat. Interpol. ad Trall. 7.
Luc. 11. 52.
Ignat. interpol. ad Polyc. 2.
Iſ. 53. 4. 12.

72. Οἱ μεσῖται Θεοῦ καὶ τῶν πιστῶν αὐτοῦ.] Ita ſæpe ſancti Patres. Novavi in Adverſariis Origenem Homiliâ 2. in Leviticum, Baſilium Conſtitutionum Monaſticarum cap. 22. Chryſoſtomum in vidi Dominum Homil. 5. Hieronymum Epiſtolâ 128. & ad Malachiæ caput 2. Iſidorum Peluſiotam lib. 3. Epiſt. 20. Andream Cæſarienſem in Apocalypſim Serm. 7. cap. 21. Anaſtaſium Sinaitam Oratione de ſacra Synaxi, Hiſtoricos Eccleſiaſticos Evagrium & Nicephorum, illum lib. 2. cap. 8 hunc lib. 15. cap. 17. ſive Preces Epiſcoporum Ægyptiorum & Clericorum Alexandrinorum oblatas Leoni Auguſto, Concilii Chalcedonenſis Parte 3. num. 62. Maximum ad caput 4. Libri de Eccleſiaſtica Hierarchia, Alchuinum de divinis Officiis libro, capitibus 13. 40. Leonem IV in Concilio Romano Canone 17. apud eum Scriptorem de Vitis Romanorum Pontificum qui Luitprandus eſſe creditur, Arnulfum Sermone habito in Concilio Turonenſi. Zonaram ad Canonem 5. Carthaginenſem, Matthæum Blaſtarem Juris Græco-Romani lib. 8. pag. 517. ſeu Elemento Γ cap. 18. & Gregentii Diſputationem in fine. Imo ante Patres à Philone Judæo libro 2. de Monarchia literis mandatum eſt, βούλεται τὸν ἀρχιερέα μείζονος μὲν ἢ κατ' ἄνθρωπον μεμοιρᾶσθαι φύσεως, ἐγγυτέρω δὲ προσιόντα τῆς θείας, μεθόριον, εἰ δεῖ τἀληθὲς λέγειν, ἀμφοῖν, ἵνα διὰ μέσου τινὸς ἀνθρώπους μὲν ἱλάσκωνται θεὸν, θεὸς δὲ τὰς χάριτας ἀνθρώποις ὑποδιακόνῳ τινὶ χρώμενος ὀρέγῃ καὶ χορηγῇ. *Poſtulat Lex ut Pontificem naturam humana majorem, ut qui ad divinam propius accedat, ſitus (ſi verum fateri licet) in utriuſque confinio, ut per mediatorem aliquem homines quidem Deum propitient; Deus verò gratias hominibus, aliquo uſus miniſtro, porrigat atque largiatur.* Attamen S. Gregorius Nazianzenus (quidquid exploceret per Eliam Cretenſem) videtur dubitare Oratione I an Sacerdos mediator Dei & hominum debeat appellari. μεσίτην inquit Θεοῦ καὶ ἀνθρώπων· οὔπω γὰρ ἴσως ὁ ἱερεύς. Quæ ita vertuntur à Rufino ac ſi legiſſet ἱερέα, *Mediatorem eſſe populi apud Deum, quod eſt ſpeciale officium Sacerdotis.* Quamquam Epiſt. XXXVIII. Baſilium appellat τοῦ Θεοῦ καὶ ἀνθρώπων μεσίτην. In Chryſoſtomo, περὶ ἀγγελοκαταστάσεως Or. 2. de Zacharia Luc I. μεσίτης ποθέν τις ὢν Θεοῦ καὶ ἀνθρώπων. B. verò Auguſtinus lib 2 contra Parmenianum cap. 8. ex I. Timoth. II. 5. arguit eum Donatiſtam, quòd quodam loco mediatorem poſuiſſet Epiſcopum inter populum & Deum. Sed facilis conciliatio. Solus Chriſtus, aiunt Theologi, mediator eſt naturæ ac redemptionis, Sacerdotes autem mediatores ſunt miniſterii & interceſſionis. Lege Reginonem Lib. I. de Eccleſiaſt. Diſciplinis, & Rel. Chriſt. Cap 299. Synodos Romanas, ſub Eugenio II & Leone IV. Cap. 17. COT.

ſic & decet ut primi fructus percipiatis, quos cum
egentibus communicetis; ut pote rationem reddi-
turi ei qui cùm ratiocinator veſter ſederit, nulla
ratione poterit ſeduci. Oportet itaque eos qui
Eccleſiæ aſſiduò incumbunt, ex Eccleſiæ bonis
nutriri; quippe ſacerdotes, Levitas, præſides,
Dei miniſtros: ſicut in Numerorum libro de ſa-
Num. 18. 8. cerdotibus ſcriptum reperitur; *Et dixit Dominus
ad Aaronem; Tu, & filii tui, & domus patria
tua, accipietis peccata ſanctuarii, & ſacerdotii ve-
ſtri. Ecce dedi vobis cuſtodiam primitiarum; de
omnibus quæ ſanctificata ſunt mihi a filiis Iſrael,
tibi dedi ea in honorem, & filiis tuis poſt te, legiti-
mum ſempiternum. Et hoc erit vobis de ſanctifica-
tis, de oblationibus, & de muneribus, & de omni-
bus ſacrificiis, & de omni delicto, & de peccatis:
& quæcumque reddunt mihi de omnibus ſanctis, tibi
erunt ac filiis tuis. In ſancto comedetis illa.* Et
paullò poſt; *Omnes primitiæ olei, & vini, & fru-
menti, quæcumque dederint Domino, tibi dedi ea:
omnes primitias frugum tibi dedi. His accedit om-
nis conſecratio. Præterea omne hominis ac pecudis
ſive mundæ ſive immundæ primogenitum: item victi-
ma, utrúmque pectuſculum ac brachium dextrum,
ad ſacerdotes pertinent, & ad Levitas reliquos, co-
rum comites.* Audite hæc vos etiam Laici, electa
Ex. 19. 5, 6. Dei Eccleſia. Nam & prior populus, *Dei popu-
lus* & *gens ſancta* vocabatur. Et vos igitur eſtis
Hebr. 12. 23. ſacroſancta Dei Eccleſia conſcripta in cœlis, *regale
1. Pet. 2. 9. ſacerdotium, gens ſancta, populus acquiſitionis*,
ſponſa ornata Domino Deo. Eccleſia magna,
Eccleſia fidelis, auribus percipe quæ prius dicta
fuerunt: Exceptitia, & decimæ, & primitiæ
Chriſto Pontifici & miniſtris ejus: decimæ ſaluta-
ris, principium nominis Jeſu. Audi ſacra Catho-
lica Eccleſia, quæ decem illas plagas effugiſti, &
decem illos ſermones ſeu Decalogum accepiſti, &
Legem didiciſti, & in Jeſum credidiſti, illiúſque
nomine nuncuparis, atque in conſummatione glo-
riæ ejus firmaris ac ſplendes: ea quæ olim victimæ
erant, nunc ſunt preces, & obſecrationes, & gra-
tiarum actiones; quæ tunc primitiæ, & decimæ,
& partes demptæ, & dona, nunc oblationes,
quas ſancti Epiſcopi Domino Deo offerunt per
Jeſum Chriſtum, pro ipſis offerentibus mortuum.
Hi namque veſtri Pontifices ſunt; ſicut locum ſa-
cerdotum nunc apud vos tenent Presbyteri; ac
Levitarum Diaconi, & Lectores, & Cantores, &
Oſtiarii, Diaconiſſæ, & Viduæ, & Virgines, &
Orphani: his verò omnibus ſuperior exſiſtit Pon-
tifex.

τῶν καρπῶν πρώτους μεταλαμβάνειν, καὶ τοῖς δεομένοις μεταδιδόναι. ὡς λόγον ὑφέξοντες τῷ ἀπαραλογίστως ὑμᾶς μέλλοντι λογίζεσθαι. δεῖ γὰρ τοὺς τῇ ἐκκλησίᾳ προσεδρεύοντας, ἐκ τῆς ἐκκλησίας διατρέφεσθαι, ἅτε ἱερεῖς, Λευίτας, προέδρους, λειτουργοὺς Θεοῦ· καθὼς ἐν βίβλῳ τῶν Ἀριθμῶν γέγραπται περὶ τῶν ἱερέων. Καὶ εἶπε Κύριος πρὸς Ἀαρών· σὺ, καὶ οἱ υἱοί σου, καὶ ὁ οἶκος πατριᾶς σου λήψεσθε τὰς ἁμαρτίας τῶν ἁγίων, τῆς ἱερατείας ὑμῶν. ἰδοὺ δέδωκα ὑμῖν τὴν διατήρησιν τῶν ἀπαρχῶν· ἀπὸ πάντων τῶν ἡγιασμένων μοι παρὰ τῶν υἱῶν Ἰσραὴλ, σοὶ δέδωκα αὐτὰ εἰς γέρας, καὶ τοῖς υἱοῖς σου μετὰ σὲ, νόμιμον αἰώνιον. καὶ τοῦτο ἔσται ὑμῖν ἀπὸ τῶν ἡγιασμένων, ἐκ τῶν καρπωμάτων, καὶ ἀπὸ τῶν δώρων, καὶ ἀπὸ πάντων τῶν θυσιῶν, καὶ ἀπὸ πάσης πλημμελείας, καὶ περὶ ἁμαρτιῶν· καὶ ὅσα ἀποδιδόασί μοι ἀπὸ πάντων τῶν ἁγίων, σοὶ ἔσται καὶ τοῖς υἱοῖς σου. ἐν τῷ ἁγίῳ φάγεσθε αὐτά. Καὶ μετ' ὀλίγα· Πᾶσα ἀπαρχὴ ἐλαίου καὶ οἴνου καὶ σίτου, ὅσα ἂν δῶσι Κυρίῳ, σοὶ δέδωκα αὐτά· καὶ τὰ πρωτογεννήματα πάντα σοὶ δέδωκα. καὶ συνεῤῥὶξ πᾶν ἀνάθεμα. πᾶν πρωτότοκον ἀνθρώπου καὶ κτήνους καθαροῦ καὶ ἀκαθάρτου, καὶ [73] θυσίας, καὶ στηθύνιον, καὶ βραχίων δεξιὸς τοῖς ἱερεῦσι προσηκέτω, καὶ τοῖς λοιποῖς τοῖς παρεπομένοις αὐτοῖς Λευίταις. Ἀκούετε ταῦτα καὶ ὑμεῖς οἱ λαϊκοὶ, ἐκλεκτὴ ἐκκλησία τοῦ Θεοῦ. καὶ γὰρ ὁ λαὸς πρότερον Θεοῦ λαὸς καὶ ἔθνος ἅγιον ὠνομάζετο· καὶ ὑμεῖς οὖν ἐστε ἁγία τοῦ Θεοῦ ἱερὰ ἐκκλησία ἀπογεγραμμένη ἐν οὐρανῷ, βασίλειον ἱεράτευμα, ἔθνος ἅγιον, λαὸς εἰς περιποίησιν, νύμφη κεκαλλωπισμένη Κυρίῳ τῷ Θεῷ. ἐκκλησία μεγάλη, ἐκκλησία πιστὴ, ἃ πρότερον ἐῤῥέθη, νῦν ἐπάκουε· ἀφαιρέματα, καὶ δεκάται, ἀπαρχαὶ τῷ ἀρχιερεῖ Χριστῷ καὶ τοῖς λειτουργοῦσιν αὐτῷ· δεκάται σωτηρίου, [74] ἀρχὴ ὀνόματος Ἰησοῦ. ἄκουε ἱερὰ καθολικὴ ἐκκλησία, ἡ τὰς δεκαπλήγους ἐκπεφευγυῖα, καὶ τοὺς δεκαλόγους εἰληφυῖα, καὶ τὸν νόμον μεμαθηκυῖα, καὶ ἐπὶ τὸν Ἰησοῦν πεπιστευκυῖα, καὶ τὸ ὄνομα αὐτοῦ ἐπονομαζομένη, καὶ ἐπὶ τῇ πληρώσει τῆς δόξης αὐτοῦ ἐστηριγμένη καὶ λάμπουσα· αἱ τότε θυσίαι, νῦν εὐχαὶ, καὶ δεήσεις, καὶ εὐχαριστίαι· αἱ τότε ἀπαρχαὶ, καὶ δεκάται, καὶ ἀφαιρέματα, καὶ δῶρα, νῦν προσφοραὶ, αἱ διὰ τῶν ὁσίων ἐπισκόπων προσφερόμεναι Κυρίῳ τῷ Θεῷ διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ ὑπὲρ αὐτῶν ἀποθανόντος. οὗτοι γάρ εἰσιν ὑμῶν οἱ ἀρχιερεῖς· οἱ δὲ ἱερεῖς ὑμῶν, οἱ πρεσβύτεροι· καὶ οἱ Λευῖται ὑμῶν, οἱ νῦν διάκονοι, καὶ [75] οἱ ἀναγινώσκοντες ὑμῶν, καὶ οἱ ᾠδοὶ, καὶ οἱ πυλωροὶ, αἱ διακόνοι ὑμῶν, καὶ αἱ χῆραι, καὶ αἱ παρθένοι, καὶ οἱ ὀρφανοὶ ὑμῶν· ὁ δὲ τούτων πάντων ἀνώτερος ὁ ἀρχιερεύς ἐστι.

K E-

73. *Καὶ θυσίας.*] Non ſine cauſſa Photio Criticorum maximo diſplicuit Conſtitutionum phraſis, ἀνακόλουθος aliiſque vitiis ſermonis abundans. Quamobrem hic coactus ſum non tam ad verba attendere, quàm ad ſenſum, & ad textum Numerorum qui carptim citatur. Atque ſimili modo faciendum ſæpe fuit Interpretibus hujuſce Operis. Ibid.

74. *Ἀρχὴ ὀνόματος Ἰησοῦ.*] Forſitan iſte locus occaſionem præbuerit S. Epiphanio ita ſcribendi Hæreſi 8. ſectione 6. *καὶ ἦν αὐτοῖς ἀποδεκατοῦν ἀσφαλιζόμενα, ἵνα μὴ λάθῃ αὐτοὺς τὸ Ἰῶτα ἡ δέκας, τὸ πρῶτον γράμμα τοῦ Ἰησοῦ ὀνόματος.* *Et erat ibi* apud Judæos *decimatio ſtabilita; ut non lateret eos littera Jota, quæ eſt ſignum numeri denarii, & primum elementum nominis Jeſu.* Alii ad litteram I. primam in nomine Ἰησοῦς accommodant Decalogum. Ut Clemens Alexandrinus Strom. 6. p. 687. Auctor Operis imperfecti in Matthæum ad verſ. 19. cap. 24. & Maximus in Catena ad eumdem Evangeliſtam cap. 10. verſ. 29. Quibus addere potes Interpretes ad Matthæi V. 18. cum loco Euthymii Panopliæ Parte 2. tit. 23. num. 16. Alia verò circa decuſſim, primámque litteram nominis Jeſu commentantur Origenes in Matthæi XXVI. 57. Epiphanius Hæreſ. 50. cap. 3. & Hær. 70. cap. 12. Hieronymus ad Zachariæ VIII. ult. atque jam citatus Pſeudo-Chryſoſtomus ad Matth. l. 4. & 17. In fragmentis B. Irenæi è Catena in Judices ad Cap. VI. verſ. 27. *εὑρίσκομεν καὶ τοῦτον ἀρχῆς, κατ' ἰῶτα ... τοῦ ἀριθμοῦ τῶν δέκα ἀνδρῶν, Ἰησοῦ μοὶ Ἰσοῦ ἔχων φανῇ ἀνδρῶν.* Denique ab Alexandrino Clemente Pædag. l. 9. Jota nominis Jeſu, refertur ad rectitudinem & unitatem; juxta illud Corippi lib. 2. de laudibus Juſtini Imperatoris,

Ut ſua rectus
Littera, quæ ſigno ſtabili non flectitur unquam.

juxta Methodium in Convivio Virginum Oratione 6. p. 75. 76. & juxta omnes eos qui teſtimonium Matth. V. 18. *Jota unum, aut unus apex, non præteribit*; de Cruce interpretati ſunt. Vide ſis Catenam Græcorum Patrum in Lucam, ad cap. 16. verſ. 17. atque inde & ex ſenſu corrige locum Clementis Pædag. l. 9. p. 126. ſcribendo, τὰς ἐπιπλοκὰς (malè vulgò ἐπιπλοκὰς) τῶν ἁμαρτανόντων πλαγίως αἰνιττόμενος ἰδίως. Hoc eſt ad verbum, *implicationes peccantium, obliquas ſignificans vias.* Ibid.

75. *Οἱ ἀναγινώσκοντες.*] Quo poſt Apoſtolos tempore minores Ordines, Diaconatu inferiores, cœperint in Eccleſia inſtitui, adeò obſcuritate involvitur, ut nullâ poſſit certâ conjecturâ deprehendi atque explicari. Apertè quidem S. Ignatius, qui initio ſecundi ſæculi ſcripſit, agnoſcit ſolummodo tres majores gradus, Epiſcopatum, Presbyteratum, Diaconatum. Primus vero, quod ſciam, Lectores nominat Tertullianus libro de præſcriptione Hæreticorum cap. 41. Hypodiaconi autem, Exorciſtæ, & Acoluthi non comparent ante Cyprianicas Epiſtolas 24. 28. 78. 79. 80. 16. 55. & Epiſtolam Cornelii Papæ ad Fabium Antiochenum in Euſebio

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ κϛ΄.

Εἰς τίνος τύπον καὶ ἀξίαν ἕκαστος τῶν ἐν τῷ κλήρῳ τέτακται παρὰ Θεοῦ.

Ὁ Ἐπίσκοπος, οὗτος λόγου διάκονος, γνώσεως φύλαξ, μεσίτης Θεοῦ καὶ ὑμῶν ἐν ταῖς πρὸς αὐτὸν λατρείαις· οὗτος διδάσκαλος εὐσεβείας· οὗτος μετὰ Θεὸν πατὴρ ὑμῶν, δι' ὕδατος καὶ πνεύματος ἀναγεννήσας ὑμᾶς εἰς υἱοθεσίαν· οὗτος ἄρχων καὶ ἡγούμενος ὑμῶν. οὗτος ὑμῶν βασιλεὺς καὶ δυνάστης· οὗτος ὑμῶν [76] ἐπίγειος Θεὸς μετὰ Θεόν, ὃς ὀφείλει τῆς παρ' ὑμῶν τιμῆς ἀπολαύειν· περὶ γὰρ τούτου καὶ τῶν ὁμοίων αὐτῷ ὁ Θεὸς ἔλεγεν· Ἐγὼ εἶπα, θεοί ἐστε, καὶ υἱοὶ ὑψίστου πάντες· Καί· Θεοὺς οὐ κακολογήσεις. Ὁ γὰρ ἐπίσκοπος προκαθεζέσθω ὑμῶν, ὡς Θεοῦ ἀξίᾳ τετιμημένος, ᾗ κρατεῖ τοῦ κλήρου, καὶ τοῦ λαοῦ παντὸς ἄρχει. ὁ δὲ διάκονος τούτῳ παριστάσθω, ὡς ὁ Χριστὸς τῷ πατρί, καὶ λειτουργείτω αὐτῷ ἐν πᾶσιν ἀμέμπτως, ὡς ὁ Χριστὸς ἀφ' ἑαυτοῦ ποιῶν οὐδέν, τὰ ἀρεστὰ ποιεῖ τῷ πατρὶ πάντοτε. [77] ἡ δὲ διάκονος εἰς τύπον τοῦ ἁγίου πνεύματος τετιμήσθω ὑμῖν, μηδὲν ἄνευ τοῦ διακόνου πράττουσα, ἢ φθεγγομένη, ὡς οὐδὲ ὁ παράκλητος ἀφ' ἑαυτοῦ τι λαλεῖ ἢ ποιεῖ, ἀλλὰ δοξάζων τὸν Χριστὸν περιμένει τὸ ἐκείνου θέλημα· καὶ ὡς οὐκ ἔστιν εἰς τὸν Χριστὸν πιστεῦσαι ἄνευ τῆς τοῦ πνεύματος διδασκαλίας, οὕτως ἄνευ τῆς διακόνου μηδεμία προσίτω γυνὴ τῷ διακόνῳ, ἢ τῷ ἐπισκόπῳ. οἵ τε πρεσβύτεροι εἰς τύπον ἡμῶν τῶν ἀποστόλων ὑμῖν νενομίσθωσαν, διδάσκαλοι ἔστωσαν θεογνωσίας· ἐπειδὴ καὶ ὁ κύριος ἡμᾶς ἀποστέλλων ἔλεγε· Πορευθέντες μαθητεύσατε πάντα τὰ ἔθνη, βαπτίζοντες αὐτοὺς εἰς τὸ ὄνομα τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος· διδάσκοντες αὐτοὺς τηρεῖν πάντα ὅσα ἐνετειλάμην ὑμῖν. Αἵ τε χῆραι καὶ ὀρφανοὶ [78] εἰς τύπον τοῦ θυσιαστηρίου λελογίσθωσαν ὑμῖν. αἵ τε παρθένοι εἰς τύπον τοῦ θυμιατηρίου τετιμήσθωσαν, καὶ τοῦ θυμιάματος.

CAPUT XXVI.

Ad cujus formam & dignitatem unuſquiſque de Clero, à Deo ſit ordinatus.

QUi Epiſcopus eſt, hic verbi eſt miniſter, ſcientiæ cuſtos, mediator Dei & veſtrûm in divino cultu: hic eſt magiſter pietatis: hic poſt Deum pater veſter, quia per aquam & ſpiritum vos in adoptionem regeneravit: hic princeps & dux veſter: hic veſter Rex & Dynaſtes: hic vobis poſt Deum terrenus Deus, cui honorem debetis præſtare; de eo quippe & de ſimilibus aiebat Deus: *Ego dixi; Dii eſtis, & filii Excelſi omnes.* Et; *Diis non maledices.* Igitur Epiſcopus vobis præſideat, tamquam Dei dignitate condecoratus, ob quam Clero præeſt, & plebi univerſæ imperat. Diaconus autem Epiſcopo aſſiſtat, ut Chriſtus Patri; ipſique in omnibus inculpatè miniſtret; quemadmodum Chriſtus, nihil à ſeipſo faciens, quæ placita ſunt Patri, ſemper operatur. At Diaconiſſa à vobis in figuram ſancti Spiritus honoretur; quæ abſque Diacono nihil agat, aut loquatur; ſicut nec Paracletus à ſe quidquam loquitur aut facit, ſed Chriſtum glorificans, exſpectat illius voluntatem: ad hæc, ut in Chriſtum non creditur, niſi per Spiritus doctrinam, ſic nulla mulier niſi per Diaconiſſam ad Diaconum aut ad Epiſcopum accedat. Presbyteri verò nos Apoſtolos repræſentare videantur vobis; ſintque doctores cognitionis Dei: quandoquidem Dominus, cùm nos mitteret, *Euntes*, dixit, *docete omnes gentes; baptizantes eos in nomine Patris, & Filii, & Spiritus ſancti; docentes eos ſervare omnia quæcumque mandavi vobis.* Viduæ etiam & Orphani in formam altaris à vobis reputentur, denique Virgines ad inſtar thuribuli & thymiamatis ſeu ſuffitûs honorentur.

l. Ignat. interpol. ad Trall. 7.

Pſ. 81. 6.

Ex. 22. 28.

Ignatius, ad Magneſ. 7.

Infrà, c. 28.

Mat. 28. 19.

l Polycarp. Epiſt. c 4. Pſeudo Ignat ad Tarſ. 9.

C A-

ſebio lib. 6. cap. 43 quæ etiam Oſtiarios adjungit. Sed è media ætate nihil clari afferunt. Augetque difficultatem, tum quòd credi debeat quaſdam Eccleſias hac in diſciplina præiviſſe aliis exemplo ſuo: tum quòd in Diaconis ſoleant Clerici minoris loci comprehendi; unde Optatus multo poſt introductionem Clericorum Diaconis ſuppoſitorum, poſtquam poſuiſſet lib. 1. p. 39. lib. 2. p. 53. Eccleſiæ membra, *Epiſcopos, Presbyteros, Diaconos, Miniſtros, & Laicos* ſeu *turbam Fidelium*, eodem lib. 2. p. 59. ſubjungit; *Cùm ſint (ſicut ſuprà dixi) quatuor genera capitum in Eccleſia; Epiſcoporum, Presbyterorum, Diaconorum, & Fidelium*; pro quibus enumerantur quinque ordines Eccleſiæ apud Hieronymum in Eſaiæ caput 19. Epiſcopi, Presbyteri, Diaconi, Fideles, & Catechumeni. Itaque dubium remanet, an hic & ſimiles Conſtitutionum loci, à primo earum Editore, vel ab earumdem Interpolatore profecti ſint. Omitto parvæ auctoritatis Librum de Romanis Pontificibus. Is in Hygino habet, *Hic Clerum compoſuit, & diſtribuit gradus.* Et in Victore. *Hic fecit ſequentes Clericos.* COT.

76. Ἐπίγειος Θεός.] Sic Petrum Apoſtolum Θεὸν ἐπίγειον appellatum invenies in Epiſtola 1. Gregorii 2. ad Leonem Iſaurum, quæ præponitur Concilio 7. generali. Sic Sacerdotem Χριστοῦ ἐπιχθόνιον in Gregorio Nazianzeno Carm. 3. p. 61. Et Dei nomen Sacerdoti, Deorum nomen Sacerdotibus in ſacris Eloquiis dari docent cum aliis Johannes Chryſoſtomus Expoſitione in Pſalmum 137. & Gregorius Papa lib. 4. Epiſtola 31. Apud Jornandem de rebus Geticis cap. 28. Atanaricus Rex, intuitus admirabilem urbem Conſtantinopolim, Theodoſiique majoris militem rectè ordinatum, hæc edit verba; *Deus ſine dubio terrenus, eſt Imperator.* Ibid.

77. Ἡ δὲ διάκονος.] Multa Conſtitutionum, fœtorem Arianum & Macedonianum redolent, magiſque redolerent, ſi conſtaret ſcripta fuiſſe poſt earum Hæreſeon exortum. Præſentem verò locum confodiunt præcipuè iſta S. Gregorii Nazianzeni Oratione 44. pag. 709. de Spiritu Sancto, *πάντως δὲ κυρίως διακονήσει, οὐχ ὡς δουλικῶς, οὐδ' ἀναμένων ἐπίταγμα ὡς τινες οἴονται. Ac profectò aderit heriliter, non ſerviliter, nec juſſum atque imperium, ut quibuſdam videtur, exſpectans.* Nihilominus quò juxta Photii judicium error circa Trinitatem utcumque à DiatAxibus amoveatur, dici poteſt cum B. Hieronymo lib. 2. Apologiæ adversùs Rufinum cap. 4. Scriptores Eccleſiaſticos, antequam Arius naſceretur, innocenter quædam & minùs cautè locutos eſſe. Præterea oſtendimus ad Hermam, Miniſtri nomen à quibuſdam è ſanctis Patribus Filio ſanctoque Spiritui fuiſſe attributum. Comparatio autem Trinitatis atque Hierarchiæ producitur quidem ab Anomœo in fine Dialogi primi de ſancta Trinitate Tom. 2. Operum S. Athanaſii, ſed piè reducitur ad Catholicam fidem per Orthodoxum, qui conſubſtantialitatem Patris, Filii, & ſancti Spiritûs infert ex conſubſtantialitate Epiſcopi, Presbyteri, & Diaconi. Accedit huc quòd ab Antiquis paſſim Sacerdotes cum Deo & Chriſto componuntur, quodque B. Ignatius ad Trallianos cap. 3. & B. Polycarpus Epiſtolæ ſuæ cap. 5. aiunt Diaconos eſſe inſtar Chriſti; quos tamen Gabriel Philadelphienſis cap. 1. lib. de Sacerdotio, ut ſequentes Clericos locum Angelorum tenere vult, ut Epiſcopum Dei, & Presbyterum Chriſti. τί δὲ διάκονοι, inquit Ignatianæ ad Trallianos Epiſtolæ Corruptor cap. 7. ἀλλ' ἢ μιμηταὶ τῶν ἀγγελικῶν δυνάμεων; Vide Pſeudo Hieronymi Epiſtolam de 7. Ordinibus Eccleſiæ, & Acta Concilii Nicæni cap. 31. de Diatypoſibus Eccleſiaſticis n. 2. Verus Ignatius ad Smyrnæos 8. πάντες τῷ ἐπισκόπῳ ἀκολουθεῖτε, ὡς Ἰησοῦς Χριστὸς τῷ πατρί, καὶ τῷ πρεσβυτερίῳ, ὡς τοῖς ἀποστόλοις· τοὺς δὲ διακόνους ἐντρέπεσθε, ὡς Θεοῦ ἐντολήν. Ibid.

78. Εἰς τύπον τοῦ θυσιαστηρίου.] Mutuavit ex S. Polycarpo. Epiſtolæ vero de ſeptem Ordinibus Eccleſiæ Auctor Tom. 9. librorum B. Hieronymi, ait de Diaconis; *Altare Chriſti ſunt, in quo conficiuntur Sacramenta, in quo offertur oblatio.*

Quid

CAPUT XXVII.

Quòd horrenda res ſit, hominem immittere ſe in aliquam dignitatem ſacerdotalem: ut Coritæ, ut Saul, ut Ozias.

QUemadmodum igitur alienigenæ, qui non erat de tribu Leviticâ, non licebat offerre
Ignat. ad Trall c. 2. ad Philad. c. 7. aliquid, aut ad aram accedere ſine ſacerdote; ita & vos ſine Epiſcopo nihil agite. Quòd ſi quis ſine Epiſcopo aliquid faciat, illud fruſtra facit; nec ipſi in opus reputabitur. Et ſicut Saul cùm
1. Reg. 13. abſque Samuele obtuliſſet, audivit; *Inaniter a te actum eſt:* ſic quicumque Laicus ſine Sacerdote
2. Paral. 26. quidpiam operatur, incaſſum laborat. Et ut rex Ozias, cùm officia ſacerdotum non ſacerdos uſurparet, propter tranſgreſſionem leprâ tactus eſt: ita non impunè feret Laicus qui Deum contempſerit, & in ſacerdotes ejus inſanierit, atque honorem ſibi arripuerit; minimè imitatus Chriſtum,
Hebr. 5. 5. qui *ſemetipſum non clarificavit, ut fieret Pontifex,*
Pſ. 109. 4. ſed exſpectavit, ut Patrem audiret; *Juravit Dominus, & non pœnitebit eum; Tu es ſacerdos in æternum, ſecundùm ordinem Melchiſedeci.* Si ergo ſine Patre Chriſtus ſeipſum non glorificat; quo modo poteſt homo ſe in ſacerdotium injicere, à potiore non acceptâ eâ dignitate; & illa facere quæ
Num. 16. Ignat. interpol. ad Magneſ. 3. ſolis ſacerdotibus licent? Nonne Coritæ, quamquam Leviticæ tribûs eſſent, incendio conflagrarunt, quando Moſi & Aaroni inſurrexerunt, ac de rebus ad ſe non pertinentibus digladiati ſunt? Nonne Dathan & Abiron, vivi in infernum de-

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ κζ.

Ὅτι φοβερὸν, ἄνθρωπον αὐτὸν ἐπιῤῥίπτειν ἀξιώματί τινι ἱερατικῷ· ὡς οἱ Κορῖται, ὡς Σαοὺλ, ὡς Ὀζίας.

ΩΣ οὖν οὐκ ἦν ἐξὸν ἀλλογενῆ, μὴ ὄντα Λευΐτην, προσενέγκαι τι, ἢ προσελθεῖν εἰς τὸ θυσιαστήριον [79] ἄνευ τοῦ ἱερέως, οὕτω καὶ ὑμεῖς ἄνευ τοῦ ἐπισκόπου μηδὲν ποιεῖτε. εἰ δέ τις ἄνευ τοῦ ἐπισκόπου ποιεῖ τι, εἰς μάτην ποιεῖ αὐτό· οὐ γὰρ αὐτῷ εἰς ἔργον λογισθήσεται. ὡς γὰρ ὁ Σαοὺλ ἄνευ τοῦ Σαμουὴλ προσενέγκας, ἤκουσεν, ὅτι μεματαίωταί σοι· οὕτω καὶ πᾶς λαϊκὸς ἄνευ τοῦ ἱερέως ἐπιτελῶν τι, μάταια ποιεῖ. καὶ ὡς Ὀζίας ὁ βασιλεὺς, οὐκ ὢν ἱερεὺς τὰ τῶν ἱερέων ἐπιτελῶν, ἐλεπρώθη διὰ τὴν παρανομίαν· οὕτω καὶ πᾶς λαϊκὸς οὐκ ἀτιμώρητος ἔσται, καταφρονήσας Θεοῦ, καὶ τῶν αὐτοῦ καταμανεὶς ἱερέων, καὶ τὴν τιμὴν ἁρπάσας ἑαυτῷ, μὴ μιμησάμενος Χριστὸν, ὃς οὐχ ἑαυτὸν ἐδόξασε γενηθῆναι ἀρχιερεὺς, ἀλλὰ περιέμενεν ἀκοῦσαι τοῦ πατρός· Ὤμοσε κύριος, καὶ οὐ μεταμεληθήσεται, σὺ ἱερεὺς εἰς τὸν αἰῶνα κατὰ τὴν τάξιν Μελχισεδέκ. Εἰ οὖν ἄνευ τοῦ πατρὸς ὁ Χριστὸς οὐ δοξάζει ἑαυτὸν, πῶς οἷόν τι ἄνθρωπον [80] ἑαυτὸν εἰς ἱερωσύνην ἐπιῤῥίπτειν, μὴ λαβόντα τὸ ἀξίωμα παρὰ τοῦ κρείττονος, καὶ ποιεῖν ἐκεῖνα, ἃ μόνοις τοῖς ἱερεῦσιν ἔξεστιν; ἢ οὐχὶ [81] οἱ Κορῖται, καίτοι τῆς Λευὶ φυλῆς ὄντες, πυρίκαυστοι ἐγένοντο, ἐπαναστάντες Μωσεῖ καὶ Ἀαρὼν, καὶ περὶ τῶν μὴ καθηκόντων αὐτοῖς ἁμιλλώμενοι; ἢ Δαθὰν καὶ Ἀβειρὼν, ζῶντες κατέβησαν εἰς ᾅδου;

Quid ergo in templo Dei, ut ipſe noſti, venerabilius altari eſſe poteſt? Quis non ſit ad menſam Domini acceſſurus humilis? COT.

79. Ἄνευ τοῦ ἐπισκόπου μηδὲν ποιεῖτε.] A B. Ignatio habet ad Magneſ. 4. ad Trall. 2. ad Philad. 7. ad Smyrn. 8. ad Polyc. 4. Lectu digniſſimum eſt initium Epiſtolæ 27. S. Cypriani. *Dominus noſter*, inquit, *cujus præcepta metuere & obſervare debemus, Epiſcopi honorem, & Eccleſiæ ſuæ rationem diſponens in Evangelio loquitur, & dicit Petro: Ego tibi dico, quia tu es Petrus, & ſuper iſtam petram ædificabo Eccleſiam meam, & portæ inferorum non vincent eam; & tibi dabo claves regni cælorum, & quæ ligaveris ſuper terram, erunt ligata & in cælis, & quæcumque ſolveris ſuper terram, erunt ſoluta & in cælis. Inde per temporum & ſucceſſionum vices, Epiſcoporum ordinatio, & Eccleſiæ ratio decurrit, ut Eccleſia ſuper Epiſcopos conſtituatur, & omnis actus Eccleſiæ per eoſdem Præpoſitos gubernetur.* Lege etiam Canonem ult. Concilii Toletani 1. Ibid.

80. Ἑαυτὸν εἰς ἱερωσύνην ἐπιῤῥίπτειν.] Arguuntur à Tertulliano Hæretici, libro de illorum præſcriptione cap. 41. quod Laicis ſacerdotalia munera injungerent. Idem ex Orthodoxo factus Montaniſta, durinſculè loquitur. *Vani erimus, ſi putaverimus quod Sacerdotibus non liceat, Laicis licere. Nonne & Laici Sacerdotes ſumus? Scriptum eſt, Regnum quoque nos & Sacerdotes Deo & Patri ſuo fecit. Differentiam inter Ordinem & Plebem conſtituit Eccleſiæ auctoritas, & honor per Ordinis conſeſſum ſanctificatus. Adeo ubi Eccleſiaſtici Ordinis non eſt conſeſſus, & offers, & tinguis, & Sacerdos es tibi ſolus. Sed ubi tres, Eccleſia eſt, licèt Laici. Unuſquiſque enim ſua fide vivit: nec eſt perſonarum acceptio apud Deum; quoniam non auditores Legis juſtificantur à Deo, ſed factores, ſecundùm quod & Apoſtolus dicit. Igitur ſi habes jus Sacerdotis in temetipſo, ubi neceſſe eſt; habeas etiam oportet diſciplinam Sacerdotis, ubi neceſſe ſit habere jus Sacerdotis. Digamus tinguis? Digamus offers? Quanto magis Laico Digamo capitale eſt agere pro Sacerdote, cùm ipſi Sacerdoti Digamo factò auferatur agere Sacerdotem?* De exhortatione caſtitatis cap. 7. Lege libro de Monogamia cap. 12. Necnon (ſi vis) Epiphanium in Expoſitione fidei cap. 13 & in Anacephalæoſi cap 5. Ibid.

81. Οἱ Κορῖται &c.] Addiiur lib. 6. cap. 1. & 3. Corem & Coritas ſeu ducentos illos quinquaginta qui cum Core adverſus Aaronem conjuraverant, flammis ultricibus periiſſe; Rubenitas verò Dathanis & Abiromi ſocios in Moyſem rebelles, dehiſcente terrâ fuiſſe abſorptos. Et quidem quòd ſpectat ad Dathanem atque Abiromum filios Eliabi, & Onem Phelethi ſive Phallû filium, cæteroſque Rubenitas, certa res eſt ex ipſius Veritatis relatione. Quâ conſtat minùs commodè ita ſcripſiſſe Auctorem Homiliæ in ſecundum Domini adventum, quæ exſtat Tomo 6. B. Chryſoſtomi, τίς τὴν συναγωγὴν Ἀβειρὼν κατέφλεξε; τίς τοὺς περὶ Κορὲ καὶ Δαθὰν ἀνοίξας τῇ γῇ τὸ στόμα καὶ ζῶντας ἀπώλεσεν; Moneo quoque, è Theodorito ac Joſepho per levem mutationem tolli poſſe errores ſeu potiùs negligentias in hac hiſtoria. Quærit ille Interrogatione 32. in librum Numerorum, Quam ſeditionis occaſionem habuerint Δαθὰν, καὶ Ἀβειρὼν, καὶ Ἐλιάβ. Sed legendum videtur οἱ (aut υἱοὶ) Ἐλιάβ, *Eliabi liberi*. Joſephus autem Antiquit. Judaic. lib. 4. cap 2. ponit ſimul nomina Δαθάμης καὶ Ἀβίραμος (Ita Codices Regii) καὶ Φαλαοῦς, qui ſunt Rufino Interpreti Dathan & Abirom & Falas. (Corruptè editur Balas, cùm vera lectio in MSS. Regiis ſervetur.) Forſan tamen à Joſepho exaratum fuit, καὶ ὁ (vel καὶ υἱὸς) Φαλαοῦ, intellectuſque On, de quo Numer. XVI. 1. Tranſeo ad alios factioſos. Sententia Conſtitutoris, itemque Optati lib. 1. de Schiſmate Donatiſtarum, paullò ante finem, Quòd originem Leviticam habuerint ducenti quinquaginta homines memorati in Contradictione Coræ, nec apertè adſtruitur per divina Oracula, nec confutatur clarè. Tantùm ſacra Scriptura liquidò damnat quod imprudenter Cypriano Martyri Epiſtolâ 65. excidit, cujus verba tranſcribit Goffridus Vindocinenſis Epiſt. 22. lib. 4. Dathanem Abiromumque Miniſtros fuiſſe, hoc eſt, Levitas; quodque ab Optato Milevitano in loco citato, & ab Ambroſio Epiſtolâ ad Vercellenſes dicitur, Viris 250. mortem obtigiſſe per hiatum terræ. Jam verò circa Corem conflagratum, quamvis cum Noſtro, cumque Ignatiano Interpolatore ad Magneſianos 3. conſentiant Samaritani Codices Numer. XXVI. 10. Præterea Joſephus ἀρχαιολογίας IV. 3. Gregorius Nyſſenus libro de vita Moſis, ſub finem, Johannes Chryſoſtomus Homil. 4. in Vidi Dominum Tom. 3. Petrus Damiani Opuſculo 12 cap 4. & Zonaras in Annalibus; affirmari omnino debet poſt alios, Antiquos, Recentiores, ſupplicium de Core ſumptum fuiſſe eodem modo, quo de Dathane & Abiromo, terrâ nimirum tres Schiſmaticos cum ſuis deglutiente. Quocirca arſiſſe Coritas, ſeu congregationem Coræ, dictum Conſtitutionum, & Theodoriti Quæſtione 33. in Numeros, veritatem obtinet, ſi accipiatur de ducentis & quinquaginta; contrà, ſi de iis qui cum Core verſabantur, quando peſſum abiit. Hos enim qui vellet, perinde falleretur ac is qui ex S. Epiphanio Ancorati cap 101. & S. Ambroſio Tractatu de 42. Manſionibus, Manſione 15. confundens filios & homines Coræ, contenderet primos cum patre ſuo ipſiuſque hominibus à terra

ᾅδου; καὶ ῥάβδος βλαστήσασα, ἔπαυσε τὴν πολλῶν ἀπόνοιαν, καὶ τὸν ὑπὸ Θεοῦ χειροτονηθέντα ἀρχιερέα ἀνέδειξε; προσήκει οὖν καὶ ὑμᾶς, ἀδελφοί, τὰς θυσίας ὑμῶν ἤτοι προσφορὰς τῷ ἐπισκόπῳ προσφέρειν ὡς ἀρχιερεῖ, ἢ δι᾽ ἑαυτῶν ἢ διὰ τῶν διακόνων· οὐ μόνον δὲ, ἀλλὰ καὶ τὰς ἀπαρχὰς, καὶ τὰς δεκάτας, καὶ τὰ ἑκούσια αὐτῷ προσάγετε· αὐτὸς γὰρ γινώσκει τοὺς θλιβομένους, καὶ ἑκάστῳ δίδωσι πρὸς τὸ ἁρμό-
*ſ. deeſt ζον, ὅπως μὴ * δὶς ἢ πλεονάκις τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ, ἢ τῇ αὐτῇ ἑβδόμαδι λαμβάνῃ, ἕτερος δὲ οὐδὲ ὅλως· δίκαιον γάρ ἐστι μᾶλλον τοῖς θλιβομένοις κατ᾽ ἀλήθειαν ἐπαρκεῖν, ἢ τοῖς νομιζομένοις θλίβεσθαι.

ſcenderunt? Et virga quæ germinavit; multorum veſaniam repreſſit, ſimúlque Pontificem quem Deus elegerat demonſtravit? Debetis ergo fratres, ſacrificia veſtra & oblationes Epiſcopo velut Pontifici, vel per vos ipſi, vel per Diaconos offerre: quinetiam primitias quoque & decimas, & ſpontanea dona ei afferte: quia ipſe cognoſcit miſeros, & unicuique largitur, prout conveniens eſt; ne ſcilicet unus bis aut ſæpius eodem die aut eadem hebdomada accipiat, alter verò ne ſemel quidem: æquitas enim poſtulat ut verè afflictis potiùs ſubminiſtretur, quàm iis qui tales videntur eſſe.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ κη᾽.

Περὶ δοχῆς, καὶ ὅπως χρὴ ἕκαστον τάγμα τοῦ κλήρου ὑπὸ τῶν προσκαλουμένων τιμᾶσθαι.

Τοῖς[82] εἰς ἀγάπην, ἤτοι δοχὴν, ὡς ὁ Κύριος ὠνόμασε, προαιρουμένοις καλεῖν [83] πρεσβύτιδας, ἣν ἐπίστανται οἱ διάκονοι θλιβομένην, αὐτῇ πλεονάκις πεμπέτωσαν. ἀφοριζέσθω δὲ ἐν τῇ δοχῇ τὸ τῷ ποιμένι ἔθιμον, λέγω δὲ τὸ τῆς ἀπαρχῆς, ὡς ἱερεῖ, κἂν μὴ παρῇ τῇ δοχῇ, ὡς τιμὴν Θεοῦ τοῦ τὴν ἱερωσύνην αὐτῷ ἐγχειρίσαντος. ὅσον δὲ ἑκάστῃ τῶν πρεσβυτίδων δίδοται, [84] διπλοῦν διδόσθω τοῖς διακόνοις εἰς γέρας Χριστοῦ. τοῖς δὲ πρεσβυτέροις ὡς ἂν κάμνουσι περὶ τὸν τῆς διδασκαλίας λόγον διπλασίως, ἀπλῆ καὶ αὐτοῖς ἀφοριζέσθω ἡ μοῖρα εἰς χάριν τῶν τοῦ Κυρίου ἀποστόλων, ὧν καὶ τὸν τόπον φυλάσσουσιν, ὡς σύμβουλοι τοῦ ἐπισκόπου, καὶ τῆς ἐκκλησίας στέφανος· εἰσὶ γὰρ συνέδριον καὶ βουλὴ τῆς ἐκκλησίας. εἰ δὲ καὶ ἀναγνώστης ἐστὶ, λαμβανέτω καὶ αὐτὸς μοῖραν μίαν εἰς τιμὴν τῶν προφητῶν· ὁμοίως καὶ ψαλτῳδὸς, καὶ πυλωρός. ἑκάστῳ δὲ ἀξίωμα οἱ λαϊκοὶ τὴν προσήκουσαν τιμὴν νεμέτωσαν ἐν τοῖς δόμασι καὶ τῇ κατὰ τὸν βίον ἐντροπῇ. μὴ ῥᾳδίως δὲ

CAPUT XXVIII.

De Convivio; & quâ ratione quilibet Cleri ordo à vocatoribus honorandus ſit.

Qui ad Agapen, ſeu, ut Dominus appellavit, *Convivium*, anus invitare voluerint; ei quam Luc. 14. 13.
Diaconi inopem eſſe ſciunt, mittant perſæpe. Ignat. interpol. ad Smyrn. 8.
Cæterùm in Convivio, illud quod Paſtori ſolitum eſt dari; id quod primitiarum eſt dico; ipſi, licèt non ſit Convivio præſens, tamquam ſacerdoti ſeponatur, in honorem Dei à quo ſacerdotium accepit. Quantum autem unicuique anui tribuitur, ejus duplum Diaconis in Chriſti reverentiam concedatur. Presbyteris verò, quia aſſiduè circa ſermonem doctrinæ laborant, dupla etiam portio aſſignetur, in gratiam Apoſtolorum Domini, Suprà;
quorum & locum tenent, velut conſiliarii Epiſcopi, & Eccleſiæ corona: ſunt enim Synedrium & Senatus Eccleſiæ. Qui autem Lector eſt, ipſe quoque partem ferat unam, ad Prophetarum honorem: pariſque modo Cantor, & Oſtiarius. Unicuique ergo Eccleſiaſticæ dignitati venerationem debitam impertiant Laici, in muneribus & in hono- cap. 26. Lege Ignat. ad Magn. 6. ad Trall. 2, 3. ad Philad. 5. ad Sm. 8.

terra hauſtos deſcendiſſe vivos in Infernum: referente Moyſe Numerorum cap. 16. grande miraculum, ut Core pereunte, filii illius non perierint. Denique in illa diſſenſione civili alios Moſis imperio, Aaronis ſacerdotio alios invidiſſe, docet etiam Gregorius Nyſſenus in Vita Moſis pag. 185. Et revera, licèt cuncti adversùs Moyſem & Aaronem inſurgerent, plus tamen quidam primum, plus cæteri alterum petebant. COT.

82. *Εἰς ἀγάπην, ἤτοι δοχήν.*] Julianus Apoſtata in fine Fragmenti, *διὰ τὸ λεγομένης παρ᾽ αὐτοῖς ἀγάπης, καὶ ὑποδοχῆς, καὶ διακονίας τραπεζῶν.* Videantur Clemens Alexandrinus Pædag. II. 1. p. 141. Interpretes ad Lucæ XIV. 13. Lexicographi, & Epiſtola Ignatii ad Smyrnæos num. 8. cum Interpolatione. Enim verò Agapas, publica convivia; optimo jure induxit Chriſtianæ Religionis prima antiquitas; cùm propter communionem & amicitiam: cujus ergo Lacedæmones *συσσίτια* ſua appellabant *φιδίτια*, quaſi *φιλίτια* teſte Porphyrio IV. de abſtinentia: tum propter alimoniam Clericorum & pauperum; unde Agapes nomen Eleemoſynæ donatum ſæpè reperitur. Sed paullatim poſtea abrogata eſt conſuetudo, quia irrepſerant in eam ambitio, ebrietas, rixæ, necnon Judaiſmus atque Paganiſmus. Nam refertur à Philone libro de plantatione Noæ, Veteres in templis poſt ſacrificia ſacras epulas celebrâſſe, hincque credi verbum *μεθύειν* trahere originem, eò quòd ſacrificio peracto, *μετὰ τὸ θύειν*, vino indulgeretur. Cui originationi conſimilem habes in Etymologico magno. *ἐτυμολογεῖται δὲ καὶ παρὰ τὸ οἰνοῦν*, (Sylburgius *θύειν*, Ego *οἰνοῦν*) *ἱερεῖα σφαγιάζειν*. Neminem porrò latent Ethnicorum ſollemnes & ſacræ cœnæ in delubris largiter ſumi ſolitæ. De Judæis autem, præter Iſaiæ LXII. 9. Malachiæ III. 10. loca Deuteronomii, & Theodoritum Quæſt. 10. in eum librum, Cornutus ad Perſii Satyram quintam; *Thynnus genus piſcis eſt, quod ad templum diebus feſtis portare ſolebant, ut ibi pro die feſto epulis veſcerentur.* Memini etiam me alicubi legere hodiernum Arabum morem, certis diebus dapes apponendi egenis. Ibid.

83. *Πρεσβυτέρους, & πρεσβύτιδας.*] Quemadmodum *πρεσβύτιδας* Pauli Tit. II. 3. interpretati ſunt alii anus, alii Diaconiſſas; ita & hoc loco *πρεσβυτέρας* & *πρεσβύτιδας* vel ſunt anus illæ, quas (ut verba Hieronymi uſurpem Epiſt. 8. & 49.) nutriebat ſuiſque opibus ſuſtentabat Eccleſia. Aniculæ appellantur in Geſtis purgationis Cæciliani & Felicis. Infrà lib. 3. cap. 13. *συγγήρῳ*. Vel ſunt Diaconiſſæ, ſeu Viduæ, ætate ſenili juſſæ ordinari. Quo ſecondo modo *τὰς λεγομένας πρεσβύτιδας* quæ dicuntur *Presbyteræ* in Canone Laodiceno 11. quidam intelligunt. Nec verum eſt quod ex S. Epiphanio Hæreſi 79. cap. 4. & contra Canonis Laodiceni Latinos Interpretes contendit multijugæ eruditionis homo Johannes Morinus de ſacris Ordinationibus Exercitatione 10. Presbyterarum nomen Græcis eſſe ignotum. Nam Epiphanio ſermo habetur dumtaxat de novo Teſtamento, in quo ait *πρεσβύτιδας* nominari, non *πρεσβυτερίδας*. Sed & Morinum memoria deſtituit. Paucis enim annis antequam iſta ſcriberet, ediderat Pœnitentialia Opera Johannis Jejunatoris, & Johannis Monachi, ubi *πρεσβυτέρισσαι Presbyteræ, uxores Presbyterorum* non ſemel comparent. Adde quod à S. Baſilio in Regulis brevioribus Quæſt. 110. 111, *πρεσβυτέρισσα* (Antiſtitam vertunt. Rufinus Matrem Monaſterii, ſeniorem matrem) mentio ſit. Denique rem conficit, & diſſentientes jugulat Photius, cui in Nomocanone titulo 8. cap. penult. *πρεσβυτέρισσα* eſt, quæ Patribus Laodicenis *πρεσβῦτις*. Prætermiſi locum Origenis ad Johannis XIII. 12. &c. quia dum viveret Morinus, nondum Græcè in lucem prodierant illa Commentaria. Eum vide p. 390. E. Huetianæ Editionis. Vide etiam de Presbytidibus Palladium Præfatione Hiſtoriæ Lauſiacæ, & Antiochum Homil. 11. Ibid.

84. *Διπλοῦν διδόσθω τοῖς διακόνοις εἰς γέρας Χριστοῦ.*] Antiquus ille Turriani Adnotator, cùm putaſſet minorem Filio fieri Spiritum ſanctum per unam portionem Diaconiſſæ, duplicem Diaconi, quia cap. 26. Diaconiſſa dicitur figura Spiritûs ſancti, Diaconus verò Filii; non conſideraverat, hac præclarâ ſuâ ratiocinatione concluſum iri quòd à Conſtitutore Apoſtoli præferantur Spiritui ſancto, Chriſtóque æquiparentur. Presbyteris quippe aſſignat quoque duplam partem, in gratiam Apoſtolorum, quorum locum tenent. Verùm quis hoc credet: immò quis adeò obtuſi ſensûs, ut non intelligat ejuſcemodi comparationibus certos terminos eſſe præfigendos? Cæterùm præter Diataxes & Ignatianas Epiſtolas, in Presbyteris Apoſtolos cogitat apud Hierony-

mum

honorario ad vitam neceſſario. Nec verò facilè Præpoſito moleſtiam inferant, ſed cupita ſignificent per Miniſtros, id eſt, Diaconos, quibus utantur liberiùs. Neque enim ad Deum omnipotentem acceditur, niſi per Chriſtum. Quare ad eumdem modum quæcumque volunt Laici, per Diaconum Epiſcopo manifeſtent; atque ita ſententiam illius adimpleant. Nam apud priorem quoque populum, nihil ſacri in templo aut offe-
Mal. 2. 7. rebatur, aut fiebat abſque ſacerdote. *Labia enim ſacerdotis cuſtodient ſcientiam, & Legem requirent ex ore ejus*; ait alicubi Propheta: *quia Angelus Domini omnipotentis eſt.* Quòd ſi Dæmonum cultores in deteſtandis & abominandis ac impuris Deumque offendentibus ſacris ſuis, hucuſque ſancta ac divina æmulantur: quamquam verò comparatione initâ, longiſſimè à ſanctis cærimoniis ſecernenda ſit exſecrabilis ſuperſtitio: ſi tamen in illuſionibus ſuis, nihil ſine falſo ſacerdote offerunt, neque efficiunt; immò illum pontificem pro Lapidum ac Idolorum ore habent, atque quid facere jubeat exſpectant, ut quidquid juſſerit perficiant, tum abſque eo faciunt nihil, eumdemque flaminem honore proſequuntur, ipſius nomen quoque venerando, ad honorem inanimatarum ſtatuarum, & ad cultum malignorum ſpirituum. Si illi, inquam, qui vana & falſa opinantur, ſpémque ſuam nulla in re ſolidant, imitari tamen ſanctos ritus ſtudent: quanto æquius eſt vos; quorum fides evidentiſſima, ſpes certiſſima eſt, & à quibus exſpectatur glorioſa, perpetua, ac ſtabilis repromiſſio; venerari in Antiſtitibus Dominum Deum, & exiſtimare Epiſcopos eſſe os Dei?

ἐνοχλείτωσαν τῷ ἄρχοντι, ἀλλ' [85] διὰ τῶν ὑπηρετῶν ἃ βούλονται σημαινέτωσαν, τουτέστι διὰ τῶν διακόνων, πρὸς οὓς καὶ πλεῖον παῤῥησιαζέσθωσαν. οὐδὲ γὰρ τῷ παντοκράτορι Θεῷ προσελθεῖν ἔστιν, ἐὰν μὴ διὰ τοῦ Χριστοῦ. οὕτως καὶ οἱ λαϊκοὶ πάντα ὅσα βούλονται, διὰ τοῦ διακόνου φανερούτω τῷ ἐπισκόπῳ ποιείτωσαν, καὶ οὕτω κατὰ τὸ δοκοῦν ἐκείνῳ ἐπιτελείτωσαν. οὐδὲ γὰρ πρότερον ἐν τῷ ἱερῷ ἁγίασμά τι προσεφέρετο ἢ ἐγίνετο ἄνευ τοῦ ἱερέως. Χείλη γὰρ ἱερέως φυλάξεται γνῶσιν, καὶ νόμον ἐκζητήσουσιν ἐκ τοῦ στόματος αὐτοῦ, φησί που ὁ προφήτης· ὅτι ἄγγελος κυρίου παντοκράτορός ἐστι. Εἰ γὰρ καὶ οἱ τῶν δαιμόνων θεραπευταὶ ἐν τοῖς μυσαροῖς καὶ βδελυκτοῖς καὶ ἀκαθάρτοις προσοχθίσμασιν αὐτῶν ἄχρι τοῦ δεῦρο τὰ ἅγια μιμοῦνται· καὶ μακρὰν μὲν ἐπὶ συγκρίσεως τὸ βδέλυγμα κεχώρισται τῶν ἁγίων· πλὴν ἐν τοῖς ἐμπαίγμασιν αὐτῶν, ἄνευ [86] τοῦ μηνυρίου οὐδὲν προσφέρουσιν, οὐδὲ ἐπιτελοῦσιν, ἀλλὰ στόμα νομίζουσι τῶν λίθων τὸ μηνύριον, περιμένοντες τί προστάξει ποιεῖν αὐτοῖς, καὶ πάντα ἃ ἂν προστάξῃ αὐτοῖς, ἐκεῖνα ἐπιτελοῦσι, καὶ ἄνευ αὐτοῦ ποιοῦσιν οὐδὲν, καὶ τιμῶσιν αὐτὸν τὸ μηνύριον. καὶ σεπτὸν αὐτοῦ ἡγοῦνται τὸ ὄνομα, εἰς τιμὴν τῶν ἀψύχων ξοάνων, καὶ εἰς λατρείαν τῶν πονηρῶν πνευμάτων. εἰ δὲ ἐκεῖνοι μάταια καὶ διεψευσμένα δοξάζοντες, καὶ ἐπ' οὐδενὶ βεβαίῳ ἔχοντες τὴν ἑαυτῶν ἐλπίδα, ἐπιτηδεύουσι μιμεῖσθαι τὰ ἅγια· πόσῳ δίκαιον ὑμᾶς τοὺς φανοτάτην πίστιν καὶ ἀψευδῆ ἐλπίδα ἔχοντας, καὶ ἔνδοξον καὶ αἰώνιον καὶ ἀδιάπτωτον ἐπαγγελίαν ἀπεκδεχομένους, τιμᾷν διὰ τῶν προεστώτων κύριον τὸν Θεὸν, ἡγουμένους στόμα Θεοῦ εἶναι τοὺς ἐπισκόπους;

CAPUT XXIX.

Quæ ſit dignitas Epiſcopi, & Diaconi.

NAm ſi Aaron, quia verba, Moyſis nomine detulit ad Pharaonem, Propheta dictus eſt; Moſes verò, Deus Pharaonis, ut rex ſimul & pon-
Ex. 7. 1. tifex; quemadmodum ait illi Deus; *Poſui te Deum Pharaonis; & Aaron frater tuus erit tuus Propheta:* cur non vos quoque, internuncios verbi veſtri, inter Prophetas reputabitis, atque tamquam Deos coletis?

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ κθ'.

Τίς ἡ ἀξία τοῦ ἐπισκόπου, καὶ τοῦ διακόνου.

[87] ΕΙ γὰρ Ἀαρὼν ἐπειδὴ ἤγγελλε τῷ Φαραὼ παρὰ Μωσέως τοὺς λόγους, προφήτης ἤρηται, Μωσῆς δὲ Θεὸς τοῦ Φαραὼ, ὡς βασιλεὺς ὁμοῦ καὶ ἀρχιερεὺς, ὥς φησιν ὁ Θεὸς πρὸς αὐτόν· Θεόν τέθεικά σε τῷ Φαραὼ, καὶ Ἀαρὼν ὁ ἀδελφός σου ἔσται σου προφήτης· διὰ τί μὴ καὶ ὑμεῖς τοὺς μεσίτας ὑμῶν τοῦ λόγου, προφήτας εἶναι νομίσητε, καὶ ὡς Θεοὺς σεβασθήσεσθε;

ΚΕ-

mum Scriptor Epiſtolæ ad Ruſticum de ſeptem gradibus Eccleſiæ, qui etiam cum Noſtro Lectores ad Prophetas accommodat. De duplici parte legito I. Tim. V. 17. ibique Chryſoſtomum, Oecumenium, Theophylactum. Clara quoque ſunt verba Tertulliani adversùs Eccleſiam debacchantis; *Ad elogium gulæ tuæ pertinet, quod duplex apud te præſidentibus honor binis partibus deputatur, cum Apoſtolus duplicem honorem dederit, ut & fratribus & præpoſitis.* De jejuniis cap. ult. Apage ergo malè ingenioſam Rigaltii interpretationem. Videndum libri 8. caput 31. Ibid.

85. *Διὰ τῶν ὑπηρετῶν, τουτέστι διὰ τῶν διακόνων.*] Lib. 3. cap. 11. lib. 6. cap. 17. lib. 8. cap. 28. per ὑπηρέτας Subdiaconos intelligit. & cap. 10. lib. 8. ὑπηρεσίαν eodem in ſenſu (opinor) accipit, quam tamen ejuſdem libri cap. 13. videtur uſurpare pro cœtu omnium Clericorum Diacono ſubjectorum. Scilicet ὑπηρέται, Latinè Miniſtri, dicuntur aliquando Diaconi, aliquando Subdiaconi, aliquando Clerici non Sacerdotes à Diaconis ad infimos, aliquando demum Subdiaconi cum ſequentibus. Exempla ſunt obvia. De multis pauca indicabimus. Primam acceptionem invenies in Canone Sardicenſi 8. in Victorini Commentario in Apocalypſim, ubi Nicolaum Diaconum appellat Miniſtrum, & in Ambroſio ad Lucæ IX. 60. Alchuinus, vel alius, de divinis Officiis cap. 36. *Subdiaconus, Subminiſter, eò quod ſub Diacono ſit, id eſt, ſub Miniſtro.* Lege Sirmondum ad Ennodii Epiſt. 9. lib. 6. Secunda ſignificatio cernitur in pluribus Canonibus Synodi Laodicenæ, necnon in 69. S. Baſilii ex Interpretatione Balſamonis, & in ejuſdem Patris Epiſt. 181. ex Johanne Zonara & Matthæo Blaſtare mediis. Juxta tertiam S. Hilarius in Pſalmum CXXXIV. ad finem, totam Hierarchiam bifariam diſtribuit, in Sacerdotes & Miniſtros. Denique ultimo loquendi modo utitur Optatus lib. 1. pag. 39. & lib. 2. pag. 53. atque ex eo Theodorus Balſamon exponit Canonem 10. Neocæſarienſem. Obſervarunt etiam viri docti, in Canone Eliberitano 33. Presbyteros *Miniſtros* appellari. Ibid.

86. Τοῦ μηνυρίου.] Dixi ad Barnabæ caput 9. Addo nunc, forſan ab Epiphanio Epimenidem appellatum fuiſſe μηνύριον τῶν παρὰ Κρησὶν εἰδώλων, non μάντιν, quod ſenſu nullo aut falſo ediderunt, Hæreſi 42, p. 160. Ibid.

87. Εἰ γὰρ Ἀαρὼν.] Sacra duo Moſis & Aaronis Epitheta dilucidaverat Theodoritus Quæſtione 17. in Exodum: ſed illius declaratio hodie manca eſt, intricata, & tenebris plùſquam Cimmeriis obvoluta. πῶς ἐγένετο τοῦ Ἀαρὼν (Melius Codices Regii Φαραὼ) Θεὸς ὁ Μωσῆς. Ὥσπερ ὁ Θεὸς προσέταττε τῷ Μωσῇ, οὕτως ὁ Μωσῆς τῷ Ἀαρών. διὸ δὴ καὶ προφήτης ὁ Ἀαρὼν προσηγορεύθη τοῦ Μωσέως. *Quo modo Moſes fuit Deus Aaronis? (imo Pharaonis) Quemadmodum Deus imperabat Moſi, ita Moſes Aaroni. Quamobrem etiam Aaron vocatus eſt propheta Moſis.* Quis hæc percipiat ac explicet? Nemo, Hercule, nemo. Niſi loco facis admoveat Catenam Græcorum Patrum in Pentateuchum, editam ſolummodo Latinè Franciſco Zephyro Interprete, in qua ad Exodi caput 7. legitur ex Theodoreto; *Ecce conſtitui te Deum Pharaonis & Aaron frater tuus erit propheta tuus. Id verò quo pacto? Perinde ac Deus præcipiebat, inſtruebatque Moſen, Moſes Aaron ipſum inſtruebat. quocirca propheta dictus eſt Aaron fratris ſui, id eſt, interpres; Moſes verò Deus Pharaonis, quaſi judex & magiſter.* Quo fit ut ſcriptum videatur à magno Interprete, hoc ferè modo; πῶς ἐγένετο τοῦ Φα-

ραὼ

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ λ'.

Ὅπως χρὴ τοὺς λαϊκοὺς πειθαρχεῖν τοῖς διακόνοις.

Νῦν γὰρ ὑμῖν μὲν ὁ Ἀαρών ἐστιν ὁ διάκονος, Μωυσῆς δὲ ὁ ἐπίσκοπος. εἰ οὖν ἐῤῥέθη Μωυσῆς ὑπὸ κυρίου Θεὸς, καὶ ὑμῖν ὁ ἐπίσκοπος ὡς Θεὸς τετιμήσθω, καὶ ὁ διάκονος ὡς προφήτης αὐτοῦ. ὡς γὰρ ὁ Χριστὸς ἄνευ τοῦ πατρὸς οὐδὲν ποιεῖ, οὕτως οὐδὲ ὁ διάκονος ἄνευ τοῦ ἐπισκόπου· καὶ ὥσπερ υἱὸς ἄνευ τοῦ πατρὸς οὐκ ἔστιν, οὕτως οὐδὲ διάκονος ἄνευ τοῦ ἐπισκόπου· καὶ ὥσπερ ὑπόχρεως υἱὸς πατρὶ, οὕτω καὶ πᾶς διάκονος ἐπισκόπῳ· καὶ ὥσπερ ὁ υἱὸς ἄγγελός ἐστι καὶ προφήτης τοῦ πατρὸς, οὕτως καὶ [28] ὁ διάκονος ἄγγελος καὶ προφήτης ἐστὶ τοῦ ἐπισκόπου. διὸ καὶ πάντα τὰ ἐπιτελούμενα ὑπ' αὐτοῦ εἴς τινα, ἐμφανῆ τῷ ἐπισκόπῳ γινέσθω, καὶ δι' αὐτοῦ πληρούσθω.

CAPUT XXX.

Quo modo oportet Laicos obedire Diaconis.

NUnc enim vobis loco Aaronis eſt Diaconus, Moyſis autem loco Epiſcopus. Cùm igitur Moyſes à Domino appellatus ſit Deus; à vobis Epiſcopus tamquam Deus obſervetur, & Diaconos ut Propheta ejus. Nam ſicuti Chriſtus ſine Patre nihil agit; ita nec Diaconus ſine Epiſcopo: & ſicut Filius ſine Patre noo ſubſiſtit; ita neque Diaconus ſine Epiſcopo: & ſicut Filius debitor eſt Patri; ſic & omois Diaconus Epiſcopo: atqoe ut Filius, Patris Angelus ac Propheta eſt; ſic & Diaconus Angelus eſt ac Propheta Epiſcopi. Quocirca quæcumque Diaconus erga quempiam facit, manifeſta fiant Epiſcopo, per quem & perficiantur.

Ignat. ad Magneſ. 7. — Iſ. 9. 6. — Deut. 18. 15.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ λα'.

Ὅτι μὴ χρὴ τὸν διάκονον ἄνευ τοῦ ἐπισκόπου τι πράττειν.

Μηδὲν δὲ ποιείτω τὸ σύνολον ἄνευ τοῦ ἐπισκόπου, μηδέ τινι διδότω τι ἄνευ τῆς ἐκείνου γνώμης. ἐὰν γὰρ ὡς θλιβομένῳ τινὶ λάθρα τοῦ ἐπισκόπου διδῷ τινι, εἰς λοιδορίαν τοῦ ἐπισκόπου δώσει, καὶ διαβάλλει αὐτὸν ὡς ἀμελοῦντα τῶν θλιβομένων· ὁ δὲ ἐπίσκοπον ἢ λόγῳ ἢ ἔργῳ κακολογῶν, Θεῷ προσπταίει, οὐκ ἀκούσας αὐτοῦ εἰπόντος· Θεοὺς οὐ κακολογήσεις. Οὐ γὰρ περὶ λίθων ἢ ξύλων προσοχθισμάτων ἐνομοθέτει, βδελυκτῶν ὄντων διὰ τὴν ψευδωνυμίαν, ἀλλὰ περὶ τῶν ἱερέων καὶ τῶν κριτῶν, οἷς καὶ εἶπεν, ὅτι θεοί ἐστε καὶ υἱοὶ ὑψίστου.

CAPUT XXXI.

Quòd non oporteat Diaconum ſine Epiſcopo quidpiam facere.

NIhil verò prorſus ſine Epiſcopo faciat, nec ulli quidpiam abſque illius voluntate largiatur. Si enim clam Epiſcopo, dederit alicui quaſi egenti; in Epiſcopi contumeliam tribuet, quem accuſat negligentiæ erga calamitoſos: qui autem de Epiſcopo, ſive per ſermonem, ſive per actionem detrahit, Deum offendit, cojus hanc vocem noo audit; *Diis ne maledicito.* Non enim de lapideis aut ligneis Idolis, quæ quòd falsò divinum nomen geraot abominabilia ſunt, legem ferebat; ſed de ſacerdotibus & judicibus; quibus alibi dixit; *Dii eſtis, & filii Altiſſimi.*

Ex. 22. 28. — Pſ. 81. 3.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ λβ'.

Ὅτι μὴ χρὴ τὸν διάκονον παρὰ γνώμην τοῦ ἐπισκόπου διδόναι τινὶ, ἐπὶ διαβολῇ γὰρ τοῦ ἐπισκόπου τοῦτο περιέξει.

Εἰ οὖν γινώσκεις, ὦ διάκονε, θλιβόμενόν τινα, ὑπομνήσας τὸν ἐπίσκοπον, οὕτω δίδου· ἀλλὰ μὴ λαθραίως εἰς λοιδορίαν αὐτοῦ τι ἐπιτέλει, ἵνα μὴ κατ' αὐτοῦ γογγυσμὸν ἐγείρῃς· οὐ γὰρ κατ' αὐτοῦ ὁ γογγυσμὸς γενήσεται, ἀλλὰ κατὰ κυρίου τοῦ Θεοῦ, καὶ ἀκούσεται ὁ διάκονος καὶ οἱ λοιποὶ, ὡς Ἀαρὼν καὶ Μαρία καταλαλήσαντες Μωσέως ἤκουσαν· Πῶς οὐκ ἐφοβήθητε καταλαλῆσαι κατὰ Μωσῆ τοῦ θεράποντός μου; Καὶ πάλιν αὐτὸς Μωσῆς φησὶ τοῖς ἐπισυναχθεῖσιν αὐτῷ· Οὐ γὰρ καθ' ἡμῶν ὁ γογγυσμὸς ὑμῶν ἐστιν, ἀλλὰ κατὰ κυρίου τοῦ Θεοῦ ἡμῶν. Εἰ γὰρ ὁ λαϊκὸν εἰρηκὼς ῥακὰ ἢ μωρὸν, οὐκ ἀτιμώρητος, [29] ὡς ὑβρίσας τὸ τοῦ Χριστοῦ ὄνομα, τί ἂν

CAPUT XXXII.

Quòd non oporteat Diaconum præter voluntatem Epiſcopi dare ullis; id enim in calumniam Epiſcopi ceſſurum.

SI qoem ergo, Diacone, tribulationem pati cognoſcis; admone Epiſcopum, & inde eroga: nec verò clàm in contumeliam illius quidquam opereris, ne contra eum murmurationem ſuſcites: oon enim adversùs ipſum murmur orietur, ſed adversùs Dominum Deum, audietqoe Diaconus cum reliquis, quod audierunt Aaron & Maria, quando Moſi detraxerunt; *Quo modo non timuiſtis detrahere de Moyſe ſervo meo?* Et iterum ipſe Moyſes ad eos qoi convenerant adversùs ipſum, ait; *Non enim contra nos eſt murmur veſtrum, ſed contra Dominum Deum noſtrum.* Si enim qui Laicum *Racam* aut fatuum appellaverit, oon feret impunè, ot pote qui nomeo Chriſti in Chriſtiano ho-

Num. 12. 8. — Ex. 16. 8. — Mat. 5. 22.

…ραὼ Θεὸς ὁ Μωϋσῆς, καὶ τοῦ Μωϋσέως προφήτης Ἀαρὼν ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ; Ὥσπερ ὁ Θεὸς προσέταττε τῷ Μωϋσῇ, οὕτως ὁ Μωϋσῆς τῷ Ἀαρών. διὸ δὴ καὶ προφήτης ὁ Ἀαρὼν προσηγορεύθη τοῦ Μωϋσέως τουτέστιν ἑρμηνευτής· καὶ ὁ Μωϋσῆς Θεὸς τοῦ Φαραώ, ὡς κριτὴς καὶ διδάσκαλος. Hoc eſt; *Quo modo Moſes fuit Deus Pharaonis, & Moſis propheta Aaron frater ejus? Quemadmodum Deus mandata dabat Moſi, ita Moſes Aaroni. Quare & Aaron vocatur eſt propheta Moſis, hoc eſt, interpres; & Moſes Deus Pharaonis, ut judex & magiſter.* Præclarè in Catena manu ſcripta Acacius, ὡς γὰρ ὁ Θεὸς διὰ προφητῶν λαλεῖ τοῖς ἀνθρώποις, οὕτω καὶ ὁ Μωϋσῆς διὰ Ἀαρὼν τῷ Φαραώ. διὸ ἑρμηνεύων τὸν νοῦν τοῦ λόγου φησί· Καὶ Ἀαρὼν ὁ ἀδελφός σου ἔσται σου προφήτης. *Quemadmodum Deus per Prophetas hominibus loquitur; ita & Moyſes per Aaronem Pharaoni.* Unde Scriptura exponens ſenſum dicti ait; *Et Aaron frater tuus erit tuus propheta.* Legatur Exod. IV. 16. COT.

28. Διάκονος ἄγγελος καὶ προφήτης ἐστὶ τοῦ ἐπισκόπου.] Circa primum Pſeudo Hieronymus Epiſtolà de ſeptem Ordinibus Eccleſiæ, ait ubi de Diaconis; *Hi ſunt, quos in Apocalypſi legimus, ſeptem Angeli Eccleſiarum.* Circa poſterius in Alcuino cap. 39. lib. de divinis Officiis; *Procedens Pontifex in perſona Chriſti, ducit ſecum Prophetas, id eſt, Diaconos.* Ibid.

29. Ὡς ὑβρίσας τὸ τοῦ Χριστοῦ ὄνομα.] Is qui fragmenta quædam Conſtitutionum inventa interpretatus eſt Carolus Capellius Venetus, quæ Petro Crabbe in Editione Conciliorum ann. 1551. collocavit, legebat τὸν τοῦ Χριστοῦ νόμον. Vertit enim *Chriſti legem.* Nec ſpernenda ea lectio. Ibid.

homine contumelia affecerit; quid ſi aliquis loquatur contra Epiſcopum? per quem Dominus dedit vobis Spiritum ſanctum, in impoſitione manuum; per quem ſancta dogmata didiciſtis, Deum cognoviſtis, & in Chriſtum credidiſtis; per quem à Deo cogniti eſtis; per quem ſignati eſtis oleo exſultationis & unguento intelligentiæ; per quem filii lucis eſtis effecti; per quem in Baptiſmo veſtro Dominus Epiſcopali manûs impoſitioni teſtimonium præbens, ſuper unumquemque veſtrûm ſacram emiſit vocem, dicens; *Filius meus es tu; ego hodie genui te.* O homo, per Epiſcopum Deus te adoptat in filium: agnoſce fili, dexteram quæ mater tua eſt; ama eum qui poſt Deum pater tuus exſiſtit; talem venerare.

Pſ. 2. 7.

τις κατ' ἐπισκόπου εἴπῃ; δι' οὗ τὸ ἅγιον πνεῦμα ὁ κύριος ἐν ὑμῖν ἔδωκεν ἐν τῇ χειροθεσίᾳ, δι' οὗ ἅγια δόγματα μεμαθήκατε, καὶ Θεὸν ἐγνώκατε, καὶ εἰς Χριστὸν πεπιστεύκατε, δι' οὗ ἐγνώσθητε ὑπὸ Θεοῦ, δι' οὗ ἐσφραγίσθητε ἐλαίῳ ἀγαλλιάσεως καὶ μύρῳ συνέσεως, δι' οὗ υἱοὶ φωτὸς ἀνεδείχθητε, δι' οὗ ὁ κύριος ἐν τῷ φωτισμῷ ὑμῶν τῇ τοῦ ἐπισκόπου χειροθεσίᾳ μαρτυρῶν, ἐφ' ἕκαστον ὑμῶν [90] τὴν ἱερὰν ἐξήχησε φωνήν, λέγων· Υἱός μου εἶ σύ, ἐγὼ σήμερον γεγέννηκά σε. Διὰ τοῦ ἐπισκόπου σου ὁ Θεὸς υἱοποιεῖταί σε, ἄνθρωπε· γνώριζε υἱέ, τὴν δεξιὰν τὴν μητέρα σου, στέργε τὸν μετὰ Θεὸν γενόμενόν σου πατέρα, καὶ σέβου τοῦτον.

CAPUT XXXIII.

Quo modo oporteat ſacerdotes, utpote patres ſpirituales, honorare, ac veneratione dignos habere.

Ex. 20 12. Nam ſi de parentibus carnalibus divina oracula pronunciant; *Honora patrem tuum & matrem tuam, ut bene tibi ſit:* &; *Qui maledicit patri vel matri, morte intereat:* quanto magis de patribus ſpiritualibus admonet vos Scriptura, honorandos illos ac diligendos, tamquam beneficos, & ad Deum legatos; eos qui per aquam regenerârunt vos, qui Spiritu repleverunt, qui verbo lactarunt, qui in doctrina educaverunt, qui monitis ſtabiliverunt, qui corpore ſalutari & pretioſo ſanguine vos dignati ſunt, qui à peccatis abſolverunt, & ſacroſanctæ Euchariſtiæ fecerunt participes, quique vos promiſſionis Dei conſortes ac cohæredes conſtituerunt? Hos venerati, omni honorum genere proſequimini: quoniam à Deo poteſtatem vitæ & necis acceperunt, in judicandis peccatoribus condemnandiſque ad mortem æterni ignis, & in abſolvendis à peccato illis qui convertuntur, iiſdemque vitæ reddendis.

Ex. 21. 17.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ λγ'.

Ὅπως χρὴ τιμᾶν τοὺς ἱερεῖς, καὶ στέργειν ὡς πνευματικοὺς γονεῖς.

Εἰ γὰρ περὶ τῶν κατὰ σάρκα γονέων φησὶ τὸ θεῖον λόγιον· Τίμα τὸν πατέρα σου καὶ τὴν μητέρα σου, ἵνα εὖ σοι γένηται· Καί· Ὁ κακολογῶν πατέρα ἢ μητέρα θανάτῳ τελευτάτω· πόσῳ μᾶλλον περὶ τῶν πνευματικῶν γονέων ὑμῖν ὁ λόγος παραινέσει τιμᾶν αὐτούς, καὶ στέργειν, ὡς εὐεργέτας, καὶ πρεσβευτὰς πρὸς Θεόν, τοὺς δι' ὕδατος ὑμᾶς ἀναγεννήσαντας, τοὺς τῷ ἁγίῳ πνεύματι πληρώσαντας, τοὺς τῷ λόγῳ γαλακτοτροφήσαντας, τοὺς ἐν τῇ διδασκαλίᾳ ἀναθρεψαμένους, τοὺς ἐν ταῖς νουθεσίαις στηρίξαντας, τοὺς τοῦ σωτηρίου σώματος καὶ τοῦ τιμίου αἵματος ἀξιώσαντας ὑμᾶς, τοὺς τῶν ἁμαρτιῶν λύσαντας, καὶ τῆς ἁγίας καὶ ἱερᾶς εὐχαριστίας μετόχους ποιήσαντας, καὶ τῆς ἐπαγγελίας τοῦ Θεοῦ κοινωνοὺς καὶ συγκληρονόμους θεμένους ὑμᾶς; τούτους εὐλαβούμενοι τιμᾶτε παντοίαις τιμαῖς· οὗτοι γὰρ παρὰ Θεοῦ ζωῆς καὶ θανάτου ἐξουσίαν εἰλήφασιν ἐν τῷ δικάζειν τοὺς ἡμαρτηκότας καὶ καταδικάζειν εἰς θάνατον πυρὸς αἰωνίου, καὶ λύειν ἁμαρτιῶν τοὺς ἐπιστρέφοντας, καὶ ζωογονεῖν αὐτούς.

CAPUT XXXIV.

Quòd principibus ac regibus præſtantiores ſint ſacerdotes.

Hos principum ac regum loco vobis præeſſe exiſtimate; his tamquam regibus vectigalia offerte: nam de bonis veſtris ipſi eorumque domeſtici ali debent. Quod in Regnorum primo libro Samuel populo edixit de rege; quod in Levitico Moyſes de ſacerdotibus: idem nos vobis edicimus de Epiſcopis. Nam ſi illic populus proportione tanti regis ſubminiſtrabat tributa; nonne

Cap. 8.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ λδ'.

Ὅτι τῶν ἀρχόντων καὶ βασιλέων εἰσὶ κρείττους οἱ ἱερεῖς.

Τούτους ἄρχοντας ὑμῶν καὶ βασιλεῖς [91] ἡγεῖσθε νομίζετε, καὶ δασμοὺς ὡς βασιλεῦσι προσφέρετε· ἐξ ὑμῶν γὰρ αὐτούς τε καὶ τοὺς συνοίκους αὐτῶν τρέφεσθαι χρή. Ὡς Σαμουὴλ διετάξατο πρὸς τὸν λαὸν περὶ τοῦ βασιλέως, ἐν τῇ πρώτῃ τῶν Βασιλειῶν, καὶ Μωσῆς περὶ τῶν ἱερέων, ἐν τῷ Λευϊτικῷ· οὕτω καὶ ἡμεῖς ὑμῖν περὶ τῶν ἐπισκόπων διαγορευόμεθα. Εἰ γὰρ ἐκεῖ πλῆθος τοσούτου βασιλέως ἀναλόγως τὰς ὑπο-

90. *Τὴν ἱερὰν ἐξήχησε φωνήν*] In Anſelmo ad Matt. III. ult. *Dicitur ergo*: Hic eſt filius meus: *quia fideles in Baptiſmate filii Dei efficiuntur. Unicuique enim dicitur: Hic qui prius erat filius Diaboli, modo eſt filius meus*, &c. Crediderim Noſtrum ex eorum numero exſtitiſſe, qui in exemplaribus Biblicis repererant, υἱός μου εἶ σύ, ἐγὼ σήμερον γεγέννηκά σε. *Filius meus es tu; ego hodie genui te.* S. Auguſtino dicente in lib. 2. de conſenſu Evangeliſtarum cap. 14. *Illud vero quod nonnulli Codices habent ſecundum Lucam, hoc illâ voce ſonuiſſe quod in Pſalmo ſcriptum eſt*, Filius meus es tu; ego hodie genui te: *quamquam in antiquioribus Codicibus Græcis non inveniri perhibeatur, tamen ſi aliquibus fide dignis exemplaribus confirmari poſſit, quid aliud quam utrumque intelligendum eſt quolibet verborum ordine de cœlo ſonuiſſe?* Et in Enchiridio ad Laurentium cap. 49. *Vox illa Patris quæ ſuper baptizatum* Chriſtum *facta eſt, Ego hodie genui te.* Eamque lectionem, υἱός μου εἶ σύ, ἐγὼ σήμερον γεγέννηκά σε, repetente S. Methodio in Convivio Virginum Orat. 8. p. 107. ſicut & Latinam, *Filius meus es tu; ego hodie genui te*, Auctore Quæſtionum Veteris & novi Teſtamenti Quæſtione 54. & poſtea Quæſtione 45. Marcello in Apocrypho libello de conflictu Petri Apoſtoli & Simonis magi, quem edidit ad finem Bibliothecæ Pontificiæ Ludovicus *Jacob*; necnon B. Hilario de Trinitate lib. 8. paullo ante medium, lib. 12. etiam ante medium, & Canone 2. in Matthæum: quo ultimo in loco, eſſe Matthæi agnoſcit. Qui tamen Hilarius in Pſalm. CXXXVIII. 1. vulgari utitur ſcripturâ Matth. III. 17. & libro 9. de Trinit. multo poſt initium illam cum alio ejuſdem Evangelii textu cap. 17. verſ. 5. permiſcet ac confundit, pari memoriæ errato atque Optatus lib. 4 circa finem, Epiphanius Hær. 51. n. 30. & Hær. 76. p. 969. ac is qui putatur eſſe Gregorius Thaumaturgus Orat. εἰς τὰ ἅγια θεοφάνεια. Denique, tradente S. Epiphanio Hæreſeos 30. ſectione 13. referti in Ebionæorum Evangelio ſecundum Matthæum, tres voces cœlitus lapſas in Domini Baptiſmo; *Tu es filius meus dilectus, in te mihi complacui.* Et, *Ego hodie genui te.* Et, *Hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi complacui.* Unde veriſimile fit in veterum Matthæum atque in Lucam prædicta verba irrepſiſſe. COT.

91. Ἡγεῖσθε νομίζετε.] An ſcripſerat ſolummodo ἡγεῖσθε: & νομίζετε gloſſa eſt? Caveant Interpretes. Ibid.

92. Ὅσῳ

στρατείας ἐδίδου, πόσῳ μᾶλλον νῦν ὁ ἐπίσκοπος λαμβάνων ὀφείλει παρ' ὑμῶν τὰ ὑπὸ τοῦ Θεοῦ αὐτῷ ὡρισμένα πρὸς διατροφὴν αὐτοῦ τε καὶ τῶν ὑπ' αὐτῷ κληρικῶν; εἰ δὲ δεῖ καί τι προσθεῖναι τῷ λόγῳ, πλεῖον οὗτος λαμβανέτω, ἢ ἐκεῖνος τὸ παλαιόν· ὁ μὲν γὰρ στρατιωτικὰ μόνον διεῖπε, πόλεμον καὶ εἰρήνην ἀναδεδεγμένος εἰς φυλακὴν σωμάτων, ὁ δὲ τὴν εἰς Θεὸν ἱερωσύνην, σῶμα καὶ ψυχὴν περιστέλλων κινδύνων. [92] Ὅσῳ τοίνυν ψυχὴ σώματος κρείττων, τοσούτῳ ἱερωσύνη βασιλείας· δεσμεῖ γὰρ αὕτη καὶ λύει τοὺς τιμωρίας ἢ ἀφέσεως ἀξίους. Διὸ τὸν ἐπίσκοπον στέργειν ὀφείλετε ὡς πατέρα, φοβεῖσθαι ὡς βασιλέα, τιμᾶν ὡς κύριον, τοὺς καρποὺς ὑμῶν καὶ τὰ ἔργα τῶν χειρῶν ὑμῶν εἰς εὐλογίαν ὑμῶν προσφέροντες αὐτῷ, τὰς ἀπαρχὰς ὑμῶν, καὶ τὰς δεκάτας ὑμῶν, καὶ τὰ ἀφαιρέματα ὑμῶν, καὶ τὰ δῶρα ὑμῶν διδόντες αὐτῷ ὡς ἱερεῖ Θεοῦ, ἀπαρχὴν σίτου, οἴνου, ἐλαίου, ὀπώρας, [93] ἐρίων, καὶ πάντων ὧν Κύριος ὁ Θεὸς ἐπιχορηγεῖ ὑμῖν. Καὶ ἔσται σοι ἡ προσφορά σου δεκτὴ εἰς ὀσμὴν εὐωδίας Κυρίῳ τῷ Θεῷ σου, καὶ εὐλογήσει Κύριος τὰ ἔργα τῶν χειρῶν σου, καὶ πληθυνεῖ τὰ ἀγαθὰ τῆς γῆς σου· ὅτι εὐλογία εἰς κεφαλὴν τοῦ μεταδιδόντος.

multo magis nunc debet Epiſcopus à vobis accipere, quæ ipſi à Deo conſtituta ſunt, ad alendum eum & Clericos ejus? Immò ſi quid ampliùs dici par eſt, hic plus accipiat, quàm olim ille: quandoquidem ille militaria tantùm obibat munia; belli ac pacis pro cuſtodia corporum, arbiter; hic verò Dei ſacerdotium adminiſtrat, periculorum corporis ac animæ averruncus. Quanto igitur anima præſtat corpore, tanto ſacerdotium regno: ligat enim ac ſolvit, prout quis pœnâ vel veniâ dignus eſt. Quare Epiſcopum diligere ut patrem debetis, vereri ut regem, honorare ut dominum; offerendo ei in benedictionem veſtram fructus veſtros atque manuum veſtrarum opera; tribuendo ipſi tamquam Dei ſacerdoti veſtras primitias ac decimas, veſtra exceptitia ac munera; primitias frumenti, vini, olei, pomorum, lanæ, omnium denique quæ vobis Deus conceſſerit. Si ita te geſſeris, erit oblatio tua accepta in odorem ſuavitatis Domino Deo tuo, & benedicet Dominus operibus manuum tuarum, & multiplicabit bona terræ tuæ; quoniam *Benedictio in caput ejus qui largitur.* Prov. 11. 26.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ λε'.

Ὅτι παρακελεύονται οἱ νόμοι καρποφορεῖν· ὁμοίως καὶ τὸ εὐαγγέλιον.

Χρὴ δὲ ὑμᾶς γινώσκειν, ὅτι εἰ καὶ ἐῤῥύσατο ὑμᾶς Κύριος τῆς δουλείας τῶν ἐπεισάκτων δεσμῶν, καὶ ἐξήγαγεν ὑμᾶς εἰς ἀνάψυξιν, μηκέτι ἐάσας ὑμᾶς θύειν ἄλογα ζῷα περὶ ἁμαρτιῶν, καὶ καθαρισμῶν καὶ ἀποπομπαίων καὶ λουτρῶν συνεχῶν καὶ περιῤῥαντηρίων· [94] οὐ δήπου καὶ τῶν εἰσφορῶν ὑμᾶς ἠλευθέρωσεν, ὧν ὀφείλετε τοῖς ἱερεῦσι, καὶ τῶν εἰς τοὺς δεομένους εὐποιϊῶν. Λέγει γὰρ ὁ Κύριος ὑμῖν ἐν τῷ εὐαγγελίῳ· Ἐὰν μὴ περισσεύσῃ ὑμῶν ἡ δικαιοσύνη πλεῖον τῶν γραμματέων καὶ Φαρισαίων, οὐ μὴ εἰσέλθητε εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν. Οὕτως οὖν πλεονάσει ἡ δικαιοσύνη ὑμῶν, ἐν τῷ πλείονα ὑμᾶς πρόνοιαν ποιεῖσθαι τῶν ἱερέων καὶ τῶν ὀρφανῶν καὶ τῶν χηρῶν καὶ πάντων δεομένων· ὡς γέγραπται· Ἐσκόρπισεν, ἔδωκε τοῖς πένησιν, ἡ δικαιοσύνη αὐτοῦ μένει εἰς τοὺς αἰῶνας. Καὶ πάλιν· Ἐλεημοσύναις καὶ πίστεσιν ἀποκαθαίρονται ἁμαρτίαι. Καὶ πάλιν· [95] Ψυχὴ εὐλογουμένη πᾶσα ἁπλῆ. Οὕτως οὖν ποιήσεις σύ, ὡς ὁ Κύριος

CAPUT XXXV.

Quòd Judaicæ leges, & Evangelium, præcipiant munerum oblationem.

SCire autem vos oportet, quòd licèt liberaverit vos Dominus à ſervitute aſcitorum vinculorum, eduxeritque in refrigerium ac recreationem, non ampliùs permittens vobis brutarum animantium ſacrificia pro delictis; & licèt exemerit vos ab expiationibus, victimis emiſſariis, lavationibus aſſiduis, & luſtralibus aſperſionibus: neutiquam tamen à collationibus, quas ſacerdotibus debetis, vos liberavit, nec à munificentia erga pauperes. Vobis enim ait in Evangelio Dominus; *Niſi abundaverit juſtitia veſtra plusquam Scribarum & Phariſæorum, non intrabitis in regnum cælorum.* Mat. 5. 21. Sic igitur redundabit juſtitia veſtra; cùm majorem ſacerdotum, pupillorum, viduarum, egentiumque omnium curam geſſeritis: ſicut ſcriptum eſt; *Diſperſit, dedit pauperibus; juſtitia ejus manet in ſæcula.* Pſ. 111. 9. Et rurſus; *Eleemoſynis & fide purgantur peccata.* Prov. 15. 27. Et iterum; *Anima quæ benedicit, tota recta eſt.* Prov. 11. 25. Ita ergo tu fac

92. Ὅσῳ τοίνυν ψυχὴ σώματος κρείττων.] Eamdem rationem cur Sacerdotalis dignitas Regiæ præferri debeat, adducit quoque inter alias S. Chryſoſtomus tum aliìs, tum præcipuè Homil. 4. de verbis Eſaiæ, Lib. 3. de Sacerdotio cap. 1. & Homil. 15. in II. ad Corinthios. Cum quo tam in re, quàm in cauſſis rei conſentiunt vulgò ſancti Patres. Quinimo apud Philonem Judæum libro de legatione ad Caium, Pontificatus tanto ſupra regnum extollitur, quanto Deus & divina hominibus & humanis excellunt. Unde injuſta fertur à Theodoro Balſamone ad Canonem 7 Trullanum cenſura in eos, qui Eccleſiaſticas dignitates Imperatorius anteponunt. Sozomenus libro 2. extremo, narrans de Imperatorum & Pontificum ſepultura in eadem Apoſtolorum Eccleſia. *ὡς καὶ τῆς ἱερωσύνης ὁμοτίμου τῇ βασιλείᾳ οὔσης, μᾶλλον μὲν οὖν ἐν τοῖς ἱεροῖς τόποις καὶ τὰ πρεσβεῖα ἐχούσης.* COT.

93. Ἐρίων.] Ille Capellius, de quo paullo ſuprà, vertendo *ſobolis*, oſtendit à ſe lectum γονῆς. Vide lib. 7. cap. 29. Ibid.

94. Οὐ δήπου καὶ τῶν εἰσφορῶν ὑμᾶς ἠλευθέρωσεν.] Veteris Legis Decimæ, *δεκάτη, δευτεροδεκάτη, τριτοδεκάτη*, (ut cum Hieronymo loquar circa initium libri 14. in Ezechielem) primitiæ, portiones, voluntaria, dona, miniſteria, victimæ, fructus, vota, primitiva, primogenita, omneſque oblationes ac penſiones ſacræ duo complectebantur; nimirum, naturale aliquid, & aliquid quod vocant poſitivum. Ad naturam, ſive ad rectam rationem moreſque bonos pertinebat ſacris operantium & paupertate afflictorum ſuſtentatio per ejuſmodi collationes: poſitivum verò & certis regulis à Deo determinatum erat reliquum. Atque poſteriori quidem per novum Teſtamentum abrogato, prius obligat etiam Chriſtianos: qui tenentur, ſive dando decimas & primitias, ſive alio quo Eccleſiæ viſum fuerit modo, Clericorum & inopum neceſſitatibus ſubvenire. Hinc interdum Patres de Decimis tamquam abolitis diſſerunt, ut Epiphanius Hæreſi 8. cap. 6. & Chryſoſtomus Homil 74. in Matthæum interdum non ſublatas fuiſſe aiunt, ut ſanè Origenes Hom. 11. in Numeros, ubi conſimiliter Δευτερωσεῖ adhibet teſtimonium Matth. V. 21 & obiter Chryſoſtomus Oratione 5. adverſùs Judæos, atque Pſeudo Chryſoſtomus ad Matth XXIII 23. Præterea ad Decimas Deo Eccleſiæque perſolvendas habemus exhortationes SS. Ambroſii, Auguſtini, aliorum. *Domus tunc*, inquit Martyr Cyprianus in fine Tractatûs de unitate Eccleſiæ *& fundos venundabant, & theſauros ſibi in cælo reponentes, diſtribuenda in uſus indigentium precia Apoſtolis offerebant. At nunc de patrimonio nec decimas damus; & cùm vendere jubeat Dominus, emimus potiùs & augemus.* Et B. Hieronymus ad Malachiæ caput 3. *Quod de decimis primitiiſque diximus, quæ olim dabantur à populo Sacerdotibus ac Levitis, in Eccleſia quoque populis intelligite, quibus præceptum eſt, non ſolùm decimas dare & primitias, ſed & vendere omnia quæ habent, & dare pauperibus, & ſequi Dominum Salvatorem. Quod ſi facere nolumus, ſaltem Judæorum imitemur exordia, ut pauperibus partem demus ex toto, & Sacerdotibus ac Levitis honorem debitum deferamus.* Ibid.

95. Ψυχὴ εὐλογουμένη πᾶσα ἁπλῆ.] Vulgata ex Hebræo Proverb. XI. 25. *Anima quæ benedicit, impinguabitur.* LXX. verò, Ψυχὴ εὐλογουμένη, aut εὐλογοῦσα πᾶσα ἁπλῆ. Ubi Græcus Explanator cum SS. Chryſoſtomo Homil. 16 in Johannem, Ambroſio libro de Iſaac & anima cap. 2. Hieronymo lib. 3. adverſùs Ru num cap. ult. (quo loci interpunctio mutari debet) verbum εὐλογοῦμαι in ſenſu paſſivo accipit, minùs aptè, ſi non ad mentem Scriptoris, ſaltem ad Verſ-

νειν· Καὶ πάλιν· [99] Γίνεσθε τραπεζῖται δόκιμοι· Ὑμῖν γὰρ οὐκ ἐπιτέτραπται· τοὐναντίον γὰρ εἴρηται τοῖς ἔξω τοῦ ἀξιώματος τοῦ δικαστοῦ, ἢ διδασκαλικοῦ ὑπάρχουσι· Μὴ κρίνετε, καὶ οὐ μὴ κριθήσεσθε.

juſtum judicare: & rurſum; *Eſtote probi trapezitæ:* Deut. 1. 16. & 16. 18. vobis autem id non eſt permiſſum; immò contrà, Zach. 7. 9. iis qui dignitatem aut judicis aut magiſtri non habent, dictum eſt; *Nolite judicare, & non judicabimini.* Luc. 6. 37.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ λζ.

Περὶ κατηγόρων καὶ συκοφαντῶν· καὶ ὅπως χρὴ μὴ προχείρως πιστεύειν ἢ ἀπιστεῖν τούτοις τὸν κριτήν, ἀλλὰ μετὰ ἀκριβοῦς ἐξετάσεως.

ΤΟὺς μέν τοι ἐπίσκοπον δεῖ κρίνειν ὀρθῶς, καθὼς γέγραπται· Τὴν δικαίαν κρίσιν κρίνετε. Καὶ ἀλλαχοῦ· Τί δὲ καὶ ἀφ' ἑαυτῶν οὐ κρίνετε τὸ δίκαιον; Γίνεσθε οὖν ὡς ἀργυραμοιβοὶ ἐπιστήμονες. καθάπερ γὰρ ἐκεῖνοι τὰ φαῦλα τῶν νομισμάτων ἀποκρίνουσι, τὰ δὲ δόκιμα οἰκειοῦνται· τὸν αὐτὸν δὴ τρόπον καὶ τὸν ἐπίσκοπον χρή, τὰ μὲν ἄμωμα κατέχειν, τὰ δὲ ἐπίμωμα ἢ θεραπεύειν, ἢ ἀνιάτως νοσοῦντα ἀπορρίπτειν· καὶ μὴ ταχέως κόπτειν, μηδὲ οἷς δή ποτε πιστεύειν· ἐγχωρεῖ γάρ τινας καὶ διὰ ζῆλον ἢ φθόνον κατά τινος ἀδελφοῦ ἐνστήσασθαι ψευδῆ κατηγορίαν· ὡς οἱ δύο πρεσβύτεροι ἐπὶ τῆς Σωσάννης ἐν Βαβυλῶνι, καὶ ἡ Αἰγυπτία ἐπὶ τοῦ Ἰωσήφ. σὺ δὲ ὡς Θεοῦ ἄνθρωπος τὰ τοιαῦτα μὴ προχείρως προσδέχου, ἵνα μὴ ἀνέλῃς τὸν ἀθῷον καὶ ἀποκτείνῃς τὸν δίκαιον. ὁ γὰρ τοιαῦτα προσδέχεσθαι θέλων, ὀργῆς πατήρ ἐστι μᾶλλον ἢ εἰρήνης· ὅπου δὲ ὀργή, ἐκεῖ ὁ Κύριος οὐκ ἔστιν· ἡ γὰρ ὀργὴ τοῦ Σατανᾶ ὑπάρχουσα φίλη, λέγω δὲ, ἡ παρὰ τὸ δίκαιον κινουμένη διὰ τῶν ψευδαδέλφων, οὐδέποτε ἀφίησι γενέσθαι ὁμόνοιαν ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ. ὅθεν ἐπιγινώσκοντες τοὺς τοιούτους ἄφρονας, ἐριστὰς, ζηλωτὰς, χαιρεσικάκους, μὴ πιστεύετε αὐτοῖς· ἀλλὰ καὶ παρατηρεῖσθε τοὺς τοιούτους, ἀκούοντές τι παρ' αὐτῶν κατὰ ἀδελφοῦ· ὅτι οὐδὲν ἐν ὀφθαλμοῖς αὐτῶν φόνος· καὶ οὗ τις οὐχ ὑπονοεῖ, καταβάλλουσιν ἄνδρα. σὺ οὖν πρόσεχε τῷ κατηγορηθέντι. ἐν σοφίᾳ παρατηρῶν τὴν ἀναστροφὴν αὐτοῦ, τίς καὶ ὁποία τυγχάνει· καὶ εἰ εὕροις αὐτὸν ἀληθεύοντα, κατὰ τὴν τοῦ Κυρίου διδαχὴν ποίησον, καὶ μόνον παραλαβὼν τὸν κατηγορηθέντα, ἔλεγξον αὐτὸν, ὅπως μετανοήσῃ, μηδενός σοι συμπαρόντος· εἰ δὲ οὐ πεισθείη, γενόμενος δεύτερος, ἢ τρίτος, οὕτως αὐτῷ ὑπόδειξον τὸ πλημμέλημα, νουθετήσας αὐτὸν ἐν πρᾳότητι καὶ παιδείᾳ· ὅτι ἐν καρδίᾳ ἀγαθῇ ἀναπαύσεται σοφία· ἐν δὲ καρδίᾳ ἀφρόνων οὐ διαγινώσκεται.

CAPUT XXXVII.

De accuſatoribus & delatoribus; & quòd judex non debeat illis facilè credere, vel non credere, ſed adhibitâ diligenti inquiſitione.

PORro Epiſcopum oportet rectè judicare; ſicut ſcriptum eſt; *Juſtum judicium judicate:* & Joh. 7. 24. alibi; *Quid verò à vobis ipſis quod juſtum eſt non* 1. Cor. 6. 5. *judicatis?* Eſtote igitur tamquam argentarii periti. Ut enim illi nummos adulterinos rejiciunt, probos autem retinent: eumdem ad modum oportet ut Epiſcopus quæ non habent maculam complectatur, quæ autem maculoſa ſunt vel curet, vel ſi deſperanter laborent, abjiciat: non tamen ſtatim amputet, nec quibuſvis credat: fit enim nonnumquam, Laudatur à Cedreno. ut aliqui æmulatione ac invidiâ ducti adversùs fratrem falſam accuſationem inſtituant; ut Vide Vet. Teſtam. olim Babylone duo Senes adversùs Suſannam, ne- Dan. 13. que Ægyptia mulier contra Joſephum. Talia tu, Gen. 39. homo Dei es, non temerè admittes, ne fortè innocentem perimas, & occidas juſtum. Qui enim hæc libenter audit, magis iræ pater eſt, quàm pacis: ubi verò ira eſt, hinc Dominus abeſt; quia ira Satanæ amica; illam dico quæ à falſis fratribus contra æquitatem concitatur; numquam concordiam in Eccleſia ſubſiſtere patitur. Unde cognitis iis hominibus, imprudentibus, contentioſis, æmulis, malevolentibus, nolite fidem illis habere; quin potiùs cùm eos audieritis fratrem criminari, cautionem adhibete: quia homicidium ludus illis videtur ac nihilum; & ubi nemo ſuſpicatur, proſternunt hominem. Tu ergo accuſatum conſidera, & ſapienter expende mores illius, qui ac quales ſint: & ſi accuſatorem verè ac juſtè loqui compereris, ſecundùm Domini doctrinam Mat. 18. 15. facito; reum aſſumptum ſolum, nemine præſente argue, ut pœnitentiam agat: quod ſi non patitur ſe perſuaderi, adhibitis duobus vel tribus, ipſi quantum deliquerit oſtende, admonens eum cum manſuetudine ac diſciplina: quoniam *in corde bono re-* Prov. 14. 33. *quieſcet ſapientia; in corde autem imprudentium non dignoſcitur.*

C A-

99. *Γίνεσθε τραπεζῖται δόκιμοι.*] Mandatum hoc, licèt nullibi Scripturarum extet, laudatur tamen tamquam Scripturæ etiam à Clemente Alexandrino ſub finem Stromatei 1. Origene ad Matth XXII. 23. 24. XXIV. 4. 5. Pamphilo initio Apologetici pro Origene, Palladio de vita Chryſoſtomi cap. 4. & Nicephoro Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ lib. 10. cap. 36. Evangelicum autem eſſe tradunt cum Apelle Hæretico apud Epiphanium Hæreſi 44. cap. 2. Caſſianus Collatione 1. cap. 20. & 2. cap. 9. atque Auctor Quæſtionum Cæſario Gregorii Nazianzeni fratri adſcriptarum, Reſponſione ad Interrogationem 140. Qui meo locus effictus eſt ex illo citato Palladii, Scriptoris Cæſario recentioris. Chriſto tribuunt præter poſtremos tres, Clementinorum pater Homil. 2. n. 51. Homil. 3. n. 30. & Homil. 18. n. 20. Origenes Tom. 19. in Johannem ad cap. 8 verſ 20. Hieronymus ſub finem Epiſtolæ 152. Chryſoſtomus Sermone Cur in Pentecoſte Acta Apoſtolorum legantur, paullò poſt initium; & Socrates lib. 3. Hiſtoriæ cap. 16. Contrà, Apoſtolicam vocem appellat Dionyſius Alexandrinus in Epiſtola ad Philemonem Romanum Presbyterum, cujus verba referuntur ab Euſebio Hiſt. Eccl. lib. 7. cap. 7. Et Pauli eſſe ait Cyrillus Alexandrinus ad Eſaiæ III. 3. Uſurpant vero idem effatum, aut ob oculos habent è Patribus plurimi. Vide præcipuè, ſi lubet, Clementem Stromateum lib. 6. p. 655. lib. 7 p. 734. Origenem Homiliâ 3. in Leviticum, Homil 12. (Hieronymo 9) in Jeremiam paullò poſt medium, Homil. 19 in eumdem Prophetam ſub finem, Homiliâ 2. in Ezechielem paullò poſt initium, Tomo 12. in Matthæum non longè à principio, & ad Matthæi XXIII. 37. Item Homil. 1. in Lucam, quem locum imitatur Ambroſius initio Commentariorum in illud Evangelium. Præterea in Johannem Tom. 25. ad Capitis 8 verſiculum 46. & Tomo 32. ad cap. 13. verſ. 20. Athanaſium Epiſtola ad Solitarios circa principium, Cyrillum Hieroſolymitanum Catecheſi 2. in fine, Baſilium Homiliâ in principium Proverbiorum ante medium, & ad Eſaiæ I. 22. III. 2. V. 20. Gregorium Nazianzenum Carmine Iambico 18. p. 218. Ambroſium in Lucæ XIX. 43. Hieronymum lib. 1. Apologiæ adverſùs Rufinum cap 4. lib. 3. Commentariorum in Epiſtolam ad Epheſios in finem capitis 4. & ad verſ. 10. cap. 5. & libro in Epiſtolam ad Philemonem ad verſum 5. Procopium Gazæum Super Leviticum pag. 331. Gregorium Papam lib. 13. Moralium cap 26. Damaſcenum Orthodoxæ fidei lib. 4. cap. 18. & Epiphanium Diaconum Sermone Panegyrico ad Synodum generalem ſeptimam. Quæritur nunc quid de celeberrimo loco ſentiendum ſit. Equidem doctorum virorum ſententiæ ſtudioſos doctrinarum non fugiunt. Meam Ego paucis verbis Lectori examinandam ita propono. Ex traditione, ſive non ſcriptâ, ſive in quodam melioris notæ Apocrypho relatâ ferebatur, Divino quaſi Teſtamenti Oraculo pronunciari, *Eſtote probi trapezitæ.* Id aliquis compertum appoſuit ad oram Codicis ſui, Matth. XXV. 27 & Luc. XIX. 23. ubi *τραπεζίταις* mentionem factam videbat. Alius adnotandum putavit ad locum conſimilem Apoſtoli I. Theſſal. V. 21. Tertius forſan, tribus iis prædictis locis collocavit. Ac neſcio an non etiam ſcriptum fuerit in margine Epiſtolæ primæ Johannis cap. 4. verſ. 1. Inde poſtea ut

ſit-

γου ἀκούωσιν, οὐ μὴν κοινωνῶμεν αὐτοῖς, [3] μέχρις οὗ τὴν σφραγῖδα λαβόντες τελειωθῶσιν· οὕτω καὶ τοῖς τοιούτοις, μέχρις οὗ μετανοίας καρπὸν ἐπιδείξωνται, ἐπιτρέπομεν εἰσέρχεσθαι, ὅπως τοῦ λόγου ἀκούοντες, μὴ τελείως ἄρδην ἀπόλωνται· [4] μὴ κοινωνείτωσαν δὲ ἐν τῇ προσευχῇ, ἀλλ' ἐξερχέσθωσαν μετὰ τὴν ἀνάγνωσιν τοῦ νόμου καὶ τῶν προφητῶν καὶ τοῦ εὐαγγελίου, ὅπως διὰ τοῦ ἐξελθεῖν βελτιωθῶσι τὴν ἀναστροφὴν τοῦ βίου, σπουδάζοντες περὶ τὰς συνάξεις ἀπαντᾶν ὁσημέραι, καὶ τῇ δεήσει σχολάζειν, ὅπως καὶ αὐτοὶ δυνηθῶσι προσδεχθῆναι, καὶ οἱ θεώμενοι αὐτοὺς κατανυγῶσι, καὶ ἀσφαλέστεροι γίνωνται, εὐλαβούμενοι τοῖς ὁμοίοις περιπεσεῖν.

dum verbum admittimus, non tamen cum iis communicamus, donec per Baptiſmi ſigillum conſummationem accipiant: ita, inquam, ad meliora converſis, donec pœnitentiæ fructus oſtendant, in Eccleſiam ingredi permittimus; ut Dei doctrinam audientes, non ſtatim ac funditus intereant: hi tamen in oratione non communicent; ſed poſt Legis, Prophetarum, ac Evangelii lectionem egrediantur, ut exeundo vitam & mores emendent; ſtudentes occurrere quotidie ad ſacros conventus, & orationi vacare; quò & ipſi poſſint admitti, & qui eos viderint compungantur, metuque ſimilis calamitatis cautiores evadant.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ μ'.

Ὅτι οὐ χρὴ ἐχθρωδῶς διακεῖσθαι περὶ τὸν ἅπαξ ἢ δεύτερον ἁμαρτάνοντα.

Οὐ μὴν τί γε βδελύξῃ τὸν περιπεσόντα ἐνὶ ἢ δευτέρῳ σφάλματι, ὦ ἐπίσκοπε, οὐδὲ κωλύσεις αὐτὸν τοῦ κυριακοῦ λόγου, οὐδὲ κοινῆς διαίτης αὐτὸν ἐξώσεις· ἐπείπερ οὐδὲ ὁ Κύριος παρῃτεῖτο μετὰ τῶν τελωνῶν ἐσθίειν καὶ τῶν ἁμαρτωλῶν, καὶ ὑπὸ τῶν Φαρισαίων ἐγκαλούμενος περὶ τούτου, ἔλεγεν· Οὐ χρείαν ἔχουσιν οἱ ἰσχύοντες ἰατροῦ, ἀλλ' οἱ κακῶς ἔχοντες. Τοῖς οὖν δι' ἁμαρτίας ἀφορισθεῖσι παρ' ὑμῶν, [5] καὶ συναναστρέφεσθε καὶ συναυλίζεσθε, ἐπιμελούμενοι, παρακαλοῦντες, ὑποστηρίζοντες, λέγοντες αὐτοῖς· Ἰσχύσατε χεῖρες ἀνειμέναι, καὶ γόνατα παραλελυμένα. Παρακαλεῖν γὰρ χρὴ τοὺς πενθοῦντας, καὶ τοῖς ὀλιγοψυχοῦσι προθυμίαν διδόναι. ὅπως μὴ τῇ ἀμετρίᾳ τῆς λύπης εἰς ἀφροσύνην χωρήσωσιν· ἐπείπερ ὀλιγόψυχος ἰσχυρῶς ἄφρων.

CAPUT XL.

Quòd non oporteat hoſtiliter affici ergo illum qui ſemel vel iterum peccavit.

CÆterùm, Epiſcope, eum qui in unum & alterum prolapſus fuerit peccatum, noli exſecrari; nec ab auditione Dominici ſermonis illum arceas, nec à fratrum convictu pellas: quandoquidem nec Dominus cum publicanis ac peccatoribus comedere recuſabat; cumque eam ob cauſam à Phariſæis argueretur, ita reſpondit; *Non opus habent medico qui valent, ſed qui male habent.* Mat. 9. 12. Cum iis igitur qui peccatorum ergo à vobis excommunicati ſunt, converſatione ac convictu jungimini, curam habentes, conſolantes, ſuffulcientes, atque illis dicentes; *Confortamini manus remiſſæ, & genua ſoluta.* Iſ. 35. 3. Conſolandi enim ſunt qui lugent, & animo deficientes recreandi; ne magnitudine mœſtitiæ ad amentiam deveniant: quoniam *puſillanimus valde inſipiens eſt.* Prov. 14. 29. in LXX.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ μα'.

Ὅπως δεῖ προσίεσθαι τὸν μετανοοῦντα, καὶ ὅπως διαγίνεσθαι πρὸς ἁμαρτάνοντας, καὶ πότε ἐκκόπτειν τῆς ἐκκλησίας.

Εἰ δέ τις ἐπιστραφεὶς μετανοίας καρπὸν ἐπιδείξηται, τότε καὶ εἰς προσευχὴν προσδέξασθε αὐτὸν ὡς τὸν υἱὸν τὸν ἀπολωλότα, τὸν ἄσωτον, τὸν μετὰ

CAPUT XLI.

Quo modo oporteat recipere pœnitentem, & quo modo agere cum peccatoribus, & quando ab Eccleſia abſcindere.

JAm ſi quis converſus, fructus pœnitentiæ ediderit, tunc ad orationem admittite: ut filium illum prodigum, qui perierat, & patria bona Luc. 15. cum

Apoſtolum legantur: quatenus ſalutaria præcepta Domini noſtri Jeſu Chriſti, vel Sermonem Sacerdotis, non ſolùm fideles, ſed etiam Catechumeni, ac Pœnitentes, & omnes qui ex diverſo ſunt, audire licitum habeant. Sic enim Pontificum prædicatione auditâ nonnullos ad fidem adtractos evidenter ſcimus. Et antea ſanxerant Afri, Concilii Carthaginenſis 4. cap. 84. *Ut Epiſcopus nullum prohibeat ingredi Eccleſiam, & audire verbum Dei, ſive Gentilem, ſive Hæreticum, ſive Judæum, uſque ad Miſſam Catechumenorum.* Quod Capitulum Burchardus lib. 3. cap. 28. attribuit Concilio apud Valentias habito cap. 16. forſan per σφάλμα μνημονικόν. Afros tamen tempore Tertulliani non ita ſenſiſſe conjici datur per illud libri de præſcriptione Hæreticorum cap. 41. *In primis quis Catechumenus, quis Fidelis, incertum eſt: pariter adeunt, pariter audiunt, pariter orant: etiam Ethnici ſi ſupervenerint, ſanctum canibus, & porcis margaritas, licèt non veras, jactabunt.* Vide ſis de Judæis, in præſentia omnium interpretantibus Legem, Clariſſimum Valeſium ad Euſebii Hiſtor. lib. 9. cap. 6. COT.

3. *Μέχρις οὗ τὴν σφραγῖδα λαβόντες τελειωθῶσι.*] Utrumque, tum nomen, quum verbum Baptiſmum indicat. Dicunt enim Græci Patres de lavacro regenerationis σφραγίς. σφραγὶς τοῦ κηρύγματος. σφραγὶς ἀνεπιχείρητος, vel ἁγία, vel ἐν ὕδατι, ἐν Χριστῷ. σφραγὶς τῆς πίστεως. τῆς ἀληθείας σφραγὶς. ἀσφαλεστάτη σφραγίς. σφραγὶς ὀνόματος πατρὸς καὶ υἱοῦ καὶ ἁγίου πνεύματος, σφραγὶς Θεοῦ. ἁγία. μυστική. ἀκατάλυτος. ἀρρήτων. ἀκαταμάχητος, βασιλική, &c. σφραγίζειν, σφραγίζεσθαι τῷ βαπτίσματι. De baptizato, ἐσφραγισμένος, de non baptizato, ἀσφράγιστος. Latini, *ſignum, ſignum fidei, ſignum Chriſti, ſigillum, ſignaculum, ſignaculum fidei, obſignatio fidei, vel Baptiſmi. Signare, obſignare, Baptiſmo conſignare.* Pari modo, eodemque in ſenſu, τελειοῦν, τελειοῦσθαι, τελείωσις. τέλειος, *perficere, perfectus, conſummatio*, invenias non rarò, apud utriuſque Eccleſiæ Doctores. Atque ex his Epiphanio lux effulget, qui ſcribit in Hæreſi 74. Pneumatomachorum cap. 11. ſi libros editos conſulimus, ἐπεὶ σφραγὶς τῆς χάριτος. ὁ σύνδεσμος τῆς τριάδος. Hoc eſt, ex mente virorum doctiſſimorum, qui expungunt ὁ, *idem ille* Spiritus ſanctus *gratiæ ſigillum eſt, ac Trinitatis vinculum.* Cùm ex his verbis Ancorati cap. 7. ἐπεὶ σφραγὶς τῆς χάριτος σύνδεσμος τῆς τριάδος, (Editio merè Græca mediam non habet virgulam,) veriſimilior lectio conficiatur, ἐπεὶ σφραγὶς τῆς χάριτος ὁ σύνδεσμος τῆς τριάδος· emergetque iſte ſenſus utrobique. *Quandoquidem ſigillum gratiæ eſt conjunctio Trinitatis*, in Baptiſmate videlicet, de quo agitur. Ibid.

4. *Μὴ κοινωνείτωσαν δὲ ἐν τῇ προσευχῇ, &c.*] Notum id. Sed notabilis in primis locus Johannis Jejunatoris, ſub finem Theodori Balſamonis pag. 1100. *In rei autem ſacræ celebratione omnes qui pœnitentiam agunt, & non communicant, diximus Catechumenorum edicto debere ex templo egredi, & ſtare in Ferulæ: in Matutino autem, Veſperis, & reliquis, templi aditum non eis eſſe prohibitum, quominus poſſint ingredi, & in eo ſtare ſi velint.* Memoratur Balſamon ad Canonem Laodicenum 19. in quo ſancitur de hoc ritu, pravâ laborat interpunctione. ἐν μετανοίᾳ δὲ οὖσι, inquit, οἱ διὰ τοῦ ἀναγνώσματος ἐπιτιμώμενοι ὄντες. οἱ ἀξιωθέντες καὶ τῆς ἁγίας μεταλήψεως. Pone cum Cod. Reg. 2431 punctum poſt ἐπιτιμώμενοι. Ibid.

5. *Συναναστρέφεσθε καὶ συναυλίζεσθε*] Orationis ſeries poſtulat συναυλίζεσθε, quod verbi interpretatur Turrianus. Rem autem ipſam videbis apud Dionyſium Alexandrinum in Hiſtoria Eccleſiaſtica Euſebii lib. 6. cap. 42. Ibid.

cum meretricibus abligurierat, poſteáque porcos paſcebat, de quorum ſiliquis cupiebat expleri, nec obtinebat; quando pœnitentiâ ductus eſt, & ad patrem rediit, dixítque; *Peccavi in cœlum, & coram te; jam non ſum dignus vocari filius tuus*; pater, liberorum amans, cum Muſico apparatu accepit; priorem ſtolam, annulum, & calceamenta reddidit; mactatóque vitulo ſaginato, lætus epulabatur cum amicis. Ita igitur & tu facito, ô Epiſcope: ac quemadmodum Ethnicum ſacro lavacro tinctum, in Eccleſiam inducis poſt inſtitutionem; ſic & hunc, per manuum impoſitionem, utpote pœnitentiâ purgatum, cunctis pro eo deprecantibus, reſtitue in antiqua paſcua; erítque in loco Baptiſmi, impoſitio manuum: etenim per impoſitionem manuum noſtrarum, Spiritus ſanctus dabatur credentibus. Et ſi quis fratrum nunquam prolapſus, reprehenderit te, quòd huic ſis
Luc. 15. 31. reconciliatus, dicito ei; *Tu ſemper mecum es, & mea omnia tua ſunt: epulari autem & gaudere oportebat, quia frater tuus hic mortuus erat, & revixit, perierat, & inventus eſt.* Nam quòd Deus non ſolum ignoſcat pœnitentibus, ſed & eos in priſtinam dignitatem reſtituat, abundè teſtatur ſanctus David, qui poſt peccatum in Uriam com-
Pſ. 50. miſſum, his verbis Deum precabatur; *Redde mihi lætitiam ſalutaris tui, & ſpiritu principali confirma me;* & iterum; *Averte faciem tuam a peccatis meis, & omnes iniquitates meas dele. Cor mundum crea in me Deus, & ſpiritum rectum innova in viſceribus meis. Ne projicias me a facie tua, & ſpiritum tuum ſanctum ne auferas a me.* Igitur & tu ſicut miſericors medicus, omnes peccatores ſana, utens ſalutiferis atque ad ſubſidium aptis remediis; non ſolum ſecans, aut urens, aut ſicca & mordacia medicamenta adhibens; verùm etiam alligans, & linamentum indens, & pharmaca lenia ac cicatri-
I. Ignat. ad Polyc. 2. cem obducentia infundens, & verbis conſolationis irrigans. Porro ſi vulnus altum fuerit, ſuavi emplaſtro fove illud, ut carne repletum parti integræ

πορνῶν μονώσαντα τὴν πατρῴαν οὐσίαν, τὸν χοίρους βόσκοντα, καὶ κερατίων ἐμπλησθῆναι ἐπιθυμοῦντα, καὶ μὴ τυγχάνοντα, μεταγνόντα, καὶ παλινδρομήσαντα πρὸς τὸν πατέρα, καὶ εἰπόντα· Ἥμαρτον εἰς τὸν οὐρανὸν καὶ ἐνώπιόν σου, καὶ οὐκέτι εἰμὶ ἄξιος καλεῖσθαι υἱός σου· μετὰ μουσικῶν ὁ φιλότεκνος πατὴρ προσελάβετο, καὶ τὴν ἀρχαίαν στολὴν, καὶ τὸν δακτύλιον, καὶ τὰ ὑποδήματα ἀποδοὺς, σφάξας τε τὸν σιτευτὸν μόσχον ηὐφραίνετο μετὰ τῶν φίλων. οὕτως οὖν καὶ σὺ ποίει, ὦ ἐπίσκοπε· καὶ ὥσπερ τὸν ἐθνικὸν λούσας εἰσδέχῃ μετὰ τὴν διδασκαλίαν, οὕτω καὶ τοῦτον [6] χειροθετήσας, ὡς ἐν μετανοίᾳ κεκαθαρισμένον, πάντων ὑπὲρ αὐτοῦ προσευχομένων, ἀποκατάστησον αὐτὸν εἰς τὴν ἀρχαίαν αὐτοῦ νομήν· καὶ ἔστω αὐτῷ ἀντὶ τοῦ λουτροῦ ἡ χειροθεσία· καὶ γὰρ διὰ τῆς ἐπιθέσεως τῶν ἡμετέρων χειρῶν ἐδίδοτο πνεῦμα ἅγιον τοῖς πιστεύουσι. κἄν τις τῶν μὴ σφαλλομένων ἀδελφῶν αὐτοῦ ἐπιμέμψηταί σοι, ὅτι δὴ κατηλλάγης αὐτῷ, εἰπὲ πρὸς αὐτόν· Σὺ πάντοτε μετ' ἐμοῦ εἶ, καὶ τὰ ἐμὰ πάντα σά ἐστιν· εὐφρανθῆναι δὲ ἔδει καὶ χαρῆναι, ὅτι ὁ ἀδελφός σου οὗτος νεκρὸς ἦν, καὶ ἀνέζησε, καὶ ἀπολωλὼς, καὶ εὑρέθη. Ὅτι γὰρ οὐ μόνον προσδέχεται ὁ Θεὸς τοὺς μετανοοῦντας, ἀλλὰ καὶ [7] εἰς τὴν προτέραν ἀξίαν ἀποκαθίστησιν, ἱκανὸς μάρτυς ὁ ἅγιος Δαβὶδ, ὃς μετὰ τὴν εἰς τὸν Οὐρίαν ἁμαρτίαν, εὔχεται τῷ Θεῷ λέγων· Ἀπόδος μοι τὴν ἀγαλλίασιν τοῦ σωτηρίου σου, καὶ πνεύματι ἡγεμονικῷ στήριξόν με· Καὶ πάλιν· Ἀπόστρεψον τὸ πρόσωπόν σου ἀπὸ τῶν ἁμαρτιῶν μου, καὶ πάσας τὰς ἀνομίας μου ἐξάλειψον. καρδίαν καθαρὰν κτίσον ἐν ἐμοὶ ὁ Θεὸς, καὶ πνεῦμα εὐθὲς ἐγκαίνισον ἐν τοῖς ἐγκάτοις μου. μὴ ἀπορρίψῃς με ἀπὸ τοῦ προσώπου σου, καὶ τὸ πνεῦμά σου τὸ ἅγιον μὴ ἀντανέλῃς ἀπ' ἐμοῦ. Καὶ σὺ οὖν ὡς συμπαθὴς ἰατρὸς, τοὺς ἡμαρτηκότας πάντας θεράπευε, χρώμενος σωτηρίοις πρὸς βοήθειαν ἀγωγαῖς, [8] μὴ μόνον τέμνων, ἢ καίων, ἢ ξηρία προσφέρων, ἀλλὰ καὶ ἐπιδεσμῶν, καὶ μοτῶν, καὶ ἠπίως γλυκέα φάρμακα ἐπουλωτικὰ, καὶ καταβρέχων λόγοις παρακλητικοῖς. ἐὰν ᾖ κοῖλον ἢ τὸ τραῦμα, θρέψον αὐτὸ ἤδη ἐμπλάστρῳ, ἵνα γεμισθὲν, ἴσον

---

6. *Χειροθετήσας.*] Hæc eſt impoſitio manuum reconciliatoria; de qua etiam cap. 18. & 43. quàmque ſæpe Patres, ſæpe Concilia commemorant. Inſigniter S. Cyprianus Epiſt. 9. *Nam cum in minoribus peccatis agant peccatores pœnitentiam justo tempore, & ſecundum diſciplinæ ordinem ad Exomologeſin veniant, & per manûs impoſitionem Epiſcopi & Cleri jus communicationis accipiant; nunc crudo tempore, perſecutione adhuc perſeverante, nondum reſtitutâ Eccleſiæ ipſius pace, ad communicationem admittuntur, & offertur nomen eorum, & nondum pœnitentiâ actâ, nondum Exomologeſi factâ, nondum manu eis ab Epiſcopo & Clero impoſitâ, Euchariſtia illis datur.* Optatus poſt medium libri 2. *Dum manum imponitis & delicta donatis.* Concilium Carthaginenſe 4. Canone 76. *Is qui pœnitentiam in infirmitate petit, ſi caſu, dum ad eum Sacerdos invitatus venit, oppreſſus infirmitate obmutuerit, vel in phreneſim verſus fuerit, dent teſtimonium qui eum audierunt, & accipiat pœnitentiam. Et ſi continuò creditur moriturus, reconcilietur per manûs impoſitionem, & infundatur ori ejus Euchariſtia. Si ſupervixerit, admoneatur à ſuprà dictis teſtibus, petitioni ſuæ ſatisfactum, & ſubdatur ſtatutis pœnitentiæ legibus, quamdiu Sacerdos, qui pœnitentiam dedit, probaverit.* Et Canon 3. Concilii Arauſicani 1. *Qui recedunt de corpore pœnitentiâ acceptâ, placuit ſine reconciliatoria manûs impoſitione eis communicari: quod morientis ſufficit conſolationi, ſecundum definitiones Patrum, qui hujuſmodi communionem congruenter viaticum nominârunt. Quòd ſi ſupervixerint, ſtent in ordine pœnitentium, & oſtenſis neceſſariis pœnitentiæ fructibus, legitimam communionem cum reconciliatoria manûs impoſitione percipiant.* COT.

7. *Εἰς τὴν προτέραν ἀξίαν ἀποκαθίστησιν.*] Et lib. 8. cap. 9. Cum Cypriano Epiſt. 19. Euſebio apud Damaſcenum lib. 2. Parallelorum cap. 86. & iis qui Pœnitentiam ſecundum Baptiſmum, Baptiſmum lacrymarum, Baptiſmum pœnitentiæ appellant. Quinetiam Chryſoſtomus Parænesi 1 ad Theodorum lapſum, Palladius Hiſtoriæ Lauſiacæ cap 140 & Johannes Climacus Scalæ Gradu 5. p. 127. aſſerunt quoſdam pœnitentiâ actâ ſanctiores extitiſſe quàm fuerant antequam deliquiſſent, atque felicitate ac pietate ſuperâſſe eos qui in juſtitia baptiſmali perſeveraverant. Scribitque Lactantius lib. 5. cap. 13. *Cum & Deo ſatisfacere liceat, & nullus ſit tam malus Dei cultor, qui datâ facultate, ad placandum Deum non revertatur, & quidem devotione majori. Peccati enim conſcientia, & metus pœnæ religioſiorem facit; & ſemper multo firmior eſt fides, quam reponit pœnitentia.* Sed alia videtur fuiſſe Eccleſiæ mens, cùm Laicos lapſos ab Ordinibus ſacris excluſit, Clericos verò pœnitentes priſtinis gradibus non reſtituit. Item Concilii Eliberitani, quod Canone 38. jus baptizandi in neceſſitate, tribuit ſolummodo fidelibus qui Lavacrum ſuum integrum habent. Subſcribit quoque Athanaſius in illud, Quicumque dixerit &c. Edit. Pariſ. Tom. 6. p. 974. cum Hilario ad Pſalm. CXXXVII. verſ. 2. Epiphanio Hæreſ. 59. capp. 1. 2. 5. 9. 10. & Hieronymo lib. 2. adversùs Jovinianum cap. ult. Hæc licèt contraria appareant, vera nihilominus omnia ſunt. Etenim Lapſus poſt peractam pœnitentiam juſtus iterum efficitur ac Dei filius, quemadmodum erat; cautior in poſterum evadit ad vitandum peccatum, & aliquando ſeipſo multiſque Stantibus religioſior redditur. Verumtamen ratione ſtatûs, gradum innocentiæ amittit, qui abſque dubio gradu reſtitutionis ſublimior eſt ac perfectior. Eodem planè modo, quo vidua, per continentiam iterum virgo audit, interdùmque ſeipsâ adhuc virgine & multis virginibus præſtat; cùm vidualis ſtatus virginali omnino poſtponatur. Vide præter allegatos, etiam Philaſtrium Parte 2. Hæreſi 42. & Iſidorum Peluſiotam lib. 3. Epiſt. 157. Ibid.

8. *Τέμνων, ἢ καίων, ἢ ξηρία προσφέρων.*] Tertullianus de Pœnitentia cap. 10. *Miſerum eſt ſecari, & cauterio exuri, & pulveris alicujus mordacitate cruciari.* Libro 2. adverſus Marcionem cap. 16. *Quid enim, ſi medicum quidem dicas eſſe debere, ferramenta vero ejus accuſes, quòd ſecent, & inurant, & amputent, & conſtringant? quando ſine inſtrumentis artis, medicus eſſe non poſſet. Sed accuſa malè ſecantem, importunè amputantem, temerè inurentem; atque ita ferramenta quoque ejus, ut mala miniſteria, reprehende.* De Scorpiaco cap. 5. *Et eſt planè quaſi ſævitia Medicinæ, de ſcalpello, déque cauterio, de ſinapis incendio: non tamen ſecari, & inuri, & extendi,* (Editiones Rigaltianâ priores addunt *mordentique*,) *idcirco malum, quia dolores utiles adfert.* Et imitator Ter-

ἴσον τῷ ὑγιεῖ ἀποτελεσθῇ· ἐὰν δὲ ῥυπανθῇ, τότε καθαρὸν ξηρίῳ, τουτέστι λόγῳ ἐπιπληκτικῷ· ἐὰν δὲ ὑπέρσαρκον γένηται, δριμεῖ κολλυρίῳ ἐξομάλισον αὐτό, ἀπειλῇ κρίσεως· κἂν νομὴ γένηται, καυτηρίασον αὐτό, καὶ τὸ σαπρὸν ἔκκοψον, στιβάσας νηστείαις. ἐὰν δὲ ταῦτα ποιήσῃς, καὶ γνῷς, ὅτι ἀπὸ ποδῶν ἕως κεφαλῆς οὐκ ἔστι μάλαγμα ἐπιθεῖναι, οὔτε ἔλαιον, οὔτε καταδέσμους, ἀλλ' ἐκτείνεται ἡ νομὴ καὶ προλαμβάνει πᾶσαν ἴασιν, ὡς ἡ γάγγραινα πᾶν μέλος αἰκίζουσα· τότε μετὰ πολλῆς σκέψεως καὶ συμβουλίας καὶ ἑτέρων ἰατρῶν ἐμπείρων, ἀπόκοψον τὸ διασαπὲν μέλος, ἵνα μὴ τὸ πᾶν διαφθαρῇ σῶμα τῆς ἐκκλησίας. μὴ ῥᾳδίως οὖν ἴσθι πρόχειρος εἰς τὸ ἀποκόπτειν. μηδὲ ταχέως ἐπὶ τὸν [9] μυριόδοντα πρίονα ὅρμα· ἀλλὰ πρῶτα χρῶ σμίλῃ, τὸ ἀπόστημα διαιρῶν, ὅπως τὸ ἔσωθεν ἐγκείμενον αἴτιον τῆς νόσου ποιοῦν ἐκκενωθὲν, ἀναλγὲς τὸ σῶμα τηρήσῃ. ἐὰν δέ τινα ἀμετανοήτως ἔχοντα βλέπῃς καὶ ἀπεσκληρυμμένον, τότε μετὰ λύπης καὶ πένθους ἀνιάτως ἔχοντα, τῆς ἐκκλησίας ἀπότεμε. Ἐξαρεῖτε γὰρ τὸν πονηρὸν ἐξ ὑμῶν αὐτῶν. Καί· Εὐλαβεῖς ποιήσετε τοὺς υἱοὺς Ἰσραήλ. Καὶ πάλιν· Οὐ λήψῃ πρόσωπον πλουσίου ἐν κρίσει, καὶ πένητα οὐκ ἐλεήσεις ἐν κρίσει, ὅτι τοῦ κυρίου ἡ κρίσις.

æquale reddatur : ſin verò ſordes contrahat, tunc repurga mordaci pulvere, hoc eſt, objurgatorio ſermone: ſi autem intumuerit, complana acri collyrio, nimirum minis judicii : & ſi ulcus ſerpat, cauterio utere, & putredinem extrahe, jejuniis ſcilicet affligens. Hæc cùm feceris, ſi deprehendis quòd à pedibus uſque ad caput non eſt malagma imponere, nec oleum, nec ligamina; ſed dilatatur ulcus, & omnem medicationem anticipat, ad modum gangrænæ cuncta membra putreſacientis : tunc multâ cum circumſpicientiâ & conſultatione, adhibitiſque aliis medicis experientibus, abſcinde membrum putridum, ut non corrumpatur totum corpus Eccleſiæ. Ne igitur facilis ac promptus ſis ad ſecandum. Nec ſtatim ad ferram plurimis dentibus armatam proſilias; ſed priùs utere ſcalpello, & ſcinde abſceſſum, ut egeſtâ quæ intus reſidet cauſſâ ægritudinis, corpus ſanum & doloris expers remaneat. Si demum impœnitentem aliquem videris & obduratum, tunc cum dolore ac luctu ab Eccleſia inſanabilem reſeca. Ait enim Scriptura; *Auferetis malum ex vobis ipſis.* Et; *Cautos facietis filios Iſraël.* Et rurſum; *Non accipies perſonam divitis in judicio; & pauperis non miſereberis in judicio; quoniam Domini eſt judicium.*

Iſ. 1. 6. *Deut.* 17. 7. *Lev.* 15. 31. *Deut.* 1. 17. *Lev.* 19. 15. *Ex.* 23. 3. *Deut.* 1. 17.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ μβ'.

Ὅτι χρὴ ἀπροσωπόληπτον εἶναι τὸν κριτήν.

Ἐὰν δὲ ψευδὴς ᾖ ἡ κατηγορία τῆς διαβολῆς, καὶ [10] ὑμεῖς οἱ ποιμένες σὺν τοῖς διακόνοις τὸ ψεῦδος ὡς ἀλήθειαν προσδέξησθε, ἢ διὰ προσωποληψίαν, ἢ διὰ δώρων ἐξαπάτην, βουλόμενοι τὸ ἀρεστὸν τῷ διαβόλῳ ποιεῖν, τὸν κατηγορούμενον μὲν, ὑπερέχοντα δὲ τοῦ ἐγκλήματος ἀλλότριον, ἀπώσησθε τῆς ἐκκλησίας, λόγον ὑφέξετε ἐν τῇ ἡμέρᾳ κυρίου· ὅτι γέγραπται· Ἀθῷον καὶ δίκαιον οὐκ ἀποκτενεῖς· οὐ λήψῃ δῶρα, πατάξαι ψυχήν· τὰ γὰρ δῶρα ἐκτυφλοῖ ὀφθαλμοὺς σοφῶν, καὶ λυμαίνεται ῥήματα δικαίων. Καὶ πάλιν· Οἱ δικαιοῦντες τὸν ἀσεβῆ ἕνεκεν δώρων, καὶ τὸ δίκαιον τοῦ δικαίου αἴροντες. Προσέχετε οὖν, μήπως προσωπολῆπται γενόμενοι ὑποπέσητε τῇ φωνῇ τοῦ κυρίου ταύτῃ. Φυλάσσεσθε οὖν τὸ κατακρίνειν τινὰς ἀδίκως, καὶ συνηγορεῖν τοῖς πονηροῖς. Οὐαὶ γὰρ τῷ λέγοντι τὸ πονηρὸν καλὸν, καὶ τὸ καλὸν πονηρὸν, τὸ πικρὸν γλυκὺ, καὶ τὸ γλυκὺ πικρὸν, τῷ τιθέντι τὸ φῶς σκότος, καὶ τὸ σκότος φῶς. Ἐὰν γὰρ ἑτέρους ἀδίκως κατακρίνητε, καθ' ἑαυτῶν ἀποφαίνεσθε· ὅτι λέγει κύριος· ᾧ κρίματι κρίνετε, κριθήσεσθε, καὶ ᾧ καταδικάζετε, καταδικασθήσεσθε. Εἰ οὖν ἀπροσωπολήπτως κρίνετε, ἐπιγνώσεσθε τὸν κατηγοροῦντα κατὰ τοῦ πλησίον αὐτοῦ μαρτυρήσαντα ψευδῆ, καὶ ἐπιδείξετε αὐτὸν συκοφάντην, βάσκανον, φονέα, ταράσσοντα ὡς κακὸν ἀντιλογίαις, ἄστατον ἐν τοῖς λόγοις, ἑαυτῷ ἐναντίον ἐφ' οἷς φθέγγεται, καὶ ἁλισκόμενον ῥήμασιν ἰδίου στόματος· παγὶς γὰρ αὐτῷ ἰσχυρὰ ἐφέστηκε, τὰ ἴδια χείλη. ὃν μετὰ τοὺς ἐλέγχους τῆς ψευδολογίας κρινεῖς ἀποτόμως, καὶ τῇ μαχαίρᾳ τοῦ πυρὸς παραδώσεις· καὶ ποιήσεις αὐτῷ, ὃν τρόπον ἐπονηρεύσατο ποιῆσαι τῷ πλησίον· ὅσον γὰρ * ἐλάλησεν ἐπ' αὐτῷ, ἐφόνευσε τὸν ἀδελφὸν, προλαβὼν τὰ ὦτα τοῦ κριτοῦ·

* al. τὸ ἐξ ἀλάζονος

CAPUT XLII.

Judicem non debere eſſe acceptorem perſonarum.

Si autem falſa ſit & calumnioſa accuſatio; vóſque Paſtores unà cum Diaconis, vel per acceptionem perſonarum, vel per munerum pactionem, volentes calumniatori gratum facere, mendacium tamquam veritatem amplexi fueritis, & accuſatum, licèt culpæ non affinem, expuleritis ab Eccleſia; rationem reddetis in die Domini: quoniam ſcriptum eſt; *Innocentem & juſtum non occides: non accipies munera ad percutiendam animam: munera enim excæcant oculos ſapientum, & pervertunt verba juſtorum.* Et rurſus; *Qui juſtificant impium propter munera, & juſtitiam juſti auferunt.* Attendite igitur, ne acceptores perſonarum facti, huic Domini voci ſubjiciamini. Quare injuſtam cujuſlibet condemnationem, & improborum patrocinium vitate. *Væ enim illi qui dicit malum bonum, & bonum malum; amarum dulce, & dulce amarum; qui ponit lumen tenebras, & tenebras lumen.* Nam quando alios injuſtè condemnabitis, ipſi contra vos ſententiam feretis: quia Dominus ait; *Quo judicio judicaveritis, judicabimini, & quo condemnaveritis, condemnabimini.* Ergo ſi abſque perſonarum acceptione judicatis, agnoſcetis accuſatorem qui adversùs proximum ſuum falſum fert teſtimonium, & declarabitis eum, delatorem, invidum, homicidam, malignis altercationibus & criminationibus cuncta turbantem, in verbis inſtabilem, ſibimet in dictis ſuis contrarium, & proprii oris verbis captum: ipſi quippe fortis laqueus incumbit, labia ſua. Tu hunc virum, convictus cùm fuerit falſi teſtimonii, judicabis ſeverè, & gladio ignis trades; faciéſque ipſi quemadmodum proximo malitioſè facere deſtinabat: quantùm enim ipſe potuit, fratrem necavit, aures judicis occupando: ſcri-

Ex. 23. 7, 8. *Deut.* 27. 25. & 16. 19. Cedrenus. Vide Vet. Teſtim. *Iſ.* 5. 23. *Iſ.* 5. 20. *Mat.* 7. 2. *Luc.* 6. 37. Laudat Cedrenus. ibidem. *Deut.* 19. 19. Cedrenus, ibidem.

Tertulliani Lucifer in Tractatu Quòd moriendum ſit pro Filio Dei, paullò ante finem; *Proſpicimus quid enim licèt ferro medicus ſecet, cauterio urat, ſinapis incendio ad vivum dolorem ægrum deducat, tamen nec ſecari, uri, exedi, morderíque eſſe iniucum: quippe quod idcirco bonum ſit, quia dolores inutiles auferat per adhibitos ſalutis cauſſâ dolores.* Quo ex ultimo loco, me etiam tacente, intelliges Lector, ſcribendum in Tertulliano, *exedi*, (pro *extendi*,) *morderique*. Adi ſodes ad Johannem Climacum cap. 2. Epiſt ad Paſtorem. COT.

9. *Μυριόδοντα πρίονα.*] Nonnus Paraphraſtes de crurifragio duorum latronum cum Chriſto crucifixorum,

πουλυόδοντι τομῆς τετορημένῳ σιδήρῳ. Ibid.

10. *Ὑμεῖς οἱ ποιμένες σὺν τοῖς διακόνοις.*] Judicii Eccleſiaſtici erga peccatorum reos frequens mentio in libro hoc, ut & apud Veteres. Eo in judicio Sacerdotibus Diaconos jungit etiam B. Hieronymus ad illud Michææ; *Audite hoc principes domûs Jacob, & judices domûs Iſraël.* cap. 3. v. 9. Habitúmque in conventu Clericorum dicunt Eliberitani Epiſcopi Canone 74. Ibid.

Gen. 9. 6. ſcriptum autem eſt; *Qui effuderit ſanguinem homi-*
Deut. 19. 13. *nis, pro eo ſanguis ejus effundetur: Et auferes ſanguinem innoxium a te, qui effuſus eſt ſine cauſa.*

CAPUT XLIII.

Quo modo oporteat punire calumniatores.

HUnc igitur Eccleſia extorrem efficies, velut fratricidam. Interjecto dein tempore, ſi pœnitere ſe profiteatur, jejunia ipſi infligite; & poſtea manibus impoſitis admittite, præmunitum tamen ac edoctum moleſtiam iterum alteri non creare. Quòd ſi rurſum in Eccleſiam ingreſſus, ſimilem concitat ſeditionem, nec deſinit turbas ciere, & fratri convicia ingerere, ſtudio contendendi excogitans crimina; ejicite eum tamquam peſtiferum, ne Eccleſiam Dei depopuletur. Hujuſmodi enim homo tumultum facit in civitatibus: hic, licèt intrò conſiſtat, Eccleſiæ indecorus, ſupervacuus eſt ac inanis, maculans, quoad ejus eſt, corpus Chriſti. Nam ſi nonnulli homines, ab ortu ſuperflua quædam membra corpori connexa habentes, puta, digitos, vel carnes ſupercreſcentes, ſponte ea accrementa propter fœditatem abſcindunt; neque verò ullatenus indecens eſt, quod homo opera cujuſpiam artificis naturalem recuperat pulcritudinem: quanto magis vos paſtores Eccleſiæ, quæ eſt corpus integrum, conſtans ex membris ſanis, in Deum cum timore Domini & caritate credentibus, facere idem oportet, quando inventum fuerit membrum quoddam inutile, malè erga alia affectum, & reliquo corpori deformitatem conficiens, illique vexationem, ſeditionem, bellum, ac detractationem inferens, necnon eidem incutiens timores, moleſtias, vituperationes, obtrectationes, criminationes, tumultus, ſimiliáque exſequens Diaboli opera; quaſi homo à Diabolo electus ad Eccleſiam maledictis, multáque ſeditione, contentione, diſcordiâ inquinandam. Is igitur extra Eccleſiam iterum projectus, meritò à Domini cœtu abſciſſus eſt: multóque ornatior nunc apparuit Domini Eccleſia, quàm antea, cùm ſupervacaneum eíque non affine membrum habebat: quocirca jam deinceps nulli detractioni, nulli contumeliæ fœtori ſubjacet, liberata hominibus improbis, fraudulentis, conviciatoribus, inhumanis, proditoribus, virtutis oſoribus, voluptatis amantibus, inanis gloriæ cupidis, impoſtoribus, opinione ſapientiæ inflatis, quíque id operam dant ut Domini agnos diſpergant, aut potiùs diſſipent. Tu ergo, Epiſcope, ſatage unà cum Clero tibi ſubjecto, verbum veritatis rectè tractare: quia
Lev. 26. 27. Dominus ait; *Si obliqui ambulaveritis ad me, & ego ad vos obliquè ambulabo.* Et alio in loco; *Cum*
Pſ. 17. 26. *ſancto ſanctus eris, & cum innocente innocens eris, & cum perverſo perverteris.* Sanctè igitur ambu-

γέγραπται γὰρ, ὅτι ὁ ἐκχέων αἷμα ἀνθρώπου, ἀντὶ τοῦ αἵματος αὐτοῦ ἐκχυθήσεται· καὶ ἐξαρεῖς τὸ αἷμα τὸ ἀναίτιον ἀπὸ σοῦ, τὸ ἐκχυθὲν μάτην.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ μγ'.

Ὅπως χρὴ τοὺς συκοφάντας τιμωρεῖσθαι.

ΠΟιήσεις οὖν αὐτὸν ἀποσυνάγωγον, ὡς φονέα ἀδελφοῦ. ἔπειτα χρόνου διαπεσόντος, ἐὰν λέγῃ μετανοεῖν, νηστεύσαντα αὐτὸν νηστείαις καὶ μετὰ ταῦτα χειροθετήσαντες αὐτὸν προσδέξασθε, ἀσφαλισάμενοι μέντοι αὐτὸν μή τινα ταράξῃ πάλιν. εἰ δὲ πάλιν εἰσελθὼν, ὁμοίως στασιάζῃ, ἢ πονούμενος τοῦ προσώπου, καὶ καταπειράζων τὸν ἀδελφὸν, ἐκ φιλονεικίας μώμους ἐπιτηδεύων, ἐκβάλετε αὐτὸν ὡς λοιμὸν, ἵνα μὴ τὴν ἐκκλησίαν λυμαίνηται τοῦ Θεοῦ. ὁ τοιοῦτος γὰρ ταραχὰς συνίστησι πόλεσιν· οὗτος γὰρ κἂν ἔσω ᾖ, μὴ πρέπων τῇ ἐκκλησίᾳ, περιττὸς καὶ μάταιος τυγχάνει, σπιλῶν, ὅσον τὸ ἐπ' αὐτῷ, τὸ σῶμα τοῦ Χριστοῦ. εἰ γάρ τινες τῶν ἀνθρώπων γινόμενοι καὶ περιττὰ τῶν σωμάτων μέλη προσπεφυκότα ἔχοντες, οἷον δακτύλους, ἢ ὑπερσαρκώματα, περικόπτουσιν ἀφ' ἑαυτῶν ταῦτα διὰ τὴν ἀπρέπειαν, καὶ οὐδεμία προσγίνεται ἀπρέπεια, ἀπολαβόντος τοῦ ἀνθρώπου διὰ τῆς τέχνης τὴν φυσικὴν εὐκοσμίαν· πόσῳ μᾶλλον ὑμᾶς οἱ ποιμένες τῆς ἐκκλησίας, ὑπερχούσης σώματος ἀρτίου καὶ μελῶν ὑγιαινόντων, ἐπὶ Θεὸν πεπιστευκότων ἐν φόβῳ κυρίου καὶ ἀγάπῃ, ὅταν εὑρεθῇ ἓν μέλος περιττὸν, πονηρὰ φρονοῦν, καὶ τῷ λοιπῷ σώματι ἀπρέπειαν ἐμποιοῦν, καὶ χειμάζον αὐτὸ στάσει καὶ μάχῃ καὶ καταλαλιᾷ, παρέχον αὐτῷ φόβους, πράγματα, μώμους, καταλαλίας, ἐγκλήματα, ἀκαταστασίας, καὶ τὰ τοιαῦτα τοῦ διαβόλου ἐνεργήματα ἐκτελοῦν, ὡς κεχειροτονημένος ὑπὸ τοῦ διαβόλου σκυβαλίζειν τὴν ἐκκλησίαν διὰ βλασφημιῶν καὶ πολλῆς ἀκαταστασίας καὶ ἔριδος καὶ διχοστασίας, οὗτος οὖν δεύτερον ἔξω τῆς ἐκκλησίας βληθεὶς, ἀξίως ἀποτμηθεὶς τῆς τοῦ κυρίου συναγωγῆς· καὶ μᾶλλον νῦν κατεστόλισται ἡ τοῦ κυρίου ἐκκλησία, ἢ τὸ πρότερον, ὅτι τὸ περιττὸν ἐκέκτητο καὶ ἑαυτῇ ἀνοίκειον μέλος· διὸ λοιπὸν τοῦ νῦν ἀβλασφήμητός ἐστι καὶ ἀσκυβάλιστος, πονηρῶν ἀπηλλαγεῖσα, δολίων, λοιδόρων, ἀνημέρων, προδοτῶν, μισοκάλων, φιληδόνων, κενοδόξων, ἀπατηλῶν, δοξοσόφων, ἔργον θεμένων διασπείρειν, μᾶλλον δὲ διασκορπίζειν τὰ τοῦ κυρίου ἀρνία. σὺ οὖν, ὦ ἐπίσκοπε, σπούδαζε ἅμα τῷ ὑπὸ σὲ κλήρῳ, ὀρθοτομεῖν τὸν λόγον τῆς ἀληθείας· ὅτι λέγει κύριος· Ἐὰν πλάγιοι πορεύησθε πρός με, κἀγὼ πρὸς ὑμᾶς πλαγίως πορεύσομαι. Καὶ ἀλλαχοῦ· Μετὰ ὁσίου ὅσιος ἔσῃ, καὶ μετὰ ἀθώου ἀθῷος ἔσῃ, καὶ μετὰ στρεβλοῦ διαστρέψεις. Ὁσίως οὖν πο-

12. *Ἀντὶ τοῦ αἵματος. αὐτοῦ ἐκχυθήσεται.*] Gen. IX. 6. Pono virgulam in medio, & poſt eam ſubintelligo vel τὸ αἷμα, quod agnoſcitur à Cedreno Edit. Baſil. p. 138. lin. 24. nec non ab Irenæo lib. 5. cap. 14. & Hieronymo ad Sophoniæ I. 17. vel τὸ dumtaxat, quemadmodum habetur in Editione Complutenſi, & in Chryſoſtomo Hom. 27. in Geneſim. Textus Hebræus, *Qui effuderit ſanguinem hominis, in homine, aut per hominem, ſanguis ejus effundetur.* LXX. vulgo quidem, ut in hoc Conſtitutionum loco: at apud Complutenſes, *ἀντὶ τοῦ αἵματος ἀνθρώπου, τὸ αὐτοῦ ἐκχυθήσεται.* Hoc eſt ex Ambroſiana verſione, *pro ſanguine hominis, ejus effundetur.* Quæ tamen verba Ambroſius cap. 26. libri de Noe & arca, minùs commodè diſtinxit & explicavit, collocatâ diſtinctione poſt pronomen *ejus*, (ita quippe expoſitio illius poſtulat) acceptóque textu de effuſione non ſanguinis, ſed hominis. In Cedreno autem, *ἀντὶ τοῦ αἵματος* ἐκείνου ἐκχυθήσεται τὸ αἷμα αὐτοῦ. Quod Hieronymus interpretatur, *pro ſanguine ejus effundetur ſanguis illius.* Et Irenæi Interpres verterat, (niſi me mea fallit Critica) *ſanguis illius pro ſanguine ejus effundetur.* Denique in Chryſoſtomo, *ἀντὶ τοῦ αἵματος αὐτοῦ τὸ αὐτοῦ ἐκχυθήσεται*: atque ita in Vita Nili junioris à Cariophylo edita p. 137. Unde colligitur legiſſe Senes, בדם aut האדם בדם. Cæterùm obſervabis, ſi id quoque dignum obſervatu videbitur, à Patribus Concilii Troſleiani cap. 13. uſurpari verba enarrationémque Hieronymi in loco citato. Omittebam imprudens locum extantem in Synodo S. Patricii Canone 6. qui tamen animadverſione dignus eſt. *Audi item Dominum dicentem: Qui effuderit ſanguinem innocentem, ſanguis ipſius effundetur.* Fortè enim qui illum textum ſuggeſſit, legebat in Græco, *αἷμα ἀθῷον,* pro *αἷμα ἀνθρώπου*, non bene percipiens ſcripturam in compendium deductam. COT.

12. Ἔπ

ποιεῖσθε, ἵνα μᾶλλον ἔπαινον καταξιωθῆτε ὑπὸ τοῦ κυρίου, ἢ μέμψεως ἐκ τοῦ ἐναντίου.

late, ut potiùs ex hoc laudem à Domino conſequamini, quàm ex contrario reprehenſionem.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ μδ΄.

Ὅτι χρὴ τὸν διάκονον ἐπικουφίζειν τὸ βάρος τοῦ ἐπισκόπου, καὶ διευθύνειν τὰ κουφότερα.

ΟΜόφρονες οὖν ἔστε πρὸς ἀλλήλους, ὦ ἐπίσκοποι, εἰρηνεύοντες μετ' ἀλλήλων, συμπαθεῖς, φιλάδελφοι, μετ' ἐπιμελείας ποιμαίνοντες τὸν λαὸν, ὁμοφρόνως διδάσκοντες τοὺς ὑφ' ὑμᾶς ὁμογνωμονεῖν, καὶ τὸ αὐτὸ περὶ τῶν αὐτῶν δοξάζειν, ὅπως μὴ ᾖ ἐν ὑμῖν σχίσματα, ἵνα ἦτε ἓν σῶμα καὶ ἓν πνεῦμα, κατηρτισμένοι τῷ αὐτῷ νοῒ, καὶ τῇ αὐτῇ γνώμῃ κατὰ τὴν κυριακὴν θέσιν. καὶ πάντα μὲν ὁ διάκονος τῷ ἐπισκόπῳ ἀναφερέτω, ὡς ὁ Χριστὸς τῷ πατρί· ἀλλ' ὅσα δὲ δύναται, εὐθυνέτω δι' ἑαυτοῦ, λαβὼν παρὰ τοῦ ἐπισκόπου τὴν ἐξουσίαν, ὡς ὁ κύριος παρὰ τοῦ πατρὸς τὸ δημιουργεῖν, τὸ προνοεῖν· τὰ δ' ὑπέρογκα ὁ ἐπίσκοπος κρινέτω. πλὴν [12] ἔστω ὁ διάκονος τοῦ ἐπισκόπου ἀκοὴ, καὶ ὀφθαλμὸς, καὶ στόμα, καρδία τε καὶ ψυχὴ, ἵνα μὴ ᾖ τὰ πολλὰ μεριμνῶν ὁ ἐπίσκοπος, ἀλλὰ μόνα τὰ κυριώτερα· ὥσπερ καὶ ὁ [13] Ἰωθὼρ τῷ Μωυσῇ διετάξατο, καὶ ἀπεδέχθη αὐτοῦ ἡ συμβουλία.

CAPUT XLIV.

Quod debeat Diaconus ſublevare onus Epiſcopi, & leviora quæque dirigere.

UNanimitatem igitur inter vos habentes, ô Epiſcopi, pacem mutuam colite, miſericordes, fratrum amantes, cum diligentia paſcite populum, concorditer ducentes eos qui vobis ſubjecti ſunt, conſentire, ac idem iiſdem de rebus exiſtimare, ut *non ſint in vobis ſchiſmata*, ſitis autem *unum corpus & unus ſpiritus*, *perfecti eadem mente & eadem ſententia* ſecundùm Dominicam ſanctionem. Ac Diaconus quidem cuncta ad Epiſcopum referat, ut Chriſtus ad Patrem: quæcumque tamen poteſt, per ſe moderetur, acceptâ ab Epiſcopo poteſtate, ſicut Dominus à Patre, creare ac providere accepit: at majores cauſſas Epiſcopus judicet. Cæterùm ſit Diaconus, Epiſcopi auris, & oculus, & os, cor pariter & anima; ut Epiſcopus in pluribus quàm par eſt ac minutioribus negotiis non occupetur, ſed in ſolis gravioribus; quemadmodum & Jethro Moyſi digeſſit, acceptatúmque fuit illius conſilium.

1. Cor. 1. 10.
Eph. 4. 4.
1. Clem. Epiſt. ad Jacob. c. 12.
Exod. 18.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ με΄.

Ὅτι μὴ πρέπουσι Χριστιανοῖς ἀντιλογίαι καὶ διαπληκτισμοί.

ΚΑλὸν μὲν οὖν ἐστι τοῦ Χριστιανοῦ ἐγκώμιον, πρὸς μηδένα ἔχειν πρᾶγμα· εἰ δὲ ἔκ τινος ἐνεργείας ἢ πειρασμοῦ ἐπισυμβῇ τινι πρᾶγμα, σπουδαζέτω διαλῦσαι αὐτὸ, κἂν δέῃ βλαβῆναί τι, καὶ [14] μὴ ἐρχέσθω ἐπὶ κριτήριον ἐθνικόν. ἀλλὰ μὲν μηδὲ ἀνέχεσθε κοσμικοὺς ἄρχοντας κατὰ τῶν ὑμετέρων δικάζειν· διὰ γὰρ αὐτῶν ὁ διάβολος ἐπιτηδεύει τοῖς δούλοις τοῦ Θεοῦ, καὶ ὄνειδος ἐπεγείρει, ὡς μὴ ἐχόντων ἡμῶν ἕνα σοφὸν τὸν δυνάμενον μεταξὺ βραβεῦσαι τὸ δίκαιον, ἢ τὰς ἀντιλογίας διαλῦσαι.

CAPUT XLV.

Quod Chriſtianis non conveniant controverſiæ & altercationes.

PRæclara ſanè Chriſtiano homini laus eſt, cum nemine contendere: ſin autem alicujus impulſu vel vexatione, alicui negotium incidat, det operam ut dirimatur, quamvis ſibi inde aliquid capiendum ſit detrimenti; & ne adeat ad Gentilium tribunal. Sed nec patiamini ut ſæculares Magiſtratus de cauſſis veſtris judicium proferant: per eos enim Diabolus ſervis Dei faceſſit negotium, probrúmque excitat, quaſi non habeamus nos virum ſapientem, qui poſſit inter partes jus dicere, & controverſias diſceptare.

1. Cor. 6. 1. &c.

C A-

12. Ἔστω ὁ διάκονος, τοῦ ἐπισκόπου ἀκοὴ, καὶ ὀφθαλμὸς, καὶ στόμα, καρδία τε καὶ ψυχή. Ex lib. 3. cap. penult. καὶ αἰσθήσεις. Diaconos, Epiſcopi oculos, præſertímque Archidiaconum, Epiſcopalem oculum, paſſim appellant Antiqui. Inter cæteros Auctor Epiſtolæ ad Jacobum cap. 12. infrà; Iſidorus Peluſiota Epiſtola ad Lucium Archidiaconum Peluſii, quæ bis edita legitur, lib. 1. num. 29. & lib. 4. num. 188. ubi dicit quòd Archidiaconus eſſe debeat totus oculus, cùm Diaconi ſint oculi Epiſcopi: item Fulbertus Epiſt. 34. & Arnulfus Contra Giraldum cap. 1. Tom. 2. Spicilegii p. 341. Cujus locum ita reſtituo; *Engoliſmenſem Abbatiſſam quidam tuus Archidiaconus gravidam pravo fecit acceſſu. Porro facinus ingraveſcentis uteri tumor excedens, & naturalis effectus aperuit. Quod dum propter inſolentiam criminis, dignitatiſque contemptum civibus incredibile videtur, parturientis Abbatiſſæ gemitus, & novi partûs crepundia fidem fecerunt. Univerſa igitur civitas admiratione perculſa eſt: quâ cogitatum impatientiâ, quâ temeritate conceptum, quâ denique impudentiâ poſſet eſſe completum; quod homo animarum cuſtos, Epiſcopalis oculus, Eccleſiæ columna, ſponſam Domini, Virginum ejus matrem atque cuſtodem, non compellâſſet verbo tantùm, ſed opere polluiſſet.* Sic Miniſtri ſpirituales, Angeli, poſſunt teſte Hilario in Pſalm. CXXIX. 2. haberi pro Dei oculis, vel auribus, vel manibus, vel pedibus. Atque ex Origene ad Matth. XVIII. 8 9. Sacerdotes, Eccleſiæ oculus rectè nominantur; Diaconi verò cæterique Miniſtri, manus. In quorum primo Adamantium ſequitur Hilarius ad Pſalm. CXXXVIII. 16. ut in poſteriori Zonaras interpretans Canonem Apoſtolicum 56 Symeoni autem Theſſalonicenſi de ſacris Ordinationibus cap. 13. Chartophylax ὅλος ἐστὶ τοῦ ἀρχιερέως δεξιά. Pontificis dextera. Ratio porrò propter quam tot præclaris nominibus decorati inveniuntur Diaconi, tangitur ab Epiphanio Hæreſi 78. cap 5. his verbis; ἄνευ διακόνου, ἐπίσκοπον ἀδύνατον εἶναι. *Sine Diacono Epiſcopus eſſe non poteſt*, & à Scriptore Epiſtolæ de gradibus Eccleſiæ Tom. 9. Operum S. Hieronymi, iſtis; *Sine Diacono Sacerdos nomen non habet, ortum non habet, officium non habet.* Mitto τοὺς βασιλέως (ſeu βασιλέων aut βασιλέους) ὀφθαλμοὺς καὶ τοῦ βασιλέως ὦτα, apud Xenophontem & alios: prætereáque πρᾶγμα τὸ τοῦ ὀφθαλμοῦ, Epiſtolâ 127. Gregorii Nazianzeni, & multa id genus obvia. Videto Notam ad Caput 30. COT.

13. Ἰωθὼρ] Apud LXX. Ἰοθόρ. Corruptè in Cœna quæ indignè adſcribitur S. Cypriano, Lothor. *Vale fecit Lothor.* pro *Jothor*. Exod. IV. 18. Ibid.

14. Μὴ ἐρχέσθω ἐπὶ κριτήριον ἐθνικόν] Correctum velim Alexandrinum Clementem multo ante finem Stromatei penultimi paginâ 750. quo loci enarrans textum Apoſtoli I. Cor. VI. 1, &c. de cauſſis & litibus Chriſtianorum, atque inter ſe comparans eos qui judicio contendunt apud iniquos, eos qui apud ſanctos, & eos qui nullatenus, dicit ſecundos primis eſſe meliores, ſed tertios perfectionem attigiſſe: καὶ εἶναι μὲν τῶν πρώτων τοὺς δευτέρους ἀμείνους, ὕστατον δὲ ἀπαθεῖς, (malè edunt ἀπαθεῖς, malè emendant ἐναπαθεῖς, ut antecedentia & conſequentia oſtendunt) [illegible] τὸν τῆς κυρίου διδασκαλίας [illegible] τῶν ἐχθρῶν. Ibid.

15. Σωφ-

CAPUT XLVI.

Quòd non oporteat fideles litigare apud infideles; neque ex his quempiam vocare in teſtimonium adverſus Chriſtianos.

NE igitur Gentiles cognoſcant ortas inter vos lites, neque adversùm vos teſtimonium infidelium adhibeatis, oeque ab eis judicemini; neque ipſis quidquam debeatis, quod ad tributum
Mat. 22. 21. & terrorem Poteſtatum pertineat; ſed *reddite quæ ſunt Cæſaris, Cæſari, & quæ ſunt Dei, Deo*; ut vectigal, aut cenſum, aut didrachmum; ſicut &
Mat. 17. Dominus noſter tributo ſtatere, à moleſtia liberatus eſt. Elige igitur potiùs damno affici, & quæ ad pacem ſpectant ſectari, noo ſolùm cum fratribus, ſed etiam cum infidelibus. Nam cùm aliquam in hujus vitæ commodis jacturam feceris, nullum divinorum bonorum damnum patieris, ut pote Dei cultor, & juxta Chriſti mandata vivens. Si verò, quod abſit, fratres habuerint aliquid inter ſe controverſiæ, inde intelligere debetis vos Præpoſiti, quòd hujuſmodi homines non ſe gerunt ut fratres in Domino, ſed potiùs ut hoſtes infeſti. Ac fortè unus eorum reperietur lenis, æquus, filius lucis; alter verò immitis, contumax, fraudator: hic igitur agnitus puniatur, & ſegregetur, & pœnas fraterni odii luat: dein cùm propoſitum mutaverit, aſſumatur in ſocietatem: atque ita caſtigati, tribunalia veſtra allevabunt ac infrequentia efficient. Oportet autem & mutuò injurias condonare; non quidem judices, ſed eos qui ſimultates habent; quemadmodum Dominus pronunciavit, cùm ego Petrus interrogarem eum;
Mat. 18. 21. *Quoties peccabit in me frater meus, & dimittam ei; uſque ſepties?* & reſpondit; *Non dico tibi, uſque ſepties; ſed uſque ſeptuageſies ſepties.* Sic enim vult Dominus verè eſſe ſuos diſcipulos, nihilque illos contra aliquem habere umquam, exempli gratiâ iram immoderatam, aut furorem immanem, aut cupiditatem iniquam, aut odium irreconciliabile. Eos itaque qui irâ jactantur, ad amicitiam; qui odio aſperantur, ad concordiam adducite: quia
Mat. 5. 9. Dominus ait; *Beati pacifici, quoniam ipſi filii Dei vocabuntur.*

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ μϛ´.

Ὅτι οὐ χρὴ τοὺς πιστοὺς ἐπὶ τῶν ἀπίστων δικάζεσθαι, οὔτε μὴν ἐξ αὐτῶν τινα καλεῖν εἰς μαρτυρίαν τὴν κατὰ Χριστιανῶν.

ΜΗ' οὖν γνωριζέτωσαν τὰ ἔθνη τὰς πρὸς ἀλλήλους ὑμῶν διαφοράς, μήτε καθ' ἑαυτῶν εἰς μαρτυρίαν προσδέχεσθε τοὺς ἀπίστους, μήτε κρίνεσθε ἐπ' αὐτῶν· μήτε ὀφείλετέ τι τούτοις πρὸς συντέλειαν ἢ φόβον· ἀλλὰ ἀπόδοτε τὰ Καίσαρος Καίσαρι, καὶ τὰ τοῦ Θεοῦ τῷ Θεῷ· οἷον φόρον, ἢ κῆνσον, ἢ δίδραχμον, ὡς καὶ ὁ Κύριος ἡμῶν δοὺς τὸν στατῆρα, ἀπηλλάγη πραγμάτων. αἱροῦ οὖν μᾶλλον βλάπτεσθαι, καὶ τὰ πρὸς εἰρήνην σπουδάζειν, οὐ μόνον πρὸς τοὺς ἀδελφούς, ἀλλὰ καὶ πρὸς τοὺς ἀπίστους. βλαβεὶς γὰρ τῶν βιωτικῶν τι, τὰ πρὸς Θεὸν οὐ ζημιωθήσῃ, ἅτε θεοσεβὴς ὑπάρχων, καὶ κατ' ἐντολὴν Χριστοῦ ζῶν. εἰ δὲ ἀδελφοὶ εἰς ἀλλήλους ἔχουσιν, ὃ μὴ γένοιτο, αὐτόθεν νοεῖν ὀφείλετε οἱ προηγούμενοι, ὅτι οἱ τοιοῦτοι οὐκ ἀδελφῶν ἐν Κυρίῳ ἔργον ἐπιτελοῦσιν, ἀλλὰ μᾶλλον ἐχθρῶν πολεμίων. καὶ εἷς μὲν αὐτῶν εὑρεθήσεται ἤπιος, ἐπιεικής, φωτὸς τέκνον, ἕτερος δὲ ἀνήμερος, αὐθάδης, πλεονέκτης· ὃ οὖν κατεγνωσμένος ἐπιτιμάσθω, ἀφοριζέσθω, δίκην τῆς μισαδελφίας τιννύτω· εἶτα μεταμελόμενος προσλαμβανέσθω· καὶ οὕτω σωφρονιζόμενοι, ἐπικουφίσουσιν ὑμῶν τὰ κριτήρια. χρὴ δὲ καὶ συγχωρεῖν τὰ εἰς ἀλλήλους ἀδικήματα· οὐ τοὺς κρίνοντας, ἀλλὰ τοὺς ἔχοντας εἰς ἑαυτούς· καθὼς ὁ Κύριος ἀπεφήνατο, ἐμοῦ Πέτρου ἐρωτήσαντος αὐτόν· Ποσάκις ἁμαρτήσει εἰς ἐμὲ ὁ ἀδελφός μου, καὶ ἀφήσω αὐτῷ, ἕως ἑπτάκις; καὶ εἰπόντος· Οὐ λέγω σοι, ἕως ἑπτάκις, ἀλλ' ἕως ἑβδομηκοντάκις ἑπτά. Οὕτως γὰρ θέλει ὁ Κύριος ἀληθῶς εἶναι αὐτοῦ μαθητάς, καὶ μηδὲν ἔχειν κατὰ μηδενὸς πώποτε, οἷον ὀργὴν ἄμετρον, ἢ θυμὸν ἀνήμερον, ἢ ἐπιθυμίαν ἄδικον, ἢ μῖσος ἄσπονδον. τοὺς οὖν ὀργιζομένους συμβιβάζετε εἰς φιλίαν, τοὺς ἐχθραίνοντας εἰς ὁμόνοιαν· ὅτι λέγει Κύριος· Μακάριοι οἱ εἰρηνοποιοί, ὅτι αὐτοὶ υἱοὶ Θεοῦ κληθήσονται.

CAPUT XLVII.

Quòd oporteat in ſecundâ Sabbatorum, forum agere.

FIant judicia veſtra ſecundâ poſt Sabbatum die; ut ſi veſtræ ſententiæ contradicatur, vacantes uſque ad Sabbatum, poſſitis contradictionem expendere, & inter ſe diſſentientes, in diem Dominicum pacificare. Aſſiſtant autem tribunali Diaconi, & Presbyteri, cum juſtitia ac citra perſonarum acceptionem judicantes, tamquam homines Dei. Cùm igitur utraque perſona, ſicut
Deut. 19. 17. & dicit Lex, advenerit; ſtabunt partes adverſæ in medio foro: & auditis iis, ſanctè ferte ſuffragia, conantes inter ambos conciliare amicitiam, ante Epiſcopi decretum, ne in publicum prodeat ſententia adversùs eum qui deliquit: quia Epiſcopus in tribunali approbatorem & conſcium judicii habet Chriſtum Dei. Si qui verò de infamia non

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ μζ´.

Ὅτι χρὴ ἐν δευτέρᾳ σαββάτων ποιεῖσθαι τὰς δίκας.

ΤΑ' δικαστήρια ὑμῶν γινέσθω * δευτέρᾳ σαββάτων, ὅπως ἐὰν ἀντιλογία τῇ ἀποφάσει ὑμῶν γένηται, ἕως σαββάτου ἔχοντες ἄδειαν, δυνηθῆτε διευθῦναι τὴν ἀντιλογίαν, καὶ εἰρηνεῦσαι εἰς τὴν κυριακὴν τοὺς διαφερομένους πρὸς ἀλλήλους. [15] συμπαρέστωσαν δὲ τῷ δικαστηρίῳ καὶ οἱ διάκονοι καὶ οἱ πρεσβύτεροι, ἀπροσωπολήπτως κρίνοντες, ὡς Θεοῦ ἄνθρωποι, μετὰ δικαιοσύνης. παραγινομένων οὖν ἑκατέρων τῶν προσώπων, καθὼς καὶ ὁ νόμος λέγει, στήσονται ἑκάτεροι ἐν μέσῳ τοῦ κριτηρίου, οἷς ἐστιν ἡ ἀντιλογία· καὶ ἀκούσαντες αὐτῶν, ὁσίως ἀνενέγκατε τὰς ψήφους, σπουδάζοντες αὐτοὺς φίλους ἀμφοτέρους ποιῆσαι, πρὸ ἀποφάσεως τῆς τοῦ ἐπισκόπου, ὅπως μὴ ἐξέλθῃ ἐπὶ γῆς κρίσις κατὰ τοῦ ἁμαρτήσαντος· καθότι καὶ ἐν τῷ δικαστηρίῳ σύμψηφον ἔχει καὶ συνίστορα τῆς δίκης τὸν Χριστὸν τοῦ Θεοῦ. εἰ δέ τινες ἐν

* Δευτέρᾳ σαββάτων.] Hoc eſt, ſecundo die Hebdomadis, nam Σάββατα hic *hebdomadem* ſignificat, non *Sabbathum*. Sic Dies Solis, ſive Dominicus dicitur μία Σαββάτων Matt. XXVIII. 1. ad quem locum vide Interpretes, & præſertim *H. Grotium*. CLERICUS

15. Συμπαρέστωσαν δὲ τῷ δικαστηρίῳ καὶ οἱ διάκονοι καὶ οἱ πρεσβύτεροι.] Interdum jus dicebant Epiſcopi ſoli, interdum advocatis in conſilium Clericis ſuis. Aliquando liberabant ſe eâ moleſtiâ, inferioribúſque Ordinibus litium diremptionem relinquebant. Coacti etiam nonnumquam fuerunt Laicos hac in re Clericis præponere. Cujus ultimi exemplum habes apud Socratem Hiſt. Eccl. lib. 7. cap. 37. in Silvano Trojæ Epiſcopo. COT.

ἐν βλασφημίαις τοῦ μὴ καλῶς ὁδεύειν ἐν Κυρίῳ ἐλέγχοιντο ὑπό τινος, ὁμοίως ἀκούσαντες ἑκατέρων τῶν προσώπων, τοῦ τε κατηγοροῦντος, καὶ τοῦ κατηγορουμένου. ἀλλὰ μὴ προλήψει, μηδὲ μονομερῶς, ἀλλὰ μετὰ δικαιοσύνης, ὡς ὑπὲρ ζωῆς αἰωνίου ἢ θανάτου ἐκθέντες ἀπόφασιν. Δικαίως γάρ, φησιν ὁ Θεός, διώξῃ τὸ δίκαιον. Ὁ γὰρ δικαίως τιμωρηθεὶς καὶ ἀφορισθεὶς παρ' ὑμῶν, αἰωνίου ζωῆς καὶ δόξης ἀπόβλητος γέγονε, καὶ παρ' ἀνθρώποις ὁσίοις ἄτιμος, καὶ παρὰ Θεῷ κατάδικος.

rectè ambulandi in Domino à quopiam arguantur; eumdem in modum utramque perſonam, & accuſatoris & accuſati, audite; & non ex præſumpta opinione, neque ex ſtudio unius partis, ſed ex juſtitia, tamquam de æterna vita aut morte, dicite ſententiam. *Juſtè* enim, inquit Deus, *perſequeris quod juſtum eſt.* Nam qui juſtè à vobis punitus eſt ac excommunicatus, à ſempiterna vita & gloria rejiculus evaſit, tum apud ſanctos homines ignominioſus, tum obnoxius apud Deum. Deut. 16.20.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ μή.

Ὅτι μὴ χρὴ ταὐτὴν ἐπάγειν τιμωρίαν ἐπὶ πάσης πλημμελείας, ἀλλὰ διάφορον, πρὸς τὸ διάφορον τοῦ ἁμαρτάνοντος.

Μὴ πάσης δὲ ἁμαρτίας τὴν αὐτὴν ποιεῖσθε ἀπόφασιν· ἀλλ' ἑκάστης ἰδίαν· μετὰ πολλῆς φρονήσεως κρίνοντες ἕκαστα τῶν πλημμελημάτων, τά τε σμικρά, καὶ τὰ μεγάλα, καὶ ἄλλως ἔργου, καὶ λόγου πάλιν ἑτέρως, καὶ προθέσεως, ἢ λοιδορίας, ἢ ὑπολήψεως διαφόρως. καὶ τοὺς μὲν ὑποβαλεῖς μόναις ἀπειλαῖς, τοὺς δὲ πενήτων χορηγίαις, ἄλλους δὲ νηστείαις στιβώσεις, καὶ ἑτέρους ἀφορίσεις πρὸς τὸ μέγεθος τοῦ ἐγκλήματος αὐτῶν. καὶ γὰρ καὶ ὁ νόμος οὐ παντὸς ἁμαρτήματος τὴν αὐτὴν ἐκφέρει τιμωρίαν, ἀλλὰ ἄλλως μὲν τὰ εἰς Θεὸν καὶ εἰς ἱερέα καὶ εἰς ἱερὸν καὶ εἰς ἱερεῖον, ἑτέρως τὰ εἰς βασιλέα καὶ ἄρχοντα καὶ στρατιώτην καὶ ὑπήκοον, ὁμότιμον, ἢ οἰκέτην, ἢ εἰς κτῆμα, ἢ εἰς ἄλογον, καὶ πάλιν παρηλλαγμένως τὰ εἰς γονεῖς καὶ συγγενεῖς, ἄλλως τὰ ἐξ ἐφόδου, καὶ τὰ ἀκούσια ἑτέρως· καὶ τοὺς μὲν θανάτῳ ἢ διὰ σταυροῦ, ἢ τῷ διὰ λίθων, τοὺς δὲ ζημίαις, ἢ μάστιξιν, ἢ τὰ ὅμοια παθεῖν οἷς ἔδρασεν. οὐκοῦν καὶ ὑμεῖς τῶν διαφόρων ἁμαρτημάτων διαφόρους ποιεῖσθε καὶ τὰς τιμωρίας, ἵνα μή τις ἀδικία παρεμπεσοῦσα κινήσῃ τὸν Θεὸν πρὸς ἀγανάκτησιν. ἧς γὰρ ἂν ἀδίκου κρίσεως μεσῖται γένησθε, ταύτης καὶ τὸν ἀπὸ Θεοῦ λήψεσθε μισθόν· ᾧ γὰρ κρίματι κρίνετε, κριθήσεσθε.

CAPUT XLVIII.

Quòd non oporteat eamdem pœnam in omni delicto irrogare, ſed variam, pro varietate delinquentis.

Nolite de omni peccato eamdem proferre ſententiam; ſed de unoquoque propriam; cum multâ prudentiâ judicantes ſingula delicta, cùm parva, tum magna; atque aliter ſancientes de peccato operis, iterúmque aliter de peccato ſermonis, diverſè etiam de delictis propoſiti, aut convicii, aut ſuſpicionis. Et quidem ex peccatoribus hos ſolis minis ſubjicies; illos Eleemoſynis erga pauperes; alios verò jejuniis comprimes, & alios pro gravitate criminis ſui à fidelibus ſeparabis. Neque enim Lex omni peccato eamdem decernebat pœnam; ſed aliam quidem commiſſis in Deum, & in ſacerdotem, & in templum, & in ſanctuarium; alteram verò deſignatis adversùs regem, & principem, & militem, & ſubjectum, adversùs æqualem, vel famulum, ſive contra poſſeſſionem, aut pecus; iterúmque diverſam delictis in parentes & cognatos; peccatis ex induſtria aliam, & aliam non voluntariis: atque aliquos quidem reos afficiebant morte, ſeu crucis, ſeu lapidationis, cæteros multâ, aut verberibus, aut talionis ſupplicio. Igitur vos quoque diverſis peccatis diverſas pœnas imponite, ne qua injuria incidens provocet Deum ad iracundiam. Cujus etenim iniqui judicii eritis arbitri, ejus & mercedem accipietis à Deo: *Quo enim judicio judicaveritis, judicabimini.* Mat. 7.2.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ μθ'.

Ὁποίους εἶναι χρὴ τοὺς κατηγόρους, καὶ μάρτυρας.

Καθίσαντες οὖν ἐπὶ τὸ κριτήριον, παρόντων ἑκατέρων τῶν προσώπων, οὐ γὰρ ἐροῦμεν ἀδελφῶν, μέχρις οὗ ἑαυτοὺς ἐν εἰρήνῃ ὑπολάβωσιν, ἐρευνᾶτε ἀκριβῶς περὶ τῶν ἐνισταμένων· καὶ πρῶτον περὶ τοῦ κατηγοροῦντος, εἰ πρώτου τούτου κατηγορεῖ, ἢ καὶ ἑτέρους ποτὲ ἐγκλήματα κατενήνοχε, καὶ εἰ μὴ ἐκ μέμψεως αὐτῶν * ἡ φιλονεικία καὶ τὸ ἔγκλημα ὑπόκειται, καὶ ὁποία τις ἡ ἀναστροφὴ αὐτοῦ ὑπάρχει· καὶ πιστὸς ᾖ ὢν εὐσυνείδητος, μὴ πιστευέσθω μόνος· παράνομον γὰρ τὸ τοιοῦτον· ἀλλ' ἐχέτω καὶ ἑτέρους μάρτυρας, ὁμοίους αὐτῷ τὸν τρόπον· καθὼς ὁ νόμος λέγει· Ἐπὶ στόματος δύο καὶ τριῶν μαρτύρων σταθήσεται πᾶν ῥῆμα. Διατί δὲ εἴπομεν, τὸν τρόπον αὐτῶν ἐπιζητεῖσθαι, ὁποῖος τυγχάνει; ἐπειδὴ πολλάκις ἐγχωρεῖ, καὶ τοὺς δύο καὶ τοὺς πλείονας ἐπὶ κακῷ μαρτυρῆσαι, καὶ συμφώνως προσθέσθαι τῷ ψεύδει· ὡς τοὺς δύο πρεσβυτέρους κατὰ Σωσάννης ἐν Βαβυλῶνι, καὶ τοὺς υἱοὺς τῶν παρανόμων κατὰ τοῦ Ναβουθαὶ ἐν Σαμαρείᾳ, καὶ τὸ πλῆθος τῶν Ἰουδαίων κατὰ τοῦ Κυρίου ἐν Ἱερουσαλὴμ, καὶ κατὰ Στεφάνου τοῦ πρωτομάρτυρος αὐτοῦ. ἔστωσαν οὖν οἱ μάρτυρες πραεῖς, ἀόργητοι, ἐπιεικεῖς, ἀγαπητικοί, σώφρονες, ἐγκρατεῖς, ἀπόνηροι, πιστοί, θεοσεβεῖς· ἡ γὰρ τῶν τοιούτων μαρτυρία καὶ διὰ τὸν τρόπον αὐτῶν βεβαία, καὶ διὰ τὴν ἀναστροφὴν αὐτῶν ἀληθὴς ὑπάρχει· τῶν δὲ μὴ τοιούτων μὴ προσδέχεσθε τὴν μαρτυρίαν, κἂν

* ἢ φιλονεικίας, vel ἢ φιλονεικία.

CAPUT XLIX.

Quales eſſe decet accuſatores, & teſtes.

Sedentes igitur in tribunali, præſentibus utriſque perſonis, (non enim eos appellabimus fratres, donec cum pace ſe in benevolentiam ſuſceperint) exquirite diligenter de altercantibus; ac primò de accuſatore, an hunc primum accuſet, vel aliis quoque crimina impegerit, & an non ex querela eorum ac contentione crimen ſuppoſitum ſit, & quales ſint mores accuſantis: cui licèt bonâ conſcientiâ freto, ſoli tamen fides non habeatur; id quippe iniquum eſt; ſed habeat & alios teſtes, ei probitate morum conſimiles; quemadmodum Lex dicit; *In ore duorum & trium teſtium ſtabit omne verbum.* Quare autem diximus, inquiri oportere quæ ſit teſtium vita? quia ſcilicet ſæpenumero evenit, ut duo vel plures teſtimonium dicant in malo, & unâ voce mendacio ſuffragentur; ut Babylone duo Senes contra Suſannam, & in Samaria filii iniquitatis contra Nabothæum, & Hieroſolymis turba Judæorum adversùs Dominum, ejúſque primum martyrem Stephanum. Sint igitur teſtes manſueti, iræ expertes, æqui, caritate præditi, temperantes, continentes, malitiâ vacui, fideles, religioſi, talium enim teſtimonium propter mores eorum firmum eſt, & propter eorum vitam verum: at teſtimonium hominum qui tales non ſunt, nolite ſuſcipere, quamvis ii in delatione conſentire vi-

Laudatur à Cedreno. Vide Teſt. Veterum.

Deut. 19.15.

Dan. 13.

3. Reg. 21.

Mat. 26.

Act. 6. & 7.

Ex. 23. 1, 2. videantur. Nam in Lege præcipitur; *Non eris cum multis in malitia. Non ſuſcipies auditionem vanam. Non conſenties cum multitudine, ut declines a juſtitia.* Ex alia verò parte reum etiam à vobis oportet cognoſci, qualem ſe in vitæ uſu & conſuetudine geſſerit, an ex moribus laudem ſibi compararit, an inculpatus ſit, an pietatis ſectator; an erga viduas, hoſpites, & pauperes benignus, an fratrum amans; an turpis lucri non cupidus, non avidus depaſtionis, non pecuniæ raptor ac procella; an temperans, & non luxurioſus, aut vinolentus, aut otioſus frugum conſumptor; an miſericors, atque ad largiendum promptus.

Ignat. interpol. ad Magneſ. 9.

συμφωνοῦντας ἀκούσητε ἐπὶ τῇ καταμαρτυρίᾳ· προστέτακται γὰρ ἐν τῷ νόμῳ· Οὐκ ἔσῃ μετὰ πλειόνων ἐπὶ κακίᾳ. οὐ παραδέξῃ ἀκοὴν ματαίαν. οὐ συγκατατεθήσῃ μετὰ πλήθους ἐκκλῖναι τὸ δίκαιον. Ἐκ μέρους δὲ καὶ τὸν κρινόμενον εἰδέναι ὀφείλετε, ὁποῖός ἐστι τῇ τοῦ βίου συνηθείᾳ καὶ ἀναστροφῇ, εἰ μεμαρτυρημένος τὸν βίον, εἰ ἀνέγκλητος, εἰ ὁσιότητα ἐζηλωκώς, εἰ φιλόχηρος, καὶ φιλόξενος, καὶ φιλόπτωχος, καὶ φιλάδελφος, εἰ μὴ αἰσχροκερδής, καὶ μὴ βράστης καὶ χρηματολαίλαψ, εἰ σώφρων, καὶ μὴ ἄσωτος, ἢ μέθυσος, ἢ ἀργοφάγος, εἰ εὔσπλαγχνος, καὶ εὐμετάδοτος.

CAPUT L.

Quòd uſu veniat, ut conjectura ex prioribus malis ductâ, aliquis facilè credatur poſteriora deſignaſſe.

NAm ſi in accuſato præjacent prava opera, jam aliqua ex parte veræ videbuntur præſentes accuſationes, niſi jus ei patrocinetur: fieri enim poteſt ut is olim deliquerit, hujus verò ſceleris ſit purus. Quare circa hujuſmodi negotia, diligenter & cautè vos gerentes, certam indubiamque adversùs reum convictum ferte ſententiam. Et ſi poſt excommunicationem, veniam petat, & ad pedes Epiſcopi procidat, & peccaſſe ſe fateatur; recipite eum. Porrò delatorem impunitum non ſinatis, ne adhuc alium quempiam rectè viventem calumnietur, vel aliquem alium ad ſimilia facienda provocet: turſúmque eum qui convictus fuerit, nullâ contumeliâ affectum non dimittatis; ne alius eodem crimine obſtringatur. Neque enim
Prov. 19. 5. 9. *teſtis* malorum *impunitus erit*: neque peccator pœnam evadet.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ν.

Ὅτι ἐγχωρεῖ τινα καὶ ἐκ προτέρων κακῶν μὴ ἀπιστεῖσθαι τὰ δεύτερα.

ΕἸ γὰρ αὐτῷ προϋπόκειται ἔργα φαῦλα, ἤδη ἐκ μέρους ἀληθεῖς ἂν εἶεν καὶ αἱ νῦν ἐπιφερόμεναι αὐτῷ κατηγορίαι, εἰ μὴ ἄρα αὐτῷ τὸ δίκαιον ἔχει συναγωνιζόμενον· ἐγχωρεῖ γὰρ αὐτὸν ἡμαρτηκέναι μέν ποτε, τούτου δὲ τοῦ ἐγκλήματος ἀθῷον ὑπάρχειν. διὸ ἀκριβῶς περὶ τὰ τοιαῦτα νήφοντες, ἀσφαλεῖς καὶ βεβαίας ποιεῖσθε τὰς ἀποφάσεις κατὰ τοῦ ἐλεγχθέντος. καὶ ἐὰν μετὰ τὸν ἀφορισμὸν συγγνώμην αἰτῇ, καὶ προσπέσῃ τῷ ἐπισκόπῳ, καὶ ἡμαρτηκέναι ὁμολογῇ, προσδέξασθε αὐτόν. μήτι δὲ τὸν συκοφάντην ἀτιμώρητον ἐάσητε, ἵνα μὴ καὶ ἕτερόν τινα καλῶς βιοῦντα βλασφημήσῃ, ἢ ἕτερόν τινα προτρέψηται τὰ ὅμοια αὐτῷ δρᾶσαι· μήτι μὴν τὸν ἐλεγχθέντα ἀνύβριστον, ὅπως μὴ ἕτερος τοῖς αὐτοῖς ἐνεχεθῇ. ὅτι γὰρ μάρτυς κακῶν ἀτιμώρητος ἔσται. [16] οὐδ' ὁ πλημμελῶν δίκας ἐκτίσει.

CAPUT LI.

Quòd non oporteat in judicando, uni parti favere.

DIximus jam, æquum non eſſe, ut ea judicia exerceantur in quibus altera pars judicem occupat. Nam ſi unam perſonam audieritis, alterâ abſente, hacque ad objectum crimen non reſpondente, ſuffragium damnationis temere tuleritis; rei necis, & conſortes calumniatoris, ſeu eadem cum illo menſurâ metientes reperiemini apud Deum,
Prov. 26. 17. juſtum judicem. *Sicut* enim *qui tenet caudam canis, ſic qui præſidet alieno judicio.* Quòd ſi imitatores fueritis Senum illorum Babylonis incolarum, qui falſo teſtimonio contra Suſannam dicto, eam injuſta mortis damnatione affecerunt; obnoxii eritis ſententiæ & condemnationi adversùm eos latæ. Quoniam Suſannam quidem Dominus per Danielem eripuit è manibus iniquorum, reos autem ſanguinis feminæ Senes ad ignem damnavit; vobis
Dan. 13. 48. verò per Danielem exprobravit, dicens; *Sic fatui filii Iſraël: non dijudicantes, neque quod manifeſtum eſt cognoſcentes, condemnaſtis filiam Iſraël? Revertimini ergo ad judicium: quia falſum teſtimonium iſti locuti ſunt adversùs eam.*

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ να.

Ὅτι οὐ χρὴ μονομερῶς τὰς κρίσεις ποιεῖσθαι.

ΕἼπομεν δὲ ὅτι τὰς κρίσεις οὐ δίκαιον μονομερῶς ποιεῖσθαι. ἐὰν γὰρ τοῦ ἑνὸς προσώπου ἀκούσητε, μὴ παρόντος τοῦ ἑτέρου, μηδὲ ἀπολογησαμένου πρὸς τὸ ἐπιφερόμενον ἔγκλημα, προπετῶς ἐξενέγκητε ψῆφον κατακρίσεως, ἔνοχοι τῆς ἀναιρέσεως, καὶ συμμετρηταὶ τῷ συκοφάντῃ, παρὰ Θεῷ εὑρεθήσεσθε τῷ δικαίῳ κριτῇ. Ὡς γὰρ ὁ κρατῶν κέρκου κυνός, οὕτως ὁ προεστὼς ἀλλοτρίας κρίσεως. Ἐὰν δὲ μιμηταὶ γένησθε τῶν ἐν Βαβυλῶνι πρεσβυτέρων, οἵτινες καταμαρτυρήσαντες τῆς Σωσάννης ἀδίκως κατεδίκασαν αὐτὴν εἰς θάνατον, ἔνοχοι τῆς ἐκείνων κρίσεως καὶ καταδίκης γένησθε. ὅτι τὴν μὲν Σωσάνναν ὁ Κύριος διὰ τοῦ Δανιὴλ ἐρρύσατο ἐκ χειρὸς παρανόμων, τοὺς δὲ ἐνόχους τοῦ αἵματος αὐτῆς πρεσβυτέρους [17] εἰς πῦρ κατεδίκασεν, ὑμᾶς δὲ δι' αὐτοῦ ὀνειδίζει λέγων. Οὕτως μωροὶ οἱ υἱοὶ Ἰσραήλ· οὐκ ἀνακρίναντες, οὐδὲ τὸ σαφὲς ἐπιγνόντες κατεκρίνατε θυγατέρα Ἰσραήλ; ἀναστρέψατε οὖν εἰς τὸ κριτήριον· ψευδῆ γὰρ οὗτοι κατεμαρτύρησαν αὐτῆς.

16. *Οὐδ' ὁ πλημμελῶν δίκας ἐκτίσει.*] Vide in LXX. Proverb. XXVIII. 20. Sap. I. 2. XIV. 31. Sir. XII. 7. XXIII. 13. COT.

17. *Εἰς πῦρ κατεδίκασεν.*] Juxta Hebræorum traditionem apud Origenem Epiſtolâ [illegible] ad Africanum, & apud Hieronymum tum Epiſt. 10. tum in Commentariis ad Jeremiæ XXIX. 21. 22. 23. & ad Danielis XIII. 5. 62. quòd Achabus & Sedecias Pſeudoprophetæ, quos frixit Rex Babylonis in igne, atque duo Senes judices Suſannæ calumniatores, iidem extiterunt. De quo conſulendi Interpretes. Ibid.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ νβ΄.

Παράδειγμα τοῦ δικαίου κρίματος ἡ τῶν ἔξωθεν δικαστῶν περὶ τὰς ἀποφάσεις ἀσφάλεια.

Θεάσασθε δὲ καὶ τὰ κοσμικὰ δικαστήρια, ὧν τῇ ἐξουσίᾳ ὁρῶμεν ἀγομένους φονεῖς, μοιχούς, φαρμακούς, τυμβωρύχους, λῃστάς. καὶ τὰς [18] ἀνακρίσεις αὐτῶν λαβόντες οἱ ἡγούμενοι ὑπὸ τῶν προσαγόντων, λέγουσι τῷ κακούργῳ, εἰ ταῦτα οὕτως ἔχει· καίπερ συγκατατιθεμένου, οὐκ εὐθέως ἐπὶ τὴν κόλασιν αὐτὸν ἐκπέμπουσιν, ἀλλὰ πλείοσιν ἡμέραις ποιοῦνται αὐτοῦ τὴν ἐξέτασιν μετὰ συμβουλίου πολλοῦ, καὶ [19] παραπετάσματος μέσου. τελευταῖον ὅρον ἢ ψῆφον θανάτου ὁ μέλλων ἐκφέρειν κατ' αὐτοῦ, [20] πρὸς τὸν ἥλιον ἐπαίρας τὰς χεῖρας, διαμαρτύρεται ἀθῷος ὑπάρχειν τοῦ αἵματος τοῦ ἀνθρώπου. καίτοι ὄντες ἐθνικοί, καὶ οὐ γινώσκοντες θειότητα, ἢ τὴν εἰς αὐτοὺς ἀπὸ Θεοῦ ἄμυναν ὑπὲρ τῶν ἀναιτίως καταδικασθέντων, ἀποφεύγουσιν.

CAPUT LII.

Exemplum juſti judicii capiatur de cautione quam in Sententiis judices Gentiles adhibent.

RESpicite etiam ad mundana judicia, quorum poteſtate videmus trahi homicidas, adulteros, veneficos, ſepulcrorum prædatores, latrones. Etenim cùm Magiſtratus ab iis qui reos in jus rapiunt, ea acceperint quæ ad horum pertinent cauſſam, quærunt ex malefico, an ita ſe res habeat: & licèt confiteatur, non illicò eum mittunt ad ſupplicium; ſed pluribus diebus, cum multa conſultatione, & interjecto velo, inquirunt de crimine. Poſtremò qui ſententiam & ſuffragium de capite, contra reum laturus eſt, ſublatis ad ſolem manibus, conteſtatur, inſontem ſe eſſe humani ſanguinis. Atque illi ab hoc ſcelere abhorrent, quamvis ſint Ethnici, & ignari tum divinitatis, tum ultionis divinæ adversùm ipſos, ſi innocentes pœnâ multârint.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ νγ΄.

Ὅτι μὴ χρὴ κατ' ἀλλήλων ἔχειν τοὺς πιστούς.

ΥΜεῖς δὲ γινώσκοντες τίς ὁ Θεὸς ἡμῶν, καὶ ὁποῖα τὰ κρίματα αὐτοῦ, πῶς ἂν κατ' ἐπήρειαν δυνήσεσθέ τινι ἀπόφασιν δοῦναι, τῆς κρίσεως ὑμῶν παραχρῆμα γινωσκομένης Θεῷ; καὶ εἰ μὲν δικαίως ἐκρίνατε, δικαίων ἀμοιβῶν καταξιωθήσεσθε καὶ νῦν καὶ εἰς αὖθις· εἰ δὲ ἀδίκως, πάλιν τῶν ὁμοίων τεύξεσθε. ἡμεῖς μὲν οὖν, ἀδελφοί, συμβουλεύομεν ὑμῖν, μᾶλλον ἔπαινον ἀξιωθῆναι παρὰ Θεῷ ἢ ψόγον· ὅτι Θεοῦ ἔπαινος ζωὴ αἰώνιος ἀνθρώποις, ὥσπερ καὶ ὁ ψόγος θάνατος ἀΐδιος. διὸ γίνεσθε δίκαιοι κριταί, εἰρηνοποιοί, ἀόργητοι. Ὁ ὀργιζόμενος γὰρ τῷ ἀδελφῷ αὐτοῦ εἰκῆ, ἔνοχος ἔσται τῇ κρίσει. Εἰ δὲ καὶ συμβῇ ἐξ ἐνεργείας τινὸς ὀργισθῆναι ὑμᾶς κατά τινος, ὁ ἥλιος μὴ ἐπιδυέτω ἐπὶ τῇ ὀργῇ ὑμῶν. Ὀργίζεσθε γάρ, φησὶν ὁ Δαβίδ, καὶ μὴ ἁμαρτάνετε· τοῦτ' ἔστι, ταχέως διαλλάσσεσθε, ὅπως μὴ ἡ ἐπίμο-

CAPUT LIII.

Quòd non oportet fideles inter ſe diſcordare.

VOs autem, cognoſcentes quis ſit Deus noſter, & qualis judicia ejus, quo modo poteritis ſententiam adversùs aliquem injurioſè pronunciare, cùm veſtrum judicium Deo confeſtim pateat? Et ſi quidem juſtè judicaſtis, juſta præmia & nunc & poſthac reportabitis: ſin verò injuſtè, rurſum actis paria conſequemini. Nos igitur vobis, fratres, conſilium damus, maliti à Deo laudem, quàm vituperationem adipiſci: quia à Deo laudari, hominibus vita æterna eſt; ſicut & vituperari, ſempiterna mors. Quocirca eſtote juſti judices, pacifici, irâ vacui. *Qui* enim *iraſcitur fratri ſuo ſine cauſſa, reus erit judicio.* Quòd ſi alicujus opera in quempiam iraſci vos contingat, *Sol non occidat ſuper iram veſtram. Iraſcimini* enim, inquit David, *& nolite peccare:* hoc eſt, citò reconciliemini; ne ira conſtanter manens, in inju- Mat. 5. 22. Eph. 4. 26. Pſ. 4. 5.

riæ

18. Ἀνακρίσεις.] Quid in judiciis ſit *ἀνάκρισις* docent Lexicographi. Totam autem judicialem ſcenam graphicè deſcriptam habes in Opere imperfecto, ad Matth. XXV. 31. hoc pacto; *Criminoſas perſonas judex auditurus in publico, tribunal ſuum collocat in excelſo, circa ſe conſtituit vexilla regalia, ante conſpectum ſuum ponit ſuper menſam calliculam, (ſ. calliculum) unde tribus digitis mortem hominum ſcribat aut vitam: hinc inde officiales ordinatè conſiſtunt; in medio ſecretario ponuntur genera horrenda pœnarum, quæ non ſolum pati, ſed & videre tormentum eſt: ſtant juxta parati tortores, crudeliores aſpectu quam manibus. Tota judicis facies cujuſdam ſchematis terrore veſtitur. Et cùm ad medium productæ fuerint criminoſæ perſonæ, ante interrogationem judicis ipſius, judicis terribili diſcutiuntur aſpectu.* Et ad ejuſdem capitis verſiculum 33. *Quando aliquis ante conſpectum regis aut judicis introducitur, ex ipſo loco ubi ſtare jubetur, intelligit ſi propter bonum introductus eſt, aut propter malum. Si enim propter bonum, ſtatim vocatur in proximo: ſi propter malum, longè ſtare jubetur.* Genuinus Chryſoſtomus Homil. 17. in Geneſim, interpretans Dei interrogationem, *Adam ubi es?* ait, ἴστε γὰρ ὅτι [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]. Et Concione 2. de Lazaro, οἱ τὸ δικαστήριον οἰκοῦντες. [illegible] Concione verò 4. ἐπὶ τῆς ἔξωθεν δικαστηρίων τούτων, [illegible] Tom. 5.

[illegible] Noti ſunt Prudentii verſus Hamartigeniæ 440. &c.

Qui ſummum ſolidumque bonum putat, ambitione
Creſcere ſucceſſu; præconum voce trementes
Examinare reos. Ibid.

19. Παραπετάσματος μέσου.] Suidæ Lexicon, παραπέτασμα· [illegible]. παραπέτασμα. τὸ λεγόμενον βῆλον. Baſilius Epiſt. 79. circa finem, οἱ τὸν κόσμον τοῦτον ἄρχοντες, ὅταν μὲν τὸν κακοῦργον θανάτῳ καταδικάζειν μέλλωσι, ἐφελκύσαντες τὰ παραπετάσματα, καλοῦσι δὲ τοὺς ἐμπειροτάτους πρὸς τὴν ὑπὲρ τῶν προκειμένων σκέψιν, καὶ πολὺν ἀναλίσκουσι χρόνον, &c. Ad quod ultimum pertinet etiam verſus Juvenalis Sat. 6.

Nulla unquam de morte hominis cunctatio longa eſt.

Ubi (ut id obiter indicem) ſupplendus eſt Vetus Scholiaſtes, ſic, *De nece ingenui nulla eſt longa dubitatio.* Cæterùm non habeo quod addi mereatur obſervationibus virorum doctorum de velis Judicum, Principum, Magnorum, Baſilicarum, & de judiciis interjecto aut levato velo. Ibid.

20. Πρὸς τὸν ἥλιον ἐπαίρας τὰς χεῖρας.] Oratoriè dictum puto. Quia ſcilicet ſolebant Judices triſtitiam ac innocentiam ſuam aliquâ exteriori actione, certiſque quibuſdam verbis atteſtari, quando reos extremo ſupplicio adjudicabant. Hinc famoſum factum dictumque Pilati, (Matth. XXVII. 24.) qui in Hiſtoria Eccleſiaſtica Theodoriti lib. 4. cap. 7 & in Nicephoro lib. 11. cap. 30. per Theodoritum corrigendo ac intelligendo, dicitur etiam convertiſſe ſe ad Orientis partes. Cum quo iniquo judice ſcitè B. Hieronymus comparat nautas Jonæ, (Jon. I. 14) cùmque Hieronymum tranſcripſit Pſeudo-Euſebius Emiſenus Homil. 2. de Paſcha-

te.

riæ recordationem evadat, & peccatum conficiat.
Prov 30 28. apud LXX. Nam *Anima eorum qui memores ſunt injuriarum, in mortem*, ait Salomon. Dominus autem noſter
& Salvator Jeſus Chriſtus dicit in Evangeliis; *Si*
Mat. 5. 23. *offers munus tuum ad altare, & ibi recordatus fueris quia frater tuus habet aliquid adverſum te; relinque ibi munus tuum ante altare, & vade, priùs reconciliare fratri tuo; & tunc veniens, offer munus tuum.* Munus verò eſt Deo, oratio cujuſque & actio gratiarum. Si ergo habeas aliquid contra fratrem tuum, aut ipſe aliquid habeat contra te; neque orationes tuæ exaudientur, neque gratiarum actiones ſuſcipientur, propter ſubjacentem iram: oportet autem, fratres, vos aſſiduè orare: & quia eos qui cum injuſtitiâ fratribus hoſtiliter iraſcuntur, Deus non exaudit, licèt in hora ter oraverint, ideò dirimere debemus omnem inimicitiam & puſillum animum, quò poſſimus corde puro ac incontaminato orare. Atqui etiam inimicos diligere præcepit Dominus, non autem etiam
Lev. 19. 17. amicos odiſſe; & Legiſlator ait; *Ne oderis allum hominem: ne odio habeas fratrem tuum, animo tuo: arguendo argue fratrem tuum, & ne ſuſcipias pec-*
Deut. 23. 7. *catum propter eum. Non odio habebis Ægyptium, quoniam incola fuiſti apud eum: non habebis odio Idumæum, quoniam frater tuus eſt.* David quo-
Pſ. 7. 5. que ait; *Si reddidi retribuentibus mihi mala.* Quare ſi Chriſtianus eſſe vis, ſequere legem Domini:
Iſ. 58. 6. *Solve omnem colligationem impietatis.* In te enim
Mat. 18, 22. Dominus poſuit poteſtatem remittendi fratri peccata contra te commiſſa, uſque ſeptuagies ſepties; hoc eſt, quadringenta nonaginta. Quoties ergo jam remiſiſti fratri tuo, ut nolis ei etiam nunc remittere? Cùm & audias Jeremiam dicentem;
Zach. 8. 17. *Unuſquiſque malum proximi ſui ne cogitetis in cordibus veſtris.* Tu autem injuriæ memor es, & ini-
Mat. 5. 22. micitiam retines, & in judicium venis; & iram in te reſpicis, & oratio tua impeditur. Sed etſi quadringenta nonaginta remiſeris fratri tuo, adhuc propter teipſum auge manſuetudinem tuam, in benignitatem: & quamvis ille non faciat, tu tamen propter Deum ſatage dimittere proximo; ut
Mat. 5. 45. ſis filius patris tui, qui in cœlis eſt, utque dum oras, audiaris tamquam Dei amicus.

ὀργὴ μνησικακία γένηται, καὶ ἁμαρτίαν ἀπεργάσηται. [21] Ψυχαὶ γὰρ μνησικακούντων εἰς θάνατον, φησὶν ὁ Σολομών. Λέγει δὲ ὁ Κύριος ἡμῶν καὶ Σωτὴρ Ἰησοῦς ὁ Χριστὸς ἐν Εὐαγγελίοις· Ἐὰν προσφέρῃς τὸ δῶρόν σου ἐπὶ τὸ θυσιαστήριον, κἀκεῖ μνησθῇς ὅτι ὁ ἀδελφός σου ἔχει τι κατὰ σοῦ, ἄφες ἐκεῖ τὸ δῶρόν σου ἔμπροσθεν τοῦ θυσιαστηρίου, καὶ ὕπαγε, πρῶτον διαλλάγηθι τῷ ἀδελφῷ σου, καὶ τότε ἐλθὼν πρόσφερε τὸ δῶρόν σου. Δῶρον δέ ἐστιν Θεῷ ἡ ἑκάστου προσευχὴ καὶ εὐχαριστία. Ἐὰν οὖν ἔχῃς τι κατὰ τοῦ ἀδελφοῦ σου, ἢ αὐτὸς ἔχῃ τι κατὰ σοῦ, οὔτε αἱ προσευχαί σου εἰσακουσθήσονται, οὔτε αἱ εὐχαριστίαι σου προσδεχθήσονται, διὰ τὴν ὑποκειμένην ὀργήν. Χρὴ δὲ συνεχῶς προσεύχεσθαι ὑμᾶς, ἀδελφοί· ἀλλ' ἐπειδὴ τῶν ἐν ὀργαῖς ἀδίκως ἐχθραινόντων ἀδελφοῖς ὁ Θεὸς οὐκ ἐπακούει, κἂν τρὶς τῆς ὥρας προσεύξωνται, χρὴ διαλύειν πᾶσαν ἔχθραν καὶ μικροψυχίαν, ἵνα δυνώμεθα προσεύχεσθαι καθαρᾷ τῇ καρδίᾳ καὶ ἀρρύπῳ. Καί τοι γε καὶ ἐχθροὺς ὁ Κύριος ἀγαπᾶν προσέταξεν, οὐχὶ δὲ καὶ τοὺς φίλους μισεῖν· καὶ ὁ νομοθέτης φησίν· Οὐ μισήσεις πάντα ἄνθρωπον· οὐ μισήσεις τὸν ἀδελφόν σου τῇ διανοίᾳ σου· ἐλεγμῷ ἐλέγξεις τὸν ἀδελφόν σου, καὶ οὐ λήψῃ δι' αὐτὸν ἁμαρτίαν. Οὐ μισήσεις Αἰγύπτιον, ὅτι πάροικος ἦσθα παρ' αὐτῷ· οὐ μισήσεις Ἰδουμαῖον, ὅτι ἀδελφός σου ἐστί. Καὶ ὁ Δαβὶδ λέγει· Εἰ ἀνταπέδωκα τοῖς ἀνταποδιδοῦσί μοι κακά. Ὅθεν εἰ Χριστιανὸς θέλεις εἶναι, ἐξακολούθει τῷ τοῦ Κυρίου νόμῳ· Λύε πάντα σύνδεσμον ἀδικίας. Ἐπὶ σοὶ γὰρ ὁ Κύριος ἐξουσίαν ἔθετο ἀφιέναι ἁμαρτίας τῷ ἀδελφῷ τὰς εἰς σὲ γενομένας ἕως ἑβδομηκοντάκις ἑπτά· τουτέστι, τετρακοσίας ἐνενήκοντα. Ποσάκις οὖν ἤδη ἀφῆκας τῷ ἀδελφῷ σου, ἵνα μὴ θελήσῃς αὐτῷ ἀφιέναι καὶ νῦν; καί τοι ἀκούων τοῦ Ἱερεμίου λέγοντος, ὅτι ἕκαστος τὴν κακίαν τοῦ πλησίον αὐτοῦ μὴ λογίζεσθε ἐν ταῖς καρδίαις ὑμῶν. Σὺ δὲ μνησικακεῖς, καὶ συντηρεῖς ἔχθραν, καὶ ἐπὶ κρίσιν ἔρχῃ, καὶ μῆνιν ὑφορᾷ, καὶ ἡ προσευχή σου ἐμποδίζεται. Ἀλλ' εἰ καὶ τὰ τετρακόσια ἐνενήκοντα ἀφῇς τῷ ἀδελφῷ σου, πλεόνασον τὴν ἀοργησίαν ἐπὶ πλεῖον εἰς ἀγαθωσύνην δι' ἑαυτόν. Κἂν ἐκεῖνος μὴ ποιῇ, ἀλλά γε σὺ διὰ τὸν Θεὸν σπούδαζε ἀφιέναι τῷ πλησίον, ὅπως γένῃ υἱὸς τοῦ πατρός σου τοῦ ἐν οὐρανοῖς, καὶ προσευχόμενος ὑπακούῃ ὡς φίλος Θεοῦ.

CAPUT LIV.

Quòd oporteat Epiſcopos de pace per Diaconum populo in memoriam ſuggerere.

IDcirco, ô Epiſcopi, cùm ad orationem procedetis; poſt lectionem & Pſalmorum cantum, poſt enarratas Scripturas; Diaconus juxta vos ſtans, proclamet; Ne quis contra ali-

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ νδ'.

Ὅτι χρὴ τοὺς Ἐπισκόπους τὰ περὶ εἰρήνης διὰ τοῦ διακόνου ὑπομιμνήσκειν τῷ λαῷ.

ΔΙὰ τοῦτο, ὦ Ἐπίσκοποι, μελλόντων ὑμῶν εἰς προσευχὴν ἀπαντᾶν, μετὰ τὴν ἀνάγνωσιν καὶ τὴν ψαλμῳδίαν, καὶ τὴν ἐπὶ τῶν γραφαῖς διδασκαλίαν, ὁ διάκονος ἑστὼς πλησίον ὑμῶν, μεθ' ὑψηλῆς φω-
νῆς

20. Hinc etiam Magiſtratuum perverſo veſtis, funeſta, & impura, maculam habens Θ. K. [illegible] & [illegible], nota ex Seneca lib. 1. de ira cap. 16. Valerio Maximo lib. 9. cap. 12. & Servio ad Æneid. XII. 169. [illegible], inquit de Judicibus S. Baſilius in Epiſtola proximè citata, [illegible]. Sed & ad locum Conſtitutionum illuſtrandum facit notabilis ille Aurelii Victoris in Diocletiano; *Igitur Valerius prima ad exercitum concione, cùm educto gladio, ſolem intuens, obteſtaretur, ignarum cladis Numeriani, neque imperii cupientem ſe fuiſſe; Aprum proximè aſtantem ictu tranſegit; cujus dolo, uti ſupra docuimus, adoleſcens bonus facundusque & gener occiderat.* Inſuperque iſte perſonati Ambroſii libro de moribus Brachmanorum; *Nam & hoc interdum modo à regula veritatis abſtrahimur, hoc eſt, tunc cùm neceſſarium potum noſtro corpori damus: ob quod poſtea oculos & manus noſtras veluti ſacrificium aliquod, ad radios Solis agentes extollimus.* COT.

21. *Ψυχαὶ γὰρ μνησικακούντων εἰς θάνατον.*] Lib. 7. cap. 4. ὁδοὶ γὰρ μνησικακούντων εἰς θάνατον. Ut in LXX. Proverb. XII. 28. quodque vertitur apud Cæſarium Arelatenſem Homiliâ 9. quatuordecim illarum quas vir doctiſſimus ac de litteris noſtris optimè meritus magis magiſque in dies meriturus Stephanus Baluzius anno ſuperiore in publicum eſſe effecit; *Itinera eorum qui memoriam* (ſic malim quàm *injuriam*) *retinent maleſacti, in morte.* Tamen pro voce *injuriam* militat ipſe Cæſarius Homil. 11. de diligendis inimicis, in Bibliotheca Patrum, hoc modo citans, *Itinera eorum qui injuriam retinent maleſacti, in mortem,* necnon Auctor Sermonis de Martyribus, apud Auguſtinum Serm. 47. de Sanctis, apud Leonem Sermone qui præcedit antepenultimum, & in Miſcellaneis Patrum à Voſſio collectis ac una cum Gregorio Thaumaturgo Moguntiæ excuſis. *Itinera eorum, qui injuriam retinent, Dominus labefecit in mortem.* vel ut in S. Auguſtino; *Itinera impiorum, qui injuriam retinent maleſacti in mortem.* Contrà Caſſianus Inſtitut. lib. 8. c. 14 *Itinera eorum, qui memoriam retinent maleſacti, in mortem.* Ibid.

22. Mi-

τῆς λεγέτω· [22] Μή τις κατά τινος· μή τις ἐν ὑποκρίσει· ἵνα ἐὰν εὑρεθῇ ἔν τισιν ἀντιλογία, συνειδήσει κρουσθέντες, δεηθῶσι τοῦ Θεοῦ, καὶ διαλλαγῶσι τοῖς ἀδελφοῖς. εἰ γὰρ τοὺς ἐν οἰκίᾳ τινὸς εἰσερχομένους, πρὸ πάντων δεῖ λέγειν· Εἰρήνη τῷ οἴκῳ τούτῳ· ὡς υἱοὺς εἰρήνης εἰρήνην χαρίζεσθαι τοῖς ἀξίοις, καθὼς γέγραπται, τοῖς ἐγγὺς καὶ τοῖς μακρὰν, οὓς ἔγνω Κύριος ὄντας αὐτοῦ· πολὺ μᾶλλον τοὺς ἐν ἐκκλησίᾳ Θεοῦ εἰσερχομένους χρὴ πρὸ πάντων ἐπεύχεσθαι τὴν τοῦ Θεοῦ εἰρήνην. εἰ δὲ ἄλλοις ταύτην ἐπεύχεται, πολὺ μᾶλλον αὐτὸς αὐτῆς ἐντὸς ὑπαρχέτω, ὡς τέκνον φωτός. ὁ γὰρ μὴ ἔχων αὐτὴν ἐν ἑαυτῷ, οὐκ ἔστιν ἀξιόπιστος, ἄλλοις αὐτὴν χαρίζεσθαι. διὸ πρὸ πάντων χρὴ εἰς ἑαυτὸν εἰρηνεύειν αὐτόν. ὁ γὰρ μὴ πρὸς ἑαυτὸν στασιάζων, οὐδ᾽ ἂν πρὸς ἄλλον διαμαχεσθήσεται· ἀλλ᾽ ἔσται εἰρηνικὸς, φιλικὸς, συνάγων τὰ τοῦ Κυρίου, καὶ συνεργὸς αὐτοῦ γενόμενος πρὸς τὸ πλεονάσαι αὐτῷ τοὺς σωζομένους ἐν ὁμονοίᾳ. οἱ γὰρ ἐπινοοῦντες ἔχθρας καὶ μάχας, ἀντιλογίας καὶ κρίσεις, πονηροὶ καὶ τοῦ Θεοῦ ἀλλότριοι τυγχάνουσιν.

quem : Ne quis in hypocriſi : ut ſi in nonnullis diſſidium reperiatur, conſcientiâ pulſati, Deum rogent, & fratribus reconcilientur. Si enim qui cujoſpiam domum ingrediuntur, ante omnia dicere debent; *Pax huic domui*; & ut pacis filii, pacem dignis donare, quemadmodum ſcriptum eſt, *Iis qui propè, & iis qui longè*, quos novit Dominos ſuos eſſe : multò magis qui Eccleſiam Dei ingrediuntur, debent ante omnia pacem Dei poſtulare. Cùm autem eam aliis precetur, multò magis ipſe intra ſe illius ſit, tamquam filius lucis. Nam qui illam in ſe non habet, non eſt dignus cujus fidei committatur eam aliis conferre. Quocirca principiò ipſum oportet ſecum pacem perficere. Qui enim ſecum non diſſidet, neque cum alio pugnabit; ſed erit pacis & amicitiæ ſtudioſus, congregans quæ Domini ſunt, Ipſiuſque adjutor ad multiplicandum ei numerum illorum qui in unanimitate ſalvantur. Siquidem excogitatores inimicitiarum & pugnarum, controverſiarum & litium, improbi ſunt, & à Deo alieni.

Matt. 10. 12. Iſ. 57. 19. Eph. 2. 17. 2. Tim. 2. 19.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ νέ.

Ἀπαρίθμησις διαφόρου προνοίας, καὶ ὅπως ἐξ ἀρχῆς καθ᾽ ἑκάστην γενεὰν ἐκάλεσεν ὁ Θεὸς εἰς μετάνοιαν πάντας.

Ὁ γὰρ Θεὸς, Θεὸς ὢν ἐλέους, ἀπ᾽ ἀρχῆς ἑκάστην γενεὰν ἐπὶ μετάνοιαν καλεῖ διὰ τῶν δικαίων καὶ τῶν προφητῶν. καὶ τοὺς μὲν πρὸ τοῦ κατακλυσμοῦ, διὰ τοῦ Ἄβελ καὶ Σὴμ, καὶ Σὴθ, ἔτι δὲ Ἐνὼς, καὶ τοῦ μετατεθέντος Ἐνὼχ ἐσωφρόνιζε· τοὺς δὲ ἐν τῷ κατακλυσμῷ, διὰ τοῦ Νῶε· τοὺς ἐν Σοδόμοις, διὰ τοῦ φιλοξένου Λώτ· τοὺς μετὰ τὸν κατακλυσμὸν, διὰ Μελχισεδὲκ, καὶ τῶν πατριαρχῶν, καὶ τοῦ θεοφιλοῦς Ἰώβ· τοὺς ἐν Αἰγύπτῳ, διὰ Μωσέως· τοὺς Ἰσραηλίτας, δι᾽ αὐτοῦ, καὶ Ἰησοῦ, καὶ Χαλὲβ, καὶ Φινεὲς, καὶ τῶν λοιπῶν· τοὺς μετὰ νόμον, δι᾽ ἀγγέλων καὶ προφητῶν· τοὺς αὐτοὺς διὰ τῆς ἰδίας ἐνανθρωπήσεως τῆς ἐκ παρθένου γενομένης· τοὺς πρὸ μικροῦ τῆς ἀναδείξεως αὐτοῦ τῆς σωματικῆς διὰ Ἰωάννου τοῦ προδρόμου· τοὺς δ᾽ αὐτοὺς, διὰ τοῦ αὐτοῦ, καὶ μετὰ τὴν γένεσιν αὐτοῦ λέγων· Μετανοεῖτε· ἤγγικε γὰρ ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν· τοὺς μετὰ τὸ πάθος αὐτοῦ, δι᾽ ἡμῶν τῶν δώδεκα, καὶ τοῦ τῆς ἐκλογῆς σκεύους Παύλου. ἡμεῖς οὖν οἱ καταξιωθέντες εἶναι μάρτυρες τῆς παρουσίας αὐτοῦ, [23] σὺν Ἰακώβῳ τῷ τοῦ Κυρίου ἀδελφῷ, καὶ ἑτέροις ἑβδομήκοντα δύο μαθηταῖς, καὶ

CAPUT LV.

Enumeratio variæ providentiæ, & quemadmodum ab initio Deus per ſingulas generationes ad pœnitentiam omnes homines vocavit.

Deus enim, qui Deus miſericordiæ eſt, à principio ſingulas generationes per juſtos ac Prophetas, vocat ad pœnitentiam. Et eos quidem qui ante diluvium vixerunt, per Abelem, & Semum, & Sethum, itemque Enuſum, ac tranſlatum illum Enochum, ad ſanam mentem revocavit; eos verò qui tempore diluvii, per Noëm; Sodomitas, per hoſpitalem Lotum; eos qui poſt diluvium fuerunt, per Melchiſedecum, & Patriarchas, nec non per amicum Dei Jobum; Ægyptios, per Moſem; Iſraëlitas, per eumdem, & per Jeſum, Calebum, Phineem, reliquoſque; eos qui Legis tempora conſecuti ſunt, per Angelos & Prophetas; eoſdem, per propriam ex virgine incarnationem; eos qui paullò præceſſerunt illius præſentiam corporalem, per Johannem præcurſorem; eoſdem, per ſeipſum, & poſt nativitatem ſuam didicens; *Pœnitentiam agite; appropinquavit enim regnum Dei*: eos qui ejus paſſionem ſubſequuntur, per nos duodecim, & per vas electionis Paulum. Nos igitur digni habiti, teſtes eſſe Dominici adventûs, unà cum Jacobo fratre Domini, & aliis ſeptuaginta duobus diſci-

Marc. 1. 15.

22. *Μή τις κατά τινος· μή τις ἐν ὑποκρίσει.*] Diaconorum has aliaſque proclamationes plurimas continent præcipuè Liturgiæ; etiam Noſtri: *μή τις τῶν κατηχουμένων, μή τις τῶν ἀκροωμένων· μή τις τῶν ἀπίστων, μή τις τῶν ἑτεροδόξων. προέλθετε οἱ κατηχούμενοι ἐν εἰρήνῃ. προέλθετε οἱ ἐνεργούμενοι. προέλθετε οἱ φωτιζόμενοι. ἀπόλυσθε οἱ ἐν μετανοίᾳ. μή τις τῶν μὴ δυναμένων ἡμῖν συνελθεῖν· ἀλλήλους ἐπίγνωτε. τὰς θύρας, τὰς θύρας. βλέπετε μή τις τῶν κατηχουμένων. ὅσοι κατηχούμενοι προέλθετε*, &c. Timotheus Alexandrinus; *οἱ ἀκροώμενοι προέλθετε.* In S. Chryſoſtomo Tom. 1. Orat. 2. adverſus Judæos p. 440 *ἐπιγινώσκετε ἀλλήλους.* Et Tom. 6. Hom. in Parabolam de filio prodigo poſt medium, *μή τις τῶν κατηχουμένων. μή τις τῶν μὴ βεβαπτισμένων, μή τις τῶν [illegible], μή τις τῶν μὴ δυναμένων θεάσασθαι τὸν μόσχον θυόμενον, μή τις τῶν μὴ δυναμένων θεάσασθαι τὸ [illegible] αἷμα τὸ ἐκχυνόμενον εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν. μή τις ἀνάξιος τῆς ζωῆς [illegible]. μή τις ἄπιστος, μή τις μὴ δυνάμενος ἀκαθάρτοις χείλεσι προσψαῦσαι τῶν φρικτῶν μυστηρίων.* Apud Latinos verò Iſidorus lib. 6. Originum cap. 19. ſcribit; *Miſſa tempore ſacrificii eſt: quando Catechumeni foras mittuntur, clamante Levita; Si quis Catechumenus remanſit, exeat foras. Et inde Miſſa: quia ſacramentis altaris intereſſe non poſſunt, qui nondum regenerati noſcuntur.* Auctor Vitæ S. Martialis; *Poſtquam à Diacono ex more clamatum fuiſſet, ut ſi quis non poſſet communicare, ab Eccleſia exiret.* Gregorius PP. Dialog. II. 23. *atque ex more Diaconus clamaret; Si quis non communicat, det locum.* COT.

23. *Σὺν Ἰακώβῳ τῷ τοῦ Κυρίου ἀδελφῷ.*] Ita ſolet Jacobum fratrem Domini, Epiſcopum primum Jeroſolymorum, ex albo Apoſtolorum expungere; ac tres Jacobos enumerare, duos Apoſtolos, Zebedæi filium, & filium Alphæi, præterea que hunc Jeroſolymitanum. Quam ſententiam Æthiopes, à quibus Conſtitutionum Codex pro ſacro habetur, in Miſſa ſua amplectuntur: conſentientibus tùm Syris, tùm à tempore multo Græcis. Contrà Latini duos in Officio Eccleſiaſtico agnoſcunt dumtaxat Jacobos, utrumque Apoſtolum, nempe Zebedæi illum, fratrem Johannis, & hunc Alphæo prognatum, qui ſit etiam frater Domini, ac Epiſcopus ſanctæ civitatis. Par diſſidium apud Antiquos: nec adhuc lis conquievit. Vero ſimilius divinisque eloquiis congruentiùs opinantur, qui ad poſteriores accedunt. Quidquid ſit, caſtigatione non mediocri dignus eſt magnus error, quo Jacobus frater Domini confunditur cum Jacobo fratre Johannis: ſecundùm notam B. Hieronymi ad Galat. I. 19. *Vehementer erravit qui arbitratus eſt Jacobum hunc fratrem Domini de Evangelio eſſe Apoſtolum fratrem Johannis, quem conſtat poſt Stephanum, juxta fidem Actuum Apoſtolorum, ſanguinem fudiſſe pro Chriſto.* Quibus ſimilia libro adverſùs Helvidium cap. 7. Erràſſe eum errorem videtur Auctor incertus Quæſtionum in ſacram Scripturam, (malè vulgò inſcriptarum, *Dicta & Interpretationes Parabolarum ſancti Evangelii*: omiſſo videlicet titulo generali, ac in illius locum aſſumptâ ſubdiviſione primâ) Tom. 2. Operum S. Athanaſii, Quæſt. 131. ubi vocem Apoſtoli Hebræorum XI. 35. *ἄλλοι δὲ ἐτυμπανίσθησαν*, de decollato Jacobo fratre Domini explicat, malè accipiens (uti apparet) verba Interpretationis S. Chryſoſtomi. Ἰάκωβον, inquit, λέγει τὸν ἀδελφὸν τοῦ Κυρίου, καὶ τοὺς λοιποὺς ὅσοι ἀπεκεφαλίσθησαν. τυμπανισμὸς γὰρ ὁ ἀποκεφαλισμὸς λέγεται. Namque conſtat ex Actorum XII. 2.

ſcipulis, & ſeptem Diaconis, audivimus ex ore Domini noſtri Jeſu Chriſti, & probè ſcientes dicimus,
Rom. 12. 2. *quæ ſit voluntas Dei bona & beneplacens & perfecta*, per Jeſum Chriſtum nobis manifeſtata; ut ſcilicet nemo pereat, ſed omnes homines uno conſenſu credentes ei, ac uno concentu laudibus eum proſequentes, vivant in æternum.

τοῖς ἑπτὰ διακόνοις αὐτοῦ, ἐκ στόματος τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ἠκούσαμεν, καὶ ἀκριβῶς εἰδότες λέγομεν, τί ἐστι τὸ θέλημα τοῦ Θεοῦ τὸ ἀγαθὸν καὶ εὐάρεστον καὶ τέλειον, τὸ διὰ Ἰησοῦ γνωρισθὲν ἡμῖν, ἵνα μηδεὶς ἀπόληται, ἀλλὰ πάντες ἄνθρωποι συμφώνως πιστεύσαντες αὐτῷ, αἶνον σύμφωνον ἀναπέμψαντες αὐτῷ, ζήσωσιν αἰωνίως.

CAPUT LVI.

Quòd voluntas Dei ſit, ut omnes homines in pietate conſentiant, inſtar cæleſtium Virtutum.

Mat. 6. 10. HOc enim eſt, quod nos docuit Dominus, dicere Patri ſuo, dum oramus; *Fiat voluntas tua, ſicut in cælo, & in terra:* ut ſicut cæleſtes naturæ incorporearum Virtutum, cunctæ unâ ſententiâ Deum concelebrant; ſic & in terra cuncti homines uno ore, unoque affectu, laudes in ſolum Deum, unum & verum conferant, per unigenitum Chriſtum. Voluntas ergo Dei eſt, ut ipſum concordi mente laudemus, & voce conſonâ adoremus. Hæc quippe eſt Dei voluntas in Chriſto, ut multi in eo ſalventur, non autem ut ei detrimentum quis inferat, neque ut vos Eccleſiam minuatis, aut numerum fidelium contrahatis, unâ hominis animâ à vobis occiſâ, quæ quidem per pœnitentiam ſervari poterat; periit tamen, non ſolùm propter propriam iram ſeu merita ſua, ſed & jam ob veſtras inſidias; & implevistis quod ſcri-
Mat. 12. 30. ptum eſt; *Qui non congregat mecum, ſpargit.* Hic eſt diſperſor, ovium adverſarius, Dei hoſtis, agno-
2. Cor. 11. rum laniator, quorum Dominus paſtor exſtitit. Et nos ex variis gentibus & linguis congregationem fecimus, cum multo labore ac periculo, cum aſſidua moleſtia, pervigiliis, eſurie, humi cubatibus, perſecutionibus, plagis, carceribus; ut voluntati Dei obſequentes, triclinium, hoc eſt, ſacram & Catholicam Eccleſiam repleremus accumbentibus, nempe vocatis, gaudentibus & exſultantibus, prædicantibus & magnificantibus Deum, qui per nos ad vitam illos vocavit. At vos, quantùm in vobis fuit, diſſipaſtis. Jam verò, vos Laici, pacem mutuò habete, & tamquam prudentes ſtudete Eccleſiam adaugere, ac eos qui vel ferarum vel erraticarum ovium mores ac locum tenent, cicurate, & ad eam reducite, ac in priſtinum ſtatum reſtituite. Atque hæc eſt maxima in repromiſſione
Jer. 15. 19. Dei merces: *Si eduxeris ex indigno dignum & pretioſum, quaſi os meum eris.*

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ νϛ´.

Ὅτι θέλημα Θεοῦ, ὁμόφρονας εἶναι τοὺς ἀνθρώπους περὶ τὴν εὐσέβειαν, παραπλησίως τῶν ἐν οὐρανῷ δυνάμεων.

ΤΟῦτο γάρ ἐστιν ὃ ἐδίδαξεν ἡμᾶς ὁ κύριος προσευχομένους λέγειν τῷ πατρὶ αὐτοῦ· Γενηθήτω τὸ θέλημά σου, ὡς ἐν οὐρανῷ καὶ ἐπὶ τῆς γῆς· ὅπως ὡς αἱ ἐπουράνιοι φύσεις τῶν ἀσωμάτων δυνάμεων πᾶσαι δοξάζουσι τὸν Θεὸν συμφώνως, οὕτω καὶ ἐπὶ τῆς γῆς πάντες οἱ ἄνθρωποι ἐν ἑνὶ στόματι καὶ μιᾷ διαθέσει δοξάζωσι τὸν μόνον Θεόν, τὸν ἕνα καὶ ἀληθινόν, διὰ τοῦ μονογενοῦς Χριστοῦ. Θέλημα οὖν αὐτοῦ ἐστιν αἰνεῖν αὐτὸν ὁμοφρόνως, καὶ προσκυνεῖν αὐτὸν συμφώνως. τοῦτο γὰρ αὐτοῦ ἐστι θέλημα ἐν Χριστῷ, πολλοὺς εἶναι τοὺς σωζομένους ἐν αὐτῷ, ἀλλὰ μὴ ζημιοῦν αὐτόν, μηδὲ ἐλαττονοῦν ὑμᾶς τὴν ἐκκλησίαν, ἢ συστέλλειν τὸν ἀριθμόν, διὰ μιᾶς ψυχῆς ἀνθρώπου ὑφ' ὑμῶν ἀναιρεθείσης, ἥτις ἐδύνατο σωθῆναι διὰ μετανοίας, ἀπώλετο δὲ οὐ μόνον ἐξ ἰδίας ὀργῆς, ἀλλ' ἤδη καὶ ἐξ ὑμετέρας ἐπιβουλῆς· καὶ ἐπληρώσατε τὸ γεγραμμένον· Ὁ μὴ συνάγων μετ' ἐμοῦ, σκορπίζει. Τοιοῦτος δὲ ὤν, σκορπιστής, προβάτων ἀντίδικος, Θεοῦ ἐχθρός, τῶν ἀρνίων φθορεύς, ὧν ὁ κύριος ποιμὴν ὑπῆρξε. καὶ ἡμεῖς συναγαγόντες ἐκ διαφόρων ἐθνῶν καὶ γλωσσῶν, ἐν πολλῷ μόχθῳ, καὶ κινδύνῳ, καὶ κόπῳ διηνεκεῖ, ἀγρυπνίαις, ἀσιτίαις, χαμευνίαις, διωγμοῖς, πληγαῖς, φυλακαῖς, ἵνα τὸ θέλημα τοῦ Θεοῦ ποιήσαντες, πληρώσωμεν τὸ τρίκλινον τῶν ἀνακειμένων, τουτέστι τὴν ἱερὰν καὶ καθολικὴν ἐκκλησίαν, εὐφραινομένων, τῶν κλητῶν, καὶ ἀγαλλιωμένων, ὑμνούντων καὶ δοξαζόντων τὸν καλέσαντα αὐτοὺς δι' ἡμῶν εἰς ζωήν, Θεόν. ὑμεῖς οὖν τὸ ἐφ' ὑμῖν διεσκορπίσατε. καὶ ὑμεῖς δὲ οἱ λαϊκοί, εἰρηνεύητε πρὸς ἀλλήλους, σπουδάζοντες ὡς φρόνιμοι τὴν ἐκκλησίαν αὔξειν, καὶ τὰ νομιζόμενα ἄγρια ἐπιστρέφειν εἰς αὐτήν, καὶ ἐξημεροῦν, καὶ ἀποκαθιστᾶν· καὶ τοῦτό ἐστιν ὁ μέγιστος ἐξ ἐπαγγελίας μισθὸς παρὰ Θεοῦ· Ἐὰν ἐξαγάγῃς ἐξ ἀναξίου ἄξιον καὶ τίμιον, ὡς στόμα μου ἔσῃ.

CAPUT LVII.

Deſcriptio Eccleſiæ, & Cleri; & quid facere debeat unuſquiſque Clericus vel Laicus in Synaxi congregatus.

TU verò, Epiſcope, ſis ſanctus, inculpatus, non percuſſor, non iracundus, non immitis; ſed ædificandi, convertendi, ac docendi ſeu conſtituendi avidus, malorum tolerans, animo leni, manſuetus, æquanimis, ad hortandum & conſolandum
S. Clem. Epiſt. ad Jacob. c. 14. idoneus; tamquam homo Dei. Cùm autem Eccleſiam Dni congregaveris, velut magnæ navis gubernator, cum omni prudentia & diſciplina jube fieri conventus, præcipiens Diaconis ſicut nautis, ut loca fratribus quaſi vectoribus, adhibita omni cura

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ νζ´.

Διατύπωσις ἐκκλησίας καὶ κλήρου, καὶ τί ἕκαστος ἐπιτελεῖν ὀφείλει τῶν συναθροιζομένων κληρικῶν ἢ λαϊκῶν ἐν τῇ συνάξει.

ΣΥ δὲ ὁ ἐπίσκοπος, ἔσο ἅγιος, ἄμωμος, μὴ πλήκτης, μὴ ὀργίλος, μὴ ἀπηνής· ἀλλ' οἰκοδόμος, ἐπιστρεπτικός, * διδακτικός, ἀνεξίκακος, ἠπιόθυμος, πρᾶος, μακρόθυμος, παραινετικός, παρακλητικός· ὡς Θεοῦ ἄνθρωπος. ὅταν δὲ συναθροίζῃς τὴν τοῦ Θεοῦ ἐκκλησίαν, ὡς ἂν κυβερνήτης νηὸς μεγάλης, μετ' ἐπιστήμης πάσης κέλευε ποιεῖσθαι τὰς συνόδους, προστάττων τοῖς διακόνοις ὡσπερεὶ ναύταις, τοὺς τόπους ἐκτιάσσειν τοῖς ἀδελφοῖς, καθάπερ [24] ἐπιβάταις, μετὰ πάσης ἐπιμε- * al. ἀξιο-

XII. 2. Jacobum qui capite truncatus fuit, fratrem Johannis exſtitiſſe. Hoc ſi quis ſequi nolit, habet viri doctiſſimi ac hiſce de litteris bene meriti Franciſci Combefiſii Tom. 2. Auctarii Bibliothecæ Patrum pag. 848. emendationem ſanè probabilem, τὸν ἀδελφὸν τοῦ ἱερέως, pro τὸν ἀδελφὸν τοῦ κυρίου. COT.

24. Ἐπιβάταις.] In Epiſtola ad Jacobum Rufino interprete, *Epibatis*. Valentinianus ſociique Monachi Epiſtola ad S. Au-

μελείας καὶ σεμνότητος. καὶ πρῶτον μὲν ὁ οἶκος ἔστω [25] ἐπιμήκης, [26] κατ' ἀνατολὰς τετραμμένος, ἐξ ἑκατέρων τῶν μερῶν τὰ [27] παστοφόρια πρὸς ἀνατολὴν, ὅστις ἔοικε νηΐ. [28] κείσθω δὲ μέσος ὁ τοῦ ἐπισκόπου θρόνος [29] παρ' ἑκάτερα δὲ αὐτοῦ καθεζέσθω τὸ πρεσβυτέριον, καὶ [30] οἱ διάκονοι παρεστώτωσαν [31] εὐσταλεῖς τῆς πλείονος ἐσθῆτος· ἐοίκασι γὰρ ναύταις καὶ τοιχάρχαις. προνοίᾳ δὲ τούτων εἰς τὸ ἕτερον μέρος οἱ λαϊκοὶ καθεζέσθωσαν μετὰ πάσης ἡσυχίας καὶ εὐταξίας· καὶ [32] αἱ γυναῖκες κεχωρισμένως καὶ αὐταὶ καθεζέσθωσαν, σιωπὴν ἄγουσαι. μέσος δ' ὁ ἀναγνώστης ἐφ' ὑψηλοῦ τινος ἑστὼς, [33] ἀναγινωσκέτω τὰ Μωσέως καὶ Ἰησοῦ τοῦ

& decentia, diſponant. Ac primò quidem ædes ſit oblonga, ad Orientem verſa, ex utraque parte Paſtophoria versùs Orientem habens, & quæ navi ſit ſimilis. In medio autem ſitum ſit Epiſcopi ſolium; & utrimque ſedeat Presbyterium, & adſtent Diaconi expediti ac leviter induti; aſſimilantur enim nautis, ac iis qui lateribus navis præſunt. Eorum curâ ad alteram Eccleſiæ partem Laici omnino quietè & ordinatim ſedeant; mulieres quoque ſeparatim & ipſæ ſedeant, à ſermone abſtinentes. Medius autem Lector, in quodam loco excelſo ſtans, legat libros Moſis & Jeſu filii Navis, Judicum &

S. Auguſtinum; *Ora Domine & dulciſſime Pater, ut fugiat de congregatione noſtrâ*; (Deeſt *contentio*, aut quid ſimile.) *& amotâ omni alienarum quæſtionum procellâ, navis propoſiti noſtri Epibatis quietis onuſta, intra ſtationem tutiſſimi portûs ſecurè conſiſtat, dum navigat per hoc mare magnum & immenſum; & in illo portu, intra quem jam non erit metuendum vitæ navigum*, (lego *naufragium*,) *mercimonia indiſcrepans accipiat precium placitarum*. Ibid.

25. Ἐπιμήκης] Hæc una è formis templorum: ad quam conſtructa erat Eccleſia ſanctæ Sophiæ, τύπος ἐπιμήκης & δρομικὸς, ut loquuntur. Ibid.

26. Κατ' ἀνατολὰς τετραμμένος.] Juxta uſitatiorem morem, quo Baſilicarum proſpectus ad Orientem ſpectabat. Inquit S. Paulinus Epiſt. 12. ad Severum, ac multo poſt quam Stephanus Tornacenſis Epiſt. 104. itemque Walafridus Strabo de rebus Eccleſiaſticis cap. 4. Atque eam ob rationem; ut in amiſſam exoptatam patriam, Paradiſum, quem Deus plantavit ad Orientem, precantes intuerentur: docet Scriptor Quæſtionum ad Antiochum Reſponſ. ad Quæſt. 37. Tom. 2. S. Athanaſii. Vide Vitruvium lib. 4. cap. 5. & 8. Plutarchum in Numa, Lucianum libro de Domo, Apionem in Joſephi libro 2. adversùs illum, mox ab initio. Item Sidonium lib. 2. Epiſt. 10. ibique doctos Interpretes. Ibid.

27. Τὰ παστοφόρια] In templis quid ſint Paſtophoria, ſatis ſuperque docent cùm Antiqui, tum Recentiores. Supereſt itaque ut adnotem, videri vocem *Paſtophorium* amiſſâ ſyllabâ tranſiiſſe in *Paſtorium*, apud Luciferum libro de non parcendo in Deum delinquentibus pag. 240. in interpretatione verſ. 11. cap. 23. lib. 4. Regum, loco miſeris modis accepto; mutilatione, corruptione, tranſpoſitione afflicto, nec abſque MSS. Codicibus ſanabili. *Poſuerant reges Juda Soli ab introitu domûs Domini ad Paſtorium, quos poſuit tres equos, qui in Faradim. Et fontem Solis combuſſit in igne.* Quis hæc intelligat, niſi conferantur cum Græcis? Unde hunc ferè in modum poſſunt concinnari; *Et depoſuit equos quos poſuerant reges Juda Soli ab introitu domûs Domini ad Paſtophorium Nathan Regis Eunuchi, qui in Pharurim (vel Farvadim.) Et fontem Solis combuſſit in igne.* Aut in iſtum; *Et combuſſit equos quos poſuerant reges Juda Soli ab introitu domûs Domini ad Paſtophorium, quod poſuit Regis Eunuchus, qui in Farurim, &c.* (Nathan enim nomen proprium, ſignificat *poſuit*.) Hoc eſt Græcè, καὶ κατέπαυσε (ſeu κατέκαυσε, quemadmodum optimè emendat Bochartus in Hierozoico,) ἵππους οὓς ἀνέθηκαν βασιλεῖς Ἰούδα τῷ ἡλίῳ ἐν τῇ εἰσόδῳ οἴκου κυρίου εἰς τὸ γαζοφυλάκιον (vel παστοφόριον) Ναθὰν βασιλέως τοῦ εὐνούχου. (ſive ὃ ἔδωκε βασιλέως εὐνοῦχος.) ὃς ἐν Φαρουρείμ. (aut Φαρουρίμ.) καὶ τὸ ἅρμα τοῦ ἡλίου κατέκαυσεν ἐν πυρί. Cum hodie legatur; καὶ κατέπαυσε τοὺς ἵππους οὓς ἔδωκαν (Editio Complutenſis ἀνέθηκαν) βασιλεῖς Ἰούδα τῷ ἡλίῳ ἐν τῇ εἰσόδῳ οἴκου κυρίου εἰς τὸ γαζοφυλάκιον Ναθὰν βασιλέως τοῦ εὐνούχου ἐν Φαρουρείμ. καὶ τὸ ἅρμα τοῦ ἡλίου κατέκαυσε πυρί. (al. ἐν πυρί.) Certè potuiſſe γαζοφυλάκιον mutari in παστοφόριον, aut verti *Paſtophorium*, clarius eſt quam ut documento indigeat. Quare vice verſâ vetus Scholiaſtes ad παστοφόρια Ezech. XL. 17. annotat γαζοφυλάκια. Atque in eumdem ſenſum S. Hieronymus; *Pro thalamis 30. quos vertêre LXX. ſive Gazophylacia atque cellaria, ut interpretatus eſt Aquila, Symmachus poſuit ἐξέδρας, &c. Intuitus eſt triginta thalamos, vel Gazophylacia, ſive (ut Symmachus interpretatus eſt) Exedras, quæ habitationi Levitarum atque Sacerdotum fuerant præparata.* Et inferiùs, poſt expoſita Gazophylacia; *Vel certè thalami qui Græcè dicuntur παστοφόρια, oſtendunt ſponſi adventui cubicula præparata.* Et ad ejuſdem Prophetæ caput 42. initio; *Eduxit me in Gazophylacium, ſive ut Symmachus & LXX. tranſtulerunt, Exedram, vel ut Theodotio, παστοφόριον, quod in thalamum vertitur.* Cæterùm hic, ubi locum Luciferi illuſtrare conatus ſum, Auctoris omnium (quod nemo neſcit) depravatiſſimi, utiliſſimi tamen ad cognitionem Scripturarum, admonitum te velim, Lector candide, me in purgando eo Augiæ ſtabulo plurimum laboris impendiſſe, paratumque eſſe ad procurandam Editionem, ſi librum aliquem MS. nactus fuero. Ut ſi fortè in manus tuas, aut notitiam veneris, mecum communicare non dedigneris, hominem non ingratum ſingulari beneficio tibi devincturus. Ibid.

28. Κείσθω δὲ μέσος ὁ τοῦ ἐπισκόπου θρόνος.] In Hiſtoria Eccleſiaſtica Theodoriti lib. 5. cap. 3. Meletius Paulino dicit; εἰ δὲ ὁ μέσος θρόνος τοῦτον ἔχει ζυγόν. ἐγὼ καὶ τοῦτον ἐξελάσας περιφέρομαι. ἐν γὰρ τούτῳ τὸ θεῖον ἀντιθεὶς εὐαγγέλιον, ἑκατέρωθεν ἡμεῖς καθεζώμεθα. Ibid.

29. Παρ' ἑκάτερα δὲ αὐτοῦ καθεζέσθω τὸ πρεσβυτέριον. De Sacerdotum primi & ſecundi Ordinis συνθρόνῳ multi multa. Addimus nos correctionem Harmenopuli in Epitome Canonum ſect. 1. tit. 4. Scholio ad Canonem 16. Antiochenum, lib. 1. Juris Græco-Romani; hoc pacto; ὁ συνοδικὸς τοῦ πατριάρχου Μανουὴλ διαγορεύει συγχωρεῖν καὶ μοναχὸν ἐπισκοπὴν ζητεῖν. γράφει δὲ κατὰ λέξιν οὕτω. χρεὼν κατανεύειν αὐτοῖς τὸ λειτουργεῖν· καὶ καθ' ἑαυτὸν ἱστάμενος καὶ ἱερέως ὑπουργοῦ δίχα, τοῦ μὴ τοῦ ἀρχιερέως ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ αὐτοῦ. ἐν δὲ καὶ παρεῖναι τῇ ἐκκλησίᾳ αὐτοῦ τὸν ἀναξιοπρεπῆ τῶν ἀρχιερατικῶν ἀπάντων δικαιωμάτων· ὅπως καὶ γνωσθῇ ἀρχιερεὺς αὐτὸς, παρὰ τῷ ἐν τῷ ἱερῷ συνθρόνῳ ἐγκαθιδρύεσθαι. Malè vulgo, Μιχαὴλ, & ἐν θρόνῳ. Extat quippe ejuſdem Juris Græco-Romani lib. 3. pag. 240. integra Synodalis Sententia Manuelis Conſtantinopolitani: atque in ea habetur συνθρόνῳ: ſicut & in Regiis Harmenopuli Codicibus. Ibid.

30. Οἱ διάκονοι παρεστώτωσαν.] Quandoquidem liquidò conſtat Diaconos in Eccleſia non ſediſſe cum Epiſcopo & Presbyteris; mutari debet prava interpunctio in Miſſa S. Baſilii, Euchologii ſeu Ritualis Græcorum paginâ 181. καὶ καθέζεται ὁ ἀρχιερεὺς μετὰ τῶν ἱερέων, τῶν διακόνων, καὶ ὑποδιακόνων τοῦ κλήρου, καὶ τοῦ λαοῦ ἱσταμένων: diſtinguendo ſic, καὶ καθέζεται ὁ ἀρχιερεὺς μετὰ τῶν ἱερέων· τῶν διακόνων, καὶ ὑποδιακόνων, τοῦ κλήρου καὶ τοῦ λαοῦ ἱσταμένων. Rectè Editio Latina Tom. 6. Bibliothecæ Patrum, *Et ſedet Pontifex cum Sacerdotibus, ſtantibus Diaconis, ac Subdiaconis, & Clero, & Populo.* Ibid.

31. Εὐσταλεῖς τῆς πλείονος ἐσθῆτος.] In Chryſoſtomo Tom. 6. Homil. in Parabolam de filio prodigo, poſt medium; τῷ λευχειμονεῖν τῆς θείας λειτουργίας. τῶν μιμουμένων δὲ τῶν ἀγγέλων πτέρυγας ταῖς λεπταῖς ὀθόναις ταῖς ἐπὶ τῶν ἀριστερῶν ὤμων κειμέναις. καὶ ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ περιτρεχόντων, &c. Alchuinus de divinis Officiis capite 39. *Diaconus qui non eſt indutus Dalmaticâ, Caſulâ circumcinctus legit, (fortè degit,) ut expeditè poſſit miniſtrare, vel quia ipſius eſt ire ad Comitatum propter inſtantes neceſſitates.* Ibid.

32. Αἱ γυναῖκες κεχωρισμένως.] Morem Judaicum pariter & Chriſtianum declaratum invenies in Philone Judæo libro de vita contemplativa, Joſepho lib. 6. de bello Judaico, Rabbinis, Inſcriptionibus veteribus, Eccleſiarum Deſcriptionibus, Expoſitionibus rituum ſacrorum, Libro Pontificali, & ſanctis Patribus. Sed præ cæteris notatu dignus eſt locus S. Chryſoſtomi Homil. 74. in Matthæum. ἐχρῆν μὲν ἔνδον ἔχειν τὸ τεῖχος τὸ διεῖργον ὑμᾶς τῶν γυναικῶν. ἐπειδὴ δὲ οὐ βούλεσθε, ἀναγκαῖον ἐνόμισαν εἶναι οἱ πατέρες κἂν ταῖς σανίσι ταύταις ὑμᾶς διατειχίσαι. ὡς ἔγωγε ἀκούω τῶν πρεσβυτέρων, ὅτι τὸ παλαιὸν οὐδὲ τούτων ἦν τῶν τοιχίων. ἐν γὰρ Χριστῷ Ἰησοῦ οὐκ ἔνι ἄρσεν καὶ θῆλυ. καὶ ἐπὶ τῶν ἀποστόλων δὲ ὁμοῦ καὶ ἄνδρες καὶ γυναῖκες ἦσαν, &c. οὐκ ἀκούεις, ὅτι ἦσαν συνηγμένοι ἄνδρες καὶ γυναῖκες ἐν τῷ ὑπερῴῳ; *Oportebat quidem interiore pariete à mulieribus diſſeparari. Verùm quoniam non vultis, neceſſarium eſſe patres noſtri putaverunt, ſaltem his ligneis parietibus vos diſſeparare. Audivi autem ego à ſenioribus, non fuiſſe hos parietes ab initio. In Chriſto enim* Gal. 3. 28.
Jeſu non eſt mas, neque femina. Apoſtolorum etiam tempore una viri & mulieres orabant, &c. Num audiſti viros ac mu- Act. 1. 13.
lieres in cœnaculo congregatos fuiſſe? Neque verò ad hunc ri- 14.
tum pertinet Licinii lex, relata ab Euſebio lib. 1. de vita Conſtantini cap. 53. quâ vetabat, viros ſimul cum mulieribus ad precandum Deum convenire. Omnem enim volebat tollere precum communionem viros inter ac feminas, ſtultè non minùs quàm impiè. Ibid.

33. Ἀναγινωσκέτω τὰ Μωσέως &c.] Infrà cap. 59. & lib. 5. cap. 19. lib. 8. cap. 5. Apud S. Baſilium initio Homiliæ 13. quæ habita eſt in Lacizis, mentio fit Lectionum Pſalmicarum, Proverbialium, Hiſtoricarum, Apoſtolicarum, & Evangelicarum. In Exhortatione verò ad ſanctum Baptiſ-

& Regnorum, item Paralipomenon, & quæ de populi reditu conſcripta ſunt; ad hæc Jobi & Salomonis volumina, ſimulque ſexdecim Prophetarum. Peractiſque per binos lectionibus, quidam alius Davidis hymnos pſallat, & populus extrema verſuum ſuccinat. Dein Acta noſtra recitentur, & Epiſtolæ Pauli adjutoris noſtri, quas ſancti Spiritus ductu ad Eccleſias miſit. Poſtea Diaconus vel Presbyter legat Evangelia, quæ ego Matthæus & Johannes vobis tradidimus, & quæ adjutores Pauli Lucas & Marcus accepta reliquerunt vobis. Cúmque re-

Ναυῆ, τὰ τῶν κριτῶν καὶ τῶν βασιλειῶν, τὰ τῶν παραλειπομένων καὶ τὰ τῆς ἐπανόδου· πρὸς τούτοις τὰ τοῦ Ἰὼβ καὶ τοῦ Σαλομῶντος, καὶ τὰ τῶν ἑκκαίδεκα προφητῶν. ἀνὰ δύο δὲ γενομένων ἀναγνωσμάτων, ἕτερός τις τοὺς τοῦ Δαβὶδ ψαλλέτω ὕμνους, [14] καὶ ὁ λαὸς τὰ ἀκροστίχια ὑποψαλλέτω. μετὰ τοῦτο αἱ πράξεις αἱ ἡμέτεραι ἀναγινωσκέσθωσαν, καὶ ἐπιστολαὶ Παύλου τοῦ συνεργοῦ ἡμῶν, ἃς ἐπέστειλε ταῖς ἐκκλησίαις καθ' ὑφήγησιν τοῦ ἁγίου πνεύματος. καὶ μετὰ ταῦτα [15] διάκονος ἢ πρεσβύτερος ἀναγινωσκέτω τὰ εὐαγγέλια, ἃ ἐγὼ Ματθαῖος καὶ Ἰωάννης παραδεδώκαμεν ὑμῖν, καὶ [16] ἃ οἱ συνεργοὶ Παύλου παρειληφότες κατέλειψαν ὑμῖν Λυκᾶς καὶ Μάρκος.

---

ma Homiliâ 13. paullò poſt initium, recitata fuiſſe eo die dicuntur loca Prophetica, Davidica, Apoſtolica Actorum, & Evangelica. Quæ omnia S. Maximus ad caput 3. Eccleſiaſticæ Hierarchiæ comprehendit per Vetus ac Novum Teſtamentum: Pachymeres autem, per Prophetias, Apoſtolum, ac Evangelium. Ad hæc in Gregorio Turonenſi lib. 1. de miraculis S. Martini cap. 5. invenies Propheticam Lectionem Apoſtolicæ ſeu Paulinæ eſſe præmiſſam. Denique generaliter loquuntur Patres Laodicenæ Synodi Can. 16. Περὶ τοῦ ἐν σαββάτῳ εὐαγγέλια μεθ' ἑτέρων γραφῶν ἀναγινώσκεσθαι. *Ut in Sabbato Evangelia cum aliis Scripturis legantur.* Ad quem Canonem quod ait Zonaras, Circa illa tempora in conventibus fidelium Scripturas ſacras lectitatas non fuiſſe, niſi reſtringatur ad diem Sabbathi, quemadmodum fit à Balſamone, cum veritate pugnabit. Nam patet ex Apologetico Juſtini Martyris, multo ante Concilium Laodicenum partem Officii Eccleſiaſtici Dominicarum extitiſſe Lectiones divinas. Ibid.

34. *Καὶ ὁ λαὸς τὰ ἀκροστίχια ὑποψαλλέτω.*] Qui ante me hoſce libros in Latinam linguam converterunt, ἀκροστίχια initia verſuum interpretati ſunt, gravi ſanè errore, contrarioque ſenſu. Quamvis enim ἀκροστιχὶς ab Epiphanio Hæreſi Audianorum cap. 11. dicatur prior littera vocis alicujus; quamvis notæ ſint in Carminibus Acroſtichides; hoc tamen loco apertè non prima, ſed poſtrema indicantur. Siquidem præcinebant Cantores, Populus verò ſuccinebat. Qui Pſaltæ ideo in Socratis Hiſtoria Eccleſiaſtica lib. 5 cap. 22. appellantur ὑποβολεῖς, *Monitores, Suggeſtores, Pſalmi Pronunciatores ac Prænunciatores*, quemadmodum docuit magnus Interpres. Atque inde Græcorum Κανονάρχαι, & Latinorum Præcentores. Quid clarius verbis Baſilii Epiſt. 63. ad Clericos Neocæſarienſes? καὶ νῦν μὲν διχῇ διανεμηθέντες, ἀντιψάλλουσιν ἀλλήλοις ... ἔπειτα πάλιν ἐπιτρέψαντες ἑνὶ κατάρχειν τοῦ μέλους, οἱ λοιποὶ ὑπηχοῦσι &c. *Et modo quidem in duos choros diviſi, alternatim pſallunt. Deinde uni committentes ordiri Pſalmum, reliqui ſuccinunt.* Unde apud eumdem S. Doctorem Interrogatio 307. Regularum breviorum, εἰ χρὴ ἐξ ἴσου μερισμὸν ἀπαιτεῖν τῆς ψαλμῳδίας, ἢ τῆς προκατάρχης. *An oporteat per vices inchoare Pſalmodiam, aut minimum.* Nec minùs liquidò loquitur B. Chryſoſtomus Homil. 36. in I. ad Corinthios, ſub finem; καὶ ὁ ψάλλων, ψάλλει μόνος· κἂν πάντες ὑπηχῶσι, (vel ὑπηχῶσιν.) ὡς ἐξ ἑνὸς στόματος ἡ φωνὴ φέρεται. *Et ſi quis pſallit, ſolus pſallit: etiam ſi omnes reſpondendo reſonent, tamquam ex uno ore vox fertur.* Id B. Ambroſii eſt, reſpondere Pſalmum, ad Lucæ caput 15. circa finem; Caſſiano de inſtitutis Cœnobiorum lib. 3. cap. 8. Pſalmos uno modulante reſpondere; Eucherio Serm. de oratione, reſpondere cùm Pſalmus canitur. Sozomenus lib. 5. cap. 19. extremo, ἐξῆρχον δὲ τῆς ψαλμῳδίας τοῖς ἄλλοις, οἱ τούτους ἀκριβοῦντες. καὶ ξυνεπήχει τὸ πλῆθος ἐν συμφωνίᾳ. *Præcinebant autem cæteris ii qui Pſalmos apprime callebant: multitudo deinde reſpondebat cum concentu.* Pſeudo Areopagita cap. 3. libri de Hierarchia Eccleſiaſtica; ὁ ἱεράρχης ἀπάρχεται τῆς ἱερᾶς τῶν ψαλμῶν μελῳδίας, συνᾳδούσης αὐτῷ τὴν ψαλμικὴν ἱερολογίαν ἁπάσης τῆς ἐκκλησιαστικῆς διακοσμήσεως. *Pontifex auſpicatur ſacrum Pſalmorum melos: omni ordine Eccleſiaſtico ſacram ipſi Pſalmodiam ſuccinente.* Legimus etiam in veteri Teſtamento, Exod. XV. 21. ἐξῆρχε δὲ αὐτῶν Μαριὰμ, λέγουσα, ᾄσωμεν &c. *Præcinebat autem mulieribus Maria, dicens; Cantemus &c.* Et Judith. XV. ult. καὶ ἐξῆρχεν Ἰουδὶθ τὴν ἐξομολόγησιν ταύτην ἐν παντὶ Ἰσραήλ. καὶ ὑπεφώνει πᾶς ὁ λαὸς τὴν αἴνεσιν ταύτην. *Et inchoavit Judith Confeſſionem hanc in omni Iſraël, & ſubcinebat omnis populus laudem hanc.* Diſtingui porrò debet hæc ſubpſallendi ratio ab alia affini, apud Caſſianum de Cœnobiorum Inſtitutis lib. 2 cap. 8. & antè apud Philonem Judæum ubi de Eſſenis; Ut unus Pſalmos canat, cuncti clauſulas Pſalmis apponi ſolitas concinant. En verba Philonis, libro de vita contemplativa, non procul à fine, citati etiam ab Euſebio Hiſt. Eccl. II. 17. καὶ ἔπειτα ὁ μὲν (Ita Codd. Regii) ἀναστὰς, ὕμνον ᾄδει πεποιημένον εἰς τὸν θεὸν ... μεθ' ὃν καὶ οἱ ἄλλοι κατὰ τάξεις ἐν κόσμῳ προσήκοντι ... πάντων μετὰ ἡσυχίας πολλῆς ἀκροωμένων, πλὴν ὁπότε τὰ ἀκροτελεύτια καὶ ἐφύμνια ᾄδειν δέοι· τότε γὰρ ἐξηχοῦσι πάντες τε καὶ πᾶσαι. Hoc eſt, *Tum ille Præſes aſſurgens, hymnum in laudem Dei compoſitum canit. Poſt quem & cæteri ordinatim decenti modo: omnibus magno cum ſilentio auſcultantibus, præterquam cùm clauſulas & hymnis finem imponentia canere oportet. Tunc enim univerſi & univerſæ perſonant.* Ac de ἀκροτελευτίοις, ſive clauſulis Pſalmorum, omitto quidem facilè Sozomeni teſtimonia lib. 3. cap. 8 & lib 5. cap. 19. ſed non poſſum omittere inſignem, qui à recentioribus intellectus non fuit, S. Athanaſii locum Apologiâ de fuga ſua, paullò ante finem, καθεσθεὶς ἐπὶ τοῦ θρόνου, προέτρεπον τὸν μὲν διάκονον ἀναγινώσκειν ψαλμὸν, τοὺς δὲ λαοὺς ὑπακούειν, Ὅτι εἰς τὸν αἰῶνα τὸ ἔλεος αὐτοῦ. Id eſt, ea optima verſione Epiphanii Scholaſtici lib. 5. Hiſtoriæ Tripartitæ cap. 2. *Reſidens in ſede, præcepi ut Diaconus Pſalmum legeret; populi reſponderent, Quoniam in ſæculum miſericordia ejus.* Malè qui Athanaſium, Pſ. 105. 1.
& Hiſtoriam Eccleſiaſticam Theodoriti interpretati ſunt, lib. 4. cap. 10.
verbum ὑπακούειν putaverunt eſſe *auſcultare*, *audire*, cùm hîc, & alibi ſæpe, ſignificet *reſpondere*. Ibid.

35. *Διάκονος ἢ πρεσβύτερος ἀναγινωσκέτω τὰ εὐαγγέλια.*] Id muneris injunctum fuiſſe Diaconis, ut ſanctum Evangelium legerent, res eſt innumeris documentis certiſſima. De Presbyteris autem diſces ex Liturgia S. Petri, ex Euchologio, ex Micrologo, & ex Hiſtoricis Socrate lib. 7. cap. 5. ac Sozomeno lib. 7. cap. 19. Qui ultimus etiam lectionis per Archidiaconum fieri conſuetæ (moris apud Syros Maronitas ſervati) meminit; & lectionis per Epiſcopum certis diebus, quemadmodum Nicephorus lib. 12. cap. 34. Obſervârunt præterea viri docti, recitâſſe Evangelia in quibuſdam Eccleſiis Lectores, citantque eo de rim S Cyprianum Epiſt. 33. & 34. Canones 2. & 4. Concilii Toletani 1. Pachymerem ad caput 3. Hierarchiæ Eccleſiaſticæ, necnon Ordinem Romanum in Officio Feriæ 5. in Cœna Domini; ubi Evangelii recitatio demandatur Diacono aut Lectori, ſicut hîc Diacono aut Presbytero. Ibid.

36. *Καὶ ἃ οἱ συνεργοὶ Παύλου παρειληφότες κατέλειψαν ὑμῖν Λυκᾶς καὶ Μάρκος.*] Apoſtolus Coloſſ. IV. 10. 11. inter adjutores ſuos Marcum conſobrinum Barnabæ nominat; Evangeliſtam, ſi credimus Dialogo primo de rectâ in Deum fide, non procul ab initio, apud Origenem; Victori Antiocheno initio Commentariorum in Marcum; Oecumenio & Theophylacto ad Acta Apoſtolorum; Euthymio in Proœmio Evangelii ſecundùm Marcum; & Haymoni ad Coloſſ. IV. 11 Ab eodem Apoſtolo Philem. 24 ſcribitur; Μάρκος, Ἀρίσταρχος, Δημᾶς, Λουκᾶς, οἱ συνεργοί μου. Qui Marcus ex Interpretatione Hieronymi, ac poſt eum Haymonis, Evangelii conditor eſt. Et verò de Luca conſentiunt omnes, quod Pauli fuerit diſcipulus, comes, & adjutor, quódque Lucæ Evangelium præcipuè ad Paulum Apoſtolum debeat referri. Adeò ut inverſio videatur facta in Pſeudo-Dorothei Synopſi, in qua legitur Lucam Evangelium ſcripſiſſe ex commiſſione Petri, Acta verò committente Paulo; præſertim cùm contrarium habeat Synopſis Athanaſiana; ſcilicet Evangelium pertinere ad Paulum, Actus ad Petrum. De Marco Evangeliſta controvertitur. Plurimi namque diſcipulum & interpretem Petri nuncupant, contenduntque rectè meâ quidem ſententiâ, illius mentionem fieri in ſola Epiſt. 1. Petri cap. 5. verſ 13. Alii perperam Marcum à Petro memoratum confundunt cum Johanne Marco, & Marco conſobrino Barnabæ, uno, vel (quod exiſtimo) duobus hominibus. Act. XII. 12. 25. XV. 37. 39. Coloſſ. IV. 10. 11. ſecundæ Timothei IV. 11. & Philemonis 24. Nonnulli tres Marcos abſque neceſſitate ponunt, Marcum Evangeliſtam apud Petrum, Marcum conſobrinum Barnabæ apud Paulum, & Marcum ſeu Johannem filium Mariæ in Actis. Quæ eſt opinatio Scriptorum ὑποβολιμαίων Hippolyti ac Dorothei. Itaque ab aliis Evangelium Marci tribuitur Marco conſobrino Barnabæ, Pauli adjutori; ab aliis Johanni Marco filio Mariæ, propter quem diſſenſerunt Paulus & Barnabas; à cæteris melius, Marco filio, auditori, ac interpreti Petri, primo Alexandriæ Epiſcopo. Et veriùs loquuntur qui dicunt Marci Evangelium compoſitum fuiſſe ex ſermonibus Petri, quàm qui aiunt Marcum ſuggerente, dictante, ac ſuſtinente Paulo ſcripſiſſe. Ita enim intelligo verba Græca jam citati Dialogi, in MSS. Regiis, Μάρκος καὶ Λουκᾶς ἐκ τῶν ὁ. ὄντες, Παύλῳ τῷ ἀποστόλῳ εὐηγγελίσαντο. Verùm an unus, aut plures Marci in novo Teſtamento com-

νης. καὶ ὅταν ἀναγινωσκόμενον ᾖ τὸ Εὐαγγέλιον, [37] πάντες οἱ πρεσβύτεροι, καὶ οἱ διάκονοι, καὶ πᾶς ὁ λαὸς στηκέτωσαν μετὰ πολλῆς ἡσυχίας· γέγραπται γάρ· Σιώπα, καὶ ἄκουε Ἰσραήλ. Καὶ πάλιν· Σὺ δὲ αὐτοῦ στῆθι, καὶ ἄκουε. Καὶ ἑξῆς [38] παρακαλείτωσαν οἱ πρεσβύτεροι τὸν λαὸν, ὁ καθεὶς αὐτῶν, ἀλλὰ μὴ ἅπαντες· καὶ τελευταῖος πάντων ὁ ἐπίσκοπος, ὅς ἔοικε κυβερνήτῃ. [39] στηκέτωσαν δὲ οἱ μὲν πυλωροὶ εἰς τὰς εἰσόδους τῶν ἀνδρῶν, φυλάσσοντες αὐτάς, αἱ δὲ διάκονοι εἰς τὰς τῶν γυναικῶν, [40] δίκην ναυστολόγων. καὶ γὰρ καὶ [41] ἐν τῇ σκηνῇ τοῦ μαρτυρίου, ὁ αὐτὸς παρηκολουθεῖ λόγος καὶ τύπος, καὶ ἐν τῷ ναῷ τοῦ Θεοῦ. εἰ δέ τις εὑρεθῇ παρὰ τόπον καθεζόμενος, ἐπιπληττέσθω ὑπὸ τοῦ διακόνου, ὡς * πρωρέως, καὶ εἰς τὸν καθήκοντα αὐτῷ τόπον μεταγέσθω. οὐ μόνον γὰρ νηΐ, ἀλλὰ καὶ μάνδρᾳ ὁμοιοῦται ἡ ἐκκλησία. ὡς γὰρ οἱ ποιμένες ἕκαστα τῶν ἀλόγων, αἰγῶν, φημί, καὶ προβάτων, κατὰ συγγένειαν καὶ ἡλικίαν ἱστῶσι, καὶ ἕκαστον αὐτῶν τὸ ὅμοιον τῷ ὁμοίῳ συντρέχει· οὕτω καὶ ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ, οἱ μὲν νεώτεροι ἰδίᾳ καθεζέσθωσαν, ἐὰν ᾖ τόπος, εἰ δὲ μή, στηκέτωσαν ὀρθοί· οἱ δὲ τῇ ἡλικίᾳ ἤδη προβεβηκότες, καθεζέσθωσαν ἐν τάξει. [42] τὰ δὲ παιδία ἑστῶτα προσλαμβανέσθωσαν αὐτῶν οἱ πατέρες, καὶ μητέρες· αἱ δὲ νεώτεραι πάλιν ἰδίᾳ,

* ſ. πρωρέως

citabitur Evangelium, omnes Presbyteri ac Diaconi, univerſoſque populos magno cum ſilentio ſtent: ſcriptum eſt enim; *Tace, & audi, Iſrael.* Deut. 27. 9. Et iterum; *Tu autem hic ſta, & audies.* Deut. 5. 31. Poſt hæc Presbyteri exhortentur populum, ſinguli nimirum, non autem omnes; & cunctorum poſtremus Epiſcopus, qui ſimilis eſt rectori navis. At Oſtiarii ſtent ad virorum introitus, quos cuſtodiant; Diaconiſſæ verò ad mulierum; inſtar eorum qui naulum à vectoribus exigunt. Etenim in tabernaculo teſtimonii, & in templo Dei, eadem ratio ac forma idemque ordo ſervabatur. Quòd ſi quis extra locum ſuum ſedens reperiatur, increpetur à Diacono, qui vice Proretæ ſungitur, & ad locum convenientem traducatur. Eccleſia enim non ſolùm navi, ſed etiam caulæ comparatur. Nam ſicut Paſtores ſingulas pecudes, capras dico & oves, ſecundùm genus & ætatem collocant, atque inter eas, ſimilis ſimili concurrit: ſic & in Eccleſia; juniores quidem, ſeorſum ſedeant, modò ſit locus, alioquin, arrecti ſtent; ætate verò jam provecti, ordine ſedeant; at ſtantes pueros, recipiant eorum patres & matres; rurſus adoleſceo-

l. Pſeudo-Ignat. ad Antioch. 12. Deut. 23. 1, &c.

---

commemorentur, & quis Evangelium nomine Marci inſcriptum confecerit, celebris Quæſtio, apud Theologos fusè agitata, hic inutiliter diſceptaretur. Sufficiet ſuppleviſſe locum Chryſoſtomi mancum contrarioque in ſenſu excuſum ac ſcriptus fuit, Homiliâ 26. in Acta, ad cap. 12. verſ. 12. ubi de Johanne qui cognominatus eſt Marcus. Editur; *τίς ἐστιν οὗτος ὁ Ἰωάννης; ἴσως ἐπειδὴ ὁ ἀεὶ αὐτοῖς συνών. διὰ τοῦτο καὶ τὸ παράσημον αὐτοῦ τίθησιν.* At ex Oecumenio & Theophylacto, necnon ex ipſo contextu apparet addi debere particulam negantem οὐκ, ut dicat Chryſoſtomus; *Quis eſt hic Johannes? Videtur non eſſe ille qui ſemper cum ipſis erat. Ideo enim indicium quo diſcerneretur appoſuit.* COT.

37 *Πάντες οἱ πρεσβύτεροι, καὶ διάκονοι, καὶ πᾶς ὁ λαὸς στηκέτωσαν.*] Morem ſtandi dum legitur Evangelium, longè meliorem ac generaliorem more ſedendi, docebunt te Libri Rituum, tam Græci, quàm Latini. Et Philoſtorgius lib. 3. cap. 5. etiam à Nicephoro lib. 9. cap. 18 tranſcriptus. Item Iſidorus Peluſiota lib. 1. Epiſt. 132. Sozomenus lib. 7. cap. 19 & poſt hunc Nicephorus lib. 12. cap. 34. Denique Liber Pontificalis in vita Anaſtaſii, necnon et Papæ afficta Epiſtola ad Germaniæ ac Burgundiæ Epiſcopos. Loca inter ſe compones, ſi videbitur. Notabis autem præcipuè illa, Iſidori de Epiſcopo ad Lectionem Evangelicam aſſurgente, & Sozomeni de contrario ritu ſolius Eccleſiæ Alexandrinæ, ubi tunc temporis non aſſurgebat Epiſcopus. Nam in noſtris Conſtitutionibus omittitur Antiſtes, fortè ex induſtria. Ibid.

38. *Παρακαλείτωσαν οἱ πρεσβύτεροι τὸν λαὸν, &c.*] Sic poſt Chryſoſtomum Presbyterum concionabatur Flavianus Epiſcopus. Quod oſtendunt Homiliæ multæ ab aureo Doctore peroratæ. Sic multi, unus poſt alium, in eadem Collecta populum alloquebantur: teſtibus eodem Chryſoſtomo Homilia 2. in Pſalm. XLVIII. 17. Tom. 3. Hom. 36. in priorem ad Corinthios, Sermone in Eliam, Tom. 6. & Tractatu in Tirones, quem edidit Combefiſius; Severiano Gabalenſi Tractatu in ſanctam Crucem, qui ad ſuperiorem per virum doctum adjunctus fuit; Baſilio magno Hom. in Barlaamum Martyrem; Gregorio Nyſſeno Oratione in ſuam Ordinationem; Hieronymo Epiſt. 61. in Johannem Hieroſolymitanum cap 4. Pſeudo Chryſoſtomo Hom. de Nativitate Domini ad Lucæ 2. ac Theodorito cùm apud Photium Bibliothecæ Codice 273. extremo, ubi Interpres planè eſt talpa, tum ad I. Corinth. XIV. 31. Verùm Alexandriæ, ex quo Arius Hæreſiarcha, illius Eccleſiæ Presbyter, in concionibus ſuis Orthodoxam fidem evertere conatus eſt, ſolus Epiſcopus ſermonem habebat ad populum; inquiunt Hiſtorici, Socrates lib. 5. cap. 22. & Sozomenus lib. 7. cap 19. Atque is mos videtur in Eccleſia Africana viguiſſe temporibus Cypriani & Optati. Ille enim ſcribit Epiſt. 56. *Nec quiſquam, fratres dilectiſſimi, cum populum noſtrum fugare conſpexerit metu perſecutionis & ſpargi, contriſtetur, quod collectam fraternitatem non videat, nec tractantes Epiſcopos audiat.* Hic verò ſub finem Operis adverſus Donatiſtas; *Et tractum Macarium eſſe aliquid in populo conſtat, ſed inſinuandi alicujus rei cauſâ, non tamen tractandi, quod eſt Epiſcoporum.* Statim autem poſt Optatum Presbyteris jus verbi faciendi datum colligo ex Canone 33. Concilii Carthaginenſis 4. Ita tamen principiò ut id coram Epiſcopis non fieret; quemadmodum ſignificatur à Poſſidio in Vita S. Auguſtini cap. 5. & ab ipſo Auguſtino Epiſt. 77. Quod poſtremum (uſitatum adhuc in Hiſpania ſeptimo ſæculo ineunte, Concilii 2. Hiſpalenſis tempore) valde diſplicuit B. Hieronymo ad Nepotianum ſcribenti, ac poſtea Alcuino Epiſt. 6. Ut & Epiſcopos iraſci, ſi Presbyteri interdum exhortarentur plebem, ac in Eccleſiis prædicarent, grande nefas viſum fuit Auctori Epiſtolæ de ſeptem Eccleſiæ Ordinibus, quæ Tom. 9. Hieronymi excuſa eſt. Denique apud Gallos noſtros anno 529. Patres Concilii Vaſenſis 2. Can. 2. Presbyteris poteſtatem verbum faciendi ſeu prædicandi dederunt. Nam antea Presbyteros vel omnino tacuiſſe, vel recitâſſe duntaxat Homilias ſanctorum Patrum, indicat Vita B. Cæſarii Arelatenſis à Cypriano illius diſcipulo conſcripta, cap. 28. Ibid.

39. *Στηκέτωσαν δὲ &c.*] Portarum cuſtodia apud Græcos Ordo non eſt, ſed Officium, quod legitur fuiſſe commiſſum Diaconis, Subdiaconis, aliiſque Clericis, atque etiam non Clericis. Meritò autem hîc Diaconiſſæ ſtare jubentur ad mulierum introitus, & cap. ſequenti mulieribus in Eccleſiam advenientibus locum facere: quia quæ ad minorem ſexum pertinent pleraque, honeſtiùs per feminas adminiſtrantur. Vide lib. 8. cap. 20. & 28. Nota quoque apud Zonaram & Balſamonem ad Canonem Laodicenum 11. mulieres *πρεσβύτιδας & προκαθημένας, ἐξαρχούσας τῶν εἰσερχομένων εἰς τὴν ἐκκλησίαν γυναικῶν, καὶ ῥυθμιζούσας αὐτὰς περὶ εὐταξίας, καὶ ὅπως καὶ ὅπου χρὴ ταύτας ἵστασθαι, παιδευούσας αὐτάς.* Denique legito ſi lubet, in Jure Græco-Romano lib. 5. pag. 381. ſeu Reſponſione Theodori Balſamonis ad Interrogationem 35. Marci Alexandrini, de Diaconiſſis Conſtantinopolitanis, *ἐκκλησιάζουσαι τῷ ναῷ, καὶ τὴν γυναικωνῖτιν ἐκκλησιαστικῶς διορθοῦσαι.* Ibid.

40. *Δίκην ναυστολόγων.*] Erant ναυστολόγοι ſeu ναυτολόγοι, qui in prora conſtituti, tum navem intrantes recipiebant, tum verò cum navigaturis de futuro itinere colloquebantur, de naulo paciſcebantur. Heſychio enim Grammaticorum facilè principi ναυστολεῖν & ναυτολογεῖν. ναυστολογούμενος (ita legendum) & ναυτολογοῦμενος ναυστολῶν & ναύλων, idem ſunt. Quocirca Nauſtologos referunt partim Janitores, ratione videlicet primi Nautologorum officii; partim Catechiſtæ, ratione poſterioris. Quam ſecundam comparationem videre eſt inferiùs Epiſtolâ dictâ Clementis ad Jacobum cap. 14. & 15. In MS. Regio 2392. hæc nactus ſum. *Ἐκ τῶν Ἀλληγοριῶν. Ὅτι ἔοικεν ἡ ἐκκλησία νηΐ. ὁ μὲν κυβερνήτης ἐστὶν ὁ Χριστός· ὁ δὲ πρωρεύς, ὁ ἐπίσκοπος· οἱ ναῦται, οἱ πρεσβύτεροι· οἱ τοίχαρχοι, οἱ διάκονοι· οἱ ναυστολόγοι, οἱ τῶν ἀναγνωστῶν καὶ κατηχουμένων ταγματάρχαι.* Ibid.

41. *Καὶ γὰρ ἐν τῇ σκηνῇ τοῦ μαρτυρίου.*] Et lib. 8. cap. 20. De Janitoribus in veteri Populo, præter ſacras Scripturas, agunt Philo libro de Sacerdotum honoribus, & Joſephus, præcipuè lib. 2. contra Apionem. Ibid.

42. *Τὰ δὲ παιδία ἑστῶτα προσλαμβανέσθωσαν αὐτῶν οἱ πατέρες καὶ μητέρες.*] Eleganter ac piè, in Homilia 6. contra Anomœos ſub finem, Tomo 1. B. Chryſoſtomus; *κεφαλὴ τῆς γυναικός ἐστιν ὁ ἀνήρ· σῶμα δέ ἐστιν ἡ γυνὴ τοῦ ἀνδρός· καὶ τούτου χάριν ἡ κεφαλὴ χωρὶς τοῦ σώματος ἀπηρτίσθη τῶν ἄλλων ἐπάνω τῶν μελῶν, ὥστε τὸ σῶμα χωρὶς τῆς κεφαλῆς φαίνεσθαι· ἀλλ' ὁλόκληρος συνήχθη οὕτως ὁ ἄνθρωπος. ἐχέτω καὶ τὰ παιδία μεθ' ἑαυτῶν. οὐ γὰρ ἀρκεῖ σπουδάζειν ἰδίᾳ, ἀλλὰ τὸ ῥίζαν αὐτοῖς καταβάλλειν ἐχρῆν ἀκριβοῦς* [illegible]

ſcentulæ ſeparatim maneant, ſi locus fuerit, ſin ſecùs, ponè mulieres ſtatuantur: quæ jam nupſerunt, & liberos quibus imperent habent, privatim etiam locentur; at virgines, & viduæ, & anus, primæ omnium ſtent, aut ſedeant. Diaconus autem locis provideat, ut ingredientium quiſque, locum ſuum petat, & nemo in Introitu reſideat. Similiter Diaconus inſpiciat populum, ut nemo ſuſurret, aut dormitet, aut rideat, aut nutus faciat. Oportet enim in Eccleſia ſapienter, ſobriè, ac vigilanter ſtare, auribus ad verbum Domini intentis. Deinde cuncti pariter conſurgentes, & in Orientem contemplantes, egreſſis Catechumenis &
Pſ. 67. 34. pœnitentibus, orent Deum, *qui aſcendit ſuper cœlum cœli, ad Orientem*, ac recordantes antiquam poſſeſſionem Paradiſi, ad Orientem ſiti; unde primus homo, Dei mandato neglecto, perſuaſus conſilio ſerpentis, ejectus fuit. Atque Diaconi poſt orationem, alii quidem oblationi Euchariſtiæ vacent, corpori Domini cum timore miniſtrantes; alii turbam circumſpectent, eique ſilentia faciant. Qui autem Pontifici aſſiſtit Diaconus, plebi dicat; Ne quis contra aliquem: Ne quis in hypocriſi. His tranſactis, mutuò ſe ſalutent viri, mutuò ſe mulieres,

ἐὰν ᾖ τόπος, εἰ δὲ μήγε, ὄπισθεν τῶν γυναικῶν ἱστάσθωσαν· αἱ δὲ ἤδη γεγαμηκυῖαι, καὶ * τεκνοτροφοῦσαι, ἰδίᾳ ἱστάσθωσαν· αἱ παρθένοι δὲ καὶ αἱ χῆραι καὶ πρεσβύτιδες, πρῶται πασῶν στηκέτωσαν, ἢ καθεζέσθωσαν. ἔστω δὲ τῶν τόπων προνοῶν ὁ διάκονος, ἵν' ἕκαστος τῶν εἰσερχομένων εἰς τὸν ἴδιον τόπον ὁρμᾷ, καὶ μὴ παρὰ τὸ ἰντρεσῖτον καθέζηται. ὁμοίως 43 ὁ διάκονος ἐπισκοπείτω τὸν λαόν, ὅπως μή τις ψιθυρίσῃ, ἢ νυστάξῃ, ἢ γελάσῃ, ἢ νεύσῃ. χρὴ γὰρ ἐν ἐκκλησίᾳ ἐπιστημόνως, καὶ νηφαλέως, καὶ ἐγρηγορότως ἑστάναι, ἐκτεταμένην ἔχοντα τὴν ἀκοὴν ἐπὶ τὸν τοῦ κυρίου λόγον. καὶ μετὰ τοῦτο συμφώνως ἅπαντες ἐξαναστάντες, καὶ 44 ἐπ' ἀνατολὰς κατανοήσαντες, μετὰ τὴν τῶν κατηχουμένων καὶ τὴν τῶν μετανοούντων ἔξοδον, προσευξάσθωσαν τῷ Θεῷ, τῷ ἐπιβεβηκότι ἐπὶ τὸν οὐρανὸν τοῦ οὐρανοῦ, κατὰ ἀνατολάς, ὑπομιμνησκόμενοι καὶ τῆς ἀρχαίας νομῆς τοῦ κατὰ ἀνατολὰς παραδείσου, ὅθεν ὁ πρῶτος ἄνθρωπος ἀθετήσας τὴν ἐντολήν, ὄφεως συμβουλίᾳ πεισθείς, ἀπεβλήθη. οἱ δὲ διάκονοι μετὰ τὴν προσευχήν, οἱ μὲν τῇ προσφορᾷ τῆς εὐχαριστίας σχολαζέτωσαν, ὑπηρετούμενοι τῷ τοῦ κυρίου σώματι μετὰ φόβου, οἱ δὲ τοὺς ὄχλους διασκοπείτωσαν, καὶ ἡσυχίαν αὐτοῖς ἐμποιείτωσαν. λεγέτω δὲ ὁ παρεστὼς τῷ ἀρχιερεῖ διάκονος τῷ λαῷ· μή τις κατά τινος· μή τις ἐν ὑποκρίσει· εἶτα καὶ 45 ἀσπαζέσθωσαν ἀλλήλους οἱ ἄνδρες, καὶ ἀλλήλας αἱ γυναῖκες,

* al. τέκνα ἔχουσαι

παιδὸς μᾶλλον ἄνθρωπον τερπνὸν ἰδεῖν. καὶ ἐλαίας εὐθαλοῦς ἡδύτερον, ὅταν τὰς ῥίζας αὐτοῦ τὰ παιδία, ὥσπερ νεόφυτα, ἔχῃ ἑστῶτα πλησίον αὐτοῦ. Id eſt; *Caput mulieris vir eſt: mulier adjutrix eſt viri. Ne igitur, aut caput abſque corpore ſuſtineat ad hæc ſancta limina advenire, aut corpus abſque capite compareat: ſed integer huc ingrediatur homo. Habentes & liberos vobiſcum. Nam ſi*
Pſ. 127. 3. *jucundum eſt videre arborem, quæ habet ſurculum ex ipſa radice exſurgentem; multo magis jucundum eſt, omnique oleâ jucundius, videre hominem, qui puerum, à ſe, velut à radice ipſa inſtar ſurculi productum, propè ſtantem habeat.* Ibid.

43. Ὁ διάκονος ἐπισκοπείτω τὸν λαόν, &c.] Ex hac Conſtitutione, & ſimili lib. 8. cap. 11. intelligitur quare B. Chryſoſtomus Homiliâ 24. in Acta Apoſtolorum non multo ante finem, admoneat ut qui viderit aliquem ſeſe in Eccleſia immodeſtè gerentem, appellet Diaconum. κάθηνται πάντες νέοι [illegible] καὶ γέροντες· [illegible] μᾶλλον ἢ νέοι· γελῶντες, ἀνακαγχάζοντες, διαλεγόμενοι [illegible] ... &c. Hoc eſt, quemadmodum vertendum arbitror; *Jacent omnes inepti ſenes ac juvenes, purgamenta magis quam juvenes; ridentes, cachinnantes, colloquentes, atque (id etenim quoque fieri audivi) mutuum ſe inter geniculandum inceſſentes ſcommatis. Tu aſſiſtis, juvenis, aut ſenex. increpa ſi videris, argue acriter. Si non fert, voca Diaconum, comminare, quæ in te ſunt facta.* Scilicet inter innumera Diaconorum munia unum erat, reverentiam in templis Dei procurare. Quæ tanta ſervabatur apud multos populos, ut referente eodem aureo Patre Homil. 36. in I. ad Corinthios, non liceret amicum, etſi à longo tempore non viſum, & juxtà conſiſtentem, ſalutare in Eccleſia. Alibi tamen, quemadmodum nunc, profanabantur delubra garrulitate, tumultu, nutibus, geſtibus, riſu, oſcitatione, curſitatione, omnique inverecundia & nequitia. Tolle obiter leve mendum è Synodo Pariſienſi 6. lib. 1. cap. 12. ac lege in loco Origenis Homiliâ 12. in Exodum ibi citato; *Alii ne hoc ipſum quidem patienter exſpectant, quoad Lectiones in Eccleſia recitentur.* Nam vulgata ſcriptura quod pro quoad refellitur ex Origenis libris, qui *uſqueque* exhibent. Ibid.

44. Ἐπ' ἀνατολὰς κατανοήσαντες.] Ad Orientem, ſeu ad ſurgentem ſolem converſo vultu orare ſolebant Ethnicorum multi; necnon veteres Chriſtiani. Ut de prioribus fidem faciunt plurima teſtimonia, poſſimùm Clementis Alexandrini Strom. 7. p. 724. Ed. Pariſ. Tertulliani Apologetici cap. 16. Vitruvii lib. 4. cap. 5. & Virgilii Æneid. 12. verſ. 172. ubi conſulendus Servius: atque de poſterioribus teſtantur innumeri & antiquiſſimi Scriptores. Quos inter, rationes ritûs à Conſtitutione productas, aliaſque multas afferunt Clemens Alexandrinus citatus, Baſilius de Spiritu ſancto cap. 27. Chryſoſtomus à me editus ad Danielis VI. 10. Pſeudo-Juſtinus Quæſt. 118. ad Orthodoxos, Pſeudo-Origenes ad Jobi l. 3. ementitus ſimiliter Athanaſius Quæſtione 37. earum quæ ad Antiochum inſcribuntur. Germanus Conſtantinopolitanus in Theoria Myſtica poſt initium, Johannes Damaſcenus Orthodoxæ fidei lib. 4. cap. 13. Gregentius Diſputationis cum Judæo fol. 61. & Auctor libri de divinis Officiis apud Alcuinum, cap. 39. Initio Regii MS. 394. [illegible] ... κατὰ ἀνατολάς. [illegible] Contrà ad Occaſum lumina inter precandum flectebant, cùm Judæi Ezech. VIII. 16. & apud Anaſtaſium Quæſtione 44. ac Gregentium; tum Gentiles multi, referente Porphyrio in Opere de antro Nympharum. At verſus Meridiem, nonnulli Idololatræ, ex Luciani Peregrino; Judæi, ex Quæſtionibus ad Antiochum; & Mohametani, ex Euthymio Zigabeno Panopliæ Parte 2. titulo 24. Quemadmodùm verſus Septentrionem, aliquando Manichæi, in S. Auguſtino lib. de Hæreſibus. Fuerunt & alii ſupplicandi Deo aut Diis modi. Nam Judæi & Oſſeni oppoſitum ori habere volebant templum atque oppidum Hieroſolymitanum, III. Reg. VIII. 48. II. Paralip. VI. 34. &c. Dan. VI. 10. Euſebius Hiſt. Eccl. III. 6. Epiphanius Hæreſi 19. cap. 3. Hieronymus ad Ezech. VIII. 16. & Dan. VI. 10. Theodoritus ad eumdem quarti majoris Prophetæ textum. Samaritæ Garizimum montem: quod docemur à S. Epiphanio, tam in Panario, ubi de eorum Secta, quàm apud Anaſtaſium Antiochenum Quæſt. 45. Qui ultimus locus legi ſic debet, partim è MSS. codicibus, partim ex Interprete: ὅπου δ' ἂν ὦσι, ἐκεῖ τὸ ὄρος ἔχοντες, οἱ ἀπὸ ἀνατολῆς πρὸς δυσμὰς ἀποστρεφόμενοι, καὶ οἱ ἀπὸ δυσμῶν πρὸς ἀνατολάς· καὶ οἱ ἀπὸ βορρᾶ πρὸς τὴν μεσημβρίαν, καὶ οἱ ἀπὸ μεσημβρίας πρὸς τὸ ἀρκτῷον τῷ ὄρει προσέχοντες εὔχονται. *Ubicumque verò fuerint* Samaritæ, *verſus montem* Garizimum *orant; qui ſunt ab Oriente vertentes ſe ad Occidentem, & qui ab Occidente ad Orientem: item qui ſunt ab Aquilone, ad Meridiem, quique à Meridie, ad Septentrionem, in montem intenti precantur.* Præterea Brachmanos orantes, non Orientalem partem, unde oritur ſol aſpexiſſe, ſed cœlum potius intuitos ſcribit Auctor libri de moribus illorum, Tom. 5. B. Ambroſii. Et de περιστροφῇ circumactu adorantium, cærimoniâ per Numam Pompilium inductâ, legendus eſt Plutarchus Tom. 1. p. 69. Sicuti de converſione in Ortum mane, in Auſtrum meridie, in Occaſum veſperi, dum orant, conſuli poteſt Mercurius cap. ult. Aſclepii. Denique conſuetudo Manichæorum, in precibus ſuis vertentium ſeſe ad locum in quo ſol & luna apparerent, notatur à S. Auguſtino in loco citato, & in Diſputat. contra Fortunatum non procul ab initio. & lib. 14. contra Fauſtum cap. 11. Qui ritus in ἀναθέμασι Manichæi Edentur infrà ad Recognit. IV. 27.
mi Anathematiſmis hoc modo exprimitur: ἀναθεματίζω τοὺς μὴ πρὸς ἀνατολὰς μόνον, [illegible] ... προσκυνεῖν. Verùm ut à diverticulo redeamus ad viam, mos inflectendi corpus verſùs naſcentem Solem non placuit S. Leoni Serm. 7. de Chriſti nativitate cap. 4. Adeò in hujuſmodi rebus judicium uniuſcujuſque cæteris non facit præjudicium. Videatur Volfridus Strabo cap. 4. libri de exordiis & incrementis rerum Eccleſiaſticarum. Ibid.

45. Ἀσπαζέσθωσαν ἀλλήλους] Et lib. 8. cap. 11. Amalarius Diaconus lib. 3. de Eccleſiaſticis Officiis cap. 32. *Interrogatus ſum ab aliquibus, quare non invicem porrigant ſibi oſcula viri & feminæ in Officio Miſſæ. Quibus quamvis tunc non reſponderim, reſpondendum nunc fore arbitror. Carnales amplexus,* ſivi-

λας. [46] τὸ ἐν Κυρίῳ φίλημα· ἀλλὰ μή τις δολίως, ὡς Ἰούδας τὸν Κύριον φιλήματι παρέδωκε. Καὶ μετὰ τοῦτο προσευχέσθω ὁ διάκονος ὑπὲρ τῆς ἐκκλησίας ἁπάσης, καὶ παντὸς τοῦ κόσμου, καὶ τῶν ἐν αὐτῷ μερῶν, καὶ ἐκφορίων, ὑπὲρ τῶν ἱερέων, καὶ τῶν ἀρχόντων, ὑπὲρ τοῦ ἀρχιερέως, καὶ τοῦ βασιλέως, καὶ τῆς καθόλου εἰρήνης. Καὶ μετὰ τοῦτο [47] ὁ ἀρχιερεὺς ἐπευχόμενος τῷ λαῷ εἰρήνην, εὐλογείτω τοῦτον· ὡς καὶ Μωσῆς ἐνετείλατο ἱερεῦσιν εὐλογεῖν τὸν λαὸν τούτοις τοῖς ῥήμασιν· Εὐλογήσαι σε Κύριος, καὶ φυλάξαι σε· ἐπιφάναι Κύριος τὸ πρόσωπον αὐτοῦ ἐπί σε, καὶ δώη σοι εἰρήνην. Ἐπευχέσθω οὖν καὶ ὁ ἐπίσκοπος, καὶ λεγέτω· Σῶσον τὸν λαόν σου Κύριε, καὶ εὐλόγησον τὴν κληρονομίαν σου· ἣν ἐκτήσω, καὶ περιεποιήσω τῷ τιμίῳ αἵματι τοῦ Χριστοῦ σου, καὶ ἐκάλεσας βασίλειον ἱεράτευμα, καὶ ἔθνος ἅγιον. Μετὰ δὲ ταῦτα γινέσθω ἡ θυσία, ἑστῶτος παντὸς τοῦ λαοῦ, καὶ προσευχομένου ἡσύχως· καὶ ὅταν ἀνενεχθῇ, μεταλαμβανέτω ἑκάστη τάξις καθ' ἑαυτὴν τοῦ κυριακοῦ σώματος καὶ τοῦ τιμίου αἵματος, ἐν τάξει, μετὰ αἰδοῦς καὶ εὐλαβείας, ὡς βασιλέως προσερχόμενοι σώματι· καὶ αἱ γυναῖκες κατακεκαλυμμέναι τὴν κεφαλὴν ὡς ἁρμόζει γυναικῶν τάξει προσερχέσθωσαν. Φυλαττέσθωσαν δὲ αἱ θύραι, μή τις ἄπιστος εἰσέλθῃ, ἢ ἀμύητος.

osculo in Domino; nemo tamen dolosè id agat, quemadmodum Judas Dominum osculo tradidit. Et post hoc precetur Diaconus pro universa Eccleſia, pro toto mundo, & ejus partibus, & frugibus terræ, pro ſacerdotibus, & principibus, pro pontifice, ac rege, pro pace universali. Deinde Epiſcopus, populo pacem precatus, benedicat ei; ſicut & Moſes ſacerdotibus præcepit, ut populo his verbis benedicerent; *Benedicat tibi Dominus, & cuſtodiat te; oſtendat Dominus faciem ſuam ſuper te, & det tibi pacem.* Num. 6. 24. Precetur ergo Epiſcopus, & dicat; *Salvum fac populum tuum, Domine; & benedic hæreditati tuæ; quam acquiſiviſti ac poſſediſti pretioſo ſanguine Chriſti tui, & appellaſti regale ſacerdotium, ac gentem ſanctam.* Pſ. 27. 8. Act. 20. 28. 1 Pet. 1. 19. & 2. 9. Poſt illa ſacrificium fiat, ſtante omni populo, & tacitè precante: cúmque oblatum fuerit, unuſquiſque ordo ſeorſum, Dominicum corpus, ac precioſum ſanguinem ſumat, accedentes ordinatè, ac cum reverentia & timore, utpote ad corpus regis: mulieres etiam, velato capite, uti feminarum ordinem decet, accedant. Portæ autem cuſtodiantur, ne quis infidelis, aut nondum Baptiſmo initiatus ingrediatur.

CA-

---

quibus junguntur ſæpiſſimè viri & feminæ, vitandi ſunt in Eccleſiæ conventu. Ac ideo ſequeſtrantur viri & feminæ in Eccleſia, non ſolùm ab oſculo carnali, ſed etiam ſitu locali. Ab his perſonis dantur oſcula mutua in Eccleſia, quæ nullam titillationem libidinoſæ ſuggeſtionis coguntur excitare. Quæ poſtrema periodus legitur cap. 39. libri de Officiis divinis, Alcuino tributi. Atque hujus moris veſtigia inhærent Opuſculo ad virginem lapſam, apud Ambroſium, & apud Hieronymum. *Nonne*, inquit, *vel illum locum tabulis ſeparatum, in quo in Eccleſia ſtabas, recordari debuiſti: ad quem religioſæ & nobiles matronæ certatim currebant, tua oſcula petentes, quaſi ſanctioris, quaſi dignioris?* aut ut Codex Regius 31. *quæ ſanctiores & meliores fuerant?* Contrariam conſuetudinem (ut in diſciplina variatum eſt) innuit Tertullianus lib. 2. ad uxorem cap. 4. his verbis: *Quis autem* Gentilis *ſinat conjugem ſuam viſitandorum fratrum gratiâ vicatim aliena, & quidem pauperiora quæque tuguria circuire?* &c. *Quis verò alicui fratrum ad oſculum convenire?* Item Severus Dialogo 2. cap. 7. ubi de B. Martino, & reginâ Maximi Imperatoris uxore quæ Martino in convivio miniſtraverat; *Præclarè*, inquit *Poſthumianus, noſtros iſtos, ut Martini non egrediantur exemplum, tua conſtringit oratio: ſed profiteor tibi, quia hæc ſurdis auribus audientur. Nam ſi Martini ſequerentur vias, nunquam cauſſas de oſculo diceremus, & univerſis ſævæ opinionis opprobriis careremus.* ἀγάπη δὲ, verba ſunt Clementis Alexandrini Pædag. III. 11. paullò ante finem, οὐκ ἐν φιλήματι, ἀλλ' ἐν εὐνοίᾳ κρίνεται. οἱ δὲ οὐδὲν ἀλλ' ἢ φιλήμασι καταψοφοῦσι τὰς ἐκκλησίας, τὸ φιλοῦν ἔνδον οὐκ ἔχοντες αὐτό. καὶ γὰρ δὴ καὶ τοῦτο ἐμπέπληκεν ὑπονοίας αἰσχρᾶς καὶ βλασφημίας, τὸ ἀναιδῶς χρῆσθαι τῷ φιλήματι, ὅπερ ἐχρῆν εἶναι μυστικόν. *Dilectio autem non in oſculo cenſetur, ſed in benevolentia. Illi autem nihil aliud oſculo quam Eccleſias conturbant, cum ipſam intus non habeant amicitiam. Etenim hoc atque turpem incuſſit opinionem, & maledictionem, quod impudenter oſculo utuntur, quod eſſe oportebat myſticum.* Hæc de oſculo pacis & dilectionis, inter Miſſarum ſollemnia dari ſolito. Præter quod, aliud, nempe recens baptizatis datum, obſervâſſe mihi videor in hoc S. Cypriani loco Epiſt. 59. *Nam & quod veſtigium infantis in primis partus ſui diebus conſtituti, mundum non eſſe dixiſti, quod unuſquiſque noſtrûm adhuc horreat exoſculari, nec hoc putamus ad cœleſtem gratiam dandam impedimento eſſe oportere. Scriptum eſt enim; Omnia munda ſunt mundis.* Tit. 1. 15. *Nec aliquis noſtrûm id debet horrere, quod Deus dignatus eſt facere. Nam etſi adhuc infans a partu novus eſt, non ita eſt tamen, ut quiſquam illum in gratia danda atque in pace facienda horrere debeat oſculari, quando in oſculo infantis unuſquiſque noſtrûm pro ſua religione ipſas adhuc recentes Dei manus debeat cogitare, quas in homine modò formato & recens nato quodammodo exoſculamur, quando id quod Deus fecit*

amplectimur. Et in iſto B. Chryſoſtomi ad finem Sermonis de utilitate lectionis Scripturarum, Tom. 5. εἰδωλολάτρης ἦλθε, εἰδωλολάτρης δὲ ὢν ἀνελήφθη, ἀλλ' ἀνελήφθη. καὶ φιλοῦμεν, καὶ περιπλεκόμεθα τὸν ἀδελφόν. τὸ οἰκεῖον μέλος ἐπιγνωρίζοντες, καὶ ὥσπερ ἐκ μακρᾶς ἀποδημίας ἀπολαβόντες ὑποδεχόμεθα. ἐπειδὴ γὰρ πρὸ τοῦ φωτισμοῦ ἐχθρὸς ἦν, μετὰ δὲ τὸ φωτισμὸν γέγονε φίλος τοῦ κοινοῦ πάντων ἡμῶν δεσπότου, διὰ τοῦτο πάντες συνηδόμεθα, διὰ τοῦτο καὶ τὸ φίλημα εἰρήνη καλεῖται, ἵνα μάθωμεν ὅτι πόλεμον κατέλυσεν ὁ Θεὸς, καὶ πρὸς τὴν οἰκείαν ἐπανήγαγε φιλίαν. *Nuſquam lamenta, nuſquam lacrymæ hic; ſed ſalutationes, & oſcula, & amplexus fratrum qui ſuum membrum agnoſcunt, & tamquam ex longinqua reverſum peregrinatione recipiunt. Nam quoniam ante Baptiſmum inimicus erat, poſt Baptiſmum autem amicus eſt factus omnium noſtrûm communis Domini, propterea gratulamur omnes; ideirco etiam oſculum pax vocatur, ut diſcamus quod Deus bello finem impoſuerit, quodque ad ſuam reduxerit amicitiam.* Quia autem in hac Nota, & alibi allego librum ad Virginem lapſam, quem viri docti abjudicant quidem Ambroſio, Hieronymo, Auguſtino, ſed nemini adjudicant; cujus parentis fœtum illum eſſe autumem, aperiam. Puto eſſe Nicetæ; adductus in eam opinionem auctoritate Gennadii, illiuſque deſcriptorum Honorii Auguſtodunenſis & Trithemii. Ait in Catalogo Scriptorum Eccleſiaſticorum cap. 22. Gennadius; *Niceas Romatianæ civitatis Epiſcopus edidit ad lapſam Virginem libellum, pæne omnibus labentibus emendationis incentivum.* COT.

46. *Τὸ ἐν κυρίῳ φίλημα.*] Oſculum in Domino, ſive oſculum ſanctum interpretantur ſancti Patres, oſculum verum, ſincerum, ſine dolo, nequaquam ſimulatum, ex corde non ex ore tantummodo, abſimile oſculo Judæ, & columbinum, ſcilicet ob columbarum ſimplicitatem. Quod poſtremum Epithetum uſurpat Auctor libri de Officiis divinis (inter Alcuini Opera) cap. 40. Prætereaque oſculum caſtum, religioſum, non impudicum, ſpiritale, non carnale, [illegible], atque, ut ab Haymone ad Roman. XVI. 16. dicitur, nullatenus columbinum, nempe propter ſalacitatem columbæ. Ibid Clem. Alex.

47. *Ὁ ἀρχιερεὺς ἐπευχόμενος τῷ λαῷ εἰρήνην, εὐλογείτω τοῦτον.*] Inter varias Pacis prædicationes, ac populi benedictiones, hujus ante Sacrificium peragi ſolitæ meminit præter Liturgiographos, Rituumque Eccleſiaſticorum Collectores atque Explanatores, S. Chryſoſtomus Sermone 1. de ſancta Pentecoſte, 36. Tom. 5. & Homiliâ 3. in Epiſtolam ad Coloſſenſes. Præclarè ſub finem Commentar. in Epiſt. ad Rom. apud Hieronymum; *Ideo in Eccleſia pax primò annunciatur; ut oſtendat ſe cum omnibus eſſe pacificum, qui corpori communicaturus eſt Chriſti.* Ibid.

CAPUT LVIII.

De hominibus commendatis, peregrinis ſcilicet, Laicis, Clericis, aut Epiſcopis; & quòd ſine differentia ſint recipiendi qui Eccleſiam ingrediuntur.

QUòd ſi frater aut ſoror ex alia Parœcia advenerit, qui commendaticias afferant; Diaconus quæ ad eos ſpectant probet, inquirens, an fideles ſint, an Eccleſiæ filii, an à nulla Hæreſi contaminati: & rurſum an illa, nupta vel vidua ſit: atque ita, cognito eorum ſtatu, quòd verè credant, & in Domini religione cum Eccleſia concordent, deducat ſingulos ad congruum eis locum. Si autem Presbyter ex Parœcia advenerit, excipiatur à Presbyteris in communitatem: & ſi Diaconus, à Diaconis: ſi verò Epiſcopus, cum Epiſcopo ſedeat, à quo parem honorem obtinebit; rogabiſque eum, ô Epiſcope, ut populum alloquatur in ſermone doctrinæ: peregrinorum enim cohortatio & admonitio, acceptiſſima & utiliſſima
Luc. 4. 24. Joh. 4. 44. eſt: *Nullus* quippe *Propheta*, ait Dominus, *acceptus eſt in ſua patria.* Permittes etiam arbitrio illius, ut offerat Euchariſtiam: quam ſi, tamquam ſapiens, propter reverentiam, & honorem tibi habitum, offerre noluerit; coges ut ſaltem populo benedicat. Quòd ſi cùm ſedetur, vir quiſpiam
I. Jacob. 2. superveniat honeſtus, & in ſæculo clarus, ſive al-

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ νη'.

Περὶ συστατικῶν, ἤτοι ξένων, λαϊκῶν, κληρικῶν, ἐπισκόπων· καὶ ὡς οὐ χρεὼν διαφορεῖν.

Εἰ δέ τις ἀπὸ παροικίας ἀδελφὸς ἢ ἀδελφὴ ἐπέλθῃ, [48] σύστασιν ἐπικομιζόμενοι, διάκονος ἐπικρινέτω τὰ καθ' αὐτούς, ἀνακρίνων εἰ πιστοί, εἰ ἐκκλησιαστικοί, εἰ μὴ ἀπὸ αἱρέσεώς εἰσι μεμολυσμένοι· καὶ πάλιν εἰ ὕπανδρος, ἢ χήρα· καὶ οὕτω γνοὺς τὰ καθ' αὐτούς, ὡς εἰσὶν ἀληθῶς πιστοὶ καὶ ὁμογνώμονες ἐν τοῖς κυριακοῖς, ἀπαγέτω ἕκαστον εἰς τὸν προσήκοντα αὐτῷ τόπον. [49] εἰ δὲ καὶ πρεσβύτερος ἀπὸ παροικίας ἐπέλθοι, προσδεχέσθω ὑπὸ τῶν πρεσβυτέρων * κοινωνικῶς· εἰ δὲ διάκονος, ὑπὸ τῶν διακόνων· εἰ δὲ ἐπίσκοπος, σὺν τῷ ἐπισκόπῳ καθεζέσθω, τῆς αὐτῆς ἀξιούμενος ὑπ' αὐτοῦ τιμῆς· καὶ ἐρωτήσεις αὐτόν, ὦ ἐπίσκοπε, προσλαλῆσαι τῷ λαῷ λόγους διδακτικούς· ἡ γὰρ τῶν ξένων παράκλησις καὶ νουθεσία εὐπρόσδεκτος καὶ ὠφελιμωτάτη σφόδρα· Οὐδεὶς γὰρ προφήτης, φησί, δεκτὸς ἐν τῇ ἰδίᾳ πατρίδι. Ἐπιτρέψεις δὲ αὐτῷ καὶ τὴν εὐχαριστίαν ἀνενεγκεῖν· ἐὰν δὲ δι' εὐλάβειαν, ὡς σοφός, τὴν τιμήν σοι τηρῶν, μὴ θελήσῃ ἀνενέγκαι, κἂν εἰς τὸν λαὸν εὐλογίαν αὐτὸν ποιήσασθαι καταναγκάσεις. εἰ δὲ [50] ἐν τῷ καθέζεσθαι, ἕτερός τις ἐπέλθοι εὐσχήμων καὶ ἔνδοξος ἐν τῷ βίῳ, ἢ ξένος,

* al. κοινωνικοῦ.

48. *Σύστασιν ἐπικομιζόμενοι.*] Quia mos Eccleſiaſticas dandi literas commendaticias, cæteraſque Canonicas ſeu Regulares, ac Formatas, à multis & luculenter fuit explicatus; ne actum agendo, nihil egiſſe videar; contentus ero ſubjunxiſſe nonnullas quorumdam locorum citari ſolitorum correctiones, quas arbitror fuiſſe prætermiſſas, nequaquam tamen prætermittendas judico. Quatuor autem erunt: prima in Johanne Zonara, 2. in Theodoro Balſamone, 3. in Conſtantino Harmenopulo, poſtrema in Nicephoro Calliſti. Etenim apud Zonaram legitur in Interpretatione ad 12. Canonem Apoſtolorum; *συστατικαὶ ἐπιστολαί εἰσιν, αἱ διδόμεναι κληρικοῖς ἢ λαϊκοῖς ἀποδημοῦσιν, ἢ ἀναχωροῦσιν, ἐν ἑτέρᾳ πόλει αἰτοῦσι, καὶ συνιστῶσαι τοὺς ἐν αὐταῖς ἐπιζητουμένους αὐτούς. ὡς λυθείσης τῆς ὑποψίας. ἢ τρεῖς ἄλλως.* Cùm ex ſenſu, ex MS. Regio 277. & ex Canone 13. Synodi Chalcedonenſis reponi debeat, *ἢ ἀγνοοῦνται.* Canon ita habet, in Zonara & Balſamone; *ξένους κληρικοὺς καὶ ἀγνώστους. ἐν ἑτέρᾳ πόλει δίχα συστατικῶν γραμμάτων τοῦ ἰδίου ἐπισκόπου μηδὲ ὅλως μηδαμοῦ λειτουργεῖν.* Præterea libri Balſamonis editi, inverſo ordine collocant Canones Laodicenos 41. 42. uti oſtendunt cùm duo Regii ſcripti, tum utriuſque Canonis Interpretationes, quarum prior competit Canoni qui illic poſtponitur, poſterior verò Canoni qui primas tenet. Itaque locorum commutatio fieri debet, & Canon iſte *ὅτι οὐ δεῖ ἱερατικὸν ἢ κληρικὸν, ἄνευ κελεύσεως ἐπισκόπου ὁδεύειν*, quadrageſimus primus habeat, hic verò *ὅτι οὐ δεῖ ἱερατικὸν ἢ κληρικὸν, ἄνευ κανονικῶν γραμμάτων ὁδεύειν*, quadrageſimus ſecundus. Scio dicta Decreta aliter ordinari ſolere. Verum Balſamonis ordo ſervatur in Verſione Gentiani Herveti, in MS. Codice viri clariſſimi, nec umquam ſatis ob propenſam erga litteratos voluntatem laudati Claudii Joli Canonici Pariſienſis, & in Zonara Bibliothecæ Regiæ Codd. 277. 566. favente ejuſdem Zonaræ Interpretatione, innuiturque his verbis Matthæi Blaſtaris, *ἀλλ' οὐδὲ ὁ μα'. τῶν ἐν Λαοδικείᾳ, ὅτι δὲ καὶ ὁ μβ'. κληρικὸν ἢ ἱερατικὸν ὅλως ὁδεύειν οὐκ ἐᾷ ἄλλως, δίχα κελεύσεως τοῦ ἰδίου ἐπισκόπου, ἢ κανονικῶν τούτου γραμμάτων.* Ad hæc aut falſus eſt Harmenopulus, aut verba illius mutila legimus, aut ſcripſit in Epitome Canonum, ſect. 2. tit. 3.

ὁ λγ'. τῶν ἀποστόλων, ὁ ιγ'. τῆς δ'.
καὶ ὁ ζ'. τῆς ἐν Ἀντιοχείᾳ.

Ξένος ἱερεὺς ἄνευ συστατικῶν, vel *μετὰ συστατικῶν*, *ἀνακρινέσθω, καὶ εἰ ὀρθόδοξος, προσδεχέσθω, εἰ δ' οὐ, ἀποπεμπέσθω, τὰ πρὸς χρείαν λαβών.* Res eſt, non conjectura. Denique ſuppleo Nicephorum Hiſt. Eccleſ. lib. 12. cap. 30. unde excidit ſyllaba *αὐ*: & reſcribo, *γραμμάτων δίχα, ἃ πρὸς αὐτοὺς* (vulgò *τοὺς*) *ὁμοδόξους δηλοῖ.* *Abſque litteris, quæ illos ejuſdem ſecum opinionis eſſe declarant.* Fundus ſupplementi, archetypa verba Sozomeni lib. 7. cap. 27. *δίχα γραμμάτων ἀφικνουμένους, ἃ πρὸς σφᾶς αὐτοὺς ὁμοδόξους δηλοῖ.* COT.

49. *Εἰ δὲ καὶ πρεσβύτερος* &c.] Enarrantur frequenter in Operibus Eccleſiaſticis quæ ad Epiſcopos cæteroſque Clericos peregrinos ſpectant; honor illis haberi ſolitus; jura Synthroni, Sacrificii, Concionis, & Benedictionis delata; uſuſque in hujuſmodi rebus & abuſus. Sed præcipuè cum Conſtitutione conferri debent loca Irenæi, apud Euſebium Hiſt. lib. 5. cap. 24. Cypriani Epiſt. 28. & 32. Athanaſii Homiliâ de ſemente, Edit. Pariſ. T. 1. p. 1064. Baſilii Epiſt. 72. 81. 85. Chryſoſtomi in fine Epiſtolæ 125. Hieronymi Epiſt. 61. cap. 4. Syneſii ſub finem Epiſtolæ 67. Socratis Eccl. Hiſt. lib. 6. cap. 14. Georgiique Alexandrini in vita Chryſoſtomi num. 43. & Scriptoris Anonymi ejuſdem vitæ num. 91. denique Gennadii de viris illuſtribus cap. 21. & penult. Notetur inſuper quod in Geſtis Collationis Carthaginenſis cum Donatiſtis dicitur Cognitione 1. num. 16. *Poterit unuſquiſque noſtrum honoris ſibi ſocio copulato, viciſſim ſedere eminentius, ſicut peregrino Epiſcopo juxta conſidente collegâ.* Quibus omnibus adjungi poſſunt Canones, Arelatenſis 19. *De Epiſcopis peregrinis qui in urbem ſolent venire, placuit eis locum dari ut offerant.* In Capitularibus lib. 6. cap. 240. *Ut peregrino Epiſcopo locus ſacrificandi detur, atque benignè ſuſcipiatur.* Undecimus Sardicenſis, 30. Patricii, Auxilii, & Iſſernini, Trullanus 20. & iſte Concilii Carthaginenſis 4. num. 33. *Epiſcopi vel Presbyteri ſi cauſſâ viſitandæ Eccleſiæ ad alterius Eccleſiam venerint, in gradu ſuo ſuſcipiantur, & tam ad verbum faciendum, quàm ad oblationem conſecrandam invitentur.* Ex locis porro citatis Caſtigatione noſtrâ indigere videtur ille Athanaſii, ut pote (niſi fallor) mancus & imperfectus. *Προσέρχονται πολλάκις εἰς πόλιν ἀνὴρ δυνάμενος διδάσκειν ἑλληνιστί· ὁ τῆς ἀκοῆς ἡδονῆς θηρευτής, ἀποδιδράσκει εἰς τὴν ἐκκλησίαν, οὐ τὴν ἰατρείαν τῆς ψυχῆς, ἀλλὰ τῶν λόγων τὸ κάλλος μόνον ἁρπάσαι. ἀναχωρεῖ ὁ ἑλληνιστὶ λαλῶν, ἀναχωρεῖ καὶ τῆς ἐκκλησίας τὸ ζιζάνιον· οὐ γὰρ ἔχει τὸ σιτῶδες, τὸ πιστόν. ὁ δὲ πιστός. κἂν ἑλληνιστὶ λέγῃ, τὰ λεγόμενα σπουδάζει ἀκροάσασθαι. κἂν Σύρος, κἂν Ῥωμαϊστί, κἂν διαφόρῳ γλώττῃ· οὐ γὰρ ζητεῖ λόγους, ἀλλ' ἔργα.* Senſum integrum ac probum elicies, ſi poſt ἑλληνιστὶ inſerueris *κἂν ἀγλώττως*. *Venit ſæpe in urbem vir Græcè docendi peritus: ibi captator voluptatis aurium, in Eccleſiam deproperat, non ut medicinam animæ, ſed ut dumtaxat pulcritudinem verborum rapiat. Recedit facundus ille habitâ oratione, recedit etiam ab Eccleſia zizanium: non enim habet quidquam frumentale, quidquam fidei. Fidelis verò, ſive quis diſertè ſive indiſertè dicat, contendit audire ea quæ dicuntur, ſive Syriacè, ſive Latinè, ſive alio quovis ſermone ille utatur: non enim verba quærit, ſed opera.* Per Socratem verò corrigendus venit Nicephorus lib. 13. cap. 13. ſic; *ἰδίᾳ αὐθεντίᾳ μὴ συναγωγῆς ἐλειτούργησας.* In Socrate, *μὴ συναγωγῆς παρ' ἐμοῦ. ἐν αἰτίᾳ (ἐκκλησίας) ἐλειτούργησας. αὐθεντίᾳ χρησάμενος.* & cætera à Nicephoro & ab Epiphanio Scholaſtico non intellecta. Ibid.

50. *Ἐν τῷ καθέζεσθαι.*] Si quem clam ſunt diverſi Antiquorum mores, ut concionatores ſedentes aut ſtantes ſermonem haberent ad populum, utque plebs conciones, lectiones, & pſalmodiam audiret ſtans vel ſedens; adeat ille ad Bernardini Ferrarii libros de ſacris concionibus, & ad Jacobi Sirmondi

τος, ἢ ἐπιχώριος, σὺ ὁ ἐπίσκοπος ὁ προσλαλῶν τὸν περὶ Θεοῦ λόγον, ἢ ὁ ἀκούων τοῦ ψάλλοντος, ἢ τοῦ ἀναγινώσκοντος, μὴ προσωποληπτῶν καταλίπῃς τὴν διακονίαν τοῦ λόγου, ἵνα διατάξῃς αὐτῷ προεδρείαν· ἀλλὰ μένε ἡσύχιος, μὴ διακόπτων σου τὸν λόγον, ἢ τὴν ἀκοήν· οἱ δὲ ἀδελφοὶ διὰ τῶν διακόνων προσδεχέσθωσαν αὐτόν· εἰ δὲ τόπος οὐκ ἔστιν, ὁ διάκονος τὸν μᾶλλον νεώτερον ἐγείρας, μετὰ λόγου, ἀλλὰ μὴ μεθ' ὀργῆς, ἐκεῖνον καθιζέτω· δίκαιον δὲ τὸν καὶ ἀφ' ἑαυτοῦ τὸ φιλάδελφον ποιῆσαι· ἐὰν δὲ ἀνανεύῃ, [51] ἐγείρας αὐτὸν ἀναγκαστῶς, ὄπισθεν πάντων στῆσον, ἵνα παιδευθῶσι καὶ οἱ λοιποὶ ἀντιπαραχωρεῖν τοῖς ἐντιμοτέροις. εἰ δὲ πτωχός, ἢ ἀγενής, ἢ ξένος ἐπέλθοι, πρεσβύτης ἢ νέος τῇ ἡλικίᾳ, καὶ τόπος οὐχ ὑπάρχοι, καὶ τούτοις τόπον ποιείτω ἐξ ὅλης τῆς καρδίας αὐτοῦ ὁ διάκονος· ἵνα μὴ πρὸς ἀνθρώπου αὐτοῦ γένηται ἡ προσωπόληψις, ἀλλὰ πρὸς Θεὸν * αὐτοῦ ἡ διακονία εὐάρεστος. τὸ δ' αὐτὸ ποιείτω καὶ ἡ διάκονος, ταῖς ἐπερχομέναις γυναιξί, πτωχαῖς ἤτοι πλουσίαις.

* al. τὸ δ' αὐτοῦ διακονία εὐάρεστος.

terius ſive ejuſdem regionis; tu, Epiſcope, dum de Deo ſermonem habes ad plebem, aut dum audis eum qui pſallit vel legit, ne per acceptionem perſonæ relinquas verbi miniſterium, ut illi locum inter primas ſedes conſtituas; verùm quietus mane, nec interrumpe ſermonem tuum, vel auditionem; fratres verò eum per Diaconos recipiant; atque ſi locus deſit, Diaconus, omnium juniorem, prudenter, non autem præfractè loco movens, honoratum illum ſedere faciat; cui æquum eſt ut alter fraternæ caritatis ſtudioſus cedat ſponte; quòd ſi renuerit, vi motum, poſt omnes colloca, quò etiam cæteri diſcant honoratioribus concedere. Cùm autem pauper, vel ignobilis, vel peregrinus, iſque ſenex aut juvenis, intervenerit, ſedibus occupatis, iis quoque Diaconus ex toto corde locum faciet; ut non gratificatio ejus homines ſpectet, ſed Deo acceptum fiat miniſterium ejus. Idem & ſervet Diaconiſſa, in advenientibus mulieribus, ſive pauperibus ſive divitibus.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ νθ'.

Ὅτι χρὴ ἕκαστον ὄρθρου καὶ ἑσπέρας σπουδαῖον εἶναι περὶ τὰς συνάξεις.

Διδάσκων δέ, ὦ ἐπίσκοπε, κέλευε καὶ παραίνει τῷ λαῷ, [52] εἰς τὴν ἐκκλησίαν ἐνδελεχίζειν ὄρθρου καὶ ἑσπέρας ἑκάστης ἡμέρας, καὶ μὴ ἀπολείπεσθαι τὸ σύνολον, ἀλλὰ συνέρχεσθαι διηνεκῶς, καὶ μήτε τὴν ἐκκλησίαν κολοβοῦν ἑαυτὸν ὑφαιροῦντα, καὶ ἐνδεὲς μέλος ποιεῖν τὸ σῶμα τοῦ Χριστοῦ· οὐ γὰρ μόνον περὶ ἱερέων ἐρρέθη· ἀλλὰ καὶ ἕκαστος τῶν λαϊκῶν περὶ ἑαυτοῦ ἀκουέτω, λογιζόμενος ὅτι εἴρηται ὑπὸ τοῦ κυρίου· Ὁ μὴ ὢν μετ' ἐμοῦ, κατ' ἐμοῦ ἐστι, καὶ ὁ μὴ συνάγων μετ' ἐμοῦ, σκορπίζει. Μὴ οὖν ἑαυτοὺς μέλη ὄντας τοῦ Χριστοῦ σκορπίζετε, μὴ συναθροιζόμενοι. Χριστὸν κεφαλὴν ἔχοντες, κατὰ τὴν ἐπαγγελίαν αὐτοῦ συνόντα καὶ κοινωνοῦντα ἡμῖν, μὴ ἀμελεῖτε ἑαυτῶν, μηδὲ ἀποστερεῖτε τὸν σωτῆρα τῶν οἰκείων μελῶν, μηδὲ διαιρεῖτε τὸ σῶμα αὐτοῦ, μηδὲ σκορπίζετε τὰ μέλη αὐτοῦ, μηδὲ προκρίνετε τοῦ θείου λόγου τὰς βιωτικὰς χρείας· ἀλλ' ἑκάστης ἡμέρας συναθροίζεσθε ὄρθρου καὶ ἑσπέρας, ψάλλοντες καὶ προσευχόμενοι ἐν

CAPUT LIX.

Quòd debeat unuſquiſque manè & veſperè Collectarum eſſe ſtudioſus.

Cum autem doces, Epiſcope, jube & perſuade populo, ut ſingulis diebus manè & veſperi Eccleſiam frequentet, nec ullatenus deſiſtat, ſed aſſiduè conveniat; utque nullus ſubducendo ſe, Eccleſiam mutilet, corpuſque Chriſti mancum faciat. Non enim de Sacerdotibus dumtaxat, dictum eſt; ſed & quiſque Laicus de ſe quoque intelligat, reputans quòd à Domino dictum ſit; *Qui non eſt mecum, contra me eſt; & qui non congregat mecum, ſpargit.* Mat. 12. 30. Igitur vos ipſos, qui eſtis membra Chriſti, nolite ſpargere, fratrum cœtus non adeundo. Qui caput habetis Chriſtum, juxta promiſſionem Mat. 18. 20. ſuam vobis fidelibus præſentem & conſociatum, veſtri curam ne projiciatis, nec Salvatorem ſuis membris privetis, nec illius corpus partiamini, nec membra ejuſdem diſpergatis, neque verbo Dei huic vitæ neceſſaria præponatis; ſed ſingulis diebus congregemini, manè & veſperè, pſallentes & orantes in

mondi Notas in Carmen 16. Apollinaris Sidonii. Noſter in ea vivebat Eccleſia, in qua ſeſſionis conſuetudo obtinebat. Cernere licet hic, & capp. 21. 57. & lib. 8. cap. 5. Obſervatum adhæc fuit, ritus eos à Judæis ad Chriſtianos perveniſſe: citanturque eam in rem cum aliis teſtimoniis verba Philonis corrupta, libro Quòd quiſquis virtuti ſtudet liber ſit, circa medium; *εἰς ἱεροὺς ἀφωρισμένους τόπους· οἳ καλοῦνται συναγωγαί. καθ' ἡλικίας ἐν τάξεσιν ὑπὸ πρεσβυτέροις νέοι καθέζονται μετὰ κόσμου τοῦ προσήκοντος ἔχοντες ἀκροατικῶς. εἶθ' ὁ μὲν τὰς βίβλους ἀναγινώσκει λαβών. ἕτερος δὲ τῶν ἐμπειροτάτων, ὅσα μὴ γνώριμα παρελθὼν ἀναγινώσκει.* Conſtabit ſenſus, ſi expulſo ultimo *ἀναγινώσκει*, ſubſtituatur *ἀναδιδάσκει*, quo modo citatur ab Euſebio Præpar. Evang. l. 8. c. 11. Conſule ſi placet Micrologi caput 9. de Græcis non ſedentibus dum legitur Epiſtola. Conſule etiam Opuſculum 39. Petri Damiani contra eos qui ſedent, quando vel Canonica Horarum celebrantur Officia; vel etiam ipſa Miſſarum offeruntur terribilia Sacramenta; ubi tamen probatur mos ſedendi in tres nocturni Officii Lectiones. Videre quoque poteris, ubi te ad magnificentiſſimam Regis Chriſtianiſſimi Bibliothecam conferes, antiquiſſimum à me jam memoratum Codicem MS. S. Gregorii Nazianzeni ſeu Theologi, recenſitum numero 155. in cujus variis tabellis unam reperies Theologi cum Diacono ſuo, utroque, ſtantis, & ad populum pariter ſtantem, mulieribus modico intervallo poſt viros collocatis, concionem habentis. COT.

51. *Ἐγείρας αὐτὸν ἀναγκαστῶς, ὄπισθεν πάντων στῆσον.*] In Regula S. Pachomii articulo 85. *Si quis iracundus & furioſus, frequenter iraſcatur ſine cauſſa, & propter rem manem & vacuam; per ſex vices commonebitur, & in ſeptimâ facient eum ſurgere de ordine ſeſſionis ſuæ, & inter ultimos collocabitur,* &c. Et in Regula S. Benedicti cap. 43. *Quòd ſi quis ad nocturnas vigilias poſt Gloriam Pſalmi 94. (quem propter hoc omnino protrahendo & moroſè volumus dici) occurrerit, non ſtet in ordine ſuo in Choro, ſed omnium ultimus ſtet, aut in loco quem talibus negligentibus ſeorſum conſtituerit Abbas,* &c. Cujus poſterioris præcepti veſtigia premit caput 131. libri 1. Synodi Aquiſgranenſis anno 816. congregatæ. Nec multum diſſimilis eſt alia cenſura Concilii Trullani Can. 7. & Concilii Niceni 2. Can. 5. per quam Clericus ad ultimum gradum ordinis ſui amandatur, ſicque ſociorum omnium ὑπόβαθμος. Ibid.

52. *Εἰς τὴν ἐκκλησίαν ἐνδελεχίζειν ὄρθρου καὶ ἑσπέρας ἑκάστης ἡμέρας.*] Et capitibus 36. 39. Libri autem 8. cap. 12. oratur pro iis qui juſtam ob cauſſam à Synaxi abſentes ſunt. Ita paſſim Antiqui Chriſtianos ad Collectas invitant, Eccleſiæ frequentationem ſuadent; queruntur de neglectu ea in re, eumque neglectum non paucis Canonibus caſtigant. Et verò celebrabantur conventus ſacri tempore Apoſtolorum ſingulis diebus, Act. II. 46. ſed ſolemniores die Dominicâ, Act. XX. 7 & I. Corinth. XVI. 2. Poſtea effecerunt perſecutiones; cùm ſummè ſævirent hoſtes veritatis; ut rariùs conveniretur, tantúmque in Dominicis diebus; quod colligitur ex Apologetico Juſtini Martyris, & ex Plinii Epiſtola. Invaluerunt deinde Synaxes Sabbathi, quas fortaſſis infrà illuſtrabimus; & ſtationes ſeu congregationes quartæ ſextæque feriæ, de quibus Tertullianus in libro de jejuniis, Epiphanius in Expoſitione fidei, & Socrates lib. 5. cap. 22. *Τῶν δὲ λαῶν*, verba ſunt Athanaſii Epiſtolâ ad Solitarios p. 847. *ἐν τῇ μεγάλῃ ἐκκλησίᾳ συνελθόντων πλείστων δὲ ὄντων.* Et in Proteſtatione populi Alexandrini p. 867. *συνάξεως γὰρ οὔσης τῇ παραμονῇ νυκτός.* Prætereaque anniverſariæ Martyrum commemorationes et S. Cypriano ætate invectæ ſunt, retentis ſemper cœtibus quos Sacerdotes extra ordinem pro Eccleſiarum neceſſitatibus indicebant. Tandem mos inolevit, ut quotidie publicæ preces fierent, manè & ve-

in ædibus Dominicis, manè quidem dicentes Pſalmum ſexageſimum ſecundum, veſperi verò centeſimum quadrageſimum. Præcipuè autem die Sabbati, & die quâ Dominus reſurrexit, hoc eſt, Dominicâ ſtudioſiùs ad Eccleſiam occurrite, ut laudibus proſequamini Deum, qui condidit omnia per Jeſum, eumque ad nos amandavit, pati permiſit, ac ex mortuis ſuſcitavit. Quâ enim expurgatione apud Deum utetur, qui ad audiendum ſalutarem de reſurrectione ſermonem non convenit in die Dominico? in quo & tres precationes ſtando peragimus, ad memoriam illius qui in triduo reſurrexit; & in quo habentur, lectio Prophetarum, Evangelii prædicatio, ſacrificii oblatio, & ſacri cibi donum.

l. Ignat. interpol. ad Magneſ. 9.

τοῖς κυριακοῖς· [53] ὄρθρου μὲν λέγοντες ψαλμὸν τὸν ξϛ', ἑσπέρας δὲ τὸν ρμ'. μάλιστα δὲ ἐν τῇ ἡμέρᾳ τοῦ σαββάτου, καὶ ἐν τῇ τοῦ κυρίου ἀναστασίμῳ, τῇ κυριακῇ, σπουδαιοτέρως ἀπαντᾶτε, αἶνον ἀναπέμποντες τῷ Θεῷ τῷ ποιήσαντι τὰ ὅλα διὰ Ἰησοῦ, καὶ αὐτὸν εἰς ἡμᾶς ἐξαποστείλαντι, καὶ συγχωρήσαντι παθεῖν, καὶ ἐκ νεκρῶν ἀναστήσαντι. ἐπεὶ τί ἀπολογήσεται τῷ Θεῷ ὁ μὴ συνερχόμενος ἐν τῇδε τῇ ἡμέρᾳ ἀκοῦσαι τοῦ σωτηρίου περὶ τῆς ἀναστάσεως λόγου; ἐν ᾗ καὶ [54] τρεῖς εὐχὰς ἑστῶτες ἐπιτελοῦμεν, μνήμης χάριν τοῦ διὰ τριῶν ἀναστάντος ἡμερῶν· ἐν ᾗ προφητῶν ἀνάγνωσις, καὶ εὐαγγελίου κήρυξις, καὶ θυσίας ἀναφορά, καὶ τροφῆς ἱερᾶς δωρεά.

CAPUT LX.

Exemplum ad æmulationem inducens, Gentilium & Judæorum vanus ad delubra & Synagogas concurſus.

Quo modo autem non eſt hoſtis Dei, qui rebus quidem temporariis per noctem & diem vacat, æternas verò negligit? qui quidem balnearum & cibi caduci quotidie ſatagit, perpetuò autem duraturum curam non gerit? Et quo modo non etiam nunc huic dicet Dominus; Juſtificatæ ſunt ſuper vos Gentes; ſicut exprobrans Hieroſolymæ, aiebat; *Juſtificata eſt Sodoma ex te.* Nam ſi Gentiles quotidie, è ſomno ſurgentes, ad Idola properant, ut ea venerentur; & ante omne opus, omnemque actionem eis primùm ſupplicant, atque in feſtis ſuis ac celebritatibus adeundis non negligentes ſunt, ſed admodum ſtudioſi; non ſolùm incolæ, ſed etiam qui procul habitant: & in theatris ſuis tamquam in Synagoga omnes conveniunt.

Ezech. 16. 50.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ξ'.

Παράδειγμα πρὸς ζῆλον ἐνάγον. ἡ Ἑλλήνων καὶ Ἰουδαίων μάταιος συνδρομὴ ἐπὶ τοὺς ναοὺς καὶ τὰς συναγωγάς.

Πῶς δὲ οὐ πολέμιος Θεοῦ ὁ περὶ τὰ πρόσκαιρα μὲν νύκτωρ καὶ μεθ' ἡμέραν σπουδάζων, τῶν δὲ αἰωνίων ἀμελῶν; καὶ λουτρῶν μὲν καὶ προσκαίρου * τροφῆς, ἑκάστης μεριμνώμενος, τῶν δὲ ἀεὶ παραμενόντων οὐκ ἐπιστρεφόμενος; πῶς δὲ οὐχὶ καὶ νῦν ἐρεῖ τῷ τοιούτῳ ὁ κύριος· ἐδικαιώθη τὰ ἔθνη ὑπὲρ ὑμᾶς· ὥσπερ καὶ τὴν Ἱερουσαλὴμ ὀνειδίζων ἔλεγεν· Ἐδικαιώθη Σόδομα ἐκ σοῦ. Εἰ γὰρ τὰ ἔθνη ἐξ ὕπνου αὐτῶν καθ' ἡμέραν ἀναστάντα, τρέχει ἐπὶ τὰ εἴδωλα, τοῦ λατρεύειν αὐτοῖς, καὶ πρὸ παντὸς ἔργου καὶ πάσης πράξεως πρῶτον αὐτοῖς προσεύχονται, καὶ ἐν ταῖς ἑορταῖς, καὶ ἐν ταῖς πανηγύρεσιν αὐτῶν οὐκ ἀφυστεροῦσιν, ἀλλὰ σχολάζουσιν· οὐχ οἱ ἐντόπιοι μόνον, ἀλλὰ καὶ οἱ πόῤῥωθεν οἰκοῦντες· καὶ ἐν τοῖς θεάτροις αὐτῶν ὡς ἐν συναγωγῇ πάντες συνέρχονται. ὁμοίως

* ſ. τροφῆς

veſperè, ἑωθινοὶ ὕμνοι, προσευχαὶ ἑωθιναί, λυχνικοί τε ὕμνοι [ψαλμοί], καὶ προσευχαί, inquit B. Epiphanius cap. antepenult. Expoſitionis fidei: utque recitarentur quas vocant Horas Canonicas. de quibus inferius: & ut multis in Eccleſiis quotidianum ſacrificium, quotidianæ Miſſæ, quotidiana oblatio, locum haberet; quemadmodum docemur per Canonem 5. Concilii Toletani primi, per Sermonem Ambroſii 34. & per Epiſtolam Auguſtini 118. Ibid.

53. Ὄρθρου μὲν λέγοντες ψαλμὸν τὸν ξϛ'. ἑσπέρας δὲ τὸν ρμ'.] Lib. 8. cap. 35. τὸν ἐπιλύχνιον ψαλμόν, & cap. 37. τὸν ὀρθρινόν. De quibus Pſalmis videndi præter Recentiores, Athanaſius Epiſtolâ ad Marcellinum pag. 975. & libro de Virginitate p. 1057. Chryſoſtomus in Pſalmum CXL. paullò poſt initium, Caſſianus de Cœnobiorum inſtitutis lib. 3. cap. 3. 6. Benedictus Regulæ ſuæ cap. 12. 18. Aurelianus in Ordine pſallendi, & Amalarius de Eccleſ. Off. lib. 4. cap. 10. Quòd ſi mihi concedatur aliquid extra rem loqui, conabor medelam afferre loco S. Epiphanii circa Pſal. CXL. qui locus non infeliciter per Johannem Croium tentatus fuit. En verba Cyprii Præſulis, poſita in libro de ponderibus & menſuris cap. 6. ἐν τῷ ἑκατοστῷ τεσσαρακοστῷ ψαλμῷ ὅπου ἐν τῷ ἑβραϊκῷ [illegible] Ἀδωναΐ, Ἠλιχὰ Καραθί, Ἰσμαὴλ Ἰεββιθὰ Ἀκώλ· ὅ ἐστιν ἑρμηνευόμενον, Κύριε, ἐκέκραξα πρὸς σέ, εἰσάκουσόν μου, πρόσχες τῇ φωνῇ. *In centeſimo quadrageſimo Pſalmo locus eſt qui ſic Hebraicè legitur: Adonai, Elicha Carathi, Iſmael Jebbita Hacol. Hoc eſt; Domine, clamavi ad te, exaudi me, intende voci.* Ad quæ notat Croius cap. 10. Obſervationum in novum Teſtamentum, aliter in Hebræa Scriptura contextu legi, omnium Ἀδωναΐ, Καραθί, Οὐαμ Ἀλ, Ἀζινα Κολί, & Ἰσμαὴλ Ἰεββιθά, voces nihili mutari debere in Σεμα Ἠλί. Ἐλαχά. Mihi verò longius petitum videtur verbum Ἐλαχά. magiſque placet Ἐλιχά pro Ἀζινα [illegible]. Ibid.

54. Τὰς vel τρεῖς εὐχὰς ἑστῶτες ἐπιτελοῦμεν.] Et trium precum mentio in Canone 19. Laodicenæ Synodi. Et ſcripſerat in libro de Paſchate S. Irenæus, teſte Auctore Quæſtionum ad Orthodoxos cap. 115. apud Juſtinum Martyrem, cœpiſſe à temporibus Apoſtolicis conſuetudinem non flectendi genu in die Dominico. *De geniculis non adorare*, inquit Hieronymus Contra Luciferianos cap. 4. poſt Tertullianum de Corona cap. 3. Is mos Apoſtolicus intermiſſione genuflexionis eo die, ac precandi corpore ſtante & erecto, non autem ſtrato ac inclinato, indicatur etiam atque exponitur ab Hilario Prologo in Pſalmos, Petro Alexandrino Oratione de Paſchate, Baſilio cap. 27. libri de Spiritu ſancto, Auguſtino Epiſt. 119. cap. 15. 17. Caſſiano lib. 2. de inſtitutis Cœnobiorum cap. 18. & Collatione 21. cap. 20. Maximo Taurinenſi Sermone 3. de Pentecoſte, qui eſt inter Ambroſianos 60. Martino Bracarenſi Collectionis Canonum cap. 57. Patribus Trullanæ Synodi Canone 90. Concilii Turonenſis 3. Can. 37. & Scriptoribus librorum ritualium. Petri Alexandrini locus, ſive Canon illius 15. apud Zonaram & Balſamonem ita compleri debet ac reſtitui etiam ex MSS. Regiis; οὐ γὰρ ἐγκαλέσει τις ἡμῖν παρατηρουμένοις τετράδα καὶ παρασκευήν, ἐν αἷς καὶ νηστεύειν ἡμῖν κατὰ παράδοσιν εὐλόγως προστέτακται· τὴν μὲν τετράδα, διὰ τὸ γενόμενον συμβούλιον ὑπὸ τῶν Ἰουδαίων ἐπὶ τῇ προδοσίᾳ τοῦ κυρίου· τὴν δὲ παρασκευήν, διὰ τὸ πεπονθέναι αὐτὸν ὑπὲρ ἡμῶν· τὴν γὰρ κυριακήν, χαρμοσύνης ἡμέραν ἄγομεν, διὰ τὸν ἀναστάντα ἐν αὐτῇ· ἐν ᾗ οὐδὲ γόνατα κλίνειν παρειλήφαμεν. Sed cùm paullatim res in deſuetudinem abiret, renovari habuit per Canonem Nicænum ultimum. Addiderunt poſtea Græci Dominicæ diei diem Sabbathi. [illegible] δὲ τὰς σαββατοκυριακάς, dicitur in libello Pœnitentiali Johannis jejunatoris, & in Canonario Johannis Monachi, qui Tractatus ſubjunguntur Operi Johannis Morini de adminiſtratione Sacramenti Pœnitentiæ, καὶ ἑορταῖς (al. ἑορταῖς δεσποτικαῖς) καὶ δωδεκαημέρῳ, ὁμοίως δὲ καὶ ἀπὸ τοῦ Πάσχα ἕως τῶν ἁγίων πάντων μὴ γονυκλιτεῖν ἐν ταῖς εὐχαῖς, ἀλλὰ μόνον προσκυνεῖν [illegible]. *Omnibus autem Sabbatis & diebus Dominicis, & feſtis [Dominicis] & Dodecahemero, ſimiliter & diebus à Paſchate uſque ad feſtum omnium Sanctorum, in orationibus genua non flectere, ſed ſeſe tantum inclinare.* Ad quod decretum obiter obſervo, aliter ſciviſſe Epiſcopos Concilii Carthaginenſis 4. Can. 82. *Pœnitentes etiam diebus remiſſionis genua flectant.* In Juris Græco Romani lib. 3. ubi de Luca Patriarcha, num. 9. οἱ ἀποστολικοὶ κανόνες κολάζουσι τὸν ἐν παντὶ σαββάτῳ, ἢ τῇ κυριακῇ γονυκλίνοντα ἢ νηστεύοντα. *Apoſtolici Canones puniunt eum qui in quovis Sabbato, vel die Dominico genu flectit, vel jejunat.* Hoc tamen de genuflexione, videtur eſſe σφάλμα μνημονικόν: neque enim legitur in Canonibus Apoſtolorum. Denique non omittam quem Codices Regii tres 912. 2351. 2419. & Codex V. Cl. Claudii Jolii continent inter alios, partim editos lib. 3. Juris Græco-Romani, partim ineditos, Canonem nondum publicatum Nicephori Confeſſoris & Synodi cum illo congregatæ,

quòd

ὁμοίως καὶ οἱ μάτην λεγόμενοι Ἰουδαῖοι, καθ' ἓξ ἡμέρας ἀργοῦντες, [55] τῇ ἑβδόμῃ ἡμέρᾳ συνιόντες εἰς τὴν συναγωγὴν αὐτῶν, οὐδέποτε παραφθείροντες ἢ παραμελοῦντες, οὔτε τῆς ἀργίας αὐτῶν, οὔτε τῆς συναγωγῆς αὐτῶν· οἱ τῆς δυνάμεως τοῦ λόγου ἐν τῇ ἀπιστίᾳ αὐτῶν κενωθέντες, προσέτι δὴ καὶ τοῦ ὀνόματος ἑαυτοὺς καλοῦσιν Ἰούδα· [56] Ἰούδας γὰρ ἐξομολόγησις ἑρμηνεύεται· οὗτοι δὲ οὐκ εἰσὶν ἐξομολογούμενοι Θεῷ, τὸ πάθημα τοῦ Χριστοῦ παρανόμως πεποιηκότες, ἵνα καὶ μετανοήσαντες σωθῶσιν. εἰ οὖν οἱ μὴ σωζόμενοι, ἐν οἷς οὐκ ὠφελοῦνται πυκνάζουσιν· σὺ τί ἂν ἀπολογήσῃ Κυρίῳ τῷ Θεῷ, ὁ τῆς ἐκκλησίας αὐτοῦ ἀπολειπόμενος, ᾧ καὶ μηδὲ τὰ ἔθνη μιμούμενος, ἀλλὰ διὰ τοῦ ἀπολείπεσθαι ῥαθυμῶν, ἢ ἀποστατῶν, ἢ κακουργῶν; οἷς λέγει ὁ Κύριος [57] διὰ τοῦ Ἱερεμίου. Τὰ δικαιώματά μου οὐκ ἐφυλάξατε, ἀλλ' οὐδὲ κατὰ τὰ δικαιώματα τῶν ἐθνῶν ἐπορεύθητε, παρ' ὀλίγον καὶ ὑπερεβάλετε αὐτούς. Καὶ πάλιν, Ἐδικαίωσε τὴν ψυχὴν αὐτοῦ Ἰσραὴλ ἀπὸ τῆς ἀσυνθέτου Ἰούδα. Καὶ ἑξῆς· Εἰ ἀλλάξονται ἔθνη θεοὺς αὐτῶν, καὶ οὗτοι οὐκ εἰσὶ θεοί· διότι διέλθετε εἰς νήσους Χεττιείμ, καὶ ἴδετε, καὶ εἰς Κηδὰρ ἀποστείλατε, καὶ νοήσατε σφόδρα, εἰ γέγονε τοιαῦτα· ὅτι ἐκεῖνοι μὲν οὐκ ἀμείβουσι τὰ ἑαυτῶν νόμιμα· ὁ δὲ λαός μου, φησὶν, ἤλλαξε τὴν δόξαν αὐτοῦ, ἐξ ἧς οὐκ ὠφεληθήσονται. Πῶς οὖν ἀπολογήσεταί τις ὀλιγωρήσας ἢ ἀπὼν τῆς ἐκκλησίας τοῦ Θεοῦ;

Similiter & qui abs re vocantur Judæi, poſt ſingulos quoſque ſex dies feriantur, ſeptimo ad Synagogam ſuam conveniunt, numquam intermittentes aut negligentes, neque vacationem ſuam, neque ſuos conventus; cùm tamen per incredulitatem ſuam ſint exinaniti à virtute, tum Verbi, tum nominis *Judæ* quo ſe nuncupant: *Judas* enim, *confeſſio* interpretatur: hi autem qui cædem Chriſti ſceleratè perpetrârunt, non confitentur Deo, ut & per pœnitentiam ſalvi fiant. Si ergo qui ſalutem non habent, in iis quibus nihil juvantur, frequentes adſunt; tu quid Domino Deo reſpondebis, qui Eccleſiam illius deſeris, & ne Gentes quidem imitaris, ſed per deſertionem tuam deſes evadis, aut Apoſtata, aut improbus? Quibus dicit Dominus per Jeremiam: *Juſtificationes meas non cuſtodiſtis, ſed neque ſecundùm juſtificationes Gentium ambulaſtis; propè & ſuperaſtis eos.* Et iterum; *Juſtificavit animam ſuam Iſrael præ prævaricatrice Juda.* Jer. 3. 11.
Rurſumque; *Si mutaverint Gentes Deos ſuos; & iſti non ſunt Dii. Idcirco tranſite ad inſulas Chettiorum, & videte, & in Cedar mittite, & conſiderate vehementer, ſi facta ſunt hujuſmodi*: quia illi quidem non commutant inſtituta ſua; *Populus verò meus*, inquit, *mutavit gloriam ſuam in id ex quo nihil juvabitur.* Quâ ergo ratione purgabit ſe, qui Eccleſiam Dei, aut refugit aut neglectui habet? Jer. 2. 11, 10.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ξα'.

Ὅτι οὐχ ὅσιον προκρίνειν τὰ βιωτικὰ τῶν θείων.

Εἰ δέ τις τὴν τοῦ ἔργου τοῦ ἰδίου πρόφασιν ἐπιφέρων, ὀλιγωρεῖ, προφασιζόμενος προφάσεις ἐν ἁμαρτίαις, γινωσκέτω ὁ τοιοῦτος, ὡς αἱ τέχναι τῶν πιστῶν πάρεργα εἰσίν· ἔργον δὲ ἡ θεοσέβεια. τὰς οὖν τέχνας ὑμῶν ὡς ἐν παρέργῳ ποιεῖτε, εἰς διατροφὴν ὑμῶν· ἔργῳ δὲ τὴν θεοσέβειαν ἀσκεῖτε· ὡς καὶ ὁ Κύριος ἔλεγεν· Ἐργάζεσθε μὴ τὴν βρῶσιν τὴν ἀπολλυμένην, ἀλλὰ τὴν μένουσαν εἰς ζωὴν αἰώνιον. Καὶ πάλιν· Τοῦτο δέ ἐστι τὸ ἔργον τοῦ Θεοῦ, ἵνα πιστεύσητε εἰς ὃν ἀπέστειλεν ἐκεῖνος. Σπουδάζετε οὖν μηδέποτε τὴν ἐκκλησίαν τοῦ Θεοῦ καταλιπεῖν. εἰ δέ τις ταύτην ὑπερίδοι, [58] εἰς μιαρὸν δὲ τῶν ἐθνῶν εἰσέλθοι, ἢ εἰς συναγωγὴν Ἰουδαίων, ἢ αἱρετικῶν· ὁ τοιοῦτος τί ἀπολογήσεται τῷ Θεῷ ἐν ἡμέρᾳ κρίσεως; λόγια Θεοῦ ζῶντος καταλιπὼν, ζῶντα καὶ ζωοποιοῦντα καὶ

CAPUT LXI.

Quòd non ſit fas anteponere ſæcularia divinis.

SI quis autem allato prætextu operis ſui, minimùm de Eccleſia laborat, *excuſans excuſationes in peccatis*; ſciat is, quòd artes ſint fidelium operæ ſubſecivæ; pietas verò opus. Artes ergo veſtras tamquam ſubſecundarium opus, ad victum parandum colite; at pietatem tamquam primarium exercete; ſicut Dominus aiebat; *Operamini, non cibum qui perit, ſed qui permanet in vitam æternam.* Et adhuc; *Hoc autem eſt opus Dei, ut credatis in eum, quem miſit ille.* Igitur ſtudete ne umquam Eccleſiam Dei deſeratis. Quòd ſi quis eam deſpexerit, & in Gentilium profanum ac impurum fanum intraverit, aut in Synagogam Judæorum, vel Hæreticorum; is quam in die judicii Deo afferet defenſionem? cùm dereliquerit Dei viventis oracula, vitam & habentia & communicantia, quæque ab æterno ſupplicio poſſunt

Pſ. 104. 4.
Joh. 6. 27.
29.

---

quòd noſtro propoſito conducat. Sic autem habes: χρὴ μὲν αἰτίᾳ σωτηρίας κλίνειν γόνυ ἐν κυριακῇ, καὶ ἐν ὅλῃ τῇ πεντηκοστῇ· μὴ μὴν ὡς ἐξ ἔθους γονυκλισίας ποιεῖν. Hoc eſt, *Oportet ſalutationis cauſâ genu flectere in die Dominica, & in tota Pentecoſte; non verò ſolemnes genuflexiones facere.* Lege Regionem de Eccleſiaſtica Diſcipl. Lib. I. c. 380. Item Nilum Ep. 92. aut Lib. III. Ep. 136. COT.

55. *Τῇ ἑβδόμῃ ἡμέρᾳ συνιόντες εἰς τὴν συναγωγὴν αὐτῶν.*] Corrige Philonem Judæum in libro de ſomniis pag. 1165. ſic; ἢ τοῦ συνήθους χρόνου προελεύσεσθε, τὴν μὲν δεξιὰν εἴσω χειρὸς συναγαγόντες, τὴν δὲ ἑτέραν ὑπὸ τῆς ἀμπεχόνης παρὰ ταῖς λαγόσι πήξαντες, ἵνα μηδ' ἄκοντές τι τῶν εἰς τὸ σώζεσθαι συμπράξητε; καὶ καθεδεῖσθε ἐν τοῖς συναγωγίοις ὑμῶν, τὸν εἰωθότα θίασον ἀγείροντες, καὶ ἀσφαλῶς τὰς ἱερὰς βίβλους ἀναγινώσκοντες, κἂν εἴ τι μὴ τρανὲς εἴη διαπτύσσοντες, καὶ τῇ πατρίῳ φιλοσοφίᾳ διὰ μακρηγορίας ἐνευκαιροῦντές τε καὶ ἐνσχολάζοντες; Ac verte; *An cum habitu conſueto progrediemini*, (agitur de Judæis in Sabbatho) *dextram quidem manum intrò continentes, aliam verò ſub veſte ad ilia defigentes, ut neque inviti quidquam eorum quæ ſaluti veſtræ conducant faciatis? Et reſidebitis in cœtibus veſtris, agitantes ſolitos choros? Tutique legentes ſacra volumina, & ſi quid non clarum complectantur explicantes, ac in patria philoſophia longis ſermonibus tempus terentes atque otium conſumentes.* Malè ediderunt, διαπτύοντες: totumque locum ineptè interpretati ſunt. Ibid.

56. *Ἰούδας γὰρ ἐξομολόγησις ἑρμηνεύεται.*] Paſſim Auctores Judam de confeſſione & laude, confeſſore & laudatore interpretantur. At Clementi Alexandrino in Miſcellaneo 1. p. 185. *Judas* etiam eſt *potens*, δυνατός. יד quippe ſignificat robur ac poteſtatem, & ידה dejecit, quod eſt potentis. Ibid.

57. *Διὰ τοῦ Ἱερεμίου.*] Turrianus legebat, aut potiùs legi volebat, *διὰ τοῦ προφήτου*. Vertit enim, *per eum qui dictus eſt*, ut intelligatur Ezechiel Propheta, paullò antè citatus, è cujus cap. 5. verſ. 7 & cap. 16. verſ. 47. factus eſt iſte textus. Itaque Noſter labitur memoriâ. Ibid.

58. *Εἰς μιαρὸν δὲ τῶν ἐθνῶν εἰσέλθοι.*] I. Corinth. VIII. 10. *Si enim quis viderit eum qui habet ſcientiam, in Idolio recumbentem.* In Zonara ad Canonem 7. Ancyrani Concilii; οἱ δέ ποτε ἐν ἑορτῇ ἐθνικῇ συνεστιαθέντες ἐθνικοῖς ἐν (lege cum libris Regiis καὶ) ἀπελθόντες ἐν τόπῳ ἀφωρισμένῳ τοῖς ἐθνικοῖς. ἐν εἰδωλείῳ φημὶ, ἢ ἄλλῳ τόπῳ εἰς τελετὰς τούτοις καθηρωμένῳ ἀπελθόντες. Scilicet multi e Chriſtianis, partim curioſi animi vitio, partim noxiæ voluptatis aviditate, partim perſecutionis metu, in templa Ethnicorum ingrediebantur, feſtiſque eorum & ſpectaculis intererant. Unde frequentes Antiquorum querelæ ac cenſuræ. Unde etiam de Ægyptiis ſcribitur ab Hadriano Imperatore apud Vopiſcum in vita Saturnini; *Qui Serapim colunt, Chriſtiani ſunt: & devoti ſunt Serapi, qui ſe Chriſti Epiſcopos dicunt*, &c. Verùm meliores Chriſtiani omnino ejuſmodi penitus vitabant & averſabantur. *Nec templa circumitis*, ait Tertullianus II. de cultu feminarum 11. *nec ſpectacula poſtulatis, nec feſtos dies Gentilium noſtis.* Quinetiam in Severo negat S. Martinus ſe Gentilis domum adire poſſe. De voce autem μιαρὸν videto quod notavi ad caput 9. S. Barnabæ. Omitterem porrò cum aliis teſtimoniis locum S. Ire-

I. Ignat. interpol. ad Trall. 11. ad Philad. 6. ſunt liberare; & ad ædem Dæmonum, aut ad Sy-
nagogam Chriſticidarum, aut ad Eccleſiam mali-
gnantium ſe contulerit; non audito eo qui dicit;
Pſ. 25. 5, 4. *Odio habui Eccleſiam malignantium; & cum iniqua*
gerentibus non introibo: non ſedi cum concilio vani-
Pſ. 1. 2. *tatis, & cum impiis non ſedebo.* Et iterum; *Bea-*
tus vir, qui non abiit in conſilio impiorum, & in via
peccatorum non ſtetit, & in cathedra peſtilentium non
ſedit: ſed in lege Domini voluntas ejus, & in lege
ejus meditabitur die ac nocte. Tu verò relinquens
fidelium cœtum, Eccleſiam Dei, & leges divinas,
reſpicis ad ſpeloncas latronum; ſancta ducis quæ
ille profana vocavit, & communia facis quæ ille
diſpeſcuit: neque id ſolum deſignas; ſed & jam ad
pompas Gentilium concurris, & ad theatra pro-
peras, cupiſque unus eò accedentium reputari,
nec non particeps fieri indecorarum recitationum,
ne dicamus abominandarum; nec auſcultas Jere-
Jer. 15. 17. miæ dicenti; *Domine non ſedi in conſeſſu eorum lu-*
dentium; ſed metuebam a facie manus tuæ: neque
Job. 31. 5. Jobo paria loquenti; *Si vero inceſſi cum ſcurris un-*
quam: appendebar enim in ſtatera juſta. Quid ve-
rò vis tecum communicari Gentilium litteras,
quæ ſunt hominum mortuorum, Diaboli inſtin-
ctu tradentium dogmata mortifera, fidem ſubver-
tentia, & ad errorem multitudinis Deorum, in il-
las intentos abducentia? Vos itaque Dei legibus
vacantes, has putate præſtantiores uſibus vitæ; &
plus eis honoris impertientes, ad Eccleſiam Dei
Act. 20. 28. concurrite, quam acquiſivit ſanguine Chriſti, di-
Col. 1. 15. lecti, & primogeniti omnium creaturarum. Hæc
enim eſt filia Altiſſimi, quæ vos per verbum gra-
tiæ parturivit, & formavit in nobis Chriſtum; cu-
Eph. 5. 27. jus participes facti, ſacra membra eſtis, & electa,
non habentia maculam, aut rugam, aut aliquid
hujuſmodi; ſed velut ſancti & immaculati in fide
perfecti eſtis in ipſo, ſecundùm imaginem Dei,
creatoris veſtri.

δυνάμενα ῥύσασθαι κολάσεως αἰωνίου· καὶ προέλθῃς εἰς οἶκον δαιμόνων, ἢ εἰς συναγωγὴν χριστοκτόνων, ἢ ἐκκλησίαν πονηρευομένων· οὐκ ἀκούσας τοῦ εἰπόντος· Ἐμίσησα ἐκκλησίαν πονηρευομένων, καὶ μετὰ παρανομούντων οὐ μὴ εἰσέλθω· οὐκ ἐκάθισα μετὰ συνεδρίου ματαιότητος, καὶ μετὰ ἀσεβῶν οὐ μὴ καθίσω. Καὶ πάλιν· Μακάριος ἀνήρ, ὃς οὐκ ἐπορεύθη ἐν βουλῇ ἀσεβῶν, καὶ ἐν ὁδῷ ἁμαρτωλῶν οὐκ ἔστη, καὶ [59] ἐπὶ καθέδραν λοιμῶν οὐκ ἐκάθισεν· ἀλλ' ἢ ἐν τῷ νόμῳ Κυρίου τὸ θέλημα αὐτοῦ, καὶ ἐν τῷ νόμῳ αὐτοῦ μελετήσει ἡμέρας καὶ νυκτός. Σὺ δὲ καταλιπὼν τὸ πιστῶν τὸ συνάθροισμα, τοῦ Θεοῦ τὴν ἐκκλησίαν, τοὺς θείους νόμους, ἐπιβλέπεις ἐπὶ τὰ σπήλαια τῶν λῃστῶν, ἅγια ἡγούμενος ἃ ἐκεῖνος βέβηλα ἀπεκάλεσε, καὶ κοινοποιῶν ἃ ἐκεῖνος ἀπεχώρισε· καὶ οὐ τοῦτο μόνον, ἀλλ' ἤδη καὶ πομπαῖς Ἑλλήνων συντρέχεις, καὶ ἐπὶ τὰ θέατρα ἐπείγῃ, ἐπιθυμήσας εἷς τῶν εἰσπορευομένων ἐκεῖ λογισθῆναι, καὶ μετασχεῖν ἀκροαμάτων ἀπρεπῶν, ἵνα μὴ λέγωμεν μυσαρῶν· μὴ ἀκούσας τοῦ Ἱερεμίου λέγοντος· Κύριε οὐκ ἐκάθισα ἐν συνεδρίῳ αὐτῶν παιζόντων, ἀλλ' εὐλαβούμην ἀπὸ προσώπου χειρός σου· καὶ τοῦ Ἰὼβ φάσκοντος τὰ ὅμοια· Εἰ δὲ καὶ μετὰ γελοιαστῶν ἐπορεύθην ποτέ· ἱστάμην γὰρ ἐν ζυγῷ δικαίῳ. Τί δὲ βούλῃ μεταχεῖν τῶν Ἑλληνικῶν λογίων, ὄντων νεκρῶν ἀνθρώπων ἐξ ἐπιπνοίας διαβόλου ἀποφανθέντων νεκροποιά, καὶ πίστεως ἀνατρεπτικά, καὶ πρὸς πολυθείαν ἀπάγοντα τοὺς προσέχοντας αὐτοῖς; ὑμεῖς οὖν σχολάζοντες τοῖς τοῦ Θεοῦ νόμοις, καὶ τῶν βιωτικῶν χρειῶν τούτους ἡγεῖσθε τιμιωτέρους· καὶ πλείονα τιμὴν νέμοντες αὐτοῖς, συντρέχετε εἰς τὴν ἐκκλησίαν τοῦ Κυρίου· ἣν περιεποιήσατο τῷ αἵματι τοῦ Χριστοῦ, τοῦ ἠγαπημένου, τοῦ πρωτοτόκου πάσης κτίσεως. αὕτη γὰρ θυγάτηρ ἐστὶ τοῦ ὑψίστου, ἡ ὠδινήσασα ὑμᾶς διὰ τοῦ λόγου τῆς χάριτος, καὶ μορφώσασα ἐν ὑμῖν τὸν Χριστόν· οὗ μέτοχοι γενόμενοι, ἱερὰ μέλη ἐστέ, καὶ ἐκλεκτά, μὴ ἔχοντα σπίλον, ἢ ῥυτίδα, ἤ τι τῶν τοιούτων· ἀλλ' ὡς ἅγιοι καὶ ἄμωμοι ἐν πίστει τετελειωμένοι ἐστὲ ἐν αὐτῷ, κατ' εἰκόνα τοῦ κτίστου ὑμᾶς Θεοῦ.

CAPUT LXII.

Quòd oporteat omnes Gentilium impietates averſari.

CAvete igitur ne cum perditis hominibus fe-
rias celebretis, quod eſt Synagoga Gentium,
2. Cor 6. 14. in fraudem & interitum. Nulla quippe ſocietas
Deo ad Diabolum. Nam qui cum Diaboli do-
ctrinam tenentibus congregatur, unus ex ipſis com-
putabitur, & Væ in hæreditatem accipiet. Fugite
etiam obſcena ſpectacula; theatra dico, & Genti-
lium celebritates, incantationes, omina, vaticinia,
expiationes, auguria, auſpicia, evocationes mor-
tuorum, invocationes: quia ſcriptum reperitur;
Num. 23. 23. *Non eſt enim auguratio apud Jacob, neque divinatio*
1. Reg. 15. 23. in LXX. *apud Iſraël.* Et rurſus; *Augurium peccatum eſt.*
Levit. 19. 26. Et alio in loco; *Non augurabimini; & divinatio-*
Deut. 18. 10. *nes, vaticinia & ventriloquos non ſequemini; magos*
non habebitis. Quocirca & Hieremias admonet,
Jer. 10. 2. dicens; *Juxta vias Gentium nolite incedere; & a*

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ξϛ.

Ὅτι πάντα τὰ Ἑλλήνων ἀσεβήματα ἀποστρέφεσθαι χρή.

ΦΥλάσσεσθε οὖν τοῦ μὴ συγχαλάζειν τοῖς ἀπολλυμένοις, ὅ ἐστι συναγωγὴ ἐθνῶν, εἰς ἀπάτην καὶ ἀπώλειαν. οὐδεμία γὰρ κοινωνία Θεοῦ πρὸς διάβολον. ὁ γὰρ συναθροιζόμενος μετὰ τῶν τὰ διαβόλου φρονούντων, εἷς ἐξ αὐτῶν λογισθήσεται, καὶ τὸ οὐαὶ κληρονομήσει. Φεύγετε δὴ καὶ τὰ ἀπρεπῆ τῶν θεαμάτων· τὰ θέατρα φημι, καὶ τὰς Ἑλληνικὰς πομπάς, ἐπαοιδάς, κληδόνας, μαντείας, καθαρισμούς, οἰωνισμούς, ὀρνιθοσκοπίας, νεκυομαντείας, ἐπιφωνήσεις· ὅτι γέγραπται· Οὐ γάρ ἐστιν οἰωνισμὸς ἐν Ἰακώβ, οὐδὲ μαντεία ἐν Ἰσραήλ. Καὶ πάλιν· [60] Οἰώνισμα ἁμαρτία ἐστί. Καὶ ἀλλαχοῦ· Οὐκ οἰωνιεῖσθε, καὶ κληδόσι καὶ μαντείαις καὶ ἐγγαστριμύθοις οὐκ ἐπακολουθήσετε, φαρμακοὺς οὐ περιποιήσετε. Διὸ παραινεῖ καὶ ὁ Ἱερεμίας, λέγων· Κατὰ τὰς ὁδοὺς τῶν ἐθνῶν μὴ πορεύεσθε· καὶ

ἀπὸ

S. Irenæi lib. 1. cap. 1. niſi vetus illius Interpres autem velleret, exigeretque opellam meam. Etenim Græcis apud Epiphanium Hæreſi 31. cap. 21. καὶ ἐπὶ πᾶσαν ἑορτάσιμον τῶν ἐθνῶν τέρψιν εἰς τιμὴν τῶν εἰδώλων γινομένην πρῶτοι συνίασιν. ὡς μηδὲ τῆς παρὰ Θεῷ καὶ ἀνθρώποις μεμισημένης τῆς τῶν θηριομάχων καὶ μονομαχίας ἀνδροφόνου θέας ἀπέχεσθαι ἐνίους αὐτῶν. His, inquam, Græcis non reſpondent Latina librorum impreſſorum; *Et in omnem diem feſtum Ethnicorum pro voluntate in honore Idolorum factum primi conveniunt*, Valentiniani. *ut ne nihilo quidem abſtineant, quod eſt apud Deum & apud homines odioſum muneris homicidiale ſpectaculum.* Itaque quò reſpondeant, ſenſumque probum obtineant, *voluntate* mutari debet in *voluptate* quæ τέρψις Græcè dicitur; & poſt *abſtineant* addendum eſt, *ab eo.* Nihil certius. COTEL.

59. Ἐπὶ καθέδραν λοιμῶν.] Poſt multos, λοιμῶν adjectivè non ſubſtantivè accepi. Appoſitè verò ad Conſtitutoris mentem Philaſtrius cap. 79. partis tertiæ, exponit verba Davidis, hunc in modum; *Beatus vir qui non abiit in conſilio impiorum; id eſt Paganorum: & in via peccatorum non ſtetit, quippe Judæorum: & in cathedra peſtilentiæ non ſedit, utique Hæreticorum.* Ibid.

60. Οἰώνισμα ἁμαρτία ἐστί.] In hoc Scripturæ textu librarii Luciferi Calaritani non putantes vocem *ominatio* locum habere poſſe, eam ineptè mutaverunt, poſueruntque, *Peccatum abominatio eſt.* libro de Regibus Apoſtaticis pag. 162. Ibid.

61. Ze-

ἀπὸ τῶν σημείων τοῦ οὐρανοῦ μὴ φοβεῖσθε. Διόπερ χρὴ τὸν πιστὸν φεύγειν τὰς συνόδους τῶν ἀσεβῶν Ἑλλήνων καὶ Ἰουδαίων· καὶ τῶν λοιπῶν αἱρετικῶν· ἵνα μὴ τῷ συσχολάζειν αὐτοῖς, παγίδας λάβωμεν ταῖς ἑαυτῶν ψυχαῖς· ὅπως μὴ συναναστρεφόμενοι ταῖς ἑορταῖς αὐτῶν, αἵτινες ἐπὶ τιμῇ τῶν δαιμόνων ἐπιτελοῦνται, κοινωνήσωμεν αὐτοῖς καὶ τῆς ἀσεβείας. Φευκτέον δὲ αὐτῶν καὶ αἱ πανηγύρεις, καὶ τὰ ἐν αὐταῖς ἐπιτελούμενα παίγνια. παρὰ γὰρ ἐν πανηγύρει ὁ χρὴ παραβάλλειν, πλὴν δὲ [61] σωμάτιον πρίασθαι, καὶ ψυχὴν περιποιήσασθαι, καὶ ἕτερά τινα συνωνήσασθαι τῶν πρὸς χρῆσιν ἁρμοζόντων. ἀπέχεσθε οὖν πάσης τῆς τῶν εἰδώλων πομπῆς, φαντασίας, πανηγύρεως, συμποσίων, μονομαχίας, καὶ πάσης θέας δαιμονιώδους.

ſignis cæli nolite metuere. Quapropter oportet fidelem declinare à conventibus impiorum Gentilium & Judæorum & reliquorum Hæreticorum; ne cum eis feriando, animabus noſtris laqueos comparemus; neve feſta eorum, quæ in Dæmonum honorem peraguntur, unà concelebrando, ipſorum quoque impietatis efficiamur participes. Fugiendi etiam ſunt Ethnicorum ſolennes mercatus, & quæ in iis ludicra fiunt. Fidelis enim ad nundinas accedere non debet, niſi ad mancipiolum emendum, acquirendamque animam, & ad quædam alia humanæ neceſſitati accommoda coëmenda. Abſtinete ergo omni Idolorum pompa, oſtentatione, publico conventu, conviviis, gladiatoriis muneribus, univerſo denique ſpectaculo dæmoniaco.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ξγʹ.

Ὅτι ἀργὸν οὐ χρὴ ἐσθίειν τινὰ τῶν πιστῶν· ὡς οἱ περὶ Πέτρον ἁλιεῖς, καὶ οἱ λοιποὶ ἀπόστολοι, οἱ δὲ περὶ Παῦλον καὶ Ἀκύλαν σκηνοποιοί, οἱ δὲ περὶ Ἰούδαν Ἰακώβου γῆς ἐργάται.

Οἱ δὲ νεώτεροι τῆς ἐκκλησίας, ἐν πάσαις ταῖς χρείαις ἀόκνως λειτουργεῖν σπουδάζετε· μετὰ πάσης σεμνότητος τοῖς ἔργοις ὑμῶν σχολάζετε, ὅπως ἐν παντὶ τῷ χρόνῳ ὑμῶν ἔτι ἐπαρκῆτε καὶ ἑαυτοῖς καὶ τοῖς πενομένοις, πρὸς τὸ μὴ ἐπιβαρεῖν τὴν τοῦ Θεοῦ ἐκκλησίαν. [62] καὶ γὰρ καὶ ἡμεῖς σχολάζοντες τῷ λόγῳ τοῦ εὐαγγελίου, ὅμως καὶ τῶν ἐπεργιῶν οὐκ ἀμελοῦμεν· οἱ μὲν γάρ εἰσιν ἐξ ἡμῶν ἁλιεῖς,

CAPUT LXIII.

Quòd inter fideles qui otioſus fuerit, non debeat comedere: Petrus enim fuit piſcator, & reliqui Apoſtoli; Paulus autem & Aquila tabernaculorum artifices; Judas vero Jacobi, agricola.

At vos, Eccleſiæ juventus, ſtudete, in omnibus uſibus ac neceſſitatibus impigrè miniſtrare: operibus veſtris cum omni ſanctimonia vacate, ut per univerſum tempus veſtrum, cum vobis, tum egentibus ſufficienter provideatis, ne Eccleſiam Dei gravetis. Nam nos quoque, licèt Evangelii verbo operam demus, non tamen ſubſeciva opera negligimus: alii enim ex nobis piſcatores

61. Σωματίων.] *Græci*, dicitur à S. Auguſtino libro Locutionis de Geneſi, ad cap. 34. *σωμάτια ſervos appellant uſitatiſſimâ locutione.* Inter varia autem teſtimonia, quæ ad explicandam hanc σώματος & σωματίου acceptionem proferunt Grammaticorum & Criticorum filii, duo ſunt Epiphanii in Ancorato depravata leviter, facilia correctu, nondum tamen (quod ſciam) emendata. Alterum cap. 59. *καὶ ὠνούμεθα τοὺς δούλους σώματα οὕτω καλοῦντες, διατυποῦντες, φησὶν, ἐκεῖνο σωμάτιον, ἀλλὰ καὶ ψυχὰς ἔχοντα. ἐπειδὴ δὲ διατυποῦσιν τὸν ἄνθρωπον. σωμάτιον καλεῖ, ἀλλ' οὐ ψυχὴν, διὰ τοῦτο τοὺς δούλους ἰουδαῖοι σώματα ἐκάλεσαν. σὺν ψυχῇ. ὅτι δεῖξῃ τὴν χρῆσιν τοῦ σωματίου.* Conſtructionis leges poſtulant, ἐκάλεσαν. Alterum cap. 78. *καὶ πάλιν οὕτω ὁ ἀνδραποδίστης καλεῖ τὸν ἄνθρωπον διὰ τὸ ὡς σώματος*, (repono σώματος,) *ὅτι διατυποῦσι τὸν ὀνόματι σωμάτιον, εἰ πωλεῖ ἀνὴρ ψυχήν.* COT.

62. Καὶ γὰρ καὶ ἡμεῖς &c.] Itaque ab alia manu eſt titulus; potiſſimùm ut concipitur in Editione Boviana; *Quod non oportet otioſum comedere, ſicuti Petrus piſcator, & alii Apoſtoli; Paulus verò & Aquila ſcenas faciebant, Judas & Jacobus agricolæ erant. Narrat Hegeſippus & Tertullianus Romanus*, hoc eſt, *Latinus.* Solùm duo dicit Conſtitutor. Primum, Apoſtolos inter Evangelizandum, artes ſuas exercuiſſe. Id verò innuitur quoque à S. Hieronymo Epiſt. 4. ad Ruſticum his verbis; *Apoſtoli habentes poteſtatem de Evangelio vivere, laborabant manibus ſuis, ne quem gravarent, & aliis tribuebant refrigeria, quorum pro ſpiritualibus debebant metere carnalia.* Et à S. Iſidoro in Regula ſua, ſic; *Siquidem & Petrus princeps Apoſtolorum piſcatoris geſſit officium, & omnes Apoſtoli corporale opus faciebant, unde vitam corporis ſuſtentabant.* Contrà ex B. Auguſtini ſententia, libro de opere Monachorum cap. 20. cæteri Apoſtoli, & fratres Domini, & Cephas manibus non operabantur, ſed Paulus duntaxat & Barnabas, I. Corinth. IX. 4, &c. Alterum quod dicit Conſtitutor eſt, ea Apoſtolis opificibus extitiſſe alios piſcatores, alios fabricatores tabernaculorum, alios agricolas. Et quidem piſcatoriam exercebant Petrus & Andreas, & filii Zebedæi Jacobus & Johannes, uti patet per Matthæi caput 4. Marci 1. & Lucæ 5. perque plurima Patrum teſtimonia, inque iis Origenis Homiliâ 17. in Numeros. Quamquam idem Adamantius Tomo 1. in Celſum pag. 42 Auguſt. Edit. videtur Jacobum & Johannem nautas facere, Petrum & Andream piſcatores. Verùm eo loci magis ex mente Celſi ſermonem inſtituit, quàm ex ſua. Etenim paullò poſt, pag. 49. cum aliis Eccleſiæ Doctoribus Apoſtolos dividit in piſcatores & publicanos. In Chronico Hippolyti Thebani, & in Nicephoro lib. 2. cap. 3. Zebedæus *ἰδιόπλοιος* eſt, *navim propriam habens.* Jam vero Paulus & Aquila Actorum XVIII. 3. nuncupantur *σκηνοποιοὶ τὴν τέχνην*: & nomen *σκηνοποιοῦ* tribuitur Paulo, per Theodoritum Quæſtione 16. in Judices. De Juda autem Jacobi, agricola, ſeu (ut Bovius) Juda & Jacobo agricolis nihil ſuccurrit quo rem confirmem. Tantùm memini hæc generalia me legere in Conciliis, ſcripta à Synodo Mediolanenſi anni 679. ad Conſtantinum Pogonatum Imperatorem; *Nam ſi relegas*, (al. *recolas*) *inſigniſſime Imperator, non cum Dialecticis, non cum Rhetoricis, non cum Grammaticis, ſed cum ruſticis & piſcatoribus, Dominus poſuit rationem, & his tradidit ſui ſecreta conſilii, quos & principes ordinavit, quibus ligandi ſolvendique tribuit poteſtatem.* Immò MS. Codex 1007. Bibliothecæ Regiæ, qui complectitur quatuor Evangelia, contrarium docet in obſervatione ſubjunctâ Evangelio Matthæi. Integram illam adnotationem de duodecim Apoſtolis adducere ac interpretari minimè gravabor.

1. *Petrus, qui & Simon, & Cephas, & Symeon.*	αʹ. Πέτρος, ὁ καὶ Σίμων, καὶ Κηφᾶς, καὶ Συμεών.	
2. *Andreas frater ejus.*	βʹ. Ἀνδρέας ἀδελφὸς αὐτοῦ.	
3. *Jacobus filius Zebedæi: & Johannes, 4. Propter Boanerges vocabantur filii tonitrui.*	γʹ. Ἰάκωβος υἱὸς Ζεβεδαίου καὶ Ἰωάννης δʹ. ἐκαλοῦντο διὰ τὸ Βοανεργὲς υἱοὶ βροντῆς.	
5. *Philippus, qui in Hierapoli.*	εʹ. Φίλιππος, ὁ ἐν Ἱεραπόλει.	
6. *Bartholomæus. Hic Indos docet.*	ϛʹ. Βαρθολομαῖος. οὗτος Ἰνδοὺς ἐδίδαξε.	
7. *Matthæus publicanus.*	ζʹ. Ματθαῖος ὁ τελώνης.	
8. *Thomas qui & Didymus. Prædicavit Parthis & Indis.*	ηʹ. Θωμᾶς ὁ καὶ Δίδυμος, Πάρθοις καὶ Ἰνδοῖς.	
9. *Jacobus Alphæi. Interpretationem habet, diſcipulus vitæ.*	θʹ. Ἰάκωβος Ἀλφαίου. ἑρμηνεύεται δὲ μαθητὴς ζωῆς.	
10. *Thaddæus. Hic à Matthæo quidem vocatur Lebbæus: à Luca verò Judas Jacobi: à Marco autem Levi, qui ſedebat ad telonium. Exponitur porrò, laudatio.*	ιʹ. Θαδδαῖος. οὗτος παρὰ μὲν τῷ Ματθαίῳ Λεββαῖος λέγεται· παρὰ δὲ τῷ Λουκᾷ Ἰούδας Ἰακώβου· παρὰ δὲ Μάρκῳ Λευΐς. καθήμενος παρὰ τὸ τελώνιον. ἑρμηνεύεται δὲ * αἴνεσις.	*Matt. 10. 3. in Græco. Luc. 6. 16. Marc. 2. 14.* * f. αἴνεσις
11. *Simon Cananites. Cruci affixus fuit. Appellaturque etiam Symeon, & Cleophas, & Judas.*	ιαʹ. Σίμων ὁ Κανανίτης. σταυρῷ ἐτελειώθη. ὁ καὶ Συμεὼν καὶ Κλεόπας καὶ Ἰούδας λεγόμενος.	
12. *Atque Matthias, qui in locum Judæ ſuffectus eſt.*	ιβʹ. Καὶ Ματθίας, ὁ ἀντὶ Ἰούδα ἐπιλεχθείς.	
Publicani, *Matthæus, Jacobus, & Judas.*	Τελῶναι. Ματθαῖος, Ἰάκωβος, καὶ Ἰούδας.	
Matthæus dicit ſe appellatum	Ματθαῖος λέγει αὐτὸν καλεῖ-	*Matt. 10. 3;*

res ſunt, alii tentoriorum opifices, alii agricolæ; ut numquam otioſi ſimus. Ait autem & Salomon;
Prov. 6. 6. &c. apud LXX. *Vade ad formicam, ô piger, & æmulare videns vias ejus, & eſto illâ ſapientior. Nam cùm illi non ſit agellus, neque habeat qui cogat, neque ſub domino ſit; parat æſtate cibum, & multam in meſſe facit apparationem. Aut vade ad apem, & diſce quo modo operaria eſt, & opus ſuum quàm probum negotiatur: cujus labores, reges & privati ad ſanitatem ſumunt: eſt autem deſiderabilis & clara; & cùm ſit viribus infirma, ſapientiam honorans evecta eſt.* Et in conſequentibus; *Uſquequo piger jaces; quando autem è ſomno excitaberis? Paullùm quidem dormis, paullùm autem ſedes, pàrùm autem dormitas, paullùm autem amplecteris manibus pectora: deinde advenit tibi tamquam malus viator paupertas, & egeſtas tamquam bonus curſor. Si verò impiger fueris, veniet ut fons meſſis tua, & egeſtas quaſi ma-*
Prov. 12. 11. *lus vir aufugiet.* Et iterum; *Qui operatur terram ſuam, replebitur panibus.* Et alio in loco ait; *O-*
Eccl. 4. 5. *tioſus complexus eſt manus ſuas, & comedit carnes*
Prov. 19. 24. *ſuas.* Et præterea; *Piger qui abſcondit manum ſuam, non poterit eam deferre ad os ſuum.* Et ad-
Eccl. 10. 18. huc; *Propter ſegnitiem manuum, inclinabitur contignatio.* Igitur operamini aſſiduè: irreparabilis
2 Theſſ. 3. 10. enim eſt pigri infamia. Si quis autem non operatur, apud vos is non manducet. Otioſos enim odio proſequitur Dominus Deus noſter; nec ſegnis eſſe debet quiſquam eorum qui Deum colunt.

οἱ δὲ σκηνοποιοί, οἱ δὲ γῆς ἐργάται, πρὸς τὸ μηδέποτε ἡμᾶς ἀργοὺς εἶναι. Λέγει δέ που καὶ ὁ Σολομών· Ἴθι πρὸς τὸν μύρμηκα, ὦ ὀκνηρέ, καὶ ζήλωσον ἰδὼν τὰς ὁδοὺς αὐτοῦ, καὶ γενοῦ ἐκείνου σοφώτερος. Ἐκείνῳ γὰρ γεωργίου μὴ ὑπάρχοντος, οὐδὲ τὸν ἀναγκάζοντα ἔχων, οὐδὲ ὑπὸ δεσπότην ὤν, ἑτοιμάζεται θέρους τὴν τροφήν, πολλήν τε ἐν τῷ ἀμητῷ ποιεῖται τὴν παράθεσιν· ἢ πορεύθητι πρὸς τὴν μέλισσαν, καὶ μάθε ὡς ἐργάτις ἐστί, τήν τε ἐργασίαν ὡς σεμνὴν ἐμπορεύεται· ἧς τοὺς πόνους βασιλεῖς καὶ ἰδιῶται πρὸς ὑγίειαν προσφέρονται· ποθεινὴ δέ ἐστι καὶ * ἐπίδοξος· * ἅπερ οὖσα τῇ ῥώμῃ ἀσθενής, τὴν σοφίαν τιμήσασα προήχθη. Καὶ ἑξῆς· Ἕως πότε, ὀκνηρέ, κατάκεισαι; πότε δὲ ἐξ ὕπνου ἐγερθήσῃ; ὀλίγον μὲν ὑπνοῖς, ὀλίγον δὲ κάθησαι, μικρὸν δὲ νυστάζεις, ὀλίγον δὲ ἐναγκαλίζῃ χερσὶ στήθη· εἶτα παραγίνεταί σοι ὥσπερ κακὸς ὁδοιπόρος ἡ πενία, καὶ ἡ ἔνδεια ὥσπερ ἀγαθὸς δρομεύς. Ἐὰν δὲ ἄοκνος ᾖς, ἥξει ὥσπερ πηγὴ ὁ ἀμητός σου, καὶ ἡ ἔνδεια ὥσπερ κακὸς ἀνὴρ ἀπαυτομολήσει. Καὶ πάλιν· Ὁ ἐργαζόμενος τὴν ἑαυτοῦ γῆν, πλησθήσεται ἄρτων. Καὶ ἐν ἄλλοις φησίν· Ὁ ἀργὸς περιέλαβε τὰς χεῖρας ἑαυτοῦ, καὶ ἔφαγε τὰς σάρκας αὐτοῦ. Καὶ ἑξῆς· Κρύψας ὀκνηρὸς τὰς χεῖρας αὐτοῦ, οὐ δυνήσεται ἀπενέγκειν εἰς τὸ στόμα αὐτοῦ. Καὶ πάλιν· Δι' ἀργίαν χειρῶν ταπεινωθήσεται ἡ δόκωσις. Ἐργάζεσθε οὖν ἐνδελεχῶς· ἀθεράπευτος γάρ ἐστιν ἀργοῦ μῶμος. Εἰ δέ τις μὴ ἐργάζεται, ὅτος παρ' ὑμῖν μὴ ἐσθιέτω. Ἀργοὺς γὰρ μισεῖ καὶ ὁ Κύριος ὁ Θεὸς ἡμῶν· ἀργὸς γὰρ εἶναι οὐκ ὀφείλει οὐδεὶς τῶν Θεῷ προσανεχόντων.

* al. ἐπίδοξος.
* al. καίπερ

Marc. 2. 14. & 3. 18. Luc. 5. 27. Marc. 2. 14. Luc. 6. 16. κατὰ τελώνην. ὁ δὲ Μάρκος τὸν Ἰάκωβον Ἀλφαίου. ὁ δὲ Λουκᾶς ἐν τῷ λη´. κεφαλαίῳ τὸν Λευΐν. ὡς καὶ ὁ Μάρκος ὀνομάζει. ἐν δὲ τῷ μη´. Ἰούδαν Ἰακώβου.

fuiſſe nomine publicani. At Marcus Jacobum Alphæi commemorat. Lucas verò in Capitulo 38. Levin, quo modo etiam nuncupat Marcus; in Capitulo autem 48. Judam Jacobi.

Hic Thaddæus, Lebbæus, Levis, Judas Jacobi, multa nomina cenſentur unius hominis publicani, qui fratrem habuerit Jacobum Alphæi, ejuſdem profeſſionis, pariter publicanum. Non ergo agricolæ fuerunt. Atque ei ſententiæ ſubſcribunt ex parte, de Jacobo ſcilicet, Chryſoſtomus, Euthymius, & Theodoritus; illi ad Matthæi X. 3. hic ad Pſal. LXVII. 7. Sed tenendum omnino eſt cum Origene jam laudato; præter quatuor ſuprà memoratos, & unum publicanum, Matthæum, ignorari quâ ex arte victum ſibi comparârint reliqui ex duodecim, antequam à Chriſto eſſent vocati. Ideoque ad incertas traditiones amandari debet titulus Bovianus, quo alii Apoſtoli piſcatores ſiunt, quod & fuiſſe dicuntur Thomas & Bartholomæus in Metaphraſte apud Surium. Item aſſertio quorumdam apud Alexandrinum Clementem Strom. 4. p. 488. quaſi Matthias extiterit publicanorum princeps. Necnon illud in ſuppoſititia Epiſtola de morte S. Hieronymi; *Duodecim fatemur Chriſtum Apoſtolos elegiſſe: quorum omnium ſolus Bartholomæus carnis origine fuit nobilis; & Matthæus divitiis, antequam reciperet Apoſtolatum, conſiſtebat: cæteri verò erant pauperrimi piſcatores.* Denique Indiculus ſequens ſumptus ex antiquis MSS. Chriſtianiſſimi Regis num. 1789. 1026.

Τῶν ιβ´. ἀποστόλων αἱ πατρίδες, καὶ τὰ ὀνόματα τῶν γεννησάντων αὐτούς.	*Duodecim Apoſtolorum patria, cum nominibus eorum qui illos genuerunt.*
Πέτρος καὶ Ἀνδρέας ἀδελφοί. ἐκ πατρὸς * Ἰωνᾶ, μητρὸς * Ἰωάννας, ἁλιεῖς τὴν τέχνην, ἀπὸ Βηθσαϊδᾶ τῆς κώμης.	*Petrus & Andreas fratres, ex patre Jona, matre Johannâ, arte piſcatores, è vico Bethſaida.*
Ἰάκωβος καὶ Ἰωάννης ἀδελφοί, ἐκ πατρὸς Ζεβεδαίου, μητρὸς Ἱεροκλείας, ἁλιεῖς καὶ αὐτοί.	*Jacobus & Johannes fratres, patre Zebedæo, matre Hieroclea, ipſi quoque piſcatores.*
Φίλιππος, ἐκ πατρὸς * Φιλισανοῦ, μητρὸς δὲ Σοφίας, ἀπὸ Βηθσαϊδᾶ τῆς κώμης, * ἡνίοχος τὸ ἐπιτήδευμα.	*Philippus, à Philiſane patre, matre verò Sophiâ, è vico Bethſaida, auriga profeſſione.*
Θωμᾶς * ὁ * καὶ * Δίδυμος * ἐν μιᾷ ἀδελφῇ λεγομένῃ * Λυσίᾳ, ἐκ πατρὸς * Διοφάνους, μητρὸς δὲ * Ῥόας, ἀπὸ Ἀντιοχείας.	*Thomas, qui & Didymus, cum ſorore Lyſiâ vocatâ, patre Diophane, matre autem Rhoâ, ab Antiochia.*
Βαρθολομαῖος, ἐκ πατρὸς Σωσθένους, μητρὸς δὲ * Οὐρεανίας. * γεωμορεύων ὢν * λαχάνων * φυλάσσων.	*Bartholomæus, de patre Soſthene, matre verò Urina, cultor paſcui, ſeu olerum ſator.*
Θαδδαῖος ὁ καὶ Λεββαῖος, ἐκ πατρὸς Νεκροφάνους, μητρὸς δὲ * Σελήνης * Ἰταλικός.	*Thaddæus, qui & Lebbæus, patre Necrophane, matre autem Selene, Italicà.*
Ἰάκωβος ὁ τοῦ Ἀλφαίου, ἐκ πατρὸς * Ἀνδρονίκου, μητρὸς δὲ Εὐτυχίας, ἀπὸ Ἱεραπόλεως. * λαξὸς τὴν τέχνην.	*Jacobus Alphæi, ex patre Androne, matre Eutychiâ, patriâ Hierapoli; lapicida arte.*
Ματθαῖος ὁ καὶ * Λευῒς, τελώνης τὸ ἐπιτήδευμα, ἐκ πατρὸς Ῥούχου, μητρὸς δὲ * Χαρωθέας, ἀπὸ τῆς * Γαλιλαίας.	*Matthæus qui & Levis, vitæ inſtituto publicanus, natus ex patre Ruco, & matre Charotheâ, oriundus Galilæâ.*
Σίμων ὁ Κανανίτης, * ἀρχιτρίκλινος τοῦ κυρίου εἰς τοὺς γάμους, ἐκ πατρὸς * Γαλλίωνος, μητρὸς * δὲ * Ἀμμείας.	*Simon Cananita, qui Dominum ad nuptiale prandium vocavit, ex patre Gallione, ac matre Ammiâ.*
Σίμων ὁ * καλούμενος ζηλωτής. * ἀπὸ * Σαλεὶμ, ἐκ πατρὸς * Ζήνωνος. σημείωσαι δὲ ὅτι ὁ Λουκᾶς τὸν μὲν Θαδδαῖον Ἰούδαν Ἰακώβου ἐκάλεσε, Σίμωνα δὲ τὸν Κανανίτην, ζηλωτὴν ἐκάλεσεν.	*Simon appellatus zelotes, de Salim, patre Zenone. Porrò obſerva quòd Lucas Thaddæum quidem appellavit Judam Jacobi, Simonem verò Cananæum, zelotem vocavit.*
* Ἰούδας ὁ Ἰσκαριώτης.	*Judas Iſcariotes.*

* Al. Ἰωάννου
* Al. Ἰωνᾶς
* Al. Φιλισσανοῦ
* Al. ἡνίοχος
* Al. καὶ Ἰούδας ὁ Δίδυμος
* Al. Λυσίας
* Al. Διοφάνους
* Al. Ῥόας
* Al. Οὐρεανίας
* Al. κηπουρὸς
* Al. λαχανεύων τὸ ἐπιτήδευμα.
* Al. Σαουῆ Γαυλανίτης ὁ καὶ Ἰούδας Ἰακώβου.
* Al. Ἀνδρονίκου
* Al. λαοξόος
* Al. Λευίτης
* Al. Κυρωθέας
* Al. Γαλλίωνος
* Al. ἀρχιτρίκλινος
* Al. Καλλωνᾶ
* Al. Δαμίας
* Deeſt in al.
* Deeſt in al.
* Al. Ζηνωνᾶ
* Hunc alter cod. non habet.

ΚΕΦΑΛΑΙΑ

τοῦ τρίτου βιβλίου.

* *

β'. Ὅτι παραιτητέον καθιστᾶν νεωτέρας χήρας, διὰ τὸ ὕποπτον.

γ'. Ὁποίας εἶναι χρὴ τὰς χήρας, καὶ ὅπως ἐπικουρεῖσθαι παρὰ τοῦ ἐπισκόπου.

δ'. Ὅτι παντὶ ὀντιναοῦν ἐνδεεῖ εὐποιεῖν χρή.

ε'. Ὅτι καὶ τοῦ ἤθους ἐπιμελητέον τὴν χήραν.

ς'. Ὅτι οὐ χρὴ γυναῖκας διδάσκειν, ἀπρεπὲς γάρ· καὶ ποῖαι γυναῖκες εἵποντο τῷ κυρίῳ.

ζ'. Οἷαί εἰσιν αἱ ψευδόχηραι.

η'. Ὅτι οὐ χρὴ παρὰ ἀναξίων λαμβάνειν τὴν χήραν, ἢ τὸν ἐπίσκοπον, ἢ ἄλλον πιστόν.

θ'. Ὅτι οὐ χρὴ γυναῖκας βαπτίζειν· ἀσεβὲς γάρ, καὶ τῆς Χριστοῦ διδασκαλίας ἀλλότριον.

ι'. Ὅτι οὐ χρὴ λαϊκὸν ποιεῖν ἱερατικὸν ἔργον· βάπτισμα, ἢ θυσίαν, ἢ χειροθεσίαν, ἢ εὐλογίαν.

ια'. Ὅτι πλὴν ἐπισκόπου ἢ πρεσβυτέρου, οὐδενὶ τῶν λοιπῶν κληρικῶν ἐπιτέτραπται τὰ τῶν ἱερέων ἐνεργεῖν· τὸ δὲ χειροτονεῖν μόνῳ ἐπισκόπῳ προσήκει, ἑτέρῳ δὲ οὐδενί.

ιβ'. Ἀποτροπὴ βασκανίας.

ιγ'. Ὅπως δεῖ προσεύχεσθαι τὰς χήρας ὑπὲρ τῶν διδόντων τὰ πρὸς τὰς χρείας.

ιδ'. Ὅτι οὐ χρὴ κομπάζειν, καὶ προσαγγέλλειν τὸ ἑαυτοῦ ὄνομα, τὸν καρποφοροῦντα, κατὰ τὴν τοῦ κυρίου διάταξιν.

ιε'. Ὅτι ἀπρεπὲς τὸ λοιδορεῖν τὸν πλησίον· ἀλλότριον γὰρ Χριστιανῶν τὸ καταρᾶσθαι.

ις'. Περὶ μυήσεως θείας τοῦ ἁγίου βαπτίσματος.

ιζ'. Ποίαν αἰτίαν ἔχει τὸ εἰς τὸν Χριστὸν βάπτισμα· καὶ διατί τὰ ἐν αὐτῷ ἕκαστα λέγεται, καὶ περὶ πράττεται.

ιη'. Οἷος ὀφείλει εἶναι ὁ μεμυημένος.

ιθ'. Οἷος ὀφείλει εἶναι ὁ διάκονος.

κ'. Ὅτι ὑπὸ τριῶν ἢ δύο ἐπισκόπων ὀφείλει χειροτονεῖσθαι ὁ ἐπίσκοπος, ἀλλ' οὐχ ὑπὸ ἑνός· ἀβέβαιον γάρ.

CAPITA

libri tertii.

* *

II. Quòd cavendum ſit, ne quis Viduas juniores conſtituat, propter ſoſpicionem.

III. Quales eſſe oporteat viduas, & quo modo ab Epiſcopo debeant adjuvari.

IV. Quòd oportet unicuique indigenti bene facere.

V. Quòd viduæ, probitas morum curæ eſſe debeat.

Va. Quòd non oportet mulieres, docendi officio fongi; indecorum enim eſſe: & quales mulieres Dominum ſequebantur.

VaI. Quales ſint falſæ viduæ.

VIII. Quòd non oportet ut ab indignis accipiat vidua, vel Epiſcopus, vel alius fidelis.

IX. Quòd non oportet ut mulieres baptizent: id enim impium, & à doctrina Chriſti alienum.

X. Quòd non debeat Laicus opus ſacerdotale facere; Baptiſma, aut ſacrificium, aut manûs impoſitionem, aut benedictionem.

XI. Quòd præterquam Epiſcopo aut Presbytero, nulli cæterorum Clericorum liceat quæ ſunt ſacerdotum exercere: & quòd ordinare, ſoli Epiſcopo conveniat, nulli verò alii.

XII. Dehortatio ab invidia.

XIII. Quo modo oporteat viduas orare pro iis qui neceſſaria tribuunt.

XIV. Quòd ſecundùm Domini conſtitutionem, non debeat jactare ſe, nec nomen ſuum prædicare, quæ munus tribuit.

XV. Quòd non deceat conviciari proximo: alienum enim eſſe à Chriſtianis, maledicere.

XVI. De divina ſancti Baptiſmatis initiatione.

XVII. Quam cauſſam habeat Baptiſmus in Chriſtum: & quare ſingula in eo, & dicantur, & fiant.

XVIII. Qualis eſſe debeat Baptiſmo initiatus.

XIX. Qualis eſſe debeat Diaconus.

XX. Quòd Epiſcopus à tribus vel duobus Epiſcopis debeat ordinari; non autem ab uno: id enim eſſe irritum.

LIBER TERTIUS.

De Viduis.

CAPUT PRIMUM.

De Viduis, earumque ætate.

1 Tim. 5. 9. VIDUAS autem conſtituite non minores annis ſexaginta, ut quodammodo propter grandævitatem certi ſitis ac nulla ſuſpicio ſit eas ſecundum matrimonium contracturas. Quòd ſi juniorem in Viduatu conſtitueritis, eaque non ferens viduitatem in juventute, nupſerit, ignominiam afferet glorioſo Viduarum gradui, atque rationem Deo reddet; non quòd ſecundis nuptiis copulata ſit, ſed quòd profeſſionem ſuam non
1 Tim. 5. 11. ſervarit, luxuriata adversùs Chriſtum: quia cum fide ac Dei timore non venit ad tenendum promiſſum. Ideo non oportet temere ac præcipitanter promiſſionem facere, ſed cautè & conſideratè:
Eccl. 5. 4. melius namque eſt ei, non vovere, quàm vovere, & non reddere. Si autem aliqua adoleſcentior, poſt exiguum tempus cum viro tranſactum, amiſſo eo per mortem aut per aliquem alium caſum, manſerit apud ſe ſingularis, habens donum vidui-
3 Reg. 17. 9. tatis; beata cenſebitur; ſimilis viduæ Sarephthis Sidoniorum commoranti, ad quam ſanctus Dei
Luc. 2. 36. I. Ignat. interpol. ad Philad. 4. Propheta Elias divertit: ſimilis quoque Annæ Phanuelis filiæ, de tribu Aſeris, quæ à templo non recedebat, nocte ac die perſeverans in obſecrationibus & precibus, annos nata octoginta quatuor; quæque vixerat cum viro ſuo, à virginitate ſua annis ſeptem; & Chriſti adventum magnificans confitebatur Domino, ac loquebatur de illo omnibus qui exſpectabant redemptionem in Iſraële. Talis vidua, teſtimonio accepto honorabitur; & cùm in terra ab hominibus gloriam, tum in cœlis à Deo laudem immortalem conſequetur.

ΒΙΒΛΙΟΝ ΤΡΙΤΟΝ.

Περὶ χηρῶν.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ α′.

Χήρας [63] δὲ καθιστᾶτε μὴ ἔλαττον ἐτῶν τῶν ἑξήκοντα, ἵνα τρόπῳ τινὶ τὸ τῆς διγαμίας αὐτῶν ἀνύποπτον βέβαιον ὑμῖν διὰ τῆς ἡλικίας ὑπάρχῃ. εἰ δὲ νεωτέρας καταστήσητε εἰς τὸ χηρικόν, καὶ μὴ φέρουσα τὴν ἐν νεότητι χηρείαν, γαμηθῇ· ἀπρέπειαν ἐμποιήσει τῇ δόξῃ τοῦ χηρικοῦ, καὶ λόγον ὑφέξει τῷ Θεῷ· οὐχ ὅτι δευτέρῳ γάμῳ συνήφθη, ἀλλ' ὅτι τὴν ἑαυτῆς ἐπαγγελίαν οὐκ ἐφύλαξε, καταστρηνιάσασα τοῦ Χριστοῦ· διότι μετὰ πίστεως καὶ φόβου Θεοῦ οὐκ ἦλθε φυλάξαι τὴν ἐπαγγελίαν· διὸ χρὴ μὴ προπετῶς ποιεῖσθαι τὴν ἐπαγγελίαν, ἀλλὰ μετὰ ἀσφαλείας· κρεῖσσον γὰρ αὐτῇ ἐστὶ μὴ εὔξασθαι, ἢ εὔξασθαι καὶ μὴ ἀποδοῦναι· εἰ δέ τις νεωτέρα ὀλίγον χρόνον σὺν τῷ ἀνδρὶ ποιήσασα, καὶ ἀποβαλοῦσα αὐτὸν διὰ θανάτου, [64] ἢ δι' ἀφορμῆς τινὸς ἑτέρας, καὶ μείνῃ ἐφ' ἑαυτῆς, δῶρον ἔχουσα χηρείας, μακαρία εὑρεθήσεται, ὁμοιωθεῖσα τῇ [65] ἐν Σαρεφθοῖς Σιδωνίας χήρᾳ, πρὸς ἣν ὁ ἅγιος τοῦ Θεοῦ προφήτης Ἠλίας ἐξενίσθη· ἡ τοιαύτη ἐξομοιωθήσεται Ἄννῃ τῇ θυγατρὶ Φανουὴλ τῇ ἐκ φυλῆς Ἀσήρ, ἣ οὐκ ἀφίστατο τοῦ ἱεροῦ, νύκτωρ καὶ μεθ' ἡμέραν προσκαρτεροῦσα ταῖς δεήσεσι, καὶ ταῖς προσευχαῖς, ἥτις ἦν ἐτῶν ὀγδοήκοντα τεσσάρων, ζήσασα δὲ μετὰ ἀνδρὸς ἐκ τῆς παρθενίας αὐτῆς ἔτη ἑπτά, καὶ τὴν τοῦ Χριστοῦ δοξάσασα παρουσίαν ἀνθωμολογεῖτο τῷ Κυρίῳ, καὶ ἐλάλει περὶ αὐτοῦ πᾶσι τοῖς προσδεχομένοις λύτρωσιν ἐν Ἰσραήλ. ἡ τοιαύτη μαρτύριον λαβοῦσα τιμηθήσεται, κλέος ἔχουσα καὶ παρὰ ἀνθρώποις ἐπὶ γῆς, καὶ παρὰ Θεῷ ἐν οὐρανοῖς τὸν αἰώνιον ἔπαινον.

CAPUT II.

Quòd cavendum ſit, ne quis Viduas juniores conſtituat, propter ſuſpicionem.

ADoleſcentiores verò viduæ in ordinem Vidualem non cooptentur; ne fortè prætextu

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ β′.

Ὅτι παραιτητέον καθιστᾶν νεωτέρας χήρας, διὰ τὸ ὕποπτον.

Αἱ δὲ νεώτεραι χῆραι εἰς χηρικὸν μὴ ἐγκαταλεγέσθωσαν, μήποτε προφάσει τοῦ μὴ δυνα-σθῆ

63. *Χήρας δὲ καθιστᾶτε*] Latè patet Viduarum nomen. Significat cunctas marito ſuperſtites. Significat pauperculas, poſt viri obitum Eleemoſynis Eccleſiæ indigentes. Significat Deo ſacratas, perpetuam profeſſas viduitatem. Significat demum in miniſterio Eccleſiaſtico conſtitutas, ſive Diaconiſſas. Ultimarum gradum & dignitatem Conſtitutio hîc *τὸ χηρικὸν* videtur appellare: vocabulo quo utitur Oecumenius ad I. Tim. V. 9. *φησί*, inquit, *τὰς εἰς τὸ χηρικὸν τελοῦσας λέγων*. In Clementinis Homil. 11. cap. ult. *τὸ χηρικὸν συστησάμενος*. Hoc eſt, interprete Rufino Recognit. lib. 6. cap. ult. *Inſtituit etiam Ordinem Viduarum*. Latinis Viduatum dicêre. Tertullianus de velandis virginibus cap. 9. *Planè ſcio alicubi virginem in Viduatu ab annis nondum viginti collocatam*. Hæ Viduæ ſalutari jubentur ab Ignatio in Epiſtola ad Smyrnæos. A Clemente Alexandrino Pædagogi III. cap. 12. p. 264 inter perſonas electas collocantur unà cum Presbyteris, Epiſcopis, & Diaconis. A Tertulliano I. ad uxorem 7. de præſcriptione Hæreticorum 3. de Monogamia 11. iiſdem Eccleſiaſticis hominibus junguntur. Ab Origene Homil. 6. in Eſaiam dicuntur in Eccleſiaſtico honore conſtitutæ: Homil. 17. in Lucam, in Eccleſiaſtica dignitate, ut Epiſcopi, Presbyteri, Diaconi: Tom. 32. in Johannem p. 390. *εἰς ἐκκλησιαστικὸν τιμήν*. Ab aliis ſimili modo agnoſcuntur, Pſeudo Hieronymo ad I. Tim. III. 11. & V. 9. 11. Patribus Concilii Epaonenſis in can. 21. & fabricatore canonis 74. eorum qui Concilio Nicæno tribuuntur, ac ex Arabico verſi ſunt. Ut taceam Leges 27 & 28. Cod. Theod. Tit. de Epiſcopis & Clericis. Itaque vult Conſtitutor noſter, ſecutus Apoſtolum I. Tim. V. 9. ut Viduæ annum ſexageſimum attigerint: ut unicam habuerint conjugem: atque renunciârint ſecundis nuptiis. Sed eam ordinationem ætas poſterior abrogavit; ſexagenarias nondum, atque etiam virgines, aut in primo matrimonio continenter viventes, ad Diaconiſſarum numerum referendo, tandemque tollendo totum id muneris & honoris. Falluntur Zonaras, Balſamon, & Blaſtares, qui ut concilient cum Pauli Apoſtoli decreto Canones Chalcedonenſem 15. & Trullanos 14. 40. affirmant præſcribi viduis Diaconiſſis annos ætatis ſexaginta, virginibus autem Diaconiſſis quadraginta. Cùm Canones memorati generales ſint, apertéque poſtremò citatus immutationem diſciplinæ doceat: quæ conſtat etiam aliunde; ex Sozomeno lib. 8 cap. 9. atque ex Novellis Juſtiniani. COT.

64. *Ἢ δι' ἀφορμῆς τινὸς ἑτέρας.*] Notavi ad Hermæ Paſtorem, in Mandati 4 caput 1. Ibid.

65. *Ἐν Σαρεφθοῖς.*] Variè ſcriptum invenies. *Sarapta. Saraphtha. Sarephta Sarepta. Sarephtha. Sarepta. Seraphtha.* Σαρεφθᾶ. Σαρεφθά. Σάρεπτα. Σαρέφθα. Σαρεφθά. Σάρεπτα. Σαρεπτά. Σαρεπτί. Σαρέφθα. Atque ejus civitatis mulier à Græcis appellatur Σαρεπτία. Σαρεφθία. & Σαρεφθία. Pro

δύνασθαι κρατεῖν τῆς ἀκμῆς, ἐπὶ δευτερογαμίαν ἐλθοῦσαι, ἐν πράγμασι γίνονται. Ἐπικουρείσθωσαν δὲ καὶ βοηθείσθωσαν, ἵνα μὴ προφάσει τῆς λείψεως, ἐπὶ δευτερογαμίαν ἐλθοῦσαι, ἐν πράγματι ἀπρεπεῖ ἐγχρονισθῶσι. 66 Καὶ τοῦτο γὰρ εἰδέναι ὀφείλετε, ὅτι μονογαμία μὲν ἡ κατὰ νόμον γινομένη, δικαία, ὡς ἂν κατὰ γνώμην Θεοῦ ὑπάρχουσα· διγαμία δὲ μετὰ ἐπαγγελίαν, παράνομος, οὐ διὰ τὴν συνάφειαν, ἀλλὰ διὰ τὸ ψεῦδος· τριγαμία δὲ, ἀκρασίας σημεῖον· τὸ δὲ ὑπὲρ τὴν τριγαμίαν, προφανὴς πορνεία, καὶ ἀσέλγεια ἀναμφίβολος. ὁ γὰρ Θεὸς μίαν γυναῖκα ἑνὶ ἀνδρὶ δέδωκεν ἐν τῇ δημιουργίᾳ· Ἔσονται γὰρ οἱ δύο εἰς σάρκα μίαν. Νεωτέραις δὲ μετὰ τὴν τοῦ πρώτου τελευτὴν συγχωρείσθω καὶ ὁ δεύτερος, ἵνα μὴ εἰς κρίμα τοῦ διαβόλου ἐμπέσωσι, καὶ παγίδας πολλὰς, καὶ ἐπιθυμίας ἀνοήτους, καὶ ἐπιζημίους ψυχαῖς, αἵτινες κόλασιν προξενοῦσι μᾶλλον ἢ ἄνεσιν.

quòd non poſſint fervorem ætatis continere, ad ſecundas nuptias veniant, eóque negotium ſibi faceſſant, ac in reatu ſint. Adjuventur autem & ſubleventur; ne occaſione deſertionis ſuæ, ad ſecundas nuptias delapſæ, in negotio indecoro detineantur. Etenim id quoque ſcire debetis, primas quidem & unicas nuptias, quando ſecundùm legem ac jus fiunt, juſtas eſſe, utpote juxta voluntatem Dei celebratas; ſecundas verò poſt profeſſionem nuptias, eſſe illicitas, non propter conjugium, ſed propter mendacium; tertias nuptias, intemperantiam demonſtrare; at quodlibet poſt tertias nuptias matrimonium, manifeſtam eſſe fornicationem, & indubitabilem petulantiam. Deus quippe unam uxorem uni viro tradidit in mundi primordio: *Erunt enim duo in carne una.* Ado- Gen. 2. 24. leſcentioribus verò viduis poſt primi mariti obitum, ſecundus concedatur, ne in judicium Diaboli incidant, & in laqueos multos, & in deſideria ſtulta animabuſque damnoſa, quæ ſupplicium potiùs quàm laxamentum conciliant. 1. Tim. 3. 6. & 6. 9.

C A-

quo ultimo mediâ ſyllabâ perperam omiſſâ legitur in Athanaſianis Operibus Tom 2. Edit. Pariſ. p. 434. C. Σαφθῖα.

COT.

66. *Καὶ τοῦτο γὰρ εἰδέναι ὀφείλετε.*] Matrimonium primum laudat cum omnibus Catholicis. Cum iiſdem vitio vertit ſecundum, ſi poſt promiſſam continentiam contrahatur. Alioquin, tacitè non improbat, apertéque concedit feminis integrâ adhuc ætate: imitatus Apoſtolum, qui ex obſervatione Photii in Auctarii Epiſtola 1. indulgentiam dedit mulieribus, de viris autem nihil locutus eſt: quo factum, ut nonnulli in Zonara ad Canonem primum Laodicenæ Synodi, exiſtimârint permiſſionem ad ſolum minorem infirmioremque ſexum pertinere. Ac de bigamia diximus in Hermæ lib. 2. Mand. 4. cap. 4. Nunc vero addimus correctiones tres. Joſephi primam in lib. 4. ἀρχαιολογίας cap. ult. alteram Amphilochii in Oratione εἰς [illegible] &c. tertiam Epiphanii in Expoſitione fidei Catholicæ cap. 21. Ita loquitur Judæus vulgatus; *γαμείτωσαν δὲ ἐν ὥρᾳ γάμου γενόμενοι, παρθένους ἐλευθέρας γονέων ἀγαθῶν. ὁ δὲ μὴ μέλλων ἄγεσθαι παρθένον, μὴ ζεύγνυσθαι συνοικοῦσαν ἄλλῳ, μηδὲ λυπεῖν τὸν πρότερον αὐτῆς ἄνδρα*. Nullo bono ſenſu. Conjiciebat vir doctus Samuel Petitus Variarum Lectionum lib. 2. cap. 9. *μηδὲ λυπεῖσθαι πρότερον αὐτῆς ἀνδρός*. omnino infeliciter, ut pleraque illius ſunt. Verum integramque ſcripturam ex MSS. Regiis didici, hanc; *μὴ ζεύγνυσθαι συνοικοῦσαν ἄλλῳ, [illegible]. μηδὲ λυπεῖν τὸν πρότερον αὐτῆς ἄνδρα.* *Ubi ætas maturuerit, uxores ducant virgines ingenuas, ex honeſtis parentibus progenitas. Qui autem non ducit virginem, ne ſibi conjungat alteri maritatam, quam corruperit; neve priorem ejus virum contriſtet.* Cujus lectionis veſtigia in verſione Rufini cernuntur. *Uxores autem ducant nubiles* al. *nubiles jam tempore conſtituti* (hoc vocis exhibent libri Regii) *virgines liberas, bonis parentibus procreatas. Qui verò virginem ducturus non eſt, ei non jungatur quam diſcedere ſuaſit ab alio, neque contriſtet priorem maritum ejus.* Hactenus de loco Joſephi. Amphilochii autem verba in Editione Combefiſiana ſunt; [illegible]. *Cum autem proſilient ad ſecundas nuptias viduæ filii ſunt, ſupervacanea deinceps ejuſmodi ſementis eſt, rationalibus ſpicis ex adverſo pugnantibus.* In Bibliotheca Patrum, [illegible]. *naturam atque conditionem ſortientibus diverſam.* Et pro [illegible] quidem ſtat Regiæ Bibliothecæ Codex 205. pro [illegible] verò Codex 1041. ſed longè rectiùs ambobus meo quidem judicio Codices 106. & 143. habent [illegible], hoc eſt, *adulterinatum ſpicarum ratio*nalium. Denique in Epiphanio legendum videtur; [illegible]. *Quod ſi quis mortuâ uxore, aut aliqua mulier mortuo viro, cupit, licet cum ſecunda, vel cum ſecundo matrimonium contrahere, poſt mortem primæ aut primi.* Scilicet affinitas verborum [illegible] & [illegible] effecit ut librarii poſterius tamquam inutile expungerent. Redeo ad Apoſtolicum Conſtitutorem. Pergit, ut tertias nuptias incontinentiæ ſignum attribuat. Quo in ſenſu S. Baſilius Can. 4. eas vocat [illegible], indignaſque cenſet quæ mariti & uxoris nomina donent. Et Can. 50. ſcribit; [illegible]. S. autem Gregorio Nazianzeno Orat. 31. trigamia eſt [illegible]. B. Hieronymo ad Jeremiæ XVI. 6. miſeriarum ſolatium, & extrema tabula naufragorum. Heraclio Turonenſi Capitulo 111. adulterium. Concilio Toletano 2.

Can. 4. in Subdiacono res nec dicenda, nec audienda. Appoſitè ad Conſtitutionem Valerius Maximus lib. 2. cap. 1. *Multorum matrimoniorum experientiam, quaſi legitimæ cujuſdam intemperantiæ ſignum eſſe credentes.* Profectò Græci trinubos nequaquam, aut vix tolerandos cenſuerunt, præſertim cùm ex prioribus conjugiis liberos ſuſceperant, aut erant ætate provectiores. Ut etiam videre eſt præcipuè in Tomo Unionis tempore Conſtantini Porphyrogenneti, in Lege Baſilii Macedonis, in Novella 90. Leonis ſapientis, in Balſamone ad Canones Baſilii 4. 50 69. & 80. atque in Jure Græco-Romano tum lib. 3. ubi de Manuele p. 239. tum lib. 5. Reſponſo 41. eorum quæ ſunt Balſamonis ad Quæſtiones Marci Alexandrini. Mitior tamen fuit ſententia B. Epiphanii Hæreſi 59. cap. 6. quemadmodum & Latinorum, ſi paucos excipias. Nam præter citatos hîc & ad Paſtorem, decernitur in Capitularibus lib 7. cap. 321 *Ne quiſquam ampliùs quàm duas accipiat uxores: quia tertia ſuperflua eſt.* Et Gregorius Papa tertius Epiſt. 1. ad Bonifatium Archiepiſcopum, admonet illum, ut ſi valuerit, devitandum doceat, *ne cui uxor obierit, ampliùs quàm duabus debeat copulari.* In Pœnitentiali autem Romano, apud Hugonem Menardum ad librum Sacramentorum S. Gregorii pag. 248 legitur; *Si cujuſlibet hominis mortua fuerit uxor, habet poteſtatem accipere alteram: ſimiliter & mulier. Si tertiam acceperit, jejunet hebdomadas tres: ſi quartam aut quintam acceperit, jejunet hebdomadas* 21. Apud Fulgentium denique Lib de Fide ad Petrum Diaconum Cap. III & XLII. ultra tertias nuptias non proceditur. Præclarè, ut omnia, S. Auguſtinus capite 12. libri de bono viduitatis; *Nec ullas nuptias audeo damnare, nec eis verecundiam numeroſitatis auferre.* Tandem à Conſtitutore Noſtro nuptiæ poſt tertias, quartæ & ſequentes, notantur cenſurâ manifeſtæ ſcortationis ac indubiæ ſalacitatis. Id vero cur adeò mirum videatur nonnullis, nullus video. An eos clam ſunt, quæ circa ſecundum tertiumque connubium diſſeruimus? Nonne legerunt Canonem Baſilianum 80. [illegible]. cum Interpretatione Balſamonis. Item Elogium Gregorianum in loco citato; [illegible]. (Ita ſcribas velim ex optimo antiquiſſimoque Codice 155. Græcæ Regiæ, & ex Matthæo Blaſtare litterâ γ. cap. 4. ſeu in Jure Græco-Romano lib. 8. p. 496.) Illudque Baſilii Macedonis; [illegible]. Et hoc Photii in vitâ S. Polycarpi cap. 3. n. 24. *Polygamiam nomen quidem γάμου, id eſt, matrimonii habere; eſſe vero honeſtâ larvâ ornatum adulterium.* Ac Epithetum Photianum Epiſt. 1. ſect. 95. [illegible]. Quid quòd Lex Baſilii Macedonis laudata, quæ exſtat Juris Græco-Romani p. 86. 498. & Tomus Unionis, prohibent, condemnant, pro nullo haberi volunt quartum conjugium, τετραγάμους ſeparari jubent, liberos ex τετραγαμίᾳ ſuſceptos pro legitimis nolunt agnoſci: conſentientibus Græcis, tam hujus temporis, quam ſuperioris, Theophylacto Epiſt. 41. Balſamone ad Photii tit. 13. cap. 2. Aliis. Sciti ſunt Mimi Publiani;

Habent locum maledicti, crebræ nuptiæ.
Mulier quæ nubit multis, multis non placet.

Cæterùm in MSS. Regiis 507. 2192 Tomum Unionis, poſt voces [illegible] in Jure Græco-Romano pag. 109. hoc medio corollario concluſum reperi; [illegible] Al. [illegible]

[illegible]-

CAPUT III.

Quales eſſe deceat viduas, & quo modo ab Epiſcopo debeant adjuvari.

VEræ autem viduæ ſunt, quæ univiræ, à pluribus in bonis operibus comprobatæ, revera viduæ, bene moratæ, pudicæ, fideles, piæ, quæ liberos pulcrè eduxerunt, & hoſpites receperunt laudabiliter: his tamquam Deo conſecratis ſuccurrendum eſt. Quinetiam, Epiſcope, pauperum quoque memento, illis auxiliarem manum porrigens, & eorum rebus providens, tamquam Dei diſpenſator, opportunè ſingulis neceſſaria ſubſidia impertiens, viduis, pupillis, humanâ ope deſtitutis, & cum qualibet afflictione colluctantibus.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ γʹ.

Ὁποίας εἶναι χρὴ τὰς χήρας, καὶ ὅπως ἐπικουρεῖσθαι αὐτὰς ὑπὸ τοῦ ἐπισκόπου.

ΑἹ δὲ ἀληθιναὶ χῆραί εἰσιν, αἱ μόνανδροι ὑπάρξασαι, μαρτυρούμεναι ὑπὸ πλειόνων ἐν ἔργοις ἀγαθοῖς, χῆραι τῷ ὄντι, σώφρονες, ἁγναί, πισταί, εὐσεβεῖς, τεκνοτροφήσασαι καλῶς, καὶ ξενοδοχήσασαι ἀμέμπτως· ἃς καὶ ἀντιλαμβάνεσθαι χρὴ ὡς Θεῷ ἀνακειμένων. ἀλλὰ μὴν καὶ τῶν πενήτων, ὦ ἐπίσκοπε, μνημόνευε, καὶ αὐτοῖς χεῖρα ὄρεγε ἐπικουρίας, καὶ προνόει αὐτῶν τυγχάνων, ὡς Θεοῦ οἰκονόμος, εὐκαίρως ἑκάστῳ διανέμων τὰ προσφορά, χήραις καὶ ὀρφανοῖς καὶ ἀβοηθήτοις καὶ τοῖς ἐν θλίψει ἐξεταζομένοις.

CAPUT IV.

Quòd oporteat unicuique indigenti benefacere.

QUid enim, ſi non viduæ aut non vidui exſiſtentes, auxilio tamen indigent propter paupertatem, vel propter morbum, vel ad alendos liberos? Cunctis oportet proſpicere te, & cunctorum curam ſuſcipere. Qui enim dona largiuntur, non ea ſtatim ac temere viduis tribuunt, ſed ſimpliciter in communem arcam conferunt, voluntaria ea appellantes; quò tu qui calamitoſos cognoſcis, accuratè, ut bonum œconomum decet, diſtribuas illis de dono. Nam Deus largitorem novit, licèt eo abſente, diſtributio in egentes à te fit facta: ac ille quidem habet beneficentiæ mercedem, tu verò ob diſpenſationem rectâ conſcientiâ adminiſtratam beatus prædicaberis. Dic autem inopibus, quis dederit, ut nominatim quoque pro eo precentur. Oportet ergo omnibus hominibus bene facere, non ſtudioſè penſantes hunc, quiſ-
Luc. 6. 30. nam ſit, vel iſtum. Dominus enim ait; *Omni petenti te, tribue:* videlicet, revera egenti, ſive amicus exſiſtat, ſive inimicus; ſive cognatus, ſive alienus; ſive cælebs, ſive conjux. In omni ſiquidem Scriptura Dominus de pauperibus monet,
Iſ. 58 7. dicens, per Eſaiam quidem, *Frange eſurienti panem tuum; & pauperes ſine tecto, induc in domum tuam. Si autem videris nudum, operi; & domeſticos ſeminis tui ne deſpexeris:* & per Danielem dicit
Dan. 4. 24. Principi; *Idcirco Rex, conſilium meum placeat tibi; & peccata tua Eleemoſynis redime, & iniquitates tuas miſerationibus pauperum:* & per Salomonem
Prov. 15. 27. ait; *Eleemoſynis & fide purgantur peccata:* & per

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ δʹ.

Ὅτι παντὶ ὅντινα ἂν ἐνδεῇ εὖ ποιεῖν χρή.

ΤΙ γάρ, εἴ τινες μή εἰσι χῆραι ἢ χῆροι, βοηθείας δὲ χρῄζουσι διὰ πενίαν, ἢ διὰ νόσον, ἢ διὰ τεκνοτροφίαν; πάντας σε δεῖ ἐφορᾷν, καὶ πάντων ἐπιμελεῖσθαι. οἱ γὰρ τὰ δόματα διδόντες, οὐκ αὐτοσχεδίως αὐτὰ διδόασι ταῖς χήραις, ἀλλὰ συνεισφέρουσιν ἁπλῶς, ἑκούσια αὐτὰ ὀνομάζοντες· ὅπως σὺ ὁ ἐπιστάμενος τοὺς θλιβομένους, ἀκριβῶς ὡς ἀγαθὸς οἰκονόμος μερίζῃς αὐτοῖς ἐκ τοῦ δόματος. ὁ γὰρ Θεὸς γινώσκει τὸν δεδωκότα, κἂν ἀπόντος αὐτοῦ, ὑπὸ σοῦ τοῖς δεομένοις μερίζηται· καὶ ὃς μὲν ἔχει τὸν τῆς εὐποιΐας μισθόν, σὺ δὲ τὸν τῆς εὐσυνειδήτου οἰκονομίας μακαρισμόν. [67] λέγε δὲ αὐτοῖς, καὶ τίς ὁ δεδωκώς, ἵνα καὶ ἐξ ὀνόματος ὑπὲρ αὐτοῦ προσεύχωνται. χρὴ γὰρ εὖ ποιεῖν πάντας ἀνθρώπους, μὴ φιλοκρινοῦντας τίνι, ὅς τις ᾖ, ἢ ἐκεῖνον. ὁ γὰρ κύριός φησι· Παντὶ τῷ αἰτοῦντί σε δίδου· δῆλον δὲ ὡς τῷ χρῄζοντι κατὰ ἀλήθειαν, κἂν φίλος ᾖ κἂν ἐχθρός, κἂν συγγενὴς κἂν ἀλλότριος, κἂν ἄγαμος κἂν γεγαμηκὼς ὑπάρχῃ. ἐν πάσῃ γὰρ γραφῇ ὁ κύριος περὶ τῶν πενήτων παραινεῖ, λέγων, διὰ μὲν Ἡσαΐου· Διάθρυπτε πεινῶντι τὸν ἄρτον σου· καὶ πτωχοὺς ἀστέγους εἰσάγαγε εἰς τὸν οἶκόν σου. ἐὰν δὲ ἴδῃς γυμνόν, περίβαλε· καὶ ἀπὸ τῶν οἰκείων τοῦ σπέρματός σου οὐχ ὑπερόψῃ· καὶ διὰ τοῦ Δανιὴλ λέγει τῷ δυνάστῃ· Διό, βασιλεῦ, ἡ βουλή μου ἀρεσάτω σοι, καὶ τὰς ἁμαρτίας σου ἐν ἐλεημοσύναις λύτρωσαι, καὶ τὰς ἀδικίας σου ἐν οἰκτιρμοῖς πενήτων· καὶ διὰ τοῦ Σολομῶντός φησιν· Ἐλεημοσύναις καὶ πίστεσιν ἀποκαθαίρονται ἁμαρτίαι· καὶ διὰ τοῦ Δαβὶδ

[illegible] (al. [illegible]) [illegible] ἀμήν. Id eſt; *His ita definitis ad ſanctæ Eccleſiæ ſecuritatem, utque religioſus Chriſtianorum cœtus expers ſit ſordium, quæ ex illicitis nuptiis proveniunt; rogamus bonitatem tuam, Chriſte Deus noſter, adhuc ac ſemper omne ſcandalum omnemque diſſidii cauſſam à tua propellas Eccleſia, illique ſerves pacificum ſtatum; intercesſionibus Dominæ noſtræ & immaculatæ matris tuæ, ſanctiſſimorum diſcipulorum tuorum ac Apoſtolorum, per quos in toto orbe terrarum pacem tuam plantâſti, omniumque ſanctorum quibus à ſæculo apparere dignatus es. Amen.* COT.

67. Λέγε δὲ αὐτοῖς, καὶ τίς ὁ δεδωκώς, ἵνα καὶ ἐξ ὀνόματος ὑπὲρ αὐτοῦ προσεύχωνται.] Interdum eorum qui pauperibus bene faciebant, aut aliquid offerebant Eccleſiæ, nomina celabantur, ex Domini præcepto Matth. VI. 2. *Cum facis Eleemoſynam, noli tubâ canere* &c. Quâ de re Conſtitutor infra cap. 14. Interdum palàm fiebant, ex alio Dominico mandato Matth. V. 16. *Luceat lux veſtra coram hominibus* &c. Ut cernere eſt hìc, & cap. 29. lib. 8. atque per teſtimonia plurima à variis doctis probatur. Inſigniter & huc loco convenientiſſimè Cyprianus Epiſt. 60. *Ut autem fratres noſtros ac ſorores, qui ad hoc opus tam neceſſarium promptè ac libenter operati ſunt, ut ſemper operentur, in mentem habeatis in orationibus veſtris, & eis vicem boni operis in ſacrificiis & precibus repræſentetis, ſubdidi nomina ſingulorum; ſed & collegarum quoque & conſacerdotum noſtrorum, qui & ipſi cùm præſentes eſſent, & ſuo, & plebis ſuæ nomine quædam pro viribus contulerunt, nomina addidi; & præter quantitatem propriam noſtram, eorum quoque ſummulas ſignificavi, & miſi: quorum omnium ſecundùm quod fides & caritas exigunt, in orationibus & precibus veſtris meminiſſe debetis.* In Geſtis purgationis Cæciliani & Felicis; *Utique vel audiſti vel vidiſti ſi dictum eſt pauperibus, Dat & vobis de re ſuâ Lucilla.* Hieronymus ſub finem libri 2. Commentariorum in Jeremiam; *At nunc publicè recitantur offerentium nomina, & redemptio peccatorum mutatur in laudem.* Et ad Ezechielis XVIII. 16. *Publicè Diaconus in Eccleſia recitat offerentium nomina: Tantum offert illa: Tantum ille pollicitus eſt: placentque ſibi ad plauſum populi* &c. Scilicet in hujuſ-

Εἶτα πάλιν λέγει· Μακάριος ὁ συνιῶν ἐπὶ πτωχὸν καὶ πένητα· ἐν ἡμέρᾳ πονηρᾷ ῥύσεται αὐτὸν ὁ Κύριος· καὶ πάλιν· Ἐσκόρπισεν, ἔδωκε τοῖς πένησιν, ἡ δικαιοσύνη αὐτοῦ μένει εἰς τὸν αἰῶνα· καὶ ὁ Σολομὼν φησίν· Ὁ ἐλεῶν πτωχὸν, Κυρίῳ δανείζει· κατὰ δὲ τὸ δόμα αὐτοῦ, ἀνταποδοθήσεται αὐτῷ· καὶ ἑξῆς· Ὃς φράσσει τὰ ὦτα αὐτοῦ μὴ εἰσακοῦσαι τοῦ ἀσθενοῦς, καὶ αὐτὸς ἐπικαλέσεται, καὶ οὐκ ἔσται ὁ εἰσακούων αὐτοῦ.

Davidem iterum dicit; *Beatus qui intelligit ſuper egenum & pauperem: in die mala liberabit eum Dominus:* & rurſus; *Diſperſit, dedit pauperibus; juſtitia ejus manet in ſæculum:* Salomon etiam ait; *Qui miſeretur pauperis, Domino fœneratur: ſecundum autem datum ejus retribuetur ei:* & infra; *Qui obturat aures ſuas, ne audiat indigentem, & ipſe invocabit, & non erit qui exaudiat eum.* Pſ. 40. 2. Pſ. 111. 9. Prov. 19. 17. Prov. 21. 13.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ε.

Ὅτι καὶ τὸ ἦθος ἐπιμελητέον τῆς χήρας.

Ὑπαρχέτω δὲ πᾶσα χήρα πραεῖα, ἡσύχιος, ἐπιεικής, ἄκακος, ἀόργητος, μὴ πολυλάλος, μὴ κραυγάστρια, μὴ πρόγλωσσος, μὴ κακόλαλος, μὴ λεξιθήρας, μὴ διλόγος, μὴ φιλοπράγμων. Βλέπουσά τι ἄτοπον ἢ καὶ ἀκούουσα γινόμενον, ἔστω ὡς μὴ βλέπουσα, καὶ ὡς μὴ ἀκούουσα ὑπαρχέτω· καὶ μηδὲν ἕτερον τῇ χήρᾳ μελέτω, εἰ μὴ τὸ προσεύχεσθαι ὑπὲρ τῶν διδόντων καὶ ὑπὲρ ὅλης τῆς ἐκκλησίας. Ἐπερωτωμένη δέ τι ὑπό τινος, μὴ ῥᾳδίως ἀποκρινέσθω, πλὴν ὅσα περὶ πίστεως, καὶ δικαιοσύνης, καὶ τῆς εἰς Θεὸν ἐλπίδος· ἀποστελλέτω τοῖς ἡγουμένοις τοὺς θέλοντας κατηχεῖσθαι τὰ τῆς εὐσεβείας δόγματα· μόνα δὲ ἀποκρινέσθω τὰ περὶ ἀνατροπῆς πολυθέου πλάνης, ἀποδεικνύουσα τὸν περὶ μοναρχίας Θεοῦ λόγον· περὶ δὲ τῶν ἑξῆς προπετῶς τι μὴ ἀποκρινέσθω, ὅπως μή τι ἀμαθῶς φθεγξαμένη βλασφημίαν προξενήσῃ τῷ λόγῳ. Κόκκῳ γὰρ σινάπεως ἐοικέναι τὸν λόγον ὁ Κύριος ἐδογμάτισε. τοῦτο δ' ἐστὶ διάπυρον, ᾧ ἐάν τις ἀπείρως χρήσηται, πικρὸν αὐτὸ εὑρήσει. Χρὴ γὰρ ἐν τοῖς μυστικοῖς μὴ προδότην εἶναι, ἀλλ' ἀσφαλῆ· παραινεῖ γὰρ ἡμῖν ὁ Κύριος λέγων· Μὴ βάλητε τοὺς μαργαρίτας ὑμῶν ἔμπροσθεν τῶν χοίρων, μήποτε καταπατήσωσιν αὐτοὺς ἐν τοῖς ποσὶν αὐτῶν, καὶ στραφέντες ῥήξωσιν ὑμᾶς. Ἀκούοντες γὰρ οἱ ἄπιστοι τὸν περὶ Χριστοῦ λόγον, οὐ δεόντως, ἀλλ' ἐνδεῶς, καὶ μάλιστα τὸν περὶ ἐνσωματώσεως, ἢ τοῦ πάθους αὐτοῦ, μυκτηρίσαντες χλευάσουσι μᾶλλον ὡς ψευδῆ, ἢ δοξάσουσι. Καὶ ἔνοχος ἔσται τῆς προπετείας ἡ πρεσβῦτις καὶ τῆς βλασφημίας, καὶ τὸ οὐαὶ κληρονομήσει· Οὐαὶ δὲ, φησι, δι' οὗ τὸ ὄνομά μου βλασφημεῖται ἐν τοῖς ἔθνεσιν.

CAPUT V.

Quòd viduæ probitas morum curæ eſſe debeat.

CÆterùm omnis vidua mitis ſit, quieta, moderata, malitiæ ac iræ expers, non garrula, non clamoſa, non volubilis linguæ, non maledica, non dedita verborum aucupio, non duplicis ſermonis, non ſeſe in aliena negotia immittens. Cùm viderit vel audierit aliquod indignum facinus, ita ſe gerat, quaſi nec viderit nec audierit, nihilque aliud curet vidua, niſi orare pro beneficis & pro tota Eccleſia. Ab aliquo quidpiam rogata, ne facilè reſpondeat, præterquàm de rebus ad fidem, juſtitiam, & in Deum ſpem pertinentibus: eoſque qui in pietatis dogmatibus inſtitui cupiunt, ad Præpoſitos remittat; in illis verò ſolùm reſpondeat quæ ad evertendum de multitudine Deorum errorem ſpectant, demonſtrans doctrinam de Dei unitate; at in cæteris nihil temere reponat, ne aliquid inſcitè prolocuta, infamiam verbo Dei inurat. Docuit enim Dominus, Verbum ſimile eſſe grano ſinapis: hoc autem acre & ardens eſt, quo ſi quis imperitè abutatur, amarum illud inveniet: ſcilicet in Myſticis oportet non eſſe proditorem, ſed cautum, quia nos his verbis Dominus admonet; *Nolite mittere margaritas veſtras ante porcos, ne forte conculcent eas pedibus ſuis, & converſi dirumpant vos.* Cùm enim infideles, non pro dignitate, ſed minùs quàm par ſit, de Chriſto verbum acceperint, præſertimque quod incarnationem vel paſſionem ejus tradit, magis adunco naſo irridebunt veluti mendax, quàm laudibus celebrabunt; eritque anus rea temeritatis ac blaſphemiæ, & væ ſortietur. *Væ autem*, inquit, *per quem nomen meum blaſphematur in Gentibus.* Matt. 13. 31. Matt. 7. 6. Iſ. 52. 5. S. ſ. lib. 1. cap. 10.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ϛ.

Ὅτι οὐ χρὴ γυναῖκας διδάσκειν, ἀπρεπὲς γάρ. καὶ ποῖαι γυναῖκες εἵποντο τῷ Κυρίῳ.

Οὐκ ἐπιτρέπομεν οὖν γυναῖκας διδάσκειν ἐν ἐκκλησίᾳ, ἀλλὰ μόνον προσεύχεσθαι, καὶ τῶν διδασκάλων ἐπακούειν. Καὶ γὰρ αὐτὸς ὁ διδάσκαλος ἡμῶν καὶ Κύριος Ἰησοῦς ἡμᾶς τοὺς δώδεκα πέμψας μαθητεῦσαι τὸν λαὸν καὶ τὰ ἔθνη, γυναῖκας οὐδαμοῦ ἐξαπέστειλεν εἰς τὸ κήρυγμα· καίτοι οὐκ ἀπορῶν· συνῆσαν γὰρ ἡμῖν ἥ τε μήτηρ τοῦ Κυρίου καὶ [68] αἱ ἀδελφαὶ

CAPUT VI.

Quòd non oporteat mulieres, docendi officio fungi; indecorum enim eſſe: & quales mulieres Dominum ſequebantur.

NOn igitur licere volumus mulieribus, ut in Eccleſia doceant; precentur dumtaxat, & doctores audiant. Etenim ipſe Doctor noſter ac Dominus Jeſus, nos duodecim ad docendum populum ac Gentes mittens, nuſquam mulieres ad prædicationem deſtinavit; quamquam ipſi non deeſſent: erat enim nobiſcum mater Domini, ejuſdemque 1 Cor. 14. 34.

juſmodi factis uſus eſſe poteſt, & abuſus. Hincque variatio diſciplinæ pro prudentia Chriſtiana. COT.

68. Αἱ ἀδελφαὶ αὐτοῦ.] Sorores Domini, hoc eſt, cognatæ illius, aut Joſephi filiæ ex priore conjugio, Hieronymo impugnanti Helvidium, cap. 6. ſunt innumeræ: quia (opinor) in novo Teſtamento nec numerantur, nec nominantur, Matth. XIII. 56. Marc. VI. 3. Filias Joſephi Epiphanius Hæreſi 78. cap. 8. & 9. duas facit, appellatque Mariam & Salomen; ut & refertur in Anaſtaſii Antiocheni Quæſtione 153. Quamquam MS. liber Bibliothecæ Regiæ 750. in Anaſtaſiano loco, qui illic ſubnectitur Interpretationi Chryſoſtomi ad Johannem, exhibet, Μαρθαν καὶ Μαριαν, non ἡ Μαρία καὶ ἡ Σαλώμη. Quod adnotavi, tum propter Hippolyti Thebani Chronicum, Joſepho tribuens filias, νῦν Εὐθρνε καὶ νῦν Μάρθαν, ſaltem in libris impreſſis Tom. 3. Antiquæ Lectionis Henrici Caniſii, & in Bibliothecæ Regiæ MSS. 2026. 2442. nam in ejuſdem Bibliothecæ Codicibus 750. 2374. 2004. necnon in illo Thuanæ cujus memini ad Paſtoris lib. 3. Sim. 9. cap. 16. itémque in Vindobonenſi ex Lambecio. Lib. III. c. 46. pro Μάρθαν legitur Θάμαρ, quemadmodum in Pſeudo Hippolyto Portuenſi apud Nicephorum Hiſt. Eccl. lib. 2. cap. 3. Lege infrà hic fragmentum Chryſoſtomo adſcriptum. Tum propter Infidelium objectionem relatam ab eodem Anaſtaſio Ὁδηγῷ cap. 22. τοῦ Γαϊανοῦ λέγοντος· Μάρθαν ἀδελφὴν Μαρίας τῆς μητρὸς τοῦ κυρίου ἡμῶν, (ſ. ὑμῶν,) πῶς ὑμεῖς τοῦτο οὐ λέγετε.

Cùm *Johannes dicat*, *Martham eſſe ſororem Mariæ matris Domini noſtri; quî fit, ut vos idem non dicatis?* objectionem, inquam, ortam fortaſſis etiam ex fama Marthæ iſtius, confuſæ cum Martha ſorore & Lazari & Mariæ unctricis. Sed Ancorati cap. 60. idem Epiphanius, retentâ Salome, Annam loco Mariæ ſubſtituit: niſi ſi erratum ſit librariorum, qui Mariam in Annam mutaverint; quemadmodum Joſem fratrem Chriſti eodem loci transformârunt in Johannem. Obſtant tamen conjecturæ, quæ ſubjunxi ac Latina feci, cùm reperiſſem in dicto Codice Regio 750. poſt Evangelium Matthæi, & in alio ſimiliter 2575. ejuſdem Bibliothecæ; quibus confirmatur vulgata lectio Ancorati, & Annæ nomen.

Σωφρονίου τοῦ ἁγιωτάτου ἀρχιεπισκόπου Ἱεροσολύμων ἐκ τοῦ ἐγκωμίου τοῦ εἰς τὸν ἅγιον Ἰωάννην τὸν θεολόγον καὶ εὐαγγελιστήν. οὗ ἡ ἀρχή. Ἰωάννης ὁ τῆς βροντῆς υἱός. τὸ Ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ λόγος βροντᾷ.

Sophronii ſanctiſſimi Archiepiſcopi Hieroſolymitani, Ex Encomio Sancti Johannis Theologi & Evangeliſtæ, quod incipit ab his verbis; Johannes tonitrui filius iſta tonat, In principio erat Verbum.

Καὶ μεθ' ἕτερα.

Et poſt alia.

Ζεβεδαίου Ἰωάννης παῖς καὶ Σαλώμης [illegible]. [illegible] καὶ τῆς μητρὸς ὁ [illegible] [illegible] ... [illegible] Σαλώμης [illegible] ὁ τὸν μέγαν Ἰωάννην [illegible], [illegible] Ἰωσὴφ θυγάτηρ ἐτύγχανεν. ὃς τοῦ πάντων ἡμῶν σωτῆρος Χριστοῦ πατὴρ ἐνομίζετο ὡς ὁ

Luc. 3. 23.

πάνσοφος Λουκᾶς ἀνεγράψατο. οὐ γὰρ ἦν πατὴρ [illegible] ... [illegible] Ἰακώβου δὲ καὶ Ἰωσῆ καὶ Ἰούδα καὶ Συμεῶνος, καὶ μέντοι καὶ Μαρίας καὶ Ἄννης ἦν ἀδελφὴ [illegible] ... [illegible] καὶ ὁ πατὴρ [illegible] ... [illegible]

Luc. 2. 48.

[illegible] καὶ ἐγὼ καὶ ὁ πατήρ σου ὀδυνώμενοι ἐζητοῦμέν σε.

Illuxit Johannes filius Zebedæi & Salomes. Hoc quippe nomen matris compertum eſt: quemadmodum etiam qui Spiritu Dei locuti ſunt ſancti Patres agnoverunt. Ideoque & aliam bonam ſortem ſorte anni proſpera ſortis multò meliorem ac majorem. Hæc autem erat matris quæ peperit, ut ſororis Dei gloria. Etenim Salome quæ magnum Johannem genuit, erat filia Joſephi, qui omnium noſtrûm Salvatoris Chriſti pater exiſtimabatur: ſicuti ſapientiſſimus Lucas retulit. Neque enim pater re verâ erat: quandoquidem nec verè Dei genitricem ac ſemper virginem matrem Domini aliatenus cognovit, aut omnimmaculatâ virginalique gratia privavit. Fuit etiam Salome Jacobi, Joſæ, Judæ, & Symeonis, necnon Mariæ ac Annæ ſoror atque conſors: quos Numine afflati Patres ἀδελφοθέους hoc eſt fratrem habentes Deum, præclare appellant, & nomine tenus nec ultra illos eâ dignitate ornant. quoa plane procreati ſunt ab eo qui pater Chriſti putabatur eſſe ab hominibus, quique ita in Evangeliis vocatur: ſicut & Joſephum nuncupare creditur ipſa puriſſima & prorſus immaculata virgo mater Dei, quæ nunquam omnino virum cognovit. Fili enim, inquit, Et ego, & pater tuus dolentes quærebamus te.

Καὶ μετ' ὀλίγα. Ὡς Σαλώμην [illegible] ὁ Ζεβεδαῖος εἰς μέσον [illegible], ἵνα ὡς ἀδελφὴ τοῦ Χριστοῦ [illegible].

Et poſt pauca. Ut Salomen uxorem ſuam Zebedæus in medium vocavit, quæ tanquam ſoror Chriſto ſupplicaret.

Jam de Salome uxore Zebedæi, matre Jacobi & Johannis, (neque enim adhærendum opinioni Nicephori qui lib. 1. cap. 33. Johannam ſtatuit matrem filiorum Zebedæi; dicendumque potius cum Beda, Johannam memoratam Luc. XXIV. 10. eſſe Johannam uxorem Chuzæ procuratoris Herodis, de qua ejuſdem Evangelii cap. 8. verſ. 3.) quòd fuerit Chriſti ſoror, conſentiunt vulgo: ridiculè enim Haymo Hiſt. Eccl. lib. 2. cap. 3. Salomen virum putat, tertium maritum Annæ, patrem tertiæ Mariæ uxoris Zebedæi. Maria autem apud Theophylactum ad Matth. XIII. 56. Johan. XIX. 25. & Galat. I. 19. eſt Maria Cleophæ, filia Joſephi ex uxore dicti Cleophæ fratris ſui abſque liberis mortui. Eademque in ſententia eſſe ſari videbitur Nicephorus lib. 2. cap. 33. ſi verba illius ita legantur; Μαρία θυγατρὶ μὲν τοῦ μνηστῆρος Ἰωσήφ, ἐκ τῆς Κλωπᾶ δὲ τοῦ ἀδελφοῦ γυναικός. [illegible] αὐτῇ [illegible]. vel ſic; ἐκ Κλωπᾶ δὲ τοῦ ἀδελφοῦ τῆς γυναικός. Vulgo, ἐκ Κλωπᾶ δὲ τῆς τοῦ ἀδελφοῦ γυναικός: quaſi Cleopha fœmina fuerit, uxor fratris Joſephi: cùm à Nicephoro lib. 3. cap. 9. & 16. diſertè Cleophas vir agnoſcatur, & Joſephi frater. Variat tamen in narratione Nicephorus. Nam lib. 3. cap. 16. poſt Anaſtaſium Antiochenum & Georgium Cedrenum, necnon Symeonem Metaphraſtem in Chronico MS. de Maria Cleophæ loquitur, ut uxore Cleophæ, & filiâ Joſephi. Eadem Maria Cleophæ, ἡ τοῦ Κλωπᾶ, ſoror matris Jeſu, Euthymio putatur uxor Cleophæ, fratris Joſephi. Auctori libri de infantia Salvatoris Cod. Reg. 1697. ſecunda filia Joachimi & Annæ parentum Deiparæ. Aliis uxor Cleophæ ſeu Alphæi. Aliis Cleophæ filia, uxor Alphæi, mater Dominî fratrum Jacobi juſti ſeu minoris, Joſephi ſive Joſetis, Simonis, & Judæ, necnon ſororum. Nonnullis filia naturalis Joachimi, legalis Cleophæ. Ita præter Interpretem Johannis mox citandum, Hippolytus Thebanus in Chronico Opere, Lib. Reg. 2296.

Maria autem Cleopha, ſoror matris Domini appellata. Sic invenitur in exemplaribus beatorum, Orthodoxorumque ſanctorum Patrum & Doctorum, qui ſacras Scripturas interpretati ſunt; Quod Cleophas, & juſtus Joakim germani fratres fuerunt. Cùm autem Cleophas uxorem duxiſſet, ac ſine prole mortuus eſſet, Joakim Hebræo more cùm uxore fratris ſui congreſſus, genuit Mariam. Ex quo tempore illâ relictâ, in ſponſam accepit Annam filiam Matthanis ſacerdotis, de qua ſuſcepit ſanctiſſimam Deiparam. Vocatur itaque Maria Cleopha, ſoror matris Domini; utpote ſecundum naturam quidem progenita Joakimo, ſecundum verò Legis gratiam audiens filia Cleophæ.

Μαρία δὲ ἡ τοῦ Κλωπᾶ, ἡ ἀδελφὴ τῆς μητρὸς τοῦ κυρίου [illegible]. [illegible] ... [illegible] ὅτι ὁ Κλωπᾶς καὶ ὁ δίκαιος Ἰωακεὶμ ἀδελφοὶ [illegible] ... [illegible] Ἄνναν τὴν θυγατέρα Ματθὰν τοῦ ἱερέως, ἐξ ἧς ἐγέννησε τὴν παναγίαν θεοτόκον. [illegible] οὖν ἡ Μαρία τοῦ Κλωπᾶ ἀδελφὴ τῆς μητρὸς τοῦ κυρίου, ὡς κατὰ φύσιν μὲν ἐξ Ἰωακεὶμ [illegible], κατὰ χάριν δὲ τοῦ Κλωπᾶ θυγάτηρ [illegible].

Minùs commodè, tum qui Mariam Cleophæ cum Salome confundunt; tum qui unam Mariam in duas aut tres partiuntur: duas, Mariam Cleophæ materteram Domini, & Mariam Jacobi ac Joſetis matrem: tres, Mariam Cleophæ, Mariam Jacobi, & Mariam Jacobi minoris ac Joſephi ſeu Joſæ; ſive Mariam Cleophæ, Mariam Jacobi minoris, & Mariam Joſæ. Vide Epiphanium Hæreſ. 78. cap. 13. Hieronymum cap. 7. libri contra Helvidium, Epiſtolâ 150. quæſt. 4. & ad Matthæi XII. ac XXVII. Interpretes in Galat. I. 19. Bedam ad Lucæ XXIV. Euthymium ad Matth. XXVII. 56. & Johannem Theſſalonicenſem Homiliâ de Chriſti reſurrectione, circa finem, Tomo 1. Auctarii novi Græco-Latinæ Patrum Bibliothecæ. Symeon Magiſter & Logotheta in Chronico Reg. MS. 2363.

Unguentiferæ mulieres ſeptem fuerunt. Maria Magdalene, de qua ejecit Chriſtus ſeptem Dæmonia. Et Salome obſtetrix. Et mater filiorum Zebedæi. Et Maria, mater quidem Jacobi minoris, uxor autem Judæ fratris Domini. Et mater Joſæ: ea vero filia erat Salomes conſobrina Deiparæ; quæ cum Joſem enutriviſſet, mater illius dicebatur. Et Johanna: ipſa autem erat uxor Petri. Et ſoror matris Domini Maria Cleopha, quæ eſt filia Joſephi, atque uxor fratris illius Cleophæ.

Μυροφόροι δὲ ἦσαν ἑπτά. ἡ Μαγδαληνὴ Μαρία, ἀφ' ἧς ἐξεβάλλεν ὁ Χριστὸς ἑπτὰ δαιμόνια. καὶ Σαλώμη ἡ μαῖα. καὶ ἡ μήτηρ τῶν υἱῶν Ζεβεδαίου. καὶ Μαρία, ἡ μήτηρ μὲν Ἰακώβου τοῦ μικροῦ, γυνὴ δὲ Ἰούδα τοῦ ἀδελφοῦ τοῦ κυρίου. καὶ ἡ μήτηρ Ἰωσῆ. αὕτη δὲ θυγάτηρ ἦν Σαλώμης τῆς ἐξαδέλφης τῆς θεοτόκου, ἥτις ἀναθρέψασα τὸν Ἰωσῆ, μήτηρ αὐτοῦ ἐλέγετο. καὶ Ἰωάννα· αὕτη δὲ ἦν γυνὴ Πέτρου. καὶ ἡ ἀδελφὴ τῆς μητρὸς τοῦ κυρίου Μαρία ἡ τοῦ Κλωπᾶ. ἡ ἦν θυγάτηρ Ἰωσήφ. καὶ ἡ γυνὴ τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ Κλωπᾶ.

Præterea quæ dicuntur duæ filiæ Joſephi, nomina habent, *Eſther*, & *Thamar* vel *Martha*; etiam in iſto fragmento, quod legitur in membranis Regiis Cod. 1508. & 1789.

Johannis Chryſoſtomi, Ex Interpretatione Evangelii Johannis, quæ dicit:

Ἰωάννου τοῦ Χρυσοστόμου ἐκ τῆς ἑρμηνείας τοῦ κατὰ Ἰωάννην εὐαγγελίου τῆς λεγούσης·

Stabant juxta crucem Jeſu, mater ejus, & ſoror matris ejus Maria Cleophæ, & Maria Magdalene.

Ἑστήκεισαν παρὰ τῷ σταυρῷ τοῦ Ἰησοῦ ἡ μήτηρ αὐτοῦ καὶ ἡ ἀδελφὴ τῆς μητρὸς αὐτοῦ Μαρία ἡ τοῦ Κλωπᾶ, καὶ Μαρία ἡ Μαγδαληνή. Joh. 19. 25.

Neceſſe eſt hoc de re inquirere. Ille enim Cleophas frater erat Joakimi patris Deiparæ Mariæ. Is uxorem duxit nomine Annam, & mortuus eſt abſque liberis. Volens autem Joakimus ſuſcitare ſemen fratri ſuo, accepit Annam uxorem fratris ſui, & genuit

Ἀναγκαῖον ζητῆσαι περὶ τούτου. οὗτος γὰρ ὁ Κλωπᾶς ἀδελφὸς ἦν Ἰωακεὶμ τοῦ πατρὸς τῆς θεοτόκου Μαρίας. ἔγημε δὲ γυναῖκα ὀνόματι Ἄνναν, καὶ ἐτελεύτησεν ἄτεκνος. θέλων δὲ Ἰωακεὶμ ἀναστῆσαι σπέρμα τῷ ἀδελφῷ αὐτοῦ, ἔγημε Ἄνναν τὴν γυναῖκα τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ, καὶ ἔτεκεν αὐτῷ [illegible]

αὐτοῦ· ἔτι ἡ Μαρία ἡ Μαγδαληνή, καὶ Μαρία ἡ Ἰακώβου [illegible] καὶ Μάρθα καὶ Μαρία αἱ ἀδελφαὶ Λα-

que ſorores; item Maria Magdalena, & Maria Jacobi, Martha & Maria ſorores Lazari, Sa-

---

[illegible]

* Al. [illegible]

* Al. Μάρθαν

uxit ei filiam nomine Mariam, quam Evangeliſta commemorat Mariam Cleophæ. Poſtea Joakimus viduus factus ſecundam uxorem duxit ſanctam Annam, & procreavit Dei genitricem Mariam: adeò ut Maria Cleophæ & Maria Deipara ſint ſorores è duabus matribus, ex uno autem patre. Habuit porro Joſephus ex priore ſuâ conjuge duas filias, Eſtheram, & Thamarem; tertiam ex Salome uxore ſuâ.

ut Eliſabetha ſit Annæ ex ſorore neptis, Deipara verò conſobrina. Firmat porrò utraque Evangelium. Nam propter paternum & carnale Chriſti genus, dicit; Erat Jeſus incipiens quaſi annorum triginta; filius autem putabatur Joſephi, qui fuit Heli, qui fuit Matthatis: propter maternum verò, ut, Ecce & Eliſabeth cognata tua. Quorum gratiâ gloria ſit demiſſioni & condeſcenſui Chriſti Dei noſtri, in ſecula. Amen.

[illegible] Ἀμήν.

Thebanus in MSS. Σοβή. Σοβέ. Σωβή. Luc. 3. 23.

Luc. 1. 36.

At in alio MS. pariter Regio, num. 2216. & in Metaphraſtis Chronico inedito ejuſdem Bibliothecæ Cod. 2363. Eſther & Thamar unâ ſorore augentur, videlicet Salome. [illegible]

* MS 2374. Σαλώμην
* Id Cod. Μάρθαν ut Theophylactus Prologo in Johannem.

[illegible] Hoc eſt, *Invenimus in libris B. Sophronii &c. Et addit, quòd Johannes Theologus erat ſecundum carnem conſobrinus Servatoris noſtri Jeſu Chriſti. Nam Joſephus ſponſus Virginis quatuor filios ſuſcepit ex uxore ſuâ communis vitæ ſociâ, Jacobum, Simonem, Judam, & Joſem, treſque filias, Eſtheram, Thamarem, & tertiam Salomen matri cognominem: hancque Joſephus pater in matrimonium tradidit Zebedæo, qui cum illa genuit Jacobum & Johannem Evangeliſtam.* Vid. Lambecium Biblioth. Cæſareæ Lib. III. c. 53. Atque in numero ternario, præter Sophronium Hieroſolymitanum ſuprà citatum, ac Theophylactum, concordat etiam Coſmas Veſtiarius, cujus locum deſumpſi è MSS. Codicib. 750. 2373 jam memoratis, ac in gratiam quorumdam Lectorum interpretatus ſum.

Hæc quoque ex Chronico Opere Hippolyti Thebani excerpuntur MS. Regio 1296.

Sanctiſſimus autem Patriarcha Hieroſolymorum magnus Sophronius Encomio celebrans Johannem Evangeliſtam, docet Eccleſiam Dei, quod pater Theologi extitit Zebedæus, mater verò illius Salome, ipſa filia Joſephi: qui Joſephus quatuor habuit filios & filias tres; filios quidem, Jacobum, Simonem, Judam, & Joſephum, filias verò, Eſther, Martham, & Salomen, quæ fuit uxor Zebedæi, mater autem Johannis. Hinc Salvator erat Johannis avunculus, ut pote frater Salomes filiæ Joſephi.

[illegible] COT.

Τοῦ μακαρίου Κοσμᾶ τοῦ Βεστίτωρος [illegible]

*B. Coſmæ Veſtitoris, Ex Encomio in juſtos Joakimum & Annam; cujus principium: Heſterna dies, Deiparæ Natale ut Feſtum. Poſt pauca. Verè enim tamquam digni præſtiti ſunt juſti Deiparæ parentes, ut Chriſto ſecundùm carnem cognatione jungerentur, utque genere illuſtri, regio, utquam, ac ſacerdotali, honorarentur. Utroque ſiquidem ſe jactat Dei genitrix: cùm ab initio duæ tribus variis modis inter ſe miſcere ſolerent: unde & poſtea in Dei genitricis parentibus permiſtæ ſunt, hunc in modum: Zacharias Johannis pater fratrem habuit juxtà ſectam ſacerdotem, nomine Aggæum, qui ante eum è vita diſceſſit. Hujus Aggæi filiam matrimonio ſibi copulavit Joſephus faber, atque de ea ſuſcepit quatuor filios, treſque filias: quo ex numero unus fuit Jacobus, qui cognominatus eſt frater Domini, primus Hieroſolymorum Epiſcopus. Nomen autem mulieris Joſephi, Salome, non quidem illa obſtetrix, ſed alia. Poſt hujus mortem Joſephus fit ſponſus Deiparæ Mariæ, quæ ex materno genere originem ducebat à Matthane ſacerdote; ſicut Joſephus à Salomone filio Davidis deſcendebat, quemadmodum ait Evangelium ſecundum Lucam, in Genealogia Domini. Nam iſte Matthan ex uxore ſua Maria tres filias protulit; quarum nomina ſunt, Maria, * Sobbi, Anna. Maria ergo gignit Salomen obſtetricem: Sobbi verò parit Eliſabetham matrem Johannis Baptiſtæ: Anna autem enititur ſanctiſſimam Dei genitricem Mariam in Bethlehem; Mariâ videlicet appellatâ de nomine aviæ & materteræ. Ita*

Vide Hippolytum Thebanum in Chronico, & Nicephorum Hiſt. Eccl. lib. 2. cap. 3. Confer.

Cap. 3.

* Deeſt in 2375.

* Apud Nicephorum Σοβή. In Andrea Cretenſi minùs bene Σοβέ. Hippolytus

69. Μάρθα καὶ Μαρία] Diſtinguunt quoque Mariam ſororem Marthæ & Lazari à Maria Magdalena, ex qua Dominus ſeptem Dæmonia ejecit, Johannes Theſſalonicenſis ſub finem Orationis de Dominica reſurrectione, & Theophylactus ad Joh. XIX. 25. necnon Nicephorus in his verſibus:

Αἱ μυροφόροι καὶ μαθήτριαι λόγου
[illegible] ἡ Μαγδαληνὴ Μαρία,
[illegible] Ἰωάννα [illegible] καὶ Σαλώμη,
[illegible] (l. [illegible])
Μάρθα, Μαρία [illegible] τοῦ Λαζάρου,
καὶ Σωσάννα [illegible]
[illegible]

Unicam mulierem arbitrantur Apollinarius citatus in Catena in Johannem, ad cap. 12. verſ. 3. Gregorius Papa Homiliâ 33. in Evangelia, Beda multis in locis, & Auctor Homiliæ de Maria Magdalena Origeni ſine cauſſa adſcriptæ. Utrique probabiliter. Sed quinam verè, nunc inquo. Quæ enim ab Evangeliſtis referuntur, duas inſinuant. Poſſunt tamen de una explicari; ex qua duæ factæ fuerint: ſicut ex una Magdalena duas fecerunt, & ex una muliere quæ Dominum unxit, multas. Quo de ultimo apponam è MS. Codice non ita pridem Mazarinianæ, nunc Regiæ Bibliothecæ, teſtimonium inſigne Severi; quia Latinè tantùm, ac imperfectè, atque ſub ementito nomine Servii exſtat in Catena Lucæ, ad cap. 7.

Severi.

Σεβήρου.

Cùm quatuor Evangeliſtæ à muliere Dominum unguento perunctum fuiſſe ſcripſerint, quærendum utrùm una fuerit, an duæ. Ego quidem intentè reſpiciens ad exactam Evangelicarum Scripturarum, tres colligo fuiſſe mulieres, ex perſonarum qualitate, ex ipſo modo agendi, ex differentia temporum. Johannes ſiquidem de Maria ſorore Lazari narrat, quòd ſex diebus ante Paſcha in domo propriâ Jeſu pedes unxerit. At Matthæus, poſtquam Dominus dixit, Scitis quia poſt biduum Paſcha fiet, ſubdit quòd in Bethania in domo Simonis leproſi, aliter fuderit unguentum ſuper caput Domini, non autem pedes unxerit, ut Maria. Mat-

Ἐπεὶ οἱ τέσσαρες [illegible] ἡ Μαρία.

Joh. 12. 3.

Mat. 26. 2.

[illegible]

Salome, & aliæ quædam. Sanè ſi conveniens fuiſſet mulieribus, docere; ipſe primus eas juſſiſſet
1 Cor. 11. 3. nobiſcum, populum inſtruere. Si enim vir caput mulieris cenſetur, æquum non eſt capiti præeſſe
I. Polycarpum, cap. 4. Pſeudo-Ignat. ad Tarſ. 9. I. Ignat. interpol. ad Philad. 4. reliquum corpus. Sciat ergo vidua ſe Dei altare eſſe, & domi ſuæ ſedeat; nec ullo prætextu in domos fidelium aliquid acceptura ingrediatur; numquam enim altare Dei circumambulat, ſed uno in loco figitur. Itaque & virgo & vidua ne circumcurſent, aut per alienas domos vagentur:
Prov. 7. 11. quia vagæ, & impudentes, & tales, pedes in uno loco non continent, eo quòd non viduæ, ſed viduli ſunt, ad accipiendum faciles, vaniloquæ, maledicæ, rixarum conſultrices, impudentes, inverecundæ; quæ cùm tales ſint, indignas ſe exhibent vocatore ſuo. Non enim ad communem congregationis ſtationem in Dominicâ conveniunt, ut ii qui vigilantes ſunt; ſed aut dormitant, aut garriunt, aut lenocinantur, aut petunt, aut alios in captivitatem agunt, & ad Diabolum adducunt, non ſinentes in Domino eſſe attentos, immò efficientes ut tales exeant quales intrârunt, nempe vacui, eò quòd non audierint illos qui vel docent, vel legunt verbum Domini. Nam de hujuſmodi
Iſ. 6. 9. Eſaïas Propheta dicit; *Audita audietis, & non intelligetis; & videntes videbitis, & non ſcietis: incraſſatum eſt enim cor populi hujus.*

ζάρου, Σαλώμη, [70] καὶ ἕτεραί τινες. εἰ γὰρ ἦν ἀναγκαῖον γυναιξὶ διδάσκειν, αὐτὸς ἂν ἐκέλευσε πρῶτος καὶ ταύτας σὺν ἡμῖν κατηχεῖν τὸν λαόν. εἰ γὰρ κεφαλὴ γυναικὸς ὁ ἀνήρ, οὐκ ἔστι δίκαιον τὸ λοιπὸν σῶμα τῆς κεφαλῆς ἐξάρχειν. γνωριζέτω οὖν ἡ χήρα, ὅτι θυσιαστήριόν ἐστι Θεοῦ, καὶ καθιζέσθω ἐν τῇ οἰκίᾳ αὐτῆς· μὴ μετά τινος προφάσεως ἐν ταῖς τῶν πιστῶν οἰκίαις ἐπὶ τῷ λαμβάνειν εἰσπορευομένη· οὐδὲ γάρ ποτε τὸ θυσιαστήριον τοῦ Θεοῦ περιτρέχει. ἀλλ' ἐν ἑνὶ τόπῳ ἵδρυται· ὑπαρχέτω οὖν καὶ ἡ παρθένος καὶ ἡ χήρα μὴ περιτρέχουσα, ἢ ῥεμβομένη κατὰ τὰς τῶν ἀλλοτρίων οἰκίας· ὅτι ῥεμβοὶ καὶ ἀναιδεῖς, καὶ αἱ τοιαῦται, οὐχ ἡσυχάζουσι τοὺς πόδας ἐν ἑνὶ τόπῳ, διὰ τὸ μὴ χήρας, ἀλλὰ πήρας αὐτὰς ὑπάρχειν, ἑτοίμους εἰς τὸ λαμβάνειν, φλυάρους, καταλάλους, μαχοσυμβούλους, ἀναιδεῖς, ἀναισχύντους· αἵτινες τοιαῦται ὑπάρχουσαι, οὐκ ἄξιαι τοῦ καλέσαντος τυγχάνουσιν. οὐ γὰρ ἐπὶ τὸ κοινὸν τῆς συναγωγῆς ἀνάπαυμα ἐν τῇ κυριακῇ καταντῶσιν, ὡς οἱ ἐγρηγορότες· ἀλλ' ἢ νυστάζουσιν, ἢ φλυαροῦσιν, ἢ μαστροπεύουσιν, ἢ αἰτοῦσιν, ἢ ἑτέρους αἰχμαλωτίζουσιν, προσάγοντες τῷ πονηρῷ, οὐκ ἐῶντες αὐτοὺς νήφειν ἐν κυρίῳ, ἀλλὰ παρασκευάζοντες τοιούτους αὐτοὺς ἐξιέναι οἷοι καὶ εἰσῆλθον, διάκενοι, διὰ τὸ μὴ ἀκούειν τῶν διδασκόντων ἢ τῶν ἀναγινωσκόντων τὸν τοῦ κυρίου λόγον. περὶ γὰρ τῶν τοιούτων καὶ Ἡσαΐας ὁ προφήτης λέγει· Ἀκοῇ ἀκούσετε, καὶ οὐ μὴ συνῆτε· καὶ βλέποντες βλέψετε, καὶ οὐ μὴ ἴδητε· ἐπαχύνθη γὰρ ἡ καρδία τοῦ λαοῦ τούτου.

CAPUT VII.

Quales ſunt falſæ viduæ.

AD eumdem ergo modum, hujuſmodi viduæ obturatas habent aures cordis; ne intus in tectis ſuis ſedentes, Dominum alloquantur; ſed circumcurſantes, quæſtus gratiâ, nugas agendo, perficiant Adverſarii deſideria. Hæ igitur viduæ, cum Chriſti altari non poſſunt comparari. Sunt enim nonnullæ viduæ, quæ in lucro omne ſtudium ſuum ponunt; & quia impudenter petunt, ac inſatiabiliter accipiunt, jam multos ad largiendum ſegniores reddiderunt: cúmque oporteret, ut per animi moderationem contentæ eſſent Eccleſiaſticis ſubſidiis, contrà circumcurrentes concutiunt vicinorum ac divitum domos, affatim pecuniarum ſibi congerendo, necnon acerbo fœnore mutuum dant, ſoliuſque Mammonæ curam habent; quarum Deus eſt crumena; quæ cibum ac potum omni virtuti
Iſ. 22. 13. anteponunt, aientes; *Edamus, & bibamus; cras enim moriemur*; atque iſtas res tamquam ſtabiles putaverunt, & non tamquam fugaces. Nam in conquirendis nummis exercitata, pro Deo colit Mammonam, hoc eſt, ſervit lucro; at apud Deum gratioſa eſſe non poteſt, nec religioni illius obtemperare, cùm aſſiduè Numen adire ſupplex nequeat, quandoquidem mentem & voluntatem pa-
Mat. 6. 21. randis opibus intentam habeat: quoniam ubi theſaurus, ibi & cor illius: ſiquidem mente volutat, quò accedet capturæ gratiâ; aut quòd illa quæ-

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ζ.

Οἷαί εἰσιν αἱ ψευδόχηραι.

ΤΟν αὐτὸν οὖν τρόπον καὶ τῶν τοιούτων χηρῶν ἀπεκλείσθη τὰ ὦτα τῆς καρδίας, εἰς τὸ μὴ καθεζομένας ἔνδον ἐν ταῖς στέγαις αὐτῶν, προσλαλεῖν τῷ κυρίῳ, ἀλλὰ περιτρεχούσας, ἐν ἐπινοίᾳ πορισμοῦ, διὰ τῆς * φλυαρίας, τὰ τοῦ ἀντικειμένου ἐπιθυμήματα πράσσειν. * al. φλυα: αἱ τοιαῦται οὖν χῆραι οὐ προσεοίκασι τῷ θυσιαστηρίῳ τοῦ Χριστοῦ. εἰσὶ γὰρ ἔνιαι χῆραι ἐργασίαν ἡγούμεναι τὸ πρᾶγμα· καὶ ἐξ ὧν ἀναισχύντως αἰτοῦσι καὶ ἀπλήστως λαμβάνουσιν, ἤδη καὶ ὀκνηροτέρους τοὺς πολλοὺς πρὸς τὸ διδόναι κατέστησαν· δέον γὰρ αὐτὰς ἀρκεῖσθαι τοῖς ἐκκλησιαστικοῖς διὰ μετριότητα γνώμης, ἐκ τῶν ἐναντίων, ἐμπεριτρέχουσαι τοὺς τῶν * πλησίον οἴκους διασείουσι, ἀθρόως * f. πλουσίων, ut Interpp. χρημάτων ἑαυταῖς ἐπισωρεύουσαι, καὶ ἐπὶ πικροῦ τόκους δανείζουσι, καὶ μόνου τοῦ μαμμωνᾶ φροντίζουσιν· ὧν ὁ Θεὸς τὸ βαλάντιον· αἱ τὸ φαγεῖν καὶ τὸ πιεῖν προκρίνουσι πάσης ἀρετῆς, λέγουσαι· Φάγωμεν καὶ πίωμεν, αὔριον γὰρ ἀποθνήσκομεν· αἱ ὡς ἑστῶτα ταῦτα ἐλογίσαντο, καὶ οὐχ ὡς φεύγοντα· ἡ γὰρ ἠσκηκυῖα περὶ τὸ χρηματολογεῖν, ἀντὶ τοῦ Θεοῦ λατρεύει τῷ μαμμωνᾷ, τουτέστι δουλεύει τῷ κέρδει· τῷ δὲ Θεῷ εὐάρεστος εἶναι οὐ δύναται, οὐδὲ ταῖς λατρείαις αὐτοῦ ὑπήκοος, συνεχῶς οὐ δυναμένη ἐντυγχάνειν αὐτῷ, ἐπὶ τὸ ἀργυρολογεῖν τὸν νοῦν καὶ τὴν διάθεσιν ἔχουσα· ἐκεῖ γὰρ ὅπου ὁ θησαυρὸς, ἐκεῖ καὶ ἡ καρδία αὐτῆς· ἐν νῷ γὰρ διαλαμβάνει, ποῦ πορευθῇ λήμματος χάριν, ἢ ὅτι ἡ δεῖνα ἡ φίλη αὐτῆς

Marc. 14. 3. τῆς Μαρίας ἡ σύμφωνος ἀπάντων τῷ Ματθαίῳ γεγονέναι
Luc. 7. 37. φησι. Λουκᾶς γε μήν. οὐ περὶ τὸν καιρὸν τοῦ πάθους. ἀλλὰ περὶ τὰ μέσα που τοῦ εὐαγγελίου. ἢ καὶ ἔτι πρὸ τούτου. παρὰ τῷ Φαρισαίῳ τῷ ὑποκρίσει κεκαλυμμένῳ δολερᾷ τοῦ κυρίου, ὃς καὶ τῆς ἀπιστίας ὑπάρχων, καὶ ἄπιστος οὐκ ἀπηλλαγμένος. ἡμεῖς μὲν οὖν. τρεῖς οἶμαι τὰς γυναῖκας νομίζομεν. ὁ δὲ χρυσοῦς τὴν
S. Chryſoſtomus. γλῶτταν καὶ πανεύφημος πατὴρ, ὁ τῆς οἰκουμένης μέγας φωστὴρ καὶ ἑρμηνευτὴς τῶν ἀπόρων. δύο ταύτας τὰς γυναῖκας εἶναί φησι. μίαν μὲν τὴν παρὰ τῷ Ἰωάννῃ. ἑτέραν δὲ τὴν παρὰ τοῖς τρισίν· ᾧ καὶ μᾶλλον πιστέον, &c.

cus autem conſonans cum Matthæo eodem modo omnia contigiſſe dicit. Lucas verò, non circa tempus paſſionis, ſed circa media tempora Evangelii, vel etiam ante, refert, A Phariſæo quodam fuiſſe invitatum Dominum ad convivium, eoque qui ab hypocriſi fraudulentâ, & ab incredulitate liber non erat. Nos igitur tres mulieres eſſe cenſemus. Ille verò aureæ linguæ & maximè prædicandus Pater, Orbis magnus ſplendor, ac explanator difficultatum, binas aſſerit has mulieres fuiſſe: unam quidem cujus a Johanne, alteram verò cujus mentio fit a tribus: cui & magis credendum. COT.

70. Καὶ ἕτεραί τινες.] Inter quas Maria mater Rufi, ſi audimus S. Epiphanium Panarii Hæreſi 78. cap. 13. & Hæreſi 79. cap. 7. ex lapſu memoriæ, ex Apocrypho, aut aliunde loquentem. Ibid.

71. Οἱ

τῆς ἐπιλέλησται, καὶ λόγοις τισὶ ταύτῃ προσομιλεῖν ὀφείλει. ἡ δὲ τοιαῦτα λογιζομένη, οὐκέτι τῇ προσευχῇ προσέξῃ, ἀλλὰ τῇ ἐμπιπτούσῃ ἐννοίᾳ· διὸ κἄν ποτε θελήσῃ προσεύξασθαι ὑπέρ τινος, οὐκ εἰσακουσθήσεται· ὅτι γὰρ ἐξ ὅλης καρδίας προσφέρει τὴν δέησιν Κυρίῳ, ἀλλὰ μεμερισμένῃ διανοίᾳ. ἡ δὲ Θεῷ βουλομένη προσανέχειν, καθημένη ἔνδον, φρονεῖ τὰ τοῦ Κυρίου, νυκτὸς καὶ ἡμέρας ἀκαταπαύστῳ στόματι δέησιν προσφέρουσα εἰλικρινῆ. ὥσπερ οὖν καὶ ἡ σοφωτάτη Ἰουδὴθ, μαρτυρουμένη ἐπὶ σωφροσύνῃ, νυκτὸς καὶ ἡμέρας ἐδεῖτο τοῦ Θεοῦ ὑπὲρ τοῦ Ἰσραήλ· οὕτως οὖν καὶ ἡ ὁμοία αὐτῇ χήρα ἔντευξιν ἀκατάπαυστον ὑπὲρ τῆς ἐκκλησίας προσοίσει Θεῷ, καὶ εἰσακούσεται αὐτῆς, διὰ τὸ τὴν διάνοιαν αὐτῆς πρὸς μόνῳ τούτῳ ἠρτῆσθαι, καὶ μήτε πρὸς ἀπληστίαν, μήτε πρὸς ἐπιθυμίαν πολυδάπανον ἐκκεῖσθαι· ὅτι ὀφθαλμὸς αὐτῆς ἁγνὸς, καὶ ἡ ἀκοὴ καθαρὰ, καὶ αἱ χεῖρες ἀμόλυντοι, καὶ οἱ πόδες ἥσυχοι, καὶ τὸ στόμα οὔτε πρὸς λαιμαργίαν, οὔτε πρὸς φλυαρίαν ἕτοιμον, ἀλλὰ λαλοῦν μὲν τὰ δέοντα, μεταλαμβάνον δὲ ὧν προσῆκε διὰ μόνην τὴν σύστασιν. οὕτω σεμνὴ καὶ ἀτάραχος ὑπάρχουσα, εὐάρεστος ἔσται τῷ Θεῷ· καὶ ἅμα τῷ αἰτήσασθαι αὐτήν τι, προφθάσει αὐτὴν ἡ δόσις· Ἔτι γάρ σου, φησὶ, λαλοῦντος ἐρῶ, ἰδοὺ πάρειμι. Τοιαύτη δὲ ἔστω, ὑπαρχέτω ἀφιλάργυρος, ἄτυφος, μὴ αἰσχροκερδὴς, μὴ ἄπληστος, μὴ λίχνος· ἀλλ' ἐγκρατὴς, πρᾳεῖα, ἀτάραχος, εὐλαβὴς, αἰδήμων, καθημένη ἐν τῇ οἰκίᾳ αὐτῆς, ψάλλουσα, προσευχομένη, ἀναγινώσκουσα, ἀγρυπνοῦσα, νηστεύουσα, Θεῷ πάντοτε προσομιλοῦσα ᾠδαῖς καὶ ὕμνοις. ἔριά τε ἐκλαμβάνουσα, ἑτέροις μᾶλλον ἐπιχορηγείτω, ἤπερ αὐτή τινος δείσθω· μεμνημένη τῆς ἐν τῷ εὐαγγελίῳ μεμαρτυρημένης ὑπὸ τοῦ Κυρίου χήρας, ἥτις ἐλθοῦσα ἐν τῷ ἱερῷ, ἔβαλεν εἰς τὸ γαζοφυλάκιον τὰ δύο λεπτὰ, ὅπερ ἐστὶ κοδράντης· καὶ θεασάμενος αὐτὴν ὁ καρδιογνώστης Χριστὸς ὁ Κύριος ἡμῶν καὶ διδάσκαλος, εἶπεν· Ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ὅτι αὕτη ἡ χήρα πλεῖον πάντων ἔβαλεν εἰς τὸ γαζοφυλάκιον· ὅτι οἱ πάντες ἐκ τοῦ περισσεύματος αὐτῶν ἔβαλον, αὕτη δὲ ἐκ τοῦ ὑστερήματος ὅλον αὐτῆς τὸν βίον ὃν εἶχε. Σεμνὰς οὖν δεῖ εἶναι τὰς χήρας, πειθομένας τοῖς ἐπισκόποις καὶ τοῖς πρεσβυτέροις καὶ τοῖς διακόνοις, ἔτι μὴν καὶ ταῖς διακόνοις, εὐλαβουμένας, ἐντρεπομένας, φοβουμένας, μὴ κατεξουσιαζούσας, μήτε παρὰ τὴν διαταγήν τι ποιεῖν θελούσας δίχα γνώμης τοῦ διακόνου· οἷον τὸ πρός τινα ἀπελθούσας ἐπὶ τὸ φαγεῖν παρ' αὐτῷ καὶ πιεῖν, ἢ λαβεῖν τι παρά τινος. εἰ δὲ μὴ κελευσθεῖσα ποιήσῃ ἕν τι τούτων, ἐπιτιμάσθω νηστείᾳ, ἢ ἀφοριζέσθω, ὡς προπετής.

piam, amica, oblita eſt ejus, & quo illam aliam ſermone compellare debeat. Cæterùm quæ talia reputat, non ampliùs orationi vacabit, ſed inſtanti cogitationi. Quapropter ſi fortè pro aliquo precari velit, non exaudietur: non enim ex toto corde, ſed mente diſtracta, Domino offert precationem. Quæ autem Deo animum intendere deſiderat, intra privatos parietes ſedens, cogitat quæ ad Dominum pertinent, per noctem ac diem ore numquam ceſſante precem ſinceram Deo deferens. Quemadmodum ergo ſapientiſſima Juditha, pudicitiæ teſtimonio celebris, nocte & die Deum pro Iſraële deprecabatur; ita quoque illi par vidua, indeſinenter pro Eccleſia Deo ſupplicabit; qui exaudiet eam, quoniam in hoc ſolum mente alligata eſt, & neque ad inſatiatam aviditatem, neque ad ſumptuoſam cupiditatem incumbit; atque oculus ejus eſt caſtus, auris munda, manus impollutæ, pedes quieti, os denique neque ad ingluviem, neque ad ineptias promptum; ſed loquens quidem quæ condecent, ea verò dumtaxat ſumens quæ ſuſtenendæ vitæ conveniunt. Quæ ſic fuerit proba, gravis ac ſedata, Deo complacebit; ſimulque ac aliquid poſtulaverit, præveniet eam largitio: *Adhuc* enim, inquit, *loquente te, dicam; Ecce adſum.* Eadem igitur, ſit divitiarum contemptrix, faſtu carens, non turpi lucro dedita, non inexplebilis, non vorax; immò temperans, manſueta, tranquilla, religioſa, verecunda, ſedens domi ſuæ, pſallens, orans, legens, vigilans, jejunans, cum Deo ſemper colloquens canticis & hymnis. Lanam faciendo, aliis potiùs ſuppeditet, quàm ipſa aliquo indigeat; memor viduæ à Domino in Evangelio comprobatæ, quæ veniens ad templum, in Gazophylacium miſit duo æra minuta, quod eſt quadrans; at eam intuitus cordis cognitor Chriſtus Dominus noſter ac Magiſter, ait; *Amen dico vobis, quoniam hæc vidua plus omnibus miſit in Gazophylacium: quia omnes, ex abundantiâ ſuâ miſerunt; hæc autem, de penuria, omnem victum ſuum quem habuit.* Itaque oportet viduas honeſtè ætatem agere, obedientes Epiſcopis, Presbyteris, & Diaconis, inſuperque & Diaconiſſis; reverentes, pudibundas, metuentes, non liberiùs vivere ac in ſua eſſe poteſtate nitentes, neque citra præſcriptum volentes quidquam facere ſine Diaconi voluntate; exempli cauſſa, ſi pergendum ſit ad aliquem, ut cum eo manducent ac bibant, vel aliquid ab aliquo accipiant. Sin verò injuſſa, horum quidquam perpetrârit, jejunio puniatur aut ſegregetur, tamquam proterva & inconſiderans.

Judith 9. & 10. I. Ignat. interpol. ad Philad. 4.

Iſ. 58. 9.

I. Ignat. interpol. ad Philad. 4.

Marc. 12. 43. Luc. 21. 3.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ η'.

Ὅτι οὐ χρὴ παρὰ ἀναξίων λαμβάνειν τὴν χήραν, ἢ τὸν ἐπίσκοπον, ἢ ἄλλον πιστόν.

Τί γὰρ ἐπίσταται, ὁποία τίς ἐστι, παρ' ἧς λαμβάνει. ἢ ἐκ ποταπῆς διακονίας παρεμβάλλει τὴν τροφὴν, πότερον ἐξ ἁρπαγῆς, ἢ ἑτέρας τινὸς οὐ καλῆς ἀγωγῆς; οὐκ ἐπισταμένη ἡ χήρα ὅτι ὑπὲρ ἑνὸς ἑκάστου τούτων δώσει λόγον Θεῷ, δεχομένη ἀναξίως Θεοῦ· οὔτε γὰρ οἱ ἱερεῖς τοιαύτης ἑκουσίως δέξονταί τινος, οἷον ἅρπαγος, ἢ πόρνης. γέγραπται γάρ· Οὐκ ἐπιθυμήσεις τὰ τοῦ πλησίον· καί· Οὐ προσοίσεις μίσθωμα πόρνης Κυρίῳ τῷ Θεῷ. [71] Οὐ δεῖ οὖν δέχεσθαι παρὰ τῶν τοιούτων, ὅτι μὲν παρὰ ἀφο-

CAPUT VIII.

Quòd non oportet, ut ab indignis accipiat vidua, vel Epiſcopus, vel alius fidelis.

Unde enim vidua novit, qualis ſit ea mulier à qua accipit, aut ex quonam miniſterio alimentum apponit; utrum ex rapina, aut ex alia quapiam arte illicita? Neſcit vidua reddituram ſe Deo rationem de ſingulis hiſce rebus, quando accipiet indignè Deo. Neque enim ſacerdotes unquam admittent ſpontanea hujuſmodi mulieris dona; veluti furis aut meretricis. Scriptum eſt enim; *Non concupiſces res proximi:* &; *Non offeres mercedem meretricis Domino Deo.* A talibus igitur capiendum non

eſt,

Ex. 20. 17. Deut. 23. 18.

71. Οὐ δεῖ οὖν δέχεσθαι παρὰ τῶν τοιούτων, ὅτι μὲν παρὰ ἀφορισμένων.] Pluribus teſtimoniis, quæ apud alios congeſta reperies, aut tute congeres facilè, unum adjicio nondum viſum, ex illis MSS., quorum memini antea. Eſt autem Canon 34 Nicephori Conſtantinopolitani, Confeſſoris dicti, & Patrum cum illo congregatorum. [illegible]

eſt, neque etiam ab excommunicatis. Parent autem ſe viduæ ad obediendum mandatis ſibi per ſuperiores, atque juxta præſcriptum Epiſcopi faciant,
Laudat. Anaſtaſius, Quæſt. 12. tamquam Deo auſcultantes. Certè cùm quis non recuſat munus viri infamis, aut ab Eccleſia ejecti ac pro eo orat, qui & in peccatis geſtit perſeverare, nec vult ad pœnitentiam umquam reverti; tunc cum illo in oratione communicat, & Chriſtum iniquorum depulſorem contriſtat, homineſque eos per indignam quam faciunt donationem ædificat & in delicto ſtabilit, ſéque cum illis inquinat, non ſinens ad pœnitentiam venire ipſos, ut defleant, & Deum precentur.

ἐστερημένων. γινέσθωσαν δὲ αἱ χῆραι ἕτοιμοι πρὸς ὑπακοὴν τῶν ἐντελλομένων αὐταῖς ὑπὸ τῶν κρειττόνων, καὶ κατὰ τὴν διάταξιν τοῦ ἐπισκόπου ποιείτωσαν, ὡς Θεῷ ὑπακούουσαι· ὁ γὰρ ἀπό τινος ἐπιῤῥήτου, ἢ ἀποσυναγώγου δεχόμενος, καὶ ὑπὲρ τούτου προσευχόμενος, ἐμμένοντι τοῖς κακοῖς προαιρουμένου, καὶ μὴ θέλοντος μεταμεληθῆναί ποτε, κοινωνεῖ τούτῳ τῇ προσευχῇ καὶ λυπεῖ Χριστὸν τὸν τοὺς ἀδίκους ἀποστρεφόμενον, καὶ οἰκοδομεῖ αὐτοὺς διὰ τὴν ἀναξίαν δόσιν, καὶ συμμολύνεται αὐτοῖς, μὴ ἀφιεὶς αὐτοὺς εἰς μετάνοιαν ἐλθεῖν, ὥστε κλαῦσαι, καὶ δεηθῆναι τοῦ Θεοῦ.

CAPUT IX.

Quòd non oportet, ut mulieres baptizent: id enim impium, & a Chriſti doctrina alienum.

AN autem baptizare ad mulieres pertineat; notum vobis facimus, non mediocri in periculo verſari eas quæ hoc præſumunt. Quare non tale conſilium damus: periculoſa quippe res eſt, immò verò
1 Cor. 11. 3. illicita & impia. Nam ſi vir eſt caput mulieris, & is eligitur ad ſacerdotium; juſtitiæ repugnat ut creationis regulæ præſcribatur, & relicto principatu, ad extremum corpus veniatur. Mulier enim corpus viri eſt, ex coſta ejus ortum ducens, eique ſubjectum, ſcilicet à quo ad liberorum procreationem ſectum
Gen. 3. 16. Cap. 6. fuit: *Ipſe*, inquit, *tui dominabitur*: at vir principatum mulieris tenet, ut pote illius caput. Quòd ſi in præcedentibus, non permiſimus feminis docere, quo pacto quiſpiam præter naturam eis fungi ſacerdotio

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Θ'.

Ὅτι οὐ χρὴ γυναῖκας βαπτίζειν· ἀσεβὲς γάρ, καὶ τῆς Χριστοῦ διδασκαλίας ἀλλότριον.

ΠΕρὶ δὲ τοῦ γυναῖκας βαπτίζειν, γνωρίζομεν ὑμῖν, ὅτι κίνδυνος οὐ μικρὸς ταῖς τοῦτο ἐπιχειρούσαις. διὸ οὐ συμβουλεύομεν· ἐπισφαλὲς γάρ, μᾶλλον δὲ παράνομον καὶ ἀσεβές. εἰ γὰρ κεφαλὴ γυναικὸς ὁ ἀνήρ, οὗτος δὲ προχειρίζεται εἰς ἱερωσύνην, οὐ δίκαιον, ἀθετοῦσαν τὴν δημιουργίαν, καταλιπόντα τὴν ἀρχήν, ἐπὶ τὸ ἔσχατον ἐλθεῖν σῶμα. γυνὴ γὰρ σῶμα ἀνδρός, ἐκ πλευρᾶς ὄν, καὶ ὑποκείμενον ἐκείνῳ, ἐξ ὅπερ καὶ διῃρέθη εἰς παίδων γένεσιν· Αὐτὸς γάρ σου, φησί, κυριεύσει· ἀρχὴ γὰρ γυναικὸς ὁ ἀνήρ, ἐπειδὴ καὶ κεφαλή. εἰ δὲ ἐν τοῖς προλαβοῦσι διδάσκειν αὐταῖς οὐκ ἐπετρέψαμεν, πῶς ἱερατεῦσαι ταύταις παρὰ φύσιν τις συγχωρήσει; τοῦτο γὰρ

ἐφόδιον τῇ ἐκκλησίᾳ. ἐν ταῖς θείαις διαταγαῖς διὰ τῶν ἔργων καταφρονῶν αὐτῶν. Hoc eſt, *Si quis concubinam habens, non vult aut illam relinquere, aut retinendo accipere benedictionem ſacramentalem; non oportet recipere quæ ab illo Eccleſiæ offeruntur, cujus divinas leges factis ſuis contemnit & contumelià afficit.* COT.

72. Γυναῖκας.] Baptizare ſacerdotale eſſe officium dicitur etiam infrà capite 15. lib. 6. & Canone Apoſtolico 47. conſtatque multis auctoritatibus, præcipuè Tertulliani de Baptiſmo cap. 17. Cypriani Epiſt. 69. 70. Concilii Carthaginenſis Cyprianici num. 17. 18. 79. Athanaſii Epiſtolâ ad Dracontium p. 955. Hilarii in Pſalm. LXVII. 32. Baſilii Canone 1. Epiphanii Hæreſ. 7. cap. 3. 4. Hæreſ. 79. cap. 3. 7. (Cujus & legenda Vita cap. 6 & 11.) Johannis Moſchi cap. 176. & Auguſtini lib. 2. adverſus Epiſtolam Parmeniani cap. 13. Hanc ob rem Diaconis, utpote non ſacerdotibus, ſed ſacerdotum miniſtris, ne Baptiſmum conferant interdicunt apertè Conſtitutiones hujus libri cap. ult. & lib. 8. cap. 28. & 46. Eaque interdictio comprobatur à Maximo ad caput 3. Cœleſtis Hierarchiæ, & à Balſamone ad 49. Canonem Apoſtolorum; nec non confirmatur Canone 7. eorum qui dicuntur, Synodi Romanorum ad Gallos Epiſcopos; de quibus Canonibus conjecturæ Clariſſimi Sirmondi, videri Innocentii Papæ, corruet, ſi conferantur primus & ſecundus cum cap. 12. & 13. Epiſtolæ ſecundæ illius Pontificis. Integrum illum Canonem 7. apponam, quemadmodum meo judicio debet conſtitui:

Quòd Diaconi extra Paſcha tempus non baptizent. Non ergo nunc de Baptiſmi ratione, ſed de tradentium perſona reſcribo. Paſchæ tempore Presbyter & Diaconus per Parochias dare remiſſionem peccatorum, & miniſterium implere conſueverunt, etiam præſente Epiſcopo: in fontem quoque ipſi deſcendunt, illis in officio ſunt: ſed illius (al. *Epiſcopi*) *nomini facti ſumma conceditur. Reliquis verò temporibus, ubi ægritudinis neceſſitas conſequi unumquemque compellit, ſpecialiter Presbytero licentia eſt per ſalutaris aquæ gratiam dare indulgentiam peccatorum, quoniam & munus ipſi licet cauſſa mundationis offerre: Diaconis vero nulla licentia invenitur eſſe conceſſa, ſed quòd ſemel fortè contigit uſurpare, per neceſſitatem dicuntur excuſati, nec poſteo in ſecuritate commiſſum.* Non ita commodè cum Canone præcedente jungantur iſta, *Non ergo nunc de Baptiſmi ratione, ſed de tradentium perſona reſcribo.* Alii tamen Diaconis baptizandi jus concedunt, aut abſolutè, aut in neceſſitate ſolummodo, ac extra ordinem. Abſolutè, Tertullianus in loco citato, Cyrillus Hieroſolymitanus circa finem Catecheſeos 17. Hieronymus Contra Luciferianus cap. 4. & Patres Synodi Illiberitanæ Can. 77. idque colligitur etiam ex Canone 12. Concilii Aurelianenſis 1. In neceſſitate, ac extra ordinem, Gelaſius Epiſt. 9. Concilium Eboracenſe anni 1194. cap. 4. Concilium Londonienſe anni 1200. cap. 3. Nicephorus Confeſſor Juris Græco Romani p. 196. & Theodoritus ac Procopius ad II. Paral. XXIX. Quibus addere potes Hilarium ſuprà citatum, & locum Conſtitutionis in fine cap. 46. lib. ult. Sequuntur Diaconos, inferiores Clerici. De illis Noſter cap. 11. item Pſeudo-Ambroſius. Sed notabilia ſunt præ cæteris verba Scriptoris Anonymi de non denuo baptizandis qui ſemel in nomine Chriſti tincti fuerint, in Obſervationibus Nicolai Rigaltii ad S. Cyprianum pag. 134. *Et ideo cum ſalus noſtra in Baptiſmate ſpiritûs, quod plerumque cum Baptiſmate aquæ conjunctum eſt, ſit conſtituta; ſi quidem per nos Baptiſma tradetur, integrè & ſollemniter & per omnia quæ ſcripta ſunt adſignetur, atque ſine ulla ullius rei ſeparatione tradatur: aut ſi a minore Clero per neceſſitatem traditum fuerit, eventum exſpectemus, ut aut ſuppleatur à nobis, aut à Domino ſupplendum reſervetur.* Jam vero circa Laicos eamdem diverſitatem reperire eſt. Baptizabant initio cuncti Chriſtiani, ſi fides falſo Ambroſio. In neceſſitate, atque extra ordinem, licitè hoc fieri à Laicis, opinio communis eſt Veterum ac Recentiorum. Conſule finem cap. 46. lib. 8 præſentis Operis. *χρὴ τὰ ἀβάπτιστα νήπια, ἐὰν εὑρεθῇ τις εἰς τόπον ὅπου οὐκ ἔστιν ἱερεύς, βαπτίζεσθαι. εἰ βαπτίσει δὲ καὶ ὁ ἴδιος πατήρ, ἢ οἱονδήποτε ἄνθρωπος, μόνον ἵνα ᾖ Χριστιανός, οὐκ ἔστιν ἁμαρτία.* J. Harmenop. Epit. ſect. 5. tit. 1. *Infantes non baptizatos, oportet, ſi quo loco reperiatur quis, ubi non ſit ſacerdus, baptizari. Quod ſi vel pater, aut quilibet alius, modò ſit Chriſtianus, baptizet, peccatum non committit.* Canon eſt Nicephori Confeſſoris, 16 in Jure Græco-Romano: at 51. apud Glycam Annalium Parte 3. p. 244. ἀλλά, inquit, καὶ ὁ πατριάρχης ἁγιώτατος ἁγιωτάτων τῶν ἐν πατριάρχαις Κωνσταντινουπόλεως ἀρχιεπισκόπων Νικηφόρου, καὶ τῶν σὺν αὐτῷ ἁγίων πατέρων, ταῦτα διαγορεύουσι· Τὰ ἀβάπτιστα νήπια, μὴ ὄντος ἱερέως, καὶ ὁ πατὴρ αὐτῶν βαπτίζει καὶ ὁ τυχὼν, μόνον ἵνα ᾖ (al. ἐὰν) ὀρθόδοξος. *Canon autem quinquageſimus primus ſanctiſſimi Patriarchæ Conſtantinopolitani Nicephori, & aliorum ſanctorum Patrum qui præſentes ipſi adfuerunt, hæc decernit: Infantes nondum baptizatos, ſi ſacerdos nullus adſit, & pater baptizare poteſt, & quivis alius, modò ſit Orthodoxus.* Scilicet iſtius Concilii non pauca decreta perierunt, præter 17. edita, & 28. inedita quæ leguntur poſt Matthæum Blaſtarem in MSS. Regiis, atque in Joliano; corrupteiſque jacet eorumetus in Protheoria Harmenopuli ad Epit. Canon. ubi Nicephoro tribuuntur centum Canones decem. Nam Epitomes ejuſdem Sect. IV. tit. 2 laudatur Canon 14. qui apud Blaſtarem eſt 15. eique ſubjunguntur 13. & 16. hic conſtet. Baptiſma verò per Laicos ordinariè datum, illicitum æſtimant om-

omnes; invalidum, nonnulli, manifeſto errore: ſic Matthæus ille Blaſtares, Canonum Collector nondum typis mandatus, Littera β. cap. 3. & Synodus ab eo ibi memorata: ſic etiam Theodorus Scutariota in Scholio ad Hæreſim 22. lib. 4. Theſauri Nicetæ Choniatæ. Accipe verba Græca Matthæi Monachi cum Latina interpretatione:

Ἔτι περὶ τῶν [illegible] παρὰ [illegible].

Adhuc de iis qui baptizati ſunt à non ſacerdotibus.

[illegible]

Hoc quoque quæſitum fuit, interrogante Manuele Heracleenſi, An recipere oporteat tamquam fidelem, eum quem qui ſacerdos non eſt, & ſacerdotem ſe eſſe ſimulat, baptizavit: id enim tunc temporis in illius Diœceſi accidit. Et decrevit Synodus, hos etiam rebaptizari debere. Quia ſcilicet, inquit, juxta ſacros Apoſtolorum Canones quadrageſimum ſextum & quadrageſimum ſeptimum, ſolis Epiſcopis ac ſacerdotibus licet ſancto Baptiſmate initiare. Oſtenditur autem idem, etiam per Canones vigeſimum ſextum & quadrageſimum ſextum Laodicenæ Synodi: quorum ille quidem præcipit, ut non exorcizent qui ab Epiſcopis non fuerunt promoti & ordinati: hic verò vult, ut qui baptizandi ſunt fidem Epiſcopis aut Presbyteris recitent. Quin etiam prædicti ſextæ Synodi & Concilii Carthaginenſis Canones, eos qui ob negligentiam ſuam ambigunt utrum baptizati fuerint, Baptiſmum recipere jubent. Equidem æquum non eſt, nec tutum, divino fidelium cœtui annumerare eum qui baptizatus fuerit ab homine qui non accepit baptizandi, ac per Baptiſmum remiſſionem peccatorum dandi, poteſtatem, nam Baptiſmus ſordes peccatorum eluit. Etenim non parvum periculum eſt, ne fortè per hujuſmodi dubitationem, ipſe quidem expiatione ſancti Baptiſmatis privatus ſit, nos verò eum haud baptizatum communicemus latenter. Quod ſi quis inſtet ac dicat, Propter precem à Laico factas, atque unctionem ſacri olei, verum exiſtimari debere Baptiſma collatum ab homine experte ſacerdotii; ille etiam dixerit, Ordinatos à non conſecrato, Epiſcopum ſe eſſe mentiente, pro Clericis reputari debere, cum fraus innotuerit: id porrò abſurdum eſt; & contrarium quarto Canoni ſecundæ Synodi, qui de Maximo Cynico conſtituit, Ipſum nec fuiſſe nec eſſe Epiſcopum, ab illo autem ordinatos, nihil magis inde fuiſſe conſecutos, abrogatis videlicet omnibus quæ contra leges ille fecerat. Pugnat pariter cum 18. Canone Sardicenſi, qui à Muſæo & Eutychiano non ſacerdotibus ordinatos, e Clero penitus ejecit, ac ad Laicorum ordinem redegit. Quemadmodum igitur illi Ordinatione carent, ita & iſti pro Baptiſmi expertibus habebuntur. Et ſicut Agarenorum filii, qui ut fœtorem redoleant tinguntur ac baptizantur, Chriſtiani non cenſentur; ita nec qui oleo unguntur à non ſacratis; quoniam talibus conceſſum non eſt quidquam prorſus ſanctificationis impertire. Si quis autem præterea objiciat quod contigit magno Athanaſio adhuc puero, conſideret legem civilem in cujus ſtatuto dicitur, Illud quod contra Canones eſt, non trahi in exemplum: conſideret etiam hoc effatum; Non eſt lex Eccleſiæ, quod raro evenit.

In Annalibus Michaelis Glycæ pag. 243. 244. (Locum Nicephori lib. 3. cap. 37. ut obſcuriorem prætermitto) pro falſa ea opinione profertur primò factum Dionyſii Præſulis, qui baptizatum à Laico baptizavit iterum. Narratio incerta, nec ad rem pertinens, quia Baptiſmus arenâ non aquâ peractus dicitur. Referunt Johannes Moſchus λειμωναρίῳ cap. 176. Coteleriu Edit. Baſil. pag. 206. & Nicephorus ubi mox. Profertur ſecundò auctoritas Canonum Apoſtolicorum, Laicos prohibentium ſacerdotalia munia, etiam ſi neceſſitas ingruat. Cùm in toto hoc Opere ne verbum quidem de neceſſitate: ſolummodo à ſacris functionibus arcetur plebs lib. 2. cap. 27. lib. 3. cap. 10. & lib. ult. cap. 46. Additur in Glyca ex Vita S. Athanaſii; Pueros per Athanaſium puerum baptizatos, ab Alexandro Alexandrino rebaptizatos fuiſſe. Verùm Biographus iſte, cujus locum reperies in fine Tom. 2. S. Athanaſii pag. 27. videtur non intellexiſſe hæc verba antiquioris Biographi apud Photium Cod. 258. τούτους [illegible], [illegible] ἐπιλείπειν: quæ exponi debent de conſignatione & confirmatione, non autem de Baptiſmo: ſicut liquet per Hiſtoricos Eccleſiaſticos Rufinum lib. 1. cap. 14. & Sozomenum lib. 2. cap. 17. qui αὐτολεξεὶ narrant Baptiſmum non fuiſſe iteratum. Hæc quoque reperi in Georgio Hamartolo Chronographo nondum edito, ubi de Baptiſmo arenaceo retulit:

Ubi nunc ſunt, qui aiunt, ut Laici & mulieres baptizent aliquando, in neceſſitate, abſente Sacerdote, quique contendunt, imò potiùs ex multa ignorantia & pervicacia prodigiosè ac impiè affirmant, hoc in Baptiſmum divinum perfectumque hominibus imputari: nec vident ſacram Apoſtolorum Doctrinam atque præceptionem, quæ dicit, Non permittimus, ut Laicus faciat aliquid rerum ſacerdotalium, verbi gratiâ ſacrificium vel Baptiſma, vel impoſitionem manûs, vel benedictionem tum parvam tum magnam. Nec enim quiſquam ſibi ſumit honorem, ſed qui vocatur à Deo. Nam per impoſitionem manuum Epiſcopi, datur hæc dignitas: (auctoritas) qui autem eam non habet ſibi commiſſam, ſed illam ſibi rapuit ac per tyrannidem occupavit, peccatum ſuppliciumque Saulis & Oziæ ſuſtinebit. Non ſolùm hoc, ſed nec reliquos Clericis Baptiſmum conferre volumus; veluti Diaconos, aut Lectores, aut Pſaltas, aut Miniſtros; niſi ſolos Epiſcopos & Presbyteros, miniſtrantibus Diaconis. Qui autem id præſumpſerint, Coritarum pœnas ferent. Rursùs non permittimus Presbyteris ordinare Diaconos, vel Diaconiſſas, vel Lectores, vel Miniſtros, vel Fautores, ſed ſolis Epiſcopis. Hic enim eſt ordo legitimus, Eccleſiaſticus, & Deo placens concentus, atque ſtatus. Fruſtra itaque cavillantur, aut ut veriùs loquar, cum Deo pugnant, qui ſacerdotii Chariſmata ſeu dona, & functiones ſecularibus (viris) utrumque mulieribus tribuunt, ad interitum audientium, & ſidem habentium vaniloquentiæ ac nugis hominum qui nullo penitus modo ſciunt quidnam tandem ſit ſacerdotium, quidve differat Laicus à Sacerdote.

Ποῦ νῦν εἰσὶν οἱ [illegible] [illegible] (al. [illegible]) [illegible] (al. Ὀζίου) [illegible] * [illegible] (al. φλυαρίῃ) [illegible].

Hoc dictum eſt in 3. lib. Apoſtolicarum Conſtitutionum. cap. 10. 11.

* al. ἀλλ' ἢ

Vide præter allata Canonem Illiberitanum 38. & confer cum Anſilio lib. 2. cap. 10. apud Morinum de ſacris Ordinationibus Parte 2. pag. 365. Reſtat de mulieribus baptizantibus. Illarum porrò eadem ratio eſt ac Laicorum. Prohibitionem, etiam contra Hæreticarum mulierum procacitatem, habes in Tertulliano de virginibus velandis cap. 9. de præſcriptione Hæreticorum cap. 41. de Baptiſmo cap. 17. Epiphanio Hæreſi 42. cap. 4. Hæreſi 79. cap. 3 & 7. Chryſoſtomo Homiliâ de Bernice, Proſdoce, & Domnina, Tom. 1. & in Concilio Carthaginenſi 4 Can. 100. Poteſtatem verò in neceſſitate, conſtituit Urbanus Papa 2. Nec ſilentio obtegi debet magnus error Attonis Epiſcopi Vercellenſis Epiſtolâ ad Ambroſium ſacerdotem Mediolanenſem Tom. 8. Spicilegii Acheriani p. 124. ortus ex non intellecto Canone 12. Concilii Carthaginenſis 4 quaſi

concedet ? Nam Deabus feminis ſacerdotiſſas creare, Gentilis impietatis erratum eſt, non autem Chriſti inſtitutum. Quòd ſi oportuiſſet à mulieribus Baptiſmum adminiſtrari, profectò Dominus
Mat. 3. 13. à matre ſua fuiſſet baptizatus, & non à Johanne;
Mat. 28. 19. aut quando nos ad baptizandum miſit, unà quoque miſiſſet & mulieres ad idem miniſterium: jam verò nihil tale uſquam neque injunxit, neque ſcripto tradidit, quippe qui & naturæ ordinem, & rei decentiam probè noſſet, ut & naturæ conditor, & conſtitutionis legiſlator.

τὸ τῆς ἑλληνικῆς ἀθεότητος τὸ ἀγνόημα, θηλείαις θεαῖς [73] ἱερείας χειροτονεῖν, ἀλλ' οὐ τῆς Χριστοῦ διατάξεως. εἰ δὲ καὶ ἔδει ὑπὸ γυναικῶν βαπτίζεσθαι, πάντως ἂν καὶ ὁ κύριος ὑπὸ τῆς ἰδίας μητρὸς ἐβαπτίζετο, καὶ οὐχ ὑπὸ Ἰωάννου, ἢ καὶ ἡμᾶς ἀποστέλλων ἐπὶ τὸ βαπτίζειν, συναπέστειλεν ἂν ἡμῖν καὶ γυναῖκας ἐπὶ τοῦτο· νῦν δὲ οὐδαμοῦ, οὔτε προσέταξεν, οὔτε ἐγγράφως παρέδωκεν, εἰδὼς καὶ τὴν ἀκολουθίαν τῆς φύσεως, καὶ τὴν εὐπρέπειαν τοῦ πράγματος, ὡς καὶ τῆς φύσεως δημιουργὸς, καὶ τῆς διατάξεως νομοθέτης.

CAPUT X.

Quòd non debeat Laicus opus ſacerdotale facere; Baptiſma, aut ſacrificium, aut manûs impoſitionem, aut benedictionem.

Sed nec Laicis permittimus quamlibet ſacerdotalium functionum uſurpare; ut ſacrificium, vel Baptiſma, vel impoſitionem manûs, vel bene-
Hebr. 5. 4. dictionem tum parvam, tum magnam. *Nec enim quiſquam ſibi ſumit honorem, ſed qui vocatur à Deo.* Nam per impoſitionem manuum Epiſcopi, datur hæc dignitas: qui autem eam non habet ſibi com-
2. Paral. 26. miſſam, ſed ſibi illam rapuit, Oziæ ſupplicium ſuſtinebit.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ι.

Ὅτι οὐ χρὴ λαϊκὸν ποιεῖν ἱερατικὸν ἔργον, βάπτισμα, ἢ θυσίαν, ἢ χειροθεσίαν, ἢ εὐλογίαν.

Ἀλλ' οὔτε λαϊκοῖς ἐπιτρέπομεν ποιεῖν τι τῶν ἱερατικῶν ἔργων· οἷον θυσίαν, ἢ βάπτισμα, ἢ χειροθεσίαν, ἢ [74] εὐλογίαν μικρὰν ἢ μεγάλην. Οὐχ ἑαυτῷ γάρ τις λαμβάνει τὴν τιμὴν, ἀλλ' ὁ καλούμενος ὑπὸ τοῦ Θεοῦ. Διὰ γὰρ τῆς ἐπιθέσεως τῶν χειρῶν τοῦ ἐπισκόπου δίδοται ἡ τοιαύτη ἀξία· ὁ δὲ μὴ ἐγχειρισθεὶς ταύτην, ἀλλ' ἁρπάσας αὐτὴν ἑαυτῷ, τὴν τιμωρίαν τοῦ Ὀζία ὑποστήσεται.

CAPUT XI.

Quòd præterquàm Epiſcopo, vel Presbytero, nulli cæterorum Clericorum liceat quæ ſunt Sacerdotum exercere: & quòd ordinare, ſoli Epiſcopo conveniat, nulli verò alii.

Sed neque reliquos Clericos Baptiſmum conferre volumus; veluti Lectores, aut Pſaltas, aut Janitores, aut Miniſtros; niſi ſolos Epiſcopos & Presbyteros, miniſtrantibus Diaconis. Qui au-
Num. 16. tem id præſumpſerint, Coritarum pœnas ferent. Non etiam poteſtatem damus Presbyteris, ordinandi Diaconos, vel Diaconiſſas, vel Lectores, vel Miniſtros, vel Cantores, vel Janitores; ſed Epiſcopis ſolis. Hic enim eſt Eccleſiaſticus ordo, & concentus.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ια.

Ὅτι πλὴν ἐπισκόπου ἢ πρεσβυτέρου, οὐδενὶ τῶν λοιπῶν κληρικῶν ἐπιτέτραπται τὰ τῶν ἱερέων ἐνεργεῖν· τὸ δὲ χειροτονεῖν μόνῳ ἐπισκόπῳ προσήκει, ἑτέρῳ δὲ οὐδενί.

Ἀλλ' οὔτε τοῖς λοιποῖς κληρικοῖς ἐπιτρέπομεν βαπτίζειν· οἷον ἀναγνώσταις, ἢ ψάλταις, ἢ πυλωροῖς, ἢ ὑπηρέταις· * ἢ μόνοις ἐπισκόποις, καὶ πρεσβυτέροις, ἐξυπηρετουμένων αὐτοῖς τῶν διακόνων. οἱ δὲ τολμῶντες τοῦτο, τὴν Κορειτῶν ὑποίσουσι τὴν δίκην. οὐκ ἐπιτρέπομεν δὲ πρεσβυτέροις χειροτονεῖν διακόνους, ἢ διακονίσσας, ἢ ἀναγνώστας, ἢ ὑπηρέτας, ἢ ᾠδοὺς, ἢ πυλωρούς· ἀλλὰ μόνοις τοῖς ἐπισκόποις. αὕτη γάρ ἐστι τάξις ἐκκλησιαστικὴ καὶ ἁρμονία.

KE-

Diaconæ feminas baptizaverint; cùm duntaxat miniſterium eas baptizantibus præbuerint, ut videbitur infrà ad cap. 15. COT.

73. Ἱερείας.] Negat quoque S. Epiphanius in Chriſtiana Religione eſſe debere *ἱερείας* & *ἱερείαν*, ridetque Clerum Pepuzianorum Cataphrygum, Epiſcopos & Presbyteros mulieres; item ſacerdotiſſas Antidicomarianitarum & Collyridianorum. Addit in hac poſtrema Hæreſi num. 3. Diaconiſſas ſacerdotio non fungi. Unde patet error ac erroris origo, tum Pſeudo-Ambroſii ad I. Tim. III. 11. ſcribentis; *Sed Cataphryga erroris occaſionem captantes, propter quod poſt Diaconos mulieres alloquitur, etiam ipſas Diaconas ordinari debere vanâ præſumptione defendunt, cùm ſciant Apoſtolos ſeptem Diaconos elegiſſe. Numquid nulla mulier tunc idonea inventa eſt, cum inter undecim Apoſtolos ſanctas mulieres fuiſſe legamus? Sed ut Hæretici animum ſuum verbis, non ſenſu legis adſtruere videantur, Apoſtoli verbis contra ſenſum nituntur Apoſtoli, ut cùm ille mulierem in Eccleſia in ſilentio eſſe debere præcipiat, illi è contra etiam auctoritatem in Eccleſia vindicent miniſterii.* tum Mariani Scoti, & Sigeberti, qui adnotant ann. Domini 525. 526. Acephalos Hæreticos dicere, *Paulum Apoſtolum in Epiſtolis præcepiſſe feminas Diaconas debere fieri, quia eas commemorat poſt Diaconos.* Nimirum ignorârunt ordinem & functiones Diaconiſſarum, quas dubio procul in Eccleſiis ſuis nullas videbant. Et Ambroſiaſter quidem Sacerdotiſſas mutavit in Diaconiſſas: Marianus autem ex Cataphrygibus fecit Acephalos, lapſu, ut videtur, memoriæ: At Sigebertus Marianum exſcripſit. Doctiùs & meliùs ementito Ambroſio ſuppoſiticius Hieronymus in eumdem Scripturæ textum; *Similiter eas ut Diaconos eligi jubet. Unde intelligitur quod de his dicat, quas adhuc hodie in Oriente Diaconiſſas appellant.* Et ad Roman. XVI. 1. *Sicut etiam nunc in Orientalibus Diaconiſſæ mulieres, in ſuo ſexu miniſtrare videntur in Baptiſmo, ſive in miniſterio verbi, quia privatim docuiſſe feminas invenimus, ſicut Priſcillam, cujus vir Aquila vocabatur.* Ibid.

74. Εὐλογίαν μικρὰν ἢ μεγάλην.] Benedictionem parvam interpretantur viri docti, quæ à Presbyteris datur; magnam, quæ ab Epiſcopis. Potuiſſent ex Canon. Baſilii 27. Regenſi 5. Agathenſi 44. Hecardi 78. & aliis, magnam de publica, parvam de privata accipere. Porrò hujus capitis & ſequentis varias lectiones ex Georgio Hamartolo habes paullò ſupra: eaſdemque exhibet codex Regius 1526. Ibid.

* Ἢ μόνοις.] Hinc excidit ἀλλὰ, nam ἢ numquam ſignificat *niſi*, ſed ἀλλ' ἢ id ſignificare nemo neſcit. Repetitio voculæ ἢ feſtinantem librarium fefellit. Miror hoc fugiſſe diligentiam *Cotelerii* CLERICUS.

75. Τὴν

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ιβ΄.

Ἀποτροπὴ βασκανίας.

Περὶ δὲ φθόνου, ἢ ζήλου, ἢ καταλαλιᾶς, ἢ ἔριδος, ἢ φιλονεικίας, προείρηται ὑμῖν, ὅτι ταῦτα Χριστιανοῦ ἀλλότρια, καὶ μάλιστα ἐπὶ χηρῶν. ἐπειδὴ δὲ ὁ ἐνεργῶν διάβολος πανοῦργος καὶ ποικίλος ὑπάρχων, εἰς τὰς μὴ χήρας ἐμπηδᾷ, ὡς καί ποτε εἰς τὸν Καΐν. ἔνιαι γὰρ λέγουσιν εἶναι χῆραι, τὰ δὲ τῆς χηρείας ἄξια παραγγέλματα οὐ ποιοῦσιν, ὡς οὐδ' ὁ Καΐν τὰ ἀδελφικὰ δικαιώματα. ἀγνοοῦσι γὰρ ὡς οὐ τὸ ὄνομα τῆς χηρείας εἰς βασιλείαν αὐτὰς εἰσάξει, ἀλλ' ἡ ἀληθὴς πίστις καὶ τὰ ὅσια ἔργα. εἰ δέ τις τὸ μὲν ὄνομα τῆς χηρείας κέκτηται, τὰ δὲ τοῦ ἀντικειμένου ἐπιτελεῖ ἐπιτηδεύματα· ἡ μὲν χηρεία αὐτῆς οὐ λογισθήσεται, ἐξωσθεῖσα δὲ τῆς βασιλείας, αἰωνίῳ κολάσει παραδοθήσεται. ἀκούομεν γάρ τινας χήρας ζηλοτύπους, φθονερὰς, διαβόλους, βασκαινούσας τὴν ἑτέρων ἄνεσιν· αἱ δὲ τοιαῦται, οὐκ εἰσὶ τοῦ Χριστοῦ, οὐδὲ τῆς ὁσίας διδασκαλίας μαθήτριαι. δέον γὰρ αὐτὰς, ἐνδυθείσης αὐτῶν συγχήρας ὑπό τινος, ἢ λαβούσης ἀργύρια, ἢ τροφὴν, ἢ πόμα, ἢ ὑποδήματα, θεασαμένας τὴν ἀδελφὴν αὐτῶν ἀναψύξασαν, εἰπεῖν.

CAPUT XII.

Dehortatio ab invidia.

De invidia verò, æmulatione, maledicentia, diſcordia, & contentione, jam vobis diximus, aliena eſſe hæc à Chriſtiano, maximéque à viduis. Cùm tamen Diabolus, impulſor verſutus & mille nocendi artes callens, in falsò viduas tamquam triumpho ejus paratas collimet; quemadmodum olim in Caïnum. Nonnullæ enim ſe viduas prædicant, at viduitate digna præcepta non ſervant; ſicut nec Caïnus jura fraterna. Ignorant enim, quòd non viduitatis nomen illas in Regnum introducet, ſed vera fides, & ſancta opera. Si quæ verò nomen viduitatis obtinet, & Adverſarii ſtudia peragit; viduitas ejus non computabitur, & repulſa à Regno, æternæ pœnæ tradetur. Audimus enim quaſdam eſſe viduas æmulas, invidas, calumniatrices, aliorum levamentis anxias. Quæ tales ſunt, ad Chriſtum non pertinent, nec diſcipulæ æſtimantur doctrinæ Chriſtianæ. Siquidem; cùm aliqua pariter vidua à quopiam induta fuit, aut accepit vel pecuniam, vel cibum, vel potum, vel calceos; oportuiſſet eas, recreatam ſororem ſuam intuitas, dicere:

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ιγ΄.

Ὅπως δεῖ προσεύχεσθαι τὰς χήρας ὑπὲρ τῶν διδόντων τὰ πρὸς τὰς χρείας.

Εὐλογητὸς εἶ ὁ Θεὸς ὁ ἀναψύξας τὴν συγχήραν μου· εὐλόγησον, κύριε, καὶ δόξασον τὸν διακονήσαντα αὐτῇ, καὶ τὸ ἔργον αὐτοῦ ἀναβήτω ἐν ἀληθείᾳ πρὸς σέ· καὶ μνήσθητι αὐτοῦ εἰς ἀγαθὸν ἐν ἡμέρᾳ ἐπισκοπῆς αὐτοῦ. καὶ τὸν ἐπίσκοπόν μου τὸν καλῶς σοι λειτουργήσαντα, καὶ διδάξαντα εὔκαιρον ἐλεημοσύνην γυμνῇ οὔσῃ τῇ συγχήρᾳ μου γενέσθαι· προσθείης αὐτῷ δόξαν, καὶ δώσῃς αὐτῷ στέφανον καυχήσεως ἐν ἡμέρᾳ ἀποκαλύψεως ἐπισκοπῆς σου. ὁμοίως καὶ ἡ λαβοῦσα χήρα τὸ ἔλεος, συμπροσευχέσθω τῷ διδόντι αὐτῇ [75] τὴν διακονίαν.

CAPUT XIII.

Quo modo oporteat viduas orare pro iis qui neceſſaria tribuunt.

Benedictus es Deus, qui conviduam recreaſti: benedic Domine & clarifica eum qui illi ſubminiſtravit; ut opus ejus in veritate aſcendat ad te: & memineris illius, in bonum, die viſitationis ejus. Sed & benedic Epiſcopo meo, qui rectè tibi miniſtravit, & opportunam Eleemoſynam conviduæ meæ nudæ fieri docuit: addas ei gloriam, & des ei coronam exſultationis in die quo revelabitur viſitatio tua. Similiter & vidua quæ miſericordiam accepit, comprecetur pro eo qui illi præbuit miniſterium.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ιδ΄.

Ὅτι οὐ χρὴ κομπάζειν, καὶ περιαγγέλλειν τὸ ἑαυτῆς ὄνομα, τὴν καρποφοροῦσαν, κατὰ τὴν τοῦ κυρίου διάταξιν.

Ἡ μέν τοι τὸ ποιοῦσα, ἀποκρυψάτω τὸ οἰκεῖον ὄνομα, ὡς σοφή· μὴ σαλπίζουσα ἔμπροσθεν αὐτῆς· ἵνα γένηται ἡ ἐλεημοσύνη πρὸς τὸν Θεὸν ἐν κρυπτῷ· καθώς φησιν ὁ κύριος· ὅτι σοῦ δὲ ποιοῦντος ἐλεη-

CAPUT XIV.

Quòd ſecundùm Domini conſtitutionem, non debeat jactare ſe, nec nomen ſuum prædicare, quæ munus tribuit.

At quæ beneficium largitur, nomen ſuum occultet, ut ſapiens; nec tubâ canat ante ſe; quò fiat Eleemoſyna apud Deum in abſcondito: ſicut Dominus ait; *Te autem faciente Eleemoſynam,* Mat. 6. 2.

75. Τὴν διακονίαν.] Locutio Scripturæ & Patrum in ſignificanda Eleemoſyna. Nihil enim frequentius, quàm διακονία & διακονεῖν, *miniſterium* & *miniſtrare*, hoc ſenſu. Unum ſufficiet, ſed præ cæteris illuſtre teſtimonium, quod Johannes Damaſcenus ex Doctrina Petri excerpſit, ac in Parallelorum ſuorum lib. 2. cap. 16. retulit. *Dives eſt ille, qui multis miſericordiam tribuit, & qui ad Dei imitationem, ea quæ habet impertit. Deus enim res a ſe conditas omnes vobis tribuit. Quocirca hoc ſcitote, qui divitiis polletis, vos miniſtrare debere, cùm plura quàm vobis opus ſint acceperitis. Intelligite deeſſe ea aliis, quæ vobis ſuperſunt. Erubeſcite qui aliena retinetis, atque æquitatem Dei vobis imitandam proponite, & nemo pauper erit.* Græcè ex Bibliotheca Claromontana hujus Urbis, Ἐκ τῆς ἁγίου Πέτρου. Πλούσιός ἐκεῖνός ἐστιν ὁ πολλοὺς ἐλεῶν, καὶ ὁ κατὰ Θεοῦ μίμησιν ἐπιδιδοὺς ἐξ ὧν ἔχει. Θεὸς γὰρ πάντα πᾶσιν δίδωσιν ἐκ τῶν αὐτοῦ κτισμάτων. συνίετε οὖν πλούσιοι, ὅτι διακονεῖν ὀφείλετε, λαβόντες πλεῖον, ἢ αὐτοὶ χρῄζετε. μάθετε ὅτι ἑτέροις λείπει τὰ ὑμῖν περισσεύοντα. αἰσχύνθητε κατέχοντες ἀλλότρια· μιμήσασθε ἰσότητα Θεοῦ, καὶ οὐδεὶς ἔσται πένης. Cujus loci poſtrema citata reperies in Gregorio Nazianzeno Orat. 16. p. 254. ſic, μὴ γενώμεθα κακοὶ τῶν δοθέντων ἡμῖν οἰκονόμοι, ἵνα μὴ ἀκούσωμεν Πέτρου λέγοντος, Αἰσχύνθητε οἱ κατέχοντες τὰ ἀλλότρια, μιμήσασθε ἰσότητα Θεοῦ, καὶ οὐδεὶς ἔσται πένης. Sed fallitur Nicetas Interpres Græcus, dum adnotat, ἔτι δὲ ἡ χρῆσις ἐκ τῆς ἐπιστολῆς τῶν ἀποστόλων διατάξεων (in uno MS. διδαγμάτων) ἣν ἕκτη ἡ ὕστερον σύνοδος ἀπεδοκίμασεν ὡς ἐκβεβλημένην παρὰ τῶν αἱρετικῶν. *Eſt autem hic locus ex illo Apoſtolicarum Conſtitutionum Opere octo libros complectente, quod poſtea ſexta Synodus improbavit, tamquam ab Hæreticis depravatum & adulteratum.* Sed & Latini Scriptores nomen Diaconiæ ita uſurpârunt. Caſſianus Collatione 18 cap. 7. *Cum diaconiam noſtris fratribus deferremus.* Similiterque Collat. 21. cap. 1. 8. 9. Et Gregorius Papa lib. 8 Epiſt. 10. lib. 9. Epiſt. 24. Quem ultimum locum operæ pretium fuerit con-

nam, neſciat ſiniſtra tua, quid faciat dextera tua; ut ſit Eleemoſyna tua in abſcondito. Ac vidua pre-
I. Polycarp. cap. 4. cetur pro largitore, quicumque tandem ille ſit,
Pſeudo Ig. cùm ipſa ſanctum Chriſti altare exſiſtat; *Et Pater*
nat. ad Tarſ. 9. *qui videt in abſcondito, in aperto reddet* conferenti benignitatem. Sed viduæ quæ ſecundùm Dei mandatum vivere nolunt, curam habent ſciſcitandi multùm, quæ fuerit ſubminiſtratrix, & quæ acceptrices. Quod cùm vidua reſcivit, queritur de illa quæ ſubminiſtravit, dicens; An neſciebas me tibi eſſe illâ calamitoſiorem? Quid igitur illam mihi prætuliſti? Talia dicendo, deſipit; neque cogitat, non fuiſſe hanc voluntatem hominis, ſed Dei mandatum. Si enim ipſa reſtatur, ſe propiorem ac nudiorem illâ fuiſſe, majorique inopia afflictam; conſiderare debet eum qui ita ordinavit, & cum ſilentio ac ſine accuſatione largitricis ingreſſa in domum ſuam, atque in faciem procumbens, ſupplicare Deo, ut peccatum ei remittatur. Nam Deus præcepit beneficæ ne velut tragico boatu decantet beneficium: vidua verò conqueſta eſt quòd illa nomen ſuum non proclamarit, ut ipſa quoque eo audito ad accipiendum curreret: neque ſolùm expoſtulavit, ſed etiam ipſi maledixit, obli-
Gen. 27. 29. ta illius qui ait; *Qui benedicit tibi, benedictus eſt; & qui maledicit tibi, maledictus eſt.* Dicit autem
Luc. 10. 5. Dominus; *Cum intraveritis in domum, dicite; Pax huic domui: & ſi fuerit ibi filius pacis, pax veſtra*
Mat. 10. 13. *requieſcet ſuper illum: ſin autem non fuerit dignus, pax veſtra revertetur ad vos.*

ledicti, in ignem æternum, qui paratus eſt Diabolo & Angelis ejus. Eſurivi enim, & non dediſtis mihi manducare; ſitivi, & non dediſtis mihi potum: hoſpes eram, & non collegiſtis me; nudus, & non operuiſtis me; infirmus, & in carcere, & non viſitaſtis me. Tunc reſpondebunt & ipſi, dicentes; Domine, quando te vidimus eſurientem, aut ſitientem, aut hoſpitem, aut nudum, aut infirmum, aut in carcere; & non miniſtravimus tibi? Tunc reſpondebit & illis, dicens; Amen dico vobis, quatenus non feciſtis uni ex his minimis, nec mihi feciſtis. Et ibunt hi in ſupplicium æternum.

μένοι, εἰς τὸ πῦρ τὸ αἰώνιον τὸ ἡτοιμασμένον τῷ διαβόλῳ καὶ τοῖς ἀγγέλοις αὐτοῦ. ἐπείνασα γὰρ, καὶ οὐκ ἐδώκατέ μοι φαγεῖν· ἐδίψησα, καὶ οὐκ ἐποτίσατέ με· ξένος ἤμην, καὶ οὐ συνηγάγετέ με, γυμνὸς, καὶ οὐ περιεβάλετέ με· ἀσθενὴς, καὶ ἐν φυλακῇ, καὶ οὐκ ἐπεσκέψασθέ με. τότε ἀποκριθήσονται καὶ αὐτοὶ, λέγοντες· κύριε, πότε σε εἴδομεν πεινῶντα, ἢ διψῶντα, ἢ ξένον, ἢ γυμνὸν, ἢ ἀσθενῆ, ἢ ἐν φυλακῇ· καὶ οὐ διηκονήσαμέν σοι; τότε ἀποκριθήσεται καὶ αὐτοῖς, λέγων· ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ἐφ᾽ ὅσον οὐκ ἐποιήσατε ἑνὶ τούτων τῶν ἐλαχίστων, οὐδὲ ἐμοὶ ἐποιήσατε. καὶ ἀπελεύσονται οὗτοι εἰς κόλασιν αἰώνιον.

CAPUT II.

Quòd fugienda ſit cum falſis fratribus conſuetudo, dum in malitia perſeverant.

SI quis autem, ſe fratrem eſſe dicens, Diaboli fraude maleficium commiſerit, convictúſque ad mortem damnatus fuerit, tamquam adulter, aut homicida; digredimini ab illo, ut ſitis inviolati, & ne quis veſtrûm veniat in ſuſpicionem velut ſceleris particeps, infamiámque aſpergat, quaſi omnes Chriſtiani flagitioſis actionibus delectentur. Quocirca procul ab eis recedite. At iis, qui propter Chriſtum calumniam paſſi, in carcerem includuntur, aut morti traduntur, vel vinculis, vel exſilio; ſuppetias ferte omni ſtudio, membra veſtra ex manibus nefariorum eripientes. Atque ſi quis propter eos fratres aſſiſtens, comprehenſus fuerit, & injurioſè tractatus; beatus eſt, quòd ſocius Martyris, imitatórque paſſionum Chriſti
Act. 4. 6. ſit effectus. Etenim nos quoque, Chriſti cauſſâ,
& 5. 40, 41. ſæpe apud Caipham & Alexandrum & Annam verberibus affecti; læti exivimus, quòd digni habiti eſſemus, talia propter Salvatorem noſtrum pati.
Luc. 6. 22, 23. Vos etiam perpetientes iſta, gaudete; quoniam beati eritis in illa die.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ β.

Ὅτι φευκτέον τὰς πρὸς τοὺς ψευδαδέλφους συνουσίας, ὅταν ἐπιμένωσι τῇ φαυλότητι.

Εἴ δέ τις ἀδελφὸς λέγων ἑαυτὸν εἶναι, ἀπατηθεὶς ὑπὸ τοῦ πονηροῦ κακοποιήσῃ, καὶ ἐλεγχθεὶς καταχριθῇ θανάτῳ ὡς μοιχὸς, ἢ φονεὺς, χωρίζεσθε ἀπ᾽ αὐτοῦ, ἵνα ἦτε ἄσυλοι, καὶ μή τις ὑμῶν ὡς κοινωνὸς τοῦ μύσους ὑποπτευθῇ, καὶ καταχέηται βλασφημίαν, ὡς πάντων Χριστιανῶν χαιρόντων ἐπὶ τοῖς παρανόμοις ἔργοις. διὸ μακρὰν ἀπ᾽ αὐτῶν χωρεῖτε. τοῖς μέντοι διὰ Χριστὸν κατ᾽ ἐπήρειαν παρὰ τῶν ἀσεβῶν συγκλειομένοις εἰς φυλακὴν, ἢ πρὸς θάνατον ἐκδιδομένοις, ἢ πρὸς δεσμὰ, καὶ ἐξορίαν, πάσῃ σπουδῇ βοηθεῖτε, τὰ μέλη ὑμῶν ῥυόμενοι ἐκ χειρῶν ἀθέσμων. καὶ ἐάν τις αὐτοῖς συγκείμενος συλληφθῇ, καὶ αἰκίαις ὑποπέσοι, μακάριός ἐστιν, ὅτι κοινωνὸς μάρτυρος ἐγένετο, καὶ μιμητὴς τῶν τοῦ Χριστοῦ παθημάτων. καὶ γὰρ καὶ ἡμεῖς ὑπὲρ Χριστοῦ πολλάκις ὑπὸ Καϊάφα καὶ Ἀλεξάνδρου καὶ Ἄννα πληγὰς λαβόντες, χαίροντες ἐξῄειμεν, ὅτι κατηξιώθημεν ὑπὲρ τοῦ σωτῆρος ἡμῶν τοιαῦτα παθεῖν. καὶ ὑμεῖς χαίρετε ταῦτα πάσχοντες· ὅτι μακάριοι γενήσεσθε ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ.

CAPUT III.

Quòd propter Chriſtum oppreſſis oportet manum adjutricem porrigere, quamvis adſit periculum.

EOs verò qui propter fidem exagitantur, & ex
Mat. 10. 23. Domini mandato fugiunt à civitate in civitatem; ſuſcipite, adjuvate, complectimini, tamquam Martyres; læti quòd participaſtis eorum perſecutioni, gnari eos à Domino beatos prædi-
Mat. 5. 11. cari. Ipſe enim ait; *Beati eſtis cùm maledixerint vobis, & perſecuti vos fuerint, & dixerint omne malum adverſum vos, mentientes, propter me. Gaudete & exſultate, quoniam merces veſtra copioſa eſt in cœlis. Sic enim perſecuti ſunt Prophetas, qui*
Joh. 15. 20. *fuerunt ante vos.* Et rurſus; *Si me perſecuti ſunt,*
Mat. 10. 23. *& vos perſequentur.* Et adhuc; *Si perſequantur*
Joh. 16. 33. *vos in civitate iſta, fugite in aliam. Quoniam in*
Mat. 10. 17, 22. *mundo preſſuram habetis. Tradent enim vos in Synagogas; & ad præſides ac reges ducemini propter me, in teſtimonium illis. Et qui perſeveraverit uſque in finem, hic ſalvus erit.* Nam qui fidei ergo paſſus eſt perſecutionem, & de Chriſto teſtimonium perhibuit, & perſeveravit; hic eſt verè homo Dei.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ γ.

Ὅτι τοῖς διὰ Χριστὸν πιεζομένοις χρὴ χεῖρα ὀρέγειν, κἂν κίνδυνος παρῇ.

Καὶ τοὺς διωκομένους δὲ διὰ τὴν πίστιν, καὶ πόλιν ἐκ πόλεως φεύγοντας, διὰ τὴν ἐντολὴν τοῦ κυρίου, προσλαμβάνεσθε αὐτοὺς, ἀντιλαμβανόμενοι αὐτῶν, καὶ προσδεχόμενοι αὐτοὺς, ὡς μάρτυρας· χαίροντες ὅτι κοινωνοὶ αὐτῶν τοῦ διωγμοῦ γεγένησθε, γινώσκοντες αὐτοὺς ὑπὸ τοῦ κυρίου μεμακαρίσθαι. φησὶ γὰρ αὐτοῖς. Μακάριοί ἐστε ὅταν ὀνειδίσωσιν ὑμᾶς, καὶ διώξωσι, καὶ εἴπωσι πᾶν πονηρὸν ῥῆμα καθ᾽ ὑμῶν, ψευδόμενοι, ἕνεκεν ἐμοῦ. χαίρετε καὶ ἀγαλλιᾶσθε, ὅτι ὁ μισθὸς ὑμῶν πολὺς ἐν τοῖς οὐρανοῖς. οὕτω γὰρ ἐδίωξαν τοὺς προφήτας, τοὺς πρὸ ὑμῶν. Καὶ πάλιν· Εἰ ἐμὲ ἐδίωξαν, καὶ ὑμᾶς διώξουσι. Καὶ ἑξῆς· Ἐὰν διώκωσιν ὑμᾶς ἐν τῇ πόλει ταύτῃ, φεύγετε εἰς τὴν ἄλλην. ὅτι ἐν τῷ κόσμῳ θλίψιν ἔχετε. παραδώσουσι γὰρ ὑμᾶς εἰς συναγωγάς. καὶ ἐπὶ ἡγεμόνας καὶ βασιλεῖς ἀχθήσεσθε ἕνεκεν ἐμοῦ, εἰς μαρτύριον αὐτοῖς. καὶ ὁ ὑπομείνας εἰς τέλος, οὗτος σωθήσεται. Ὁ γὰρ διωχθεὶς ἕνεκεν τῆς πίστεως, καὶ μαρτυρήσας περὶ αὐτοῦ, καὶ ὑπομείνας, οὗτος ἀληθῶς ἄνθρωπος Θεοῦ.

CAPUT IV.

Quòd horrendum ac exitiale ſit, negare Chriſtum.

Joh. 12. 25. QUI verò ſe Chriſti eſſe negaverit, ut ab hominibus odio non habeatur, dilexeritque ma-

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ δ.

Ὅτι φρικτὸν καὶ ὀλέθριον, τὸ ἀρνεῖσθαι Χριστόν.

Ὁ δὲ ἀρνησάμενος ἑαυτὸν Χριστοῦ εἶναι, διὰ τὸ μὴ μισηθῆναι ὑπὸ ἀνθρώπων, φιλήσας τὴν ζωὴν.

ἑαυτοῦ ψυχὴν μᾶλλον ἢ τὸν Κύριον, οὗ ἡ πνοὴ αὐτοῦ ἐν χειρὶ αὐτοῦ· οὗτος ἐλεεινὸς, ἄθλιος, ὡς ἐναγὴς καὶ βδελυκτός· φίλος μὲν ἀνθρώπων θελήσας εἶναι, ἐχθρὸς δὲ τοῦ Θεοῦ· μερίδα λαβὼν οὐκέτι μετὰ τῶν ἁγίων, ἀλλὰ μετὰ τῶν κατηραμένων· ἀντὶ βασιλείας εὐλογημένων, ποθήσας τὸ πῦρ τὸ αἰώνιον, τὸ ἡτοιμασμένον τῷ διαβόλῳ καὶ τοῖς ἀγγέλοις αὐτοῦ· οὐχ ὑπ' ἀνθρώπων ἔτι μισούμενος, ἀλλ' ὑπὸ τοῦ Θεοῦ ἀπωσμένος, καὶ ἀπὸ τοῦ προσώπου αὐτοῦ ἐκβεβλημένος. περὶ γὰρ τούτου ἀπεφήνατο ὁ Κύριος, λέγων· Ὅστις ἀρνήσεταί με ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων, καὶ ἐπαισχυνθῇ τὸ ὄνομά μου, ἀρνήσομαι αὐτὸν κἀγὼ καὶ [11] ἐπαισχυνθήσομαι ἔμπροσθεν τοῦ πατρός μου τοῦ ἐν οὐρανοῖς. Καὶ πάλιν λέγει τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ, ἡμῖν αὐτοῖς, οὕτως· Ὁ φιλῶν πατέρα ἢ μητέρα ὑπὲρ ἐμὲ, οὐκ ἔστι μου ἄξιος· καὶ ὁ φιλῶν υἱὸν ἢ θυγατέρα ὑπὲρ ἐμὲ, οὐκ ἔστι μου ἄξιος. καὶ ὃς οὐ λαμβάνει τὸν σταυρὸν αὐτοῦ, καὶ ἀκολουθεῖ ὀπίσω μου, οὐκ ἔστι μου ἄξιος. ὁ εὑρὼν τὴν ψυχὴν αὐτοῦ, ἀπολέσει αὐτήν· καὶ ὁ ἀπολέσας τὴν ψυχὴν αὐτοῦ ἕνεκεν ἐμοῦ, εὑρήσει αὐτήν. τί γὰρ ὠφελεῖται ἄνθρωπος, ἐὰν τὸν κόσμον ὅλον κερδήσῃ, τὴν δὲ ψυχὴν αὐτοῦ ζημιωθῇ, ἢ τί δώσει ἄνθρωπος ἀντάλλαγμα τῆς ψυχῆς αὐτοῦ; Καὶ ἑξῆς· Μὴ φοβηθῆτε ἀπὸ τῶν ἀποκτεινόντων τὸ σῶμα, τὴν δὲ ψυχὴν μὴ δυναμένων ἀποκτεῖναι· φοβήθητε δὲ μᾶλλον τὸν δυνάμενον καὶ ψυχὴν καὶ σῶμα ἀπολέσαι ἐν γεέννῃ.

gis animam ſuam quàm Dominum, in cujus manu reſidet flatus ejus; hic miſerabilis & infelix eſt, ut pote exſecrabilis & abominandus; qui quidem amicus hominum, hoſtis autem Dei eſſe voluit; qui non ampliùs partem cum ſanctis accipit, ſed cnm maledictioni ſubditis; qui pro regno benedictionem adeptorum, expetivit ignem ſempiternum, Diabolo & Angelis ejus paratum; qui non jam ab hominibus odium reportat, ſed à Deo patitur expulſionem, & à facie ejus ejicitur. De hoc quippe pronnnciavit Dominus, dicens; *Qui negaverit me coram hominibus, & erubuerit nomen meum; negabo & ego eum ac erubeſcam coram Patre meo, qui in cœlis eſt.* Et iterum diſcipulis ſuis, nobis ipſis, ſic ait; *Qui amat patrem aut matrem plus quam me, non eſt me dignus: & qui amat filium aut filiam ſuper me, non eſt me dignus. Et qui non accipit crucem ſuam, & ſequitur me; non eſt me dignus. Qui invenit animam ſuam, perdet illam; & qui perdiderit animam ſuam propter me, inveniet eam. Quid enim prodeſt homini, ſi mundum univerſum lucretur, anima verò ſua detrimentum patiatur? Aut quam dabit homo commutationem pro anima ſua?* Et præterea; *Nolite timere eos qui occidunt corpus, animam autem non poſſunt occidere: ſed potiùs timete eum qui poteſt & animam & corpus perdere in Gehennam.*

Dan. 5. 23. *Mat.* 10. 33. *Luc.* 9. 26. *Mat.* 10. 37. *Mat.* 16. 26. *Mat.* 10. 28.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ε.

Ὅτι μιμητέον Χριστὸν ἐν τῷ πάσχειν, καὶ ζηλωτέον τὴν αὐτοῦ ὑπομονήν.

Πᾶς οὖν μανθάνων τέχνην τινὰ, βλέπων τὸν διδάσκαλον αὐτοῦ, διὰ τῆς ἐνεργείας καὶ ἐμπειρίας ἀπαρτίζοντα τὴν τέχνην αὐτοῦ, καὶ αὐτὸς ζηλοῖ, ὅμοιον αὐτῷ ποιήσασθαι τὸ ἐγχειρηθέν· ἐὰν μὴ ἐξισχύσῃ, οὐκ ἔστι πεπληρωμένος ἐν τῷ ἔργῳ. καὶ ἡμεῖς οὖν, ἔχοντες διδάσκαλον τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν τὸν Χριστὸν, διατί οὐ μιμούμεθα τὴν αὐτοῦ διδαχήν; ὅτι ἐκεῖνος μὲν ἀπετάξατο ἀνέσει, τρυφῇ, δόξῃ, πλούτῳ, τύφῳ, δυνάμει ἀμυντικῇ, μητρὶ καὶ ἀδελφοῖς, ἤδη δὲ καὶ τῇ οἰκείᾳ ζωῇ, διὰ τὴν πρὸς τὸν πατέρα εὐσέβειαν, καὶ τὴν εἰς ἡμᾶς φιλανθρωπίαν, ὑπομείνας οὐ μόνον διωγμὸν καὶ μάστιγας, ὀνειδισμὸν καὶ ἐμπαιγμὸν, ἀλλ' ἤδη καὶ τὴν πρὸς τὸ ξύλον προσπῆξιν, ὅπως Ἰουδαίους καὶ Ἕλληνας μετανοήσαντας σώσῃ. εἰ οὖν αὐτὸς δι' ἡμᾶς ἀπετάξατο ἀναπαύσει, μὴ ἐπαισχυνθεὶς σταυρὸν, μὴ ἀδοξήσας τὸν θάνατον, τίνος ἕνεκεν ἡμεῖς οὐ μιμούμεθα αὐτοῦ τὰ πάθη, καὶ ἀποταξόμεθα ὑπὲρ αὐτοῦ καὶ αὐτῇ τῇ ζωῇ ἡμῶν, διδόντος αὐτοῦ ἡμῖν τὴν ὑπομονήν; ἐκεῖνος μὲν γὰρ δι' ἡμᾶς, ἡμεῖς δὲ δι' ἑαυτούς. οὐ γὰρ χρῄζει ἡμῶν αὐτὸς, ἡμεῖς δὲ τοῦ ἐλέους αὐτοῦ. μόνον δὲ τὸ τῆς πίστεως ἡμῶν γνήσιον ἐπιζητεῖ καὶ αὐθαίρετον. ὥς φησιν ἡ γραφή· Εἰ δίκαιος εἶ, τί δώσεις αὐτῷ, ἢ τί ἐκ χειρός σου λήψεται; ἀνδρὶ τῷ ὁμοίῳ σου ἡ ἀσέβειά σου, καὶ υἱῷ ἀνθρώπου ἡ δικαιοσύνη σου.

CAPUT V.

Quòd imitari oporteat Christum in patiendo, & æmulari illius tolerantiam.

Quiſquis ſanè artem aliquam diſcit, videns magiſtrum ſuum, operatione & peritiâ artificium ſuum perficere, & ipſe affectat, ut quod habet præ manibus, illi ſimile efficiat; quòd ſi nnn valuerit, non eſt in opere perfectus. Et nos igitur, magiſtrum habentes Dominum noſtrum Jeſnm Chriſtum, quare doctrinam ejus non imitamur? Quoniam ille quidem renunciavit licentiæ, deliciis, gloriæ, divitiis, faſtui, potentiæ ultrici, matri ac fratribus, tum etiam propriæ vitæ; idque ob pietatem erga Patrem, & ob benignitatem in nos; paſſus non modò perſecutionem ac verbera, ignominiam ac ludibrium, ſed & jam compactionem ad lignum crucis, quò Judæos Gentileſque per pœnitentiam ſalvaret. Si ergo ille noſtri gratia renunciavit vitæ molli ac quietæ, nec erubuit crucem, nec mortem eſſe ignominioſam exiſtimavit; qua de cauſſâ nos paſſiones ejus non imitamur, & propter eum, ipſi quoque vitæ noſtræ nuncium non remittimus, largiente nobis ipſo tolerantiam? Ille enim, noſtrâ cauſſâ; nos verò propter nos ipſos. Neque enim nobis indiget, ſed nos ipſius miſericordiâ indigemus. Tantùm verò à nobis poſtulat fidem ſinceram & voluntariam. Quemadmodum ait Scriptura; *Si juſtus es, quid dabis ei; aut quid de manu tua accipiet? Viro ſimili tui impietas tua, & filio hominis juſtitia tua.* *Job.* 35. 7.

C A-

---

11. Ἐπαισχυνθήσομαι.] Eleganter, ut omnia, ὁ θεσπέσιος ... Gregorius Naz. Or. XL. p. 657. A. ... Quæ verba in Anaſtaſii Quæſt. c. VI. p. 64. dicuntur eſſe ex oratione in lumina, perperam; cum ſint Orationis in ſanctum Baptiſma. COT.

12. Oi

CAPUT VI.

Quòd oportet fidelem neque temerarium eſſe propter ſecuritatem, neque meticuloſum propter ignaviam: ſed fugere propter cautionem; & cùm in periculum inciderit, decertare ob repoſitam coronam.

RENunciemus ergo parentibus, cognatis, amicis, uxori, liberis, poſſeſſionibus, & omnibus vitæ bonis, quando eorum aliquid impedimento erit pietati. Siquidem orare debemus, ne ingrediamur in tentationem. Quòd ſi ad Martyrium vocemur, oportet ut cum fortitudine & conſtantia honorandum nomen confiteamur: & ſi ideo ad ſupplicium mittamur, gaudeamus tamquam qui ad immortalitatem properamus. Cùm perſecutionem patimur, ne quaſi in re novâ ac inauditâ ſtupeamus. Non diligamus præſens ſæculum, neque laudes ab hominibus, neque principum virorum gloriam & honorem; ſicut nonnulli Judæi, cùm Domini opera admirarentur, non crediderunt in eum, metu Pontificum reliquorúmque Optima-

Joh. 12. 43. tum: *Dilexerunt enim gloriam hominum magis, quam gloriam Dei.* Quando autem bonam confeſſionem confitemur, non modò nosipſos ſervamus, ſed & recens baptizatos confirmamus, atque Catechumenos in fide ſtatuimus. Sin verò aliquid de confeſſione remiſerimus, negatâ religione Dei ob animi mollitiem & breviſſimæ pœnæ metum; non ſolùm nos ipſi æternâ gloriâ defraudabimus, ſed jam aliis quoque auctores perditionis erimus; & duplum ſupplicium perferemus, quòd negatione noſtrâ, erroris ſuſpectam reddiderimus quæ aliquando à nobis celebrabatur veritatem. Quocirca neque prompti ſimus temere, atque ad pericula

Mat. 26. 41. præcipites: Dominus enim dicit; *Orate, ne incidatis in tentationem: ſpiritus quidem promptus eſt, caro autem infirma:* neque ſi intercepti fuerimus, confeſſionem timiditate maculemus. Nam quis abnegando ſpem ſuam, hoc eſt Jeſum Filium Dei, à morte temporariâ liberatus eſt; ſi cras in lecto, incidat in morbum acutiſſimum, ventris, aut ſtomachi, aut capitis, vel in aliquod vitium inſanabile, tabis vel gangrænæ, vel abſceſſus, vel volvuli, vel aquæ intercutis, vel colici affectûs; & celeri exitu è vita diſcedat; nonne & præſentibus bonis privatus eſt, & ab æternis excidit; quin-

Mat. 8. 12. imo æternum ſupplicium ſubiit, profectus ad tenebras exteriores, ubi fletus & ſtridor dentium? Qui verò Martyrio dignus eſt habitus, lætitiâ in Domino efferatur, quòd tantam coronam nactus fuerit, & per confeſſionem ex hac vita migret. Quamvis Catechumenus ſit, ſine triſtitia excedat: paſſio enim pro Chriſto perlata, erit ei ſincerior Baptiſmus; quandoquidem ipſe revera & periculum faciendo, Chriſto commoritur, reliqui verò, *hoc eſt qui baptizantur:* figurâ tantùm. Gaudeat ergo de Magiſtri imitatione: ſiquidem præceptum eſt;

Luc. 6. 40. *Perfectus ſit omnis, ſicut magiſter ejus:* atqui Magiſter ejus & noſter, Dominus Jeſus, propter nos plagas ſuſtinuit, convicia, & probra æquo animo toleravit, conſputus eſt, colaphis & alapis percuſſus, cruci poſt flagra affixus, aceto & felle potatus; conſummatiſque omnibus quæ ſcripta erant, dixit

Luc. 23. 46. Deo & Patri; *In manus tuas commendo ſpiritum meum.* Quapropter qui optat illius eſſe diſcipulus, æmuletur ejus certamina, imitetur patientiam; ſciens quòd etſi in ignem ab hominibus conjiciatur, nihil

Dan. 3. patietur, ſicut illi tres pueri; aut ſi aliquid patiatur, mercedem à Domino accipiet; fidem habens uni & ſoli vero Deo ac Patri, per Jeſum Chriſtum, magnum pontificem, & redemptorem animarum, certaminumque remuneratorem; cui gloria, in ſæcula. Amen.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ϛʹ.

Ὅτι χρὴ τὸν πιστὸν μήτε ῥιψοκινδύνως εἶναι δι' ἀσφάλειαν, μήτε δειλὸν δι' ἀνανδρίαν· ἀλλὰ καὶ φεύγειν δι' εὐλάβειαν, καὶ ἐμπεσόντα, ἀγωνίζεσθαι διὰ τὸν ἀποκείμενον στέφανον.

ἈΠοταξώμεθα οὖν καὶ γονεῦσι, καὶ συγγενέσι, καὶ φίλοις, καὶ γυναικὶ, καὶ τέκνοις, καὶ κτήμασι, καὶ σύμπαντι τῷ βίῳ, ὅταν ᾖ τι τούτων κώλυμα πρὸς εὐσέβειαν. δεῖ γὰρ προσεύχεσθαι μὲν ἡμᾶς, ἵνα μὴ εἰσέλθωμεν εἰς πειρασμόν. ἐὰν δὲ κληθῶμεν εἰς μαρτύριον, μετὰ ἐνστάσεως ὁμολογεῖν τὸ τίμιον ὄνομα· καὶ ἐὰν τούτου χάριν κολασθῶμεν, χαίρωμεν ὡς ἐπὶ ἀθανασίαν σπεύδοντες. διωκόμενοι, μὴ ξενιζώμεθα. μὴ ἀγαπήσωμεν τὸν νῦν αἰῶνα, μηδὲ τοὺς παρὰ ἀνθρώπων ἐπαίνους, μηδὲ τὴν τῶν ἀρχόντων δόξαν καὶ τιμὴν, καθάπερ καί τινες τῶν Ἰουδαίων, θαυμάζοντες τοῦ Κυρίου τὰς ἐνεργείας, οὐκ ἐπίστευον εἰς αὐτὸν, φόβῳ τῷ πρὸς τοὺς ἀρχιερεῖς, καὶ τοὺς λοιποὺς τῶν ἀρχόντων· Ἠγάπησαν γὰρ τὴν δόξαν τῶν ἀνθρώπων μᾶλλον ἤπερ τὴν δόξαν τοῦ Θεοῦ. Ὁμολογήσαντες δὲ τὴν καλὴν ὁμολογίαν, οὐ μόνον ἑαυτοὺς σώζομεν, ἀλλὰ καὶ τοὺς νεοφωτίστους βεβαιοῦμεν, καὶ τοὺς κατηχουμένους πιστοποιούμεθα. εἰ δὲ καθυφώμεθά τι τῆς ὁμολογίας, ἐξαρνησάμενοι τὴν εὐσέβειαν διὰ γνώμης χαυνότητα, καὶ φόβον βραχυτάτης τιμωρίας, οὐ μόνον ἑαυτοὺς ἀποστεροῦμεν τῆς αἰωνίου δόξης, ἀλλ' ἤδη καὶ ἑτέροις αἴτιοι ἀπωλείας γινόμεθα, καὶ διπλοτέραν ὑποτίσομεν τὴν ποινὴν, ὡς ὑποψίαν δόντες διὰ τῆς ἀρνήσεως, πλάνης διδαχὴν εἶναι τήν ποτε ὑφ' ἡμῶν δοξαζομένην ἀλήθειαν. Διὸ μήτε πρόχειροι ὦμεν καὶ ῥιψοκίνδυνοι· λέγει γὰρ ὁ Κύριος· Προσεύχεσθε, μὴ ἐμπεσεῖν εἰς πειρασμόν· τὸ μὲν πνεῦμα πρόθυμον, ἡ δὲ σὰρξ ἀσθενής· μηδὲ μὴν ἐμπεσόντες, δειλίᾳ καταισχύνωμεν τὴν ὁμολογίαν. εἰ γὰρ ἀρνησάμενός τις τὴν ἑαυτοῦ ἐλπίδα, ὅς ἐστιν Ἰησοῦς ὁ τοῦ Θεοῦ υἱὸς, ἀπολυθῇ τοῦ προσκαίρου θανάτου, αὔριον δ' ἐπὶ κλίνης νόσῳ περιπέσῃ ὀξυτάτῃ, κοιλίας, ἢ στομάχου, ἢ κεφαλῆς, ἤ τινι πάθει τῶν ἀνιάτων, φθίσεως, ἢ γαγγραίνης, ἢ ἀποστάσεως, ἢ εἰλεοῦ, ἢ ὑδέρου, ἢ χόλου, ταχείαν ποιήσηται τὴν καταστροφὴν, καὶ τοῦ ζῆν ὑπεξέλθοι, οὐχὶ καὶ τῶν ἐν τούτῳ ἐστερήθη, καὶ τῶν αἰωνίων ἐξέπεσε, μᾶλλον δὲ τῆς αἰδίου κολάσεως ἐντὸς κατέστη, προβληθεὶς εἰς τὸ σκότος τὸ ἐξώτερον, οὗ ὁ κλαυθμὸς καὶ ὁ βρυγμὸς τῶν ὀδόντων; ὁ δὲ ἀξιωθεὶς μαρτυρίου, χαιρέτω τὴν ἐν Κυρίῳ χαρὰν, ὡς τηλικούτου ἐπιτυχὼν στεφάνου, καὶ δι' ὁμολογίας ποιούμενος τὴν ἔξοδον τοῦ βίου. κἂν κατηχούμενος ᾖ, ἄλυπος ἀπίτω· τὸ γὰρ πάθος τὸ ὑπὲρ Χριστοῦ, ἔσται αὐτῷ γνησιώτερον βάπτισμα· ὅτι αὐτὸς μὲν πείρᾳ συναποθνήσκει τῷ Κυρίῳ, οἱ δὲ λοιποὶ, τύπῳ. χαιρέτω οὖν μιμούμενος τὸν διδάσκαλον· ἐπειδὴ καὶ προστέτακται· Κατηρτισμένος ἔστω πᾶς, ὡς ὁ διδάσκαλος αὐτοῦ· ὁ δὲ διδάσκαλος αὐτοῦ καὶ ἡμῶν Ἰησοῦς ὁ Κύριος δι' ἡμᾶς ἐπλήγη, βλασφημίας ὑπέμεινε καὶ ὀνειδισμοὺς μακροθύμως, ἐνεπτύσθη, ἐκολαφίσθη, ἐρραπίσθη, πυγμῇ μετὰ τὸ μαστιχθῆναι προσηλώθη, ὄξος καὶ χολὴν ἐποτίσθη· πληρώσας πάντα τὰ γεγραμμένα, εἶπε τῷ Θεῷ καὶ πατρί· Εἰς χεῖράς σου παρατίθημι τὸ πνεῦμά μου. Διὸ καὶ ὁ εὐχόμενος ἐκείνου μαθητὴς εἶναι, ζηλούτω τοὺς αὐτοῦ ἀγῶνας, μιμείσθω τὴν ὑπομονὴν, γινώσκων ὅτι κἂν ἐν πυρὶ ὑπὸ ἀνθρώπων καῇ, οὐδὲν πείσεται, ὡς οἱ τρεῖς παῖδες, ἢ εἰ καὶ πάθῃ τι, μισθὸν παρὰ Κυρίου λήψεται· πιστεύων τῷ ἑνὶ καὶ μόνῳ ἀληθινῷ Θεῷ καὶ πατρὶ, διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ, τοῦ μεγάλου ἀρχιερέως, καὶ λυτρωτοῦ τῶν ψυχῶν, καὶ μισθαποδότου τῶν ἄθλων· ᾧ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ζ.

Περὶ ἀναστάσεως ἀποδείξεις διάφοροι· περὶ Σιβύλλης· καὶ τί οἱ [12] Στωικοὶ περὶ τοῦ φοίνικος τοῦ ὄρνεως.

Αὐτὸς γὰρ ἡμᾶς ἐγερεῖ ὁ παντοκράτωρ Θεὸς, διὰ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, κατὰ τὴν ἐπαγγελίαν αὐτοῦ τὴν ἀψευδῆ· καὶ ἀναστήσει ἡμᾶς σὺν πᾶσι τοῖς ἀπ' αἰῶνος κοιμηθεῖσι, τοιούτους, ὁποῖοι ὑπάρχομεν ἐν τῇ νῦν μορφῇ, μηδὲν ἔλαττον ἔχοντας, ἢ τὴν φθορὰν· ἐπείπερ ἄφθαρτοι ἀναστησόμεθα. κἄν τε γὰρ ἐν πελάγει τελευτήσωμεν, κἂν ἐν γῇ διασπαρῶμεν, κἂν ὑπὸ θηρίων ἢ ὀρνέων διασπαραχθῶμεν, ἀναστήσει ἡμᾶς τῇ ἑαυτοῦ δυνάμει· ὅτι ὁ πᾶς κόσμος τῇ τοῦ Θεοῦ συνέχεται χειρί. Θρὶξ δὲ, φησὶν, ἐκ τῆς κεφαλῆς ὑμῶν οὐ μὴ ἀπόληται. Διὸ παραινεῖ, λέγων· Ἐν τῇ ὑπομονῇ ὑμῶν κτήσασθε τὰς ψυχὰς ὑμῶν. Περὶ δὲ τῆς τῶν νεκρῶν ἀναστάσεως, καὶ τῆς τῶν μαρτύρων μισθαποδοσίας λέγει [13] Γαβριὴλ τῷ Δανιήλ· Καὶ πολλοὶ τῶν κεκοιμημένων, ἐν γῆς χώματι ἀναστήσονται· οἱ μὲν εἰς ζωὴν αἰώνιον, οἱ δὲ εἰς αἰσχύνην καὶ ὀνειδισμὸν αἰώνιον. καὶ οἱ συνιέντες, ἐκλάμψουσιν ὡς ὁ ἥλιος, καὶ ὡς τὸ στερέωμα καὶ οἱ ἀστέρες. Ὡς φωστῆρας τοίνυν ἐκλάμψειν τοὺς ἁγίους προεῖπεν ὁ πανάγιος Γαβριήλ· αὐτοῖς γὰρ τὸ συνιέναι τὴν ἀλήθειαν ἐμαρτύρησε καὶ [14] τὸ ἱερὸν αὐτοῦ ὄνομα. οὐ μόνον δὲ τοῖς μάρτυσιν ἐπήγγελται τὴν ἀνάστασιν, ἀλλὰ καὶ πᾶσιν ἀνθρώποις, δικαίοις τε καὶ ἀδίκοις, εὐσεβέσι καὶ δυσσεβέσιν· ἵνα ἕκαστος τὰ πρὸς ἀξίαν τίσῃ. Ἄξει γὰρ, φησὶν, ὁ Θεὸς σύμπαν τὸ ποίημα εἰς κρίσιν ἐν παντὶ παρεωραμένῳ, ἐὰν ἀγαθὸν, καὶ ἐὰν πονηρόν. Ταύτην δὲ τὴν ἀνάστασιν μὴ πιστεύοντες Ἰουδαῖοι, τὸ παλαιὸν ἔλεγον· Ξηρὰ γέγονε τὰ ὀστᾶ ἡμῶν, [15] διαπεφωνήκαμεν. Οἷς ὁ Θεὸς ἀποκριθεὶς ἔφη· Ἰδοὺ ἐγὼ ἀνοίγω τοὺς τάφους ὑμῶν, καὶ ἀνάξω ὑμᾶς ἐξ αὐτῶν· καὶ δώσω τὸ πνεῦμά μου ἐν ὑμῖν, καὶ ζήσεσθε, καὶ γνώσεσθε, ὅτι ἐγὼ Κύριος λελάληκα, καὶ ποιήσω. Καὶ διὰ Ἡσαΐου φησίν· Ἀναστήσονται οἱ νεκροὶ, καὶ ἐγερθήσονται οἱ ἐν τοῖς μνημείοις, καὶ εὐφρανθήσονται οἱ ἡσυχάζοντες ἐν τῇ γῇ· ὅτι ἡ δρόσος ἡ παρὰ σοῦ ἴαμα αὐτοῖς ἐστί. Πολλὰ μὲν οὖν καὶ ἕτερα περὶ τῆς ἀναστάσεως εἴρηται, καὶ περὶ τῆς τῶν δικαίων ἐν δόξῃ διαμονῆς, καὶ περὶ τῆς τῶν ἀσεβῶν τιμωρίας, πτώσεως, ἀποστροφῆς, καταδίκης, ἀδοξίας, πυρὸς αἰωνίου, καὶ σκώληκος ἀτελευτήτου. καὶ ὅτι εἰ ἐβούλετο πάντας ἀνθρώπους εἶναι ἀθανάτους, ἠδύνατο, ἔδειξε τὸν Ἐνὼχ καὶ τὸν Ἠλίαν, μὴ ἐάσας θανάτου πεῖραν λαβεῖν. εἰ δὲ καὶ κατὰ γενεὰν τοὺς τελευτῶντας ἀναστῆσαι ἤθελε, καὶ δι' ἑαυτοῦ καὶ δι' ἑτέρων τοῦτο δῆλον ἐποίησε· τὸν μὲν υἱὸν τῆς χήρας διὰ Ἠλίου ἀναστήσας, καὶ τὸν τῆς Σαμανίτιδος διὰ Ἐλισσαίου. πειθόμεθα δὲ μὴ [16] μισθὸν τιμωρίας εἶναι τὸν θάνατον, ἐξ ὧν

CAPUT VII.

De Reſurrectione varia demonſtrationes; de Sibyllâ; & quid Stoici de Phœnice ave.

Ipſe enim nos reſuſcitabit omnipotens Deus, per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, juxtà promiſſionem ſuam veracem; & nos cum omnibus qui ab initio ſæculi obierunt excitabit, tales, quales in præſenti formâ exſiſtimus, nullâ mutilatione vel corruptione affectos; quandoquidem incorrupti reſurgemus. Sive enim in mari mortui fuerimus, ſive in terra diſſipati, ſive à beſtiis vel avibus diſcerpti; ſuſcitabit nos ſuâ potentiâ: quia totus mundus manu Dei continetur. *Capillus*, inquit, *de capite veſtro non peribit.* Quapropter admonet, dicens; *In patientiâ veſtrâ poſſidebitis animas veſtras.* Porro de reſurrectione mortuorum, & de Martyrum remuneratione Gabriel Danieli dicit; *Et multi de his qui dormierunt, ex terræ pulvere excitabuntur; alii quidem in vitam æternam, alii verò in ignominiam & opprobrium ſempiternum. Et qui intellexerant, refulgebunt ſicut ſol, & ſicut firmamentum ac ſtellæ.* Refulſuros ergo ſanctos inſtar luminarium cœleſtium, prædixit omni ſanctitate ornatus Gabriel; quippe quos veritatem intellexiſſe idem ſacer Angelus teſtatus eſt. Non ſolùm autem Martyribus promiſit reſurrectionem, ſed & omnibus hominibus, juſtis pariter ac injuſtis, piis & impiis; ut unuſquiſque pro meritis exſolvat. *Adducet enim*, inquit, *Deus omnem actionem in judicium, in omni impercepto, ſive bonum, ſive malum ſit.* Hanc reſurrectionem non credentes Judæi, olim dicebant; *Arida facta ſunt oſſa noſtra, defecimus.* Quibus Deus reſpondens, ait; *Ecce ego aperio ſepulcra veſtra; & educam vos ex eis: & dabo ſpiritum meum in vobis, & vivetis; & cognoſcetis quia ego Dominus locutus ſum, & faciam.* Et per Eſaïam, *Reſurgent*, inquit, *mortui, & expergiſcentur qui ſunt in monumentis, & lætabuntur qui in terra quieſcunt; quia ros tuus ſanatio illis eſt.* Multa etiam alia de reſurrectione dicta ſunt, & de juſtorum gloria immortali, & de impiorum ſupplicio, caſu, rejectione, damnatione, ignominia, æterno igne, & verme perpetuo. Quòd verò ſi voluiſſet omnes homines eſſe immortales, id facere potuerit, oſtendit per Enochum & Eliam, quos mortis periculum facere non permiſit. Et quòd pro voluntate poteſtatem habuerit, mortuos excitandi ſingulis ſæculis; tum per ſe, tum per alios, id manifeſtum fecit; quando filium viduæ per Eliam, & filium Sunamitidis per Eliſæum reſuſcitavit. Perſuaſum autem habemus, obitum non eſſe mer-

Luc. 21. 18. 19.
Dan. 12. 2.
Mat. 13. 43.
Eccl. 12. 14.
Ezech. 37. 11. &c.
Iſ. 26. 19.
Iſ. 66. 24.
Hebr. 11. 5.
Mat. 17. 11.
3. Reg. 17.
4. Reg. 4.

12. Οἱ Στωικοὶ.] Bovius invenerat ſolùm in hoc titulo, περὶ ἀναστάσεως. Cætera addita ſunt, ni fallor, à Turriano, ob verſus Sibyllæ, fabulam Phœnicis, & Scholion Græcum de quo mox. Ubi cùm nonnemo ad voces ἀνάστασιν & παλιγγενεσίαν appoſuiſſet nomen Stoicorum, quorum celebris exſtitit opinio de mundi innovatione, rerum ἀποκαταστάσει & παλιγγενεσίᾳ, hominum cæterorumque reditu, putavit Turrianus hoc Scholii narrationi de Phœnice debere aptari. COT.

13. Γαβριὴλ.] Non exprimitur in ſacro contextu nomen Angeli. Veriſimile tamen admodum ſit, Gabrielem eſſe, de quo cap. 8. & 9. Prophetiæ; juxta ſententiam Caſſiani utique Collat. 8. cap. 13. & Agobardi lib. de quorumdam illuſione ſignorum, utque colligi poteſt ex verbis Hieronymi ad Dan. VIII. 16. Sic Angelum, Iſaiæ XXXIII. 3. memoratum, Hebræi Gabrielem autumant; referente eodem Hieronymo. Ibid.

14. Τὸ ἱερὸν αὐτοῦ ὄνομα.] Dei nomen intelligit Turrianus, præter verba Gabrielis, atque orationis contextum. Malim de ipſo Gabriele accipere. Non inſolens enim eſt locutio, ὄνομα, nomen, pro perſona & re. Act. I. 15. Apocal. III. 4. XI. 13. Θηβαίων ὄνομα de Thebanis. *Romanum nomen*, hoc eſt, Romani. *Felix nomen agelli* pro agello. *Nomen virginis*, aliaque per Criticos acervata. Ibid.

15. Διαπεφωνήκαμεν.] Heſychio διαπεφωνηκέναι eſt ἀπολώλεναι: Suidæ διαπεφώνηκεν· ἐχάθη καὶ τελευτήσας φωνὴν ἀφῆκεν, τουτέστιν ἀπέθανεν. Unde hic Ezechielis III. 11. in Ambroſio vertitur *interivimus*, in Cypriano *exſpiravimus*. Verùm aliter apud LXX. videtur legiſſe Tertullianus. Habet enim cap. 29. libri de reſurrectione carnis; *avulſi ſumus in eis*, quod eſt, opinor, διαπεφωνήκαμεν ἐν αὐτοῖς. Sed illud ἐν αὐτοῖς jam olim excidit: reddi autem debet ex Hebræo, *in nobis*. Ibid.

16. Μὴ μισθὸν τιμωρίας εἶναι τὸν θάνατον.] Rejicit lib. 8. cap. 12. Pelagianorum dogma; Adamum, ſive peccâſſet, ſive non peccâſſet, è vita migraturum. Hoc autem loco, obitum negat eſſe mercedem ſupplicii, ſeu ſupplicium ac pœnam. Quod catenus verum eſt, ut mors non ſit ſuppli-

mercedem ſupplicii, cùm & ſancti illum ſubierint, immo & ipſe ſanctorum Dominus Jeſus Chriſtus, vita fidelium, ac reſurrectio mortuorum. Idcirco igitur quaſi in magnâ civitate degentibus, poſt certamina, inducit ad breve tempus mortem, ut ſingulos reſuſcitans aut reprobet aut coronet. Nam qui Adami corpus ex terra fecit, poſt interitum corpus primi hominis & reliquorum excitabit; prout id debetur rationali hominum naturæ; ſimus perpetuò vivere. Qui ergo diſſolutionem corporis & animæ infert, idem & reſurrectionem
Gen. 2. 7. operatur: & qui dixit; *Accepit Dominus pulverem de terra, & formavit hominem, & inſpiravit in faciem ejus ſpiraculum vitæ; & factus eſt homo in animam viventem*; quique poſt inobedientiam,
Gen. 3. 19. ſubjunxit; *Terra es, & in terram redibis*: idem &
Joh. 5. 28, 25. in poſterum promiſit nobis reſurrectionem. *Audient* enim, inquit, *omnes qui in monumentis ſunt vocem Filii Dei; & qui audierint, vivent.* Prætereà credimus reſurrectionem fore, vel ob ipſam
Joh. 11. Domini reſurrectionem. Ipſe enim eſt, qui Lazarum quatuor dierum mortuum reſuſcitavit; qui
Marc. 5. Luc. 7. filiam Jairi, filiúmque viduæ ad vitam reduxit; qui de mandato Patris in tertia poſt mortem die excitavit ſe ipſe, arrhabo reſurrectionis noſtræ: *Ego*
Joh. 11. 25. Jon. 2. enim, inquit, *ſum reſurrectio & vita.* Qui Jonam viventem ac illæſum, tertio die eduxit è ven-
Dan. 3. & 6. & 14. tre ceti, & tres pueros ex fornace Babylonia, & Danielem ex ore leonis: is non carebit viribus ad ſuſcitandum nos quoque. Quòd ſi Græci ſeu Gentiles, noſtris Scripturis non creduli, cachinnant;
In fine libri 4. eis fidem faciat vel Propheti ſſa eorum Sibylla, ita illos ad verbum alloquens;

Omnia ſed poſtquam in cineres collapſa jacebunt,
Æternúſque Deus ſuccenſum exſtinxerit ignem,
Inque hominem Deus ipſe iterum formaverit oſſa,
Et cineres, mortalibus ut fuerant renovatis:

Judicium tunc certè erit, in quo jus feret æquum
Ipſe Deus, mundi judex: ac qui impietate
Peccàrint, iterum injectâ tellure tegentur:

αὐτὴν καὶ ἅγιοι ὑπέστησαν, ἢ καὶ αὐτὸς ὁ τῶν ἁγίων κύριος Ἰησοῦς ὁ Χριστὸς, ἡ ζωὴ τῶν πιστῶν καὶ ἡ ἀνάστασις τῶν νεκρῶν. διὰ τοῦτο οὖν τοὺς ὡς ἂν ἐν [17] μεγαλοπόλει πολιτευομένους, μετὰ τοὺς ἄθλους ἐπάγει πρὸς ὀλίγον τὴν διάλυσιν, ἵνα ἀναστήσας ἕκαστον ἀποκηρύξῃ ἢ στεφανώσῃ. ὁ γὰρ τοῦ Ἀδὰμ τὸ σῶμα ἐκ γῆς ποιήσας, καὶ τῶν λοιπῶν καὶ τοῦ πρώτου μετὰ διάλυσιν τὸ σῶμα ἀναστήσει, πρὸς τὸ χρεωστεῖσθαι τοῦτο τῇ λογικῇ τῶν ἀνθρώπων φύσει, λέγομεν δὴ τὸ διαμονίζειν. ὁ τοίνυν τὴν διάλυσιν ἐπάγων, αὐτὸς καὶ τὴν ἀνάστασιν ποιεῖται· καὶ ὁ εἰπὼν, ὅτι ἔλαβε κύριος χοῦν ἀπὸ τῆς γῆς, καὶ ἔπλασε τὸν ἄνθρωπον, καὶ ἐνεφύσησεν εἰς τὸ πρόσωπον αὐτοῦ πνοὴν ζωῆς, καὶ ἐγένετο ὁ ἄνθρωπος εἰς ψυχὴν ζῶσαν· ὁ καὶ μετὰ τὴν ἀνηκοΐαν ἐπειπών· Γῆ εἶ, καὶ εἰς γῆν ἀπελεύσῃ· αὐτὸς καὶ εἰς τὸ μετὰ ταῦτα ἐπηγγείλατο ἡμῖν τὴν ἀνάστασιν. Ἀκούσονται γὰρ, φησὶ, πάντες οἱ ἐν τοῖς μνημείοις τῆς φωνῆς τοῦ υἱοῦ τοῦ Θεοῦ· καὶ οἱ ἀκούσαντες ζήσονται. Πρὸς δὲ τούτοις πιστεύομεν τὴν ἀνάστασιν γίνεσθαι, καὶ ἐκ τῆς τοῦ κυρίου ἀναστάσεως. αὐτὸς γάρ ἐστιν ὁ καὶ Λάζαρον ἀναστήσας τετραήμερον, καὶ τὴν θυγατέρα Ἰαείρου, καὶ τὸν υἱὸν τῆς χήρας, καὶ ἑαυτὸν προστάγματι τοῦ πατρὸς διὰ τριῶν ἡμερῶν ἀνεγείρας, ὁ ἀρραβὼν τῆς ἀναστάσεως ἡμῶν· Ἐγὼ γὰρ, φησὶν, εἰμὶ ἡ ἀνάστασις καὶ ἡ ζωή. Ὁ τὸν Ἰωνᾶν διὰ τριῶν ἡμερῶν ζῶντα καὶ ἀπαθῆ ἐξαγαγὼν ἐκ τῆς κοιλίας τοῦ κήτους, καὶ τοὺς τρεῖς παῖδας ἐκ καμίνου Βαβυλωνίας, καὶ τὸν Δανιὴλ ἐκ στόματος λεόντων· οὐκ ἀπορήσει δυνάμεως, καὶ ἡμᾶς ἀνεγεῖραι. εἰ δὲ χλευάζουσιν Ἕλληνες, ἀπιστοῦντες ταῖς ἡμετέραις γραφαῖς, πιστούσθω αὐτοὺς, κἂν [18] ἡ αὐτῶν προφῆτις * Ἄβυλλα, οὕτω πῶς αὐτοῖς λέγουσα κατὰ λέξιν· *altera Editio Σίβυλλα

Ἀλλ' ὁπότ' ἤδη πάντα τέφρη σποδόεσσα γένηται,
Καὶ πῦρ κοιμίσῃ Θεὸς ἄφθιτος, ὥσπερ ἀνῆψεν,
Ὀστέα καὶ σποδιὴν αὐτὸς Θεὸς [19] ἔμπαλιν αὐτῆς
Ἀνδρ' ἄγρι μορφώσει, στήσει δὲ βροτοὺς πάλιν ὡς πάρος ἦσαν,
Καὶ τότε δὴ κρίσις ἔσται, ἐφ' ᾗ δικάσει Θεὸς αὐτὸς,
Κρίνων ἔμπαλι κόσμον· ὅσοι δ' ὑπὸ δυσσεβίῃσιν
Ἥμαρτον θνητοὶ, τοὺς δ' αὖ πάλι γαῖα καλύψει·

Ὅσοι

---

cium peccatorum propriorum; nec ſit ſolummodo pœna, ſed etiam occaſio meriti, & gratiæ. γίνεται φιλανθρωπία ἡ τιμωρία, inquit Gregorius Theologus Orat. 38. & 40. Siquidem homines, moriendo, peccati originalis pœnas pendunt; bene moriendo, gloriam immortalitatis adipiſcuntur. Et Deus, cùm humanum genus ad mortem damnavit, ſuam quoque miſericordiam patefecit: utpote qui ita malum compreſſerit, finem impoſuerit peccato, viam fecerit revocationi ad meliorem reſurrectionis ſtatum, aliaque nobis apportàrit commoda, quæ fusè à ſanctis Patribus explicantur, potiſſimùm è Gregorio Nyſſeno cap. 8. Catecheticæ magnæ Orationis, Chryſoſtomo lib. ad eos qui ſcandalizati ſunt cap. 7. & Ambroſio Opere de bono mortis. Lepidè Theodoritus Quæſt. 40. in Geneſim; ἰατρεία τοίνυν ὁ θάνατος, οὐ τιμωρία ἐστί. *Medicina igitur mors eſt, non pœna.* Caveri tamen debet error eorum, qui nimiis laudibus mortem efferunt, noluntque agnoſcere ortum illius à peccato. Qualis Theodorus Mopſueſtenus, in Conſtituto Vigilii Papæ, in Collatione 4. Concilii generalis 5. & apud Photium Cod. 177. Qualis cum Theodoro Neſtorius, tradente Moſe Bar Cepha Syro in parte 3. Commentariorum de Paradiſo cap. 8. Tom. 1. Bibliothecæ Patrum. Et quales Pelagiani, notiſſimi eo nomine. *Deus igitur conſulens hominibus, cùm ſciret eos ad malitiam pronos, & voluptatum ac deſideriorum carnis amatores, & vellet ad honeſtam potius revocare virtutem, ſivit uſque ad tempus aliquod damnationi mortis addici. Quippe cum nihil aliud noſſet tam facile homines coercere poſſe quàm mortem.* Ac paullò poſt; *Non igitur hominibus mortem datam pro malorum vice dicimus, ſicut ratiocinantur indocti, ſed ad delendam penitus pravitatem. Nam ſi viverent perpetuò homines iſti, nunquam profectò eorum malitia finiretur. Rurſum etiam cur pro malorum viciſſitudine mortem datam eſſe credam, cùm ſi quis centum homines ferè vel amplius occiderit, tot & tanti homicidii exæquare nullam valeat ultionem? Non igitur maligna tantum hominibus, ad delendam eorum pravitatem, bona mors eſſe docetur, ſed etiam poſita utilis.* Aliiſque pluribus in eamdem ſententiam interpoſitis; *Multis igitur teſtibus edocti, quòd mors iſta communis mala non ſit, jam longè valere dicamus qui mortem malam appellant.* Hactenus verba Rufini Palæſtinæ provinciæ Presbyteri, libro de fide; Auctoris, quem Jacobo Sirmondo debemus, quique cum Catholicis affirmat, primos homines Adamum & Evam, ſi mandatum Dei ſervâſſent, mortem non fuiſſe guſtaturos, cum Hæreticis verò peccati traducem inficiatur, impugnat eos qui propter peccatum Adæ mori infantes aſſerunt, atque Henochum & Eliam ob Adami prævaricatione prohibitos non eſſe permanere immortales. COT.

17. Ἐν μεγαλοπόλει.] Lux huic loco ex Zonara ad Canonem Trullanum 51. ἐν ταῖς πόλεσι δὲ ταῖς μεγάλαις θηρία ἐτρέφοντο λέοντες καὶ ἄρκτοι. καὶ κατὰ καιροὺς ἐξήγοντο εἰς τὸ θέατρον. καὶ ποτὲ μὲν ταύροις ἐμάχοντο, ποτὲ δὲ καὶ ἀνθρώποις, αἰχμαλώτοις τυχὸν, ἢ κατακρίτοις. *Verum in maximis urbibus feræ beſtiæ, leones, nimirum, urſique alebantur; & ſtatis temporibus producebantur in theatro, atque nonnunquam cum tauris, nonnunquam cum hominibus, puta captivis, aut damnatis committebantur.* Ibid.

18. Ἡ αὐτῶν προφῆτις Ἄβυλλα.] Si librariorum mendum non eſt, Sibyllæ nomen Abyllæ tulerit per irriſionem; ut quæ non fuerit juxta notationem nominis Σιοβύλα ſeu Θεοβύλα *Dei conſilium & mens*, ſed Ἀβύλα *abſque mente & conſilio*. Sic ſuprà vidimus μωρεία. Poſſimque ſimilia in ſcriptoribus Eccleſiaſticis occurrunt. Anoëtus, Aructus, Aſebius, Adoxius, Atychea, Amacarius, pro Noëto, Eructo, Euſebio, Eudoxio, Eutyche, Macario. Dormitantius de Vigilantio; Scotinus de Photino, & Photio. Quinetiam in Codice MS. viri eruditiſſimi ac humaniſſimi Claudii Jolii Epiſtolâ S. Baſilii 293. ubi Sebaſteni nominantur, Aſebaſteni ſcribitur. Ibid.

19. Ἔμπαλιν αὐτῆς Ἀνδρ' ἄγρι μορφώσει.] Reponendum ex metri legibus, atque ex codice Sibyllino; ἔμπαλιν ἀνδρῶν Μορφώσει. Importuna vox αὐτῆς abeſt etiam ab Editione Græca Veneta. Ibid.

20 Καὶ

Ὅσοι δ' εὐσεβεῖς, πάλιν ζήσοντ' ἐνὶ κόσμῳ,
Πνεῦμα Θεοῦ δόντος, ζωήν θ' ἅμα καὶ χάριν αὐτοῖς
Εὐσεβέσι. πάντες τότ' ἐσόψονται ἑαυτούς.

Contrà iterum in mundo vivent pietatis amici,
Sanctis dante Deo vitam, flatum atque favorem.
Se tunc agnoſcent omnes, ſeſeque videbunt.

Εἰ τοίνυν καὶ αὐτὴ τὴν ἀνάστασιν ὁμολογεῖ, καὶ τὴν παλιγγενεσίαν οὐκ ἀρνεῖται, διαχωρίζει δὲ τοὺς εὐσεβεῖς ἐκ τῶν ἀσεβῶν, μάτην ἄρα τοῖς ἡμετέροις ἀπιστοῦσι. καί [20] τοι φασὶ καὶ εἰδικὴν δεικνύειν τὴν ἀνάστασιν, μὴ πιστεύοντες οἷς αὐτοὶ διηγοῦνται. Φασὶ γὰρ [21] ὄρνεόν τι μονογενὲς ὑπάρχειν, πλουσίαν τῆς ἀναστάσεως περιέχον τὴν ἀπόδειξιν· ὃ λέγουσιν ἄζυγον ὑπάρχειν, καὶ μόνον ἐν δημιουργίᾳ· Φοίνικα δὲ τοῦτο προσαγορεύουσιν· οἳ καὶ ἱστοροῦσι κατὰ πεντακόσια ἔτη ἔρχεσθαι εἰς Αἴγυπτον ἐπὶ τὸν λεγόμενον [22] ἡλίου βωμὸν, φέροντα πλῆθος κινναμώμου, κασσίας τε καὶ ξυλοβαλσάμου· καὶ πρὸς ἀνατολὰς [23] ὡς αὐτοί φασι, τῷ ἡλίῳ προσευξάμενον, αὐτομάτως φλεχθῆναι καὶ γενέσθαι κόνιν· ἐκ δὲ τῆς σποδιᾶς, σκώληκα ἀναφυῆναι, καὶ τοῦτον θερμανθέντα μορφωθῆναι εἰς ἀρτιγενῆ Φοίνικα, καὶ πτηνὸν γενόμενον, ἐπ' [24] Ἀραβίαν στέλλεσθαι, ἥπερ ἐστὶ περαιτέρω τῆς Αἰγυπτιακῆς * νομῆς. εἰ τοίνυν, ὡς καὶ αὐτοί φασι, διὰ τοῦ ἀλόγου ὀρνέου δείκνυται ἡ ἀνάστασις, τί μάτην τὰ ἡμέτερα διαβάλλουσιν, ὅταν ὁμολογῶμεν, ὅτι ὁ δυνάμει τὸ μὴ ὂν εἰς τὸ εἶναι παραγαγὼν, ἱκανός ἐστι καὶ μετὰ τὴν διάλυσιν εἰς ἀνέγερσιν προσαγαγεῖν; διὰ γὰρ ταύτην τὴν πληροφορίαν, καὶ μάστιγας, καὶ διωγμοὺς, καὶ θανάτους ὑπομένομεν· ἐπεὶ μάτην τὰ τοιαῦτα κατεδεξάμεθα, μὴ τοῦτον ἔχοντες τὴν πληροφορίαν ὧν κήρυκες ἐπαγγελλόμεθα εἶναι. ὥσπερ οὖν ἐπειθόμεθα Μωσῇ εἰπόντι, ὅτι ἐν ἀρχῇ ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν οὐρανὸν, καὶ τὴν γῆν· καὶ γινώσκομεν ὅτι οὐχ ὕλης ἦν ἐνδεὴς, ἀλλὰ βουλήσει μόνῃ, [25] ὃ προσέταξε Χριστὸς, ταῦτα καὶ παρήγαγε· λέγομεν

* al. μοιρῶν

Cùm ergo hæc quoque reſurrectionem confiteatur, & inſtaurationem non neget, diſcernat autem pios ab impiis; temere noſtra non credunt. Atqui referunt iidem ſpecialem reſurrectionem, qui tamen narrationi ſuæ nolunt credere. Aiunt enim, exſiſtere quamdam avem unigenam, quæ copioſam reſurrectionis præbeat demonſtrationem. Eam autem faciunt paris ac conjugis expertem, & unicam in mundo: Phœnicem autem vocant; ſimulque narrant, quingenteſimo anno venire in Ægyptum ad locum qui nuncupatur Ara ſolis; & ferre multum cinnamomi, caſſiæ, ac xylobalſami; & ſtare ad Orientem; atque, ut ipſi dicunt, ſolem precari; necnon ultro incendi, redigíque in cinerem: at ex cinere vermem naſci; qui calefactus formatur in parvum Phœnicem; factúſque volucris in Arabiam tendit, quæ eſt ultra Ægyptiacam regionem. Si ergo, quod ipſi aiunt, per avem, animal rationis expers, declaratur reſurrectio; quare noſtra gratis calumniantur, quando confitemur, quòd qui potentiâ ſuâ quod non erat ad exſiſtentiam adduxit, valet etiam illud quod fuit, poſt diſſolutionem ſuſcitatum repræſentare? Ob hanc enim certiſſimam perſuaſionem ſuſtinemus plagas, perſecutiones & mortes: fruſtrà ſiquidem iſta perferremus, niſi firma haberemus documenta rerum, quarum præcones eſſe profitemur. Quemadmodum igitur Moſi credimus dicenti; *In principio fecit Deus cœlum & terram*; ac Gen. 1. 1. ſcimus Deum non indiguiſſe materiâ; ſed Chriſtum ſolà voluntate, ea quæ juſſus eſt produxiſſe; cœlum di-

---

20. Καί τοι φασί.] Sæpè repetit. Ut omnino extra culpam ſit, dum fabulà Phœnicis ab Ethnicis relatâ utitur ad probandum contra eos myſterium reſurrectionis. Ibid.

21. Ὄρνεόν τι μονογενές.] Ultro fatemur, diverſas narrationes de ave Phœnice, hanc, & illam in Epiſtola Clementis ad Corinthios poſitam, non ejuſdem eſſe Auctoris. Quamquam nihil repugnat, ut idem Scriptor duobus in Operibus unam fabulam aliter atque aliter referat, alios atque alios ſecutus fabulatores. Ibid.

22. Ἐπὶ τὸν λεγόμενον ἡλίου βωμόν.] Herodotus; ἐς τὸ ἱρὸν τοῦ ἡλίου. Tacitus; *Inque Solis aram.* Origenes Contra Celſum; ἐπὶ τὸν τοῦ ἡλίου τόπον. Qui putatus eſt Lactantius;

Contendit Solis ad ortus,
Inque ara reſidens, ponit in æde ſacrà.

Non debuerunt igitur ineptiæ Conſtitutorem arguere. Ibid.

23. Ὡς αὐτοί φασι, τῷ ἡλίῳ προσευξάμενον.]
Hic ſedet, & blando Solem clangore ſalutat
Debilior, miſcetque preces, ac ſupplice cantu
Præſtaturo novas vires incendia poſcit.

Agnoſcis verſus Claudiani. Ibid.

24. Ἀραβίαν, ἥπερ ἐστὶ περαιτέρω τῆς Αἰγυπτιακῆς νομῆς vel μοιρῶν.] Cur hæc locutio in reprehenſionem inciderit, nullus video. Quis enim ignorat, nomina generalia pro ſpecialibus poni ſolere? In hac ipſa Phœnicis hiſtoria, verba Cyrilli Hieroſolymitani ſunt; κατὰ τὴν Αἰγυπτίων χώραν, ἐν περιόδοις πεντακοσίων ἐτῶν ἐρχόμενον. Tzetzis vero; [illegible] ἐν τόποις τοῖς Αἰγύπτου. Ibid.

25. Ὃ προσέταξε Χριστός.] Vide lib. 7. cap. 34. Durum dictum, ac periculoſum: jugulatum eapropter ab Orthodoxo Græco hac marginali nota; βλάσφημον. χειροτονῶν [illegible] ὁ προστάττων ὁ υἱός. *Blaſphemum. Nam Filius, antequam carnem induiſſet, juſſus non eſt.* Similia tamen apud Auctores non ſuſpectos reperiuntur; explicanturque ab iiſdem de mandata paternæ auctoritate, quod opponitur herilis dominationis imperio. Super qua re ſcripſit Theodorus Abucara. Sed in libris editis Opuſculum illud num. 25. Latinè ſolummodo exſtat. Græca ego ex volumine Regio deſcripſi, quò hic cum interpretatione ſubjungerem.

Ἀπόδειξις ὅτι ἔχει ὁ Θεὸς υἱὸν ὁμοούσιον, συνάναρχόν τε καὶ συναΐδιον.

Demonſtratio, quod Deus habeat filium conſubſtantialem, ut ipſe carentem principio, & coæternum.

Τῶν Ἀγαρηνῶν τὸ φρόνημα καὶ

Agarenorum cogitatio, & omne ſtudium eorum eò ſpectat, ut divinitatem Verbi Dei negent; & undique contra illud aciem inſtruant, ut probent non eſſe Deum, neque filium Dei. Eorum enim Pſeudopropheta, utpote Arianæ erroris auditor, hoc ipſis impium irreligioſumque dogma tradidit. Unde quidam apud eos ob eloquentiam tumidus, in conventu populari ſedens, Epiſcopum percunctatus eſt his verbis, Quid Chriſtum dicis, Theodore? EPISCOPUS. Deum, & Dei filium. SARACENUS. Et poteſt Deo eſſe filius? THEODORUS. Non poteſt non eſſe Deo filius. SAR. Quo modo & quâ ratione? THEOD. Poteſt Deus principatum non habere? SAR. Minimè. TH. Et quorumnam princeps eſt Deus? S. Suarum creaturarum. TH. Accidit igitur ei fuit, ut princeps eſſet, non autem naturale: & dicetur habere principatum adventicium & acquiſitum, recentem, & non ut ipſe principio carentem. Antè enim quam creaturæ eſſent, ut tu ais, non habebat principatum: fecit autem ei creatura cauſſa principatûs, ipſumque ſibi præfecerunt, principem videlicet, quod prius non erat naturâ; & habere illis gratiam debet, quia per eas habitus eſt honore principali dignus: & ſi videatur ipſis, ut ea rurſus in nihilum redeant, non obedient, præterea que principatu erga ea quibus præeſt, ex tua ſententia, undabitur: & præter tanta abſurda aliud abſurdius, ſequetur neceſſariò. S. Quod iſtud? TH. Quod principatus terreni regis multo melior & nobilior, & ſupra quam dici poſſit excellentior, quam principatus Dei intelligetur eſſe.

σπούδασμα αὐτῶν εἰς τοῦτο [illegible] τὴν θεότητα τοῦ Θεοῦ λόγου [illegible] … Τί λέγεις τὸν Χριστὸν, ὦ Θεόδωρε; Ὁ ἐπίσκοπος· Θεὸν, καὶ Θεοῦ υἱόν. Ὁ Σαρακηνός· καὶ ἐνδέχεται εἶναι τῷ Θεῷ υἱός; Θεόδωρος· οὐκ ἐνδέχεται μὴ εἶναι τῷ Θεῷ υἱόν. Ὁ Σαρ. πῶς καὶ τίνι τρόπῳ; Θεοδ. ἐνδέχεται τῷ Θεῷ μὴ ἄρχειν; ὁ Σαρ. οὐ δύναται. Θ. καὶ τίνων ἄρχει ὁ Θεός; ὁ Σ. τῶν ἑαυτοῦ κτισμάτων. Θ. [illegible] Al. Ediſ. [illegible] ἀσύγχρον (l. ἀσυγκρίτως)

Tom. I.

ſeq-

dicimus, terram, mare, lumen, noctem, diem, luminaria, ſtellas, volatilia, aquatics, quadrupedia, reptilia, arbores, herbas: eodem quoque modo univerſos ſuâ voluntate ſuſcitabit, opis non indigens: cùm ejuſdem poteſtatis opus ſit, & mundum condere, & mortuos excitare. Ac tunc quidem hominem qui non erat, ex diverſis in hominem conſtituit, datâ ei ex nihilo animâ: nunc verò reſtituet exſiſtentibus animabus, corpora diſſoluta. Nam reſurrectio eorum eſt, quæ jacent, non autem eorum quæ non ſunt. Itaque qui prima corpora ex nihilo effecit, & ex ipſis varia condidit; hic etiam defunctos, vitâ redditâ ſuſcitabit. Et qui in utero hominem ex ſemine exiguo format, & animam ex non ente creans ipſi indit; ſicut ipſe
Jer. 1. 5. Jeremiæ ait; *Priuſquam te formarem in utero, novi*
Zach. 12. 1. *te*; & alibi; *Ego Dominus, firmans cœlum, & fundans terram, & fingens ſpiritum hominis in eo*: idem & omnes homines ad vitam revocabit, utpote quos fecit: ſicut divina Scriptura Deum
Gen. 1. 26. teſtatur Unigenito Chriſto dixiſſe; *Faciamus hominem ad imaginem & ad ſimilitudinem noſtram. Et fecit Deus hominem: ad imaginem Dei fecit eum: maſculum & feminam fecit eos.* Et maximè divinus ac tolerans Job, de quo Scriptura dicit;
In fine Job. apud LXX. *Scriptum eſt eum cum illis cum quibus reſurgit Dominus, reſurrecturum*; is ad Deum ait; *Nonne ſi-*
Job. 10. 10. *cut lac mulſiſti me, & coagmentaſti me aque ac caſeum? Pelle & carne veſtiſti me; oſſibúſque & nervis innexuiſti me; vitam autem ac miſericordiam po-*

δὴ οὐρανόν, γῆν, θάλασσαν, φῶς, νύκτα, ἡμέραν, φωστῆρας, ἄστρα, πετεινά, νηκτά, τετράποδα, ἑρπετά, φυτά, βοτάνας· τὸν αὐτὸν τρόπον, καὶ πάντας ἀναστήσει θελήματι, συνεργίας μὴ δεόμενος· τῆς γὰρ αὐτῆς δυνάμεώς ἐστιν ἔργον, τὸ δημιουργῆσαι κόσμον, καὶ τὸ νεκροὺς ἀναστῆσαι. καὶ τότε μὲν μὴ ὄντα τὸν ἄνθρωπον, ἐκ διαφόρων ἐποίησεν ἄνθρωπον, δοὺς αὐτῷ τὴν ψυχὴν ἐκ τοῦ μὴ ὄντος· νῦν δὲ τοῦ οὔσαις ψυχαῖς τὰ διαλυθέντα σώματα ἀποδώσει. κειμένων γάρ ἐστιν ἡ ἀνάστασις, οὐχὶ δὲ μὴ ὑπαρχόντων. ὁ οὖν τὰ πρῶτα σώματα ἐκ μὴ ὄντων ποιήσας, καὶ ἐξ αὐτῶν διάφορα δημιουργήσας· οὗτος καὶ τοὺς θανόντας ζωοποιήσας ἀναστήσει. ὁ γὰρ ἐν τῇ κοιλίᾳ τὸν ἄνθρωπον ἐκ μικροῦ σπέρματος μορφῶν, καὶ ψυχὴν αὐτῷ οὐκ ὄντα ἐνδημιουργῶν· καὶ ὡς αὐτός που φησὶ τῷ Ἱερεμίᾳ· Πρὸ τοῦ με πλάσαι σε ἐν κοιλίᾳ, ἐπίσταμαί σε· καὶ ἀλλαχοῦ· Ἐγὼ κύριος, στερεῶν οὐρανὸν, καὶ θεμελιῶν γῆν, καὶ πλάσσων πνεῦμα ἀνθρώπου ἐν αὐτῷ· αὐτὸς καὶ πάντας ἀνθρώπους ἀναστήσει, αὐτοῦ ὄντας ποιήματα· καθὼς καὶ ἡ θεία γραφὴ μαρτυρεῖ λέγοντα τὸν Θεὸν τῷ μονογενεῖ Χριστῷ· Ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα καὶ καθ' ὁμοίωσιν ἡμετέραν. καὶ ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν ἄνθρωπον· κατ' εἰκόνα Θεοῦ ἐποίησεν αὐτόν· ἄρσεν καὶ θῆλυ ἐποίησεν αὐτούς. Καὶ ὁ θειότατος καὶ καρτερικὸς Ἰὼβ, περὶ οὗ φησὶν ἡ γραφὴ, ὅτι γέγραπται [26] αὐτὸν ἀναστήσεσθαι μεθ' ὧν ὁ κύριος ἀνίστησιν· οὗτός φησι πρὸς τὸν Θεόν· Ἢ οὐχ ὥσπερ γάλα με ἤμελξας, ἔπηξας δέ με ἴσα τυρῷ; δέρμα καὶ κρέας με ἐνέδυσας· ὀστέοις δὲ καὶ νεύροις με ἐνεῖρας· ζωὴν δὲ καὶ ἔλεον ἔθου παρ' ἐμοί·

ἡ

[illegible]

S. Quo modo, & quare? TH. Quia terrenus quidem rex princeps eſt eorum qui ſunt ejuſdem natura & ejuſdem temporis: Deus autem, eorum qui ſunt diverſa natura, & multò inferiores ac poſteriores. S. Non intelligo quod dixiſti. TH. Si quis adiret regem, & diceret; Salve rex aſinorum; quid ſupplicium ei ſubeundum eſſe diceres? S. Summum. TH. Et utra ſunt alteri cognatiora; creatura Dei, an aſini regi terreno? S. Aſini regi: Ambo enim ſunt creatura, ejuſdem generis, & conſerva. Sed age, reſponde mihi percontanti; In quos habet principatum Deus; ſi quidem in creaturas, ut tu ais, non habet? TH. Triplices ſunt quorum aliquis princeps eſt: vel ſunt majores principe, vel minores, vel æquales. At Deum dicere principem eſſe majorum, blaſphemum eſt. Nihil enim Deo majus. Minorum verò, inhonoratum eſt, convenienter abſurdis illis quæ dicta ſunt ſuprà. Relinquitur ut dicamus, æqualium, & pariter principio carentium. S. Ecquis eſt Deo par, & inſtar illius carens principio, qui illum habeat principem? TH. In quos eſt principatus, ſunt triplices. Unus quidem volens, habebit principem: alius, per vim & tyrannice: alius verò, neque volens, neque vi adactus. At Deus non eſt princeps, quia volunt ii quorum eſt princeps: ne rurſus, ſi velint, et ſuccedant; ac prætereà non habeat principatum naturalem, ac ſimul abſque principio; utpote poſt voluntatem, & impertum ac inhonoratum, ſicut dictum eſt. Sed nec vim ac tyrannidem paſſorum princeps eſt: neque enim decet; præter reliqua abſurda. Reſtat igitur, ut dicatur Deus eſſe princeps, non ut volentium, neque tyrannidem ſubeuntis, ſed naturali principatu principem habentis. S. Ecquis eſt qui naturâ Deum habet principem? TH. Triplices ſunt principes. Alius enim ſuffragiis eorum quibus præeſt, princeps eſt: alius, per tyrannidem. alius, naturâ. Verùm Deus eorum quibus præeſt ſuffragio non eſt princeps; ob prædicta incongrua, quæ de Deo dicenda eſſent: ſed neque per tyrannidem, tyrannus enim procul à Deo profligatur: ſupereſt itaque tertius modus, quo Deus dicitur princeps omni ſuffragio ſuperior, & ab omni tyrannide liber, qui eſt modus naturalis. S. Et quis eſt qui Deum naturaliter principem habet? TH. Filius ejus, per quem Deus, princeps & pater non expers ſeu abſque principio agnoſcitur. Quia omnis res naturalis voluntatem electionis præcedit. S. Quid verbi gratiâ ais? TH. Ante enim quàm velimus reſpirare, reſpiramus; & antequam velimus audire, audimus; & antequam velimus videre, videmus. En igitur, ô tu negator divinitatis Verbi Dei, demonſtratum eſt, quòd Deo eſt filius conſubſtantialis, carens ut ille principio, & coæternus, excellentis divinitatis cum genitore præſidens, ab omni creatura inaſpectabilis & aſpectabilis tanquam creator & dominus cum ipſo cultus & adoratus, qui cœlum pro throno habet, ac terram pro ſcabello; inſuperque ut Prophetice dicatur, qui palmo cœlum metitur, & terram pugno, ante cujus conſpectum omnes gentes ſunt quaſi momentum ſtateræ, & quaſi ſtilla de ſitula.

[illegible] Iſ. 40. 12. 15.

COT.

26. *Αὐτὸν ἀναστήσεσθαι μεθ' ὧν ὁ κύριος ἀνίστησιν.*] *Ipſum reſurrecturum cum illis cum quibus reſurgit Dominus.* vel, *cum illis quos reſuſcitat Dominus.* Aliud MS. exemplar, teſte Turriano, inter *αὐτὸν* & *ἀναστήσεσθαι* inſertum habebat *πάλιν*, ut vulgo legunt. Eam tamen particulam non videtur agnoſcere Theophanes Ceramеus Homil. 27 p. 211. Ibid.

27. Καὶ

ἡ δὲ ἐπισκοπή σου ἐφύλαξέ μου τὸ πνεῦμα. ταῦτα ἔχων ἐν ἐμαυτῷ, οἶδα ὅτι πάντα δύνασαι, ἀδυνατεῖ δέ σοι οὐδέν. Διὸ φησιν καὶ ὁ ἡμέτερος σωτὴρ καὶ διδάσκαλος Ἰησοῦς ὁ Χριστὸς, ὅτι τὰ παρὰ ἀνθρώποις ἀδύνατα, δυνατὰ παρὰ τῷ Θεῷ. Λέγει δὲ καὶ ὁ θεοφιλὴς Δαβίδ· Αἱ χεῖρές σου ἐποίησάν με, καὶ ἔπλασάν με· καὶ πάλιν· Σὺ ἔγνως τὸ πλάσμα ἡμῶν· καὶ ἑξῆς· Σὺ ἔπλασάς με, καὶ ἔθηκας ἐπ' ἐμὲ τὴν χεῖρά σου· ἐθαυμαστώθη ἡ γνῶσίς σου ἐξ ἐμοῦ, ἐκραταιώθη, οὐ μὴ δύνωμαι πρὸς αὐτήν. τὸ ἀκατέργαστόν μου εἶδον οἱ ὀφθαλμοί σου, καὶ ἐπὶ τὸ βιβλίον σου πάντες γραφήσονται. Ἀλλὰ καὶ ὁ Ἡσαΐας λέγει προσευχόμενος αὐτῷ· ὅτι ἡμεῖς ὁ πηλὸς, καὶ
27 σὺ ὁ πλάστης ἡμῶν. Εἰ τοίνυν αὐτοῦ δημιούργημα ὁ ἄνθρωπος, διὰ Χριστοῦ γενόμενος, πάντως ὅτι καὶ θανὼν, δι' αὐτοῦ ἀναστήσεται· ἐπὶ τῷ ἢ στεφθῆναι ἐπὶ τοῖς κατορθώμασιν, ἢ κολασθῆναι ἐπὶ τοῖς πλημμελήμασιν. εἰ δὲ δικαιοσύνῃ κρίνει, ὡς νομοθέτης· ὥσπερ κολάζει τοὺς ἀσεβεῖς, οὕτως εὐεργετῶν σώζει τοὺς πιστοὺς, καὶ τοὺς δι' αὐτὸν ὑπ' ἀνθρώπων σφαγέντας ἁγίους· τοὺς μὲν ὡς ἄστρα φαιδρυνῶν, τοὺς δὲ ὡς φωστῆρας λαμπρυνῶν· καθὼς ὁ Γαβριὴλ τῷ Δανιὴλ ἔλεγε. μαθηταὶ οὖν Χριστοῦ πάντες ὑπάρχοντες οἱ πιστοὶ, πιστεύομεν αὐτοῦ ταῖς ἐπαγγελίαις· ἀψευδὴς γὰρ ὁ ἐπαγγειλάμενος· λέγει δὲ ὁ μακάριος προφήτης Δαβίδ, ὅτι πιστὸς κύριος ἐν πᾶσι τοῖς λόγοις αὐτοῦ, καὶ ὅσιος ἐν πᾶσι τοῖς ἔργοις αὐτοῦ. Ὁ γὰρ ἐκ παρθένου ἑαυτῷ κατασκευάσας σῶμα, οὗτος καὶ τῶν ἄλλων ἀνθρώπων δημιουργός ἐστι· καὶ ἑαυτὸν ἀναστήσας ἐκ τῶν νεκρῶν, αὐτὸς καὶ πάντας τοὺς κειμένους ἀναστήσει. ὁ τὸν πυρὸν ἐξ ἑνὸς κόκκου πολύχουν ἐκ γῆς ἀνιστῶν, ὁ τὸ ἐκκοπὲν δένδρον εἰς ῥάδαμνον ἀναθάλλων, ὁ τὴν Ἀαρὼν ῥάβδον ξηρανθεῖσαν ἐκφύσας εἰς βλαστόν· αὐτὸς καὶ ἡμᾶς ἐγερεῖ ἐν δόξῃ. ὁ τὸν παραλυτικὸν σῶον ἀνεγείρας, καὶ τὸν ἐξηραμμένην ἔχοντα τὴν χεῖρα ἰασάμενος, καὶ τὸ λεῖπον μέρος τῷ ἐκ γενετῆς πηρῷ ἐκ γῆς καὶ σιέλου ἀποδούς· ὁ αὐτὸς καὶ ἡμᾶς ἀνεγερεῖ· ὁ ἐκ πέντε ἄρτων καὶ δύο ἰχθύων πεντακισχιλίους κορέσας, καὶ περισσεύσας δώδεκα κοφίνους, καὶ ἐξ ὕδατος οἶνον μεταποιήσας, καὶ ἐκ στόματος ἰχθύος στατῆρα δι' ἐμοῦ Πέτρου τοῖς ἀπαιτοῦσι κῆνσον ἀποστείλας· οὗτος καὶ τοὺς νεκροὺς ἀνεγερεῖ. ταῦτα γὰρ ἅπαντα ἡμεῖς περὶ αὐτοῦ μαρτυροῦμεν· τὰ δ' ἄλλα οἱ προφῆται. ἡμεῖς οἱ συμφαγόντες αὐτῷ καὶ συμπιόντες· καὶ θεαταὶ γενόμενοι τῶν αὐτοῦ τεραστίων, καὶ τῆς ζωῆς, καὶ τῆς πολιτείας, καὶ τῶν λόγων, καὶ τῶν παθημάτων, καὶ τοῦ θανάτου, καὶ τῆς ἐκ νεκρῶν αὐτοῦ ἀναστάσεως· καὶ συναναστραφέντες αὐτῷ ἡμέρας τεσσαράκοντα μετὰ τὴν ἔγερσιν αὐτοῦ· καὶ λαβόντες ἐντολὴν παρ' αὐτοῦ κηρύξαι τὸ εὐαγγέλιον εἰς ὅλον τὸν κόσμον, καὶ μαθητεῦσαι πάντα τὰ ἔθνη, καὶ βαπτίσαι εἰς τὸν αὐτοῦ θάνατον, ἐπὶ αὐθεντίᾳ τοῦ Θεοῦ τῶν ὅλων, ὅς ἐστιν αὐτοῦ πατὴρ, καὶ μαρτυρίᾳ πνεύματος, ὅς ἐστι παράκλητος· διδάσκομεν ὑμᾶς ταῦτα πάντα, ἃ διαταξάμενος ἡμῖν ἀνελήφθη ἐπ' ὄψει ἡμῶν εἰς τὸν οὐρανὸν πρὸς τὸν ἀποστείλαντα αὐτόν. καὶ ἐὰν μὲν πιστεύσητε, μακάριοι γενήσεσθε· εἰ δὲ μὴ πιστεύσητε, ἀθῷοι ἡμεῖς εὑρεθησόμεθα καὶ καθαροὶ τῆς ὑμετέρας ἀπιστίας.

fuiſti apud me; & viſitatio tua cuſtodivit ſpiritum meum. Hæc cum habeam in meipſo, ſcio quod omnia potes, & nihil tibi eſt impoſſibile. Quare ait & noſter Salvator ac Magiſter Jeſus-Chriſtus; *Quod* Luc. 18. 27. *impoſſibile eſt apud homines, poſſibile eſt apud Deum.* Dicit etiam Deo carus David; *Manus tuæ fece-* Pſ. 118 73. *runt me, & plaſmaverunt me:* & iterum: *Tu co-* Pſ. 102. 14. *gnoviſti figmentum noſtrum:* & deinceps; *Tu for-* Pſ. 138. 5. *maſti me, & poſuiſti ſuper me manum tuam; mirabilis facta eſt ſcientia tua ex me, confortata eſt, non potero ad eam. Imperfectum meum viderunt oculi-* 16. *tui, & in libro tuo omnes ſcribentur.* Sed & Eſaïas Deum deprecans, *Nos*, inquit, *lutum; & tu fi-* Iſ. 64. 8 *ctor noſter.* Si ergo homo, creatura Dei eſt, per Chriſtum factus; profectò etiam per eum poſt mortem reſurget; ut vel coronetur pro virtutibus, vel puniatur pro delictis. Quòd ſi juſtitiâ judicat, ut legiſlator; quemadmodum punit impios, ſic fideles & qui propter eum ab hominibus ſunt mactati ſanctos, beneficus ſalvat; partim ſicut aſtra ſplendidos reddens, partim velut luminaria refulgentes; quod Danieli prolocutus eſt Gabriel. Igi- Dan. 12. 3. tur fideles omnes, qui Chriſti ſumus diſcipuli, promiſſis ejus credimus: nam qui promiſit, mentiri non poteſt: dicit autem beatus Propheta David; *Fidelis Dominus in omnibus verbis ſuis; & ſan-* Pſ. 144. 13. *ctus in omnibus operibus ſuis.* Certè qui ſibi corpus ex Virgine conſtruxit, is & cæterorum hominum eſt conditor; & qui ſe à mortuis excitavit, idem & omnes in morte jacentes ad vitam eriget. Qui frumentum ex uno grano numeroſum è terra educit; qui exciſam arborem repullulare facit in ſurculum; qui Aaronis virgam jam ſiccatam, in ger- Num. 17. 8. men juſſit prorumpere: ipſe nos quoque ſuſcitabit in gloria. Qui Paralyticum, ſanum in pedes ſta- Mat. 9. 2. tuit; & manûs ariditate laborantem curavit; & Marc. 3. 1. cæco à nativitate, quod deficiebat membrum, per Joh. 9. 1. terram & ſalivam reddidit: is ipſe nos quoque ad vitam revocabit. Qui ex quinque panibus & duo- Mat. 14. 17. bus piſcibus quinque millia virorum ſatiavit, faciens ut duodecim cophini ſupereſſent; & ex aqua Joh. 2. 3. vinum confecit; & ex ore piſcis extractum ſtate- Mat. 17. 24. rem per me Petrum miſit cenſus exactoribus: idem & morte ſublatos, vitæ reddet. Hæc quippe omnia de eo atteſtamur; alia verò Prophetæ. Nos qui cum eo comedimus ac bibimus; & ſpectavimus miracula ejus, vitam, converſationem, ſermones, paſſiones, mortem, atque ex mortuis reſurrectionem; & cum eo per quadraginta dies Act. 1. 3. poſtquam rediit ad vitam, verſati ſumus; & man- Mat. 28. 18. datum accepimus ab eo, prædicandi Evangelium in univerſo mundo, docendi omnes gentes, ac baptizandi in mortem ejus, in auctoritate Dei cunctorum; qui eſt Pater ejus, nec non in teſtimonio Spiritus, qui eſt Paracletus: nos, inquam, hæc omnia docemus vos; quæ cùm edixiſſet nobis, in Act. 1. 9. conſpectu noſtro aſſumptus eſt in cœlum ad eum I. Ignat. interpol. ad qui ipſum miſerat. Atque ſi credideritis, beati Magn. 11. eritis; ſi contrà non credideritis, nos innocentes ad Sm. 3. & mundi à veſtra incredulitate reperiemur.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ η´.

Περὶ Ἰακώβου τοῦ ἀδελφοῦ τοῦ κυρίου, καὶ Στεφάνου τοῦ πρωτομάρτυρος.

Περὶ δὲ τῶν μαρτύρων λέγομεν ὑμῖν, ὅπως ἐν πάσῃ τιμῇ ὦσι παρ' ὑμῖν, ὡς καὶ παρ' ἡμῖν τε-

CAPUT VIII.

De Jacobo fratre Domini, & Stephano Martyre primo.

De Martyribus verò præcipimus vobis, ut in omni honore ſint apud vos; ſicut Jacobus Epi-

27. Καὶ σὺ ὁ πλάστης ἡμῶν.] Non abhorret à vero, eſſe etiam τῶν ο´. licèt apud eos jam pridem non compareant, & ſub aſteriſco quaſi Aquilæ & Theodotionis, ponantur in Editione Procopii ex MS. Renati Marchali. Ac fortè continebantur in codice quo uſus fuit Theodoritus. COT.

Epiſcopus, & ſanctus Stephanus Condiaconus noſter, apud nos honorati fuerunt. Ii enim ſunt & à Deo beatitudine donati, & à ſanctis viris honore affecti; puri ab omni delicto, inflexibiles ad peccatum, immutabiles à virtute, indubitanter
Pſ. 115. 15. laudabiles; de quibus David dixit; *Precioſa in conſpectu Domini mors ſanctorum ejus:* & Salomon;
Prov. 10. 7. *Memoria juſti cum laude:* de quibus & Propheta
Iſ. 57. 1. in LXX. ait; *Viri juſti tolluntur.*

τίμιον) ὁ μακάριος Ἰάκωβος ὁ ἐπίσκοπος, καὶ ὁ ἅγιος ἡμῶν συνδιάκονος Στέφανος. οὗτοι γάρ εἰσι καὶ ὑπὸ Θεοῦ μεμακαρισμένοι, καὶ ὑπὸ ὁσίων ἀνδρῶν τετιμημένοι, καθαροὶ πάσης πλημμελείας, ἄτρεπτοι πρὸς ἁμαρτίαν, ἀμετάπτωτοι τοῦ καλοῦ, ἀνενδοιάστως πρὸς ἐγκώμια· περὶ ὧν καὶ ὁ Δαβὶδ ἔλεγε· Τίμιος ἐναντίον κυρίου ὁ θάνατος τῶν ὁσίων αὐτοῦ· καὶ ὁ Σολομών· Μνήμη δικαίου μετ' ἐγκωμίων· περὶ ὧν καὶ ὁ προφήτης ἔλεγεν· Ἄνδρες δίκαιοι αἴρονται.

CAPUT IX.

De falſis Martyribus.

ATque hæc dicta ſunt de iis qui verè pro Chriſto Martyrium ſubierunt; non autem de falſis Martyribus; de quibus divinum oraculum
Prov. 10. 7. pronunciat; *Nomen autem impiorum exſtinguitur.*
Prov. 14. 5. *Teſtis* enim, ſeu Martyr *fidelis non mentitur; accendit autem mendacia teſtis iniquus.* Nam qui in Martyrio non fallaciter pro veritate deceſſit, hic eſt verus Martyr ac teſtis, fide dignus in quibus per proprium ſanguinem, verbum pietatis, certando adjuvit.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ θ'.

Περὶ ψευδομαρτύρων.

ΤΑῦτα δὲ περὶ τῶν κατ' ἀλήθειαν ὑπὲρ Χριστοῦ μαρτυρησάντων, εἴρηται, ἀλλ' οὐ περὶ τῶν ψευδομαρτύρων, περὶ ὧν τὸ λόγιόν φησιν· Ὄνομα δὲ ἀσεβῶν σβέννυται. Μάρτυς γὰρ πιστὸς οὐ ψεύδεται· ἐκκαίει δὲ ψευδῆ μάρτυς ἄδικος. Ὁ γὰρ ἐν μαρτυρίῳ ἐξελθὼν ἀψευδῶς ὑπὲρ τῆς ἀληθείας, οὗτος ἀληθινὸς μάρτυς, ἀξιόπιστος ἐν οἷς συνηγωνίσατο τῷ λόγῳ τῆς εὐσεβείας διὰ τοῦ οἰκείου αἵματος.

CAPUT X.

Moralis admonitio; quòd oporteat fugere vanos ſermones, turpiloquia, dicacitates, ebrietatem, laſciviam, & delicias.

MOnemus autem vos, fratres & conſervi, ut fugiatis ſermones vanos, turpes, ac ſcurriles; ebrietates, laſcivias, mores effeminatos, immoderatos impetus, cum ſtultiloquiis: quoniam neque in Dominicis diebus, qui dies lætitiæ dicantur, permittimus vobis quidquam inhoneſti aut loqui aut facere: ait enim alicubi Scriptura;
Pſ. 2. 11. *Servite Domino in timore; & exſultate ei in tremore.* Oportet ergo exſultationes veſtras, cum timore ac tremore peragi. Chriſtianus quippe fidelis, neque cantilenam Ethnicam debet effari, neque canticum meretricium; ſiquidem continget ei, ut inter cantilenam memoret Diabolica Idolorum nomina; & pro Spiritu ſancto, Spiritus nequam invadet eum.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ι'.

Ἠθικὴ παραίνεσις, ὅτι δεῖ φεύγειν ματαιολογίας, αἰσχρολογίας, εὐτραπελίας, μέθην, λαγνείαν, θρύψιν.

ΠΑραινοῦμεν δὲ ὑμῖν ἀδελφοὶ καὶ σύνδουλοι, φεύγειν τὰς ματαιολογίας, καὶ τὰς αἰσχρολογίας, καὶ τὰς εὐτραπελίας, μέθας, λαγνείας, θρύψεις, καὶ τὰς ἀμέτρους * ὀργάς, σὺν ταῖς μωρολογίαις· ὅτι οὐδὲ ἐν ταῖς κυριακαῖς ἡμέραις, τῆς εὐφροσύνης, ἐπιτρέπομεν ὑμῖν ἄσεμνόν τι ἢ φθέγξασθαι, ἢ πρᾶξαι· λέγει γάρ που ἡ γραφή· Δουλεύσατε τῷ κυρίῳ ἐν φόβῳ, καὶ ἀγαλλιᾶσθε αὐτῷ ἐν τρόμῳ. Καὶ τὰς ἀγαλλιάσεις οὖν ὑμῶν, μετὰ φόβου καὶ τρόμου γίνεσθαι χρή. ὁ γάρ τοι Χριστιανὸς ὁ πιστὸς οὐδὲ ᾠδὴν ἐθνικὴν ὀφείλει λέγειν, ἢ ᾆσμα πορνικόν· ἐπεὶ συμβήσεται αὐτῷ, διὰ τῆς ᾠδῆς, εἰδώλων μνημονεύειν ὀνόματα δαιμονικά, καὶ ἀντὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος, εἰσφρήσει ἐν αὐτῷ τὸ πονηρόν.

* al. ὁρμάς

CAPUT XI.

Admonitio, docens fugiendum eſſe Idololatriæ ſcelus abominabile.

INterdictum quoque eſt jurare per Idola, & eorum exſecrabilia nomina ore proferre; aut ea adorare, aut ut Deos vereri. Non enim Dii ſunt; ſed vel mali Dæmones, vel opera per ludibrium facta. Siquidem Deus alicubi de Iſraëlitis dicit;
Jerem. 5. 7. *Dereliquerunt me, & juraverunt in his qui non ſunt*
Zach. 13. 2. *Dii:* & adhuc; *Auferam nomina Idolorum ex ore*
Deut. 32. 21. *eorum:* alióque in loco; *Ipſi ad zelum me provocaverunt in non Diis; & irritaverunt me in Idolis ſuis.* Atque in omnibus Scripturis eadem à Domino Deo prohibentur.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ια'.

Παραίνεσις παιδεύουσα φεύγειν τὸ εἰδωλολατρείας τὸ μύσος.

ἈΠείρηται δὲ καὶ τὸ ὀμνύειν ἐν αὐτοῖς, καὶ τὸ διὰ στόματος αὐτῶν προφέρειν τὰ βδελυκτὰ ὀνόματα, ἢ προσκυνεῖν αὐτοῖς, ἢ φοβεῖσθαι αὐτοὺς ὡς θεούς. οὐ γάρ εἰσι θεοί, ἀλλ' ἢ πονηροὶ δαίμονες, ἢ μεμωκημένα ἔργα. λέγει γάρ που ὁ Θεὸς περὶ τῶν Ἰσραηλιτῶν· Ἐγκατέλιπόν με, καὶ ὤμνυον ἐν τοῖς οὐκ οὖσι θεοῖς· καὶ ἑξῆς· Ἐξαρῶ τὰ ὀνόματα τῶν εἰδώλων ἐκ τοῦ στόματος αὐτῶν· καὶ ἀλλαχοῦ· Αὐτοὶ παρεζήλωσάν με ἐπ' οὐ θεοῖς, παρώργισάν με ἐν τοῖς εἰδώλοις αὐτῶν. Καὶ ἐν πάσαις δὲ ταῖς γραφαῖς ἀπηγόρευται ταῦτα ὑπὸ κυρίου τοῦ Θεοῦ.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ιϛ.

Ὅτι μὴ χρὴ ᾠδὴν ἐθνικὴν ἢ πορνικὴν ᾄδειν, ὅτι ἐπόμνυσθαι εἴδωλον· ἀσεβὲς γὰρ τοῦτο, καὶ τῆς τοῦ Θεοῦ γνώσεως ἐχθρόν.

ΟΥ' μόνον δὲ περὶ εἰδώλων ἀπηγορεύκασιν, ἀλλὰ καὶ περὶ φωστήρων, νομοθετοῦντες παραινοῦσι, μήτε ὀμνύειν ταῦτα, μήτε μὴν λατρεύειν αὐτοῖς. Φασὶ γάρ· Μὴ ἰδὼν τὸν ἥλιον καὶ τὴν σελήνην καὶ τοὺς ἀστέρας, πλανηθεὶς προσκυνήσῃς αὐτοῖς· καὶ ἀλλαχοῦ· Κατὰ τὰς ὁδοὺς τῶν ἐθνῶν μὴ μανθάνετε, καὶ ἀπὸ τῶν σημείων τοῦ οὐρανοῦ μὴ φοβεῖσθε. Τὰ γὰρ ἄστρα καὶ οἱ φωστῆρες εἰς φαῦσιν ἀνθρώποις, ἀλλ' οὐκ εἰς προσκύνησιν ἐδόθησαν· εἰ καὶ οἱ Ἰσραηλῖται μοχθηρίᾳ τρόπου προσκυνοῦσιν ἀντὶ τοῦ κτίσαντος τὴν κτίσιν· τὸν μὲν δημιουργὸν καθυβρίσαντες, τὴν δὲ κτίσιν πλεῖον ἢ δεῖ θαυμάσαντες· καί ποτε μὲν μοσχοποιοῦντες, ὡς ἐν ἐρήμῳ· ποτὲ δὲ τὸν Βεελφεγὼρ προσκυνοῦντες· ἄλλοτε δὲ τὸν Βαὰλ, καὶ τὸν Θαμμοὺζ, καὶ τὴν Σιδωνίαν Ἀστάρτην, καὶ πάλιν τὸν Μολὸχ, καὶ Χαμὼς, καὶ ἄλλοτε τὸν ἥλιον, ὡς παρὰ τῷ Ἰεζεκιὴλ γέγραπται· ἤδη δὲ καὶ ἄλογα ζῶα, ὡς παρ' Αἰγυπτίοις τὸν Ἆπιν, καὶ τὸν Μενδήσιον τράγον· καὶ θεοὺς ἀργυροῦς καὶ χρυσοῦς, ὡς ἐν Ἰουδαίᾳ. Δι' ἅπερ ἅπαντα ἀπειλῶν αὐτοῖς ἔλεγε διὰ τοῦ προφήτου. Μὴ μικρὸν τοῦτο τῷ οἴκῳ Ἰούδα, τοῦ ποιεῖν βδελύγματα ταῦτα, ἃ ἐποίησαν, ὅτι ἔπλησαν τὴν γῆν ἀνομίας, τοῦ παροργίσαι με; καὶ ἰδοὺ αὐτοί εἰσιν ὡς μυκτηρίζοντες. Καὶ ἐγὼ ποιήσω μετὰ θυμοῦ, οὐ φείσεται ὁ ὀφθαλμός μου, οὐδ' οὐ μὴ ἐλεήσω· καὶ κεκράξονται ἐν τοῖς ὠσίν μου φωνῇ μεγάλῃ, καὶ οὐκ εἰσακούσομαι αὐτῶν. Ὁρᾶτε, ἀγαπητοὶ, ὅσα κατὰ τῶν εἰδωλολατρῶν, καὶ τῶν σεβομένων ἥλιον καὶ σελήνην ἀποφαίνεται ὁ Κύριος. Διὸ χρὴ τὸν τοῦ Θεοῦ ἄνθρωπον, ὡς Χριστιανὸν, [18] μήτε ἥλιον ὀμνύειν, μήτε σελήνην, μήτε ἄστρα, μήτε μὴν τὸν οὐρανὸν, ἢ γῆν, ἤ τι τῶν στοιχείων, μικρὸν ἢ μέγα. Εἰ γὰρ ὁ διδάσκαλος περὶ τοῦ ὄντος Θεοῦ παρήγγειλεν ἡμῖν, μὴ ὀμνύειν, ὅπως ὁ λόγος ἡμῶν πιστότερος ᾖ τοῦ ὅρκου, μήτε μὴν τὸν οὐρανὸν αὐτὸν, Ἑλληνικὸν γὰρ τὸ δυσσέβημα, μήτε μὴν Ἱερουσαλὴμ, ἢ τὰ τοῦ Θεοῦ ἅγια, ἢ τὸ θυσιαστήριον, καὶ τὸ δῶρον, ἢ τὸν τοῦ ναοῦ χρυσὸν, ἢ τὴν οἰκείαν κεφαλὴν, Ἰουδαϊκῆς γὰρ διαφθορᾶς ἡ συνήθεια, διὸ καὶ ἀπηγόρευται, εἶναι δὲ τὸ ναὶ, ναὶ, καὶ τὸ οὒ, οὒ, τοῖς πιστοῖς παρεγγυᾷ. Καὶ τὸ τούτων περισσὸν, τοῦ πονηροῦ εἶναι λέγει· πόσῳ μᾶλλον ὑπόδικοι οἱ τὰ ψευδώνυμα εἰς ὅρκια ἐπομνύμενοι, καὶ τὰ νομιζόμενα ἀντὶ τῶν ἀληθῶν δοξάζοντες, οὓς ὁ Θεὸς διὰ μοχθηρίαν παρέδωκεν εἰς ἀβουλίαν, ἐργάζεσθαι τὰ μὴ δέοντα.

CAPUT XII.

Quòd non liceat cantilenam Ethnicam aut meretriciam canere; neque per Idolum jurare: impium enim id eſſe, & cognitioni Dei repugnare.

NOn ſolùm autem Scripturæ vetant de Idolis; ſed & de luminaribus, lege latâ cavent ne quis vel juret per ea, vel ipſis ſerviat. Dicunt enim; *Ne videns ſolem & lunam & ſtellas, errore deceptus adores ea*: & alibi; *Juxta vias Gentium nolite diſcere; & à ſignis cœli nolite metuere.* Nam aſtra & luminaria data ſunt hominibus, ut luceant, non autem ut colantur: licèt Iſraëlitæ morum pravitate, creaturam pro Creatore adoraverint; mundi quidem fabricatorem contumeliâ afficientes, fabricæ verò pluſquàm oportuit admiratione capti: & aliquando quidem Vitulum facientes, ut in deſerto; aliquando verò adorantes Beelphegorem; alias autem Baalem, & Thammuzum, & Sidoniam Aſtarten, rurſuſque Molochum ac Chamoſum; & interdum ſolem, ut apud Ezechielem ſcriptum eſt: inſupérque animalia rationis expertia, ut apud Ægyptios Apim, atque hircum Mendeſium; item Deos argenteos atque aureos, ut in Judæa. Propter quæ omnia minitans eis Dominus ait per Prophetam; *Numquid parum eſt hoc domui Juda, facere abominationes iſtas, quas fecerunt; quia repleverunt terram iniquitate, ut irritarent me? Et ecce ipſi ſunt quaſi ſubſannantes. Et ego faciam cum furore; non parcet oculus meus, neque miſerebor: & clamabunt in auribus meis voce magnâ, & non exaudiam eos.* Videte, cariſſimi, quanta adversùs Idololatras, & ſolis ac lunæ cultores pronunciet Dominus. Quare oportet Dei hominem, tamquam Chriſtianum, neque jurare per ſolem, neque per lunam, neque per aſtra; neque etiam per cœlum, vel terram, vel aliquod elementum, parvum ſive magnum. Si enim Magiſter propter verum Deum edixit nobis, non jurare, ut ſermo noſter certior ſit juramento; neque quidem per cœlum ipſum jurare, quia Gentilis impietatis eſt; neque verò per Hieroſolymam, vel per ſancta Dei, aut altare, ac donum, aut templi aurum, vel per proprium caput; Judaïcæ enim corruptionis eſt conſuetudo, ideoque interdicta fuit; præcipit autem, fidelibus *ſermonem* eſſe, Etiam, Etiam, &, Non, Non; quódque hæc excedit, mali eſſe declarat: quanto magis rei ſunt qui jurant per falsò cognominata, tamquam ea jurijurando præſideant; & cogitatione tantùm exſiſtentia pro veris colunt; quos Deus tradidit pravitatis ergo in conſilii inopiam, ut operentur quæ non oportet.

Deut. 4. 19.
Jer. 10. 2.
Laudat. Cedrenus Vide Teſtum. Vet.
Ex. 32. 4.
Num. 25. 3.
Judic. 2. 13.
Ezech. 8 14.
3 *Reg.* 11. 5.
Ezech. 8. 16.
Ezech. 8. 17.
Mat. 5. 34. & 23. 16.
Rom. 1. 28.

C A-

18. *Μήτε ἥλιον ὀμνύειν*, &c.] Per cœlum, cœleſtia, terram, cæteras creaturas, perque caput ſuum aut carorum jurare ſoliti Judæi, Ethnici, Chriſtiani. Quæ juramenta utramque librorum paginam implent. Philonis Judæi elegantem locum initio Operis de ſpecialibus legibus non aſſecutus eſt Interpres. [illegible] (inquit alter Plato) [illegible] & cætera: in quibus permittit jurare terram, ſolem, aſtra, cœlum, & mundum. Verti debuit, *In Legibus*, (Geneſeos XXXI. 53.) *quidam ex priſcis illis, quorumque ſapientia maximam admirationem fecit, perſcribitur jurare per timorem patris ſui: pro utilitate (opinor) poſterorum, & propter neceſſarium documentum, ut homines honorent parentes ſuos eo quo decet modo, ament eos tamquam beneficos, ac revereantur velut à natura conſtitutos principes; neve temere Deum nominare audeant.* In Pœnitentialibus Judaicis; *Poſtea admonebitur ne juret etiam pro veritate, neque per Legem, neque per animam patrum ſuorum. Verùm vovebis per vitam capitis ſui.* Apud Athenæum verò lib. 2. conſuetudo jurandi per caput, refertur ad opinionem veterem de capite inter res ſacras numerato. Notum illud Sophoclis in Menalippa;

ὄμνυμι δ' ἱερὸν αἰθέρ' οἴκησιν Διός.

Item Euripidis in Medea;

ὄμνυμι γαῖαν λαμπρὸν ἡλίου τε φῶς.

De Chriſtianis denique lege ſis Canonem 61. Concilii Carthaginenſis 4. Epiphanium in Hæreſi Oſſenorum num. 1. Synodum Trollanam cap. 11 & Nicolaum Papam cap. 67. Reſponſorum ad Bulgarorum Conſulta: atque ad hunc poſtremum nota de juramento per templum; quemadmodum & in libello Pœnitentiali Græco qui per Johannem Morinum vulgatus fuit, p. 120. B. COT.

89. Ed-

CAPUT XIII.

Enumeratio Feſtorum Domini, quæ oportet obſervare; & quando eorum unumquodque debeat celebrari.

Citat. Anaſtaſius, Quæſt. 64. DIes feſtos obſervate, fratres; ac primum quidem diem Domini Natalem; qui à vobis celebretur vigeſimâ quintâ noni menſis. Poſt hunc diem, dies Epiphaniæ ſit vobis maximè honorabilis, in quo Dominus nobis divinitatem ſuam patefecit; is autem agatur ſextâ decimi menſis. Poſt quos dies, ſervan-

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ιγ'.

Κατάλογος τῶν κυρίων ἑορτῶν, ἃς δεῖ φυλάσσειν· καὶ πότε τούτων ἑκάστην ὀφείλει ἐπιτελεῖσθαι.

ΤΑ'ς ἡμέρας * τῶν ἑορτῶν φυλάσσετε, ἀδελφοί, καὶ πρώτην γε τὴν γενέθλιον, ἥτις * ὑμῖν ἐπιτελείσθω [29] εἰκάδι πέμπτῃ τοῦ ἐνάτου μηνός. μεθ' ἣν ἡ * [30] Ἐπιφάνιος ὑμῖν [31] ἔστω τιμιωτάτη, καθ' ἣν ὁ Κύριος ἀνάδειξιν * ὑμῖν τῆς οἰκείας θεότητος ἐποιήσατο· γινέσθω δὲ αὕτη [32] ἕκτῃ τοῦ δεκάτου μηνός. μεθ' ἃς ὑμῖν φυλακ-

* in Anaſt. τῶν κυρίων * f. ὑμῖν * Anaſt. ἐπιφανίου * f. ὑμῖν

---

29. Εἰκάδι πέμπτῃ τοῦ ἐνάτου μηνός] *Vigeſimâ quintâ noni menſis.* Hoc eſt, Decembris: ut patet ex cap. ſequenti & 17. ac ex illo loco Conſtitutionibus attributo quem in Nota præliminari ad hos libros poſui. *Ab æquinoctio vernali,* ait Auctor Operis imperfecti, ad Matth. XXIV. 32. *duodecimi menſis incipiunt paulatim tepeſcere aëres per ſingulos dies, uſque ad menſem tertium, & dies fieri noctibus longiores. Item ab æquinoctio autumnali menſis ſeptimi incipiunt paulatim iterum frigeſcere aëres per ſingulos dies, & noctes fieri longiores diebus, uſque ad menſem nonum, quando celebratur Chriſti Natalis.* Ea conſuetudo, ea ſententia, quæ nunc obtinet, ſtatuendi feſtum & diem Natalis Dominici 25. Decembris, ſeu VIII. Calendas Januarias, à multis fusè explicata fuit, nec lucem à me exſpectat. De contrariis verò legere licet præſertim Clementem Alexandrinum Strom. 1. p. 340. Epiphanium Hæreſi 50. n. 24. 27. 29. Photium Codice 232. Euthymii Panopliam P. 2. tit. 20. & Johannem Nicænum Epiſtolâ de Chriſti nativitate. Tom. 2. Auctarii Combefiſiani. Quare ſupereſt ut pro more quæ in MSS. codicibus inedita reperi, in gratiam Lectorum adjiciam. Sunt autem duæ Chronologicæ obſervationes de Chriſto. Prima in Libro Regio 1474.

Lege ſuprà & infrà ad cap. 14.

Γνῶναι ὅτι ὁ εὐαγγελισμὸς γέγονεν ἐν ἔτει ͵εφε'. ἡμέρᾳ κυριακῇ, Μαρτίῳ κε'. ἡ δὲ γέννησις τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ γέγονεν ἐν ἔτει ͵εφς'. Δεκεμβρίῳ κε'. ἡ δὲ σταύρωσις τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ γέγονεν ἐν ἔτει ͵εφλθ'. κύκλῳ σελήνης δεκάτῳ, ἡλίου δὲ εἰκοστῷ τρίτῳ. ἦν δὲ τὸ πάσχα τῶν Ἰουδαίων, Μαρτίῳ κδ'. ἡμέρᾳ σαββάτῳ.

Sciri debet quòd Annunciatio facta eſt anno 5505. die Dominicâ, Martii 25. Nativitas vero Domini noſtri Jeſu-Chriſti contigit anno 5506. Decembris 25. At ejuſdem Domini crucifixio evenit anno 5539. circulo Lunæ decimo, Solis autem circulo vigeſimo tertio. Erat porro Paſcha Judæorum Martii 24. die Sabbati.

Altera in alio Libro ejuſdem Bibliothecæ, num. 1819.

Locus videtur corruptus & tranſpoſitus. Lege verſionem, & Chron. Alex. p. 332.

Γνῶθι δὲ τοῦτο πάντων, ὅτι τῇ κε'. τοῦ Δεκεμβρίου μηνὸς ἐν ἔτει ͵εφς'. [illegible] γέγονεν ἡ σάρκωσις τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. [illegible] Ἰωάννου [illegible] ἡμέρας μ'. [illegible] τῇ κδ'. τοῦ Φευρουαρίου μηνός. [illegible] τοῦ κυρίου. ἐν ἔτει ͵εφλθ'. [illegible] τῇ κγ'. τοῦ Μαρτίου μηνὸς [illegible] τῇ ἑορτῇ τῶν Ἰουδαίων, [illegible] τῇ κε'. τοῦ αὐτοῦ μηνὸς, [illegible] τοῦ Μαΐου μηνὸς, ὥρᾳ θ'. [illegible] ἡμέρας [illegible] αὐτοῦ ἀναστάσεως.

Id verò ab omnibus ſciendum eſt, quòd 25. menſis Decembris, anno à creatione mundi 5506. acciderit Incarnatio Domini noſtri Jeſu-Chriſti. Natus autem eſt die 2. horâ 10. noctis, illuceſcente die 3. Et cùm eſſet annorum triginta baptizatus eſt à Johanne, 6. Januarii menſis, horâ 7. diei. At poſt Baptiſma jejunavit dies 40. atque ſuſtinuit tentari à Diabolo, 14. Februarii menſis. Obtigit autem ſalutaris paſſio Domini, anno 5539. Cæterum cunctis annis vitæ Chriſti in carne, 33. Die Martii 23. cruci affixus eſt, 14. Lunæ die, in Paraſceve & Judæorum feſto, horâ 6. Reſurrexitque 25. ejuſdem menſis, horâ 6. noctis. Et aſſumptus eſt in cælos 3. Maii, horâ nonâ diei, poſt quadraginta dies à Reſurrectione ſuâ. COT.

30. Ἡ Ἐπιφάνιος.] Niconis Pandectes inediti λόγῳ ο̕ζ'. τὴν ἐπιφάνειαν. Anaſtaſii Quæſtiones excuſæ, τὴν ἐπιφάνειαν at manu ſcriptæ in Bibliotheca Regis, τὴν ἐπιφάνειαν, Cod. 2326. 1789. τὴν ἐπιφάνειαν, Cod. 200. ut in Typico fol. 235. & τὴν ἐπιφάνειαν, Cod. 1110. 2147. Vide infrà lib. 8 cap. 33. Epiphaniorum & Epiphaniæ, Theophaniorum & Theophaniæ nomina ambigua ſunt apud Auctores. Interdum enim pro uno eodemque feſto ſumuntur: ut in Codino, in libro Sacramentorum S. Gregorii, in libro de divinis Officiis qui Alcuino tribuitur, & in Ordine Romano. Unde Codex viri clariſſimi Claudii Joli loco tituli Orationis 39. Gregorii Nazianzeni, εἰς τὰ ἅγια φῶτα τῆς ἐπιφανείας. oſtendit, εἰς τὰ ἅγια θεοφάνια. & ejuſdem Patris Oratio 38. εἰς τὰ θεοφάνια, inſcribitur à Rufino Interprete, *De Epiphaniis*, citaturque à Leone Papa Epiſt. 97. cap. 9. *De Epiphania.* In Catalogo autem Gennadii cap. 21. 40. 58. Editiones variant de nomine Theophaniæ ſeu Epiphaniæ. Interdum verò dicta nomina duos feſtos dies ſignificant. Quare Theodorus Studita Catecheſim Poſt Lumina, quæ inter Latinè caſas trigeſima ſeptima ita eſt, orditur in Codice Regio 2340. αἱ ἱεραὶ αὗται παρῆλθον, νῦν θεοφάνεια, νῦν ἐπιφάνεια. (MS. 2376. νῦν θεοφάνεια καὶ ἐπιφάνεια.) Hoc eſt, Interprete Livineio, *Jam feria tranſiêre, tum Natalis, tum Epiphania.* Aliquando ſunt Natale Domini; aliquando dies Baptiſmi Chriſti, & adorationis Magorum. Sic invenias pro γενεθλίοις. τὰ θεοφάνια & θεοφάνεια apud Baſilium Homil. 25. Nazianzenum Orat. 39. Epiphanium Hæreſ. 51. n. 29. Iſidorum Pelufiotam lib. 3. Epiſt. 110. & τὰ ἐπιφάνια apud Epiphanium ibidem n. 16. 27. ac in Expoſitione fidei n. 22. Chryſoſtomum ſerm. 36. de diverſis, & Suidam. Contrà verò pro altero feſto τὰ θεοφάνια leges in Chryſoſtomo Homil. de S. Philogonio, in eo qui putatur Gregorius Thaumaturgus ſerm. 4. in Epiphaniana Oratione de Chriſti Aſſumptione, S. Proclo Orat. 7. in Georgio Alexandrino de vita Chryſoſtomi n. 30. in Calendario Græcorum, & alibi; Theophaniam autem in S. Gregorio Homil. 38. in Evangelia, Amalario lib. 4. cap. 33. Martyrologio Wandalberti, & Capitulis Ahytonis. Denique Epiphaniæ & Epiphaniorum nomine hoc ſecundo ſenſu nihil uſitatius. Immò juxta S. Chryſoſtomum Homiliâ de Baptiſmo Chriſti, dies nativitatis Dominicæ non appellatur ἐπιφάνεια. Et S. Hieronymus initio Commentariorum in Ezechielem, hanc acceptionem Epiphaniorum videtur improbare; quia in Natali Chriſtus abſconditus eſt, & non apparuit. Latini Apparitionem, Oſtenſionem, & Manifeſtationem Domini nuncupârunt. Atque propter ea quæ diximus, Epiphania diviſa fuit in primam & ſecundam. *Duæ ſunt autem Epiphaniæ*: ait Iſidorus Originum VI. 18. *prima, in qua natus Chriſtus paſtoribus Hebræorum Angelo nunciante apparuit: ſecunda, in qua ex gentium populo ſtellâ indice præſepis cunabula Magos adoraturos exhibuit.* Cui partitioni ſuffragatur Rufinus, dum Gregorii Nazianzeni Orationi 39. titulum facit, *De ſecundis Epiphaniis*, in Codice Divionenſi, quem ad Vigilium Tapſenſem laudat Chiffletius, cujuſque lectionem confirmat Hadrianus Papa ſcribens ad Carolum magnum pro Synodo Nicæna 2. per citationem hujuſmodi; *item S. Gregorii Theologi de ſecundis Epiphaniis.* Pari verò ratione Natale Dominicum dividi poteſt in prius ac poſterius, ex loco proximâ Notâ laudando, & ex Sermone Ambroſiano 17. quem conſulat ſtudioſus Lector. Ibid.

31. Ἔστω τιμιωτάτη] Hinc fortè Æthiopes in Confeſſione fidei ſuæ adeo extollunt hoc feſtum Epiphaniorum Domini. *Nec prætereundum eſt*, appoſitè dicitur in Ordine Romano, & in Libro de Officiis divinis, *quod hæc ſecunda Nativitas Chriſti tot illuſtrata myſteriis, honoratior ſit quàm prima.* Quibus haud abſimilia Proclus Oratione in ſancta Theophania, qui dicitur Epiphanius Oratione in Domini Aſſumptionem, & Ambroſius in Sermone 18 Vide clariſſimum Allatium de Dominicis & Hebdomadibus Græcorum p. 1471. Ibid.

32. Ἕκτῃ τοῦ δεκάτου μηνός.] Ita ſemper Latini; & ferè omnes alii. Exceptis Baſilidianis, apud Alexandrinum Clementem Strom. 1. p. 340. memoratis, qui XV. menſis Tybi hoc feſtum celebrabant, id eſt, X. Januarii; cùm quidam in Tybi XI. Januarii VI. rectè Baptiſmum Chriſti collocarent. Excepto præterea S. Epiphanio, cujus peculiaris ſententia. de Chriſto baptizato die 8. Novembris, exſtat

in

in Panario Hær. 51. n. 16. 24. & 28. Item Aſianis, circa quorum ritum Theophania peragendi Januar. V. operæ pretium fuerit legere præclaram obſervationem Jac. Uſſerii, de anno ſolari Macedonum & Aſianorum Lib. 2. Cæterùm præſens locus exigit, ut ſaltem paucis agatur de celebri illa confuſione ſolemnitatum Natalis & Epiphaniæ, apud Hieroſolymitanos, Orientales, Ægyptios, & Armenios: cujus perturbationis in genere mentionem facit Auctor Homiliæ de Epiphania Domini, Parte 2. Operum Origenis. Quò & referendus forſan Ammiani Marcellini lib. 21. de Juliano Apoſtata locus; *Feriarum die, quem celebrantes menſe Januario Chriſtiani Epiphania dictitant, progreſſus in eorum Eccleſiam ſollemniter Numine orato diſceſſit.* collatus cum verbis Zonaræ Tom. 3. Annalium; *αὐτὸς δὲ τὴν γενέθλιον τοῦ σωτῆρος ἡμέραν ἑορτάζουσιν εἰσῆλθεν εἰς τὸν ναὸν, καὶ σχηματισάμενος ἵνα ὀφθῇ τοῖς στρατιώταις δῆθεν εὐξάμενος.* Ipſe verò Julianus *natali Salvatoris die, Eccleſiam ingreſſus, cùm adoraſſet, quò ejuſdem cum militibus religionis eſſe videretur, diſceſſit*, ut idem dies, Marcellino ſit Epiphania, Zonaræ Natalis. Quamquam quid vetat, ut à Juliano Eccleſia bis adita fuerit, & in utroque feſto? cùm in Galliis tunc verſaretur, ubi more Occidentali dies illi ſeparatè obſervabantur. Itaque quod attinet ad Hieroſolymitanos; quantum colligi datur ex Opere fabuloſo Johannis Archiepiſcopi Niceni, videntur illi, quando VI. Januarii feſtum ipſis erat tam Natale quàm Baptiſma Domini, commenti fuiſſe Conſtitutionem Apoſtolicam Jacobi primi Hieroſolymorum Epiſcopi ſuper ea re: cùm verò mutaverunt errorem veritate, aliam excogitâſſe fabellam, nimirum Epiſtolam Hieroſolymitani Epiſcopi ad Julium Romanum Pontificem, quæ cauſſa extiterit mutationis in melius. Is Epiſcopus à Niceno Cyrillus appellatur. At in Codice Regio 696. è quo doctiſſimus Combefiſius Johannis illius Niceni Opuſculum publicavit, habetur ejuſdem rei altera narratiuncula non paullum diverſa, ubi Epiſcopus ille dicitur Juvenalis: immani quidem Metachroniſmo, ſi tempora Julii ſpectes; ſed in quo tamen nonnihil eluceat veritatis. Siquidem ex Baſilii Seleucienſis Laudatione S. Stephani, quæ etiam Combefiſii operâ & diligentiâ lucem aſpexit, conſtat à Juvenali Natale Dominicum celebrari cœptum, ſeparatim (ut interpretor) à die Epiphaniorum. Quocirca (id quoque obiter monebo) neceſſe eſt ut ante hoc Baſilii Encomium habita fuerit Latini Auctoris Homilia de Nativitate Domini ad Luc. II. quam in Latinis Chryſoſtomi Editionibus reperies: nam ſecundùm illam tunc temporis adhuc & ſola Hieroſolymitana provincia in Epiphaniis Chriſtum natum arbitrabatur. Quia autem fabellæ ineditæ memini, ex ea verò lucem accipiet tam Johannis Niceni Epiſtola, quàm Theoriani Legatio ad Armenios, non pigebit illam ſubdere.

Ἀναγκαία διήγησις.

Τῷ μὲν πάλαι χρόνῳ, ἐν μιᾷ ἡμέρᾳ ἑώρταζον οἱ Χριστιανοὶ Χριστοῦ γέννησιν καὶ φῶτα. ἔγραψε δὲ ὁ πατριάρχης Ἱεροσολύμων Ἰουβενάλιος τῷ πάπᾳ Ῥώμης Ἰουλίῳ περὶ τούτου, ὅτι οὐ δύναμαι ἐν μιᾷ ἡμέρᾳ ἀπαντῆσαι εἰς Βηθλεὲμ καὶ εἰς Ἰορδάνην. ὁ γὰρ Ἰορδάνης ἀπέχει τῆς πόλεως Ἱερουσαλὴμ, πρὸς ἀνατολὰς, μίλια κε΄. ἡ δὲ ἁγία Βηθλεὲμ πρὸς νότον τῆς πόλεως μίλια ϛ΄. καὶ οὐ δύναμαι ἐν μιᾷ ἡμέρᾳ τὰς δύο ἑορτὰς ἀποτελεῖν· παρακαλῶ οὖν τὴν σὴν ὁσιότητα, πάτερ, ἵνα ἐρευνήσῃς τὰ ὑπομνήματα, καὶ ἀκριβῶς ἡμῖν ἀναγγείλῃς διὰ γραφῆς σου, τίμιε, τὴν ἀληθινὴν ἐρεύνησιν, ἐν ποίᾳ ἡμέρᾳ ἐτέχθη Χριστὸς ὁ κύριος, καὶ ἐν ποίᾳ ἡμέρᾳ ἐβαπτίσθη. οἴδαμεν γὰρ ἀκριβῶς ὅτι τὰ ἐξ ἀρχῆς ὑπομνήματα ἐξ Ἱεροσολύμων ἐν τῇ Ῥώμῃ ἐνηνέχθησαν ὑπὸ Τίτου καὶ Οὐεσπασιανοῦ. δεξάμενος τὴν γραφὴν δὲ ταύτην Ἰούλιος ὁ πάπας Ῥώμης, ἐρευνήσας τὰ ὑπομνήματα, εὗρεν ὅτι τῇ εἰκοστῇ πέμπτῃ τοῦ Δεκεμβρίου ἐγεννήθη ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς, καὶ μετὰ τριάκοντα χρόνους τῆς αὐτοῦ γεννήσεως ἐβαπτίσθη ὑπὸ Ἰωάννου ἐν τῷ Ἰορδάνῃ ποταμῷ, τῇ ϛ΄. τοῦ Ἰαννουαρίου μηνός. κατὰ τὴν ἔρευναν οὖν ταύτην χωρίσαντες οἱ πατέρες τὴν ἑορτὴν, γογγυσμὸς ἦν ἐν τοῖς πολλοῖς. ἦν δὲ τῷ τότε καιρῷ καὶ Γρηγόριος ὁ θεολόγος ἐν τῇ Κωνσταντινουπόλει, καὶ ἦν τοῖς πολίταις γογγυσμὸς οὐκ ὀλίγος. ὡς τεμόντα τὴν ἑορτὴν λέγοντες, ὅτι ἔτεμες τὴν ἑορτὴν, καὶ εἰς πο-

Hinc ſupple in Johanne Niceno.

Necessaria Narratio.

Priori tempore Chriſtiani uno eodemque die celebrabant Chriſti Nativitatem, & Lumina. Scripſit autem Patriarcha Hieroſolymitanus Juvenalis ad Julium Papam Romanum ea de re: Non poſſum unâ die conferre me ad Bethlehem & ad Jordanem. Etenim Jordanis diſtat ab urbe Hieruſalem, ad Orientem, milliaribus 25. ſancta verò Bethlehem ad Auſtrum civitatis milliaribus ſex: nec poſſum eâdem die duo feſta peragere. Rogo itaque ſanctitatem tuam, Pater, ut ſcruteris commentaria, & des nobis in accuratâ diſquiſitione per ſcriptum tuum (venerande) ejus rei notitiam, quo die natus ſit Chriſtus Dominus, & quo die baptizatus. Probè enim ſcimus, Commentarios ob initio libros è Hieroſolymis Romam delatos fuiſſe per Titum & Veſpaſianum. His litteris acceptis Julius Papa Romæ, inveſtigavit Commentarios, invenitque quòd 25. Decembris natus eſt Dominus noſter Jeſus Chriſtus, & poſt annos 30. à nativitate ſuâ baptizatus eſt à Johanne in Jordane fluvio, 6. menſis Januarii. Juxta hanc ergo inveſtigationem cùm Patres feſtum diviſiſſent, inter multos ortum eſt murmur. Erat autem tunc temporis Conſtantinopoli Gregorius Theologus; nec parum murmurabant cives quaſi in eum qui feſtum diviſiſſet; dicebantque; Feſtum diviſiſti, & ad Deorum multitudinem nos conjeciſti. Ideo Gregorius Orationem, hanc compo-

ſuit; Rurſus Chriſtum feſto celebrans prædico; non Gentilium myſteria; vana quippe ſunt & falsò conficta; eaque fabulas appello, appellabitque omnis vir prudens. Atque hac de cauſſa Gregorius Theologus iſta tradidit, manifeſtam faciens tum ſuam ſollertiam, tum ignorantiam hominum, quòd fabulis & portentis attenderent, & umbrâ deciperentur, errorem que ſuum in gloriam perditionis haberent. Nos porrò Chriſtum Deum noſtrum inter tres perſonas indiviſè adorantes, Deum ac hominem eum eſſe docentes, glorificemus, cum principio carente Patre illius, cum ſanctiſſimo, optimo, & vivifico Spiritu, nunc &c.

λυθείσης ἡμῶν ἐσώζετο. Διὰ τοῦτο αὐτὸς ὁ λόγῳ τούτῳ ἐξήλεγξεν, ὅτι μάλιστα Χριστοῦ ἑορτὴν ἄγοντες, οὐ τὰ τῶν Ἑλλήνων μυστήρια· μῦθοι γάρ εἰσι καὶ ψευδολογίαι, καὶ μύθους αὐτὰ ὀνομάζω, καὶ πᾶς ἐχέφρων· καὶ διὰ τὸ αἴτιον ἐξέθετο ταῦτα ὁ θεολόγος Γρηγόριος, τὴν * αὐτοῦ ἀγχίνοιαν δηλοποιῶν, καὶ τὴν ἀγνωσίαν τῶν ἀνθρώπων, ὅτι μύθοις καὶ φάσμασι προσεῖχον, καὶ σκιᾷ ἐφενακίζοντο, καὶ τὴν πλάνην αὐτῶν κατεῖχον τῆς ἀπωλείας δόξαν. ἡμεῖς δὲ Χριστὸν τὸν θεὸν ἡμῶν ἐν τρισὶν ὑποστάσεσιν ἀδιαιρέτως προσκυνοῦντες, θεὸν καὶ ἄνθρωπον αὐτὸν δογματίζοντες, δοξάζωμεν, σὺν τῷ ἀνάρχῳ αὐτοῦ πατρὶ, σὺν τῷ παναγίῳ καὶ ἀγαθῷ καὶ ζωοποιῷ πνεύματι, νῦν καὶ

Initium Orat. 39. ex ſenſu.

* f. αὐτοῦ

Ab Hieroſolymitanis venio ad Ægyptios, tranſiliis Orientalibus, de quibus habeo nihil, præter vulgare teſtimonium B. Chryſoſtomi Homiliâ in Natalem Domini, Tom. 5. Ægyptii, referente Caſſiano Collatione 10. cap. 2. cujus locus citatur ab Iſidoro lib. 1. de Offic. Eccleſiaſt. cap. 26. diem Epiphaniorum definiebant diem Baptiſmi Dominici & Dominicæ Nativitatis. Unde forſan Timotheus ille Epiſcopus qui à Gennadio dicitur compoſuiſſe librum de Nativitate Domini, quam credebat in Epiphania factam, eſt Timotheus Alexandrinus. Ac neſcio an non ad eumdem errorem pertineat illud quod ex Ægyptiacis Conſtitutionibus citat Abrahamus Ecchellenſis in Notis ad Præfationem Arabicam Concilii Niceni; *In die autem Nativitatis & Epiphania, eo tempore quo Concilium Nicænum coactum eſt, præceperunt ejus Patres, ut noctu celebretur Miſſa.* Sed quòd Ægyptii, vivente adhuc Caſſiano, rectam ſententiam amplexi ſint, & Natale Domini celebrare cœperint 25. Decembris, ſeu ut ipſi computabant 29. menſis Chœac, diſcimus ex titulo Homiliæ Pauli Emiſeni, habitæ in civitate Alexandrina coram S. Cyrillo, Concilii Epheſini Parte 3. cap. 31. Deinque in Armeniorum errore, corrigas velim ex Euthymio & aliis Nicephorum Hiſt. Eccleſ. lib. 18. cap. 53. *ἀθετοῦντες δὲ καὶ τὴν κατὰ σάρκα γέννησιν τοῦ Χριστοῦ, καὶ ὡς φαντασιώδη γεγονέναι λέγοντες, οὐχ ὡς ἡμεῖς ἀνὰ μέρος, ἀλλὰ πρὸ τῆς ϛ.* (immò ε΄) *τοῦ Ἰαννουαρίου μηνὸς παρεκτείνοντες τὴν νηστείαν, τὸν εὐαγγελισμὸν ὁμοῦ καὶ τὴν γέννησιν καὶ τὸ βάπτισμα ἑορτάζουσι. Atque fidem etiam nativitati Chriſti ſecundùm carnem denegantes, & eam velut in ſpeciem tantum, phantaſmatis inſtar factam eſſe dicentes, non ſicut nos per intervalla particulatim, ſed ad quintam Januarii menſis diem jejunium extendentes, Annunciationem ſimul & Nativitatem & Baptiſma celebrant.* En Græca Euthymianæ Panopliæ; *ἀθετοῦντες οὖν τὴν κατὰ σάρκα γέννησιν τοῦ Χριστοῦ, καὶ τὸ τῆς ἀληθοῦς ἐνανθρωπήσεως μυστήριον, καὶ φαντασιώδη γεγονέναι τοῦτο λέγοντες, οὐχ ὅτι ἡμεῖς τὸν εὐαγγελισμὸν τῆς θεοτόκου ἑορτάζομεν, ἑορτάζουσιν, ὅτε πρὸ τῆς εἰκάδος πέμπτης τοῦ Μαρτίου μηνὸς, ὡς οἱ θεοφόροι πατέρες παραδεδώκασιν, ὁ μέγας Ἀθανάσιος, καὶ Ἰωάννης ὁ Χρυσόστομος, καὶ οἱ κατ' ἐκείνους καὶ μετ' ἐκείνους· ἀλλ' ἐν τῇ πέμπτῃ τοῦ Ἰαννουαρίου μηνὸς, ἐν βραχεῖ πάνυ καιρῷ φαντασιωδῶς τε καὶ ἀμυδρῶς τὸν εὐαγγελισμὸν καὶ τὴν Χριστοῦ γέννησιν καὶ τὸ βάπτισμα ἑορτάζειν ὑποκρίνονται. Iſti qui Chriſti ortum in carne, veræque humanitatis aſſumptæ myſterium rejiciunt, commentitiumque ac ſimulatum fuiſſe dicunt, non eodem quo nos die celebramus Dei genitricis Annunciationem celebrant, nimirum 25. menſis Martii; ut tradiderant divini Patres, magnus Athanaſius, & Johannes Chryſoſtomus, & qui eodem tempore, quique poſt eos fuerunt: ſed quintâ Januarii menſis, in brevi omnino tempore imaginariè ac obſcurè tum Annunciationem, tum Chriſti Nativitatem & Baptiſmum celebrare ſe fingunt.* Quo loco in S. Athanaſio, utpote Ægyptio, errare arbitror Euthymium; deceptum videlicet Opere Pſeudepigrapho Quæſtionum ad Antiochum ἄρχοντα, vel ut habent Codices regii 1026. 1316. δοῦκα, Quæſtione 34. de Conceptione 25. Martii. Johannes Epiſcopus Citri in Reſponſis ad Epiſcopum Dyrrachii Cabaſilam, quæ leguntur poſt Matthæi Monachi Nomocanonem, Codd. Regiis 912. 2381. 2419. & Codice Joliani;

Non jejunamus in Dodecahemero, ad ſubverſionem jejunii Armeniorum. Ii enim bis 12. diebus ante feſtum Luminum jejunant, ſicque tria feſto 5. Januarii menſis conjunctè celebrant: Annunciationem inquam, Chriſti Natale, & Baptiſmum. Quin potiùs obſcurè & adumbratè ita ponunt, ex impura opinione Hæreſiarchæ ſui, nomine Ichanis, qui Verbi Dei Incarnationem phantaſiâ non autem veritate factam eſſe dicit.

Καταλύομεν ἐν τῷ δωδεκαημέρῳ, εἰς ἀνατροπὴν τῆς Ἀρμενίων νηστείας. οὗτοι γὰρ τὸ πρὸ τῶν φώτων δωδεκαήμερον νηστεύοντες, ὕστερον ἐν τρισὶν ἑορταῖς τῇ πέμπτῃ τοῦ Ἰαννουαρίου μηνὸς συνημμένως ἐπιτελοῦσι τὸν εὐαγγελισμὸν φημὶ, τὴν τοῦ Χριστοῦ γέννησιν, καὶ τὴν βάπτισιν. μᾶλλον γὰρ ἀμυδρῶς πως καὶ σκιωδῶς τῇ ἀλαθεῖ καὶ μιαρᾷ δόξῃ τοῦ σφῶν αἱρεσιάρχου Ἰχανὸς αὐτῶν ὀνομαζομένου τιθέασι φαντασίᾳ καὶ οὐκ ἀληθείᾳ τὴν τοῦ θεοῦ λόγου ἐνανθρώπησιν λέγοντος γεγονέναι.

Vide in Typico, f. 136. 137.

Quibus iſta addis, non quidem huc facientia, ſed ſpectantia pariter ad Armenios, nec relatu indigna;

* Ita leg. in Jure Græco-Rom. p. 388. l. 7.

Καταλύομεν καὶ τὴν * πρὸ * τῆς ἀπόκρεω ἀπονηστευομένην ἑβδομάδα. ἐπειδὴ καὶ ἑτέρα [illegible] τῶν αὐτῶν Ἀρμενίων ἀνάστατος ἐστὶν αὕτη. νηστεύουσι γὰρ [illegible] διὰ τὴν ἀπώλειαν τοῦ κυνὸς, ᾧ ἐπώνυμον ἦν Ἀρτζιβούρτζιος. διὰ τὸ προτρέχειν καὶ μηνύειν οἷα ἐν πόλεσι καὶ κώμαις ἐπιδημίαν τοῦ διδασκάλου αὐτῶν Σεργίου. τὸ γὰρ Ἀρτζιβούρτζιος τῇ τῶν Ἀρμενίων διαλέκτῳ, Μανδάτωρ ἑρμηνεύεται. Ὃν θρηνήσας ὁ Σέργιος ὑπὸ θηρίων βρωθέντα, ἐπέταξε πᾶσι τοῖς Ἀρμενίοις νηστεύειν ἐν ταῖς ἡμέραις ταύταις ὑπὲρ τῆς τοῦ κυνὸς τελευτῆς, καὶ κατ' ἔτος πενθεῖν καὶ σκυθρωπάζειν. εἰ καὶ συγκαλύπτειν τὸ αἰσχρὸν μηχανώμενοι, εἰς μνήμην τῆς τῶν Νινευιτῶν νηστείας ἰσχυρίζονται ταύτην ἐπιτελεῖν.

Non jejunamus quoque totam hebdomadem quæ Carniſprivium præcedit; eo pacto aliam pravam eorumdem Armeniorum conſuetudinem abrogantes. Hi namque etiam tum jejunant, ob interitum canis, cui nomen erat Artzibartzius, eò quod præcederet, ac adventum Doctoris eorum Sergii in urbibus & vicis indicaret: Artzibartzius enim Armeniorum linguâ Maudatot *exponitur: quem canem Sergius cum à feris devoratum lugeret, injunxit cunctis Armeniis, ut illis in diebus pro canis obitu jejunarent, ſingulisque annis mærerent & contriſtarentur. Quamquam nituntur rei turpitudinem velare, contenduntque ſe in memoriam jejunii Ninivitarum iſtud obſervare jejunium.*

Atque hæc ſufficiebant: ſi temperare mihi valuiſſem ab adjungendis iis, quæ de tota religione Armeniorum nactus ſum in MS. Regio 1818. uti componantur præcipuè cum alio ejuſdem Codicis tractatu, quem ſuprà ad caput 24. libri 2. collocavi, & cum Invectivis Iſaaci Catholici adversùs Armenios, Tomo 2. Auctarii novi Græco-Latinæ Patrum Bibliothecæ. Quòd ſi cui nimium longa videbuntur; poterit ille nullo negotio ea prætergredi, & ad ſequentem Notam properare.

Ἀπόταξις τῶν αἱρετικῶν Ἀρμενίων. πῶς ὀφείλουσιν ἀναθεματίζειν ἐπιστρέφοντες πρὸς τὴν πίστιν τῶν ὀρθοδόξων Ῥωμαίων· οὐ βαπτίζονται, ἀλλὰ μυροῦνται.

Renunciatio Hæreticorum Armeniorum. Quo modo debeant anathematizare, cum ad fidem Orthodoxorum Romanorum redeunt. Non baptizantur autem, ſed unguntur.

* f. Χατζιτζαρίων

* l. Μανι- [illegible] p. 156.

Ἐγὼ ὁ δεῖνα, ἢ ἡμεῖς ὁ δεῖνα καὶ ὁ δεῖνα, προσέρχομαι τῇ ὀρθοδόξῳ ἀποστολικῇ καὶ καθολικῇ ἐκκλησίᾳ, καὶ ἀποτάσσομαι, καὶ ἀναθεματίζω τὴν αἵρεσιν τῶν Ἀρμενίων, καὶ τῶν * Χατζιτζαρίων, καὶ τῶν Ἰακωβιτῶν, καὶ τὰ ἔθη, καὶ τὰ ἐπιτηδεύματα, καὶ τὰς ἑορτὰς, καὶ εὐχὰς, καὶ νηστείας αὐτῶν, καὶ τὰς συναγωγὰς, καὶ βρώματα καὶ πόματα, εἴτ' οὖν * Ματάλια· καὶ ἁπλῶς ἀποτάσσομαι τῇ αἱρέσει αὐτῶν, καὶ ὁλοψύχως προσέρχομαι τῇ ὀρθοδόξῳ ἐκκλησίᾳ τῶν ὀρθοδόξων. πιστεύω εἰς ἕνα Θεὸν πατέρα παντοκράτορα, ποιητὴν οὐρανοῦ καὶ γῆς, καὶ λεγέτω μέχρι τέλους. μίαν μὲν φύσιν ἐπὶ τῆς ἁγίας τριάδος ὁμολογῶ· ἐπὶ δὲ τῆς ἐνανθρωπήσεως τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, δύο φύσεις ὁμολογῶ, θεότητος καὶ ἀνθρωπότητος· καὶ τὸ σωτήριον πάθος τῇ σαρκὶ λέγω πεπονθέναι, οὐ τῇ θεότητι· ἡ γὰρ θεότης ἀπαθής ἐστι. δέχομαι καὶ τὰς ἁγίας καὶ οἰκουμενικὰς ἑπτὰ συνόδους· τὴν ἐν Νικαίᾳ τῶν τιη' ἁγίων θεοφόρων πατέρων κατὰ Ἀρείου συναθροισθεῖσαν· τὴν ἐν Κωνσταντινουπόλει δευτέραν τῶν ρν'. ἁγίων πατέρων, τὴν κατὰ Μακεδονίου τοῦ πνευματομάχου· τὴν ἐν Ἐφέσῳ τρίτην κατὰ Νεστορίου τοῦ δυσσεβοῦς· τὴν ἐν Χαλκηδόνι τετάρτην τῶν χλ' ἁγίων πατέρων κατὰ Διοσκόρου καὶ Εὐτυχοῦς καὶ Πέτρου τῶν ἀσεβῶν· τὴν ἐν Κωνσταντινουπόλει αὖθις πέμπτην τὴν κατὰ τῶν συγγραμμάτων τοῦ φρενοβλαβοῦς Ὠριγένους, καὶ Εὐαγρίου τε καὶ Διδύμου, καὶ Σεβήρου τοῦ ἀκεφάλου. ἔτι δὲ καὶ Θεοδώρου τοῦ ἐπισκόπου Μοψουεστίας. σὺν τούτοις δὲ ἀναθεματίσασαν καὶ Ἄνθιμον καὶ Πέτρον καὶ Ζωόραν· τὴν ἕκτην αὖθις ἐν Κωνσταντινουπόλει, [illegible] Θεοδώρου τοῦ Φαρὰν ἐπισκόπου * καὶ * [illegible] καὶ Ὁνωρίου Ῥώμης, καὶ Κύρου Ἀλεξανδρείας, Παύλου τε καὶ Πέτρου, Σεργίου τε καὶ Πύρρου Κωνσταντινουπόλεως γεγονότων προέδρων, καὶ Μακαρίου τοῦ Ἀντιοχείας προέδρου γεγονότος, Στεφάνου τε τοῦ τούτου μαθητοῦ, καὶ τῶν ὁμόφρονα αὐτοῖς [illegible]· καὶ τὴν ἑβδόμην, τὴν ὑπὲρ τῶν ἁγίων καὶ σεπτῶν εἰκόνων ἀθροισθεῖσαν· καὶ δέχομαι οὓς ἐδέξαντο, καὶ ἀναθεματίζω οὓς ἀνεθεμάτισαν· ἀναθεματίζω δὲ καὶ Σίμωνα τὸν πρῶτον αἱρετικὸν, καὶ * Μανῆν τὸν καὶ Μανιχαῖον, * Σαρκίωνά τε καὶ τοὺς σὺν αὐτῷ, Ἄρειόν τε καὶ Εὐνόμιον, Μακεδόνιον καὶ Ἀπολλινάριον, Παῦλον τὸν Σαμοσατέα, Σαβέλλιον, Θεόδωρον, Νεστόριον, Εὐτυχέα, Διόσκορον, Θεοδόσιον, Τιμόθεον, Ἰουλιανὸν, Πέτρον τὸν Μογγὸν, καὶ Πέτρον τὸν κναφέα, τὸν πάθη τῇ θεότητι προσαρμόζοντα, Σεβῆρον τὸν ἀκέφαλον, καὶ Φιλόξενον, καὶ τὸν τούτου μαθητὴν Ἰάκωβον τὸν Τζανζάλον, ἀφ' οὗ Ἰακωβῖται ὠνομάσθησαν, Κῦρόν τε καὶ Μακάριον, Σέργιον καὶ Πύρρον, καὶ Πολυχρόνιον τὸν παιδόγηρων γέροντα· τούτους πάντας ἀναθεματισθέντας ὑπὸ τῶν ἁγίων καὶ οἰκουμενικῶν ἑπτὰ συνόδων, καὶ τοὺς ὁμόφρονας αὐτῶν ἅπαντας. οὓς καθ' ἑκάστην ἡμέραν ἡ ἁγία καὶ καθολικὴ ἐκκλησία ἀναθεματίζει, ἀναθεματίζω κἀγὼ, καὶ λέγω οὕτως· εἴ τις οὐχ ὁμολογεῖ τὴν ἁγίαν τριάδα πατέρα καὶ υἱὸν καὶ ἅγιον πνεῦμα, ἀνάθεμα. εἴ τις οὐ λέγει ἄναρχον τὸν πατέρα, ὁμοίως καὶ συνάναρχον τὸν υἱὸν, καὶ τὸ ἅγιον πνεῦμα, ἀνάθεμα. εἴ τις λέγει ἔχειν τὸν Χριστὸν δύο ὑποστάσεις, ἀνάθεμα. εἴ τις προστίθησιν εἰς τὸ, Ἅγιος ὁ Θεὸς, ἅγιος ἰσχυρὸς, ἅγιος ἀθάνατος, τὸ, Ὁ σταυρωθεὶς δι' ἡμᾶς, ἀνάθεμα. εἴ τις οὐ προσκυνεῖ τὰς ἁγίας εἰκόνας, ἀλλὰ λέγει ὅτι εἴδωλά εἰσιν, ἀνάθεμα. εἴ τις λέγει ἁμαρτάνειν [illegible] τὴν ἑβδομάδα τοῦ προφωνησίμου ἤγουν τὸν Ἀρτζιβούρτζιον, ἐσθίει δὲ καὶ τὴν ἑβδομάδα τῆς τυροφάγου κρέα, ἀνάθεμα. εἴ τις λέγει ὅτι ἡ λειτουργία καὶ ἡ κοινωνία τῆς ἁγίας τεσσαρακοστῆς ἐν καθημερινῇ ἁμαρτία ἐστὶ, καὶ ἐν σαββάτῳ καὶ κυριακῇ ἐσθίει γάλα καὶ ᾠὰ, ἀνάθεμα. εἴ τις οὐ βάλλει εἰς τὴν προσφορὰν ζύμην καὶ ἅλας, οὐδὲ * ἅγιον ποτήριον μετὰ τοῦ οἴνου, ἀνάθεμα. εἴ τις οὐ ποιεῖ εἰς τὰς κε. Μαρτίου τὸν εὐαγγελισμὸν, καὶ εἰς τὰς κε. Δεκεμβρίου μηνὸς τὴν τοῦ Χριστοῦ γέννησιν, ἀνάθεμα. εἰ δὲ μεθ' ὑποκρίσεως ταῦτα φημι, καὶ οὐκ ἐκ πίστεως ὁλοψύχου καὶ καρδίας, καὶ ἄρτι μὲν σχηματίζομαι γενέσθαι ὀρθόδοξος, ὕστερον δὲ θελήσω ἀρνήσασθαι καὶ ὑποστρέψαι πρὸς τὴν προτέραν μου αἵρεσιν, καὶ εὑρεθῶ συνεορτάζων ἢ συνεσθίων τοῖς Ἀρμενίοις, ἢ συναναστρεφόμενος τοῖς Ἰακωβίταις, λάθρα ἢ φανερῶς, καὶ οὐχὶ μᾶλλον ἐλέγχων τούτους καὶ τὴν τούτων αἵρεσιν, ἐν μὲν τῷ νῦν αἰῶνι ἔλθοι ἐπ' ἐμὲ πᾶσα ἡ κατάρα, καὶ ὁ τρόμος τοῦ Κάϊν, καὶ ἡ λέπρα τοῦ Γιεζῆ, σὺν τοῖς πολιτικοῖς ἐπιτιμίοις οἷς ὑπόκειμαι, καὶ μὴ ἐπιτυχοίην ἀτιμωρησίας· ἐν δὲ τῷ μέλλοντι αἰῶνι, εἴη μοι ἀνάθεμα καὶ κατάθεμα, καὶ ἡ ψυχή μου ταχθείη μετὰ τοῦ σατανᾶ καὶ τῶν δαιμόνων. πᾶσι τοῖς αἱρετικοῖς ἀνάθεμα. καὶ ἐπικλί-

* f. συνεκ- [illegible]

* f. Μανι- [illegible] f. Μα- [illegible] pro Μά- [illegible]

* l. Μαρκίωνα

* f. deeſt. ὕδωρ εἰς

Ego ille; vel nos ille & ille; accedo ad Orthodoxam, Apoſtolicam & Catholicam Eccleſiam; atque relinquo, ac anathemate percutio Hæreſim Armeniorum, Chatzitzariorum, & Jacobitarum, eorumque mores, inſtituta, feſta, preces, jejunia, conventus, cibos & potus ſeu Matalia: & abſolutè renuncio Hæreſi eorum; toto autem animo propoſito venio ad Eccleſiam Catholicam rectè ſentientium. Credo in unum Deum Patrem omnipotentem factorem cœli & terræ. Dicatque ad finem uſque. Unam verò naturam in ſanctâ Trinitate confiteor: at in Domini noſtri Jeſu Chriſti Incarnatione duas naturas profiteor, divinitatis & humanitatis: eumque ob ſalutem paſſionem carne pertuliſſe, non divinitate: nam divinitas nihil pati poteſt. Suſcipio quoque ſanctas & Oecumenicas ſeptem Synodos: primam Nicænam ſanctorum divinorumque Patrum CCCXVIII. adversùs Arium congregatam: ſecundam Conſtantinopolitanam ſanctorum Patrum CL. in Macedonium Pneumatomachum, hoc eſt ſancti Spiritûs impugnatorem: tertiam Epheſinam contra impium Neſtorium: quartam Chalcedonenſem ſanctorum Patrum DCXXX. adversùs impios Dioſcorum, Eutychem, & Petrum: quintam rurſus Conſtantinopolitanam, actam in ſcripta dementis Origenis, Evagrii, & Didymi, item Severi Acephali, adhucque Theodori Epiſcopi Mopſueſtiæ, quæque cum iis anathemati ſubjecit Anthimum, Petrum, ac Zoaram: ſextam deinde iterum Conſtantinopolitanam, habitam adversùs Theodorum Epiſcopum Pharanitanum, Honorium Romanum, Cyrum Alexandrinum, Paulum, Petrum, Sergium, & Pyrrhum Conſtantinopolitanos olim Antiſtites, necnon Macarium qui fuit Antiochiæ Præſul, ipſiuſque diſcipulum Stephanum, & eos qui partes illorum ſibi defendendas putaverunt: ſeptimam denique pro ſanctis venerandiſque imaginibus congregatam. Et recipio quos receperunt, anathematizo quos anathematizârunt. Sed & anathema pronuncio Simonem primum Hæreticum, Manichæum ſive Manem, cumque illo in Marcionem, & Arium ac Eunomium, Macedonium, Apollinarem, Paulum Samoſatenſem, Sabellium, Theodorum, Neſtorium, Eutychem, Dioſcorum, Theodoſium, Timotheum, Julianum, Petrum Mongum, & Petrum Cnapheum, qui paſſiones divinitati adaptabat, Severum Acephalum, & Philoxenum, ejuſque diſcipulum Jacobum Tzanzalum, à quo Jacobitæ nomen ſumpſerunt, Cyrum, Macarium, Sergium, Pyrrhum, & ſenem pueriliter deſipientem Polychronium. Hos omnes anathemate proſcripſerunt ſancta & Oecumenica ſeptem Synodi, cunctoſque qui cum illis ſentiunt. Quos diebus ſingulis ſancta & Catholica Eccleſia anathematizat, ego quoque anathematizo, atque ita dico: Si quis non confitetur ſanctam Trinitatem Patrem, Filium, & Spiritum ſanctum, anathema ſit. Si quis non aſſerit Patrem eſſe ſine principio, itemque Filium eſſe etiam initii expertem, ac Spiritum ſanctum, anathema ſit. Si quis dixerit in Chriſto duas eſſe Hypoſtaſes, anathema ſit. Si quis ad illud, Sanctus Deus, ſanctus fortis, ſanctus immortalis, addit hoc, Qui crucifixus es pro nobis, anathema ſit. Si quis non veneratur ſacras imagines, ſed eas Idola vocat, anathema ſit. Si quis dicit peccare eum qui non jejunaverit hebdomadem Prophoneſimi, ſeu Artzibartzem, comedit autem carnem hebdomade Lathcaniorum, anathema ſit. Si quis dicit Miſſam & communionem ſingulis diebus Quadrageſimæ peccatum eſſe, Sabbato autem & Dominicâ veſcitur lacte & ovis, anathema ſit. Si quis in panem oblationis non immittit fermentum & ſal, nec aquam cum vino in ſanctum calicem, anathema ſit. Si quis non celebrat Annunciationem XXV. Martii, & XXV. menſis Decembris Chriſti Natale, anathema ſit. Quod ſi cum hypocriſi hæc pronuncio, non verò fideliter, totoque animo & corde: atque nunc quidem ſimulo fieri Orthodoxus, poſtea verò voluero abnegare, ac reverti ad priorem meam Hæreſim, inventuſque fuero unà cum Armeniis feſta celebrans, aut cibum ſumens, vel conſueſcens cum Jacobitis, ſive clam, ſive publicè, non autem potiùs redarguero illos illorumque Hæreſim; in hac quidem vita veniant ſuper me omnes diræ, tremor Caini, & lepra Giezis, præter pœnas legum civilium, quibus ſubjicior, nec poſſim aſſequi impunitatem: in futuro autem ſæculo ſit mihi anathema & catathema, meaque anima collocetur cum Satana & Dæmonibus. Cunctis Hæreticis anathema. Et caput in-

τας

ναὶ τῆς μετανοίας ... ὁ ἀρχιεπίσκοπος εὐχὴν λέγει οὕτως.

Deeſſe puto [illegible] Euchologii p. 814.

Ὁ Θεὸς ὁ σωτὴρ ἡμῶν ὁ βουλόμενος πάντας ἀνθρώπους σωθῆναι καὶ εἰς ἐπίγνωσιν ἀληθείας ἐλθεῖν, πρόσδεξαι τὸν δοῦλόν σου τόνδε μόλις ἀποστρέψαντα ἐκ τῆς πλάνης, καὶ ἐπιποθοῦντα εἰς ἐπίγνωσιν ἐλθεῖν τῆς ἀληθείας. σὺ γὰρ εἶπας, Κύριε, καὶ ἄλλα πρόβατα ἔχω, ἃ οὐκ ἔστιν ἐκ τῆς αὐλῆς ταύτης· κἀκεῖνά με δεῖ ἀγαγεῖν, καὶ τῆς φωνῆς μου ἀκούσουσι, καὶ γενήσεται μία ποίμνη, εἷς ποιμήν. ποίμανον τοίνυν αὐτὸν ἐν τῇ διδαχῇ σου εἰς ἐπίγνωσιν τῆς σῆς ἀληθείας, κατὰ τὴν ἔκθεσιν τῶν ἁγίων σου καὶ ἐνδόξων ἀποστόλων· καὶ χάρισαι αὐτῷ τὴν σφραγῖδα τοῦ θείου μύρου, καὶ τὴν μετάληψιν τοῦ τιμίου σώματος καὶ αἵματος. καὶ ἀνάδειξον αὐτὸν τέλειον δοῦλόν σου, ἵνα τῇ ποίμνῃ σου συγκαταριθμηθῇ καὶ αὐτὸς, εἰς δόξαν καὶ ἔπαινον τῆς μεγαλοπρεπείας σου. ὅτι σοῦ ἐστιν ἡ βασιλεία καὶ ἡ δύναμις. Ἐκφω.

Joh. 10. 16.

Καὶ χρίει αὐτὸν τῷ μύρῳ, καθὼς καὶ τοὺς νεοφωτίστους, τὴν αὐτὴν * [illegible] ἀκολουθίαν· καὶ πάλιν ἐπεύχεται οὕτως.

* [illegible] Euchol.

Κύριε ὁ Θεὸς ἡμῶν, ὁ καταξιώσας τέλειον ἀναδεῖξαι τὸν δοῦλόν σου τόνδε, διὰ τῆς εἰς σὲ ὀρθοδόξου πίστεως, καὶ τῆς σφραγῖδος τοῦ μύρου τοῦ ἁγίου σου, δέσποτα τῶν ἁπάντων, τὴν εἰς σὲ ἀληθῆ πίστιν ἐν αὐτῷ διατήρησον· αὔξων αὐτὸν ἐν δικαιοσύνῃ, καὶ πᾶσι τοῖς παρά σου χαρίσμασι κατακόσμησον. εἶθ᾽ οὕτως * κοινωνεῖ. καὶ λαμβάνει ὁ τῷ ἁγίῳ μύρῳ σφραγισθεὶς παραγγελίαν ταῖς ἑπτὰ ἡμέραις ἐκείναις κρέα μὴ φαγεῖν, μηδὲ νίψασθαι τὴν ὄψιν, ἀλλὰ καθὼς οἱ βαπτιζόμενοι οὕτω διατελεῖν· καὶ τῇ ὀγδόῃ ἡμέρᾳ ἀπολούεσθαι.

* [illegible] ex Euchologio.

Ἀπὸ τῆς ἁγίας καὶ οἰκουμενικῆς συνόδου τῶν τιη΄ ἁγίων πατέρων τῶν ἐν Νικαίᾳ, καὶ μέχρι τῆς ἁγίας καὶ οἰκουμενικῆς συνόδου τῶν ἐν Χαλκηδόνι χλ΄. αἱ συγκροτηθεῖσαι αἱ ἅγιαι καὶ οἰκουμενικαὶ σύνοδοι ὁμοφρονοῦσαι, πᾶσαν ἀντιλογίαν καὶ πονηρὰν αἵρεσιν ἀπεδίωξαν, καὶ τῷ αἰωνίῳ ἀναθέματι παρέδωκαν. ἐν οἷς καὶ ὁ ἅγιος καὶ θεοφόρος πατὴρ ἡμῶν Γρηγόριος ὁ τῆς μεγάλης Ἀρμενίας χειροτονηθεὶς τῇ ἁγιωτάτῃ μητροπόλει Καισαρείας, ὅρους καὶ κανόνας ἔθετο, ἵνα μὴ ἐξῇ ἀλλαχοῦ χειροτονηθῆναι τὸν τῆς μεγάλης Ἀρμενίας ἀρχιερέα, εἰ μὴ ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ τῶν Καισαρέων· καὶ ἀπ᾽ αὐτοῦ τοῦ θεοφόρου πατρὸς ἡμῶν Γρηγορίου ἕτεροι ὀκτὼ ἐπίσκοποι ἐχειροτονήθησαν ἐφεξῆς. ὅτε δὲ ὡς προείρηται ἡ ἁγία σύνοδος ἐν πνεύματι ἁγίῳ συνηθροίσθη ἐν Χαλκηδόνι, ἀπεσχίσθησαν καὶ τῆς ἰδίας αἱρέσεως ἐγένοντο, ὁ Ἐζνάνης ἐκεῖνος ὁ καὶ Μανδακουνὴς ἅμα τῶν λοιπῶν ἱερέων τῆς ὅλης Ἀρμενίας. εὑρὼν δὲ ὁ ἀρχέκακος ὄφις, ὄργανα τῆς αὐτοῦ κακουργίας, Διόσκορον τὸν Ἀλεξανδρείας, καὶ Πέτρον τὸν Ἀντιοχείας, καὶ τὸν Μονοθελήτην Εὐτυχέα, ἀπελαθέντας καὶ ἀναθεματισθέντας παρὰ τῶν ἁγίων καὶ οἰκουμενικῶν συνόδων· καὶ ἀμφοτέρων συναχθέντες ἐν τῇ πόλει τῇ λεγομένῃ * Τίβιν τῆς Ἀρμενίας, καὶ ἐν αὐτῇ σύνοδον ὡς ἐνόμιζον ἀθροίσαντες, τὰ ἄθεα καὶ βλάσφημα συνεγράψαντο δόγματα· ἐκεῖθεν καὶ τὴν τῶν Χατζιτζαρίων * [illegible] λογίζονται· πάθος γὰρ ἐπιφέρουσι τῷ πάθει τῷ κατ᾽ αὐτὸ

* Alias Τῶν

* Videtur aliquid deeſſe.

elluante eo qui convertitur, Archiepiſcopus orationem facit his verbis:

Deus Salvator noſter, qui cunctos homines ſalvari vis, & ad agnitionem veritatis venire; ſuſcipe ſervum tuum hunc, qui vix tandem ex errore reſipiſcit, quique deſideras ad agnitionem veritatis accedere. Tu enim dixiſti, Domine; Et alias oves habeo, quæ non ſunt ex hoc ovili; & illas oportet me adducere; & vocem meam audient, & fiet unum ovile, unus paſtor. Paſce itaque illum in doctrina tua, in agnitionem veritatis tuæ, juxta ſanctorum glorioſorumque tuorum Apoſtolorum expoſitionem: & largire illi ſignaculum divini unguenti; ac ſumptionem pretioſi corporis & ſanguinis: & fac illum perfectum ſervum tuum; ut & ipſe ovili tuo connumeretur, in gloriam & laudem majeſtatis tuæ.

Exclam. Quia tuum eſt regnum & virtus.

Et ungit eum Chriſmate ſeu unguento, ſicut & recens illuminatos, eamdem cærimoniam ſequens. Ac iterum precatur ſic: Domine Deus noſter, qui perfectum renunciare ſervum tuum huncce per orthodoxam in te fidem & ſancti tui unguenti ſignaculum dignatus es: Domine omnium, veram erga te fidem in illo cuſtodi; promovens eum in juſtitia, & omnibus quæ à te oriuntur chariſmatibus doniſque exorna. Sic poſtea communicat. Et qui ſancto unguento conſignatus fuit, accipit mandatum ut ſeptem illis diebus carnes non comedat, neque vultum lavet, ſed ſicut baptizati, ita permaneat: atque octavo die abluitor.

85. Κλεόβιον] Ad loca quæ de Cleobio ſive Cleobulo doctiſſimus Uſſerius citat in Epiſtolam Ignatianam ad Trallianos, adde duo Theodoriti, Hæreticarum Fabularum lib. 2. cap. 1. ubi non ſcripſerim ut vulgo Κλεοβιανοί, ſed Κλεοβιανοί, quod etiam apud Euſebium legebant Rufinus ac Nicephorus: & lib. 5. in præfatione. Item alium Sophronii in Synodo Generali ſextâ, & alium Nicetæ Pectorati libro contra Latinos. Auctor Operis imperfecti, ad Matt. XXIV. *Hoc & Apoſtolus dixit his qui fuerunt antequam caperetur Hieruſalem, quia prius venturi fuerant Pſeudo-Chriſti. Etenim hoc erat ſignum primum deſtructionis Hieruſalem. Quod verè factum eſt. Venerunt enim Doſitheus, & Simon, & Cleonius, & Varſuas in nomine Chriſti, & alii multi, quos Apoſtolus in Epiſtolis ſuis tangit.* Quis non videat ſtatim veterem lectionem, *Cleonius*, qui eſt Cleobius? Sed in nominibus ſequentis reconditiori emendatione aliquandiu hæſi, neſciens quo me pacto expedirem: donec non infeliciter, ni fallor, ſubierunt mentem famoſi impoſtores *Varſeſus*, Barjeſus, & *Varchoſivas*, Barchoſibas, Barchochibas, alter Barchochebas. Ibid.

86. Δοσιθέῳ.] Qui & Δοσθῆς ab Eulogio vocatur apud Photium: unde Δοσθηνοί iidem, & in Damasceni libro de Hæreſibus membraneo Bibliothecæ Regiæ. Super Doſitheo & Doſitheanis conciliabuntur levi negotio quæ in ſpeciem pugnantia occurrunt apud Scriptores varios, Pſeudo-Clementem, Tertullianum, Origenem, Euſebium, Pacianum, Epiphanium, Chryſoſtomum in Catena ad Matthæum, Pſeudo-Chryſoſtomum in eumdem Evangeliſtam, Hieronymum, Theodoritum, Vigilium Tapſenſem, Sophronium, Damaſcenum, Photium, Theophanem Ceramæum, Theophylactum, Nicetam Choniatem, Nicephorum, & Auctorem Chronici Samaritani citatum ab Ecchellenſi ad Hebedjeſu; ſi duo admittantur Doſithei, uterque Hæreſiarcha, impugnator librorum Propheticorum, & ſacræ Scripturæ corruptor. Primus ante Chriſtum, ex Judæo Samaritanus, & origo Sadducæorum, qui reſurrectionem carnis agnoverit, docueritque ſeveritatem morum, abſtinentiam ab animatis, jejunium, virginitatem, & continentiam. Alter poſt ortum Chriſti, Pſeudo-Chriſtus, Samarita, Simonis magi primò magiſter, poſtea diſcipulus, qui negaverit reſurrectionem corporum, animæ immortalitatem, ſubſtantiam Angelorum ac Dæmonum, aſſeruerit verò mundum eſſe incorruptibilem. Hic in conſtituens, auctoris opponimus Philaſtrium, quòd veteri Doſitheo ea aſſignet quæ recentiori fuerant tribuenda. Quin etiam à Theodoreto ac Sophronio minùs accuratè Doſitheus & Doſitheani ponuntur poſt Simonem & Simonianos. Ibid.

87. Κήρινθος.] Neſcit S. Epiphanius an Merinthus idem ſit cum Cerintho, an alter ab illo ejuſdem ſententiæ Hæreticus. Suſpicari verò quis poſſet, Cerinthum per ludibrium & opprobrium accepiſſe nomen Merinthi, μήρινθος, id eſt, laquei. Sed arbitrarium hoc ſit. Haud dubium certè, quin Cerinthi nomen exciderit è Scholiis Maximi ad Dionyſii Epiſtolam 8. quod Paraphraſis Georgii Pachymeris retinet, atque etiam MSS. codices. Ibid.

88. Μάρκος.] De multis quæ ad Marcum hunc magum pertinentia diſcimus ex Irenæi Martyris Opere adversùs Hæreſes, unum eſt, deceptio complurium feminarum ad Rhodanum per illius diſcipulos. Id miſerum in modum verbis auget & amplificat Hieronymus Epiſtolâ 29. & ſub finem libri 17. Commentariorum in Eſaiam: nimiumque confidens memoriæ ſuæ, tum alia Irenæo affingit, tum profectionem Marci Ægyptii in Gallias & Hiſpanias. Jam quod Hæ-

Menander, Baſilides, & Saturnilus. Ex iis alii quidem celebrant plures Deos; alii verò tres, contrarios, principio carentes, ſemper unà exſiſtentes; at alii innumeros ac ignotos: & nonnulli quidem nuptias rejiciunt, opinati eas non eſſe opus Dei; alii autem quædam ciborum genera abominantur; quidam verò impudenter fornicantur; quales qui nunc falſo nomi-

l. Ignat. interpol. ad Philad. 6. Ignat. interpol. ad Trall. 11. ad Philad. 6.

καὶ [89] Μένανδρος, καὶ [90] Βασιλείδης, καὶ * [91] Σατορνῖλος. τούτων [92] οἱ μὲν πολλοὺς θεοὺς, οἱ δὲ [93] τρεῖς ἐναντίους, ἀνάρχους, ἀεὶ συνόντας ἑαυτοῖς; οἱ δὲ [94] ἀπείρους καὶ ἀγνώστους δοξάζουσι· καὶ οἱ μὲν [95] τὸν γάμον ἀθετοῦσιν, οὐκ εἶναι τοῦ Θεοῦ ἔργον δοξάζοντες· ἄλλοι δέ τινα τῶν βρωμάτων βδελύσσονται· οἱ δὲ ἀναίδην ἐκπορνεύουσιν, οἷοί εἰσιν οἱ [96] ψευδώνυμοι

* al. Σατορνῖλος.

Hæreſim Gnoſticorum primus Hiſpanis intulerit Marcus Memphites; cujus auditores Agape & Helpidius Priſcillianum inſtituerint, refertur à Severo: magnâ incuriâ temporum, ſi magum noſtrum intelligit: incuriâ verò ac falſæ propiori famâ, ſi alium: cùm longè veriſimilius fiat, imò tantum non conſtet, eam Hæreſim à Marci diſcipulis aut aliis Gnoſticis in Hiſpania ſeminatam, forſanque ibi conſervatam latentes, pravo Agapes, Helpidii, Priſcilliani, necnon aliorum ſtudio repullulâſſe. Adeò ut occaſione veteris Marci non ſatis cogniti, recentior iſte Marcus hypobolimeus prodierit: neſcio an creditus quoque Idacio apud Iſidorum cap. 2. libri de viris illuſtribus, tamquam Memphiticus, magiæ ſcientiſſimus, diſcipulus Manis, & magiſter Priſcilliani: ita enim quidam Codices Iſidori; cùm alii nonnulli Codices ejuſdem tractatûs faciant Marcum Manis & Priſcilliani magiſtrum, quod de antiquo dici queat. Confirmatur noſtra opinio auctoritate Hieronymi, in locis citatis; itemque in Catalogo Scriptorum Eccleſiaſticorum, ubi Priſcillianus dicitur accuſari Gnoſticæ, id eſt, Baſilidis & Marci (ita veteres Editiones cum libris Regiis) Hæreſeos, de quibus Irenæus ſcripſit. Cæterùm à Marco Hæretici, Juſtino ſunt Marciani, Epiphanio Marcoſii, Auguſtino Marcitæ, Marcuoſi in canone Niceno Arabico 30. Turrianicæ Editionis, denique Marcoliæi Damaſceno atque Timotheo Presbytero. COT.

89. Μένανδρος.] Hujc patria fuit כפרה, opinor: Græcè κώμη Καπαρεταίας, Καπαρεταίας. Καππαρεταίας. Καπαρεταῖοι, (ſic præſtat legere in Nicephoro, quàm Καπαραταίας) Καππαραβαίας Καππαραβαία, & Timotheo Presbytero MS. Καπαρίου. Longiùs abit Theodoritus. Μένανδρος, inquit, Σαμαρείτης. ἀπὸ Χαβρεῖ κώμης. Quid ſi ſcriptum ab eo, Χαβάρη, & poſtea ex φ. factum β. ex ι. ν. Dicti autem ſunt Menandri ſectatores, Menandriani. Item Menandrianiſtæ ab Hegeſippo Euſebianæ Hiſtoriæ lib. 4. cap. 22. ἀπὸ τούτων Μενανδριανισταί: cujus vocis diviſio in duas, quaſi prima ſyllaba eſſet particula μὲν, peperit Adrianiſtas Hæreticos, cum Adriano Hæreſiarcha; ut videre eſt apud Theodoritum Hæreticarum Fabularum lib. 1. cap. 1. lib. 2. in præfatione, apud Sophronium Epiſtolâ ad Sergium, & apud Nicephorum Hiſt. Eccleſ. IV. 7. Ibid.

90 Βασιλείδης] Accipe verba S. Hieronymi libro de Scriptoribus Eccleſiaſticis, ſed emendatiora, meo quidem judicio, quàm excuſa ſint. *Agrippa, cognomento Caſtor, vir valde doctus, adverſum viginti quatuor Baſilidis Hæretici volumina, quæ in Evangelium confecerat, fortiſſimè diſſeruit, prodens ejus univerſa myſteria, & Prophetas enumerans, Barcabam, & Barcop; & ad terrorem audientium alia quædam barbara nomina; & Deum maximum ejus Abraxas, qui quaſi annum continens, juxta Græcorum numerum ſupputetur. Moratus eſt autem Baſilides, à quo Gnoſtici, in Alexandria, temporibus Hadriani: quâ tempeſtate & Chochebas* (MS. S. Germani *Chozebas* ut in Hiſtoria Miſcella.) *dux Judaicæ factionis, Chriſtianos variis ſuppliciis enecavit.* Poſui primò *Barcop*, loco *Marcob*, *Barchob*, vel *Barchon* in Precolſo: ut reſponderet Βαρκώφ Euſebii Hiſt IV. 7. ac Theodoriti Hæret. Fabul. I 4. quod ex Euſebii Præpar. Evang. X 5. & Hieronymo Epiſt. 155. interpretari licet filium vocationis. Secundò poſui *moratus eſt*, non ut vulgò *mortuus eſt*: quia ſic reperi in quinque codicibus manu exaratis, Regiis quatuor, & uno Bibliothecæ Monachorum S. Germani: & quia idem Hieronymus vertens Chronica Euſebii hoc modo loquitur; *Baſilides Hæreſiarches in Alexandria commoratur: à quo Gnoſtici.* *Chochebas dux Judaica factionis nolentes ſibi Chriſtianos adverſùm Romanum militem ferre ſubſidium, omnimodis cruciatibus necat.* Nec enim ovum ovo ſimilius, quàm hæc duo loca inter ſe ſunt. Quia denique ex Stromateo Clemente colligi datur lib. 7. p. 764. Baſilidem uſque ad tempora Antonini Pii vitam produxiſſe. Atque hinc patet quemadmodum legi debeat in Hereſeon Indiculo, qui Hieronymo tribuitur. ſcilicet; *contra hunc* Baſilidem *Agrippa. cognomento Caſtor, vir valde doctus ſcribit, prodens univerſa ejus myſteria, & Prophetas enumerans, Barcabbam, & Barcop, & ad terrorem audientium alia etiam nomina barbara, religione compoſita; nominans etiam Deum maximum Abraxas, quaſi annum continentem, ſi juxta Græcorum numerum computetur.* Nos minus claret, mendosè apud Philaſtrium, ubi de Nicolao & Gnoſticis, Barrabam vel Barrabbam locum occupare Barcabæ ſeu Barcabbæ: quod nominis auctore Epiphanio Hæreſi 26. num. 2. ſignificat Syriacè filium ſtupri, Hebraicè filium homicidii. Retrahendo denique ſyllabam fugitivam *ne*, ſcribendam in Anonymo, quem Sirmondus ſub titulo Prædeſtinati vulgavit, Hæreſi 3. *Quod nomen Græca ratione litterarum in hanc ſummam ſupputando pertingit.* Ibid.

91. Σατορνῖλος.] Quantò notiſſimus Saturninus, tantò obſcuriſſimus qui marginem tenet Stratonicus, ficticius ut videtur Hæreticus: niſi quis huc hariolando referre velit Stratioticos Epiphanii, Theodoriti, Sophronii, *Milites* dictos Philaſtrio, *quia de militaribus fuerant*, affines forſan Hæmatitis apud Clementem Alexandrinum Stromateo 7. extremo. Ibid.

92. Οἱ μὲν πολλοὺς θεοὺς] Id eſt αἰῶνας. cap. 10. Epiphanius Hæreſi 31. n. 2. de Valentino, τριάκοντα αἰῶνας ἢ καὶ θεοὺς ὀνομάζει. Ante Epiphanium, Origenes Homiliâ in librum Regnorum; *Hæreticorum quidam derelinquentes creatorem mundi, & filium ejus, fingunt ſibi alium neſcio quem excelſiorem Deum, & alios ſimiliter introducunt, ſive quos αἰῶνας, ſive quos Deos appellant.* Vide Tertullianum I. adverſùs Marcionem 5. & 3. adverſus Praxeam. Vide etiam Ambroſium libro de Incarnationis Dominicæ Myſterio cap. 4. & Epiſtolâ 17.

Tantos eſſe Deos Baſilidem credere juſſit,
Quantos & dies annus habet.

Poëta incertus lib. 1. contra Marcionem. Emendabis autem ex Tertulliano & Philaſtrio Auguſtinum. *Ptolemæus quatuor Æonas, & alios quatuor aſſerere maluit.* Quòd ſi ſplenem exercere mala eſt, leges inepta hæc inepti libelli quem Synodicum vocant, cap 6. Σωνοδος θεία καὶ ἱερὰ μερικὴ, συναθροισθεῖσα ὑπὸ τοῦ ὁσιωτάτου ἐπισκόπου Αγχιαλοῦ (voluit dicere Αγχιάλου. Euſeb. Hiſt. Eccl. V. 19) Σωτᾶ. καὶ ἑτέρων δεκαεπτὰ ἐπισκόπων ὑπὸ Θεόδοτον ἀπεκήρυξε τὸν σκυτέα Θεόδοτον, καὶ Μόντανον σὺν Μαξιμίλλῃ. ψευδοπροφήτας καὶ ψευδοφρονοῦντας ὀκτακόσια ἑβδομήκοντα ὀκτὼ αἰῶνας δογματίζοντας, καὶ πλείους ἢ ἐλάττους αὐτοὺς εἶναι ἀποφαινομένους. Quot verba, tot joculatoria figmenta. Et ad rem præſentem, confunduntur Theodotus coriarius, Theodotus Montaniſta, & Theodotus Valentinianus, prædicuntque Æones 878. quia plures vel pauciores non placebat. Ibid.

93. Τρεῖς.] Marcion, Marcioniſtæ, Lucianiſtæ, Ptolemaitæ Syneros, Setianus aut fortè Sethiani, Theodotus, Manichæi, & Euchitæ in ea fuiſſe Hæreſi dicuntur ab Auctore Dialogorum apud Origenem, Euſebio Hiſt. V. 13. Athanaſio de decretis Nicænæ Synodi p. 275. & Oratione 4. adverſùs Arianos pag. 467. Cyrillo Hieroſol. Catecheſi 16. Epiphanio, Auguſtino, & Anonymo, de Hæreſibus, Gennadio cap. 52. de Dogmatibus, & Alcuino parte 3. Confeſſionis fidei n. 35. Pſello ſub initium Dialogi de operatione Dæmonum, atque Scriptore Præfationis Arabicæ in Concilium Nicænum. Sed in mendo cubat Anonymus Sirmondi, Hæreſi 21. Habet quippe *Syrtum* pro Auguſtini *Synerum*, qui Euſebio, Theodorito, Nicephoro, Συνέρως, Sophronio Συνερὼς in libris impreſſis, (Συνέρως in codice Regio) Rufino quoque *Synerus*. Ibid.

94. Ἀπείρους.] *Secundus, Æonas ſimiliter docens falſos, adſerit tamen infinitos.* Philaſtrii verba. Ibid.

95. Τὸν γάμον ἀθετοῦσιν.] Saturninianos intelligit hoc & capp. 10. 16. Nam, teſte Irenæo, & poſt eum Epiphanio, nuptiis conjungi ac liberos gignere, à Satana eſſe dixit Saturninus. Idque primus, ex Theodoreto: quia, opinor, Simoniani, Menandriani, Nicolaitæ, matrimonium impugnabant non ſtudio fictæ caſtitatis, ut Saturniliani, ſed libidinis gratiâ, inducendo ſcilicet promiſcuos concubitus communitatemque feminarum; quo quid connubio magis adverſum? Quocirca in Commentariis in Apocalypſim inter Opera S. Ambroſii, ubi de Nicolaitis, rectè conjunguntur nuptiarum deteſtatio, atque obvia copula. Quamquam, ut dicam quod veriſimillimum arbitror, edoctus à Tertulliano de præſcriptione Hæreticorum cap. 33. Hæreſis nuptiis interdicentium, aut ſub Apoſtolis fuit, aut ex doctrinis quæ jam tunc fuerunt ſumpſit ſeminium. Ibid

96. Ψευδώνυμοι Νικολαΐται.] Habuit Nicolaus Diaconus accuſatores ſuos, habuit & defenſores: utroſque ex parte dictos Stephano Gobaro in Bibliotheca Photii: priores quidem, Hippolytum, & Epiphanium; poſteriores verò, Ignatium Theophorum, (interpolatum videlicet ex hiſce Conſtitutionibus) Clementem Stromateum, Euſebium Pamphili, ac Theodoritum. Addi poſſunt criminantibus multi, Irenæus, Tertullianus, Hilarius, Pacianus, Gregorius Nyſſenus, Philaſter, Hieronymus, Gelaſius, Gildas, Anaſtaſius, Pſeudo-Dorotheus, Agobardus, aliuſque exſcriptor Rabanus, Auctor Catalogi Hæreſium per Sirmondum

νύμως Νικολαῗται. [97] ὁ μέντοι Σίμων ἐμοὶ Πέτρῳ πρῶτον ἐν Καισαρείᾳ τῇ Στράτωνος, ἔνθα Κορνήλιος ὁ πιστὸς ἐπίστευσεν, ὢν ἐθνικὸς, ἐπὶ τὸν κύριον Ἰησοῦν, δι' ἐμοῦ, συντυχών μοι ἐπειρᾶτο διαστρέφειν τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ, συμπαρόντων μοι τῶν ἱερῶν τέκνων, Ζακχαίου τοῦ ποτὲ τελώνου, καὶ Βαρνάβα, καὶ Νικήτου καὶ Ἀκύλα ἀδελφῶν Κλήμεντος τοῦ Ῥωμαίων ἐπισκόπου τε καὶ πολίτου, [98] μαθητευθέντος δὲ καὶ Παύλῳ τῷ συναποστόλῳ ἡμῶν καὶ συνεργῷ ἐν τῷ εὐαγγελίῳ· καὶ τρίτον ἐπ' αὐτῶν διαλεχθεὶς αὐτῷ εἰς τὸν περὶ προφήτου λόγον, καὶ περὶ Θεοῦ μοναρχίας, τοῦ περιβαλὼν αὐτὸν δυνάμει κυρίου, καὶ [99] εἰς ἀφωνίαν καταβαλὼν, φυγάδα κατέστησα εἰς τὴν Ἰταλίαν.

ne dicti Nicolaitæ. Porrò Simon cùm mihi Petro primùm obvius fuiſſet in Cæſarea Stratonis; ubi ille fidelis Cornelius, qui antea Gentilis erat, in Dominum Jeſum per me credidit; verbum Dei conabatur pervertere; mecum autem aderant ſancti filii, Zacchæus olim publicanus, & Barnabas, & Nicetas atque Aquila fratres Clementis Romanorum Epiſcopi & civis, quique edoctus fuit à Paulo Coapoſtolo noſtro & ad Evangelium adjutore: eúmque ter coram iis diſceptâſſem quæſtionem de Propheta, & de Monarchia, ſeu unitate Dei, atque illum virtute Domini deviciſſem, proſtratúmque obmuteſcere coegiſſem, effeci ut in Italiam fugeret.

Laudat Cedicitur, ubi ſuprà. Act. 10. Luc. 19. 2.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ θ'.

Ὅπως ὁ Σίμων γοητείαις τισὶ πτῆναι θελήσας, εὐχαῖς Πέτρου κατενεχθεὶς ἐξ ὕψους κάτω, συνετρίβη τοὺς πόδας καὶ τῶν χειρῶν τοὺς ταρσούς.

[1] Γενόμενος δὲ ἐν Ῥώμῃ, πολὺ τὴν ἐκκλησίαν ἔσκυλε, [2] πολλοὺς ἀνατρέπων, καὶ ἑαυτῷ προσποιούμενος, τὰ δὲ ἔθνη ἐξιστῶν [3] μαγικῇ ἐμπειρίᾳ· ὡς καί ποτε μέσης ἡμέρας προελθεῖν εἰς τὸ θέατρον αὐτῶν, κελεύσας τοῖς δήμοις ἀρπαγῆναι κἀμὲ ἐν τῷ θεάτρῳ, ἐπηγγέλλετο πτῆναι δι' ἀέρος· πάντων δὲ ἐπὶ τοῦτο μετεώρων τυγχανόντων, [4] ἐγὼ προσηυχόμην καθ' ἐμαυτόν· καὶ δὴ μετεωρισθεὶς ὑπὸ δαιμόνων [5] ἵπτατο μετέωρος εἰς ἀέρα, λέγων εἰς οὐρανοὺς ἀνιέναι, κἀκεῖθεν αὐτοῖς τὰ ἀγαθὰ ἐπιχορηγήσειν· [6] τῶν δὲ δήμων εὐφημούντων ὡς Θεὸν, ἀνατείνας ἐγὼ τὰς χεῖρας εἰς οὐρανὸν σὺν αὐτῇ δια-

CAPUT IX.

Quo modo Simon cùm quibuſdam præſtigiis volare inſtituiſſet, precibus Petri ex alto deorſum præcipitatus, pedum & manuum extremitates fregit.

ROmam autem adveniens, Eccleſiam magnopere vexavit, multos evertens, ac ſibi comparans, Gentileſque peritiâ magicâ percellens: ita ut aliquando, cùm in eorum theatrum meridie proceſſiſſet, præcepiſſetque multitudini ut me quoque in theatrum raperent; ſe promitteret in aëre volaturum: cunctis verò eam in rem intendentibus, ego apud me precabar: jamque à Dæmonibus in altum ſublatus, volabat ſublimis per aërem, dicens ſe in cœlum aſcendere, indéque ipſis bona ſuppeditaturum: cúmque univerſa turba illum fauſtu acclamationibus ut Deum proſequeretur, ego mente ac manibus ad

Hoc caput ſide in Cedreno, ibid.

dem publici juris factus, Humbertus Sylvæ candidæ, & alii plerique. Patronorum autem numerus creſcit Victorino Petabionenſi, Haymone Halberſtatenſi, Nicephoro, & quibuſdam illis à Caſſiano memoratis Collat. 18. cap. 16. Sed & minùs cum Nicolao agere videntur Auguſtinus, Iſidorus, ac Patres Concilii Turonenſis 2. can. 19. inſuperque Sophronius, dum in Hæreticis numerat Nicolaum, collocatis inter Hæreſes Nicolaitis. Itaque juxta benigniorem opinionem, Nicolaitæ falsò aſſumpto nomine Nicolai, erant ψευδώνυμοι, *falſi homines*, ut loquar cum Victorino in Apocalypſim, *qui ſub nomine Nicolai Miniſtri fecerunt ſibi Hæreſim*. aut οἱ cum Theodorito Hæret. Fabul. lib. 3. cap. 1. ψευδῶς σφᾶς αὐτοὺς ἐκ τοῦ τοῦδε (Νικολάου) προσηγορίαν ὀνομάζοντες. Porrò inter legendum Auctores citatos in hac Nota, obſervavi tria, ſcitu fortè non indigna. Primum eſt, levicula menda apud Gregorium Nyſſenum Oratione 11. contra Eunomium, Edit. Pariſ. an. 1638. Tom. 2. p. 704. Μανιχαῖον. Νικόλαον. Ἀκύλαθον, (ſcrib. Κόλαθον ex ſummariis Operi præfixis, ex Athanaſio, aliiſque) Ἄετιον, Ἄρειον. Secundum, varians lectio in Epiſtolis Hieronymi 1. & 48. ubi docetur, ex Nicolao octam Hæreſim *Nicolaitarum*, vel *Ophitarum*: ſic enim nonnulli codices, rectiùs quàm alii quidam, *Neophytorum*, aut *Neophitarum*; cùm Epiphanius, Indiculi Auctor, & Auguſtinus à Nicolaitis Ophitas deducant. Tertium, error Humberti Cardinalis, qui adversùs Græcum Nicetam profert tamquam Patris Græci Epiphanii, teſtimonium hominis Latini ac futilis, Anonymi Sirmondiani, Hæreſi 4. omnium titulo mendacis libri deceptus. COT.

97. Ὁ μέντοι Σίμων &c.] Indiligens ad hæc Cedrenus. Ibid.

98. Μαθητευθέντος δὲ καὶ Παύλῳ.] Reſpiciebat ad hunc locum Blaſtares, quando in præfatione Nomocanonis exarabat de Clemente; Πέτρου δὲ ἦν ἀπὸ ὁμιλητὴς τοῦ μεγάλου ἀλλὰ δὴ καὶ Παύλου τοῦ θείου ὡς αὐτός φησι περὶ ἑαυτοῦ ἱστορεῖ. Ibid.

99 Εἰς ἀφωνίαν καταβαλών.] Pacianus Epiſt. 2. de uno è certaminibus Petri cum Simone; *Nunc Simonem Petrus, me duce adſtipulante, confundit!* Ibid.

1. Γενόμενος δὲ ἐν Ῥώμῃ, &c.] Romam veniſſe Petrum Apoſtolum, ut Simoni mago obſiſteret, docent Euſebius Hiſtoriæ lib. 2. cap. 14. Hieronymus in Catalogo, Ado in Chronicis, alii. *Clemens Romanus Epiſcopus, Petri diſcipulus, Chriſti digniſſimus Martyr, Simonis Hæreſim à Petro Apoſtolo cum ipſo Simone ſuperatam edocuit.* Verba Anonymi Prædeſtinatorum oppugnatoris, in præfatione. Ibid.

2. Πολλοὺς ἀνατρέπων.] Malè in Cedreno p. 174. Edit. Baſil. 215. Reg. πολλοὺς ἀνατρέπων. Ibid.

3. Μαγικῇ ἐμπειρίᾳ.] Titulus, γοητείας. Nihil hîc eſſet adnotandum, niſi imperiti librarii corrupiſſent barbaram inſcitamque interpretationem veterem libelli Monachorum Imperatori Juſtiniano oblati, & lecti Actione 1. Concilii Conſtantinopolitani ſub Menna, ad finem iſtorum Græcorum, ἐξαπέστειλεν ὁ Θεὸς τὸν υἱὸν τῇ πόλει. Ἀγαπητὸν, τὸν ὄντως ἀγαπητὸν Θεοῦ καὶ ἀνθρώποις, ἀρχιερέα τῆς πρεσβυτέρας Ῥώμης. ὅτι τὸ παράδοξον τοῦ Ἀγίου τε καὶ τῶν θαυμάτων ἀκούσαντες. ὥσπερ ποτὲ Πέτρον τὸν μέγαν. τοῖς Ῥωμαίοις, ἐπὶ καθαιρέσει τοῦ Σίμωνος γοητείας: *in depoſitione Simonis Gortani vel Gortici*, typis mandando, *Simonis Cretiani*, & ad marginem, *Zortici*. Ibid.

4. Ἐγὼ προσηυχόμην.] Ita cum aliis Philaſtrius in Simone mago, Ambroſius Hexaemeron IV. 8. Auguſtinus lib. de Hæreſibus Hær. 1. Auctor incertus libri contra Fulgentium Donatiſtam cap. 23. & Anonymus citatus Notâ antepenult. Hæreſi 1. Sed multis placuit Paulum Petro adjungere Cyrillo Hieroſolym. Catecheſi 6. Severo Sulpitio in Hiſtoria ſacra, Proſpero in libello cui titulus *Dimidium temporis*, cap. 13. Gregorio Turonenſi Hiſtoriarum lib. 1. cap. 25. & Miraculorum lib. 1. cap. 28. Iſidoro in Chronico, Abbonis ſerm. 3. Tom. 9. Spicilegii, fabricatori Actorum Petri & Pauli, & Marcello cùm apud Sigebertum de viris illuſtribus cap. 1. tum apud Surium 12. Maii in vita Nerei & Achillei. Conſule Maximum Taurinenſem Homiliâ 5. in Natali Petri & Pauli, quam inſeruerunt quoque Sermonibus Ambroſii & Auguſtini, Freculfum parte 2. lib. 1. cap. 20. Petrum Damianum Epiſt. 20. lib. 1. Epiſt. 14. lib 5. Nicephorum, &c. Legito etiam Dungalum ad finem libri adversùs Claudium Taurinenſem, ubi ſolius Pauli mentionem facit. Pari modo additum per nonnullos orationi jejunium: ut videre eſt in Auguſtino Epiſt. 82. Caſſiano de inſtitutis Cœnobiorum III. 10. & Scriptore περὶ θεοφιλῶν καὶ τοῦ λοιποῦ λαοῦ, qui tamen minùs probabiliter diem eumdem ſtatuit jejunii atque conflictûs, opinionem amplexus Glycæ & Cedreni. Meliùs interpunge locum Ratramni lib. 4. contra Græcos cap. 3. Spicilegii II. p. 120. Ibid.

5. Ἵπτατο.] Alii ſibi ad Icarium modum aptant; ſi fides Hegeſippo lib. 3. de bello Judaico cap. 2. Abdiæ Hiſtoriæ Apoſtolicæ lib. 1 non multò ante finem, Patribus 6. Synodi ad Imperatorem Conſtantinum Actione 18. Maximo Taurinenſi: vel conſcenſis quadrigis igneis, aut fabricato curru, juxta Arnobium lib. 2. & Præfationem Arabicam Concilii Nicæni. Ibid.

6. Τῶν δὲ δήμων.] Apud Cedrenum, τῶν δὲ δαιμόνων. manifeſto vitio. Ibid.

ad cœlum protentis, ſupplicabam Deo per Jeſum Dominum, ut exitioſum hominem deturbaret, & Dæmonum vim accideret, qui viribus ad hominum fraudem ac interitum uterentur; deturbando autem non occideret, ſed confringeret; & ſubjiciens, ac intuitus ad Simonem dixi; Si Ego homo Dei ſum, & verus Apoſtolus Jeſu Chriſti, ac pietatis doctor, non autem erroris, qualis tu Simon, jubeo malis Poteſtatibus illius qui à pietate deſcivit, Simonem magum vehentibus, ut vectionem & occupationem dimittant, quò ex alto collabatur, & iis quos deceperat habeatur ludibrio. His à me pronunciatis, Simon ſpoliatus Poteſtatibus, cum magno fragore corruit, ac vehementi caſu eliſus, coxam & pedum extrema frangit. Tunc vulgus exclamavit; Unus Deus, quem Petrus juſtè annunciat revera ſolum; & multi à Simone deſecerunt; aliqui tamen, digni illius interitu, in doctrina ejus nefaria perſeverârunt. Atque hoc pacto prima & impiiſſima Simonianorum Hæreſis recepta eſt Romæ. Sed & per reliquos Pſeudoapoſtolos Diabolus operabatur.

νοίᾳ, ἱκέτευον τὸν Θεὸν διὰ Ἰησοῦ τοῦ κυρίου ῥῆξαι τὸν λυμεῶνα, καὶ τὴν ἰσχὺν τῶν δαιμόνων περικόψαι, ἐπ' ἀπάτῃ καὶ ἀπωλείᾳ ἀνθρώπων κεχρημένων αὐτῇ, * 7 ῥάξαντα δὲ μὴ θανατῶσαι, ἀλλὰ συντρίψαι· καὶ ὑπολαβὼν, ἀτενίσας ἄντικρυς τῷ Σίμωνι· εἰ Θεοῦ ἄνθρωπος ἐγὼ, ἀπόστολος δὲ Ἰησοῦ Χριστοῦ ἀληθὴς, καὶ διδάσκαλος εὐσεβείας, 8 ἀλλ' οὐ πλάνης, οἷος σὺ Σίμων, προστάσσω ταῖς πονηραῖς δυνάμεσι τῆς ἀσεβείας ἀποστάτου, ἐφ' αἷς ὀχεῖται Σίμων ὁ μάγος, ἀφεῖναι τὴν κράτησιν, ὅπως ἐξ ὕψους κατενεχθῇ, εἰς γέλωτα τῶν ἐπιτηδέντων ὑπ' αὐτοῦ. καὶ εἰπόντος μου ταῦτα, περιαιρεθεὶς τῶν δυνάμεων ὁ Σίμων, κατηνέχθη μετὰ μεγάλου ἤχου, καὶ ῥαγεὶς * ἐξαίσιον, 9 συντρίβεται τὸ ἰσχίον καὶ τῶν ποδῶν τοὺς ταρσούς. καὶ φωνὴ τῶν ὄχλων λεγόντων· εἷς ὁ Θεὸς, ὃν Πέτρος δικαίως καταγγέλλει τῇ ἀληθείᾳ μόνον· καὶ πολλοὶ ἀπέστησαν ἀπ' αὐτοῦ· τινὲς δὲ ἄξιοι τῆς ἀπωλείας αὐτοῦ ὄντες, παρέμειναν αὐτοῦ τῇ μοχθηρᾷ διδασκαλίᾳ. καὶ οὕτω πρώτη 10 ἐπάγη ἡ τῶν Σιμωνιανῶν ἀθεωτάτη αἵρεσις ἐν Ῥώμῃ. καὶ διὰ τῶν λοιπῶν ψευδαποστόλων ἐνήργει ὁ διάβολος.

* al. ῥήξαντα

* al. add. [illegible]

CAPUT X.

Quo modo Hæreſes & inter ſe & à veritate diſcrepent.

His autem omnibus unus ac idem pariter erat ſcopus impietatis, ut omnipotentem Deum blaſphemarent, cenſendo ignotum eſſe, & non eſſe Patrem Chriſti, neque mundi conditorem; ſed ineffabilem, impronunciabilem, innominabilem, à ſe natum; Lege ac Prophetis non eſſe utendum;

l. Ignat. interpol. ad Trall. 6. ad Philad. 6. ad Sm. 6.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ί.

Ὅπως αἱ αἱρέσεις καὶ πρὸς ἑαυτὰς καὶ πρὸς ἀλήθειαν διαφωνοῦσιν.

Τούτοις δὲ πᾶσιν [illegible] σκοπὸς [illegible] καὶ ὁ αὐτὸς ἀθεότητος, 11 τὸ μὲν παντοκράτορα Θεὸν βλασφημεῖν, ἄγνωστον δοξάζειν, καὶ μὴ εἶναι πατέρα τοῦ Χριστοῦ, μηδὲ τοῦ κόσμου δημιουργὸν, ἀλλ' ἄλεκτον, ἄρρητον, ἀκατονόμαστον, αὐτογένεθλον· νόμῳ καὶ προφήταις μὴ χρῆσθαι· προ-

7. Ῥάξαντα, vel ῥήξαντα.] Perinde eſt. Ideoque hac ipſa in narratione Pſeudo-Chryſoſtomus Serm. de Pſeudo-Prophetis Tom. 6. ῥήξας. Baſilius Seleucienſis lib. 1. de vita S. Theclæ Edit. Pariſ. p. 268. [illegible]. Nicephorus Calliſti filius lib. 2. cap. 36. & Anonymus qui de Prancis aliiſque Latinis ſcripſit Tom. 2. Auctaro Combefiſiani p. 409. [illegible]. Cedrenus verò, [illegible]. Theodoritus Hæret. Fabularum L. 1. [illegible] COT.

8. Ἀλλ' οὐ πλάνης.] Notanda varia lectio Georgii Cedreni loco citato, necnon Michaelis Glycæ Annalium parte 3. p. 235. D. [illegible]. Ibid.

9. Συντρίβεται τὸ ἰσχίον καὶ τῶν ποδῶν τοὺς ταρσούς.] Lib. 4. cap. 14. Cedrenus, Glycas, [illegible]. Capitis hujus lemma, hic, [illegible]: in Verſione Bovii, *fregit pedes & manus.* *Narrat Clemens, Hegeſippus, Juſtinus, Irenæus.* de Juſtino ac Irenæo, falsè: de Pſeudo-Clemente, en locum: at Pſeudo-Hegeſippus laudatus etiam ab Hincmaro Opuſculo 1. cap. 32. & Arnobius crurifragii ſolummodo meminêre; Maximus Taurin. crurum confractorum, plantarumque amiſſarum. Aliter in Niceta Choniate Theſauri lib. 4. cap. 2. nempe quod Simon in caput collapſus cerebro viam diſperſerit. Apud Damaſcenum verò Parallelorum lib. 1. cap. 56. Euſebii neſcio cujus ſententia eſt, Mago corpus omnino perfractum. *Totus fractus corpore, debilitatiſque cruribus.* Abdias. Græca Metaphraſtis; ὁ Σίμων [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]. Et Carmine Walafridi Strabi, vel Fortunati, de S. Petro, Tom. 6. Antiquæ Lectionis Caniſii p. 659. 660.

Inſuper & magicum falſi phantaſma Simonis,
Funditus evacuans, terras detruſit in umbras,
Romanum vulgus ſolvens errore vetuſto;
Qui præcelſa rudis ſcandit faſtigia turris,
Atque coronatus lauri de fronde volavit:
Sed mox ætherias dimittens furcifer auras,
Cernuus ad terras confractis oſſibus ambro
Corruit; & Petro ceſſit victoria bello.

Quid ſit ambro docet Feſtus.

A quibus omnibus diſcedere licet per hæc, ſumpta ex Actis MSS. Petri & Pauli, Cod. Reg. 1045. [illegible] [illegible]. Leg. f. [illegible]. hoc eſt, *cruore conſperſit.* quamquam Acta Latina nomine Marcelli, quæ Lucæ anno 1668. in publicum protulit Franciſcus Maria Florentinius ad vetuſtius Eccleſiæ Occidentalis Martyrologium; *cecidit in locum, qui Sacra Via dicitur; & in quatuor partes fractus* (vel potius *factus*) *quatuor ſilices adunavit, qui ſunt ad teſtimonium victoriæ Apoſtolorum, uſque in hodiernum diem.* Ibid.

10. Ἐπάγη. A πήγω, πηγνύω.] Verùm Cedrenus accepiſſe videtur quaſi eſſet ab ἐπάγω, ἐπάγομαι: non parvo errore. Ita enim Noſtrum excribit, [illegible] τῶν Σιμωνιανῶν αἵρεσις ἐν Ῥώμῃ.

Quæres dubio procul, quid ſentiendum videatur de ſtupendo, & ut Iſidorus Peluſiota lib. 1. Epiſt. 13. appellat celeberrimo Simonis interitu. Ego præclaræ illius ſententiæ memor, *Periculoſum eſt credere, & non credere*: nec aſſevero, neque pernego, ſed ἐπέχω plerumque. Cui cordi erunt hujuſmodi miracula, (ſunt autem non paucis) habet in præſenti auctoritatem plurimorum graviſſimorumque utriuſque Eccleſiæ Magiſtrorum; etiam, præter hiſce Notis indicatos, Epiphanii Hæreſi 21, n. 5. Hieronymi aut alterius ad Pſalmum 9. Pſeudo-Ambroſii ad Romam. VIII. 38. & Græcorum XXIX. Junii. Qui verò ad diffidentiam propendebit magis; quo morbo magna pars eruditorum hodie jactatur; retardabitur ab aſſenſu; partim narrationis origine, è libris Apocryphis & Pſeudepigraphis; partim diſcrepantiâ referentium; partim ſilentio multorum, præſertimque Romanorum Pontificum, qui ſua tacere non ſolent; partim ob annotationem S. Auguſtini ſcribentis ad Caſulanum: *Eſt quidem & hæc opinio plurimorum; quamvis eam perhibeant eſſe falſam plerique Romani; quòd Apoſtolus Petrus cum Simone mago die Dominico certaturus, propter ipſum magnæ tentationis periculum, pridie cum ejuſdem urbis Eccleſia jejunaverit, & conſecuto tam proſpero glorioſoque ſucceſſu, eumdem morem tenuerit, eumque imitatæ ſint nonnullæ Occidentis Eccleſiæ.* Certè obſcuram valde ac incertam Romæ fuiſſe eam famam innuit ſatis Liber Pontificalis, cùm habet dumtaxat in Petro; idque juxta quædam exemplaria: alia enim id tacent; *Et dum diutius altercarentur, Simon divino nutu interemptus eſt.* Similia Simonianis leges in Hiſtoria Eccleſiaſtica Euſebii lib. 5. cap. 16. de Theodoto Montani ſocio. Ibid.

11. Τὸ μὲν παντοκράτορα &c.] Primi Hæretici Deum verum & omnipotentem blaſphemiis appetebant; quia inficiabantur eſſe Patrem Chriſti, mundique opificem; ſuperducebant verò falſum Deum, quem dicebant ignotum, ineffa-

προνοίαν μὴ εἶναι· ἀνάστασιν μὴ πιστεύειν· κρίσιν μὴ εἶναι καὶ ἀνταπόδοσιν· [12] ψυχὴν ἀθάνατον μὴ ὑπάρχειν· ἡδονῇ χαίρειν μόνῃ· καὶ [13] περὶ πᾶσαν θρησκείαν ἀδιαφόρως ἐκκλίνειν. οἱ μὲν γὰρ, πλείους εἶναι θεοὺς λέγουσιν· οἱ δὲ, τρεῖς ἀνάρχους· οἱ δὲ, δύο ἀγεννήτους· οἱ δὲ, αἰῶνας ἀπείρους. καί τινες μὲν αὐτῶν, ἀγαμίαν διδάσκουσι, καὶ κρεῶν ἀποχὴν καὶ οἴνου· βδελυκτὰ λέγοντες εἶναι καὶ γάμον καὶ παίδων γένεσιν, καὶ βρωμάτων μετάληψιν· ἵν' ὡς σεμνοί τινες τὴν πονηρὰν αὐτῶν γνώμην ὡς ἀξιόπιστον παραδεχθῆναι ποιήσωσι· τινὲς δὲ ἐξ αὐτῶν νομοθετοῦσι κρεῶν ἀπέχεσθαι· [14] οὐχ ὡς ἀλόγων ζώων, ἀλλ' ὡς λογικὴν ἐχόντων ψυχὴν, καὶ φόνου δίκην εἰσπραχθήσεσθαι μελλόντων τῶν ταῦτα καταλμώντων σφάζειν· ἕτεροι δὲ ἐξ αὐτῶν, [15] ἄλογον μόνον δεῖν φάσκοντες χοιρείων ἀπέχεσθαι· τὰ δὲ κατὰ νόμον καθαρὰ ἐσθίειν· καὶ περιτέμνεσθαι νομίμως· πιστεύειν δὲ εἰς Ἰησοῦν, [16] ὡς εἰς ὅσιον ἄνδρα καὶ προφήτην. ἄλλοι δὲ [17] ἀναιδῶς ἐκπορνεύειν, καὶ καταχρῆσθαι τῇ σαρκὶ ἐδίδασκον, καὶ [18] διὰ πάσης ἀνοσιουργίας ἰέναι, ὡς οὕτω καὶ μόνως ἐκφεύξεσθαι τὴν ψυχὴν τοὺς κοσμικοὺς ἄρχοντας· οὗτοι δὲ πάντες τοῦ διαβόλου ὄργανα τυγχάνουσι, καὶ υἱοὶ ὀργῆς.

nullam exſiſtere providentiam; reſurrectionem non credendam; non futurum judicium, nec retributionem; non eſſe animam immortalem; ſolâ voluptate lætandum: atque licere ad omnem religionem indifferenter deflectere. Et alii quidem multos eſſe Deos aſſerunt; alii verò tres principii expertes; alii autem duos ingenitos; & alii innumeros Æones. Quidam etiam eorum docent non eſſe nubendum, & abſtinendum eſſe à carne & vino; affirmantes nuptias liberorúmque procreationem, & ciborum ſumptionem res eſſe abominabiles: ut tamquam viri graves ac ſeveri pravam ſuam opinionem quaſi fide dignam ſuſcipi faciant. Ex iis autem nonnulli ſanciunt abſtinere à carnibus: non tamquam ex ſint animalium ratione carentium; ſed veluti animam rationalem habentium; & quaſi qui ea mactare audent, pœnas daturi ſint homicidii. Alii verò ex iis aiebant ſola ſuilla abſtinendum; comedenda quæ ſecundùm Legem munda habentur; Circumciſionem ex Lege uſurpandam; & credi oportere in Jeſum, ut in virum ſanctum ac Prophetam. Alteri ſcortari ſine verecundia, & carne abuti docebant, & per omne nequiter factum volutari, quòd hac ſolùm ratione anima mundanos Principes effugeret. Atque hi omnes ſunt Diaboli inſtrumenta, & filii iræ.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ια'.

Ἐξήγησις ἀποστολικοῦ κηρύγματος.

Ἡμεῖς δὲ τέκνα Θεοῦ καὶ υἱοὶ εἰρήνης, τὸν ἱερὸν καὶ εὐθῆ λόγον κηρύσσοντες τῆς εὐσεβείας, ἕνα μόνον Θεὸν καταγγέλλομεν, νόμου καὶ προφητῶν κύριον, τῶν ὄντων δημιουργὸν, τὸν Χριστοῦ

CAPUT XI.

Enarratio Apoſtolicæ prædicationis.

Nos verò Dei proles, & filii pacis, qui ſacrum ac rectum pietatis verbum prædicamus, unum ſolum Deum annunciamus, Legis ac Prophetarum Dominum, rerum creatorem, Chriſti Patrem; non ſui

effabilem, &c. Habent ſenſum hunc obſcuriora verba, interpoſitu utriuſque Numinis minus bene conſtructa. De ignoto Deo eadem impietas Hæreſi Elcezæorum tribuitur in Jure Græco Romano p. 180. ubi Ἀλλότριον perperam leges. Sed & ibidem manifeſtò pugnat cum veritate quod dicitur; Οὐαλεντῖνος καὶ Κέρδων ἐλθόντες ἐν τῇ Ῥώμῃ. ἐδίδασκον τὸν τοῦ παλαιοῦ Θεόν. Proinde locus depravatus eſt & imperfectus. Scribendum forſan, κατὰ τοῦ τῆς παλαιᾶς Θεοῦ. *Valentinus & Cerdon Romam profecti, docebant adverſùs veteris Teſtamenti Deum* COT.

12. *Ψυχὴν ἀθάνατον μὴ ὑπάρχειν*] Perniciem mihi videtur quod refert vir doctiſſimus Gilbertus Gaulmınus lib. 1. Notarum ad Opus Hebraicum de vita & morte Moſis cap. 12. Hiſtoricos Arabes ſententiam quæ animas cum corporibus extingui affirmat, Origeni adſcribere Cùm ex Euſebii Hiſtoria lib. 6. cap. 37. conſtet, eum errorem de animæ morte, in Arabia ortum, ab Origene fuiſſe confutatum Ut taceam ſcripta Origenis, in quibus animæ immortalitas docetur. Ibid

13. *Περὶ πᾶσαν θρησκείαν ἀδιαφόρως ἐκκλίνειν.*] Apelles apud Euſebium, nullius in Chriſtum ſperantis fidem examinari vult, aut mutari. Idemque, ni fallor, fuit error Rhetorii cunctarum Hæreſium approbatoris: ſed malè ex preſſus à Philaſtrio, quaſi diceret Rhetorius omnia Hæreticorum dogmata pro veris habenda; quo quid abſurdius? unde meritò ter B. Auguſtino incredibilis viſa eſt. Mentionem facit Rhetorii S. Athanaſius libro de Incarnatione adverſùs Apollinarium. Lege Anonymum crebro à me citatum, Hæreſi 72. Ibid.

14 *Οὐχ ὡς ἀλόγων ζώων.*] Epiphanium conſule Hæreſi 26. n. 10. Hær. 42 p. 330 & Philaſtrium parte 3. Hæreſi 53 Gennadius de Dogmatibus cap. 17. *Animalium animæ non ſunt ſubſtantivæ, ſed cum carne ipſa carnis in nativitate naſcuntur, & cum carnis morte finiuntur & moriuntur: & ideo nec ratione reguntur, ſicut Plato & Alexander putant; ſed ad omnia naturæ incitamento ducuntur.* Quem locum pluſculis abjectis, ideo protuli, ut indicarem, Alexandri in eo memorati cauſâ Philonem Judæum libro ſuo Quod bruta animalia ratione ſint prædita, titulum etiam feciſſe Ἀλέξανδρον. De Alexandro. in Euſebii Hiſtoria, & Catalogo Hieronymi. Ibid.

15. *Ἄλογον μόνον δεῖν φάσκοντες χοιρείων ἀπέχεσθαι*] An deeſt aliquid? Poſt multum tempus Moameth (quemadmodum e gea in Euthymii Panoplia) laudato eſu cæterorum animalium, porcum ſolum abominatus eſt. Et ridentur à S Baſilio Canone 28. qui abſtinentiam à carne ſuilla vovebant. Vide Julianum Apoſtatam Orat. 5. p. 332. Ibid.

16. *Ὡς εἰς ὅσιον ἄνδρα.*] Dicti ideirco, ut videtur, Anthropiani à Cypriano Epiſt. 73. & Lactantio lib. 4. cap ult. Item Hominucionitæ: quod liquet per Prudentium in Apotheoſi, Pſeudo-Hieronymi Indiculum ubi de Pneumatomachis ſeu Macedonianis, Bedam ad Philipp. II. 6 necnon per Vigilium Tapſenſem lib. 5. de Trinitate, circa medium. Chiffletii quippe lectio *Homouſioniſta* apertè pugnat cum ſenſu & verbis Vigilii, eo loco diſputantis adverſus Photinum, qui (inquit) Chriſtum verum Deum abnegat, & hominem purum tantummodo confitetur. Sed & Codex Regius 338. *Homuncionita* retinet. Objiciuntur à doctiſſimo Chiffletio verba Anonymi Sirmondiani; *Septuageſimam & ſextam Hæreſim fecerunt Homuncionitæ, qui dicunt in corpore hominis eſſe imaginem Dei, non in anima.* Verùm tenebrio ille cùm ex jecore ſuo ſapit, numquam non deſipit: hîc verò rem mutuatus à Philaſtrio & Auguſtino, nomen ipſe adjecit. Ab Homuncionitis differunt quammaximè Homuncionates, ut pote Orthodoxi ita per Hæreticos appellati. In Conflictu Arnobii Catholici & Serapionis Hæretici, initio; *Serapion dixit: Antequam ad hoc veniamus, quòd vos Homuncionates arguamus, dicentes, duas naturas eſſe in Chriſto, duaſque ſubſtantias, cupio ſcire quis ſis.* Porrò Homuncionates, ἀλλὰ Θεοῦ καὶ ἀνθρώπου ἐν Χριστῷ ὁμοούσιον. niſi ſi legendum *Homuſionatæ* aut *Homouſionates*, ab ὁμοῦ εἶναι, vel ab ὁμοιώσει Ibid.

17. *Ἀναιδῶς ἐκπορνεύειν, καὶ καταχρῆσθαι τῇ σαρκί.*] Eadem Clemens Alexandrinus, ubi de Nicolao & Nicolaitis. In Lexico Suidæ; [illegible] Sic lego à MSS Regiis, ex ipſo Suida in voce Ὠριγένης. ex Epiphanio Hæreſi 64. n. 2. & Georgio Cedreno. Ibid.

18. *Διὰ πάσης ἀνοσιουργίας &c*] Simoniani, Carpocratiani, Caiani, Gnoſtici. Corrige Præfationem Arabicam Concilii Nicæni: *Octava ſecta Barbarorum dicitur, qui obſcænitatibus, adulteriis, fornicationibus, & omnis immunditiæ generibus ſunt dediti; &c.* Iſta ſunt Borbororum: qui Borboriani, & Borboritæ. Ibid.

ſui cauſſam, nec à ſe genitum, quod illi arbitran-
1. Tim. 6. 16. tur, ſed æternum, & principio carentem, & lumen inacceſſibile habitantem; non ſecundum, aut tertium, aut multiplicem, ſed ſolum æternè; non ignotum vel ineffabilem, ſed per Legem & Prophetas prædicatum; omnipotentem, omnibus imperantem, cunctorum dominium habentem; Deum
Col. 1. 15. ac Patrem unigeniti, & omnis creaturæ primogeniti; unum Deum, unius Filii Patrem, non plurium, unius Paracleti per Chriſtum, aliorum Ordinum effectorem, unum mundi fabricatorem; fa-
1. Ignat. interpol. ad Philad. 9. ctorem diverſarum creaturarum, per Chriſtum, item proviſorem; legiſlatorem, per eumdem Chriſtum; auctorem reſurrectionis, judicii, ac remunerationis, quæ per eumdem fiunt. Huic ipſi Filio placuiſſe hominem ſe facere prædicamus; eumque ſine
1. Ignat. interpol. ad Magneſ. 10. ad Trall. 9. & 10. ad Smyrn. 6, 3. peccato vixiſſe, tum paſſum eſſe, & reſurrexiſſe à mortuis, & aſcendiſſe ad illum à quo miſſus fuerat. Dicimus quoque omnem Dei creaturam eſſe bonam; nihil abominari oportere; quidquid ad ſuſtentandos nos ſumimus juſtè, optimum eſſe: om-
Gen. 1. 31. nia enim, ſecundùm Scripturam, valde bona ſunt.
Hebr. 13. 4. Credimus legitimum matrimonium, & liberorum procreationem, honorem mereri, atque inquinamento vacare: ad augmentum enim humani generis, in Adamo ac Evâ diverſitas ſexuum formata fuit. Animam noſtram incorpoream & immortalem confitemur, non autem interitui obnoxiam ut corpora, immo mortis expertem, utpote rationalem ac liberæ poteſtatis. Omnem concubitum legibus adverſum, unà cum eo quem contra naturam nonnulli uſurpant, tamquam nefandum & impium exſecramur. Futuram juſtorum ac injuſtorum reſurrectionem, atque mercedis ſolutionem confitemur. Chriſtum non tantummodo homi-
1. Tim. 2. 5. nem profitemur, ſed Deum Verbum, & hominem, mediatorem Dei & hominum, pontificem Patris. Neque verò eum Judæis circumcidimur; ſcientes
Gen. 49. 10. quòd venerit is, cui repoſitum erat, & propter quem ſervabantur progenies, qui erat exſpectatio gen-
Gen. 49. 9. in LXX. tium, Jeſus Chriſtus, qui ex Juda originem duxit,
Iſ. 11. 1. filius ex germine, flos ex Jeſſe; *Cujus principatus*
Iſ. 9. 6. *ſuper humeram.*

πατέρα· [19] οὐκ αὐτοπάτορα καὶ αὐτογέννητον, ὡς ἐκεῖνοι οἴονται, ἀλλ' ἀΐδιον καὶ ἄναρχον, καὶ φῶς οἰκοῦντα ἀπρόσιτον· οὐ δεύτερον ὄντα, ἢ τρίτον, ἢ πολλοστὸν, ἀλλὰ μόνον ἀϊδίως· οὐκ ἄγνωστον, ἢ ἄλεκτον, ἀλλὰ διὰ νόμου καὶ προφητῶν κηρυσσόμενον· παντοκράτορα, παντάρχην, παντεξούσιον· Θεὸν καὶ πατέρα τοῦ μονογενοῦς, καὶ πρωτοτόκου πάσης δημιουργίας· ἕνα Θεὸν, ἑνὸς υἱοῦ πατέρα, [20] οὐ πλειόνων, ἑνὸς παρακλήτου διὰ Χριστοῦ, τῶν ἄλλων ταγμάτων ποιητήν. ἕνα δημιουργὸν, διαφόρου κτίσεως διὰ Χριστοῦ ποιητήν, τὸν αὐτὸν προνοητήν, νομοθέτην δι' αὐτοῦ· ἀναστάσεως αἴτιον, καὶ κρίσεως, καὶ ἀνταποδόσεως, δι' αὐτοῦ γινομένων· τοῦτον αὐτὸν καὶ ἄνθρωπον εὐδοκήσαντα γενέσθαι, καὶ πολιτευσάμενον ἄνευ ἁμαρτίας, καὶ παθόντα, καὶ ἀναστάντα ἐκ νεκρῶν, καὶ ἀνελθόντα πρὸς τὸν ἀποστείλαντα. καὶ πᾶν κτίσμα Θεοῦ καλὸν φαμὲν, καὶ οὐδὲν βδελυκτόν· πᾶν τὸ πρὸς σύστασιν δικαίως μεταλαμβανόμενον, ἀγαθόν· πάντα γὰρ, κατὰ τὴν γραφὴν, καλὰ λίαν. γάμον νόμιμον, καὶ παίδων γένεσιν, τίμιον καὶ ἀμόλυντον εἶναι πιστεύομεν· ἐπ' αὐξήσει γὰρ τοῦ γένους τῶν ἀνθρώπων, [21] διαφορὰ σχημάτων διεπλάσθη ἐν τῷ Ἀδὰμ καὶ τῇ Εὔᾳ. ψυχὴν ἀσώματον ἐν ἡμῖν καὶ ἀθάνατον ὁμολογοῦμεν, ἀλλ' οὐ φθαρτὴν ὡς τὰ σώματα, ἀλλ' ἀθάνατον, ὡς λογικὴν καὶ αὐτεξούσιον. πᾶσαν μίξιν παράνομον, καὶ τὴν παρὰ φύσιν γινομένην ὑπό τινων, βδελυσσόμεθα ὡς ἀθέμιτον καὶ ἀσεβείαν. ἀνάστασιν γίνεσθαι ὁμολογοῦμεν δικαίων τε καὶ ἀδίκων, καὶ μισθαποδοσίαν. τὸν Χριστὸν οὐ ψιλὸν ἄνθρωπον ὁμολογοῦμεν, ἀλλὰ Θεὸν λόγον καὶ ἄνθρωπον, μεσίτην Θεοῦ καὶ ἀνθρώπων, ἀρχιερέα τοῦ πατρός. οὔτι μὴν μετὰ Ἰουδαίων περιτεμνόμεθα, εἰδότες, ὅτι ἐλήλυθεν, [22] ᾧ ἀπέκειτο, καὶ δι' ὃν [23] ἐφυλάσσοντο τὰ γένη, ἡ προσδοκία τῶν ἐθνῶν, Ἰησοῦς ὁ Χριστὸς, ὁ ἐξ Ἰούδα ἀνατείλας, ὁ ἐκ βλαστοῦ υἱὸς, τὸ ἐξ Ἰεσσαὶ ἄνθος· οὗ ἡ ἀρχὴ ἐπὶ τοῦ ὤμου.

19. *Οὐκ αὐτοπάτορα καὶ αὐτογέννητον.*] Quia nihil ſui ipſius cauſſa & pater eſſe poteſt; & quia quod ingenitum eſt, nec à ſe nec ab alio eſt genitum: ut liquidò conſtat, obſervaturque à pluribus, etiam antiquis. Verumtamen Deus, apud Auctores quà ſacros quà profanos, appellari ſolet, *αὐτοπάτωρ*, *αὐτογέννητος*, *αὐτοφυὴς*. *αὐτογένητος*, *αὐτογέννητος*, *αὐτόγονος*, *αὐτὸς ἐξ αὐτοῦ ὑποστάς*. *αὐτολόχευτος*, *αὐτομήτωρ*, *αὐτοπάτωρ*. *αὐτοφυής*. *αὐτόφυτος*. *αὐτοτέλεστος*. *αὐτοτελής*, &c. Sed qui eas voces uſurpant, oſtendere volunt Deum à nullo eſſe. Unde in Heſychio *αὐτογέννητος*, *αὐτογένητος*. *αὐτοφυής*. *αὐτολόχευτος*, exponuntur *οὐκ ἐκ τινὸς γεννηθείς*. *θεὸς ἀγέννητος*. Vide Hilarium de Synodis, ad Anathematiſmum 10. p. 366. & Fauſtum Ep. 5. ad Ruricium. Legitu quoque Recognit. III. 3. 4. 10. necnon Clementina XVI. 16. COT.

20. *Οὐ πλειόνων, ἑνὸς παρακλήτου.*] Contra Hæreticos. Valentiniani quippe & Marcion duos Filios, duos Chriſtos inducebant. De primis docet Irenæus lib. 1. cap. 2. De Marcione Juſtinus Apologetico 1. Tertullianus IV. adversùs illum 6. Athanaſius in Sabellianos, & Optatus lib. 4. Præterea feriuntur anathemate Gnoſtici cap. 2. Concilii Bracarenſis 1. quòd in Divinitate Trinitatem Trinitatis ponerent. Et infrà Canone Apoſtolico 41. al. 49. damnatur qui baptizaverit in tres Filios, aut in tres Paracletos: ubi vide quæ adnotabimus. Non ſum neſcius Origenem lib. 2. de principiis cap. 7. citatum etiam in Apologia Pamphili, ita loqui; *Et duos quidem Deos auſos eſſe Hæreticos dicere, & duos Chriſtos audivimus: duos autem Spiritus ſanctos numquam cognovimus ab aliquo prædicari.* Verùm idem Origenes ad Tit III. 10. referente Pamphilo, contrà ſcripſerat; *Sed & ſunt qui Spiritum ſanctum alium quidem dicant eſſe, qui fuit in Prophetis, alium autem qui fuit in Apoſtolis Domini noſtri Jeſu-Chriſti.* Porrò hunc Conſtitutionum locum Græcus à Turriano memoratus tamquam rejiciendum atque fugiendum unâ marginali proſcribit: cum tamen, ſi mendoſus non eſt, obſcuritate laborare videatur, non errore. Ibid.

21. *Διαφορὰ σχημάτων.*] Pari modo *σχῆμα* accipiendum puto in Iſaiæ Prophetia cap. 3. verſ. 17. *καὶ ταπεινώσει ὁ Θεὸς ἀρχούσας θυγατέρας Σιὼν καὶ κύριος ἀνακαλύψει τὸ σχῆμα αὐτῶν*, ut reſpondeat Hebræo פתהן. Atque de ſexu locum intellexerunt Syrus & Arabs Interpretes. Ibid.

22. *ᾧ ἀπέκειτο.*] Et cap. 13. Legebat Gen. XLIX. 10. *ᾧ ἀπόκειται*. quæ eſt veriſimilior ſcriptura, & apud Veteres uſitatior; utcumque ad Chriſtum maximè accommodata, ideoque à Juliano Apoſtata apud Cyrillum lib. 8. contra eum, fraudi Chriſtianorum adſcripta. Nolim tamen rejicere penitus cæteras, præſertim frequentem quoque in ſcriptis SS. Patrum, *τὰ ἀποκείμενα αὐτῷ*, licèt à Judæis orta videri poſſit, ex Juſtini Martyris Dialogo p. 348. 349. Certè utràque utitur Juſtinus ipſe p. 73. 271. 348. utuntur Origenes, Euſebius, Athanaſius, Rufinus, Auguſtinus, & Cyrillus Alexandrinus. Aliæ lectiones ſunt I. *ᾧ τὰ ἀπόκειται*. Epiphanius Hæreſi 20. n. 1. *ἕως ἂν ἔλθῃ ᾧ ἀπόκειται· ὡς δὲ ἔχει τὰ ἄλλα ἀντίγραφα, ἕως ἔλθῃ ᾧ τὰ ἀποκείμενα.* leg. Hæreſ. 29. n. 3. Hær. 42. p. 332. D. II. *ᾧ ἀπόκειται*. in Juſtini Dialogo p. 349. l. 2. Vetus Interpres Epiſtolæ interpolatæ Ignatii ad Philadelphenos cap. 9. in Codice Petaviano, *Donec veniat cui repoſita ſunt.* atque ita apud S. Leonem Serm. 5. in Epiphania: at Serm. 3. in eadem ſollemnitate, *cui repoſitum eſt.* III. *ὃ ἀπόκειται*. apud Ignatium interpolatum loco citato, ex MS. Juliano; Juſtinum p. 73. & 89 in exemplari, Origenem ad Matth XIV. 3. Epiphanium Hæreſi 66. n. 74. Gregorium Nyſſenum in libro Teſtimoniorum, Tom. 2. Edit. Pariſ. ann. 1638. p. 154. Theodoritum ad hunc Geneſ. locum, in MS. teſte Nobilio; Heſychium Presbyterum Hieroſolymæ Serm. 1. de Deipara, ſub finem; Cedrenum Edit. Baſil. p. 151. l. 12. & Gregentium fol. 15. p. 2. IV. ſi ad verbum & non potius ex ſenſu citatur, *ὁ ἐστι*. infrà Clementinorum lib. 3. cap. 49. Denique ſimili modo, *ᾧ ἐστι*. aut *ὃ ἐστι*. in Diſputatione Archelai adversùs Manichæum, quam ad calcem Socratis & Sozomeni edendam curavit clariſſimus Valeſius, p. 202. col. 1. *Ait enim, intellige; Non deficiet princeps de Juda, neque dux de ſemore ejus, uſquequo veniat qui eſt, & ipſe erit exſpectatio Gentium.* Ibid.

23. *Ἐφυλάσσοντο τὰ γένη.*] Joſephus de vita ſua, ipſo ſtatim

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ιϛ΄.

Πρὸς τοὺς ὁμολογοῦντας, Ἰουδαΐζειν δὲ θέλοντας.

Ἀλλ' ἐπεὶ τότε αὕτη ἡ αἵρεσις ἰσχυροτέρα πρὸς πλάνην ἔδοξεν εἶναι, καὶ τῆς ἐκκλησίας ὅλης κινδυνευσάσης, ἡμεῖς οἱ δώδεκα, συνελθόντες εἰς Ἱερουσαλὴμ, (ἀντὶ γὰρ τοῦ προδότου Ματθίας σὺν ἡμῖν κατεψηφίσθη ἀπόστολος εἶναι, λαβὼν τὸν κλῆρον Ἰούδα· ὡς εἴρηται· Τὴν ἐπισκοπὴν αὐτοῦ λάβοι ἕτερος) ἐπεσκεπτόμεθα ἅμα Ἰακώβῳ τῷ τοῦ κυρίου ἀδελφῷ τί γένηται· καὶ ἔδοξεν αὐτῷ τε καὶ τοῖς πρεσβυτέροις, λόγους διδασκαλίας προσλαλῆσαι τῷ λαῷ. καὶ γὰρ καί τινες κατελθόντες ἀπὸ τῆς Ἰουδαίας εἰς Ἀντιόχειαν ἐδίδασκον τοὺς ἐκεῖ ἀδελφοὺς, λέγοντες· ὅτι ἐὰν μὴ περιτμηθῆτε τῷ ἔθει Μωϋσέως, καὶ τοῖς ἄλλοις ἔθεσιν οἷς διετάξατο περιπατῆτε, οὐ δύνασθε σωθῆναι. Γενομένης οὖν στάσεως καὶ ζητήσεως οὐκ ὀλίγης, οἱ ἐν Ἀντιοχείᾳ ἀδελφοὶ, γνόντες ὅτι συνεληλύθειμεν πάντες περὶ τούτου [14] ζητήσοντες, ἐξαπέστειλαν πρὸς ἡμᾶς ἄνδρας πιστοὺς καὶ τῶν γραφῶν εἰδήμονας, μαθεῖν περὶ τοῦ ζητήματος τούτου· οἱ δὲ, παραγενόμενοι εἰς Ἱερουσαλὴμ, διηγήσαντο ἡμῖν τὰ ζητηθέντα καὶ ἐν τῇ Ἀντιοχέων ἐκκλησίᾳ, ὡς ὅτι τινὲς ἔλεγον, ὅτι δεῖ περιτέμνεσθαι, καὶ τὰς ἄλλας ἁγνείας παραφυλάττειν. ἄλλων δὲ ἄλλο τι λεγόντων, ἐγὼ Πέτρος ἀναστὰς εἶπον πρὸς αὐτούς· Ἄνδρες ἀδελφοί· ὑμεῖς ἐπίστασθε, ὅτι ἀφ' ἡμερῶν ἀρχαίων, [15] ἐν ὑμῖν ἐξελέξατο ὁ Θεὸς, διὰ τοῦ στόματός μου ἀκοῦσαι τὰ ἔθνη τὸν λόγον τοῦ εὐαγγελίου, καὶ πιστεῦσαι· καὶ ὁ καρδιογνώστης Θεὸς ἐμαρτύρησεν αὐτοῖς. Κορνηλίῳ γάρ ποτε ἑκατοντάρχῃ Ῥωμαϊκῆς ἀρχῆς ὤφθη ἄγγελος κυρίου, καὶ περὶ ἐμοῦ εἶπεν αὐτῷ, ὅπως μεταστείληταί με, καὶ ἀκούσῃ ῥήματα ζωῆς ἐκ τοῦ στόματός μου. ὁ δὲ μεταπέμψατό με ἀπὸ Ἰόππης εἰς Καισάρειαν τὴν Στράτωνος. ὡς ποτὲ δὲ ἔμελλον πρὸς αὐτὸν ἐκπορεύεσθαι, ἠβουλήθην τροφῆς μεταλαβεῖν· καὶ παρασκευαζόντων, ἤμην ἐν τῷ ὑπερῴῳ προσευχόμενος· καὶ θεωρῶ τὸν οὐρανὸν ἀνεῳγότα, καὶ τέσσαρσιν ἀρχαῖς δεδεμένον σκεῦός τι, ὡς ὀθόνην λαμπρὰν, καθιέμενον ἐπὶ τῆς γῆς, ἐν ᾧ ὑπῆρχε πάντα τὰ τετράποδα, καὶ ἑρπετὰ τῆς γῆς, καὶ τὰ πετεινὰ τοῦ οὐρανοῦ, καὶ ἐγένετο φωνὴ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ πρός με λέγουσα· Ἀναστὰς, Πέτρε, θῦσον, καὶ φάγε. Κἀγὼ εἶπον· Μηδαμῶς, κύριε, ὅτι οὐδέποτε ἔφαγον πᾶν κοινὸν καὶ ἀκάθαρτον. Καὶ ἐγένετο φωνὴ ἐκ δευτέρου, λέγουσα· Ἃ ὁ Θεὸς ἐκαθάρισε, σὺ μὴ κοίνου. Τοῦτο δὲ ἐγένετο ἐπὶ τρίς· καὶ ἀνελήφθη τὸ σκεῦος εἰς τὸν οὐρανόν. ὡς δὲ διηπόρουν, τί ἂν εἴη τὸ ὅραμα, εἶπέ μοι τὸ πνεῦμα· Ἰδοὺ ἄνδρες ζητοῦσί σε. ἀλλὰ ἀναστὰς πορεύθητι σὺν αὐτοῖς, μηδὲν διακρινόμενος, διότι ἐγὼ ἀπέσταλκα αὐτούς. Οὗτοι δὲ ἦσαν οἱ παρὰ τοῦ ἑκατοντάρχου. καὶ οὕτως ἀναλογισάμενος, ἔγνων τὸ ῥῆμα κυρίου τὸ γεγραμμένον· ὅτι πᾶς ὃς ἂν ἐπικαλέσηται τὸ ὄνομα κυρίου, σωθήσεται· καὶ πάλιν· Μνησθήσονται, καὶ ἐπιστραφήσονται πρὸς κύριον πάντα τὰ πέρατα τῆς γῆς, καὶ προσκυνήσουσιν ἐνώπιον αὐτοῦ πᾶσαι αἱ πατριαὶ τῶν ἐθνῶν· ὅτι τοῦ κυρίου ἡ βασιλεία, καὶ αὐτὸς δεσπόζει τῶν ἐθνῶν. Καὶ ὡς πανταχοῦ περὶ τῆς κλήσεως τῶν ἐθνῶν εἴρηται, ἐννοήσας, ἀναστὰς ἐπορεύθην σὺν αὐτοῖς, καὶ εἰσῆλθον εἰς τὸν οἶκον τοῦ ἀνδρός· καὶ ἔτι μου διαλεγομένου τὸν λόγον, ἔπεσε τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐπ' αὐτὸν καὶ ἐπὶ τοὺς παρόντας σὺν αὐτῷ, καθὼς καὶ ἐφ' ἡμᾶς ἐν ἀρχῇ, καὶ οὐδὲν διέκρινε μεταξὺ ἡμῶν τε καὶ αὐτῶν, τῇ πίστει καθαρίσας τὰς καρδίας αὐτῶν. καὶ ἔγνων ἐγὼ ὅτι

CAPUT XII.

Contra eos qui Chriſtianæ religioni cùm aſſentiantur, volunt tamen Judaicos ritus obſervare.

VErùm quia tunc ea Hæreſis ad fraudem vali- *Act.* 15. 1.
dior viſa eſt, & univerſa Eccleſia periclitaba-
tur; congregati Hieroſolymis nos duodecim. (nam *Act.* 1.
loco Proditoris Matthias electus fuit, ut nobiſcum
eſſet Apoſtolus, acceptâ ſorte Judæ; ſicut dixit
Scriptura; *Epiſcopatum ejus accipiat alter*) diſpicie- *Pſ.* 108. 8.
bamus unà cum Jacobo fratre Domini, quid fieri
oporteret: placuítque illi ac Presbyteris, ut de *Act.* 15.
ſermonibus doctrinæ allocutio haberetur ad popu-
lum. Etenim quidam ex Judæa Antiochiam de-
greſſi, docebant fratres ibi conſiſtentes, his ver-
bis; *Niſi circumcidamini ritu Moſaico, & in aliis* v. 1.
*ritibus quos idem conſtituit incedatis, non poteſtis ſal-
vi fieri.* Ortâ igitur contentione & quæſtione non
parvâ, Antiochenſes fratres, certiores facti quòd
omnes eâ de re diſquiſituri conveneramus, miſe-
runt nobis viros fideles ac Scripturarum peritos,
ut de hac quæſtione edocerentur: at illi Hieroſo-
lymam advenientes, nunciaverunt nobis ea quæ
in Eccleſia quoque Antiochena diſputabantur, ſci-
licet quòd quidam dicerent, oportere circumcidi,
& reliquas cerimonias ac ſanctimonias Legis ob-
ſervare. Cúmque aliud alii proferrent, ego Pe-
trus ſurgens dixi ad eos; *Viri fratres; vos ſcitis,* v. 7.
*quoniam ab antiquis diebus, Deus in vobis elegit, per
os meum audire Gentes verbum Evangelii, & crede-
re; & qui novit corda Deus, teſtimonium perhibuit
ipſis.* Cornelio enim, qui erat Romani imperii *Act.* 10.
Centurio, Angelus Domini apparuit; & de me
dixit ei, ut arceſſeret me, & ex ore meo audiret
verbum vitæ. Ille verò accerſivit me à Joppe in
Cæſaream Stratonis. Cùm autem ad eum eſſem
perventurus, volui cibum capere; quem dum pa-
rarent, eram in cœnaculo orans; & viden cœlum
apertum; atque quatuor initiis illigatum vas quod-
dam, velut linteum ſplendidum, in terram de-
mitti, in quo erant omnia quadrupedia, & ter-
ræ reptilia, & volatilia cœli. Exſtitíſtque vox è
cœlo ad me dicens; *Surge, Petre, occide, & man-* v. 13. &c.
duca. Ego autem reſpondi; *Nequaquam, Domi-
ne; quia nunquam manducavi quidquam commune
& immundum.* Tum vox ſecundò edita eſt, di-
cens; *Quæ Deus purificavit, tu communia ne puta-
to.* Hoc autem factum eſt ter: & receptum eſt
vas in cœlum. Dumque hæſitarem, quid ſibi
vellet illud viſum, dixit mihi Spiritus; *Ecce viri
quærunt te. Surge itaque & vade cum eis, nihil du-
bitans; quia ego miſi illos.* Ii autem erant illi qui
à Centurione veniebant. Atque ita mecum repu-
tans, intellexi verbum Domini quod ſcriptum eſt;
Omnis qui invocaverit nomen Domini, ſalvus erit: *Joël.* 2. 32.
& iterum; *Reminiſcentur, & convertentur ad Do-* *Pſ.* 21. 28.
*minum omnes fines terræ, & adorabunt in conſpectu
ejus univerſæ familiæ Gentium: quoniam Domini eſt
regnum & ipſe dominabitur Gentibus.* Et cogitans, *Act.* 10. 12.
ubique de vocatione Gentium mentionem fieri, *Act.* 10.
ſurrexi, ac ivi cum eis; & intravi in domum viri;
cúmque adhuc verbum annunciarem, cecidit Spi-
ritus ſanctus in eum atque in illos qui cum eo ade- *Act.* 11. 15.
rant, quemadmodum in nos initio; nihilque diſ- *Act.* 15. 9.
crevit inter nos ac illos, fide purificans corda
illorum. Et ego agnovi, quòd Deus non eſt *Act.* 10. 34.
ac-

tim libri exordio, & 1. adversùs Apionem, paullò poſt initium: Africanus apud Euſebium Hiſt. Eccl. lib. 1. cap. 7. COT.

14 Ζητήσοντες.] Vir doctus Johannes Dallæus, ζητοῦντες. Ibid.

15. Ἐν ὑμῖν.] Ita Alexandrinus codex omnium vetuſtiſſimus. Ita Irenæus lib. 3 cap. 12. Sic etiam Chryſoſtomus: ex quo corrigendæ Editiones Oecumenii & Theophylacti. Ibid.

acceptor perſonarum; ſed in omni gente, qui timet eum, ac operatur juſtitiam, acceptus erit illi:
v. 45. & de hoc obſtupuerunt etiam qui ex Circumciſio-
Act. 15.10. ne fideles. *Nunc ergo quid tentatis Deum, imponere jugum grave ſuper cervices diſcipulorum, quod neque nos neque patres noſtri portare potuimus? ſed per gratiam Domini credimus ſalvari, ſicut & illi:* ſolvit enim nos Dominus ex vinculis, & onus noſtrum leve effecit, & jugum gravitatis ac moleſtiæ diſſolvit à nobis lenitate ſuâ. Hæc me dicente, univerſa multitudo ſilentium tenuit. Atque Ja-
v. 14. cobus frater Domini reſpondit, dicens; *Viri fratres, audite me. Simon narravit, quemadmodum primùm Deus viſitavit ſumere ex Gentibus populum*
Amos. 9.11. *nomini ſuo: & huic concordant verba Prophetarum; ſicut ſcriptum eſt; Poſt hæc revertar, & reædificabo tabernaculum Davidis, quod decidit, & diruta ejus reædificabo, & erigam illud; ut requirant cæteri hominum Dominum; & omnes gentes, ſuper quas invocatum eſt nomen meum; dicit Dominus, faciens hæc. Nota à ſæculo ſunt Domino omnia opera ſua. Propter quod ego judicavi, non inquietandos eos qui ex Gentibus convertuntur ad Deum; ſed ſcribendum ad eos, ut abſtineant ſe à contaminationibus Gentilis Idolothytis, & ſanguine, & ſuffocatis, & fornicatione:* quæ etiam antiquis illis, qui ante Legem fecundùm naturam vivebant, ſancita fuerant, Enoſo, Henocho, Noæ, Melchiſedeco, Jobo, & ſi quis hujuſmodi fuit. Tunc placuit nobis Apoſtolis, & Epiſcopo Jacobo, & Senioribus cum omni Eccleſia, eligere viros ex nobis, & mittere cum Barnaba, & cum Paulo Gentium Apoſtolo ac Tarſenſi, Judam qui vocatur Barſabbas, & Silam, viros primarios in fratribus, atque
v. 23. ſcribere per manus eorum hæc: *Apoſtoli & Seniores, & Fratres, his qui ſunt Antiochiæ & Syriæ & Ciliciæ Fratribus ex Gentibus, ſalutem. Quoniam audivimus quòd quidam ex nobis, turbaverunt vos verbis, evertentes animas veſtras; quibus non mandavimus; placuit collectis in unum, eligere viros, & mittere ad vos cum cariſſimis noſtris Barnaba & Paulo, hominibus qui tradiderunt animas ſuas pro Domino noſtro Jeſu Chriſto, per quos ſcripſiſtis. Miſimus autem cum ipſis Judam & Silam, qui & ipſi verbis referent eadem. Viſum eſt enim Spiritui ſancto & nobis, nihil ultrà imponere vobis oneris, quam hæc neceſſaria; ut abſtineatis vos ab immolatis ſimulacrorum, & ſanguine, & ſuffocato, & fornicatione; à quibus cuſtodientes vos, bene agetis. Valete.* Hanc igitur Epiſtolam miſimus: ipſi autem ſat multis diebus remanſimus Hieroſolymis, unà conquirentes quæ ad communem utilitatem & ad cenſuram pertinerent.

οὐκ ἔστι προσωπολήπτης ὁ Θεὸς, ἀλλ᾽ ἐν παντὶ ἔθνει ὁ φοβούμενος αὐτὸν καὶ ἐργαζόμενος δικαιοσύνην, δεκτὸς αὐτῷ ἐστιν· ἐξέστησαν δὲ ἐπὶ τούτῳ καὶ οἱ ἐκ περιτομῆς πιστοί· Νῦν οὖν τί πειράζετε τὸν Θεὸν, ἐπιθεῖναι ζυγὸν βαρὺν ἐπὶ τὸν τράχηλον τῶν μαθητῶν, ὃν οὔτε ἡμεῖς, οὔτε οἱ πατέρες ἡμῶν ἰσχύσαμεν βαστάσαι; ἀλλὰ διὰ τῆς χάριτος τοῦ κυρίου πιστεύομεν σωθῆναι, καθ᾽ ὃν τρόπον κἀκεῖνοι· ἔλυσε γὰρ ἡμᾶς ὁ κύριος ἐκ τῶν δεσμῶν, καὶ ἐλάφρωσε τὸ φορτίον ἡμῶν, καὶ τὸν ζυγὸν τοῦ βάρους πραότητι ἔλυσεν ἀφ᾽ ἡμῶν. ταῦτα δέ μου εἰπόντος, ἐσίγησεν ἅπαν τὸ πλῆθος· ἀπεκρίθη δὲ Ἰάκωβος ὁ τοῦ κυρίου ἀδελφὸς, λέγων· Ἄνδρες ἀδελφοὶ, ἀκούσατέ μου. Συμεὼν ἐξηγήσατο, καθὼς πρῶτον ὁ Θεὸς ἐπεσκέψατο λαβεῖν ἐξ ἐθνῶν
[26] λαὸν τῷ ὀνόματι αὐτοῦ· καὶ τούτῳ συμφωνοῦσιν οἱ λόγοι τῶν προφητῶν, καθὼς γέγραπται· μετὰ ταῦτα ἀναστρέψω, καὶ ἀνοικοδομήσω τὴν σκηνὴν Δαβὶδ τὴν πεπτωκυῖαν, καὶ τὰ κατεσκαμμένα αὐτῆς ἀνοικοδομήσω, καὶ ἀνορθώσω αὐτὴν, ὅπως ἂν ἐκζητήσωσιν οἱ κατάλοιποι τῶν ἀνθρώπων τὸν κύριον, καὶ πάντα τὰ ἔθνη, ἐφ᾽ οὓς ἐπικέκληται τὸ ὄνομά μου ἐπ᾽ αὐτοὺς, λέγει κύριος ὁ ποιῶν ταῦτα. γνωστὰ ἀπ᾽ αἰῶνός ἐστι τῷ Θεῷ πάντα τὰ ἔργα αὐτοῦ. διὸ ἐγὼ ἔκρινα μὴ παρενοχλεῖν τοῖς ἀπὸ τῶν ἐθνῶν ἐπιστρέφουσιν ἐπὶ τὸν Θεόν· ἀλλ᾽ ἐπιστεῖλαι αὐτοῖς τοῦ ἀπέχεσθαι ἀπὸ τῶν ἀλισγημάτων τῶν ἐθνῶν εἰδωλοθύτου, καὶ αἵματος, καὶ πνικτοῦ, καὶ πορνείας·
[27] ἅπερ καὶ τοῖς πάλαι νενομοθέτηται τοῖς πρὸ τοῦ νόμου φυσικοῖς, Ἐνὼς, Ἐνὼχ, Νῶε, Μελχισεδὲκ, Ἰὼβ, καὶ εἴ τις τοιοῦτος γεγένηται. τότε ἔδοξεν ἡμῖν τοῖς ἀποστόλοις, καὶ τῷ ἐπισκόπῳ Ἰακώβῳ, καὶ τοῖς πρεσβυτέροις σὺν ὅλῃ τῇ ἐκκλησίᾳ, ἐκλεξαμένους ἄνδρας ἐξ ἡμῶν αὐτῶν πέμψαι σὺν τοῖς περὶ Βαρνάβαν, καὶ Παῦλον, τὸν τῶν ἐθνῶν ἀπόστολον, τὸν Ταρσέα, καὶ Ἰούδαν τὸν καλούμενον Βαρσαββᾶν, καὶ Σίλαν, ἄνδρας ἡγουμένους ἐν τοῖς ἀδελφοῖς, γράψαντες διὰ χειρὸς αὐτῶν τάδε· Οἱ ἀπόστολοι καὶ οἱ πρεσβύτεροι καὶ οἱ ἀδελφοὶ, τοῖς κατὰ τὴν Ἀντιόχειαν καὶ Συρίαν καὶ Κιλικίαν ἀδελφοῖς τοῖς ἐξ ἐθνῶν, χαίρειν. ἐπειδὴ ἠκούσαμεν ὅτι τινὲς ἐξ ἡμῶν ἐτάραξαν ὑμᾶς λόγοις, ἀνασκευάζοντες τὰς ψυχὰς ὑμῶν, οἷς οὐ διεστειλάμεθα· ἔδοξεν ἡμῖν γενομένοις ὁμοθυμαδὸν, ἐκλεξαμένους ἄνδρας ἐκπέμψαι πρὸς ὑμᾶς, σὺν τοῖς ἀγαπητοῖς ἡμῶν Βαρνάβᾳ καὶ Παύλῳ, ἀνθρώποις παραδεδωκόσι τὰς ψυχὰς αὐτῶν ὑπὲρ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, δι᾽ ὧν ἐπεστείλατε. ἀπεστάλκαμεν δὲ μετ᾽ αὐτῶν Ἰούδαν καὶ Σίλαν, καὶ αὐτοὺς διὰ λόγου ἀπαγγέλλοντας τὰ αὐτά. ἔδοξε γὰρ τῷ ἁγίῳ πνεύματι καὶ ἡμῖν, μηδὲν πλέον ἐπιτίθεσθαι ὑμῖν βάρος, πλὴν τούτων τῶν ἐπ᾽ ἀνάγκαις, ἀπέχεσθαι εἰδωλοθύτων, καὶ αἵματος, καὶ πνικτοῦ, καὶ πορνείας. ἐξ ὧν διατηροῦντες ἑαυτοὺς, εὖ πράξετε. ἔρρωσθε. Τὴν μὲν οὖν ἐπιστολὴν ἐξαπεστείλαμεν· αὐτοὶ δὲ ἐν ἱκαναῖς ἡμέραις ἐν Ἱεροσολύμοις ἐπεμείναμεν ἅμα συζητοῦντες πρὸς τὸ κοινωφελὲς εἰς διόρθωσιν.

CAPUT XIII.

Quo modo oporteat ſeparari ab Hæreticis.

POſt verò ſatis longum tempus, viſitavimus fratres, & confirmavimus eos verbo pietatis,

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ιγ´.

Ὅπως χρὴ χωρίζεσθαι τῶν αἱρετικῶν.

ΜΕτὰ δὲ χρόνον ἱκανὸν ἐπισκεψάμενοι τοὺς ἀδελφοὺς, καὶ στηρίξαντες αὐτοὺς τῷ λόγῳ τῆς εὐσε-

26. *Λαὸν τῷ ὀνόματι αὐτοῦ.*] Lectio quorumdam Interpretum, quorumdam MSS. quarumdam Editionum, nonnullorum Patrum. In his B. Chryſoſtomi: eóque forſan Oe-cumenio reddenda; Theophylacto autem non forſan, ſed omnino, quod ex ipſius expoſitione manifeſtum fit. Alias hujus capitis variantes ſcripturas ſimiliter nota: neque enim exemplis carent. COT.

27. *Ἅπερ καὶ τοῖς πάλαι νενομοθέτηται.*] Ut homines ſanctos qui ante Moyſem vixerunt, nemo dixerit comediſſe Idolothyta, aut fuiſſe fornicatores: ita non abhorret à vero, eoſdem abſtinuiſſe ſanguine & ſuffocato. Siquidem ante diluvium veſcendæ carnis copiam non eſſe factam docetur à Tertulliano 4. de jejuniis, Origene ad Geneſ. l. 29. Baſilio Orat. 1. de jejunio, Chryſoſtomo Homil. 27. in Geneſim, Hieronymo adverſùs Jovinianum lib. 1. cap. 10. lib. 2. cap. 10. Theodoro ac Theodorito in hujus Quæſtionib. in Geneſim num. 39. 51. 55. Et poſt diluvium audierunt Noe ac filii ejus à Deo; *carnem cum ſanguine non comedetis.* In interdictione autem ſanguinis continetur interdictum ſuffocati, juxta illud Chryſoſtomi loco laudato; *οὐ γὰρ κρέας ἐν αἵματι ψυχῆς· τοῦτ᾽ ἔστι, πνικτόν. τὸ γὰρ αἷμα ἡ ψυχὴ τοῦ ἀλόγου τυγχάνει.* Tertullianus Apologetici cap. 9 *propterea quoque ſuffocatis, & morticinis abſtinemus, ne quo ſanguine contaminemur, vel intra viſcera ſepulto.* Conſulantur quæ inferiùs in Recognit. l. 30. Ibid.

28. Τὸ

ἀσεβείας, καὶ παρεγγυώμενοι φεύγειν αὐτούς, τοὺς ἐπ' ὀνόματι Χριστοῦ καὶ Μωσέως, πολεμοῦσι Χριστῷ καὶ Μωσεῖ, καὶ ἐν δορᾷ προβάτων τὸν λύκον κατακρύπτουσιν. Οὗτοι γάρ εἰσι ψευδόχριστοι, καὶ ψευδοπροφῆται, καὶ ψευδαπόστολοι, πλάνοι καὶ φθορεῖς, ἀλωπέκων μερίδες καὶ χαμαιζήλων ἀμπελώνων ἀφανισταί· δι' οὓς ψυγήσεται ἡ τῶν πολλῶν ἀγάπη· ὁ δὲ ὑπομείνας εἰς τέλος ἀδιάστροφος, οὗτος σωθήσεται· περὶ ὧν ἀσφαλιζόμενος ἡμᾶς ὁ Κύριος, παρήγγειλεν, ἐλεύσονται, λέγων, πρὸς ὑμᾶς ἄνθρωποι ἐν ἐνδύμασι προβάτων· ἔσωθεν δέ εἰσι λύκοι ἅρπαγες· ἀπὸ τῶν καρπῶν αὐτῶν ἐπιγνώσεσθε αὐτούς. Προσέχετε ἀπ' αὐτῶν. ἀναστήσονται γὰρ ψευδόχριστοι καὶ ψευδοπροφῆται, καὶ πλανήσουσι πολλούς.

& hortati ſumus ut Hæreticos fugerent, qui in
nomine Chriſti ac Moſis, cum Chriſto ac Moſe Ignat. interpol. ad Trall. 6.
bellant, & in ovium pelle lupum occulunt. Hi
namque ſunt Pſeudochriſti, & Pſeudoprophetæ,
& Pſeudoapoſtoli, fallaces & corruptores; vul- *Pſ.* 63. 11.
pium partes, & vinearum humiliorum vaſtatores; *Cant.* 2. 15.
per quos *refrigeſcet caritas multorum: qui autem* Ignat. interpol. ad
perſeveraverit uſque in finem, indeflexus; *hic ſalvus* Philad. 3.
erit. De iiſdem Dominus nos cautos reddens, *Mat.* 24 12.
iſta denunciavit; *Venient ad vos viri in veſtimentis* *Mat.* 7. 15.
ovium; intrinſecùs autem ſunt lupi rapaces: a fru-
ctibus eorum cognoſcetis eos: attendite ab eis. Ex *Mat.* 24.
ſurgent enim Pſeudochriſti, & Pſeudoprophetæ, & 24. 5.
ſeducent multos.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ιδ'.

Τίνες οἱ κηρύξαντες τὴν καθολικὴν διδασκαλίαν, καὶ τίνα τὰ δι' αὐτῶν παρηγγελμένα.

Δι' ἃς καὶ ἡμεῖς νῦν ἐπὶ τὸ αὐτὸ γενόμενοι, Πέτρος καὶ Ἀνδρέας, Ἰάκωβος καὶ Ἰωάννης υἱοὶ Ζεβεδαίου, Φίλιππος καὶ Βαρθολομαῖος, Θωμᾶς καὶ Ματθαῖος, Ἰάκωβος Ἀλφαίου καὶ Λεββαῖος ὁ ἐπικληθεὶς Θαδδαῖος, καὶ Σίμων ὁ Κανανίτης, καὶ
* al. σὺν ἡμῖν — Ματθίας ὁ ἀντὶ Ἰούδα καταψηφισθεὶς * ἡμῖν· Ἰάκωβός τε ὁ τοῦ Κυρίου ἀδελφὸς καὶ Ἱεροσολύμων ἐπίσκοπος, καὶ Παῦλος ὁ τῶν ἐθνῶν διδάσκαλος, τὸ σκεῦος τῆς ἐκλογῆς, ἅμα πάντες καὶ ἐπὶ τὸ αὐτὸ γενόμενοι, ἐγράψαμεν ὑμῖν τὴν καθολικὴν ταύτην διδασκαλίαν, εἰς ἐπιστηριγμὸν ὑμῶν, τῶν [28] τὴν καθόλου ἐπισκοπὴν πεπιστευμένων· ἐν ᾗ δηλοῦμεν ὑμῖν, Θεὸν παντοκράτορα ἕνα μόνον ὑπάρχειν, παρ' ὃν ἄλλος οὐκ ἔστι· καὶ αὐτὸν μόνον σέβειν καὶ προσκυνεῖν, διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ Κυρίου ἡμῶν, ἐν τῷ παναγίῳ Πνεύματι· καὶ ταῖς ἱεραῖς γραφαῖς χρῆσθαι, νόμῳ καὶ προφήταις· γονεῖς τιμᾶν· ἅπασαν ἔκθεσμον πρᾶξιν φεύγειν· ἀνάστασιν πιστεύειν, καὶ κρίσιν· καὶ ἀνταπόδοσιν προσδοκᾶν· καὶ τοῖς κτίσμασιν αὐτοῦ πᾶσιν εὐχαρίστως προσδέχεσθαι, ὡς Θεοῦ ἔργοις καὶ μηδὲν ἐν ἑαυτοῖς ἔχουσι φαῦλον· καὶ γαμεῖν νομίμως· ἄμεμπτος γὰρ ὁ τοιοῦτος γάμος· ὅτι καὶ παρὰ Κυρίου ἁρμόζεται γυνὴ ἀνδρί· καὶ ὁ Κύριος λέγει· Ὁ ποιήσας ἀπ' ἀρχῆς, ἄρσεν καὶ θῆλυ ἐποίησεν αὐτούς, καὶ εἶπεν· Ἕνεκεν τούτου καταλείψει ἄνθρωπος τὸν πατέρα αὐτοῦ καὶ τὴν μητέρα, καὶ προσκολληθήσεται τῇ γυναικὶ αὐτοῦ, καὶ ἔσονται οἱ δύο εἰς σάρκα μίαν. Μήτε μὴν μετὰ γάμον ἐκβάλλειν ἀκατηγόρητον ἐξέστω. Φυλάξῃ γάρ, φησί, τῷ πνεύματί σου· καὶ γυναῖκα νεότητός σου μὴ ἐγκαταλίπῃς· ὅτι αὐτὴ κοινωνὸς βίου σου, καὶ
* al. λῆμμα pro λεῖμμα — * ὑπόλειμμα πνεύματός σου· καὶ ἐγὼ ἐποίησα, καὶ οὐκ ἄλλος. Φάσκει γὰρ ὁ Κύριος, ὅτι ἃ ὁ Θεὸς ἔζευξεν, ἄνθρωπος μὴ χωριζέτω. Ἡ γὰρ γυνὴ κοινωνός ἐστι βίου, ἑνωθεῖσα εἰς ἓν σῶμα ἐκ δύο παρὰ Θεοῦ· ὁ δὲ τὸ ἓν εἰς ἀνάπαλιν διαιρῶν εἰς δύο, ἐχθρὸς δημιουργίας Θεοῦ, καὶ προνοίας τῆς ἐκείνου ἀντίπαλος. Ὡσαύτως ὁ κατέχων τὴν διεφθαρμένην, [29] φύσεως θεσμοῦ παράνομος· ἐπείπερ ὁ κατέχων μοιχαλίδα, ἄφρων καὶ ἀσεβής. Ἀπότεμε γὰρ αὐτήν, φησίν, ἀπὸ τῶν σαρκῶν σου. Οὐ γάρ ἐστι βοηθός, ἀλλ' ἐπίβουλος, πρὸς ἄλλον ἀποκλίνασα τὴν διάνοιαν. Μήτε δὲ περιτέμνεσθαι τὴν σάρκα, ἀρκεῖσθαι δὲ τοῖς πιστοῖς τὴν τῆς καρδίας περιτομὴν ἐν πνεύματι. Περιτμήθητε γάρ, φησί, τῷ Θεῷ ὑμῶν, καὶ περιτέμνεσθε τὴν ἀκροβυστίαν τῆς καρδίας ὑμῶν.

CAPUT XIV.

Qui prædicârint Catholicam Doctrinam, & quæ ſint illorum præcepta.

PRopter quos, nunc in unum congregati nos,
Petrus & Andreas, Jacobus & Johannes filii *Mat.* 10. 2.
Zebedæi, Philippus & Bartholomæus, Thomas
& Matthæus. Jacobus Alphæi & Lebbæus co-
gnomento Thaddæus, ac Simon Cananæus & Mat- *Act.* 1. 26.
thias loco Judæ annumeratus nobiſcum; item Ja-
cobus frater Domini Epiſcopus Hieroſolymitanus, 2. *Tim.* 1. 11.
nec non Paulus Gentium doctor, vas electionis; *Act.* 9. 15.
unà omnes congregati, hanc Catholicam Doctri-
nam ſcripſimus vobis, ad confirmandos & corro-
borandos vos, quibus univerſalis Epiſcopatus cre-
ditus eſt: in qua ſignificamus vobis, Deum om-
nipotentem unum dumtaxat exſiſtere, præter quem
non ſit alius; hunc ſolum colendum ac adoran-
dum, per Jeſum Chriſtum Dominum noſtrum, in
ſanctiſſimo Spiritu; utendum ſacris Scripturis, Le-
ge ac Prophetis; honorandos parentes; fugien-
dam omnem actionem iniquam; credendum, re-
ſurrectionem ac judicium fore; exſpectandam re-
tributionem; cum gratiarum actione utendum in
cibo cunctis Dei creaturis, utpote à Deo factis,
nihilque pravi in ſe habentibus; matrimonium le-
gitimè contrahendum; tale enim culpâ vacat; quia
& à *Domino aptatur uxor viro*; & Dominus ait; *Prov.* 19. 14.
Qui fecit ab initio, maſculum & feminam fecit eos, *Mat.* 19. 4.
& dixit; Propter hoc relinquet homo patrem ſuum
ac matrem, & adhærebit uxori ſuæ; & erunt duo
in carnem unam. Non ergo, poſt nuptias liceat
ejicere inculpatam. *Cuſtodies* enim, inquit, *ſpiri-* *Mal.* 2. 15.
tum tuum; & uxorem adoleſcentiæ tuæ ne dereli- 14.
quas: quoniam hæc particeps tuæ vitæ, & reliquiæ
ſpiritus tui; & ego feci, & non alius. Nam Do-
minus dicit; *Quæ Deus junxit, homo non ſeparet.* *Mat.* 19. 6.
Uxor quippe, conſors eſt vitæ, ex duobus in
unum corpus à Deo adunata: qui autem unum
rurſus in duo dirimit, hoſtis eſt creationis Dei, &
divinæ providentiæ adverſarius. Similiter qui cor-
ruptam retinet, naturæ legem violat; quandoqui-
dem *qui retinet adulteram, ſtultus eſt & impius.* *Prov.* 18. 22.
Abſcinde enim *eam*, inquit, *a carnibus tuis.* Nam *Eccli.* 25. 36.
adjutrix non eſt, ſed inſidiatrix, quæ mentem ad *Gen.* 2. 18.
alium declinârit. Significamus etiam carnem non
oportere circumcidi, ſed fidelibus ſufficere circum-
ciſionem cordis in ſpiritu. *Circumcidimini* enim, *Jer.* 4. 4.
inquit, *Deo veſtro, & circumcidite præputium cor-*
dis veſtri.

C A-

28. Τὴν καθόλου ἐπισκοπὴν.] In Liturgiis, etiam Clementis infrà, ὑπὲρ πάσης ἐπισκοπῆς. *Quia Epiſcopatus unus eſt atque indiviſus, Epiſcoporum multorum concordi numeroſitate diffuſus. & unum per diverſos Antiſtites Sacerdotium.* Ibid.

29. Φύσεως θεσμοῦ παράνομος.] Subjicitur ratio; quòd adultera, ſit etiam inſidiatrix, & ut aiebat ille, venefica. Addo ex Iſidoro Pelusiota Epiſt. 76. lib. 3. ὁ μοιχεία [illegible] ἀσεβείᾳ [illegible]. Cætera ſuperius ad Hermæ Mand. 4. cap. 1. Ibid.

30. Od

CAPUT XV.

Quòd nec oporteat rebaptizare; nec recipere Baptiſmum ab impiis collatum, qui non eſt Baptiſmus ſeu lavatio, ſed inquinamentum.

Rom. 6. 3. ITidem contentos eſſe debere uno Baptiſmo ſolo, in mortem Domini tradito; non illo quem infauſti Hæretici, ſed quem irreprehenſi Sacerdotes conferunt in nomine Patris & Filii & Spiritûs ſancti. Neque igitur ab impiis datus, vobis probetur; neque à ſanctis conceſſus, per ſecundum Ephes. 4. 5. Baptiſmum infirmetur. Sicut enim unus Deus eſt, unus Chriſtus, & unus Paracletus, una quoque mors Domini in corpore; ita & unum ſit Baptiſma in eam mortem datum. Qui autem ab impiis illis inquinamentum accipiunt, participes eorum damnationis fiunt. Illi enim non ſunt ſacerdotes. Di- Oſ. 4. 6. cit quippe Dominus ad eos; *Quoniam & tu ſcientiam repuliſti, repellam & ego te, ne ſacerdotio fungaris mihi.* Nec verò qui ab iis baptizati ſunt, initiati fuerunt, ſed ſunt inquinati, accipiúntque non remiſſionem peccatorum, ſed vinculum impietatis. Neque hoc ſolùm, verùm etiam qui Baptiſmo initiatos, ſecundò nituntur baptizare, ite- Hebr. 6. 6. rum Dominum crucifigunt, iterum eum interficiunt. divina irrident, deludunt ſancta, contumeliâ afficiunt Spiritum, ſanctum illum ſanguinem ut communem inhoneſtant; impiè agunt in eum qui miſit, in eum qui paſſus eſt, in eum qui teſtimonium perhibuit. Quinetiam qui propter contemptum noluerit baptizari, tamquam infidelis condemnabitur, & probrum feret tamquam in- Joh. 3. 5. gratus ac incogitans. Dicit enim Dominus; *Niſi quis baptizatus fuerit ex aqua & Spiritu, non ingre-* Marc. 16. 16. *dietur in regnum cælorum:* & rurſus; *Qui crediderit, & baptizatus fuerit, ſalvus erit: qui verò non crediderit, condemnabitur.* Qui autem dicit; Cùm moriar, curabo ut baptizer, ne interim peccem, & Baptiſmum contaminem; is Deum ignorat, & Eccli. 5. 8. naturæ ſuæ eſt immemor. *Ne differas enim con-* Prov. 27. 1. & 3. 28. *verti ad Dominum: neſcis enim quid ſuperventura* Mat. 19. 14. *pariet dies.* Sed & baptizate veſtros pueros, atque eos educate in diſciplina ac monitis Dei. *Sinite* enim, inquit, *parvulos venire ad me, & nolite eos prohibere.*

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ιε.

Ὅτι οὐ δεῖ ἀναβαπτίζειν χρή, οὔτε μὴν προσδέχεσθαι τὸ παρὰ τῶν ἀσεβῶν βάπτισμα δοθέν, ὃ οὐκ ἔστι βάπτισμα, ἀλλὰ μόλυσμα.

ΟΜοίως καὶ βαπτίσματι ἐστὲ ἀρκούμενοι μόνῳ, τῷ εἰς τὸν τοῦ κυρίου θάνατον διδομένῳ· οὐ τῷ παρὰ τῶν δυσωνύμων αἱρετικῶν, ἀλλὰ τῷ παρὰ τῶν ἀμέμπτων ἱερέων διδομένῳ εἰς τὸ ὄνομα τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος. μήτε δὲ τὸ παρὰ τῶν ἀσεβῶν, δεκτὸν ὑμῖν ἔστω· μήτε τὸ παρὰ τῶν ὁσίων, ἀκυρούσθω διὰ δευτέρου. ὡς γὰρ εἷς ὁ Θεός, εἷς ὁ Χριστός, καὶ εἷς ὁ παράκλητος, εἷς δὲ καὶ ὁ τοῦ κυρίου ἐν σώματι θάνατος· οὕτως ἓν ἔστω καὶ τὸ εἰς αὐτὸν διδόμενον βάπτισμα. οἱ δὲ παρὰ τῶν ἀσεβῶν δεχόμενοι μόλυσμα, κοινωνοὶ τῆς γνώμης αὐτῶν γενήσονται. [30] οὐ γάρ εἰσιν ἐκεῖνοι ἱερεῖς. λέγει γὰρ πρὸς αὐτοὺς ὁ Θεός· Ἐπεὶ καὶ σὺ ἀπώσω γνῶσιν, ἀπώσομαί σε κἀγώ, τοῦ ἱερατεύειν μοι. Οὔτε μὴν οἱ βαπτισθέντες ὑπ' αὐτῶν, μεμύηνται, ἀλλὰ μεμολυσμένοι ὑπάρχουσιν, οὐκ ἄφεσιν ἁμαρτιῶν λαμβάνοντες, ἀλλὰ δεσμὸν ἀσεβείας. οὐ μὴν δέ, ἀλλὰ καὶ τοὺς μεμυημένους, ἐκ δευτέρου βαπτίζειν πειρώμενοι, ἀνασταυροῦσι τὸν κύριον, ἀναιροῦσιν αὐτὸν ἐκ δευτέρου, γελῶσι τὰ θεῖα, μυκτηρίζουσι τὰ ἅγια, ὑβρίζουσι τὸ πνεῦμα, τὸ αἷμα τὸ ἅγιον ὡς κοινὸν ἀτιμάζουσιν, ἀσεβοῦσιν εἰς τὸν ἀποστείλαντα, εἰς τὸν παθόντα, εἰς τὸν μαρτυρήσαντα. ἀλλὰ καὶ ὁ ἐκ καταφρονήσεως μὴ βουλόμενος βαπτισθῆναι, ὡς ἄπιστος κατακριθήσεται, καὶ ὀνειδισθήσεται ὡς ἀχάριστος καὶ ἀγνώμων· λέγει γὰρ ὁ κύριος· Ἐὰν μή τις βαπτισθῇ ἐξ ὕδατος καὶ πνεύματος, οὐ μὴ εἰσέλθῃ εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν. καὶ πάλιν· Ὁ πιστεύσας, καὶ βαπτισθείς, σωθήσεται· ὁ δὲ ἀπιστήσας, κατακριθήσεται. Ὁ δὲ λέγων, ὅτι [31] ὅταν τελευτῶ, βαπτίζομαι, ἵνα μὴ ἁμαρτήσω, καὶ ῥυπανῶ τὸ βάπτισμα, οὗτος ἄγνοιαν ἔχει Θεοῦ, καὶ τῆς ἑαυτοῦ φύσεως ἐπιλήσμων τυγχάνει. Μὴ ἀναβάλλου γὰρ ἐπιστρέψαι πρὸς κύριον· οὐ γὰρ οἶδας τί τέξεται ἡ ἐπιοῦσα. [32] Βαπτίζετε δὲ ὑμῶν καὶ τὰ νήπια, καὶ ἐκτρέφετε αὐτὰ ἐν παιδείᾳ καὶ νουθεσίᾳ Θεοῦ. Ἄφετε γάρ, φησί, τὰ παιδία ἔρχεσθαι πρός με, καὶ μὴ κωλύετε αὐτά.

CAPUT XVI.

De libris falsò inſcriptis.

HÆc omnia ſcripſimus vobis, ut notum haberetis qualis ſit noſtra ſententia, & ne libros qui ab impiis, nominis noſtri inſcriptione ſunt firmati, reciperetis. Non enim attendere deberis nomina Apoſtolorum; ſed naturam rerum, & rectam indeflexámque ſententiam. Sci-

Citat. Timoth. Presbyt. lib. de iis qui accedunt ad Eccleſiam.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ις.

Περὶ τῶν ψευδεπιγράφων βιβλίων.

ΤΑῦτα πάντα ἐπεστείλαμεν ὑμῖν, ἵνα εἰδέναι ἔχοιτε τὴν * ἡμετέραν γνώμην, οἵα τίς ἐστι, * καὶ τὰ ἐπ' ὀνόματι ἡμῶν παρὰ τῶν ἀσεβῶν κεχαραχθέντα βιβλία μὴ προσδέχησθε. οὐ γὰρ τοῖς ὀνόμασι χρὴ ὑμᾶς προσέχειν τῶν ἀποστόλων, ἀλλὰ τῇ φύσει τῶν πραγμάτων, καὶ τῇ γνώμῃ τῇ ἀδιαστρόφῳ· οἴ-

al. ἡμετέραν γνώμην. Timoth. ἐστε

30 Οὐ γάρ εἰσιν ἐκεῖνοι ἱερεῖς.] Et can. Apoſt. 47. Baſilius can. 1. εἰ δὲ ἀνεπιφανῆ ὄντα, λαϊκοὶ ἀποχωρήσαντες ὑπὸ τῶν λαϊκῶν, ὑπὸ τοῦ χαρισματικοῦ ἔχειν τὴν ἐξουσίαν, & reliqua, quæ lege, ut & notam hìc ſuprà. Prætermitto, ne longior ſim, loca multa Veterum, in quibus aut generaliter Baptiſmus Hæreticorum impugnatur, aut de eo velut de re tantummodo diſciplinæ agitur. Pauci quippe ad imo profundæ quæſtionis penetrârunt, quod mirâ ſolleriâ fecit B. Auguſtinus. COT.

31. Ὅταν τελευτῶ. βαπτίζομαι.] In dilationem tum Baptiſmi, tum pœnitentiæ ad mortem uſque. SS. Patres paſſim invehuntur, cum quibus jungendus Tertullianus de pœnitentia cap 6. licèt libro de Baptiſmo cap. 18. utiliorem eſſe putet Baptiſmi cunctationem. Hinc Clinicos, ſeu ægros in lecto perfuſos baptizatoſque, ad Sacerdotium & ad Clerum non ſolebant promovere, uti docemur per Canonem 12. Synodi Neocæſarienſis, perque Epiſtolam Cornelii in Euſebio lib. 6. cap. 43. Ibid.

32. Βαπτίζετε δὲ ὑμῶν καὶ τὰ νήπια.] Apoſtoli & Apoſtolici viri in periculo mortis conſtitutos infantes baptizabant ſtatim; cæteros tardiùs aut citiùs, pro arbitrio parentum, certiſque circumſtantiis: quò factum ut variæ poſtea viguerint conſuetudines in ætate baptizandorum puerorum. Eas colliges ex Tertulliano lib. de Baptiſmo cap. antepenult. Cypriano Epiſt. 59 & Gregorio Nazianzeno Orat. 40. p. 658. Sanè ab Origene & Auguſtino Baptiſmus parvulorum Apoſtolica dicitur traditio Ibid.

δαιμόνων γὰρ ἔτι [33] οἱ περὶ Σίμωνα καὶ Κλεόβιον, ἰώδη συντάξαντες βιβλία [34] ἐπ' ὀνόματι Χριστοῦ καὶ τῶν μαθητῶν αὐτοῦ, περιφέρουσιν εἰς ἀπάτην ὑμῶν τῶν πεφιληκότων Χριστὸν καὶ ἡμᾶς τοὺς αὐτοῦ δούλους.

mus quippe Simonem & Cleobium venenatos libros nomine Chriſti ac diſcipulorum ejus compoſuiſſe, atque circumferre, ad decipiendos vos, qui Chriſtum noſque ſervos ejus dilexiſtis. Et

Citat Nicetas Pectoratus, libro contra Latinos V in Teſt. Vet.

33. *Οἱ περὶ Σίμωνα καὶ Κλεόβιον.*] Recognit. lib. 2. n. 38. Hieronymus in Matthæi XXIV. 5. *Quorum unus eſt Simon Samaritanus, quem in Actibus Apoſtolorum legimus, qui ſe magnam dicebat eſſe virtutem: hæc quoque inter cætera in ſuis voluminibus ſcripta dimittens; Ego ſum ſermo Dei, ego ſum ſpecioſus, ego Paracletus, ego omnipotens, ego omnia Dei.* Auctor libri de divinis nominibus cap. 6. *Σίμωνος ἀντιῤῥητικοὶ λόγοι.* Et in Præfatione Arabica ad Concilium Nicænum; *Sibi autem perfide iſti* Simonitæ *Evangelium effinxerunt, quod in quatuor tomos ſecantes, librum quatuor angulorum & cardinum mundi appellarunt.* De Cleobii ſcriptis alibi non legi; ſed vero ſimile eſt ipſum quoque venenis ſuis chartas infeciſſe; ut à Doſitheo factum auctores ſunt Origenes in Johannis IV. 25. ac Eulogius apud Photium Cod. 230. COT.

34. *Ἐπ' ὀνόματι Χριστοῦ.*] *Salvator nullum volumen doctrinæ ſuæ proprium dereliquit: quod in plerique Apocryphorum deliramenta confingunt.* Hieronymus ad Ezech. XLIV. 29. Scilicet Domini & Servatoris noſtri Jeſu Chriſti nomen pleraque Apocrypha gerebant in fronte. Verbi gratiâ, Epiſtola Jeſu ad Abgarum regem, à multis poſt Euſebium memorata. Et in Synodo Romana Gelaſii, cum dicta Epiſtola, Liber de infantia Salvatoris; Liber de nativitate Salvatoris; Centimetrum de Chriſto. Apud S. Auguſtinum Epiſt. ad Ceretium, Hymnus Domini; & lib. 1. de conſenſu Evangeliſtarum cap. 9. Chriſti Epiſtolæ ad Petrum & Paulum, de magicis artibus. Actione 2. concilii Romani anno 745. habiti, Epiſtola Jeſu-Chriſti quæ de cœlo cecidit. Præterea ediderunt ex Suidæ Philologia Hiſtoriam Apocrypham de Jeſu Chriſto Filio Dei, mundi Salvatore, quæ habetur in ejus Lexico, voce Ἰησοῦς. Denique in Anaſtaſii Ὁδηγῷ cap. 13. p. 260. ut falſa rejiciuntur τὰ λεγόμενα παιδικὰ θαύματα τοῦ Χριστοῦ. quæ vocantur *puerilia Chriſti miracula.* Atque hujus vel congeneris Apocryphi initium extrema tenet Regii MS. 2279. hoc pacto:

Λόγος εἰς τὰ παιδικὰ καὶ μεγαλεῖα τοῦ δεσπότου καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ.

Liber de pueritia & miraculis Domini & Salvatoris noſtri Jeſu-Chriſti.

Ἀναγκαῖον ἡγησάμην ἐγὼ Θωμᾶς ὁ Ἰσραηλίτης, πᾶσι τοῖς ἐξ ἐθνῶν ἀδελφοῖς γνωρίσαι τὰ παιδικὰ καὶ μεγαλεῖα τοῦ Χριστοῦ, ὅσα ἐποιήσατο ὁ κύριος ἡμῶν καὶ θεὸς Ἰησοῦς Χριστὸς γεννηθεὶς ἐν τῇ χώρᾳ ἡμῶν ἐν τῇ Βηθλεέμ. ἐξεπλάγην, ὧν ἡ ἀρχή ἐστιν αὕτη.

Τὸ παιδίον Ἰησοῦς πενταετὴς ὑπάρχων, βροχῆς γενομένης, καὶ παυσαμένης τῆς βροχῆς, ὁ Ἰησοῦς ἔπαιζεν ἐπὶ διαβάσει ποταμοῦ. καὶ τὰ ταραχθέντα ὕδατα συνήγαγεν εἰς λάκκους, μεθ' ἑτέρων παίδων τῶν Ἑβραίων. καὶ αὐτά τε ὕδατα παραχρῆμα ἐγένοντο καθαρὰ καὶ ἐνεργά. λόγῳ δὲ μόνῳ ἐπετίμησεν αὐτά, καὶ ὑπήκουσαν αὐτῷ. λαβὼν δὲ ἐκ τῆς πηλώδους αὐτῶν γῆς, ἔπλασεν ἐξ αὐτοῦ στρουθία τὸν ἀριθμὸν δώδεκα. ἦσαν δὲ καὶ τὰ παιδία παίζοντα σὺν αὐτῷ. ἰδὼν δέ τις Ἰουδαῖος ἃ ἐποίησεν Ἰησοῦς ἐν σαββάτῳ παίζοντι τὸν πηλόν, ἀπῆλθε δρόμῳ, καὶ ἀνήγγειλε τῷ πατρὶ αὐτοῦ Ἰωσήφ, λέγων· ἰδοὺ τὸ παιδίον σου παίζει ἐπὶ τοὺς ῥύακας, καὶ ἦρε πηλόν, καὶ ἔπλασεν ἐξ αὐτοῦ στρουθία ιβ'. καὶ βεβηλοῖ τὸ σάββατον. καὶ ἦλθεν ὁ Ἰωσὴφ ἐπὶ τὸν τόπον, καὶ ἰδὼν ἀνέκραξεν αὐτῷ, λέγων· διὰ τί ταῦτα ποιεῖς ἐν σαββάτῳ ἃ οὐκ ἔξεστι ποιεῖν; ὁ δὲ Ἰησοῦς συγκροτήσας τὰς παλάμας αὐτοῦ, ἀπέπεμψε τὰ στρουθία, καὶ εἶπεν αὐτοῖς· ὑπάγετε, πετάσθητε, καὶ μιμνήσκεσθέ μου ζῶντες. καὶ πετασθέντα τὰ στρουθία, ἐξῆλθον κράζοντα. ἰδόντες δὲ οἱ Ἰουδαῖοι, ἐθαμβήθησαν, καὶ ἀπελθόντες διηγήσαντο τοῖς πρώτοις αὐτῶν ὅπερ εἶδον σημεῖον πεποιηκότα τὸν Ἰησοῦν. ὁ δὲ υἱὸς Ἄννα τοῦ γραμματέως ἦν ἑστὼς μετὰ τοῦ Ἰωσήφ. καὶ λαβὼν κλάδον ἰτέας, ἐξέχεε τὰ ὕδατα ἃ συνήγαγεν ὁ Ἰησοῦς. ἰδὼν δὲ τὸ παιδίον Ἰησοῦς τὸ γινόμενον ὑπ' αὐτοῦ ἠγανάκτησε, καὶ εἶπεν αὐτῷ· ἄσεμνε, τί ἠδίκησάν σε οἱ λάκκοι, καὶ ἐξέχεας τὰ ὕδατα; ἰδοὺ νῦν καὶ σὺ ὡς δένδρον ξηρανθήσῃ, καὶ οὐ μὴ ἐνέγκῃς φύλλα, οὔτε κλάδους, οὔτε καρπόν. καὶ εὐθέως ἐξηράνθη ὅλος. ὁ δὲ Ἰησοῦς ἀναχωρήσας ἀπῆλθεν εἰς τὸν οἶκον αὐτοῦ. οἱ δὲ γονεῖς τοῦ ξηρανθέντος βαστάσαντες αὐτόν, θρηνοῦντες τὴν νεότητα αὐτοῦ, ἤγαγον πρὸς τὸν Ἰωσήφ. καὶ ἐνεκάλουν αὐτῷ, ὅτι τοιοῦτον ἔχεις παιδίον ἐργαζόμενον τοιαῦτα. ὕστερον δὲ ὁ Ἰησοῦς παρακληθεὶς παρὰ πάντων, ἰάσατο αὐτόν, ἐάσας αὐτῷ τι μέλος τὸ μικρὸν ἀργὸν εἰς τὸ ἐντρέπεσθαι αὐτούς. πάλιν ὁ Ἰησοῦς ἐπορεύετο διὰ τῆς κώμης, καὶ παιδίον τρέχον ἐρράγη εἰς τὸν ὦμον αὐτοῦ. καὶ πικρανθεὶς ὁ Ἰησοῦς εἶπεν αὐτῷ· οὐκ ἀπελεύσῃ τὴν ὁδόν σου. καὶ παραχρῆμα πεσὼν ἀπέθανεν. ἰδόντες δέ τινες τὸ γενόμενον, εἶπον· πόθεν τοῦτο τὸ παιδίον ἐγεννήθη, ὅτι πᾶν ῥῆμα αὐτοῦ ἔργον ἐστὶν ἕτοιμον; καὶ προσελθόντες οἱ γονεῖς τοῦ τεθνεῶτος τῷ Ἰωσήφ, κατεμέμφοντο λέγοντες· σὺ τοιοῦτο παιδίον ἔχων, οὐ δύνασαι μεθ' ἡμῶν οἰκεῖν ἐν τῇ πόλει. οὕτως δίδαξον τὸ παιδίον σου εὐλογεῖν, καὶ μὴ καταρᾶσθαι. ἢ ἔξελθε σὺν αὐτῷ ἐντεῦθεν. τὰ γὰρ παιδία ἡμῶν θανατοῖ. ἐπιφωνήσας δὲ ὁ Ἰωσὴφ τὸ παιδίον κατ' ἰδίαν, ἐνουθέτει αὐτὸν λέγων· ἵνα τί τοιαῦτα κατεργάζῃ; καὶ πάσχουσιν οὗτοι, καὶ μισοῦσιν ἡμᾶς καὶ διώκουσι; εἶπε δὲ ὁ Ἰησοῦς· ἐγὼ οἶδα ὅτι τὰ ῥήματά σου ταῦτα οὐκ εἰσὶ σά. ὅμως διὰ σὲ σιγήσω. ἐκεῖνοι δὲ οἱ εἰρηκότες σοι ταῦτα, οἴσουσι τὴν κόλασιν τὴν αἰώνιον. καὶ εὐθέως οἱ ἐγκαλοῦντες αὐτὸν ἐτυφλώθησαν. καὶ οἱ ἰδόντες ἐφοβήθησαν πάντες σφόδρα, καὶ ἠπόρουν. καὶ ἔλεγον περὶ αὐτοῦ, ὅτι πᾶν ῥῆμα ὃ λαλεῖ, εἴτε καλὸν εἴτε κακόν, ἔργον γίνεται. καὶ ἐθαύμαζον. ἰδόντες δὲ ὅτι τοῦτο ἐποίησεν ὁ Ἰησοῦς, ἐγερθεὶς ὁ Ἰωσήφ, ἐπελάβετο αὐτοῦ τὸ ὠτίον, καὶ ἔτιλλεν αὐτό. τὸ δὲ παιδίον ἠγανάκτησε, καὶ εἶπεν αὐτῷ· ἀρκετόν σοι ἐστί, ζητεῖν καὶ μὴ εὑρίσκειν αὐτούς. καὶ λίαν οὐκ ἐσοφίσω. οὐκ οἶδας ὅτι σός εἰμι; μή με λύπει. καθηγητὴς δέ τις ὀνόματι Ζακχαῖος ἑστὼς ἐν μέρει ἤκουσε τοῦ Ἰησοῦ ταῦτα λέγοντος τῷ πατρὶ αὐτοῦ, καὶ ἐθαύμασε σφόδρα, ὅτι παιδίον ὢν τοιαῦτα φθέγγεται. καὶ μεθ' ὀλίγας ἡμέρας, προσήγγισε τῷ Ἰωσήφ, καὶ εἶπεν αὐτῷ· ὅτι παιδίον φρόνιμον ἔχεις, καὶ νοῦν ἔχει. δεῦρο οὖν, παράδος μοι αὐτό, ὅπως μάθῃ γράμματα. καθίσας δὲ αὐτὸ ὁ διδάσκαλος μαθεῖν γράμματα τῷ Ἰησοῦ, ἤρξατο τὸ πρῶτον στοιχεῖον τὸ Ἄλφ. ὁ δὲ Ἰησοῦς λέγει τὸ δεύτερον στοιχεῖον, βαίθ, γίμελ, καὶ εἶπεν αὐτῷ πάντα τὰ στοιχεῖα ἕως τέλους.

Neceſſarium duxi ego Thomas Iſraelita, cunctis inter Gentes fratribus nota facere puerilia & magnifica Chriſti opera, quæ edidit Dominus noſter ac Deus Jeſus Chriſtus, natus in regione noſtra, apud Bethlehemum: ego iis obſtupefactus. quorum hoc eſt initium. Puer Jeſus, annum ætatis quintum agebat. Cum autem pluiſſet, ac pluvia ceſſaſſet, Jeſus cum aliis pueris Hebræis ludebat ad decurſum rivi; & aqua præterfluentes congregabantur in foveas. Tum ipſæ aquæ confeſtim factæ ſunt puræ ac efficaces. Sola autem ſermone percuſſit eas, atque omnino ei obtemperabant. Cumque ex ipſarum ripa molle lutum ſuſtuliſſet, ex illo formavit paſſerculos numero duodecim. Erant itaque una cum eo pueri ludentes. Quidam vero Judæus, poſtquam vidit quæ fecerat Jeſus die Sabbati in fingendo luto, ſtatim diſceſſit, nunciavitque patri ejus Joſepho, dicens; Ecce filius tuus, dum ſecus rivos ludit, tulit lutum, finxitque ex eo paſſeres duodecim, & Sabbatum profanat. Igitur accedens Joſephus ad locum, & cernens, inclamavit ipſum his verbis; Qua de cauſſa hæc agis in Sabbato, quando non licet? Jeſus autem complodens manibus ſuis, acclamavit paſſeribus, dixitque illis; Ite, volate, ac mei viventes memores ſitis. Tunc avolaverunt paſſerculi, & cum clamore egreſſi ſunt. Id verò videntes Judæi, valde admirati ſunt; atque abeuntes, narraverunt primoribus inter ipſos miraculum quod coram ipſis ediderat Jeſus. Porrò filius Annæ Scribæ ſtabat illic cum Joſepho; acceptoque ramo ſalicis, effudit aquas quas congregaverat Jeſus. Hoc ab ipſo perpetratum aſpiciens puer Jeſus, moleſtè tulit, dixitque illi; Stulte, quid te injuria affecerunt foſſæ, ut aquas diffunderes? Ecce jam tu quoque tamquam arbor areſcas, nec afferas folia, neque ramos, neque fructum. Et illico totus aridus factus eſt. At Jeſus receſſit, abiitque in domum ſuam. Cæterùm parentes illius qui aruerat, ſublatum portaverunt eum, lugentes ipſius juventutem: & dixerunt ad Joſephum, quem incuſabant; cur ejuſmodi habes puerum talia operantem? Poſtea Jeſus obſecratus à cunctis, ſanavit illum: reliquit tamen aliquod parvum membrum motûs ac operationis expers, ut ei attenderent. Rurſus itaque Jeſus per vicum proficiſcebatur; & puer currens irrupit in ejus humerum. Unde exacerbatus Jeſus dixit illi; Non abibis viam tuam. Statimque cecidit puer ac mortuus eſt. Aſpicientes autem nonnulli rem geſtam, dixerunt; Unde natus eſt iſte puer, quòd omne verbum ipſius, opus eſt promptum? Et accedentes ad Joſephum parentes illius qui interierat, conquerebantur dicentes; Tu cùm puerum hunc habeas, non potes nobiſcum habitare in civitate noſtra. Aut doce puerum tuum ut ipſe benedicat, non autem imprecetur, aut cum eo egredere ex hoc loco. Nam pueros noſtros interficit. Advocato igitur puero ſeorſum, Joſephus illum admonebat dicens; Quare hujuſmodi facis, & ſic patiuntur, oderuntque nos ac perſequuntur? Reſpondit Jeſus; Ego novi hæc tua verba tua non eſſe; verum propter te tacebo: illi autem qui hæc tibi ſuggeſſerunt, pœnas dabunt ſempiternas. Et continuò accuſatores ipſius, oculis privati ſunt. Quique hoc viderunt, valde cuncti ſunt perterriti, & hæſitabant, dicebantque de illo, omnem ſermonem qui ab ipſo proferretur; ſive bonum ſive malum, in opus procedere; atque mirabantur. Viſo autem hoc Jeſu opere, ſurgens Joſephus auriculam ejus apprehenſam vellicavit. Puer vero indignatus eſt, atque illi; Sufficiat tibi quod illi quærant & non inveniant. Minimè feciſti ſapienter. Nonne ſcis me tuum eſſe? Ne me moleſtiâ afficias. Porrò quidam præceptor nomine Zacchæus, cùm ſtaret in aliquo loco, audivit hæc de Jeſu, ex ore patris ipſius; & miratus eſt valde, quod qui puer erat talia loqueretur. Paucaſque poſt dies acceſſit ad Joſephum, eique dixit; Puerum cordatum habes, qui mente præditus eſt: Age ergo, trade mihi illum, ut diſcat literas. Et cùm ſederet magiſter qua Jeſum doceret literas, cœpit à primo elemento Aleph. Jeſus verò pronunciavit ſecundum elementum Beth, & Ghimel, reliquaſque literas ad finem uſque ei protulit. At-

Et verò apud veteres nonnulli conſcripſerunt Moſis, Enochi, Adami, Eſaiæ, Davidis, Eliæ, &

καὶ [35] ἐν τοῖς παλαιοῖς δέ τινες συνέγραψαν βιβλία ἀπόκρυφα [36] Μωσέως, καὶ [37] Ἐνώχ, καὶ [38] Ἀδάμ, [39] Ἡσαΐου τε καὶ [40] Δαβίδ, καὶ [41] Ἡλία, καὶ * Tim. Ἠλ[illegible]

[illegible] ... ἐπληρώθη ἀπὸ [illegible] ... [illegible] ... ἀκροατῶν ... [illegible] ... ſſ • • • •

quæ aperto libro, Prophetas docebat præceptorem. Qui pudore affectus hæſit, quod neſciret unde is litteras cognoviſſet: ſurgenſque reverſus eſt domum, admirans, ſtupefactus de re incredibili. Poſtea cum Jeſus iter faceret, vidit officinam, & juvenem quemdam qui in lebetes immergebat veſtes, & ſoccas diverſis coloris fuſos, ſingula peragens juxta uniuſcujuſque voluntatem. Ingreſſus itaque puer Jeſus ad juvenem ſic facientem, ipſe etiam accepit de appoſitis pannis * • • • • •

Non enim unus dumtaxat nebulo circa Servatoris infantiam comminiſci ſibi permiſit: ſed ejuſdem Bibliothecæ Codice 2276. legitur; *Incipit Hiſtoria de Joachim & Anna, & de nativitate B. Dei genitricis ſemperque Virginis Mariæ, & de infantia Salvatoris. Ego Jacobus filius Joſeph* &c. finitoque Opere; *Explicit liber de infantia Salvatoris.* Codice verò 1697. extſtat Liber tamquam Matthæi Evangeliſtæ de infantia Salvatoris, narrationis cum præcedentibus partim ſimilis, partim diſſimilis; ineptus quidem inſtar illorum, in eo tamen conſideratione dignus, quod etiam continet, non tamen abſque interpolatione, reſponſionem Chriſti pueri litteras diſcentis ad magiſtrum, relatam ex falſa Scriptura ab Irenæo lib. 1. cap. 17. Sed & in eodem Apocrypho refertur quoque fabella de paſſeribus; quam lectam fuiſſe à Mohamede diſcimus per Nicetam Choniatem, atque adeò per Impoſtorem ipſum Alcorani Sur. 3. & 5. Cæterùm nuper hîc Pariſiis doctiſſimus Dominicanus Vanſlebius publico propoſuit edendam cum aliis Operibus Æthiopicis Liturgiam D. N. Jeſu-Chriſto adſcriptam. COT

35. Ἐν τοῖς παλαιοῖς.] Talis liber, Prophetia Chami, quam à Pherecyde expreſſam refert Clemens Alexandrinus Centone 6. p. 642. *Quod autem ait Tertullianus de anima cap. 2. ſi Philoſophi etiam illa incurſaverunt quæ penes nos Apocryphorum confeſſione damnantur*, &c. Talis quoque, τῆς παρ' Ἑβραίοις φερομένης ἀποκρύφου ἡ ἐπιγραφομένη Ἰωσὴφ προσευχή. apud Origenem Tom. 5. in Johannis Evangelium; qui alibi ſæpe ſecretorum, apud Judæos, voluminum mentionem facit. Additur à S. Epiphanio in libro de menſuris & ponderibus; quàm verè non extutio nunc; per LXX. in Græcum ſermonem tranſlatos fuiſſe libros Apocryphos 72. ſeu potiùs 22. probabiliùs enim corrigetur numerus capitis decimi per numerum capitis quinti, ου. per κβ. quàm vice verſâ. Sed cogitent viri docti de loco deplorato in dicto cap. 3. [illegible] ... ἑρμηνεύθησαν ... [illegible] ... Nihil ſuccurrit, præter [illegible] *Hi libri ſacræ Scripturæ eaquem diximus modo tranſlati ſunt, in orbem unicuique pari Interpretum tributi, à primo pari ad ſecundum, rurſuſque à ſecundo ad tertium: atque ita per ſingulas cellas ſuerant ac tranſierunt, trigeſies ſexies converſi, ut fama percrebuit. Una cum viginti duobus Apocryphis.* Quid ſi quis hariolatur [illegible], hoc eſt, *per* unamquamque ut æquè barbarè loquar *cellationem*? Præter hæc Apocrypha confixêre alia Hæretici, & maximis antiquiſſimiſque nominibus donavêre, Evæ, Sethi ac ſeptem ejus liberorum, Abrahami, Moyſis, aliorum; tradente Epiphanio. Ibid.

Corrupta dictio.

36. Μωσέως.] Gaudebant illuſtri nomine quatuor ſecretæ ac occultæ Scripturæ, Sermones Myſtici, Teſtamentum, Aſſumptio vel Aſcenſio, atque Revelatio. Habet [illegible] Μωσέως in Actis Concilii Nicæni Editionis Morellianæ in 8. p. 110. 111. Commelinianæ in fol. p. 28. l. 6. Διαθήκη Μωσέως in Synopſi Athanaſiana, in Nicephori Conſtantinopolitani Stichometria, & in Latericulo ſupra poſito initio Notatom ad hoc opus Conſtitutionum: item ἀνάληψιν apud Origenem περὶ ἀρχῶν III. 2. Athanaſium & Nicephorum ubi mox, Acta Concilii Nicæni Edit. Morell. p. 110. 131. 134. Commel. p. 28. & 33. eamque intelligere videtur Evodius Epiſtolâ ad S. Auguſtinum, inter Auguſtinianas 258. Denique ἀποκάλυψιν Moſis citat Georgius Cedrenus in Compendio Hiſtoriarum: atque inde ſumptum vult verſiculum 15. cap. 6. Epiſtolæ ad Galatas Georgius Syncellus Chronographiæ p. 27. ad quod Pauli teſtimonium in Cod. Reg. 607. & 1253. adnotatur eſſe ex Moyſis Apocrypho. Obſervabis præcipuè verba Cedreni Edit. Baſil. p. 3. l. 32. ὡς ἐν λεπτῇ φέρεται γενέσει. [illegible] Μωσέως [illegible] ἀποκάλυψις. & p. 6. l. 39 ὡς ἡ λεπτὴ Μωσέως γένεσις

φησί. Hæc parva Geneſis, λεπτὴ γένεσις, λεπτογένεσις, μικρογένεσις memoratur à Hieronymo Epiſt. 127 manſ. 18. & 24. qui id Geneſeos Apocryphum Hebraicè legerat. Memoratur à Gelaſio his verbis; *Liber de filiabus Adæ, hoc eſt, Leptogeneſis, Apocryphus.* Item à Georgio Syncello, Zonara, Glyca. Sed inſigniter ab Epiphanio Hæreſi 39 n. 6. nec ſine difficultate. ὡς ἐν τοῖς Ἰωβηλαίοις εὑρίσκεται, τῇ καὶ λεπτογενέσει καλουμένῃ, &c. Obſcurum quippe, cur τῇ λεπτογενέσει nomen τῶν Ἰωβηλαίων inditum fuerit; tacuitque qui docere poterat doctiſſimus Petavius. Conjectarim, quia verbum יבל ſignificat deducere, & nomen יובל rivum, aquarum proceſſum: quæ Geneſi atque originibus conveniunt, ut fuſiùs videre eſt in R. Moſe Nachmanide, ubi de Jubileo diſſerit. Vide Joſ. Scaligerum Anim. in Euſeb. p. 26. Ibid.

37. Ἐνώχ.] Aliquid ne ad hunc locum obſervaremus, effecit doctorum hominum diligentia. Quæ enim ſubjuncturimus, obſervationum nomen non merentur. Duo autem ſunt 1. citatio ejuſdem loci per Clementem Alexandrinum, ejuſque diſcipulum Origenem. ὁμολογῶν τῷ Ἐνὼχ ait primus p. 801. col. 2. in Hypotypoſibus [illegible] καὶ εἶδον τὰς ὕλας πάσας. Alter verò IV. de principiis cap. ult. ex verſione Rufini; *Dicente Enoch; Univerſas materias perſpexi.* II. collatio verborum S. Hilarii ad Pſalm. CXXXII. 3. *Hermon mons eſt in Phœnice, cujus interpretatio anathema eſt: quod enim nobis anathema nuncupatur, id Hebraicè Hermon dicitur. Fertur autem id, de quo etiam neſcio cujus liber exſtat, quòd Angeli concupiſcentes filias hominum, cùm de cœlo deſcenderent, in hunc montem maximè convenirent excelſum.* Horum, inquam, comparatio cum iſtis libri Henoch; ἦσαν δὲ οὗτοι (ἐγρήγοροι) ἀναβάντες. οἱ [illegible] ἐν ταῖς ἡμέραις Ἰάρεδ εἰς τὴν κορυφὴν Ἑρμονιεὶμ ὄρους· καὶ ἐκάλεσαν τὸ ὄρος Ἑρμών, καθότι ὤμοσαν καὶ ἀνεθεμάτισαν ἀλλήλους ἐν αὐτῷ Georgii Syncelli p. 12. A. Vides neſcio quem illum, eſſe ſuppoſititium Henochum. Ibid.

38. Ἀδάμ.] Hujus reconditi ſcripti mentio in exemplaris Regii 1789. Indiculo. Epiphanius Hæreſi 26. n. 8. ἀποκαλύψεις τοῦ Ἀδάμ. Apud Gelaſium; *Pœnitentia Adæ.* Idem enim eſſe Opus colligi datur ex Cedreno, non multò poſt initium, unde nugatorii voluminis ſpecimen accipies. Sed & libro Adami, hoc aut ſimilis farinæ alio, ſe adhuc jactitant qui appellantur Chaldæi, Mandaitæ, Sabaitæ, & Chriſtiani S. Johannis Baptiſtæ, referente Abrahamo Ecchellenſi ad Præfationem Concilii Nicæni, & ad Hebedjeſu Catalogum. Ibid.

39. Ἡσαΐου.] Generatim, Origenes in Matth. XIII. 57. XXIII. 37. cujus & videnda Epiſtola ad Julium Africanum. Specialiter, nomine τοῦ ἀναβατικοῦ Ἡσαΐα, Epiphanius Hær. XL. 2. LXVII. 3. Hieronymo in Eſaiæ LXIV. 4. *Aſcenſio Eſaiæ.* Item nomine Ἡσαΐου ὅρασις, in paullò ante laudato Catalogo exemplaris Regii 1789. Quia verò (ut id obiter moneam) teſte Hieronymo legebatur in Aſcenſione Iſaiæ illud quod ab Apoſtolo citatur 1. Corinth. II. 9. *Quod oculus non vidit*, &c. accuſat autem Hegeſippum Stephanus Gobarus apud Photium, quod hoc eſſe falſum putaverit; ſuſpicari quis poſſet ita factum ab Hegeſippo in contemptum voluminis Apocryphi. Verùm aliter ego conjicio, ac Hegeſippum culpâ carere arbitror; ut qui non neget verum aliquando exſtitiſſe, ea quæ Deus ſuis præparavit, inviſa eſſe, inaudita, & incognita; ſed qui velit, ampliùs verum non eſſe poſt incarnationem Chriſti, & miſſionem S. Spiritûs. Subjungente Paulo; *Nobis autem revelavit Deus per Spiritum ſuum.* atque Hegeſippo confirmante ſententiam ſuam per teſtimonium Matth. XIII. 16. En verba Stephani Tritheitæ cum aliquantulum exactiori verſione; ὅτι τὰ ἡτοιμασμένα τοῖς δικαίοις ἀγαθὰ οὔτε ὀφθαλμὸς εἶδεν, οὔτε οὖς ἤκουσεν, οὔτε ἐπὶ καρδίαν ἀνθρώπου ἀνέβη. Ἡγήσιππος μέντοι, ἀρχαῖός τε ἀνὴρ καὶ ἀποστολικός, ἐν τῷ πέμπτῳ τῶν ὑπομνημάτων, οὐκ οἶδ' ὅ τι καὶ παθών, μάτην μὲν εἰρῆσθαι ταῦτα λέγει, καὶ καταψεύδεσθαι τοὺς ταῦτα φαμένους τῶν τε θείων γραφῶν, καὶ τοῦ κυρίου λέγοντος· Μακάριοι οἱ ὀφθαλμοὶ ὑμῶν οἱ βλέποντες, καὶ τὰ ὦτα ὑμῶν τὰ ἀκούοντα, καὶ τὰ ἑξῆς. *Quod bona quæ præparata ſunt juſtis nec oculus vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis aſcenderunt. Quamquam Hegeſippus vir antiquus & Apoſtolicus, libro quinto Commentariorum, haud ſcio quid in animo habens aut quanam ratione permotus, fruſtra hæc dici ait, & eos qui hæc loquuntur mentiri adversùs ſacram Scripturam, & contra Chriſtum dicentem; Beati oculi veſtri qui vident, & aures veſtræ quæ audiunt, &c.* Ibid.

40. Δαβίδ.] Ut Pſalmus qui apud Græcos ſequitur centeſimum quinquageſimum. Quo de Pſalmo dicemus forſan aliquid in Notis ad Ignatianas Epiſtolas. Ibid.

41. Ἠλία.] Meminit Georgius Syncellus Chronici pag. 27. poſt Origenem ad Matthæi XXVII. 9. & Athanaſium in Synopſi ſacræ Scripturæ. Canone Scripturarum Nicephori Patriarchæ, Ἠλίας προφήτης. pro quo ab Anaſtaſio Bibliothecario interprete legebatur Ἠλία προφήτου. Verùm Hieronymus Epiſt. 101. ad Pammachium de optimo genere

an-

* Tim. δὲ καὶ τὸ
* Tim. ἀνόσια
* Tim. ἐποίησαν

τῶν [42] τριῶν πατριαρχῶν, φθοροποιὰ, * καὶ τῆς ἀληθείας * ἐχθρά. τοιαῦτα καὶ νῦν * ἐποίησαν οἱ δυσώνυμοι, διαβάλλοντες δημιουργίαν, γάμον, πρόνοιαν, τεκνογονίαν, νόμον, προφήτας· [43] βάρβαρά τινα ὀνόματα ἐγγράφοντες, καὶ ὡς αὐτοί φασιν, ἀγγέλων, τὸ δ' ἀληθὲς εἰπεῖν, δαιμόνων, τῶν αὐτοῖς ὑπηχούντων· ὧν ἀποφεύγετε τὴν διδασκαλίαν, ἵνα μὴ μετάσχητε τῆς τιμωρίας τῶν αὐτὰ συγγραψαμένων ἐπ' ἀπάτῃ καὶ ἀπωλείᾳ τῶν πιστῶν καὶ ἀμέμπτων τοῦ κυρίου * Ἰησοῦ μαθητῶν *.

* Deeſt. in Timotheo.
* al. add. καὶ υἱῶν καὶ κληρονόμων.

trium Patriarcharum libros Apocryphos, exitiales, ac repugnantes veritati. Conſimiles libros nunc quoque ediderunt inauſpicati homines, calumniantes creationem, nuptias, providentiam, procreationem liberorum, Legem, Prophetas; adſcribentes barbara quædam nomina, ſcilicet, ut ipſi dicunt Angelorum, ut verum autem proferatur, Dæmonum, quorum afflatu loquuntur. Fugite doctrinam eorum, ne participes efficiamini ſupplicii parati iis qui hæc, ut fallerent ac perderent fideles & inculpatos Chriſti Jeſu diſcipulos, [filios ac hæredes,] conſcripſerunt.

l. Ignat. interpol. ad Philad. 6.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ιζ.

Περὶ κληρικῶν γαμικὰ παραγγέλματα.

[44] Ἐπίσκοπον καὶ πρεσβύτερον καὶ διάκονον εἴπομεν μονογάμους καθίστασθαι, κἂν ζῶσιν αὐτῶν αἱ γαμεταί, κἂν τεθνᾶσι· μὴ ἐξεῖναι δὲ αὐτοῖς μετὰ χειροτονίαν ἀγάμοις οὖσιν, ἔτι ἐπὶ γάμον ἔρχεσθαι, ἢ γεγαμηκόσιν, ἑτέραις συμπλέκεσθαι, ἀλλ' ἀρκεῖσθαι, * ᾗ ἔχοντες ἦλθον ἐπὶ τὴν χειροτονίαν. ὑπηρέτας δὲ, καὶ ψαλτῳδοὺς, καὶ ἀναγνώστας, καὶ πυλωροὺς, καὶ αὐτοὺς μονογάμους εἶναι κελεύομεν· εἰ δὲ πρὸ γάμου εἰς κλῆρον παρέλθωσιν, [45] ἐπιτρέπομεν αὐτοῖς γαμεῖν, εἴγε πρὸς τοῦτο πρόθεσιν ἔχοιεν, ἵνα μὴ ἁμαρτήσαντες, κολάσεως τύχωσιν. οὐδενὶ δὲ τῶν ἐν τῷ κλήρῳ κελεύομεν ἢ ἑταίραν, ἢ οἰκέτιν, ἢ χήραν, καὶ ἐκβεβλημένην λαμβάνειν, ὡς καὶ

* al. ἢ vel ᾗ

CAPUT XVII.

De Clericis conjugalia præcepta.

IN Epiſcopum, Presbyterum, & Diaconum conſtitui præcipimus viros unius matrimonii, ſive vivant eorum uxores, ſive obierint; non licere autem illis poſt ordinationem, ſi uxores non habent, matrimonium contrahere, aut ſi uxores habeant, cum aliis copulari; ſed contentos eſſe eâ, quam habentes, ad ordinationem venerunt. Miniſtros verò, Cantores, Lectores & Oſtiarios, ipſos quoque monogamos eſſe jubemus: quòd ſi ante conjugium ad Clerum acceſſerint, permittimus eis uxores accipere, ſiquidem ad id propenſionem habent, ne cùm deliquerint, in caſtigationem incurrant. Nulli autem Clerico permittimus ducere aut meretricem, aut ancillam, aut viduam, aut repudiatam, ſicut

1. *Tim.* 3. 2, 12. *Tit.* 1. 6. Citat Nicetas Pectoratus contra Latinos.

---

interpretandi cap. 4. & lib. 17. Commentariorum in Eſaiam non multo ante finem, Apocalypſim Eliæ appellat; quo etiam nomine donatur in MS. Canone, ſeu Indiculo ſæpe citato. Cæterùm poſitum fuiſſe eo in Apocrypho teſtimonium quod exſtat I. Corinth. II. 9. docent Origenes, Hieronymus, Syncellus, & Cod. Reg. 607. 1521, idemque de altero teſtimonio Epheſ. V. 14. colligitur ex Epiphanii verbis Hæreſi 42. quæ eſt Marcioniſtarum p. 372. quod tamen à Georgio Syncello & in dictis MSS. tribuitur Pſeudo-Jeremiæ, ſed potuit ad utrumque Apocryphum pertinere, ut de priori Apoſtoli textu ait Hieronymus. An autem ex hoc libro, vel unde Hebræi hauſerint fabulam ab Origene relatam in Joh. I. 21. quòd Phinees ſit etiam Elias, quis valeat divinare? COT.

42. *Τριῶν πατριαρχῶν.*] Opinor, Abrahami, Iſaaci, & Jacobi. Atque is eſt forſan liber qui inſcribitur *πατριάρχαι*, in Athanaſii Synopſi, in Nicephori C P. Canone, & in MS Laterculo. *Et ſi tibi placuerit*, Hieronymus Vigilantio, *legito fictas revelationes omnium Patriarcharum & Prophetarum.* Ibid.

43. *Βάρβαρά τινα ὀνόματα.*] Hæc fuerunt primorum Hæreticorum deliramenta, Simonianorum, Nicolaitarum, Baſilidianorum, Gnoſticorum, Phibionitarum, Ophitarum, &c. comptantium tum vocabula Hebraica ſacræ Scripturæ, tum nomina Magicis libris inſerta; uti dicimus ab Origene tomo 6. contra Celſum p. 306. Auguſtanæ Editionis; quem tamen locum Fullerus Miſcellaneorum ſacrorum lib. 4. cap. 13. ac poſt eum Capellus Oratione de nomine Tetragrammato, ex mendaci MS. tribuunt ejuſdem Patris Operi *περὶ ἀρχῶν*. Atque hinc lux oritur Gennadii verbis de Dogmatibus Eccleſiaſticis cap. 52. *Duo principia ſibi ignota introducunt, ut Cerdon & Marcion: vel contraria, ut Manichæus: vel tria & barbara, ut Sethianus & Theodotus: vel multa, ut Valentinus.* Pari modo nomina Angelorum habent Eſſeni apud Joſephum lib. 2. de bello Judaico cap. 12. multaque invenies in Apocrypho Henochi, in Oratione Aldeberti Act. 3. Concilii Romani ann. 745. in libris Magorum, Hebræorum, Mohametanorum. Ibid.

44. *Ἐπίσκοπον καὶ πρεσβύτερον &c.*] Imitatur atque explicat Pſeudo-Apoſtolica lex præceptum Apoſtolicum de ordinandis monogamis: quos vult manere cælibes, ſi uxorem ante ordinationem amiſerint, vel poſtea amittant. Verùm Conſtitutionem Nicetas Pectoratus libro contra Latinos detorquet ad Græcorum morem; apud quos prohibentur quidem à nuptiis qui antequam uxorem ducerent ordinati ſunt, ſed permittitur in conjugio ordinatis, uti conjugibus ſuis. Injuriâ ſanè, quòd ſpectat ad poſteriorem partem: cum nihil à Noſtro de licentia maritali dicatur. Hic eſt, quantùm ex ipſa re conjecturam facio, ſenſus Nicetæ, peſſimè expreſſus à barbaro & inepto Interprete, ad hunc modum; *Quis ille eſt qui tradidit vobis prohibere & abſcindere nuptias ſacerdotum? quis ex doctoribus Eccleſiæ hanc vobis tradidit pravitatem? Si quidem uſi (al. non) nupſerit, manus impoſitionis accipiet, & ita ad nuptias ruit, qui ordinatus eſt innuptus, legitimè, hoc & ſecundùm Canones facitis, hujuſmodi nuptias prohibentes. Si autem ante habuerit uxorem ille qui ordinatus eſt ſacerdos, perſeveraveritque in caſtitate, magnaque vita, nuptias ejus ſolvitis, tranſgredimini; ut (al. &) ex præcepto Apoſtolicorum canonum oſtendam vobis. In ſexto enim libro Clementis Ordinationum, quæ ab eo conſcripta ſunt, juxta ſeptimum decimum caput, Apoſtoli hæc dicunt; Epiſcopum & Presbyterum & Diaconum diximus qui unam habent uxorem ordinari, quamvis vivant eorum conjuges, quamvis defunctæ; non licet vos poſt manûs impoſitionem innuptos eſſe, nec inſuper ad nuptias ire, aut ſi nupſerint alteras amplecti, ſed ſufficere quas habent cùm ad ordinationem venerunt.* Proinde mirum videri non debet quòd res aliter accepta fuerit ab Humberto Sylvæ candidæ, in Reſponſione ad Nicetam. *Ante omnia autem*, inquit, *comprobemus te eſſe mentitum ipſi veritati, in eo quod dixiſti, noſtros prius ordinari, deinde uxores ſortiri. Quia apud nos nec ad Subdiaconatûs gradum quiſquam admittitur, niſi perpetuam continentiam etiam à propria conjuge profiteatur; nec poſt gradum aliquam uxorem ducere unquam conceditur. Sed tu Eccleſiam Dei volens efficere Synagogam Satanæ, & proſtibulum Balaam & Iezabel, cum Nicolao dicis: Epiſcopum & Presbyterum & Diaconum debemus, qui unam habet uxorem, ordinari, quamvis vivant eorum conjuges, quamvis defunctæ; nec licet eos poſt manûs impoſitionem innuptos eſſe, nec inſuper ad nuptias ire, aut ſi nupſerint alteras amplecti, ſed ſufficere eis quas habent, cùm ad ordinationem venerunt. O abominabilis Cynice, quo modo non erubuiſti tantum nefas evomere? Ergo non licet aliquem poſt manûs impoſitionem, ſine uxore eſſe? Si ita eſt, ipſe Johannes Apoſtolus, & Paulus, & Barnabas, & omnis continens in gradu Eccleſiaſtico in culpa eſt procuidubio. Unde neceſſe eſt, ut futurus Epiſcopus, Presbyter, Diaconus, & Subdiaconus priùs uxorem ſortiatur, quæ ſibi ſufficere debeat ad carnales amplexus. Numquid Laicus non ſufficit una? niſi fortè diſcipulus* (ita lego) *maligni Muhamed, cujus farina totus es, tu quoque, quia Presbyter es, ſine uxore eſſe non debes, ſecundùm aſſertiones tuas.* Cæterùm notabilis eſt varia lectio Cod. Reg. 2326. *ἀλλ' ἀρκεῖσθαι οἷς ἔχοντες ἦλθον ἐπὶ τὴν χειροτονίαν.* Ibid.

45. *Ἐπιτρέπομεν αὐτοῖς γαμεῖν.*] Miniſtri ſive Subdiaconi ab ineundo matrimonio arcentur per antiquam traditionem in Sozomeno Hiſt. Eccl. lib. 1. cap. 23. Canones, Apoſtolicum 26. hic 19. Trullanum 6. plurima Eccleſiæ Latinæ decreta, leges Juſtiniani & Leonis Sapientis, Epiphanium in Expoſitione fidei cap. 21. Auctores qui de Canonibus aut Ordinibus ſacris ſcripſêre, & alios. Verùm mos contrarius hoc loco

Levit. 21. 7, 14. ſicut autem Lex ait. Diaconiſſa verò eligatur virgo pudica; ſin minùs, ſaltem vidua, unius quondam viri uxor, fidelis & digna honore. 1. Tim. 5. 9.

ὁ νόμος λέγει. [46] Διακόνισσα δὲ γινέσθω παρθένος ἁγνή· εἰ δὲ μήγε, κἂν χήρα μονόγαμος, πιστὴ καὶ τιμία.

CAPUT XVIII.

Cohortatio, invitans ad fugiendam impiorum Hæreticorum communionem.

POſt communionem verò, ſic gratias agite; Gratias agimus tibi, Deus & Pater Jeſu Salvatoris noſtri, pro ſancto nomine tuo, quod habitare feciſti in nobis; & pro cognitione, fide, caritate, & immortalitate; quæ dediſti nobis per Jeſum filium tuum. Tu, Domine omnipotens, Deus univerſorum, creaſti mundum & quæ ſunt in eo, per ipſum; & legem inſeviſti in animabus noſtris; & victui accommoda præparâſti hominibus. Deus ſanctorum & inculpatorum patrum noſtrorum, Abrahami, Iſaaci, & Jacobi, fidelium ſervorum tuorum. Deus potens, fidelis & verax, & in promiſſis non mendax; qui miſiſti in terram Jeſum Chriſtum tuum, ut cum hominibus converſaretur tamquam homo, cùm ſit & Deus verbum, & homo, utque errorem radicitus evelleret. Ipſe & nunc per eum memento hujuſce ſanctæ Eccleſiæ tuæ, quam acquiſiſti precioſo ſanguine Chriſti tui; atque eam ab omni malo libera; & perfice illam in caritate tua, & veritate tua; noſque omnes congrega in regnum tuum, quod præparâſti: hoc Maranatha. Hoſanna filio Davidis. Benedictus qui venit in nomine Domini: Deus Dominus, qui apparuit nobis in carne. Si quis ſanctus eſt, accedat: ſi quis verò talis non eſt, fiat per pœnitentiam. Committite autem & Presbyteris veſtris, ut gratias agant.

1. Cor. 16. 22. Mat. 21. 9. Marc. 11. 10.

CAPUT XXVII.

Gratiarum actio pro myſtico & ſacramentali unguento.

PRo unguento autem, hunc in modum gratias agite; Gratias agimus tibi, Deus creator omnium, etiam pro fragrantia unguenti; & pro immortali ſæculo, quod notificâſti nobis per Jeſum filium tuum. Quoniam ad te pertinet gloria, & poteſtas, in ſæcula. Amen. Qui accedens, hoc modo gratias egerit, recipite illum ut diſcipulum Chriſti: ſin verò aliam doctrinam prædicet, præter eam quam vobis per nos Chriſtus tradidit; huic ne permittatis gratias agere: is enim contumeliâ afficit Deum, potiùs quàm honorat.

CAPUT XXVIII.

Quòd non oporteat indifferenter ad communionem admittere.

QUicumque verò ad vos venit, probetur, & ſic admittatur: intelligentiam enim habetis, & poteſtis agnoſcere dexteram vel ſiniſtram, atque diſcernere falſos doctores à doctoribus. Venienti equidem doctori, ex animo ſuppeditate neceſſaria: falſo autem doctori tribuetis quidem quæ opus ſunt; at non recipietis errorem illius: neque etiam unà cum eo oretis, ne ejus ſocietate inquinemini. Omnis Propheta verus, vel magiſter, qui venit ad vos, dignus eſt cibo, ut operarius ſermonis juſtitiæ.

Jon. 4. 11. Mat. 10. 41. 10.

C A-

per vim baptizati fuerant, aliiſque Sacramentis donati, Chriſtianam religionem retinere cogantur, ne nomen divinum blaſphemetur, & fides quam ſuſceperunt vilis ac contemptibilis habeatur. COT.

98. Αὕτη μαραναθά.] Hoc eſt, *Regnum Dei*, *Dominus noster venit*, aut ſi vis *veniet*, vel *veniat*. Ibid.

CAPUT XXIX.

De oblationibus Conſtitutio.

Num. 18. Omnes primitias provenientes è torculari, area, & bobus atque ovibus, ſacerdotibus dabis; ut benedicantur repoſita in cellariis tuis, & fructus terræ tuæ; utque innitaris frumento, vino & oleo; augeanturque armenta boum tuorum, & greges ovium tuarum. Omnem decimam dabis pupillo ac viduæ, pauperi & advenæ: omnes primitias panum calidorum, vini è dolio, aut olei, aut mellis, aut fructuum, uvæ, aut aliorum primitias dabis ſacerdotibus; argenti verò & veſtimenti, omniſque poſſeſſionis, orphano ac viduæ.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ κθ'.

Περὶ καρποφοριῶν διάταξις.

Πᾶσαν ἀπαρχὴν γεννημάτων ληνοῦ, ἅλωνος, βοῶν τε καὶ προβάτων, δώσεις τοῖς ἱερεῦσιν ἵνα εὐλογηθῶσιν αἱ ἀποθῆκαι τῶν ταμιείων σου, καὶ τὰ ἐκφόρια τῆς γῆς σου, καὶ στηριχθῇς σίτῳ καὶ οἴνῳ καὶ ἐλαίῳ, καὶ αὐξηθῇ τὰ βουκόλια τῶν βοῶν σου, καὶ τὰ ποίμνια τῶν προβάτων σου. πᾶσαν δεκάτην δώσεις τῷ ὀρφανῷ καὶ τῇ χήρᾳ, τῷ πτωχῷ καὶ τῷ προσηλύτῳ· πᾶσαν ἀπαρχὴν ἄρτων θερμῶν, κεραμίου οἴνου, ἢ ἐλαίου, ἢ μέλιτος, ἢ ἀκροδρύων, σταφυλῆς, ἢ τῶν ἄλλων τὴν ἀπαρχὴν δώσεις τοῖς ἱερεῦσιν· ἀργυρίου δὲ καὶ ἱματισμοῦ, καὶ παντὸς κτήματος, τῷ ὀρφανῷ καὶ τῇ χήρᾳ.

CAPUT XXX.

Quo modo oporteat diem Dominicam, noſtri Salvatoris reſurrectioni dicatum, congregatos, celebrare.

Die reſurrectionis Domini, hoc eſt, Dominicâ, convenite aſſiduè, gratias agentes Deo, & confitentes de beneficiis quæ in vos contulit Deus per Chriſtum, liberando ignorantiâ, errore, vinculis; ut ſacrificium veſtrum ſit irreprehenſum, & Deo acceptum, qui de Eccleſia ſua œcumenica,
Mal. 1. 11. 14. ſeu per totum orbem diffuſa dixit; *In omni loco mihi offeratur incenſum, & ſacrificium mundum: quia rex magnus ego ſum; dicit Dominus omnipotens; & nomen meum admirabile in gentibus.*

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ λ'.

Ὅπως χρὴ τὴν ἀναστάσιμον τοῦ σωτῆρος ἡμῶν ἡμέραν, συναθροιζομένους, ἑορτάζειν.

Τὴν ἀναστάσιμον τοῦ κυρίου ἡμέραν, τὴν κυριακήν φαμεν, συνέρχεσθε ἀδιαλείπτως, εὐχαριστοῦντες τῷ Θεῷ, καὶ ἐξομολογούμενοι ἐφ' οἷς εὐηργέτησεν ὑμᾶς ὁ Θεὸς διὰ Χριστοῦ, ῥυσάμενος ἀγνοίας, πλάνης, δεσμῶν· ὅπως ἄμωμος ᾖ ἡ θυσία ὑμῶν, καὶ εὐανάφορος Θεῷ, τῷ εἰπόντι περὶ τῆς οἰκουμενικῆς αὐτοῦ ἐκκλησίας, ὅτι ἐν παντὶ τόπῳ μοι προσενεχθήσεται θυμίαμα, καὶ θυσία καθαρά· ὅτι βασιλεὺς μέγας ἐγώ εἰμι, λέγει κύριος παντοκράτωρ, καὶ τὸ ὄνομά μου θαυμαστὸν ἐν τοῖς ἔθνεσι.

CAPUT XXXI.

Quales eſſe oporteat eos qui ordinantur.

Eligite autem Epiſcopos dignos Domino, & Presbyteros, ac Diaconos, viros pios, juſtos, mites, non avaros, amantes veritatis, probatos, ſanctos, non acceptores perſonarum, qui valeant
2. Tim. 2. 15. docere ſermonem pietatis, qui rectè ſecent ac tractent dogmata Domini. Vos verò hos honorate, ut patres, ut dominos, ut beneficos, ut auctores quod bene eſtis. Arguite etiam vos mutuò, non in ira, ſed in æquanimitate, cum benignitate ac pace. Omnia vobis à Domino præcepta ſervate.
Luc. 12. 35. Marc. 13. 35. Vigilate pro vita veſtra. *Sint lumbi veſtri præcincti, & lucernæ ardentes; & vos ſimiles hominibus exſpectantibus dominum ſuum, quando veniet, veſperè an manè, galli cantu an mediâ nocte: quâ enim horâ non exſpectant, veniet Dominus: & ei ſi aperuerint, beati ſervi illi, quia inventi ſunt vigilantes: quoniam præcinget ſe, & faciet illos diſcumbere, & tranſiens miniſtrabit illis.* Vigilate igitur, & orate ne dormiatis in mortem: non enim juvabunt vos priora rectè facta, ſi in extremis veſtris à fide verâ aberraveritis.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ λα'.

Οἵους εἶναι χρὴ τοὺς χειροτονουμένους.

Προχειρίσασθε δὲ ἐπισκόπους ἀξίους τοῦ κυρίου, καὶ πρεσβυτέρους, καὶ διακόνους, ἄνδρας * εὐσεβεῖς, δικαίους, πρᾳεῖς, ἀφιλαργύρους, φιλαλήθεις, δεδοκιμασμένους, ὁσίους, ἀπροσωπολήπτους, δυναμένους διδάσκειν τὸν λόγον τῆς εὐσεβείας, ὀρθοτομοῦντας ἐν τοῖς τοῦ κυρίου δόγμασιν. ὑμεῖς δὲ τιμᾶτε τούτους ὡς πατέρας, ὡς κυρίους, ὡς εὐεργέτας, ὡς τοῦ εὖ εἶναι αἰτίους. ἐλέγχετε δὲ ἀλλήλους, μὴ ἐν ὀργῇ, ἀλλ' ἐν μακροθυμίᾳ, μετὰ χρηστότητος καὶ εἰρήνης. πάντα τὰ προστεταγμένα ὑμῖν ὑπὸ τοῦ κυρίου φυλάξατε. γρηγορεῖτε ὑπὲρ τῆς ζωῆς ὑμῶν. Ἔστωσαν αἱ ὀσφύες ὑμῶν περιεζωσμέναι, καὶ οἱ λύχνοι καιόμενοι· καὶ ὑμεῖς ὅμοιοι ἀνθρώποις προσδεχομένοις τὸν κύριον ἑαυτῶν, πότε ἥξει, ἑσπέρας ἢ πρωΐ, ἀλεκτοροφωνίας ἢ μεσονυκτίου· ᾗ γὰρ ὥρᾳ οὐ προσδοκῶσιν, ἐλεύσεται ὁ κύριος· καὶ ἐὰν αὐτῷ ἀνοίξωσι, μακάριοι οἱ δοῦλοι ἐκεῖνοι, ὅτι εὑρέθησαν γρηγοροῦντες· ὅτι περιζώσεται, καὶ ἀνακλινεῖ αὐτούς, καὶ παρελθὼν διακονήσει αὐτοῖς. νήφετε οὖν, καὶ προσεύχεσθε μὴ ὑπνῶσαι εἰς θάνατον· οὐ γὰρ ὀνήσει ὑμᾶς τὰ πρότερα κατορθώματα, ἐὰν εἰς τὰ ἔσχατα ὑμῶν ἀποπλανηθῆτε τῆς πίστεως τῆς ἀληθοῦς.

* al. ἀλα-

CAPUT XXXII.

Denunciatio de futuris.

Mat. 24. In ultimis enim diebus multiplicabuntur falſi Prophetæ, & corruptores Sermonis; & convertentur oves in lupos, & caritas in odium: nam multiplicatâ iniquitate, refrigeſcet caritas multorum: ſcilicet homines odio ſe invicem habebunt,
2. Theſſ. 2. & perſequentur, & prodent. Ac tunc apparebit

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ λβ'.

Πρόῤῥησις περὶ τῶν μελλόντων.

Ἐν γὰρ ταῖς ἐσχάταις ἡμέραις πληθυνθήσονται οἱ ψευδοπροφῆται, καὶ οἱ φθορεῖς τοῦ λόγου· καὶ στραφήσονται τὰ πρόβατα εἰς λύκους, καὶ ἡ ἀγάπη εἰς μῖσος· πληθυνθείσης γὰρ τῆς ἀνομίας, ψυγήσεται ἡ ἀγάπη τῶν πολλῶν· μισήσουσι γὰρ ἀλλήλους οἱ ἄνθρωποι, καὶ διώξουσι, καὶ παραδώσουσι. καὶ τότε φανήσεται ὁ

κοσμοπλάνος, ὁ τῆς ἀληθείας ἐχθρὸς, ὁ τοῦ ψεύδους προστάτης· ὃν ὁ κύριος Ἰησοῦς ἀνελεῖ τῷ πνεύματι τοῦ στόματος αὐτοῦ, ὁ διὰ χειλέων ἀναιρῶν ἀσεβῆ· καὶ πολλοὶ σκανδαλισθήσονται ἐπ' αὐτῷ· οἱ δὲ ὑπομείναντες εἰς τέλος, οὗτοι σωθήσονται. καὶ τότε φανήσεται τὸ σημεῖον τοῦ υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου ἐν τῷ οὐρανῷ· ἔπειτα φωνὴ σάλπιγγος ἔσται δι' ἀρχαγγέλου· καὶ μεταξὺ ἀναβίωσις τῶν κεκοιμημένων· καὶ τότε ἥξει ὁ κύριος, καὶ πάντες οἱ ἅγιοι μετ' αὐτοῦ, ἐν συσσεισμῷ, ἐπάνω τῶν νεφελῶν, μετ' ἀγγέλων δυνάμεως αὐτοῦ, ἐπὶ θρόνου βασιλείας, κατακρῖναι τὸν κοσμοπλάνον διάβολον, καὶ ἀποδοῦναι ἑκάστῳ κατὰ τὴν πρᾶξιν αὐτοῦ. τότε ἀπελεύσονται οἱ μὲν πονηροὶ, εἰς αἰώνιον κόλασιν· οἱ δὲ δίκαιοι πορεύσονται εἰς ζωὴν αἰώνιον, κληρονομοῦντες ἐκεῖνα ἃ ὀφθαλμὸς οὐκ εἶδε, καὶ οὖς οὐκ ἤκουσε, καὶ ἐπὶ καρδίαν ἀνθρώπου οὐκ ἀνέβη, ἃ ἡτοίμασεν ὁ Θεὸς τοῖς ἀγαπῶσιν αὐτόν· καὶ χαρήσονται ἐν τῇ βασιλείᾳ τοῦ Θεοῦ, τῇ ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ. τοσούτων δὲ ἀξιούμενοι τῶν παρ' αὐτοῦ ἀγαθῶν, γινόμεθα αὐτοῦ ἱκέται, ἐπικαλούμενοι αὐτὸν διὰ συνεχοῦς δεήσεως, καὶ λέγοντες·

orbis deceptor, inimicus veritatis, propugnator
mendacii; quem ſpiritu oris ſui interficiet Jeſus, *Iſ. 11. 4.*
qui per labia interimet impium. Et multi in eo *Mat. 24.*
ſcandalum patientur: qui autem perſeveraverint
uſque in finem, hi ſalvi erunt. Tuncque apparebit
ſignum filii hominis in cœlo. Deinde vox tu- *1. Theſſ. 4.*
bæ erit per Archangelum: & interea reviviſcent *16.*
qui obierunt: & tunc veniet Dominus, ac omnes
ſancti cum eo, in terræ motu, ſuper nubes, cum
Angelis virtutis ſuæ, in ſolio regni, ad condemnandum
orbis deceptorem Diabolum, & ad red- *Mat. 16. 27.*
dendum unicuique pro operibus. Tunc abibunt; *Mat. 25. 46.*
mali quidem, in æternum ſupplicium; juſti autem
ibunt in vitam æternam, hæreditatem adeuntes
eorum *quæ oculus non vidit, & auris non audivit*, *1. Cor. 2. 9.*
*& in cor hominis non aſcenderunt; quæ præparavit
Deus iis qui diligunt illum*; & gaudebunt in regno
Dei, quod eſt in Chriſto Jeſu. Porrò tot
tantiſque ejus bonis dignati, ſupplices ei efficimur,
invocantes illum aſſiduâ deprecatione, ac dicentes:

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ λγ΄.

Προσευχὴ ἐξαγγελτικὴ προνοίας διαφόρου.

Αἰώνιε σωτὴρ ἡμῶν, ὁ βασιλεὺς τῶν θεῶν· ὁ ὢν μόνος παντοκράτωρ καὶ κύριος· ὁ Θεὸς πάντων τῶν ὄντων, καὶ Θεὸς τῶν ἁγίων καὶ ἀμέμπτων πατέρων ἡμῶν καὶ τῶν πρὸ ἡμῶν· ὁ Θεὸς Ἀβραὰμ, καὶ Ἰσαὰκ, καὶ Ἰακώβ· ὁ ἐλεήμων καὶ οἰκτίρμων, ὁ μακρόθυμος καὶ πολυέλεος· ᾧ πᾶσα γυμνοφανὴς βλέπεται καρδία, καὶ πᾶν κρύφιον ἐνθύμημα ἀποκαλύπτεται· πρὸς σὲ βοῶσι ψυχαὶ δικαίων· ἐπὶ σοὶ πεποίθασιν ἐλπίδες ὁσίων. ὁ τῶν ἀμέμπτων πατὴρ, ὁ τῶν μετ' εὐθύτητος ἐπικαλουμένων σε ἐπήκοος, ὁ καὶ σιωπωμένας ἐπιστάμενος ἐντεύξεις· χωρεῖ γὰρ μέχρι σπλάγχνων ἀνθρωπίνων ἡ σὴ πρόνοια, καὶ διὰ συνειδήσεως ἐρευνᾷς ἑκάστου τὴν γνώμην. καὶ κατὰ πᾶν κλίμα τῆς οἰκουμένης τὸ διὰ προσευχῆς καὶ λόγων ἀναπέμπεταί σοι θυμίαμα. ὁ τὸν παρόντα αἰῶνα, πεδίον δικαιοσύνης ἐνστησάμενος. πᾶσι δὲ ἀνοίξας πύλην ἐλεημοσύνης· ὑποδείξας δὲ ἑκάστῳ τῶν ἀνθρώπων, διὰ τῆς ἐμφύτου γνώσεως καὶ φυσικῆς κρίσεως, καὶ ἐκ τῆς τοῦ νόμου ὑποφωνήσεως, ὡς πλούτου μὲν οὐκ ἀΐδιον τὸ κτῆμα, εὐπρεπείας οὐκ ἀέναον τὸ κάλλος, δυνάμεως εὐδιάλυτος ἡ ἰσχύς· καὶ ἀτμὸς μὲν καὶ ματαιότης τὰ σύνολα, μόνη δὲ συνείδησις πίστεως * ἀνύπουλος διαβαίνει, διὰ μέσων οὐρανῶν μετ' ἀληθείας ἀνερχομένη, τῆς μελλούσης * τροφῆς δεξιὰ ἀντιλαμβάνεται· ἅμα καὶ πρὸ τοῦ ἀποδείξασθαι ὑπόσχεσιν τῆς παλιγγενεσίας, αὐτὴ ἡ ψυχὴ τῇ ἐλπίδι γαυρουμένη εὐφραίνεται. ἐξ * ὑπαρχῆς γὰρ, τοῦ προπάτορος ἡμῶν Ἀβραὰμ μεταποιουμένου τὴν ὁδὸν τῆς ἀληθείας, ὁραματισμῷ ὡδήγησας, διδάξας ὅ τί ποτέ ἐστιν ὁ αἰὼν οὗτος· καὶ τῆς μὲν πίστεως αὐτοῦ προώδευσεν ἡ γνῶσις, τῆς δὲ γνώσεως ἀκόλουθος γέγονεν ἡ πίστις, τῆς δὲ πίστεως ἐπακολούθημα ἡ συνθήκη· εἶπας γάρ· Ποιήσω τὸ σπέρμα σου ὡς τοὺς ἀστέρας τοῦ οὐρανοῦ, καὶ ὡς τὴν ἄμμον τὴν παρὰ τὸ χεῖλος τῆς θαλάσσης. Ἀλλὰ μὴν καὶ τὸν Ἰσαὰκ αὐτῷ δωρησάμενος, καὶ ὅμοιον αὐτὸν εἰδὼς ἐκείνου τῷ τρόπῳ, καὶ αὐτοῦ ἐπεκλήθης Θεὸς, εἰπών· Ἔσομαί σου Θεὸς, καὶ τοῦ σπέρματός σου μετὰ σέ. Καὶ τοῦ πατρὸς ἡμῶν Ἰακὼβ ἐπὶ Μεσοποταμίαν στελλομένου, δείξας τὸν Χριστὸν, δι' αὐτοῦ ἐλάλησας, εἰπών· Ἰδοὺ ἐγώ εἰμι μετὰ σοῦ, καὶ αὐξανῶ σε, καὶ πληθυνῶ σε σφόδρα. Καὶ οὕτως εἶπας πρὸς Μωϋσέα τὸν πιστὸν καὶ ἅγιόν σου θεράποντα, ἐπὶ τῆς ὀπτασίας τῆς βάτου· Ἐγώ εἰμι ὁ ὤν· τοῦτό μοι ὄνομά ἐστιν αἰώνιον, καὶ μνημόσυνον γενεαῖς γενεῶν. Ὑπέρμαχε γένους Ἀβραὰμ, εὐλογητὸς εἶ εἰς τοὺς αἰῶνας.

* al. ἀνυπούλως
* f. τρυφῆς]
* al. ἀπαρχῆς —

CAPUT XXXIII.

Oratio prædicans variam providentiam.

ÆTerne Salvator noſter, rex Deorum; qui *Eſth. 14. 12.*
ſolus es omnipotens ac Dominus; Deus
omnium rerum, & Deus ſanctorum ac inculpatorum
patrum noſtrorum, ac majorum; Deus Abra- *Ex. 3. 6.*
hami, & Iſaaci, & Jacobi; miſericors & miſerator,
longanimis & multæ miſericordiæ; cui omne
cor patet nudum, & omnis occulta cogitatio apparet:
ad te clamant animæ juſtorum; in te ſpes
ſanctorum nituntur. Pater irreprehenſorum, te
rectè invocantium auditor, qui etiam tacitas appellationes
intelligis: pertingit enim uſque ad humana
viſcera providentia tua, & per conſcientiam
ſcrutaris uniuſcujuſque voluntatem. Atque per
omnem regionem orbis, mittitur tibi thymiama
precationis ac ſermonum. Qui ſæculum præſens,
ſtadium juſtitiæ inſtituiſti, omnibus autem aperui- *1. Cor. 9. 24.*
ſti januam miſericordiæ; ſingulis verò hominibus,
per inſitam cognitionem ac naturale judicium, &
ex legis inſtigatione, oſtendiſti quòd divitiarum
non eſt perpetua poſſeſſio, venuſtatis non perenne
decus; quòd virium facilè diſſolvitur firmitudo;
quódque cuncta quidem ſunt vapor ac vanitas, *Eccl. 1. 2.*
ſola verò conſcientia fidei non ſubdolæ evadit, per *Jac. 4. 14.*
medios cœlos cum veritate aſcendens, futurarum *Pſ. 15. 10.*
deliciarum dexteram prehendit; ſimul & antequàm
promiſſum iteratæ per reſurrectionem nativitatis
præſtetur, ipſa anima ſpe exſultans lætatur. Ab *Gen. 12.*
initio enim, progenitore noſtro Abrahamo viam
veritatis capeſſente, eum apparendo duxiſti, docens
quidnam eſſet hoc ſæculum: & illius quidem
fidei præivit cognitio, cognitioni autem conſequens
fuit fides, fidei verò conſequentia exſtitit
pactum: dixiſti enim; *Faciam ſemen tuum ſicut* *Gen. 13. 16.*
ſtellas cœli; & ſicut arenam quæ eſt in littore maris. *& 22. 17.*
Sed & Iſaacum illi donans, ſciénſque eum illi moribus
ſimilem, ejus quoque Deus appellatus es,
dicens; *Ero Deus tuus, & ſeminis tui poſt te.* At- *Gen. 26. &*
que cùm pater noſter Jacobus in Meſopotamiam *17. 7.*
iret, per Chriſtum quem ei oſtendiſti locutus es,
dicens; *Ecce ego ſum tecum; & augebo te, & mul-* *Gen. 28. 15.*
tiplicabo te valde. Et Moyſi fideli ac ſancto fa- *& 48. 4.*
mulo tuo ſic dixiſti, in rubi viſo; *Ego ſum qui ſum.* *Ex. 3. 14.*
Hoc mihi nomen eſt æternum, & memoriale genera- *15.*
tionibus generationum. Propugnator generis Abrahami,
benedictus es in ſæcula.

CAPUT XXXIV.

Oratio prædicans variam creationem.

Gen. 1. BEnedictus es, Domine rex ſæculorum; qui per Chriſtum feciſti univerſa, & per eum in principio ornâſti informia; qui aquas ab aquis firmamento ſeparâſti, & his ſpiritum vitalem indidiſti; qui terram ſtabiliſti, & cœlum extendiſti, & ſingulas creaturas exactâ diſpoſitione ornâſti. Tuâ enim potentiâ, Domine, mundus in hunc

4. Eſd. 16. 60. nitorem conſtitutus eſt; cœlum verò inſtar cameræ compactum, aſtris illuſtratum eſt, ad ſolatium in tenebris; lumen autem & ſol propter dies & fructuum generationes prodierunt; at luna, in converſionem temporum, dum creſcit ac decreſcit: & nox vocabatur, & dies appellabatur, firmamentum verò in medio abyſſorum patebat. Et dixiſti, ut congregarentur aquæ, & appareret arida. Ipſum autem mare quo modo quis enarraret? quòd quidem venit à pelago furens; recurrit autem, ab

Job. 38. 11. arena juſſu tuo prohibitum; dixiſti enim, quòd in ipſo confringentur fluctus ejus: animalibus verò parvis & magnis, item navigiis illud feciſti pervium. Poſtea germinabat terra, omnigenis floribus, ac varietate arborum multiplicium depicta: & cunctis lucentia luminaria, horum nutricii, eumdem ſemper curſum tenent, nec ullatenus à tuo mandato variant; ſed quacumque juſſeris, ibi oriuntur ac occidunt, in ſigna temporum atque annorum, & hominum miniſterium alternant. Deinde animalium diverſorum conficiebantur genera, terreſtrium, aquatilium, volucrum, amphibiorum: tuæque providentiæ artificioſa ſapientia idoneam unicuique proviſionem largitur: ſicut enim ad varia genera producenda non fuit invalida; ſic neque diverſam uniuſcujuſque curam ſuſcipere neglexit. Atque ad extremum creationis, mandans tuæ Sapientiæ, condidiſti rationale animal,

Gen. 1. 26. mundi civem, dicens; *Faciamus hominem ad imaginem, & ad ſimilitudinem noſtram*; mundi mundum, ſeu ornamenti ornatum, conſtituens illum; ex quatuor quidem elementis, primis corporibus, formando corpus illius, creando autem ei animam ex nihilo; & donando ei quinquertium ſenſuum; mentémque aurigam animæ, præficiendo ſenſibus. Jam ad hæc omnia, dominator Domine, quis condignè explicabit nubium imbribus feracium motum, fulguris ſplendorem, tonitruum fragorem; ad convenientis alimenti ſuppeditationem, & ad aëris temperationem maximè concinnam. Hominem verò inobſequentem factum, vitâ ad mercedem propoſitâ privâſti; nec ex toto exſtinxiſti illum, ſed brevi tempore morte ſoporatum,

Hebr. 6. jurejurando ad ſecundam nativitatem vocâſti. Decretum mortis ſolviſti, qui mortuos ad vitam re-

1. Tim. 1. 1. ducis per Jeſum Chriſtum, ſpem noſtram.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ λδʹ.

Προσευχὴ ἐξαγγελτικὴ δημιουργίας διαφόρου.

ΕΥλογητὸς εἶ, κύριε βασιλεῦ τῶν αἰώνων· ὁ διὰ Χριστοῦ ποιήσας τὰ ὅλα, καὶ δι' αὐτοῦ ἐν ἀρχῇ κοσμήσας τὰ ἀκατασκεύαστα· ὁ διαχωρίσας ὕδατα ὑδάτων στερεώματι, καὶ πνεῦμα ζωτικὸν τούτοις ἐμβαλών· ὁ γῆν ἑδράσας, καὶ οὐρανὸν ἐκτείνας, καὶ τὴν ἑκάστου τῶν κτισμάτων ἀκριβῆ διάταξιν κοσμήσας. σῇ γὰρ δυνάμει, δέσποτα, κόσμος πεφαίδρυνται· * al. εὐδρομεῖ οὐρανὸς δὲ ὡς καμάρα πεπηγμένος, ἠγλάϊσται ἄστροις, ἕνεκεν παραμυθίας τοῦ σκότους· φῶς δὲ καὶ ἥλιος εἰς ἡμέρας καὶ καρπῶν γονὰς γεγένηνται· σελήνη δὲ εἰς καιρῶν τροπήν, αὔξουσα καὶ μειουμένη· καὶ νὺξ ὠνομάζετο, καὶ ἡμέρα προσηγορεύετο, στερέωμα δὲ διὰ μέσων τῶν ἀβύσσων ἐδείκνυτο. καὶ εἶπας συναχθῆναι τὰ ὕδατα, καὶ ὀφθῆναι τὴν ξηράν. αὐτὴν δὲ τὴν θάλασσαν πῶς ἄν τις ἐκφράσειεν; ἥτις ἔρχεται μὲν ἀπὸ πελάγους μαινομένη, παλινδρομεῖ δὲ, ἀπὸ ψάμμου τῇ σῇ προσταγῇ κωλυομένη· εἶπας γὰρ, ἐν αὐτῇ συντριβήσεσθαι αὐτῆς τὰ κύματα· ζώοις δὲ μικροῖς καὶ μεγάλοις, καὶ πλοίοις πορευτὴν αὐτὴν ἐποίησας. εἶτ' ἐχλοαίνετο γῆ, παντοίοις ἄνθεσι καταγραφομένη, καὶ ποικιλίᾳ δένδρων διαφόρων· φωστῆρές τε τούτων τιθηνοὶ, ἀπαραβάτως σώζοντες τὸν δόλιχον, καὶ κατ' οὐδὲν παραλλάσσοντες τῆς σῆς προσταγῆς· ἀλλ' ὅπῃ ἂν κελεύσῃς, ταύτῃ ἀνίσχουσι καὶ δύνουσιν, εἰς σημεῖα καιρῶν καὶ ἐνιαυτῶν, ἀμειβόμενοι τὴν τῶν ἀνθρώπων ὑπηρεσίαν. ἔπειτα διαφόρων ζώων κατεσκευάζετο γένη, χερσαίων, ἐνύδρων, ἀεροπόρων, ἀμφιβίων· καὶ τῆς σῆς προνοίας ἡ ἔντεχνος σοφία τὴν κατάλληλον ἑκάστῳ πρόνοιαν δωρεῖται· ὥσπερ γὰρ διάφορα γένη οὐκ ἠτόνησε παραγαγεῖν, οὕτως οὐδὲ διάφορον πρόνοιαν ἑκάστου ποιήσασθαι κατωλιγώρησε. καὶ τέλος τῆς δημιουργίας, τὸ λογικὸν ζῶον, τὸν κοσμοπολίτην, τῇ σῇ σοφίᾳ διαταξάμενος, κατεσκεύασας, εἰπών· Ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα, καὶ καθ' ὁμοίωσιν ἡμετέραν, [99] κόσμου κόσμον αὐτὸν ἀναδείξας· ἐκ μὲν τῶν τεσσάρων στοιχείων, πρώτων σωμάτων, διαπλάσας αὐτῷ σῶμα, κατασκευάσας δ' αὐτῷ τὴν ψυχὴν ἐκ τοῦ μὴ ὄντος, αἴσθησιν δ' αὐτῷ πένταθλον χαρισάμενος, καὶ νοῦν τὸν τῆς ψυχῆς ἡνίοχον ταῖς αἰσθήσεσιν ἐπιστήσας. καὶ ἐπὶ πᾶσι τούτοις, δέσποτα κύριε, τίς ἐπαξίως διηγήσεται νεφῶν ὀμβροτόκων φοράν, ἀστραπῆς ἔκλαμψιν, βροντῶν πάταγον, εἰς τροφῆς καταλλήλου χορηγίαν, καὶ κρᾶσιν ἀέρων παναρμόνιον. παρακούσαντα δὲ τὸν ἄνθρωπον, ἐμμίσθου ζωῆς ἐστέρησας· οὐκ εἰς τὸ παντελὲς ἀφανίσας, ἀλλὰ χρόνῳ πρὸς ὀλίγον κοιμίσας, ὅρκῳ εἰς παλιγγενεσίαν ἐκάλεσας. ὅρον θανάτου ἔλυσας, ὁ ζωοποιὸς τῶν νεκρῶν διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ, τῆς ἐλπίδος ἡμῶν.

CAPUT XXXV.

Oratio cum gratiarum actione prædicans Dei erga creaturas ſollicitudinem.

Pſ. 146. 5. MAgnus es, Domine omnipotens, & magna virtus tua, & ſapientiæ tuæ non eſt numerus; creator, ſalvator, dives in gratiis, longani-

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ λεʹ.

Προσευχὴ μετ' εὐχαριστίας ἐξαγγέλλουσα τοῦ Θεοῦ τὴν περὶ τὰ ὄντα κηδεμονίαν.

ΜΕγας εἶ, κύριε παντοκράτορ, καὶ μεγάλη ἡ ἰσχύς σου, καὶ τῆς συνέσεώς σου οὐκ ἔστιν ἀριθμός· κτίστα, σωτὴρ, πλούσιε ἐν χάρισι, μακρόθυμε, καὶ

99. *Κόσμου κόσμον.*] Elogio eodem homo decoratur à Methodio apud Epiphanium Hæreſi 64. Origenianâ cap. 18 & ab incerto auctore Commentariorum in Job. Philoni autem de Abrahamo ſcribenti, cœlum eſt *κόσμος ἐν κόσμῳ*. *Poſt voces illas*, Commentariorum in Job. *interponere queas*, Vide Nilum lib. 2. Epiſt. 119. COT.

1. Ἀπ-

καὶ ἐλέους χορηγέ· ὁ μὴ ἀφιστῶν τῶν σῶν κτισμάτων τὴν σωτηρίαν· φύσει γὰρ ἀγαθὸς ὑπάρχεις· φείδῃ δὲ ἁμαρτανόντων, εἰς μετάνοιαν προσκαλούμενος· οἰκτιρμῶν γάρ σου, ἡ νουθέτησις. πῶς γὰρ ἂν * ὑπέστημεν, ἐπειγομένην ἀπαιτούμενοι κρίσιν, ὁπότε μακροθυμούμενοι, μόλις ἀνακύπτομεν τῆς ἀσθενείας; σοῦ τὸ κράτος ἀνήγγειλαν οἱ οὐρανοὶ, καὶ γῆ κραδαινομένη, τῆς ἀσφαλείας ἐπ᾽ οὐδενὸς κρεμαμένη. θάλασσα κυμαινομένη, καὶ μυρίαν βόσκουσα ζώων ἀγέλην, πεπέδηται ἄμμῳ, τὴν σὴν βούλησιν πεφρικυῖα· καὶ πάντας ἀναγκάζει βοᾶν· Ὡς ἐμεγαλύνθη τὰ ἔργα σου, κύριε· πάντα ἐν σοφίᾳ ἐποίησας· ἐπληρώθη ἡ γῆ τῆς κτίσεώς σου. Καὶ στρατὸς ἀγγέλων φλεγόμενος, καὶ πνεύματα νοερὰ, λέγουσιν· Εἷς ἅγιος τῷ Φελμουνί· καὶ Σεραφὶμ ἅγια, ἅμα τοῖς Χερουβὶμ, τοῖς ἑξαπτερύγοις, σοὶ τὴν ἐπινίκιον ᾠδὴν ψάλλοντα, [1] ἀσιγήτοις φωναῖς βοῶσιν· Ἅγιος, ἅγιος, ἅγιος, κύριος Σαβαώθ· πλήρης ὁ οὐρανὸς καὶ ἡ γῆ τῆς δόξης σου· καὶ τὰ ἕτερα τῶν ταγμάτων πλήθη, ἄγγελοι, ἀρχάγγελοι, θρόνοι, κυριότητες, ἀρχαὶ, ἐξουσίαι, δυνάμεις, ἐπιβοῶντα λέγουσιν· Εὐλογημένη ἡ δόξα κυρίου ἐκ τοῦ τόπου αὐτοῦ. Ἰσραὴλ δὲ, ἡ ἐπίγειός σου ἐκκλησία, ἡ ἐξ ἐθνῶν, ταῖς κατ᾽ οὐρανὸν δυνάμεσιν ἁμιλλωμένη, νυκτὶ καὶ ἡμέρᾳ, ἐν καρδίᾳ πλήρει καὶ ψυχῇ θελούσῃ, ψάλλει· Τὸ ἅρμα τοῦ Θεοῦ μυριοπλάσιον, χιλιάδες εὐθηνούντων, κύριος ἐν αὐτοῖς, ἐν Σινᾷ, ἐν τῷ ἁγίῳ. Οἶδεν οὐρανὸς τὸν ἐπὶ μηδενὸς αὐτὸν καμαρώσαντα, ὡς λιθόκυβον· καὶ γῆν καὶ ὕδωρ ἑαυτοῖς ἑνώσαντα· καὶ ἀέρα διαχέαντα, ζωοτρόφον, καὶ τούτῳ πῦρ συμπλέξαντα, εἰς θάλπος, καὶ σκότους παραμυθίαν. ἐκπλήττει χορὸς ἀστέρων, τὸν ἀριθμήσαντα σημαίνων, καὶ τὸν ὀνομάσαντα δεικνύων· ζῶα τὸν ψυχώσαντα· δένδρα τὸν ἐκφύσαντα. ἅπερ ἅπαντα τῷ σῷ λόγῳ γενόμενα, παριστᾷ τὸ τῆς δυνάμεώς σου κράτος. διὸ καὶ ὀφείλει πᾶς ἄνθρωπος, ἐξ αὐτῶν στέρνων, σοὶ διὰ Χριστοῦ * τὸν ὑπὲρ πάντων ὕμνον ἀναπέμπειν, διὰ σὲ τῶν ἁπάντων κρατῶν. σὺ γὰρ εἶ ὁ χρηστὸς ἐν εὐεργεσίαις, καὶ φιλόδωρος ἐν οἰκτιρμοῖς· ὁ μόνος παντοκράτωρ· ὅτε γὰρ θέλεις, πάρεστί σοι τὸ δύνασθαι· τὸ γάρ σου αἰώνιον κράτος καὶ φλόγα καταψύχει, καὶ λέοντας φιμοῖ, καὶ κήτη καταπραΰνει, καὶ νοσοῦντας ἐγείρει, καὶ δυνάμεις μετατρέπει· καὶ στρατὸν ἐχθρῶν, καὶ λαὸν ἀριθμούμενον, ἐν τῷ ὑπερηφανεύεσθαι, καταστρέφει. σὺ εἶ ὁ ἐν οὐρανῷ, ὁ ἐπὶ γῆς, ὁ ἐν θαλάσσῃ, ὁ ἐν περατουμένοις, ὑπὸ μηδενὸς περατούμενος· τῆς γὰρ μεγαλοσύνης σου οὐκ ἔστι πέρας. μὴ γὰρ ἡμέτερόν ἐστι τοῦτο, δέσποτα· τοῦ δὲ θεράποντός σου ἐστὶ λόγιον, φάσκοντος· Καὶ γνώσῃ τῇ καρδίᾳ σου, ὅτι ὁ κύριος ὁ Θεός σου, Θεὸς ἐν οὐρανῷ ἄνω, καὶ ἐπὶ τῆς γῆς κάτω, καὶ οὐκ ἔστιν ἔτι πλὴν αὐτοῦ. Οὐδὲ γάρ ἐστι Θεὸς πλὴν σοῦ μόνου· ἅγιος οὐκ ἔστι πλὴν σοῦ, κύριος Θεὸς γνώσεων, Θεὸς ἁγίων, ἅγιος ὑπὲρ πάντας ἁγίους· οἱ γὰρ ἡγιασμένοι, ὑπὸ τὰς χεῖράς σου εἰσίν. ἔνδοξος καὶ ὑπερυψούμενος, ἀόρατος τῇ φύσει, ἀνεξιχνίαστος κρίμασιν· οὗ ἀνενδεὴς ἡ ζωή, ἄτρεπτος καὶ ἀνελλιπὴς ἡ διαμονὴ, ἀκάματος ἡ ἐνέργεια, ἀπερίληπτος ἡ μεγαλειότης, ἀέναος ἡ εὐπρέπεια, ἀπρόσιτος ἡ κατοικία, ἀμετανάστευτος ἡ κατασκήνωσις, ἄναρχος ἡ γνῶσις, ἀναλλοίωτος ἡ ἀλήθεια, [2] ἀμεσίτευτον τὸ ἔργον, ἀνεπιβούλευτον τὸ κράτος, ἀδιάδοχος ἡ μοναρχία, ἀκατάλυτος ἡ βασιλεία, ἀνανταγώνιστος ἡ ἰσχὺς, πολυάριθμος ἡ στρατιά. σὺ γὰρ εἶ ὁ σοφίας πατὴρ, ὁ δημιουργίας τῆς διὰ μεσίτου κτίσεως,

* al. ὑποστῶμεν

* f. τὸν

mis, & miſericordiæ largitor; qui creaturarum
tuarum ſalutem non deſeris; naturâ enim bonus
es: parcis autem delinquentibus, eos ad pœniten-
tiam provocans: tuarum quippe miſerationum ef-
fectus eſt, admonitio. Etenim quo modo ſuſti-
neremus, ſi ad cauſſam dicendam ſtatim repetere-
mur, quando longâ patientiâ exſpectati, vix ab
infirmitate reſpiramus? Tuam potentiam annun-
ciaverunt cœli; & terra concuſſa, firmata ac ſuſ-
penſa ſuper nihilum. Mare fluctibus agitatum,
ac innumerabiles nutriens animalium copias, arenâ
conſtringitur, tuam voluntatem veritum; omnéſ-
que cogit vociferari; *Quam magnificata ſunt opera* Pſ. 103. 24.
tua Domine? omnia in ſapientia feciſti: impleta eſt
terra creaturâ tuâ. Et exercitus Angelorum ar-
dens, ac intelligentes ſpiritus, dicunt; *Unus ſan-* Dan. 8. 13.
ctus, Phelmoni: & ſancti Seraphini, unà cum
Cherubinis, ſex alas habentibus, tibi victoriæ
canticum pſallentes, vocibus numquam ceſſantibus
clamant; *Sanctus, ſanctus, ſanctus, Dominus, Sa-* Iſ. 6. 3.
baoth: plení ſunt cœli & terra gloriâ tuâ: & aliæ
Ordinum multitudines, Angeli, Archangeli, Thro-
ni, Dominationes, Principatus, Poteſtates, Vir-
tutes, exclamantes dicunt; *Benedicta gloria Domini* Ezech. 3. 12.
de loco ſuo. Iſraël verò, terrena Eccleſia tua, ex gen-
tibus congregata, certans cum cœleſtibus Virtuti-
bus, nocte ac die, in corde pleno & animâ volente,
canit; *Currus Dei decem millibus multiplex, millia* Pſ. 67. 18.
lætantium; Dominus in eis, in Sinai, in ſancto. Novit Iſ. 40. 22.
cœlum eum qui ſuper nihilum cameravit illud, 4. Eſd. 16. 60.
tamquam lapideum cubum; qui terram & aquam Job. 38. 38.
inter ſe adunavit; qui aërem, animalium nutricium, in LXX.
diffudit, eique ignem connexuit, ad calorem, & ad
ſolatium de tenebris. Obſtupefacit chorus ſtellarum,
qui numerantem eas ſignificat, & nominantem oſten- Pſ. 146. 4.
dit; ut animalia demonſtrant eum à quo animata
ſunt, & arbores eum qui illas produxit. Quæ omnia
verbo tuo facta, poteſtatis tuæ vim repræſentant.
Atque ideo debet omnis homo, utpote per te do-
minus univerſorum, ex pectore tibi laudem pro cun-
ctis mittere per Chriſtum. Tu enim es facilis in be-
neficentiis, & munificus in commiſerationibus; qui
ſolus es omnipotens: cùm enim vis, adeſt tibi pote-
ſtas: nam æternum tuum robur etiam flammam refri-
gerat, & leonibus os conſtringit, & cetos demulcet, Dan. 3. & 6.
& ægrotantes erigit, & facultates rerum convertit; & Jon. 2.
hoſtium copias, populúmque numeratum, dum ſu- 4. Reg. 19.
perbia exoritur, proſternit. Tu es qui in cœlo ex- 2. Reg. 24.
ſiſtis, qui in terra, qui in mari, qui in terminatis, à
nullo terminatus: magnitudinis enim tuæ non eſt ter- Pſ. 144. 3.
minus. Neque verò noſtrum eſt illud, Domine; fa-
muli tui oraculum eſt, dicentis; *Et cognoſces corde* Deut. 4. 39.
tuo, quòd Dominus Deus tuus, Deus in cœlo ſurſum, &
in terra deorſum, & non eſt ampliùs præter eum. Ne-
que enim eſt Deus, præter te ſolum; ſanctus non eſt
præter te, Dominus Deus ſcientiarum, Deus ſancto- 1. Reg. 2. 3.
rum, ſanctus ſupra omnes ſanctos: nam ſanctificati,
ſub manibus tuis ſunt. Glorioſus & ſuperexaltatus, Dan. 3.
naturâ inviſibilis, imperveſtigabilis in judiciis; cujus Rom. 11. 33.
vita, non indiga, duratio immutabilis ac indeficiens,
operatio infatigabilis, incircumſcripta magnitudo,
perennis decor, inacceſſa habitatio, intranſmigrabilis
manſio, cognitio æterna, veritas permanens, opus
nullo interventu factum, potentia nullis inſidiis ex-
poſita, Monarchia ſine ſucceſſione, regnum ſine
fine, robur inexpugnabile, exercitus numeroſiſſimus.
Tu enim es Sapientiæ Pater, Creationis per Mediato-
rem

---

1. *Ἀσιγήτοις φωναῖς βοῶσιν* &c.] S. Johannes Chryſoſtomus de inſtituenda ſecundùm Deum vita, Tom. 5. Serm. 10. *ἀσιγήτῳ βοῶσι κραυγῇ*· &c. Hippolytus Portuenſis in Collectaneis Anaſtaſii Bibliothecarii p. 209. *ἀσιγήτῳ φωνῇ βοῶσι.* COT.

2. *Ἀμεσίτευτον τὸ ἔργον.*] Et quibuſdam interpoſitis, ὁ δημιουργίας τῆς διὰ μεσίτου κτίσεως. Quæres quo modo creatio intermedio careat, quæ mediatorem ſeu medium habet Filium Dei. Reſpondere poteſt, creationem eſſe quidem abſque medio alieno à Divinitate; agnoſcere tamen perſonam Divinitatis mediam, Filium: mediatorem productionis, per quem ſcilicet Pater omnia creavit; ſed non mediatorem naturæ, id eſt, participem increati & creati, quod exſtitit poſt aſſumptam naturam humanam. Ibid.

3. Τὸ

rem factæ conditor, tamquam cauſſa; providentiæ largitor, legum dator, indigentiæ expletor; ultor impiorum, & juſtorum remunerator; Chriſti Deus & Pater, atque piè erga eum ſe gerentium Dominus: cujus Chriſti non fallit promiſſio, muneribus non corrumpitur judicium, nullâ perſuaſione mutatur ſententia, numquam ceſſat pietas, gratiarum actio non finitur: per quem tibi adoratio condigna debetur ab omni rationali & ſanctâ naturâ.

ὡς αἴτιος· ὁ προνοίας χορηγὸς, ὁ νόμων δοτὴρ, ὁ ἐνδείας πληρωτής· ὁ τῶν ἀσεβῶν τιμωρὸς, καὶ τῶν δικαίων μισθαποδότης· ὁ τοῦ Χριστοῦ Θεὸς καὶ πατὴρ, καὶ τῶν εἰς αὐτὸν εὐσεβούντων κύριος· οὗ ἀδιάψευστος ἡ ἐπαγγελία, ἀδωροδόκητος ἡ κρίσις, ἀμετάπειστος ἡ γνώμη, ἄπαυστος ἡ εὐσέβεια, ἀΐδιος ἡ εὐχαριστία· δι' οὗ σοι καὶ ἡ ἐπάξιος προσκύνησις ὀφείλεται παρὰ πάσης λογικῆς καὶ ἁγίας φύσεως.

CAPUT XXXVI.

Oratio commemorans incarnationem Chriſti, & variam erga ſanctos providentiam.

[ſ. Ignat. interpol. ad Magn 9.] DOmine omnipotens, mundum creâſti per Chriſtum, & Sabbatum in hujus rei memoriam ſanxiſti; quia in eo ab operibus quieſcere feciſti, ad meditationem legum tuarum: & feſtos dies conſtituiſti, in lætitiam animarum noſtrarum, ut in recordationem veniremus Sapientiæ à te con- [*Prov.* 8. 22.] ditæ: quo modo propter nos naſci ex muliere ſuſtinuit; apparuit in vita hac, oſtendens in Baptiſmo ſuo quòd ipſe qui apparebat eſſet Deus ac homo; paſſus eſt propter nos permiſſione tuâ, & mortuus eſt, ac poteſtate tuâ reſurrexit: ideóque feſtum Reſurrectionis, Dominicâ die celebrantes, lætamur de eo qui vicit quidem mortem, patefecit autem vitam ac immortalitatem: per ipſum enim gentes ad te adduxiſti, in populum peculiarem, [*Deut.* 7 6.] verum Iſraëlem, Deo carum, quique Deum videt. Nam tu Domine, etiam patres noſtros eduxiſti de terra Ægypti, & eripuiſti ex fornace fer- [*Deut.* 4. 20. *Ex.* 1. & 5. &c.] reâ, atque ex luto, & laterum confectione: liberâſti de manu Pharaonis & ſubjectorum ei; ac per [*Deut.* 1. 35.] mare quaſi per aridam eos deduxiſti; & morem [*Act.* 13. 18.] geſſiſti eis in deſerto per multiplicia bona: Legem, ſcilicet Decalogi, tuâ voce pronunciatam, ac tua [ſ. Ignat. interpol. ad Magneſ. 9.] manu deſcriptam donâſti: Sabbatum ſervare præcepiſti, non dans occaſionem vacationis, ſed opportunitatem pietatis, ad cognitionem potentiæ tuæ, atque eos tamquam in ſacro ſepto concludens, ut malè agere prohiberentur, & ut docerentur, [*Levit* 23.] utque de ſeptenario exſultarent: propter hoc una hebdomas, & hebdomades ſeptem, & menſis [*Levit.* 25.] ſeptimus, & annus ſeptimus; & hujus anni ſeptimi reciproca ſeu ſeptima revolutio, Jubilæus, hoc eſt, annus quinquageſimus, qui remiſſionis: ut nullam haberent homines occaſionem excuſandi ignorantiam, idcirco in omni Sabbato feriari voluit, quò ne verbum quidem iratè quiſquam ex ore ſuo vel- [ſ. Ignat. interpol. ibid.] let emittere in die Sabbatorum. Sabbatum enim eſt requies à creatione, mundi abſolutio, legum inquiſitio; laus Dei grata, pro iis quæ hominibus donavit. Supra quæ omnia eminet Dominicus dies; ut pote qui repræſentet ipſum mediatorem, proviſorem, legiſlatorem, auctorem reſurrectionis, primogenitum omnis creaturæ; Deum verbum, ac [ſ. Ignat. interpol. ad Magneſ. 11. ad Sm. 1.] hominem, ex Maria natum ſolum ſine viro, ſanctè in vita verſatum, crucifixum ſub Pontio Pilato, mortuum, & à mortuis excitatum. Quare Dominica dies, tibi Domine, gratiarum actionem pro cunctis offerre ſuadet: hæc quippe eſt à te exhibita gratia, quæ magnitudine ſuâ omne beneficium obtexit.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ λϛ'.

Προσευχὴ ὑπομιμνήσκουσα τὴν γενομένην Χριστοῦ ἐνανθρώπησιν, καὶ τὴν εἰς τοὺς ἁγίους διάφορον πρόνοιαν.

ΚΥριε παντοκράτορ, κόσμον ἔκτισας διὰ Χριστοῦ, καὶ σάββατον ὥρισας εἰς μνήμην τούτου· ὅτι ἐν αὐτῷ κατέπαυσας ἀπὸ τῶν ἔργων, εἰς μελέτην τῶν σῶν νόμων· καὶ ἑορτὰς διετάξω, εἰς εὐφροσύνην τῶν ἡμετέρων ψυχῶν, ὅπως εἰς μνήμην ἐρχώμεθα τῆς ὑπὸ σοῦ κτισθείσης σοφίας· ὡς δι' ἡμᾶς γένεσιν ὑπέστη τὴν διὰ γυναικός· ἐπεφάνη τῷ βίῳ, ἀναδεικνὺς ἑαυτὸν ἐν τῷ βαπτίσματι, ὡς Θεός ἐστι καὶ ἄνθρωπος ὁ φανείς· ἔπαθε δι' ἡμᾶς σῇ συγχωρήσει, καὶ ἀπέθανε, καὶ ἀνέστη σῷ κράτει· διὸ καὶ τὴν ἀναστάσιμον ἑορτὴν πανηγυρίζοντες τῇ κυριακῇ, χαίρομεν ἐπὶ τῷ νικήσαντι μὲν τὸν θάνατον, φωτίσαντι δὲ ζωὴν καὶ ἀφθαρσίαν· δι' αὐτοῦ γὰρ προσηγάγου τὰ ἔθνη ἑαυτῷ, εἰς λαὸν περιούσιον, τὸν ἀληθινὸν Ἰσραὴλ, τὸν θεοφιλῆ, [3] τὸν ὁρῶντα Θεόν. σὺ γὰρ κύριε, καὶ τοὺς πατέρας ἡμῶν ἐξήγαγες ἐκ γῆς Αἰγύπτου, καὶ ἐρρύσω ἐκ καμίνου σιδηρᾶς, καὶ ἐκ πηλοῦ, καὶ πλινθουργίας· ἐλυτρώσω ἐκ χειρὸς Φαραὼ καὶ τῶν ὑπ' αὐτόν. καὶ διὰ θαλάσσης ὡς διὰ ξηρᾶς αὐτοὺς παρήγαγες· καὶ ἐτροποφόρησας αὐτοὺς ἐν τῇ ἐρήμῳ παντοίοις ἀγαθοῖς· νόμον αὐτοῖς ἐδωρήσω, ἢ [4] δεκαλογίαν, σῇ φωνῇ φθεγχθέντα, καὶ χειρὶ καταγραφέντα· σαββατίζειν ἐνετείλω, οὐ πρόφασιν ἀργίας διδοὺς, ἀλλ' ἀφορμὴν εὐσεβείας, εἰς γνῶσιν τῆς σῆς δυνάμεως, εἰς κώλυσιν κακῶν ὡς ἐν ἱερῷ καθείρξας περιβόλῳ, διδασκαλίας χάριν, εἰς ἀγαλλίαμα ἑβδομάδος· διὰ τοῦτο ἑβδομὰς μία, καὶ ἑβδομάδες ἑπτὰ, καὶ μὴν ἕβδομος, καὶ ἐνιαυτὸς ἕβδομος· καὶ τούτου ἀνταπανακύκλησις, ἰωβηλαῖος, ὅ ἐστιν ἔτος πεντηκοστὸν, εἰς ἄφεσιν· ὅπως μηδεμίαν ἔχωσι πρόφασιν οἱ ἄνθρωποι ἄγνοιαν σκήψασθαι, τούτου χάριν πᾶν σάββατον ἐπέτρεψεν ἀργεῖν, ὅπως μηδὲ λόγον τις ἐν ὀργῇ ἐκ τοῦ στόματος αὐτοῦ προέσθαι θελήσῃ ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῶν σαββάτων. σάββατον γάρ ἐστι κατάπαυσις δημιουργίας, τελείωσις κόσμου, νόμων ζήτησις, αἶνος εἰς Θεὸν εὐχάριστος ὑπὲρ ὧν ἀνθρώποις ἐδωρήσατο. ὧν ἁπάντων ἡ κυριακὴ προύχουσα· αὐτὸν τὸν μεσίτην, τὸν προνοητὴν, τὸν νομοθέτην, τὸν ἀναστάσεως αἴτιον, τὸν πρωτότοκον πάσης κτίσεως, τὸν Θεὸν λόγον, καὶ ἄνθρωπον, τὸν ἐκ Μαρίας γεννηθέντα μόνον δίχα ἀνδρὸς, τὸν πολιτευσάμενον ὁσίως, τὸν σταυρωθέντα ἐπὶ Ποντίου Πιλάτου, καὶ ἀποθανόντα, καὶ ἀναστάντα ἐκ νεκρῶν ὑποδεικνύουσα. ὡς κυριακὴ παρεγγελλεύεται, σοὶ δέσποτα, τὴν ὑπὲρ πάντων εὐχαριστίαν προσφέρειν· αὕτη γὰρ ἡ ὑπὸ σοῦ παρασχεθεῖσα χάρις, ἥτις διὰ μέγεθος πᾶσαν εὐεργεσίαν ἐκάλυψεν.

[4] f. δεκάλογον [illegible]

3. Τὸν ὁρῶντα Θεόν.] Intuentur ac tradunt ſæpe ſancti Patres Græci & Latini hanc Etymologiæ rationem, ſecuti Philonem Judæum, quâ Iſrael exponitur *videns Deum. Homo* aut *mens cernens Deum.* à verbo ראה. Sed longè præſtat alia è ſacris Scripturis petita, à verbo שרה & nomine אל, ſecundùm quam Iſraël Joſepho eſt ἀντιστὰς ἀγγέλῳ θείῳ. *Reluctans Angelo ſacro. Adverſùs Angelum divinum ſtans.* Juſtino Martyri ἄνθρωπος νικῶν δύναμιν. *Homo vincens virtutem.* Tertulliano *Cum Deo invaleſcens.* Hieronymo *Princeps cum Deo. Princeps Dei.* Qui Hieronymus aliam quoque profert ſignificationem, εὐθύτατος Θεοῦ. *Rectiſſimus Dei. Directus Dei. Rectus Dei.* ab ישר. Locum Juſtini, Dialogi p. 354. me vindice, ita ſupplebis; τὸ Ἰσραὴλ ὄνομα τοῦτο σημαίνει· ἄνθρωπος νικῶν δύναμιν. τὸ γὰρ Ἰσρα ἄνθρωπος νικῶν ἐστί· τὸ δὲ Ηλ δύναμις.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ λζ.

Προσευχὴ περιέχουσα μνήμην προνοίας, καὶ ἀπαρίθμησιν διαφόρων εὐεργεσιῶν διὰ τῆς προνοίας Θεοῦ διὰ Χριστοῦ παρεσχεθεισῶν τοῖς ἁγίοις.

Ὁ τὰς ἐπαγγελίας τὰς διὰ τῶν προφητῶν πληρώσας, καὶ ἐλεήσας τὴν Σιὼν, καὶ οἰκτειρήσας τὴν Ἱερουσαλὴμ, τῷ τὸν θρόνον Δαβὶδ τοῦ παιδός σου ἀνυψῶσαι ἐν μέσῳ αὐτῆς, τῇ γενέσει τοῦ Χριστοῦ, τοῦ ἐκ σπέρματος αὐτοῦ τὸ κατὰ σάρκα γεννηθέντος ἐκ μόνης παρθένου. αὐτὸς καὶ νῦν, δέσποτα ὁ Θεὸς, πρόσδεξαι τὰς διὰ χειλέων δεήσεις τοῦ λαοῦ σου τοῦ ἐξ ἐθνῶν, τῶν ἐπικαλουμένων σε ἐν ἀληθείᾳ, καθὼς προσεδέξω τὰ δῶρα τῶν δικαίων ἐν ταῖς γενεαῖς αὐτῶν. Ἄβελ ἐν πρώτοις τὴν θυσίαν ἐπεῖδες καὶ προσεδέξω, Νῶε ἐξελθόντος τῆς κιβωτοῦ, Ἀβραὰμ μετὰ τὸ ἐξελθεῖν ἐκ γῆς Χαλδαίων, Ἰσαὰκ ἐν τῷ φρέατι τοῦ ὅρκου, ⁴ Ἰακὼβ ἐν Βηθλεὶμ, Μωσέως ἐν τῇ ἐρήμῳ, Ἀαρὼν ἀνὰ μέσον τῶν ζώντων καὶ τῶν τεθνεώτων, Ἰησοῦ τοῦ Ναυῆ ἐν Γαλγάλοις, Γεδεὼν ἐπὶ τῆς πέτρας καὶ τῶν πόκων πρὸ τῆς ἁμαρτίας, Μανωὲ καὶ τῆς αὐτοῦ γυναικὸς ἐν τῷ πεδίῳ, Σαμψὼν ἐν τῇ δίψῃ πρὸ τῆς πλημμελείας, Ἰεφθάε ἐν τῷ πολέμῳ πρὸ τῆς ἀκαίρου ἐπαγγελίας, Βαρὰκ καὶ Δεββώρας ἐπὶ τοῦ Σισάρα, Σαμουὴλ ἐν Μασσηφᾷ, Δαβὶδ ἐν ἅλῳ Ὀρνᾶ τοῦ Ἰεβουσαίου, Σολομῶντος ἐν Γαβαὼν καὶ ἐν Ἱερουσαλὴμ, Ἠλία ἐν τῷ ὄρει τῷ Καρμηλίῳ, Ἐλισαίου ἐπὶ τῆς ἀτεκνούσης πηγῆς. Ἰωσαφὰτ ἐν πολέμῳ, Ἐζεκία ἐν ἀῤῥωστίᾳ καὶ ἐπὶ τοῦ Σενναχηρεὶμ, Μανασσῆ ἐν γῇ Χαλδαίων μετὰ τὴν πλημμέλειαν, Ἰωσία ⁵ ἐν τῷ * Φασουᾷ, Ἔσδρα ἐν τῇ ἐπανόδῳ, Δανιὴλ ἐν τῷ λάκκῳ τῶν λεόντων, Ἰωνᾶ ἐν τῇ κοιλίᾳ τοῦ κήτους, τῶν τριῶν παίδων ἐν τῇ καμίνῳ τοῦ πυρὸς, Ἄννης ἐν τῇ σκηνῇ ἐνώπιον τῆς κιβωτοῦ, Νεεμία ἐπὶ τῇ ἀνεγέρσει τῶν τειχῶν καὶ τοῦ Ζοροβάβελ, Ματταθία καὶ τῶν υἱῶν αὐτοῦ ἐν τῷ ζήλῳ σου, ⁶ Ἰαὴλ ἐν εὐλογίαις. καὶ νῦν οὖν πρόσδεξαι τὰς τοῦ λαοῦ σου προσευχὰς, μετ' ἐπιγνώσεώς σοι διὰ Χριστοῦ προσφερομένας ἐν τῷ πνεύματι.

* f. Φάσεκ

CAPUT XXXVII.

Oratio continens memoriam providentiæ, ac enumerationem variorum beneficiorum, quæ Dei providentiâ ſanctis collata ſunt per Chriſtum.

QUi promiſſa per Prophetas, impleviſti, & miſeratus es Sionem, & Hieroſolymæ miſertus es, extollendo ſolium Davidis pueri tui in medio ejus, per nativitatem Chriſti, qui ex genere Davidis ſecundùm carnem natus eſt ex ſola virgine. Tu Domine Deus, nunc quoque ſuſcipe preces labiis prolatas populi tui congregati ex gentibus, quæ te in veritate invocant; ſicut ſuſcepiſti munera juſtorum in eorum ſæculis. Abelis in primis reſpexiſti ac ſuſcepiſti ſacrificium, & Noæ ex arca egreſſi, Abrahami poſtquam exiiſſet ex terra Chaldæorum, Iſaaci in puteo juramenti, Jacobi in Bethlehemâ, Moſis in ſolitudine, Aaronis inter viventes ac mortuos, Jeſu Navæ in Galgalis, Gedeonis in petra & velleribus ante peccatum, Manoæ & uxoris ejus in campo, Samſonis in ſitiante delictum, Jephthæ in bello ante inconſideratam promiſſionem, Baraci & Deboræ in Siſarâ, Samuelis in Maſphâ, Davidis in area Ornæ Jebuſæi, Salomonis in Gabaone & in Hieroſolymis, Eliæ in monte Carmelo, Eliſæi in fonte ſterili, Joſaphati in bello, Ezechiæ in morbo & in Senacheribo, Manaſſis in terra Chaldæorum poſt delictum, Joſiæ in Paſchâ, Eſdræ in reditu, Danielis in lacu leonum, Jonæ in ventre ceti, trium puerorum in fornace ignis, Annæ in tabernaculo coram arca, Nehemiæ ac Zorobabelis in exſtructione murorum, Mattathiæ & filiorum ejus in zelo tuo, Jaëlis in benedictionibus. Et nunc ergo ſuſcipe populi tui preces, tibi cum ſcientia, per Chriſtum in Spiritu oblatas.

Luc. 1. 32. *Act.* 2. 30. *Gen.* 4. *Gen.* 8. *Gen.* 12. *Gen.* 22. *Gen.* 35. *Exod.* 12. *Num.* 16. *Joſ.* 5. *Judic.* 6. & 8. *Judic.* 13. *Judic.* 15. & 16. *Judic.* 11. *Judic.* 4. 1. *Reg.* 7. 1. *Paral.* 21. 3. *Reg.* 3. & 8. 3. *Reg.* 18. 4. *Reg.* 2. 2. *Paral.* 18. 4. *Reg.* 20. & 19. 2. *Paral.* 33. 2 *Paral.* 35. 1. *Eſdr* 8. *Dan.* 6. & 14. *Jon.* 2. *Dan.* 3. 1. *Reg.* 1. 1. *Eſdr.* 5. 1. *Mach.* 2. & *Judic.* 5. 24.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ λη.

Προσευχὴ ἀντιλήψεως δικαίων.

Εὐχαριστοῦμέν σοι περὶ πάντων, δέσποτα παντοκράτορ· ὅτι οὐκ ἐγκατέλιπες τὰ ἐλέη σου καὶ τοὺς οἰκτιρμούς σου ἀφ' ἡμῶν· ἀλλὰ καθ' ἑκάστην γενεὰν καὶ γενεὰν σώζεις, ῥύῃ, ἀντιλαμβάνῃ, σκεπάζεις. ἀντελάβου γὰρ ἐν ἡμέραις Ἐνὼς καὶ Ἐνὼχ, ἐν ἡμέραις Μωσῆ καὶ Ἰησοῦ, ἐν ἡμέραις τῶν κριτῶν, ἐν ἡμέραις Σαμουὴλ καὶ Ἠλία καὶ τῶν προφητῶν, ἐν ἡμέραις Ἐσθὴρ καὶ Μαρδοχαίου, ἐν ἡμέραις Ἰουδὶθ, ἐν ἡμέραις Ἰούδα Μακκαβαίου καὶ τῶν ἀδελφῶν αὐτοῦ. καὶ ἐν ταῖς ἡμέραις ἡμῶν ἀντελάβου ἡμῶν διὰ τοῦ μεγάλου σου ἀρχιερέως Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ παιδός σου. καὶ ἀπὸ μαχαίρας γὰρ ἐῤῥύσατο,

CAPUT XXXVIII.

Oratio pro ope juſtis allatâ.

AGimus tibi gratias de univerſis, Domine omnipotens; quòd miſericordias tuas & miſerationes tuas non removiſti à nobis; ſed per ſingulas ætates ac generationes ſervas, eripis, opitularis, protegis. Opem enim tuliſti in diebus Enoſi & Henochi, in diebus Moſis ac Jeſu, in diebus Judicum, in diebus Samuelis & Eliæ atque Prophetarum, in diebus Davidis ac Regum, in diebus Eſtheræ & Mardochæi, in diebus Judithæ, in diebus Judæ Machabæi & fratrum ejus. Etiam in diebus noſtris auxilium nobis tuliſti, per magnum tuum pontificem Jeſum Chriſtum Filium tuum. Etenim ex gladio liberavit, &

νοῶν. Repeti quippe participium νοῶν planè neceſſarium eſt. Parum feliciter vir doctus Mericus Caſaubonus primam & poſtremam notationem conjungere tentavit in Optato Milevitano ſub finem libri 2. ſollicitando probam lectionem, *Iſrael, id eſt, qui mente Deum videat*, ut hanc non nauci induceret, *qui rectè vel erectè Deum videat*. COT.

4. Ἰακὼβ ἐν Βηθλεὶμ] Bovius, *in Bethel*, optimè, ſive ita repererit, ſive emendârit. Notum hæc duo nomina ubi per compendium ſcribuntur, confundi facilè, ac librariis fraudi eſſe: quod cernere licet in Chronico Alexandrino p. 218. Sanè ob eumdem errorem S. Ambroſius lib. 2. de Jacob. cap. 7. pro *Bethel*, Geneſ. XXXV. dum legit *Bethlehem*, ſic loquitur; *Exſurgens aſcende in locum Bethlehem*, (eo modo prorſus ſcribi debere docent ſequentia) *hoc eſt in domum panis, ubi natus eſt Chriſtus; ſicut Michæas Propheta teſtatus eſt, dicens; Et tu Bethlehem domus Ephrata &c.* Ibid.

5. Ἐν τῷ Φασουᾷ.] Non infeliciter mihi videor vocem nihili Φασουᾷ hoc loco mutâſſe in paſchatum vocabulum Φασὲκ, quod eſt Φασὲκ II. Paralip. XXXV. & XXX. ſeu Paſcha, docente magno Theologo Gregorio Nazianzeno in Oratione 42. p. 682. 683. At à doctiſſimo Turriano, qui vertit, *in Sappha*, intelligitur, ni fallor, Saphan Σαφὰν ſive Σαπφὰν, ſcriba templi Domini temporibus Joſiæ Regis. Ibid.

6. Ἰαὴλ.] Eſt Ἰαὴλ Jael, aut Jahel. Joſepho Ἰάλη. Ibid.

& alendo eripuit à fame, ex morbo ſanavit, à linguâ malâ protexit. De omnibus tibi per Chriſtum gratias agimus. Qui & vocem articulatam dediſti ad confeſſionem; & linguam aptam, plectri ſimilem, tamquam organum ſubjeciſti; & guſtum commodum, & tactum convenientem, & viſum ad ſpectandum, & auditum ad percipiendam vocem, & odoratum ad nidores hauriendos, & manus ad opus, & pedes ad ambulationem. Atque hæc omnia ex parvâ guttâ formas in utero, ac poſt figurationem animam immortalem donas; & in lucem producis. Animal rationale, hominem, legibus erudiviſti, juſtificationibus illuſtrâſti: inducens diſſolutionem ad breve tempus, reſurrectionem promiſiſti. Quæ igitur vita ſufficiens; ſæculorum verò quanta longinquitas, hominibus ſatis erit ad gratiarum actionem? Sed id quidem pro dignitate agere, impoſſibile eſt; pro viribus autem præſtare, ſanctum ac pium. Nam exemiſti nos ex impietate

I. Ignat. interpol. ad Trall. 6. ad Philad. 6. eorum qui plures Deos colunt, & eripuiſti à ſecta illorum qui Chriſtum occiderunt, liberâſti ab ignorantiæ errore: Chriſtum ad homines, quaſi hominem miſiſti, qui etiam eſt Deus unigenitus: Paracletum in nobis feciſti habitare: Angelos nobis præfeciſti: Diabolum dedecore aſperſiſti: nos, cùm non eſſemus, feciſti; factos conſervas; vitam admetiris, ſuppeditas nutrimentum; pœnitentiam pollicitus es. Pro omnibus tibi gloria & veneratio, per Jeſum Chriſtum, nunc, & ſemper, & in ſæcula. Amen. Hæc meditamini, fratres, & ſit Dominus vobiſcum in terra, & in regno Patris ejus, qui &

Rom. 8. 21. illum miſit, & nos per eum liberavit ex ſervitute corruptionis in libertatem gloriæ, ac promiſit vitam iis qui per eumdem in Deum univerſitatis crediderunt. Quemadmodum igitur vivere debeant qui in Chriſti religione ſunt initiati, & quas gratiarum actiones Deo per Chriſtum deſtinare; dictum eſt in ſuperioribus: æquum verò eſt, ut & eos, qui initiati non ſunt, auxilio deſtitutos non relinquamus.

καὶ ἐκ λιμοῦ ἐξείλω διαθρέψας, ἐκ νόσου ἰάσω, ἐκ γλώσσης πονηρᾶς ἐσκέπασας. περὶ πάντων σοι διὰ Χριστοῦ εὐχαριστοῦμεν. ὁ καὶ φωνὴν ἔναρθρον εἰς ἐξομολόγησιν δωρησάμενος, καὶ γλῶσσαν εὐάρμοστον, δίκην πλήκτρου, ὡς ὄργανον ὑποθείς· καὶ γεῦσιν πρόσφορον, καὶ ἁφὴν κατάλληλον, καὶ ὅρασιν θέας, καὶ ἀκοὴν φωνῆς, καὶ ὄσφρησιν ἀτμῶν, καὶ χεῖρας εἰς ἔργον, καὶ πόδας πρὸς ὁδοιπορίαν. καὶ ταῦτα πάντα ἐκ μικρᾶς σταγόνος διαπλάττεις ἐν μήτρᾳ, καὶ ψυχὴν ἀθάνατον μετὰ τὴν μόρφωσιν χαρίζῃ· καὶ προάγεις εἰς φῶς. τὸ λογικὸν ζῶον, τὸν ἄνθρωπον, νόμοις ἐπαίδευσας, δικαιώμασιν ἐφαίδρυνας· πρὸς ὀλίγον ἐπάγων διάλυσιν, τὴν ἀνάστασιν ἐπηγγείλω. τίς τοιγαροῦν αὐτάρκης βίος, αἰώνων δὲ μῆκος πόσον διαρκέσει ἀνθρώποις πρὸς εὐχαριστίαν; ἢ τὸ μὲν πρὸς ἀξίαν ἀδύνατον, τὸ δὲ κατὰ δύναμιν εὐαγές. ἐρρύσω γὰρ ἀσεβείας πολυθέων, καὶ χριστοκτόνων αἱρέσεως ἐξείλω, πεπλανημένης ἀγνοίας ἠλευθέρωσας· τὸν Χριστὸν ἀπέστειλας εἰς ἀνθρώπους ὡς ἄνθρωπον, Θεὸν ὄντα μονογενῆ· τὸν παράκλητον ἐνῴκισας ἡμῖν· ἀγγέλους ἐπέστησας, τὸν διάβολον ᾔσχυνας· οὐκ ὄντας ἐποίησας, γενομένους φυλάσσεις· ζωὴν ἐπιμετρεῖς, χορηγεῖς τροφήν· μετάνοιαν ἐπηγγείλω. ὑπὲρ ἁπάντων σοι ἡ δόξα καὶ τὸ σέβας, διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ, νῦν. καὶ ἀεί, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας. ἀμήν. ταῦτα μελετᾶτε, ἀδελφοί· καὶ ἔστω ὁ κύριος μεθ' ὑμῶν ἐπὶ γῆς, καὶ ἐν τῇ βασιλείᾳ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ, τοῦ καὶ αὐτὸν ἀποστείλαντος, καὶ ἡμᾶς δι' αὐτοῦ ἐλευθερώσαντος ἐκ τῆς δουλείας τῆς φθορᾶς εἰς τὴν ἐλευθερίαν τῆς δόξης, καὶ ζωὴν ἐπηγγελμένου τοῖς δι' αὐτοῦ πιστεύουσιν εἰς τὸν τῶν ὅλων Θεόν. ὅπως μὲν οὖν ὀφείλουσι ζῆν οἱ κατὰ Χριστὸν μεμυημένοι, καὶ οἵας εὐχαριστίας ἀναπέμπειν τῷ Θεῷ διὰ Χριστοῦ, εἴρηται διὰ τῶν προλαβόντων· δίκαιον δέ, μηδὲ τοὺς ἀμυήτους καταλιπεῖν ἀβοηθήτους.

CAPUT XXXIX.

Quo modo oporteat Catechumenos inſtitui.

QUi ergo ad doctrinam pietatis inſtruendus eſt, erudiatur ante Baptiſmum, in ſcientia de Ingenito, in cognitione de Filio unigenito, in perſuaſione certâ de Spiritu ſancto. Diſcat creationis diverſæ ordinem, providentiæ ſeriem, variæ legiſlationis tribunalia. Erudiatur quare mundus ſit factus, & cur mundi civis homo, conſtitutus ſit. Agnoſcat naturam ſuam, quænam ſit. Doceatur quo modo Deus improbos, aquâ & igne punierit;

Gen. 7. & 19. ſanctos verò, per ſingulas ætates, honore ac gloriâ decoraverit: Sethum dico, Enoſum, Henochum, Noam, Abrahamum & poſteros ejus, Melchiſedecum, Jobum, Moſem, Jeſum, Chalebum, & Phineem ſacerdotem, ſanctóſque ſingularum ætatum. Item edoceatur quemadmodum per providentiam, Deus humanum genus non averſatus fuerit; immò ab errore ac vanitate ad agnitionem veritatis, diverſis temporibus vocârit, reducens à ſervitute ac impietate ad libertatem & pietatem, ab injuſtitia ad juſtitiam, à morte æternâ ad vitam perpetuam. Hæc & his conſentanea diſcat in Catecheſi, qui accedit. Qui autem manus ei imponit, adoret Deum, univerſorum Dominum, gra-

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ λθ'.

Ὅπως χρὴ τοὺς κατηχουμένους στοιχειοῦσθαι.

Ὁ Μέλλων τοίνυν κατηχεῖσθαι τὸν λόγον τῆς εὐσεβείας, παιδευέσθω πρὸ τοῦ βαπτίσματος τὴν περὶ τοῦ ἀγεννήτου γνῶσιν, τὴν περὶ υἱοῦ μονογενοῦς ἐπίγνωσιν, τὴν περὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος πληροφορίαν. μανθανέτω δημιουργίας διαφόρου τάξιν, προνοίας εἱρμόν, νομοθεσίας διαφόρου δικαιωτήρια. παιδευέσθω διατί κόσμος γέγονε, καὶ δι' ὃ [7] κοσμοπολίτης ὁ ἄνθρωπος κατέστη. ἐπιγινωσκέτω τὴν ἑαυτοῦ φύσιν, οἵα τις ὑπάρχει. παιδευέσθω ὅπως ὁ Θεὸς τοὺς πονηροὺς ἐκόλασεν ὕδατι καὶ πυρί, τοὺς δὲ ἁγίους ἐδόξασε καθ' ἑκάστην γενεάν· λέγω δὴ τὸν Σήθ, τὸν Ἐνώς, τὸν Ἐνώχ, τὸν Νῶε, τὸν Ἀβραὰμ καὶ τοὺς ἐκγόνους αὐτοῦ, τὸν Μελχισεδέκ, καὶ τὸν Ἰώβ, καὶ τὸν Μωσέα, Ἰησοῦν τε, καὶ Χάλεβ, καὶ Φινεὲς τὸν ἱερέα, καὶ τοὺς καθ' ἑκάστην γενεὰν ὁσίους. ὅπως τε προνοούμενος οὐκ ἀπεστράφη ὁ Θεὸς τὸ τῶν ἀνθρώπων γένος· ἀλλὰ ἀπὸ πλάνης καὶ ματαιότητος εἰς ἐπίγνωσιν ἀληθείας ἐκάλει κατὰ διαφόρους καιρούς, ἀπὸ τῆς δουλείας καὶ ἀσεβείας εἰς ἐλευθερίαν καὶ εὐσέβειαν ἐπανάγων, ἀπὸ ἀδικίας εἰς δικαιοσύνην, ἀπὸ θανάτου αἰωνίου εἰς ζωὴν ἀΐδιον. ταῦτα καὶ τὰ τούτοις ἀκόλουθα μανθανέτω ἐν τῇ κατηχήσει, ὁ προσιών. προσευχέσθω δὲ ὁ [8] χειροθετῶν αὐτόν, τὸν Θεὸν τὸν τῶν ὅλων δεσπότην, εὐχαριστῶν

7. *Κοσμοπολίτης*] Hoc eſt, juxta Ciceronem V. Tuſculanarum, & S. Ambroſium Enarratione ad Sabinum, *totius mundi incola & civis.* *κόσμιος* Socrati apud Plutarchum, libro de exſilio, *mundanus* interprete Tullio ubi ſuprà. Tertullianus Apologetici cap. 38. *Unam omnium Rempublicam agnoſcimus mundum.* COT.

8. Ὁ *χειροθετῶν.*] Manus imponebant Catechumenis, quando eos faciebant Catechumenos. Severus Dialogo 2. cap.

ριστῶν ὑπὲρ τοῦ πλάσματος· ὅτι κατέπεμψε τὸν υἱὸν αὐτοῦ τὸν μονογενῆ Χριστόν, ἵνα σώσῃ τὸν ἄνθρωπον, ἐξαλείψας τὰς ἀνομίας· καὶ ἵνα ἀφῇ τὰς ἀσεβείας καὶ τὰς ἁμαρτίας, καὶ καθαρίσῃ ἀπὸ παντὸς μολυσμοῦ σαρκὸς καὶ πνεύματος, ἁγιάσῃ δὲ τὸν ἄνθρωπον κατ᾽ εὐδοκίαν τῆς χρηστότητος αὐτοῦ, συνετίσῃ δὲ τὸ θέλημα αὐτοῦ, καὶ φωτίσῃ τοὺς ὀφθαλμοὺς τῆς καρδίας αὐτοῦ εἰς κατανόησιν τῶν θαυμασίων αὐτοῦ· γνωρίσῃ αὐτῷ τὰ κρίματα τῆς δικαιοσύνης, ὅπως ἂν μισήσῃ πᾶσαν ὁδὸν ἀδικίας, πορεύηται δὲ τὴν ὁδὸν τῆς ἀληθείας· εἰς τὸ καταξιωθῆναι αὐτὸν τοῦ λουτροῦ τῆς παλιγγενεσίας, εἰς υἱοθεσίαν τὴν ἐν Χριστῷ· ἵνα σύμφυτος γενόμενος τῷ ὁμοιώματι τοῦ θανάτου τοῦ Χριστοῦ, ἐπ᾽ ἐλπίδι τῆς ἐνδόξου κοινωνίας, νεκρωθῇ μὲν τῇ ἁμαρτίᾳ, ζήσῃ δὲ τῷ Θεῷ κατά τε νοῦν καὶ λόγον καὶ πρᾶξιν, καὶ ἐν τῇ βίβλῳ τῶν ζώντων συναριθμηθῇ καὶ μετὰ τὴν εὐχαριστίαν ταύτην, παιδευέτω αὐτὸν τὰ περὶ τῆς τοῦ κυρίου ἐνανθρωπήσεως, τά τε περὶ τοῦ πάθους αὐτοῦ, καὶ τῆς ἐκ νεκρῶν ἀναστάσεως, καὶ ἀναλήψεως.

tias agens pro creatura ejus; quòd miſerit Filium ſuum unigenitum Chriſtum, ut ſalvet hominem, deletis iniquitatibus; utque remittat impietates ac peccata, & purget ab omni inquinamento carnis 2. Cor. 7. 1. & ſpiritûs, hominemque ſanctificet, ſecundùm beneplacitum bonitatis ſuæ, atque indicet voluntatem ſuam, ac illuminet oculos cordis ejus ad conſideranda mirabilia ejus; necnon manifeſtet ei judicia juſtitiæ, ut odio habeat omnem viam injuſtitiæ, ambulet autem viam veritatis: quò ille dignus habeatur regenerationis lavacro, in adoptionem in Chriſto; ut complantatus ſimilitudini mor- Rom. 6. 5. tis Chriſti, in ſpe glorioſæ ſocietatis, necetur quidem peccato, vivat autem Deo ſecundùm mentem, ſermonem, & actionem, atque annumeretur in libro viventium. Poſt verò gratiarum actionem hanc, doceat eum de Domini incarnatione, & de paſſione ejus, reſurrectione ex mortuis, & aſſumptione.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ μ'.

Διάταξις, ὅπως χρὴ τοὺς κατηχουμένους ὑπὸ τῶν ἱερέων ἐν τῇ μυήσει εὐλογεῖσθαι, καὶ τίνα διδάσκεσθαι αὐτούς.

ORate Catechumeni. Et omnes fideles pro illis cum attentione orent, dicentes; Kyrie Eleiſon. Diaconus verò pro eis precetur, dicens; Pro Catechumenis omnes Deum invocemus; ut, qui bonus ac hominum amans eſt, benignè exaudiat eorum obſecrationes ac preces; & ſuſceptâ eorum ſupplicatione, opem illis ferat, detque petitiones cordis ipſorum, prout eis expedit; revelet eiſdem Evangelium Chriſti ſui; illuminet eos ac inſtituat; erudiat cognitione ac religione divinâ; doceat mandata ſua & juſtificationes; inſerat in eis caſtum ac ſalutarem timorem ſuum; aperiat aures cordis eorum, ut in ejus lege die ac nocte occupentur; & confirmet eos in pietate; adunet atque annumeret eos ſancto ſuo gregi, donatis iis lavacro regenerationis, indumento immortalitatis, verâ vitâ; liberet verò illos ab omni impietate, & non det locum Adverſario contra illos; mundet autem ipſos ab omni inquinamento carnis & ſpiritûs; inhabitétque in eis ac inambulet, per Chriſtum ſuum; benedicat introitus ac exitus eorum, atque propoſita moderetur iis ad commodum. Adhuc intensè pro illis ſupplicemus, ut remiſſionem delictorum conſecuti per Baptiſmi initiationem, digni fiant ſanctis Myſteriis, & permanſione cum ſanctis. Surgite Catechumeni. Pacem Dei, per Chriſtum ejus petite; diem quietum, ac ſine peccato, itidem omne tempus vitæ veſtræ; mortem Chriſtianam; propitium ac benevolum Deum; veniam delictorum. Vos ipſos ſoli Ingenito Deo, per Chriſtum ejus commendate. Inclinate, & accipite benedictionem. Porro in ſingulis horum, quæ Diaconus proloquitur, ut jam diximus, populus, reſpondeat; Kyrie Eleiſon; & ante cunctos pueri. Catechumenis autem capita inclinantibus, Epiſcopus ordinatus benedicat eis benedictione hujuſmodi: Deus omnipotens, ingenitus & inacceſſus, ſolus verus Deus, Deus & Pater Chriſti tui unigeniti Filii tui, Deus Paracleti, ac omnium Dominus; qui per Chriſtum, diſcipulos in doctores conſtituiſti ad pietatis diſciplinam: ipſe & nunc reſpice ſuper ſervos tuos, catechizatos in Chriſti tui Evangelio; & da eis cor novum, &

Citat Nicetas Serronius. Vide Vet. Teſt.

2. Cor. 7. 1.

2. Cor. 6. 16.

Pſ. 120. 8.

Pſ. 50. 12.

Concilii Nicæni non intellexit Rufinus, ſuâque verſione alios in fraudem egit. Cæterum Latinis Audientes & Audientes ſunt Catechumeni, ſive perfectiores ſive imperfectiores, juxta illud Tractatûs de non rebaptizandis ſemel tinctis, quem Rigaltius in Obſervationibus ad S. Cyprianum edidit, p. 136. *vel audiens, aut audire incipiens* COT.

53. Ἡ θεία λειτουργία, ἐν ᾗ προσφώνησις ὑπὲρ τῶν κατηχουμένων.] Proclus de divina Miſſa; πολλοὶ μέν τινες καὶ ἄλλοι τῶν τῆς ἱερᾶς ἀποστόλων διαδεξάμενοι θεῖοι ποιμένες καὶ διδάσκαλοι τῆς ἐκκλησίας. τὴν τῆς μυστικῆς λειτουργίας ἔκθεσιν ἐγγράφως καταλιπόντες, τῇ ἐκκλησίᾳ παραδεδώκασιν· ἐξ ὧν οἱ πρῶτοι ὄντες καὶ διαπρεπέστατοι τυγχάνουσιν, ὅτι μακάριος Κλήμης, ὁ τῶν κορυφαίων τῶν ἀποστόλων μαθητής τε καὶ διάδοχος, αὐτῶν τῶν ἱερῶν ἀποστόλων ὑπαγορευόντων &c. *Multi quidem & alii divini Eccleſiæ paſtores & doctores qui ſacris ſucceſſerunt Apoſtolis, Myſticæ Miſſæ expoſitionem ſcriptis demandantes tradiderunt Eccleſiæ; quorum primi atque præclariſſimi ſunt hi; beatus inquam Clemens, principis Apoſtolorum diſcipulus & ſucceſſor, qui ſacris Apoſtolis ei dictantibus, illam edidit*, &c. Similiaque Nicolaus Methonenſis. At Cardinalis Bellarion ſcribens de ſacramento Euchariſtiæ, profitetur Liturgiam Clementis inter Apocrypha commemorari ſolere. Et verò quia monitore nemo indiget de conferendis inter ſe variis Liturgiis, ſuadebo tantùm ut in hoc capite adeatur Chryſoſtomus Homil. 2. in II. ad Corinthios, cum Auguſtino Epiſt. 107. & 119. necnon Baſilius Epiſt. 241. ubi κηρύγματα ἐκκλησιαστικὰ nuncupat, quæ hic & alibi dicuntur προσφωνήσεις. Ibid.

54. Τοῦ ἐνδύματος τῆς ἀφθαρσίας.] Hinc Gregorium Nazianzenum accepiſſe ſuum ἔνδυμα ἀφθαρσίας Orat. 40. p. 685. adnotat Nicetas: an verè, dubito: potuit enim habere ab aliis Liturgiis; verbi gratiâ ab illa apud Chryſoſtomum Homil. 2. in II. ad Corinthios. En Græca Nicetæ è codicibus Regiis: εἴληπται δὲ τὸ, ἔνδυμα τῆς ἀφθαρσίας. ἀπὸ τῆς ἀποστόλου τοῦ ἁγίου Κλήμεντος· ἵνα γάρ φησι καταξιώσῃ αὐτοὺς τοῦ λουτροῦ τῆς παλιγγενεσίας, τοῦ ἐνδύματος τῆς ἀφθαρσίας. Idem Theologi Explanator ad Orat. 40. n. 4. ſic loquitur; ἀφθαρσίας δὲ ἔνδυμα, κατὰ τὰς ἀποστολικὰς διατάξεις, ὡς τὴν αἰσχύνην συγκαλύπτον· συγκαλύπτει γὰρ ταύτην. ἀφθαρσίας ἐνδύ. διὰ τὸ ἀποφαίνειν τὴν ψυχὴν ἄφθαρτον ἀπὸ ἁμαρτίας, καὶ καθαρὰν εἰς τὸ ἀντέχειν. Ibid.

55. Τὰ παιδία.] Vel pueri omnes: quemadmodum apud Baſilium, Homiliâ in famem & ſiccitatem, itemque Chryſoſtomum Homil. 70. in Matthæum. vel pueri ſacræ ſymphoniæ; de quibus multi docuerunt, quique in Euchologio R. P. virique doctiſſimi Jacobi Goar p. 359. appellantur ὀρφανοὶ, procul dubio quod è pupillis ac deſtitutis Eccleſiæ

& ſpiritum rectum innova in viſceribus eorum, ut cognoſcant ac faciant voluntatem tuam, in corde pleno & animâ volente: dignare illos initiatione ſanctâ; & aduna illos ad ſanctam Eccleſiam tuam; & fac participes divinorum myſteriorum; per Chriſtum, ſpem noſtram, qui pro ipſis mortuus eſt; per quem tibi gloria, & adoratio, in ſancto Spiritu, in ſæcula. Amen. Et poſt hoc Diaconus dicat; Exite Catechumeni, in pace. Cúmque ii exierint, dicat; Orate Energumeni & vexati à Spiritibus immundis. Intentè cuncti pro ipſis deprecemur; ut benignus Deus, per Chriſtum increpet immundos ac malos Spiritus, & liberet ſupplices ſuos ab oppreſſione ac tyrannide Adverſarii:
Marc. 5. 9. *Zach.* 3. 2. I. Ignat. interpol. ad Smyrn. 7. qui increpavit legionem Dæmonum, & originem mali Diabolum; increpet ipſe nunc quoque Apoſtatas pietatis, & liberet creaturas ſuas à Diaboli vexatione, & mundet eas quas magnâ cum ſapientiâ condidit. Adhuc intentè pro ipſis precemur. Serva & erige illos Deus, in virtute tuâ. Inclinate Energumeni, atque benedictionem accipite. Et Epiſcopus deprecetur, dicens:

πνεῦμα εὐθὲς ἐγκαίνισον ἐν τοῖς ἐγκάτοις αὐτῶν, πρὸς τὸ εἰδέναι καὶ ποιεῖν τὸ θέλημά σου, ἐν καρδίᾳ πλήρει καὶ ψυχῇ θελούσῃ· καταξίωσον αὐτοὺς τῆς ἁγίας μυήσεως, καὶ ἕνωσον αὐτοὺς τῇ ἁγίᾳ σου ἐκκλησίᾳ, καὶ μετόχους ποίησον τῶν θείων μυστηρίων, διὰ Χριστοῦ, τῆς ἐλπίδος ἡμῶν, τοῦ ὑπὲρ αὐτῶν ἀποθανόντος· δι' οὗ σοι δόξα καὶ τὸ σέβας, ἐν ἁγίῳ πνεύματι, εἰς τοὺς αἰῶνας. ἀμήν. καὶ μετὰ τοῦτο ὁ διάκονος λεγέτω· προέλθετε οἱ κατηχούμενοι, ἐν εἰρήνῃ. καὶ μετὰ τὸ ἐξελθεῖν αὐτούς, λεγέτω· εὔξασθε οἱ ἐνεργούμενοι ὑπὸ πνευμάτων ἀκαθάρτων. ἐκτενῶς πάντες ὑπὲρ αὐτῶν δεηθῶμεν· ὅπως ὁ φιλάνθρωπος Θεός, διὰ Χριστοῦ ἐπιτιμήσῃ τοῖς ἀκαθάρτοις καὶ πονηροῖς πνεύμασι, καὶ ῥύσηται τοὺς αὐτοῦ ἱκέτας ἀπὸ τῆς τοῦ ἀλλοτρίου καταδυναστείας· ὁ ἐπιτιμήσας τῷ λεγεῶνι τῶν δαιμόνων, καὶ τῷ ἀρχεκάκῳ διαβόλῳ, ἐπιτιμήσῃ αὐτοῖς καὶ νῦν τοῖς ἀποστάταις τῆς εὐσεβείας, καὶ ῥύσηται τὰ ἑαυτοῦ πλάσματα ἀπὸ τῆς ἐνεργείας αὐτοῦ, καὶ καθαρίσῃ αὐτὰ ἃ μετὰ πολλῆς σοφίας ἐποίησεν. ἔτι ἐκτενῶς ὑπὲρ αὐτῶν δεηθῶμεν. σῶσον καὶ ἀνάστησον αὐτούς ὁ Θεός, ἐν τῇ δυνάμει σου. κλίνατε οἱ ἐνεργούμενοι, καὶ εὐλογεῖσθε. καὶ ὁ ἐπίσκοπος ἐπευχέσθω, λέγων.

CAPUT VII.

Oratio pro Energumenis.

Mat. 12. 29. *Luc.* 10. 19. QUi fortem ligâſti, & cuncta vaſa ejus diripuiſti; qui dediſti nobis poteſtatem calcandi ſupra ſerpentes & ſcorpiones, & ſuper omnem virtutem Inimici; qui homicidam ſerpentem, vin-
Job 40. 24. apud LXX. ctum tradidiſti nobis, ſicut paſſerem pueris; quem omnia horrent ac tremunt; à facie poteſtatis tuæ;
Luc. 10. 18. Pſeudo-Ignat. ad Philipp. 10. 4. 9. 11. 12. qui eumdem è cœlo in terram ſicut fulgur decidere feciſti, non caſu locali, ſed ab honore in ignominiam, propter voluntariam ipſius malitiam; cujus aſpectus exſiccat abyſſos, & minæ liquefa-
Pſ. 105. 9. ciunt montes, & veritas manet in æternum; quem
Iſ. 51. 10. laudant infantes, & benedicunt lactentes; quem
Pſ. 96. 5. celebrant atque adorant Angeli; qui reſpicis ſuper
Iſ. 64. 1. terram, & facis eam tremere; qui tangis montes,
Pſ. 116. 2. & fumant; qui increpas mare, & exſiccas illud,
Pſ. 8. 3. & omnia flumina ipſa deſerta reddis; cujus nubes,
Pſ. 96. 8. pulvis pedum; qui ambulas ſuper mare, tamquam
Pſ. 103. 32. *Nah.* 1. 4. 3. *Job.* 9. 8. apud LXX. ſuper pavimentum: Unigenite Deus, magni Patris Fili: increpa malos Spiritus; & libera opera manuum tuarum ab alieni Spiritûs vexatione: quia tibi gloria, honor ac veneratio, & per te Patri tuo, in ſancto Spiritu, in ſæcula. Amen. Tum Diaconus dicat; Exite Energumeni. Et iis egreſſis; proclamet; Orate illuminandi Baptiſmo, ſeu Competentes. Intentè cuncti fideles pro ipſis deprecemur; ut Dominus dignos eos faciat, qui Baptiſmate initiati in Chriſti mortem cum ipſo reſurgant, fiantque participes regni ipſius, ac Myſteriorum ejus conſortes; adunet & annumeret eos cum iis qui ſalvi fiunt in ſanctâ ipſius Eccleſiâ. Serva & ſuſcita eos in gratia tua. Conſignati Deo per Chriſtum ejus, inclinantes ſe, benedicantur ab Epiſcopo hac benedictione.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ζ.

Ὑπὲρ τῶν ἐνεργουμένων.

Ὁ τὸν ἰσχυρὸν δήσας, καὶ πάντα τὰ σκεύη αὐτοῦ διαρπάσας· ὁ δοὺς ἡμῖν ἐξουσίαν ἐπάνω ὄφεων καὶ σκορπίων πατεῖν, καὶ ἐπὶ πᾶσαν τὴν δύναμιν τοῦ ἐχθροῦ· ὁ τὸν ἀνθρωποκτόνον ὄφιν, δεσμώτην παραδοὺς ἡμῖν, ὡς στρουθίον παιδίοις· ὃν πάντα φρίττει καὶ τρέμει, ἀπὸ προσώπου δυνάμεώς σου· ὁ ῥίξας αὐτὸν ὡς ἀστραπὴν ἐξ οὐρανοῦ εἰς γῆν, οὐ τοπικῷ ῥήγματι, ἀλλὰ ἀπὸ τιμῆς εἰς ἀτιμίαν, δι' ἑκούσιον αὐτοῦ κακόνοιαν· οὗ τὸ βλέμμα ξηραίνει ἀβύσσους, καὶ ἡ ἀπειλὴ τήκει ὄρη, καὶ ἡ ἀλήθεια μένει εἰς τὸν αἰῶνα· ὃν αἰνοῦσι τὰ νήπια, καὶ εὐλογοῦσι τὰ θηλάζοντα· ὃν ὑμνοῦσι καὶ προσκυνοῦσιν ἄγγελοι· ὁ ἐπιβλέπων ἐπὶ τὴν γῆν, καὶ ποιῶν αὐτὴν τρέμειν· ὁ ἁπτόμενος τῶν ὀρέων, καὶ καπνίζονται· ὁ ἀπειλῶν θαλάσσῃ, καὶ ξηραίνων αὐτήν, καὶ πάντας τοὺς ποταμοὺς αὐτῆς ἐξερημῶν· οὗ νεφέλαι, κονιορτὸς τῶν ποδῶν· ὁ περιπατῶν ἐπὶ θαλάσσης, ὡς ἐπ' ἐδάφους· μονογενὲς Θεέ, μεγάλου πατρὸς υἱέ· ἐπιτίμησον τοῖς πονηροῖς πνεύμασι, καὶ ῥῦσαι τὰ ἔργα τῶν χειρῶν σου ἐκ τῆς τοῦ ἀλλοτρίου πνεύματος ἐνεργείας· ὅτι σοὶ δόξα, τιμὴ καὶ σέβας, καὶ διὰ σοῦ τῷ σῷ πατρί, ἐν ἁγίῳ πνεύματι, εἰς τοὺς αἰῶνας· ἀμήν. καὶ ὁ διάκονος λεγέτω· προέλθετε οἱ ἐνεργούμενοι. καὶ μετ' αὐτούς, προσφωνείτω· εὔξασθε οἱ [36] φωτιζόμενοι. ἐκτενῶς οἱ πιστοὶ πάντες ὑπὲρ αὐτῶν παρακαλέσωμεν, ὅπως ὁ κύριος καταξιώσῃ αὐτούς, μυηθέντας εἰς τὸν τοῦ Χριστοῦ θάνατον συναναστῆναι αὐτῷ, καὶ μετόχους γενέσθαι τῆς βασιλείας αὐτοῦ, καὶ κοινωνοὺς τῶν μυστηρίων αὐτοῦ, ἑνώσῃ καὶ συγκαταλέξῃ αὐτοὺς μετὰ τῶν σωζομένων ἐν τῇ ἁγίᾳ αὐτοῦ ἐκκλησίᾳ. σῶσον καὶ ἀνάστησον αὐτοὺς ἐν τῇ σῇ χάριτι. κατασφραγισάμενοι τῷ Θεῷ διὰ τοῦ Χριστοῦ αὐτοῦ, κλίναντες εὐλογείσθωσαν παρὰ τοῦ ἐπισκόπου τήνδε τὴν εὐλογίαν.

eleſixque Eleemoſynâ indigentibus aſſumi ſolerent. COTELERIUS.

36. *Οἱ φωτιζόμενοι.*] Diſtinguuntur apud Cyrillum Hieroſolymitanum φωτιζόμενοι à κατηχουμένοις, & πιστοῖς, & μυστῶν, appellanturque etiam, οἱ τοῦ βαπτίσματος ἀντιποιούμενοι. *Qui ad Baptiſmum accedunt.* Interprete verò Zonara ad canonem Trullanum 78. ſunt, οἱ πρὸς τὸ φώτισμα ἑτοιμαζόμενοι. *Qui ad illuminationem & Baptiſmum ſe præparant.* In Euchologio autem ſive Rituali Græcorum p. 195. 196. 343. 344. φωτιζόμενοι dicuntur, οἱ πρὸς τὸ φώτισμα, οἱ πρὸς τὸ φώτισμα εὐτρεπιζόμενοι. *Qui ad illuminationem Qui ad ſanctum Baptiſma ſe diſponunt,* inſuperque aſſignatur tempus iſtius eorum Officii, nempe ἀπὸ τῆς τετάρτης τῆς μεσονηστίμου. Reſpondent Græcorum φωτιζόμενοι Latinorum Competentes. Ibid.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ η'.

Ὑπὲρ τῶν βαπτιζομένων.

Ὁ προειπὼν διὰ τῶν ἁγίων σου προφητῶν τοῖς μυουμένοις· λούσασθε, καθαροὶ γίνεσθε· καὶ διὰ τοῦ Χριστοῦ νομοθετήσας τὴν πνευματικὴν ἀναγέννησιν· αὐτὸς καὶ νῦν ἔπιδε ἐπὶ τοὺς βαπτιζομένους, καὶ εὐλόγησον αὐτοὺς, καὶ ἁγίασον, καὶ παρασκεύασον ἀξίους γενέσθαι τῆς πνευματικῆς σου δωρεᾶς, καὶ τῆς ἀληθινῆς υἱοθεσίας, τῶν πνευματικῶν σου μυστηρίων, τῆς μετὰ τῶν σωζομένων ἐπισυναγωγῆς, διὰ Χριστοῦ τοῦ σωτῆρος ἡμῶν· δι' οὗ σοι δόξα, τιμὴ καὶ σέβας, ἐν ἁγίῳ πνεύματι, εἰς τοὺς αἰῶνας. ἀμήν. καὶ λεγέτω ὁ διάκονος· προέλθετε οἱ φωτιζόμενοι. καὶ μετὰ τοῦτο κηρυττέτω· [57] εὔξασθε οἱ ἐν τῇ μετανοίᾳ. ἐκτενῶς πάντες ὑπὲρ τῶν ἐν μετανοίᾳ ἀδελφῶν παρακαλέσωμεν· ὅπως ὁ φιλοικτίρμων Θεὸς ὑποδείξῃ αὐτοῖς ὁδὸν μετανοίας· προσδέξηται αὐτῶν τὴν παλινῳδίαν καὶ τὴν ἐξομολόγησιν, καὶ συντρίψῃ τὸν Σατανᾶν ὑπὸ τοὺς πόδας αὐτῶν ἐν τάχει, καὶ λυτρώσηται αὐτοὺς ἀπὸ τῆς παγίδος τοῦ διαβόλου καὶ τῆς ἐπηρείας τῶν δαιμόνων, καὶ ἐξέληται αὐτοὺς ἀπὸ παντὸς ἀθεμίτου λόγου, καὶ πάσης ἀτόπου πράξεως, καὶ πονηρᾶς ἐννοίας· συγχωρήσῃ δὲ αὐτοῖς πάντα τὰ παραπτώματα αὐτῶν, τά τε ἑκούσια καὶ τὰ ἀκούσια, καὶ ἐξαλείψῃ τὸ κατ' αὐτῶν χειρόγραφον, καὶ ἐγγράψηται αὐτοὺς ἐν βίβλῳ ζωῆς· καθαρίσῃ δὲ αὐτοὺς ἀπὸ παντὸς μολυσμοῦ σαρκὸς καὶ πνεύματος, καὶ ἑνώσῃ αὐτοὺς ἀποκαταστήσας εἰς τὴν ἁγίαν αὐτοῦ ποίμνην. ὅτι αὐτὸς γινώσκει τὸ πλάσμα ἡμῶν. ὅτι τίς καυχήσεται ἁγνὴν ἔχειν καρδίαν; ἢ τίς παρρησιάσεται καθαρὸς εἶναι ἀπὸ ἁμαρτίας; πάντες γάρ ἐσμεν ἐν ἐπιτιμίοις. ἔτι ὑπὲρ αὐτῶν ἐκτενέστερον δεηθῶμεν· ὅτι χαρὰ γίνεται ἐν οὐρανῷ ἐπὶ ἑνὶ ἁμαρτωλῷ μετανοοῦντι· ὅπως ἀποστραφέντες παντὸς ἔργου ἀθεμίτου, προσοικειωθῶσι πάσῃ πράξει ἀγαθῇ· ἵνα ὁ φιλάνθρωπος Θεὸς ἐν τάχει εὐμενῶς προσδεξάμενος αὐτῶν τὰς λιτὰς, ἀποκαταστήσῃ αὐτοῖς ἀγαλλίασιν τοῦ σωτηρίου, καὶ πνεύματι ἡγεμονικῷ στηρίξῃ αὐτοὺς, ἵνα μηκέτι σαλευθῶσι· κοινωνοὶ γένωνται τῶν ἁγίων αὐτοῦ ἱερῶν, καὶ μέτοχοι τῶν θείων μυστηρίων· ἵνα ἄξιοι ἀποφανθέντες τῆς υἱοθεσίας, τύχωσι τῆς αἰωνίου ζωῆς. ἔτι ἐκτενῶς πάντες ὑπὲρ αὐτῶν εἴπωμεν· κύριε ἐλέησον. σῶσον αὐτοὺς ὁ Θεὸς, καὶ ἀνάστησον τῷ ἐλέει σου. ἀναστάντες τῷ Θεῷ διὰ τοῦ Χριστοῦ αὐτοῦ, κλίνατε καὶ εὐλογεῖσθε. ἐπευχέσθω δὲ ὁ ἐπίσκοπος τοιάδε.

CAPUT VIII.

Oratio pro iis qui jamjam baptizandi ſunt.

Qui per ſanctos Prophetas tuos prædixiſti iis qui initiantur ac baptizantur; *Lavamini, mundi eſtote*; & per Chriſtum ſanxiſti ſpiritualem regenerationem: ipſe nunc etiam reſpice in hos baptizandos, & benedic eis, & ſanctifica, ac præpara ut digni fiant ſpirituali dono tuo, ac verâ adoptione, tuiſque ſpiritualibus Myſteriis, atque aggregatione cum iis qui ſalvantur, per Chriſtum Salvatorem noſtrum; per quem tibi gloria, honor & reverentia, in ſancto Spiritu, in ſæcula. Amen. Et dicat Diaconus; Exite qui illuminandi eſtis. Et poſt hoc edicat; Orate, Pœnitentes. Intentè univerſi pro fratribus noſtris in pœnitentia verſantibus precemur; ut miſericordiæ ſtudioſus Deus illis oſtendat viam pœnitentiæ; admittat eorum palinodiam ſeu retractationem, atque confeſſionem, & conterat Satanam ſub pedibus eorum velociter, liberétque illos à laqueo Diaboli, & violentiâ Dæmonum, atque ipſos eripiat ab omni ſermone illicito, & omni actione turpi, & malâ cogitatione; condonet verò illis omnia delicta eorum, voluntaria pariter ac involuntaria, & deleat quod adversùm eos erat, Chirographum, & adſcribat eos in libro vitæ; mundet autem ipſos ab omni inquinamento carnis ac ſpiritûs, atque uniat illos, reſtituens in ſanctum ovile ſuum. Quia ipſe cognoſcit conformationem noſtram. Quoniam *quis gloriabitur mundum ſe habere cor; aut quis poterit dicere purum ſe eſſe a peccato?* Univerſi namque pœnis ſubjacemus. Adhuc pro iiſdem intentiùs deprecemur: quia *gaudium oritur in cælo ſuper uno peccatore pœnitentiam agente*: ut averſi ab omni opere illicito, adjungant ſe ad omnem actionem bonam; quò hominum amator Deus obſecrationes eorum citò ſuſcipiat placidè, reſtituat eis lætitiam ſalutaris, & ſpiritu principali confirmet illos, ne ampliùs labantur: conſortes fiant ſacroſanctorum ejus, & participes divinorum Myſteriorum: ut redditi digni adoptione, conſequantur vitam æternam. Adhuc intentè omnes pro ipſis dicamus; Kyrie Eleiſon. Salva eos Deus, & erige miſericordiâ tuâ. Suſcitati Deo per Chriſtum ejus, inclinate, & accipite benedictionem. Epiſcopus igitur has preces fundat:

Iſ. 1. 16.
Rom. 16. 20.
Col. 2. 13, 14.
2. Cor. 7. 1.
Prov. 20. 9.
Luc. 15. 7.
Pſ. 50. 14.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ θ'.

[58] Χειροθεσία, καὶ εὐχὴ ὑπὲρ τῶν ἐν μετανοίᾳ.

Παντοκράτορ Θεὲ αἰώνιε, δέσποτα τῶν ὅλων, κτίστα καὶ πρύτανι τῶν πάντων· ὁ τὸν ἄνθρωπον

CAPUT IX.

Impoſitio manuum, & oratio pro pœnitentibus.

Omnipotens Deus æterne, Domine univerſorum, creator, & rector cunctorum; qui hominem

57. *Εὔξασθε οἱ ἐν μετανοίᾳ.*] Inter ſexcenta tituli longè celeberrima teſtimonia, ſuccurrunt duo depravata leviter, quæ corrigere operæ pretium fuerit. Theodori Balſamonis alterum ad canonem Laodicenum 19 *Κατηχούμενοι μὲν λέγονται, οἱ πρὸς τὸ βάπτισμα ἑτοιμαζόμενοι· ἐν μετανοίᾳ δὲ εἰσιν, οἱ διὰ τινὰ ἁμαρτήματα ἐπιτιμηθέντες ποτέ. οἱ ἀξιούμενοι καὶ τῆς ἁγίας μεταλήψεως.* alterum Nicephori Calliſti lib. 12. cap. 28. *ἢ νηστείαις καὶ ἀγρυπνίαις, καὶ ποικίλαις μετανοίαις, ἢ ἀλουσίαις καὶ ἀποχαῖς τροφῶν.* Ego priori loco legerim per modicam trajectionem; *οἱ διὰ τινὰ ἁμαρτήματα ἐπιτιμηθέντες ποτὲ, οἱ ἀξιούμενοι τῆς ἁγίας μεταλήψεως. Pœnitentes vero ſunt, quibus propter peccata pœna impoſita eſt: at fideles, qui ſanctâ communione digni habentur.* vel ut in lib. Reg. 2431. *ἐπιτιμηθέντες ποτὲ, οἱ ἀξιούμενοι καὶ τῆς ἁγίας μεταλήψεως.* poſteriori autem ſcripſerim, *καὶ ἀποχαῖς τροφῶν*, ut reſpondeat *ἰδιορρύθμῳ ἀποχῇ* apud Sozomenum lib. 7. cap. 16. quo loci Epiphanius Scholaſticus invenerat fortè, *ἐποχῇ*: vertit enim, *ſuſpenſione ciborum.* COT.

58. *Χειροθεσία.*] Partim quia orationi, ut cum manuum impoſitione conjungi ſolebat, nomen impoſitionis manuum aliquando datur, ex Math. XIX. 13. 15. in Concilio Milevitano 2. can. 12. apud Auguſtinum lib. 3. de Baptiſmo contra Donatiſtas cap. 16. & juxta Leonem Epiſt. 92. cap. 2. Unde Clemens Alexandrinus p. 241 l. 1. *εὐχαὶ χειρῶν.* & p. 793. c. 1. B. *ἐν τῇ χειροθεσίᾳ λεγομένη ἐπὶ πίστει. Εἰς ἀνθρώπους ἀγγελικούς.* Euſebius Hiſt. libro 1. cap. ult. *εὐχῆς τε διὰ χειρῶν.* (quod eſt Nicephoro, *εὐχῇ τε ἅμα καὶ τῇ ἁφῇ.* non malè.) & lib. 7. cap. 2. *τῇ διὰ χειρῶν ἐπιθέσεως εὐχῇ.* ubi in Nicephoro, *τῇ διὰ χειρὸς εὐχῇ.* in Rufino quemadmodum loco ſuperiori, *manus impoſitione.* Auguſtinus vero de peccatorum meritis & remiſſione cap. 26. lib. 2. *orationem manûs impoſitionis.* Partim quia in benedictione manus imponebatur. Geneſ. XLVIII 14. 15. Marc. X. 16. *τὴν χειροθεσίαν ἐπ' εὐλογίας*, ait Taraſius Patriarcha Actione 1 Synodi 7. quâ de re videnda præcipuè Epiſtola 59. S Auguſtini: notarique debet iſtud etiam Clementis cap. 11. Pæda-

minem mundi mundum, ſive ornamenti ornamentum effeciſti per Chriſtum, & legem ei dediſti innatam, & ſcriptam, ut legitimè viveret, tamquam ratione præditus; quique ei poſtquàm peccavit tribuiſti bonitatem tuam incitamentum ad pœnitentiam: reſpice in eos qui cervicem animæ & corporis inclinaverunt tibi: quia non vis mor-
Ezech. 18. tem peccatoris, ſed pœnitentiam; ut avertat ſe à
& 33. via ſua mala, & vivat. Qui Ninivitarum pœni-
Jon. 3. tentiam recepiſti; qui vis omnes homines ſalvos
1. Tim. 2. 4. fieri, & ad agnitionem veritatis venire; qui pater-
Luc. 15. nis viſceribus ſuſcepiſti filium illum, bonorum ſuorum decoctorem prodigum ac luxurioſum, quòd eum pœniteret facti: ipſe nunc quoque accipe ſupplicum tuorum pœnitentiam; quia non
3. Reg 8. 46. eſt qui non peccet tibi: *Si enim iniquitates obſer-*
Pſ. 129. 3. *vaveris, Domine, Domine, quis ſuſtinebit? quoniam apud te propitiatio eſt*: & reſtitue illos ſanctæ Eccleſiæ tuæ, in priorem dignitatem ac honorem, per Chriſtum Deum ac Salvatorem noſtrum; per quem tibi gloria, & adoratio, in ſancto Spiritu, in ſæcula. Amen. Et Diaconus dicat; Abire qui eſtis in pœnitentia. Et addat; Nemo eorum quibus non licet, exeat. Qui fideles ſumus, flectamus genu. Precemur Deum per Chriſtum ejus. Omnes contentè Deum per Chriſtum ejus appellemus.

κόσμου κόσμον ἀναδείξας διὰ Χριστοῦ, καὶ νόμον δοὺς αὐτῷ ἔμφυτον καὶ γραπτόν, πρὸς τὸ ζῆν αὐτὸν ἐνθέσμως, ὡς λογικόν· καὶ ἁμαρτήσαντι ὑποθήκην δοὺς πρὸς μετάνοιαν τὴν σεαυτοῦ ἀγαθότητα· ἔπιδε ἐπὶ τοὺς κεκλικότας σοι αὐχένα ψυχῆς καὶ σώματος· ὅτι οὐ βούλει τὸν θάνατον τοῦ ἁμαρτωλοῦ, ἀλλὰ τὴν μετάνοιαν, ὥστε ἀποστρέψαι αὐτὸν ἀπὸ τῆς ὁδοῦ αὐτοῦ τῆς πονηρᾶς, καὶ ζῆν. ὁ Νινευιτῶν προσδεξάμενος τὴν μετάνοιαν· ὁ θέλων πάντας ἀνθρώπους σωθῆναι, καὶ εἰς ἐπίγνωσιν ἀληθείας ἐλθεῖν· ὁ τὸν υἱὸν προσδεξάμενος, τὸν καταφαγόντα τὸν βίον αὐτοῦ ἀσώτως, πατρικοῖς σπλάγχνοις, διὰ τὴν μετάνοιαν· αὐτὸς καὶ νῦν πρόσδεξαι τῶν ἱκετῶν σου τὴν μετάγνωσιν· ὅτι οὐκ ἔστιν ὃς οὐχ ἁμαρτήσεταί σοι· ἐὰν γὰρ ἀνομίας παρατηρήσῃ, κύριε, κύριε, τίς ὑποστήσεται; ὅτι παρὰ σοὶ ὁ ἱλασμός ἐστι· καὶ ἀποκατάστησον αὐτοὺς τῇ ἁγίᾳ σου ἐκκλησίᾳ, ἐν τῇ προτέρᾳ ἀξίᾳ καὶ τιμῇ, διὰ τοῦ Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ καὶ σωτῆρος ἡμῶν· δι' οὗ σοι δόξα καὶ προσκύνησις, ἐν τῷ ἁγίῳ πνεύματι, εἰς τοὺς αἰῶνας. ἀμήν. καὶ ὁ διάκονος λεγέτω· ἀπολύεσθε οἱ ἐν μετανοίᾳ. καὶ προστιθέτω· [59] μή τις τῶν μὴ δυναμένων προσελθέτω. [60] ὅσοι πιστοί, κλίνωμεν γόνυ. δεηθῶμεν τοῦ Θεοῦ διὰ τοῦ Χριστοῦ αὐτοῦ. πάντες συντόνως τὸν Θεὸν διὰ τοῦ Χριστοῦ αὐτοῦ παρακαλέσωμεν.

CAPUT X.

Oratio pro fidelibus.

PRo pace & tranquillitate mundi atque ſanctarum Eccleſiarum oremus; ut Deus univerſitatis, perpetuam & ſtabilem ſuam pacem nobis tribuat; ut nos conſervet perſeverantes in plenitudine piæ ac religioſæ virtutis. Pro ſancta Catholica & Apoſtolica Eccleſia, à finibus uſque ad fines extenſa, oremus; ut Dominus eam inconcuſſam & fluctibus non agitatam conſervet atque tueatur uſque ad conſummationem ſæculi, fundatam ſuper petram. Et pro ſancta hac Parœcia oremus; ut cunctorum Dominus nobis donet conſectari ſine remiſſione cœleſtem ipſius ſpem, & reddere ipſi aſſiduum precationis debitum. Pro univerſo ſub cœlis exſiſtente Epiſcopatu eorum qui rectè diſpertiunt verbum veritatis tuæ, oremus: & pro Epiſcopo noſtro Jacobo ac Parœciis ejus oremus: pro Epiſcopo noſtro Clemente ac Parœciis ejus oremus: pro Epiſcopo noſtro Evodio & Parœciis ejus oremus: ut miſericors Deus illos Eccleſiis ſanctis ſuis præſtet incolumes, honoratos, longævos; & præbeat eis honoratam

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ί.

Προσφώνησις ὑπὲρ τῶν πιστῶν.

ΥΠὲρ τῆς εἰρήνης καὶ τῆς εὐσταθείας τοῦ κόσμου καὶ τῶν ἁγίων ἐκκλησιῶν δεηθῶμεν· ὅπως ὁ τῶν ὅλων Θεὸς ἀΐδιον καὶ ἀναφαίρετον τὴν ἑαυτοῦ εἰρήνην ἡμῖν παράσχοιτο, ἵνα ἐν πληροφορίᾳ τῆς κατ' εὐσέβειαν ἀρετῆς διατελοῦντας ἡμᾶς συντηρήσῃ· ὑπὲρ τῆς ἁγίας καθολικῆς καὶ ἀποστολικῆς ἐκκλησίας τῆς ἀπὸ περάτων ἕως περάτων δεηθῶμεν· ὅπως ὁ κύριος ἀσειστον αὐτὴν καὶ ἀκλυδώνιστον διαφυλάξῃ καὶ διατηρήσῃ μέχρι τῆς συντελείας τοῦ αἰῶνος, τεθεμελιωμένην ἐπὶ τὴν πέτραν. καὶ ὑπὲρ τῆς ἐνθάδε ἁγίας παροικίας δεηθῶμεν· ὅπως καταξιώσῃ ἡμᾶς ὁ τῶν ὅλων κύριος ἀνενδότως τὴν ἐπουράνιον αὐτοῦ ἐλπίδα μεταδιώκειν, καὶ ἀδιάλειπτον αὐτῷ τῆς δεήσεως ἀποδιδόναι τὴν ὀφειλήν. ὑπὲρ πάσης ἐπισκοπῆς τῆς ὑπὸ τὸν οὐρανὸν τῶν ὀρθοτομούντων τὸν λόγον τῆς σῆς ἀληθείας δεηθῶμεν· καὶ [61] ὑπὲρ τοῦ ἐπισκόπου ἡμῶν Ἰακώβου καὶ τῶν παροικιῶν αὐτοῦ δεηθῶμεν· ὑπὲρ τοῦ ἐπισκόπου ἡμῶν Κλήμεντος καὶ τῶν παροικιῶν αὐτοῦ δεηθῶμεν· ὑπὲρ τοῦ ἐπισκόπου ἡμῶν Εὐοδίου καὶ τῶν παροικιῶν αὐτοῦ δεηθῶμεν· ὅπως ὁ οἰκτίρμων Θεὸς χαρίσηται αὐτοὺς ταῖς ἁγίαις αὐτοῦ ἐκκλησίαις σώους, ἐντίμους, μακροημερεύοντας· καὶ τίμιον αὐτοῖς τὸ γῆρας παράσχηται ἐν

εὐσε-

gogi 3. p. 248. *τίνι γὰρ ὁ πρεσβύτερος ἐπιτίθησι χεῖρα; τίνα δὲ εὐλογοῦσι; οὐ τὴν γυναῖκα τὴν κεκοσμημένην. ἀλλὰ τὰς ἀλλοτρίας τρίχας. καὶ δι' αὐτῶν ἄλλην κεφαλήν.* Partim denique ob noviſſimam conſuetudinem, pœnitentibus manus imponendi in Miſſa ante celebrationem Myſteriorum. Lege infrà cap. 37. 38. 39. & ſuprà lib. 7 cap. 44. Extat hujuſmodi *Oratio manûs impoſitionis*, ſeu *Oratio: manûs impoſitio*, ad pœnitentiam pertinens, ex Romano Pœnitentiali, apud Halitgarium, ſed corrupta, atque reſtituenda ſic ope Antiquorum Pœnitentialium Johannis Morini pag 70. col. 2. *Domine ſancte, Pater omnipotens, æterne Deus, qui per Jeſum Chriſtum filium tuum Dominum noſtrum vulnera noſtra curare dignatus es, te ſupplices rogamus & petimus nos humiles tui Sacerdotes, ut precibus noſtris aurem tuæ pietatis inclinare digneris, remittaſque omnia crimina, & peccata univerſa condones, deſque huic famulo tuo pro ſuppliciis veniam, pro mœrore lætitiam, pro morte vitam. Ipſe à ſpe cœleſtis apicis devolutus eſt: & de tua miſericordia confidens, ad bonam pacem* (vel *ad bonum pacis* ſive *ad bona pacifera*) *præmia tua, atque cœleſtia* (vel *adque cœleſtia dona*) *pervenire mereatur, ad vitam æternam. Per Dominum.* COT.

59. *Μή τις τῶν μὴ δυναμένων προσελθέτω.*] Interpres Bovina legiſſe videtur *προσελθέτω* *Nullus*, inquit, *ex prohibitis accedat*. Quæ ſcriptio nequaquam eſt aſpernenda. Lib. 2. cap. 57. *φυλαττέσθωσαν δὲ αἱ θύραι, μή τις ἄπιστος εἰσέλθῃ, ἢ ἀμύητος.* & lib hoc ult. cap. 11. *οἱ δὲ διάκονοι ἱστάσθωσαν εἰς τὰς τῶν ἀνδρῶν θύρας, καὶ αἱ ὑποδιάκονοι εἰς τὰς τῶν γυναικῶν· ὅπως μή τις ἐξέλθῃ.* Lege Can. Apoſt. 9. & ſuprà ad II. 34. Ibid.

60. *Ὅσοι πιστοί.*] Non ſolùm Diaconi & Subdiaconi ita edicunt, quod obſervatum multis: ſed etiam Lectores, in Euchologio Allatiano apud Morinum de Ordinationibus Græcorum p. 106 Ibid.

61. *Ὑπὲρ τοῦ ἐπισκόπου ἡμῶν Ἰακώβου &c.*] Per occaſionem corrigo Symeonem Theſſalonicenſem cap. 6. libri de ſacris Ordinationibus; *καὶ τῶν βασιλέων μνησθεὶς. ὡς ἐκδίκων τῆς ἐκκλησίας, καὶ τοῦ ἀρχιεπισκόπου, ὡς πνευματικοῦ πατρὸς ἐν Χριστῷ* &c ubi doctiſſimus Morinus edidit, *ὡς πτωχοῦ ὄντος ἐν Χριστῷ.* vertitque, *Imperatorum quoque meminit, ut Eccleſiæ defenſorum; & Archiepiſcopi, ut in Chriſto pauperis.* legendo *πατρός*. Quòd autem hic oratur pro ſenectute Epiſcopi, cernere etiam eſt apud Chryſoſtomum Homil. 2. de Prophetiarum obſcuritate, Tom. 3. Ibid.

62. Ἀνα-

εὐσεβείᾳ καὶ δικαιοσύνῃ. καὶ ὑπὲρ τῶν πρεσβυτέρων ἡμῶν δεηθῶμεν· ὅπως ὁ κύριος ῥύσηται αὐτοὺς ἀπὸ παντὸς ἀτόπου καὶ πονηροῦ πράγματος, καὶ σῶον καὶ ἔντιμον τὸ πρεσβυτέριον αὐτοῖς παράσχοι. ὑπὲρ πάσης τῆς ἐν Χριστῷ διακονίας καὶ ὑπηρεσίας δεηθῶμεν· ὅπως ὁ κύριος ἄμεμπτον τὴν διακονίαν αὐτοῖς παράσχηται. ὑπὲρ ἀναγνωστῶν, ψαλτῶν, παρθένων, χηρῶν τε καὶ ὀρφανῶν δεηθῶμεν· ὑπὲρ τῶν ἐν συζυγίαις καὶ τεκνογονίαις δεηθῶμεν· ὅπως ὁ κύριος τοὺς πάντας αὐτοὺς ἐλεήσῃ. ὑπὲρ εὐνούχων ὁσίως πορευομένων δεηθῶμεν. ὑπὲρ τῶν ἐν ἐγκρατείᾳ, καὶ εὐλαβείᾳ δεηθῶμεν. ὑπὲρ τῶν καρποφορούντων ἐν τῇ ἁγίᾳ ἐκκλησίᾳ, καὶ ποιούντων τοῖς πένησι τὰς ἐλεημοσύνας δεηθῶμεν· καὶ ὑπὲρ τῶν τὰς θυσίας καὶ τὰς ἀπαρχὰς προσφερόντων κυρίῳ τῷ Θεῷ ἡμῶν δεηθῶμεν· ὅπως ὁ πανάγαθος Θεὸς ἀμείψηται αὐτοὺς ταῖς ἐπουρανίοις αὐτοῦ δωρεαῖς, καὶ δῷ αὐτοῖς ἐν τῷ παρόντι ἑκατονταπλασίονα, καὶ ἐν τῷ μέλλοντι ζωὴν αἰώνιον, καὶ χαρίσηται αὐτοῖς ἀντὶ τῶν προσκαίρων τὰ αἰώνια, ἀντὶ τῶν ἐπιγείων τὰ ἐπουράνια. ὑπὲρ τῶν νεοφωτίστων ἀδελφῶν ἡμῶν δεηθῶμεν· ὅπως ὁ κύριος στηρίξῃ αὐτοὺς καὶ βεβαιώσῃ. ὑπὲρ τῶν ἐν ἀῤῥωστίᾳ ἐξεταζομένων ἀδελφῶν ἡμῶν δεηθῶμεν· ὅπως ὁ κύριος ῥύσηται αὐτοὺς πάσης νόσου καὶ πάσης μαλακίας, καὶ σώους ἀποκαταστήσῃ τῇ ἁγίᾳ αὐτοῦ ἐκκλησίᾳ. ὑπὲρ πλεόντων καὶ ὁδοιπορούντων δεηθῶμεν· ὑπὲρ τῶν ἐν μετάλλοις καὶ ἐξορίαις καὶ φυλακαῖς καὶ δεσμοῖς ὄντων διὰ τὸ ὄνομα κυρίου, δεηθῶμεν. ὑπὲρ τῶν ἐν πικρᾷ δουλείᾳ καταπονουμένων δεηθῶμεν· ὑπὲρ ἐχθρῶν καὶ μισούντων ἡμᾶς δεηθῶμεν· ὑπὲρ τῶν διωκόντων ἡμᾶς διὰ τὸ ὄνομα τοῦ κυρίου, δεηθῶμεν· ὅπως ὁ κύριος πραΰνας τὸν θυμὸν αὐτῶν διασκεδάσῃ τὴν καθ' ἡμῶν ὀργήν. ὑπὲρ τῶν ἔξω ὄντων καὶ πεπλανημένων δεηθῶμεν· ὅπως ὁ κύριος αὐτοὺς ἐπιστρέψῃ. τῶν νηπίων τῆς ἐκκλησίας μνημονεύσωμεν· ὅπως ὁ κύριος τελειώσας αὐτὰ ἐν τῷ φόβῳ αὐτοῦ, εἰς μέτρον ἡλικίας ἀγάγῃ. ὑπὲρ ἀλλήλων δεηθῶμεν· ὅπως ὁ κύριος τηρήσῃ ἡμᾶς καὶ φυλάξῃ τῇ αὐτοῦ χάριτι εἰς τέλος, καὶ ῥύσηται ἡμᾶς τοῦ πονηροῦ καὶ πάντων τῶν σκανδάλων τῶν ἐργαζομένων τὴν ἀνομίαν, καὶ σώσῃ εἰς τὴν βασιλείαν αὐτοῦ τὴν ἐπουράνιον. ὑπὲρ πάσης ψυχῆς χριστιανῆς δεηθῶμεν. σῶσον καὶ ἀνάστησον ἡμᾶς ὁ Θεὸς τῷ ἐλέει σου. ἐγειρώμεθα. δεηθέντες ἐκτενῶς ἑαυτοὺς καὶ ἀλλήλους τῷ ζῶντι Θεῷ διὰ τοῦ Χριστοῦ αὐτοῦ παραθώμεθα. ἐπευχέσθω δὲ ὁ ἀρχιερεὺς, καὶ λεγέτω.

ſenectutem in pietate ac juſtitia. Etiam pro Presbyteris noſtris oremus; ut Dominus liberet illos ab omni turpi ac prava re, & cnucedat illis integrum & honoratum Presbyterium. Pro univerſo Chriſti Diaconio ac Miniſterio oremus; ut Dominus inculpatam ipſis largiatur miniſtrationem. Pro Lectoribus, Cantoribus, virginibus, viduis & pupillis oremus: pro iis qui in matrimonio & liberorum procreatione vivunt oremns: ut Dominus miſereatur eorum omnium. Pro Eunuchis in ſanctitate ambulantibus oremus. Pro iis qui continentem & religioſam agunt vitam oremus. Pro iis qui in ſancta Eccleſia oblationes faciunt, ac Eleemoſynas pauperibus dant oremus: & pro iis qui Domino Deo noſtro hoſtias & primitias offerunt oremus: ut Deus optimus remuneretur eos cœleſtibus ſuis gratiis; detque iis in præſenti cen- *Mat.* 19. 29.
tuplum, & in futuro vitam æternam; atque donet ipſis pro temporariis æterna, pro terrenis cœleſtia. Oremus pro recens baptizatis fratribus noſtris; ut Dominns eos ſtabiliat ac firmet. Pro fratribus noſtris malâ valetudine afflictis oremus; ut Dominus liberet illos omni morbo & omni languore, ſanoſque reſtituat ſanctæ ſuæ Eccleſiæ. Pro navigantibus ac iter habentibus oremus. Pro iis qui in metallis, exſiliis, cuſtodiis & vinculis, propter nomeu Domini, verſantur oremus. Pro acerbâ ſervitute oppreſſis oremus. Pro inimicis & odio habentibus nos, oremus: pro perſequentibus nos propter nomen Domini, oremus: ut Dominus mitigato eorum furore, diſſipet iram adversùs nos concitatam. Pro iis qui foris ſunt, ac errore ducuntur, oremus; ut Dominus illos convertat. Iuſantium Eccleſiæ recordemur; uti Dominus eos in timore ſuo reddat perfectos, & ad menſuram ætatis perducat. Pro nobis invicem oremus; ut Dominus gratiâ ſuâ ſervet nos ac cuſtodiat uſque ad finem, & liberet nos à ma- *Pſ.* 140. 9.
lo, & ab omnibus ſcandalis operantium iniquitatem, & ſalvos nos ducat in regnum ſuum cœleſte. Pro omni anima Chriſtiana oremus. Salva, & erige nos Deus miſericordiâ tuâ. Surgamus. Orantes intentè, noſipſos atque mutuò, viventi Deo, per Chriſtum ejus commendemus. Precetur autem Pontifex, & dicat:

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ιά.

Ἐπίκλησις τῶν πιστῶν.

Κύριε παντοκράτορ, ὕψιστε, ὁ ἐν ὑψηλοῖς κατοικῶν, ἅγιε ὁ ἐν ἁγίοις ἀναπαυόμενος, ἄναρχε, μόναρχε· ὁ διὰ Χριστοῦ κήρυγμα γνώσεως δοὺς ἡμῖν εἰς ἐπίγνωσιν τῆς σῆς δόξης καὶ τοῦ ὀνόματός σου, ὃ ἐφανέρωσεν ἡμῖν εἰς κατάληψιν· αὐτὸς καὶ νῦν ἔπιδε δι' αὐτοῦ ἐπὶ τὸ ποίμνιόν σου τοῦτο· καὶ λύτρωσαι αὐτὸ πάσης ἀγνοίας, καὶ πονηρᾶς πράξεως· καὶ δὸς φόβῳ φοβεῖσθαί σε, καὶ ἀγάπῃ ἀγαπᾷν σε, καὶ σείεσθαι ἀπὸ προσώπου δόξης σου· εὐμενὴς αὐτοῖς γενοῦ, καὶ ἵλεως, καὶ ἐπήκοος ἐν ταῖς προσευχαῖς αὐτῶν· καὶ φύλαξον αὐτοὺς ἀτρέπτους, ἀμέμπτους, ἀνεγκλήτους· ἵνα ὦσιν ἅγιοι σώματι καὶ ψυχῇ, μὴ ἔχοντες σπῖλον ἢ ῥυτίδα ἤ τι τῶν τοιούτων· ἀλλ' ἵνα ὦσιν ἄρτιοι, καὶ μηδεὶς ἐν αὐτοῖς ᾖ κολοβὸς ἢ ἀτελής. ἀρωγὲ, δυνατὲ, ἀπροσωπόληπτε. γενοῦ ἀντιλήπτωρ τοῦ λαοῦ σου τούτου, ὃν ἐξηγόρασας τῷ τιμίῳ τοῦ Χριστοῦ σου αἵματι. σκεπαστὴς, ἐπίκουρος, ταμίας, φύλαξ, τεῖχος ἐρυμνότατον, φραγμὸς, ἀσφάλεια· ὅτι ἐκ τῆς σῆς χειρὸς οὐδεὶς ἁρπάσαι δύναται· οὐδὲ γάρ ἐστι Θεὸς ὥσπερ σὺ ἕτερος· ὅτι ἐν σοὶ ἡ ὑπομονὴ ἡμῶν. ἁγίασον αὐτοὺς ἐν τῇ ἀληθείᾳ σου, ὅτι ὁ λόγος ὁ σὸς ἀλήθειά ἐστιν. ὁ ἀπροσχάριτε, ἀπαραλόγιστε· ῥῦσαι αὐτοὺς πάσης νόσου καὶ πάσης μαλακίας, παντὸς παραπτώματος, πάσης ἐπηρείας καὶ

CAPUT XI.

Invocatio pro fidelibus.

Domine omnipotens, celſiſſime, qui in altis habitas, ſancte qui in ſanctis requieſcis, originis expers, Monarcha; qui per Chriſtum dediſti nobis cognitionis prædicationem in agnitionem gloriæ tuæ ac nominis tui, quod manifeſtavit nobis ad comprehenſionem: ipſe nunc quoque reſpice per ipſum in hoc ovile tuum; & libera illud omni ignorantiâ, & pravâ actione; & da ut te timore timeat, ac dilectione te diligat, & contremiſcat à facie gloriæ tuæ: ſis eis clemens, propitius, ac exauditor in precibus eorum; & cuſtodi illos immutabiles, irreprehenſos, inculpatos: ut ſint ſancti corpore atque animâ, non habentes maculam, aut rugam, aut aliquid hujuſmodi; ſed ut ſint integri, nulluſque inter eos ſit mutilus, vel imperfectus. Defenſor, potens, perſonarum non acceptor; ſis auxiliator populi tui hujus, quem redemiſti precinſo Chriſti tui ſanguine: patronus, adjutor, propugnator, cuſtos, murus tutiſſimus, vallum, firmum præſidium: quoniam ex manu tua nemo poteſt rapere: nnn enim *Joh.* 10. 29.
eſt alius Deus ſicut tu; quia in te eſt noſtra exſpectatio. Sanctifica eos in varitate tua; quoniam ſermo *Joh.* 17. 17.
tuus veritas eſt. Qui gratiæ cauſsâ nihil agis, qui decipi non potes; libera eos omni morbo & omni infir-

mitate, omni delicto, omni injuria & fraude, à
Pſ. 63. 2. timore inimici, à ſagitta volante per diem, à ne-
Pſ. 90. 6. gotio in tenebris perambulante; & dignare illos æternâ vitâ, quæ in Chriſto Filio tuo unigenito, Deo ac Salvatore noſtro; per quem tibi gloria & cultus, in ſancto Spiritu, nunc, & ſemper, & in ſæcula ſæculorum. Amen. Poſtea Diaconus dicat; Attendamus. Et ſalutet Epiſcopus Eccleſiam, ac dicat; Pax Dei, cum omnibus vobis. Et populus reſpondeat; Et cum ſpiritu tuo. Diaconus verò dicat omnibus: Salutate vos invicem in oſculo ſancto: & Clerici oſculentur Epiſcopum, Laici viri Laicos, feminæ feminas. Pueri autem ſtent ad ſuggeſtum. Ac Diaconus alius ipſis præſit, ne inordinatè ſe gerant. At alii Diaconi deambulent, inſpiciántque viros ac mulieres, ne ſtrepitus aliquis oriatur, & ne quis nutum faciat, vel ſuſurret, vel dormitet. Diaconi verò ſtent ad januas virorum, & Subdiaconi ad januas mulierum; ut nemo egrediatur, neve aperiatur janua tempore oblationis, licèt adveniat quiſpiam fidelis. Unus autem Subdiaconus det Sacerdotibus aquam ad lavandum manus; quæ res ſignum eſt puritatis animarum Deo conſecratarum.

ἀπάτης, ἀπὸ φόβου ἐχθροῦ, ἀπὸ βέλους πετομένης ἡμέρας, ἀπὸ πράγματος ἐν σκότει διαπορευομένου· καὶ καταξίωσον αὐτοὺς τῆς αἰωνίου ζωῆς, τῆς ἐν Χριστῷ τῷ υἱῷ σου τῷ μονογενεῖ, τῷ Θεῷ καὶ σωτῆρι ἡμῶν· δι' οὗ σοι δόξα καὶ σέβας, ἐν ἁγίῳ πνεύματι, νῦν, καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν. καὶ μετὰ τοῦτο λεγέτω ὁ διάκονος· πρόσχωμεν. καὶ ἀσπαζέσθω ὁ ἐπίσκοπος τὴν ἐκκλησίαν, καὶ λεγέτω. ἡ εἰρήνη τοῦ Θεοῦ μετὰ πάντων ὑμῶν. καὶ ὁ λαὸς ἀποκρινέσθω· καὶ μετὰ τοῦ πνεύματός σου. καὶ ὁ διάκονος εἰπάτω πᾶσιν· ἀσπάσασθε ἀλλήλους ἐν φιλήματι ἁγίῳ. καὶ [62] ἀσπαζέσθωσαν οἱ τοῦ κλήρου τὸν ἐπίσκοπον, οἱ λαϊκοὶ ἄνδρες τοὺς λαϊκοὺς, αἱ γυναῖκες τὰς γυναῖκας. τὰ παιδία δὲ στηκέτωσαν πρὸς τῷ βήματι· καὶ διάκονος αὐτοῖς ἔστω ἐφεστὼς, ὅπως μὴ ἀτακτῶσι. καὶ ἄλλοι διάκονοι περιπατείτωσαν, καὶ σκοπείτωσαν τοὺς ἄνδρας καὶ τὰς γυναῖκας, ὅπως μὴ θόρυβός τις γένηται, καὶ μή τις νεύσῃ, ἢ ψιθυρίσῃ, ἢ νυστάξῃ. οἱ δὲ διάκονοι ἱστάσθωσαν εἰς τὰς τῶν ἀνδρῶν θύρας, καὶ οἱ ὑποδιάκονοι εἰς τὰς τῶν γυναικῶν· ὅπως μήτις ἐξέλθῃ, μήτε ἀνοιχθῇ ἡ θύρα, κἂν πιστός τις ᾖ, κατὰ τὸν καιρὸν τῆς ἀναφορᾶς. [63] εἷς δὲ ὑποδιάκονος διδότω ἀπόνιψιν χειρῶν τοῖς ἱερεῦσι, σύμβολον καθαρότητος ψυχῶν Θεῷ ἀνακειμένων.

CAPUT XII.

Conſtitutio Jacobi, fratris Johannis Zebedæi.

Porro ego Jacobus, frater Johannis Zebedæi aio; ut ſtatim Diaconus dicat; Ne quis ex Catechumenis. Ne quis ex Audientibus. Ne quis ex Infidelibus. Ne quis ex Heterodoxis. Qui priorem precationem feciſtis exite. Matres aſſumite pueros. Ne quis contra aliquem. Ne quis in hypocriſi. Erecti ad Dominum cum timore ac tremore ſtemus ad offerendum. Quibus peractis, Diaconi Dona ad altare admoveant Epiſcopo: ac Presbyteri à dextris illius & à ſiniſtris ſtent, ut diſcipuli magiſtro aſſiſtentes. Duo autem Diaconi ex utraque parte altaris, teneant flabellum ex tenuibus membranis, aut ex pennis pavonis, aut ex linteo; & ſenſim abigant parva animalia volitantia, ne in calices

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ιβ.

Διάταξις Ἰακώβου, τοῦ ἀδελφοῦ Ἰωάννου τοῦ Ζεβεδαίου.

Φημὶ δὴ κἀγὼ Ἰάκωβος, ὁ ἀδελφὸς Ἰωάννου τοῦ Ζεβεδαίου, ἵν' εὐθὺς ὁ διάκονος λέγῃ· μή τις τῶν κατηχουμένων. μή τις τῶν ἀκροωμένων. μή τις τῶν ἀπίστων. μή τις τῶν ἑτεροδόξων. [64] οἱ τὴν πρώτην εὐχὴν εὐξάμενοι προέλθετε. τὰ παιδία προσλαμβάνεσθε αἱ μητέρες. μή τις κατά τινος. μή τις ἐν ὑποκρίσει. ὀρθοὶ πρὸς κύριον μετὰ φόβου καὶ τρόμου ἑστῶτες ὦμεν προσφέρειν. οὗ γενομένου οἱ διάκονοι προσαγέτωσαν τὰ δῶρα τῷ ἐπισκόπῳ πρὸς τὸ θυσιαστήριον· καὶ οἱ πρεσβύτεροι ἐκ δεξιῶν αὐτοῦ καὶ ἐξ εὐωνύμων στηκέτωσαν, ὡς ἂν μαθηταὶ παρεστῶτες διδασκάλῳ. δύο δὲ διάκονοι ἐξ ἑκατέρων τῶν μερῶν τοῦ θυσιαστηρίου κατεχέτωσαν ἐξ ὑμένων λεπτῶν [65] ῥιπίδιον, ἢ πτερῶν ταῶνος, ἢ ὀθόνης· καὶ ἠρέμα ἀποσοβείτωσαν τὰ μικρὰ τῶν ἱπταμένων ζώων, ὅπως

62. *Ἀσπαζέσθωσαν οἱ τοῦ κλήρου τὸν ἐπίσκοπον.*] Canone Laodiceno 19. *ἔτι ὕστερον τὴν εἰρήνην δίδοσθαι, καὶ μετὰ τὸ πρεσβυτέρους δοῦναι τῷ ἐπισκόπῳ τὴν εἰρήνην, τότε τοὺς λαϊκοὺς τὴν εἰρήνην διδόναι.* quod poſtremum Zonaras interpretatur de ſalutatione Sacerdotum à Laicis, Dionyſius Exiguus de ſalutatione Laicorum inter ſe. utrumque autem factum fuiſſe ſatis conſtat. COT.

63. *Εἷς δὲ ὑποδιάκονος* &c.] Rem, idemque rei ſymbolum tradit Cyrillus Hieroſolymitanus initio ultimæ Catecheſeos Myſtagogicæ; ſed miniſtrum facit Diaconum. *Ut autem*, ait Auctor Quæſtionum veteris & novi Teſtamenti, Tom. 4. Operum S. Auguſtini, Quæſtione 101. *non omnia miniſteria obſequiorum per ordinem agant. Romanæ Eccleſiæ Diaconi, multitudo facit Clericorum. Nam utique & altare portarent & vaſa ejus, & aquam in manus funderent Sacerdoti, ſicut videmus per omnes Eccleſias.* In vita S. Marcelli auctore Fortunato apud Surium 1 Novembr. Subdiaconale miniſterium eſſe dicitur, aquam Epiſcopo manibus abluendis offerre. Ibid.

64. *Οἱ τὴν πρώτην εὐχὴν εὐξάμενοι προέλθετε.*] Intelligi debent preces eorum qui Myſteriis adeſſe non ſinuntur. Nam ſi accipere velis de oratione fidelium mox præcedente, ut ſumitur capite 35. *προσέλθετε* legendum tibi erit, *accedite.* quia Munera offerebantur coram fidelibus. Ibid.

65. *Ῥιπίδιον.*] Abſtinebo inutili expoſitione & citatione erga conſuetudinem à non paucis deſcriptam, à pluſimis memoratam, ut Græcis familiarem, ita Latinis non omnino ignotam: contentus adduxiſſe duo loca, Latinum unum, quò cum illo Hildeberti conjungatur, alterum Græcum, quia obſcurus, à docto Interprete minùs bene converſus, atque in modo cubans, ope noſtrâ indiget. Igitur in Conſuetudinibus Monaſterii Cluniacenſis lib. 2. cap. 30. Spicilegii Acheriani Tom. 4. p. 142. ſcriptum habetur; *Unus autem miniſtrorum, qui ſemper duo debent eſſe, ſtans cum flabello prope ſacerdotem, ex quo muſcarum infeſtatio exſurgere incipit, donec finiatur, eas arcere à ſacrificio, & ab altari, ſeu ab ipſo ſacerdote non negligit.* In Chronico autem quod Alexandrinum vocant, p. 892. *ἐπὶ Σεργίου πατριάρχου Κωνσταντινουπόλεως ἐπενοήθη ψάλλεσθαι μετὰ τὸ μεταλαβεῖν πάντας τὰ ἅγια μυστήρια, ἐν τῷ μέλλειν τοὺς κληρικοὺς ἐπὶ τὸ σκευοφυλάκιον ἀποκομίζειν τὰ τίμια ῥιπίδια, δισκάρια, καὶ ποτήρια, καὶ ἄλλα ἱερὰ σκεύη, μετὰ τὸ ἐκ τῶν μικρῶν τραπεζίων καὶ τὴν διάδοσιν ἀποτεθῆναι πάντα εἰς τὴν ἁγίαν τράπεζαν, καὶ ψαλλομένου τοῦ τελευταίου στίχου τοῦ κοινωνικοῦ, λέγεσθαι καὶ τοῦτο τὸ τροπάριον· Πληρωθήτω τὸ στόμα ἡμῶν αἰνέσεως, κύριε, ὅπως ἀνυμνήσωμεν τὴν δόξαν σου, ὅτι ἠξίωσας ἡμᾶς τῶν ἁγίων σου μεταλαβεῖν μυστηρίων. τήρησον ἡμᾶς ἐν τῷ σῷ ἁγιασμῷ ὅλην τὴν ἡμέραν μελετῶντας τὴν δικαιοσύνην σου. ἀλληλούϊα.* Legendum videtur, *ἐκ τῶν μικρῶν τραπεζίων καὶ τὴν διάδοσιν ἀποτεθῆναι καὶ πάντα.* poſt, *λέγεσθαι δὲ τοῦτο.* Ac vertendum; *Sub Sergio Patriarcha Conſtantinopolitano inſtitutum eſt pſallere, poſtquam à cunctis ſancta Myſteria percepta ſunt, cùm per Clericos in ſacrarium referenda ſunt veneranda flabella, diſci, calices, aliaque ſacra vaſa, poſtquam è menſulis & diſtributionis reliquiæ, & omnia in ſacram menſam ſunt repoſita, atque ultimus Communionis verſus cantatus fuit. Dicitur autem hoc Troparium ſeu Modulus; Impleatur os noſtrum laude, Domine, ut celebremus gloriam tuam, quia nos participes facere ſanctorum tuorum Myſteriorum dignatus es. Serva nos in tua ſanctificatione toto die meditantes juſtitiam tuam. Alleluia.* [illegible] habes in Liturgia Jacobo ἀδελφοθέῳ tributâ: ut & de

ὅπως ἂν μὴ ἐγχριμφθῶσι [66] εἰς τὰ κύπελλα. Εὐξάμενος οὖν καθ' ἑαυτὸν ὁ ἀρχιερεὺς ἅμα τοῖς ἱερεῦσι, καὶ λαμπρὰν ἐσθῆτα μετενδὺς, καὶ στὰς πρὸς τῷ θυσιαστηρίῳ, τὸ τρόπαιον τοῦ σταυροῦ κατὰ τοῦ μετώπου τῇ χειρὶ ποιησάμενος εἰς πάντας, εἰπάτω· ἡ χάρις τοῦ παντοκράτορος Θεοῦ, καὶ ἡ ἀγάπη τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ ἡ κοινωνία τοῦ ἁγίου πνεύματος, ἔστω μετὰ πάντων ὑμῶν· καὶ πάντες συμφώνως λεγέτωσαν, ὅτι καὶ μετὰ τοῦ πνεύματός σου. καὶ ὁ ἀρχιερεύς· ἄνω τὸν νοῦν· καὶ πάντες· ἔχομεν πρὸς τὸν κύριον. καὶ ὁ ἀρχιερεύς· εὐχαριστήσωμεν τῷ κυρίῳ· καὶ πάντες· ἄξιον καὶ δίκαιον. καὶ ὁ ἀρχιερεὺς εἰπάτω· ἄξιον ὡς ἀληθῶς καὶ δίκαιον, πρὸ πάντων ἀνυμνεῖν σε τὸν ὄντως ὄντα Θεὸν, τὸν πρὸ τῶν γενητῶν ὄντα, ἐξ οὗ πᾶσα πατριὰ ἐν οὐρανῷ καὶ ἐπὶ γῆς ὀνομάζεται· τὸν μόνον ἀγέννητον, καὶ ἄναρχον, καὶ ἀβασίλευτον, καὶ ἀδέσποτον, τὸν ἀνενδεῆ. τὸν παντὸς ἀγαθοῦ χορηγὸν, τὸν πάσης αἰτίας καὶ γενέσεως κρείττονα, τὸν πάντοτε κατὰ τὰ αὐτὰ καὶ ὡσαύτως ἔχοντα· ἐξ οὗ τὰ πάντα, καθάπερ ἔκ τινος ἀφετηρίας, εἰς τὸ εἶναι παρῆλθεν. σὺ γὰρ εἶ ἡ ἄναρχος γνῶσις, ἡ ἀΐδιος ὅρασις, ἡ ἀγέννητος ἀκοὴ, ἡ ἀδίδακτος σοφία· [67] ὁ πρῶτος τῇ φύσει, καὶ νόμος τοῦ εἶναι, καὶ κρείττων παντὸς ἀριθμοῦ. ὁ πάντα ἐκ τοῦ μὴ ὄντος εἰς τὸ εἶναι παραγαγὼν διὰ τοῦ μονογενοῦς σου υἱοῦ· αὐτὸν δὲ πρὸ πάντων αἰώνων γεννήσας [68] βουλήσει, καὶ δυνάμει, καὶ ἀγαθότητι, [69] ἀμεσιτεύτως, υἱὸν μονογενῆ, λόγον Θεὸν, σοφίαν ζῶσαν, πρωτότοκον πάσης κτίσεως, ἄγγελον τῆς μεγάλης βουλῆς σου, ἀρχιερέα σὸν, βασιλέα δὲ καὶ κύριον πάσης νοητῆς καὶ αἰσθητῆς φύσεως, τὸν [70] πρὸ πάντων, δι' οὗ τὰ πάντα. σὺ γὰρ Θεὲ αἰώνιε, δι' αὐτοῦ τὰ πάντα πεποίηκας, καὶ δι' αὐτοῦ τῆς καταλλήλου προνοίας τὰ ὅλα ἀξιοῖς. δι' οὗ γὰρ τὸ εἶναι ἐχαρίσω, δι' αὐτοῦ καὶ τὸ εὖ εἶναι ἐδωρήσω. ὁ Θεὸς καὶ πατὴρ τοῦ μονογενοῦς υἱοῦ σου· ὁ δι' αὐτοῦ πρὸ πάντων ποιήσας τὰ Χερουβὶμ καὶ τὰ Σεραφὶμ, [71] αἰῶνάς τε καὶ στρατιὰς, δυνάμεις τε καὶ ἐξουσίας, ἀρχάς τε καὶ θρό-

incidant. Orans igitur apud ſe Pontifex unà cum Sacerdotibus, & ſplendidam veſtem indutus, ſtanſque ad altare; tropæum crucis in fronte manu faciat coram omnibus, ac dicat; Gratia omnipotentis Dei, & caritas Domini noſtri Jeſu Chriſti, & communicatio ſancti Spiritûs, ſit cum omnibus vobis. Atque omnes unâ voce reſpondeant; Et cum ſpiritu tuo. Tum Pontifex; Surſum mentem: Et omnes; Habemus ad Dominum. Et Pontifex; Gratias agamus Domino: Et cuncti; Dignum & juſtum eſt. Et Pontifex dicat; Verè dignum & juſtum eſt, ante omnia laudare te verum Deum, ante creaturas exſiſtentem, ex quo omnis paternitas in cælo & in terra nominatur; ſolum ingenitum, principii expertem, rege ac domino carentem, nullo indigentem, omnis boni largitorem, omni cauſſa & origine ſuperiorem, ſemper uno eodemque modo te habentem; à quo cuncta tamquam è carceribus quibuſdam ad exſiſtendum proceſſerunt. Tu enim es originis expers cognitio, perpetuus viſus, auditus ingenitus, ſapientia non edocta; primus naturâ, & lex exſiſtendi, ac omnem numerum ſuperans. Qui omnia ex nihilo in rerum naturam protuliſti, per unigenitum Filium tuum: ipſum verò ante omnia ſæcula genuiſti voluntate, & potentia, & bonitate, abſque intermedio, Filium unigenitum, Verbum Deum, Sapientiam viventem, primogenitum omnis creaturæ, Angelum magni conſilii tui, pontificem tuum regem autem & dominum omnis naturæ quæ intelligi ac ſentiri poteſt, quique ante omnia, & per quem omnia. Tu namque, Deus æterne, cuncta per ipſum condidiſti, & per ipſum cuncta dignaris convenienti providentiâ. Per quem enim ut eſſent donaſti, per eumdem etiam ut bene eſſent dediſti. Deus & Pater unigeniti Filii tui; qui per eum ante omnia feciſti Cherubinos & Seraphinos, Sæcula & Exercitus, Virtutes

Eph. 3. 15. *Col. 1. 15.* *Iſ. 9. 6. ex LXX.* Ignat. interpol. ad Trall. 5.

& de Tropario illo ibidem, atque in Liturgiis aliis. COT.

66. *Εἰς τὰ κύπελλα.*] Sic in Liturgiis, & in Ordinationum Ritibus invenies, τὰ ποτήρια, τοὺς κρατῆρας, τὰ ἅγια ποτήρια, τὸ ἁγίων ποτήριον. δύο ποτήρια. Interdum enim non unum calicem adhibebant Græci ſacrum celebrantes. Ibid.

67. *Πρῶτος τῇ φύσει, καὶ νόμος τοῦ εἶναι*] Juxta vulgivagum Axioma, *Quod eſt primum, regula eſt cæterorum.* Malè ita que Petrus Faber doctiſſimus vir Dodecameri cap. 11. id lectionis ſollicitat, ut ſufficiat μόνος τοῦ εἶναι, quod ad πρῶτος τῇ φύσει minimè quadrat. Ibid.

68. *Βουλήσει καὶ δυνάμει.*] Simili modo Juſtinus Martyr cum diſcipulo ſuo Tatiano. Quod ſimplicius dictum in Orthodoxo caret ſuſpicione; uti docet S. Athanaſius Oratione 4 contra Arianos p. 509 510. ſed cavenda eſt, addit prudentiſſimus Pater, Hæreſis, cum Valentinianorum, tum Arianorum. Πτολεμαῖος γὰρ ὁ Οὐαλεντίνου ἔφη δύο συζυγίας ἔχειν τὸν ἀγέννητον, ἔννοιαν καὶ θέλησιν &c. ubi reſcripſerim, συζυγίας, ex Irenæo lib. 1. cap. 6. Tertulliano Adverſus Valentinianos cap. 3. & Epiphanio Hæreſi 33. num. 1. Ibid.

69. *Ἀμεσιτεύτως*] Gregorius Nazianzenus Oratione 29. *ἀρχὴν δὲ ὅταν εἴπω, μὴ χρόνον παρεισαγάγῃς, μηδὲ μέσον τι τιθῆς τοῦ γεννήσαντος, καὶ τοῦ γεννηθέντος· μηδὲ διαίρει τὴν φύσιν τῇ κακῶς παρενθέσει τῶν συναϊδίων, καὶ συνυπαρχόντων. εἰ γὰρ χρόνος ἐστὶ πρεσβύτερος, ἐκείνου δηλαδὴ πρῶτος* (l. πρῶτον è Codicibus Reg.) *ὧν οὐκ αἴτιος ὁ πατήρ· καὶ πῶς ποιητὴς χρόνων ὁ ὑπὸ χρόνον,* Ibid.

70. *Πρὸ πάντων ποιήσας* &c.] Ex ſententia multorum Patrum, Angeli ante mundum extiterant. Per ſæcula plurima; additur à Hieronymo ad Tit. I. 2. Verùm dogma contrarium ſanctiorum quoque Patrum prævaluit, ut exiſtimentur Angeli creati primo mundi die unâ cum cœlo, terrâ, & luce. Ibid.

71. *Αἰῶνάς τε καὶ στρατιάς.*] Nihil incertius magiſque diverſum in ſcriptis veterum Theologorum numero ac diſpoſitione Angelicorum Ordinum. Ut enim à diſpoſitione ordiar: invertitur illa paſſim, maximè circa medios Ordines, etiam aliquando ab eodem Auctore. Verbi gratiâ, (taceo Apoſtolum Roman. VIII. 38. Epheſ. I. 21. III. 10. VI. 12 & Coloſſ. I. 16. aliter atque aliter collocantem) Gregorius magnus lib. 32. in Job. cap. 18. hoc ordine recenſet; *Angeli, Archangeli, Throni, Dominationes, Virtutes, Principatus, Poteſtates, Cherubim, & Seraphim.* at Homil. 34 in Evangelia enumerat *Angelos, Archangelos, Virtutes, Poteſtates, Principatus, Dominationes, Thronos, Cherubim, atque Seraphim.* Præterea omnium primatus à Syris datur Angelis, in Dionyſio Pſeudo-Areopagita ultimum locum tenentibus: à Baſilio Seleucienſi Orat. in Deiparam, & Nicephoro CP. Diſputatione de ſacris imaginibus tribuitur Cherubinis; quos etiam Chryſoſtomus Homil. 3. de Incomprehenſibili Seraphinis præponit; cùm Dionyſii ſectatores in duas claſſes ſcindantur, nempe conſtituentium Hierarchiam primam ex Thronis 1. Cherubinis 2. Seraphinis 3. atque ad hunc modum cum Maximo Interprete Auctor Quæſtionum ad Antiochum inter Athanaſii Opera editarum, Quæſt. 8. & convertentium eamdem τριάδα ſerieſque in Seraphinos, Cherubinos, ac Thronos. Origeni demum primum genus ſunt Dii. Locum illius inſignem apponam, ſumptum ex tomo 1. in Johannem, Editionis ultimæ ac Græco Latinæ p. 32 *ὁ τοίνυν τῶν ὅλων Θεὸς, πρῶτόν τι τῇ τιμῇ γένος λογικὸν ποιήσας, ὅπερ οἶμαι τοὺς καλουμένους θεοὺς, καὶ δεύτερον ἐπὶ τῶν παρόντων καλουμένων θρόνων, καὶ τρίτον χωρὶς διακρίσεως ἀρχάς.* Reddit Ferrarius; *Univerſorum ergo Deus, genus primum quoddam rationale, quod cæteris honore excelleret, fecit, quod meâ ſententiâ eos complectatur qui vocantur Dii; alterum in præſentia vocentur Throni; tertium verò Principatus ſine diſſidio.* Legebat, χωρὶς διαστάσεως, quemadmodum legi debet, hoc eſt, abſque ullo intermedio. ubi alter Interpres Perionius ponendo, *ſine ordine*, transfert, χωρὶς διατάξεως, ſenſu ridiculo. A diſpoſitione ad numerum tranſeo. Eſſe eum incertum tradunt non pauci; quidam infinitum. Ex novenario autem Dionyſiano mali detrahunt, non ſolùm omiſſione ſed & dum Ordines duos compingunt in unum. Ita Cherubim & Seraphim confundi videntur Catecheſi Myſtagogicâ 5. Cyrilli Hieroſolymitani. Sic Virtutes & Seraphim miſcentur per Gregorium Nyſſenum lib. 1 adverſus Eunomium: itemque Throni & Cherubim, ſuffragante Theodoreto ad Coloſſ. I. 16. Quinetiam magis turbat Auguſtinus Enarratione in Pſalmum 79. & capite 58. Enchiridii ad Laurentium. Quid quod aperta Cæſarii verba ſunt de ſeptem duntaxat Ordinibus, Dialogo 1 Reſponſ. ad interrog. 44. Jam præteritis à Dionyſio, ab aliis memorati Angelorum gradus invenientur hi: *Vigiles*, apud Syros. Βαλλιῶν, in Clementis Alexandrini Hypotypoſibus. Θεῶν, τες ac Θεοὶ, ibidem, necnon in diſcipulo Origene tom. 1. in Jo-

tutes & Poteſtates, Principatus & Thronos, Archangelos & Angelos; atque poſt hæc omnia, per eum fabricâſti hunc qui apparet mundum, cunctaque quæ in eo ſunt. Nam tu es qui cœlum ut cameram ſtatuiſti, ac ut pellem extendiſti; & terram ſupra nihilum collocâſti ſolâ voluntate: qui fixiſti firmamentum; & noctem ac diem fabricatus es: qui lucem ex theſauris eduxiſti; & illius amictu induxiſti tenebras, ad requiem animalium quæ in mundo moventur: qui in cœlo ſolem poſuiſti ad dominium diei, & lunam ad dominium noctis; atque chorum ſtellarum in cœlo delineâſti, in laudem magnificentiæ tuæ: qui feciſti aquam ad potum ac expurgationem; vitalem aërem, ad aſpirationem, & ad editionem vocis dum lingua aërem ferit, & ad auditum quem adjuvat in ſentienda loquela incumbente ac penetrante: qui feciſti ignem ad ſolatium de tenebris, ad indigentiæ expletionem, & ut calefieremus ac illuminaremur ab eo: qui mare magnum à terra ſeparâſti; & illud quidem reddidiſti navigabile, hanc verò pedibus perviam effeciſti; & illud quidem animalibus parvis ac magnis referſiſti, hanc autem cicuribus ac indomitis repleviſti, variis ſtirpibus redimîſti, herbis coronâſti, floribus decorâſti, ſeminibus ditâſti: qui conſtituiſti abyſſum, & ingentem molem ei circumpoſuiſti, acervata ſalſatum aquarum æquora; eamque circumſepſiſti tenuiſſimæ arenæ portis: qui abyſſum eamdem ſeu pelagum modò ventis in altitudinem montium attollis, modò in planitiem ſternis; modò in furorem tempeſtatis agis, modò, ut navigio curſum facientibus ſit ad profectionem facilis, in lenitatem ſerenitatis ducis: qui mundum creatum à te per Chriſtum, fluviis cinxiſti, torrentibus proluiſti, perennibus fontibus perfudiſti, &, ad terræ inconcuſſam ac firmiſſimam ſedem, montibus conſtrinxiſti. Impleviſti mundum tuum, ac exornâſti herbis odoratis & ſalubribus; multis variiſque animantibus, robuſtis ac infirmioribus, eſculentis ac operariis, cicuribus ac feris; & ſerpentum ſibilis, atque diverſarum volucrum clangoribus; annorum circulis, menſium ac dierum numeris, tempeſtatum ſerie; nubium, imbres procreantium curſibus, ad fructuum fœtus, ad animalium conſervationem, libramentum ventorum flantium cum à te jubentur, multitudinem ſtirpium ac herbarum. Neque ſolùm condidiſti mundum, ſed & in ipſo, mundi civem hominem effeciſti, ac eum mundi mundum, ſeu ornatûs ornatum conſtituiſti. Dixiſti enim Sapientiæ tuæ; *Faciamus hominem ad imaginem noſtram, & ad ſimilitudinem: & dominentur piſcibus maris, & volatilibus cœli.* Ideoque feciſti eum ex anima immortali & corpore diſſipabili; illâ quidem ex nihilo effectâ, hoc verò ex quatuor elementis: & dediſti ei, in anima quidem rationalem dijudicationem, pietatis ac impietatis diſcretionem, juſti ac injuſti animadverſionem; in corpore autem donâſti quinquertium ſenſuum, atque motum progreſſivum. Tu namque Deus

Gen. 1. 4. Eſd. 16. 60. Pſ. 103. 2. Job. 38. & Jerem. 5. Job. 28. 25. Gen. 1. 26. Pſeudo-Ignat. ad Heron. 4.

νας, ἀρχαγγέλους τε καὶ ἀγγέλους· καὶ μετὰ ταῦτα πάντα, ποιήσας δι' αὐτοῦ τὸν φαινόμενον τοῦτον κόσμον, καὶ πάντα τὰ ἐν αὐτῷ. σὺ γὰρ εἶ ὁ τὸν οὐρανὸν ὡς καμάραν στήσας, καὶ ὡς δέῤῥιν ἐκτείνας, καὶ τὴν γῆν ἐπ' οὐδενὸς ἱδρύσας γνώμῃ μόνῃ· ὁ πήξας στερέωμα, καὶ νύκτα καὶ ἡμέραν κατασκευάσας· ὁ ἐξαγαγὼν φῶς ἐκ θησαυρῶν, καὶ τῇ τούτου στολῇ ἐπαγαγὼν τὸ σκότος, εἰς ἀνάπαυλαν τῶν ἐν τῷ κόσμῳ κινουμένων ζώων· ὁ τὸν ἥλιον τάξας εἰς ἀρχὰς τῆς ἡμέρας, ἐν οὐρανῷ, καὶ τὴν σελήνην εἰς ἀρχὰς τῆς νυκτὸς, καὶ τὸν χορὸν τῶν ἀστέρων ἐν οὐρανῷ καταγράψας, εἰς αἶνον τῆς σῆς μεγαλοπρεπείας· ὁ ποιήσας ὕδωρ πρὸς πόσιν καὶ κάθαρσιν, ἀέρα ζωτικὸν πρὸς εἰσπνοὴν καὶ φωνῆς ἀπόδοσιν διὰ γλώττης πληττούσης τὸν ἀέρα, καὶ ἀκοὴν συνεργουμένην ὑπ' αὐτοῦ ὡς ἐπαΐειν εἰσδεχομένην τὴν προσπίπτουσαν αὐτῇ λαλιάν· ὁ ποιήσας πῦρ πρὸς σκότους παραμυθίαν, πρὸς ἐνδείας ἀναπλήρωσιν, καὶ τὸ θερμαίνεσθαι ἡμᾶς καὶ φωτίζεσθαι ὑπ' αὐτοῦ· ὁ τὴν μεγάλην θάλασσαν χωρίσας τῆς γῆς, καὶ τὴν μὲν ἀναδείξας πλωτὴν, τὴν δὲ ποσὶ βάσιμον ποιήσας, καὶ τὴν μὲν ζώοις μικροῖς καὶ μεγάλοις πληθύνας, τὴν δὲ ἡμέροις καὶ ἀτιθάσσοις πληρώσας, φυτοῖς τε διαφόροις στέψας, καὶ βοτάναις στεφανώσας, καὶ ἄνθεσι καλλύνας, καὶ σπέρμασι πλουτίσας· ὁ συστησάμενος ἄβυσσον, καὶ μέγα * [72] κῦτος αὐτῇ περιθεὶς, ἁλμυρῶν ὑδάτων σεσωρευμένα πελάγη, περιφράξας δὲ αὐτὴν πύλαις ἄμμου λεπτοτάτης· ὁ πνεύμασί ποτε μὲν αὐτὴν κορυφῶν εἰς ὀρέων μέγεθος, ποτὲ δὲ στρωννύων αὐτὴν εἰς πεδίον, καί ποτε μὲν ἐκμαίνων χειμῶνι, ποτὲ δὲ πραΰνων γαλήνῃ, ὡς ναυσιπόροις πλωτῆρσιν εὔκολον εἶναι πρὸς πορείαν· ὁ ποταμοῖς διαζώσας τὸν ὑπὸ σοῦ διὰ Χριστοῦ γενόμενον κόσμον, καὶ χειμάῤῥοις ἐπικλύσας, καὶ πηγαῖς ἀενάοις μεθύσας, ὄρεσι δὲ περισφίγξας εἰς ἕδραν ἀτρεμῆ γῆς ἀσφαλεστάτην. ἐπλήρωσας γάρ σου τὸν κόσμον, καὶ διεκόσμησας αὐτὸν βοτάναις εὐόσμοις καὶ ἰασίμοις· ζώοις πολλοῖς καὶ διαφόροις, ἀλκίμοις καὶ ἀσθενεστέροις, ἐδωδίμοις καὶ ἐνεργοῖς, ἡμέροις καὶ ἀτιθάσσοις· ἑρπετῶν συριγμοῖς, πτηνῶν ποικίλων κλαγγαῖς· ἐνιαυτῶν κύκλοις, μηνῶν καὶ ἡμερῶν ἀριθμοῖς, τροπῶν τάξεσι. νεφῶν ὀμβροτόκων διαδρομαῖς, εἰς καρπῶν γονὰς, καὶ ζώων σύστασιν, σταθμὸν ἀνέμων διαπνεόντων ὅτε προσταχθῶσι παρὰ σοῦ, τῶν φυτῶν καὶ τῶν βοτανῶν τὸ πλῆθος. καὶ οὐ μόνον τὸν κόσμον ἐδημιούργησας· ἀλλὰ καὶ τὸν κοσμοπολίτην ἄνθρωπον ἐν αὐτῷ ἐποίησας, κόσμου κόσμον αὐτὸν ἀναδείξας. εἶπας γὰρ τῇ σῇ σοφίᾳ· Ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα ἡμετέραν, καὶ καθ' ὁμοίωσιν· καὶ ἀρχέτωσαν τῶν ἰχθύων τῆς θαλάσσης, καὶ τῶν πετεινῶν τοῦ οὐρανοῦ. Διὸ καὶ πεποίηκας αὐτὸν ἐκ ψυχῆς ἀθανάτου καὶ σώματος σκεδαστοῦ· τῆς μὲν ἐκ τοῦ μὴ ὄντος, τοῦ δὲ ἐκ τῶν τεσσάρων στοιχείων· καὶ δέδωκας αὐτῷ, κατὰ μὲν τὴν ψυχὴν, τὴν λογικὴν διάγνωσιν, εὐσεβείας καὶ ἀσεβείας διάκρισιν, δικαίου καὶ ἀδίκου παρατήρησιν· κατὰ δὲ τὸ σῶμα τὴν πεντάβολον ἐχαρίσω αἴσθησιν, καὶ τὴν μεταβατικὴν κίνησιν. σὺ γὰρ Θεὲ παντοκράτορ,

* E. αὐτῷ

Johannem, conſentientibus Hebræis. Πνεύματα, Cyrillo Catecheſi 16. atque *Spirituales*. Maronitis, qui & *Ignitos* ſive *Igneos* à Seraphinis diſtinctos agnoſcunt. ſuprà lib. 7. cap. 35. πνευμάτων χορεῖ. Λειτουργοὶ, λειτουργίαι: de quibus Clemens Alexandr. libro citato p. 796. col. 1. A. Methodius de Reſurrectione apud Epiphanium Hæreſ. 64. n. 33. necnon Gregorius Nyſſenus Homil. 15 in Canticum Canticorum. Αναβάσεις, ἀναβάσεις. παρὰ δυνάμεις ἢ νόας, apud Gregorium Nazianzenum Oratione 34. extremâ, loco notando, quia ἀναβάσεις illæ, *Aſcenſiones* & *Aſcenſus* ex famoſa Origenis doctrina deſcendunt. Στρατιαὶ, hoc capite, indeque Epiſtolâ interpolatâ Ignatii ad Trallianos, n. 5. Αἰῶνες, αἰῶνες, ibidem, & alibi Hilarius II. de Trinitate, ante medium, *Archangeli neſciunt*, *Angeli non audierunt*, *Sæcula non tenent*. Euſebio de laudibus Conſtantini p. 606. dicuntur, δυνάμεις ἄφαντοι, ἀγγέλων ἀόρατοι στρατηγοὶ χοροὶ, ἀγγέλων στρατιαί. πνεύματα νοερὰ φωτὸς ἔγγονα. αἰῶνες ἄχρονοι, ἄλλοι ἄπειροι αἰῶνες αἰώνων. Et à Hieronymo Epheſ. III. 9. *Sæcula* exponuntur *omnes ſpirituales & rationabiles creaturæ quæ in ſæculis fuerunt*. Adde Dionyſium de divinis nominibus cap. 5. & 10. ibique Interpretes, ac præſertim iſtud eorum Scholium, αἰῶνες τὰ ἄγγελοι καὶ οἱ ἄγγελοι. Unde mirum à Jacobo Uſſerio tantæ lectionis ac doctrinæ viro ad Ignatianam Epiſtolam affirmari potuiſſe, Æonum iſtorum mentionem non occurrere. Denique Σαβαὼθ. Origenis verba ſunt, ubi ſuprà. ὥσπερ γε καὶ τὸ Σαβαὼθ ἑβραϊκὸν, παρὰ ἑρμηνείαν τὸ Σαβαὼθ. ἀρχαῖα ἐστιν στρατιῶν. ἀρχιστράτηγος ὁ θεός. Verùm hi ab Exercitibus caeleſtibus minimè differunt. COT.

72. Κῦτος vel κύτος] Phavorini Lexicon, κύτος, ἀπὸ τοῦ κύτος (ἢ κυτός) τὸ περιέχον· ὡς τὸ ὑποστατικὸν ὄντων, κοῖλος καὶ τέλος. Ibid.

73. Τὸ

τορ, διὰ Χριστοῦ παράδεισον ἐν Ἐδὲμ κατὰ ἀνατολὰς ἐφύτευσας, παντοίων φυτῶν ἐδωδίμων κόσμῳ, καὶ ἐν αὐτῷ ὡς ἂν ἐν οἴκῳ πολυτελεῖ εἰσήγαγες αὐτόν· κἀν τῷ ποιεῖν νόμον δέδωκας αὐτῷ ἔμφυτον, ὅπως οἴκοθεν καὶ παρ' ἑαυτοῦ ἔχοι τὰ σπέρματα τῆς θεογνωσίας. εἰσαγαγὼν δὲ εἰς τὸν τῆς τρυφῆς παράδεισον, πάντων μὲν ἀνῆκας αὐτῷ τὴν ἐξουσίαν πρὸς μετάληψιν, ἑνὸς δὲ μόνου τὴν γεῦσιν ἀπεῖπας ἐπ' ἐλπίδι κρειττόνων, ἵνα ἐὰν φυλάξῃ τὴν ἐντολήν, μισθὸν ταύτης τὴν ἀθανασίαν κομίσηται. ἀμελήσαντα δὲ τῆς ἐντολῆς, καὶ γευσάμενον ἀπηγορευμένου καρποῦ ἀπάτῃ ὄφεως καὶ συμβουλίᾳ γυναικὸς, τοῦ μὲν παραδείσου δικαίως ἐξῶσας αὐτόν, ἀγαθότητι δὲ εἰς τὸ παντελὲς ἀπολλύμενον οὐχ ὑπερεῖδες· σὸν γὰρ ἦν δημιούργημα· ἀλλὰ καθυποτάξας αὐτῷ τὴν κτίσιν, δέδωκας αὐτῷ οἰκείοις ἱδρῶσι καὶ πόνοις πορίζειν ἑαυτῷ τὴν τροφήν, σοῦ πάντα φύοντος καὶ αὔξοντος καὶ πεπαίνοντος· χρόνῳ δὲ πρὸς ὀλίγον αὐτὸν κοιμίσας, ὅρκῳ εἰς παλιγγενεσίαν ἐκάλεσας· ὅρον θανάτου λύσας, ζωὴν ἐξ ἀναστάσεως ἐπηγγείλω. καὶ οὐ τοῦτο μόνον, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἐξ αὐτοῦ εἰς πλῆθος ἀναρίθμητον χέας, τοὺς ἐμμείναντάς σοι ἐδόξασας, τοὺς δὲ ἀποστάντας σου ἐκόλασας· καὶ τοῦ μὲν Ἄβελ, ὡς ὁσίου προσδεξάμενος τὴν θυσίαν, τοῦ δὲ ἀδελφοκτόνου Κάϊν ἀποστραφεὶς τὸ δῶρον, ὡς ἐναγοῦς. καὶ πρὸς τούτοις τὸν Σὴθ, καὶ τὸν Ἐνὼς προσελάβου, καὶ τὸν Ἐνὼχ μετατέθεικας. σὺ γὰρ εἶ ὁ δημιουργὸς τῶν ἀνθρώπων, καὶ τῆς ζωῆς χορηγὸς, καὶ τῆς ἐνδείας πληρωτής· καὶ τῶν νόμων δοτὴρ, καὶ τῶν φυλαττόντων αὐτοὺς μισθαποδότης, καὶ τῶν παραβαινόντων αὐτοὺς ἔκδικος. ὁ τὸν μέγαν κατακλυσμὸν ἐπαγαγὼν τῷ κόσμῳ διὰ τὸ πλῆθος τῶν ἀσεβησάντων, καὶ τὸν δίκαιον Νῶε ῥυσάμενος ἐκ τοῦ κατακλυσμοῦ ἐν λάρνακι σὺν ὀκτὼ ψυχαῖς, τέλος μὲν τῶν παρῳχηκότων, ἀρχὴν δὲ τῶν μελλόντων ἐπιγενέσθαι. ὁ τὸ φοβερὸν πῦρ κατὰ τῆς Σοδομιτικῆς πενταπόλεως ἐξάψας, καὶ γῆν καρποφόρον εἰς ἅλμην θέμενος ἀπὸ κακίας τῶν κατοικούντων ἐν αὐτῇ, καὶ τὸν ὅσιον Λὼτ ἐξαρπάσας τοῦ ἐμπρησμοῦ. σὺ εἶ ὁ τὸν Ἀβραὰμ ῥυσάμενος προγονικῆς ἀσεβείας, καὶ κληρονόμον τοῦ κόσμου καταστήσας, καὶ ἐμφανίσας αὐτῷ τὸν Χριστόν σου. ὁ τὸν Μελχισεδὲκ, ἀρχιερέα τῆς λατρείας προχειρισάμενος. ὁ τὸν πολύτλαν θεράποντά σου Ἰὼβ νικητὴν τοῦ ἀρχεκάκου ὄφεως ἀναδείξας. ὁ τὸν Ἰσαὰκ ἐπαγγελίας υἱὸν ποιησάμενος. ὁ τὸν Ἰακὼβ πατέρα δώδεκα παίδων, καὶ τοὺς ἐξ αὐτοῦ εἰς πλῆθος χέας, καὶ εἰσαγαγὼν εἰς Αἴγυπτον ἐν ἑβδομήκοντα πέντε ψυχαῖς. σὺ κύριε, Ἰωσὴφ οὐχ ὑπερεῖδες· ἀλλὰ μισθὸν τῆς διὰ σὲ σωφροσύνης ἔδωκας αὐτῷ τὸ τῶν Αἰγυπτίων ἄρχειν. σὺ κύριε, Ἑβραίους ὑπὸ Αἰγυπτίων καταπονουμένους οὐ περιεῖδες, διὰ τὰς πρὸς τοὺς πατέρας αὐτῶν ἐπαγγελίας· ἀλλ' ἐρρύσω, κολάσας Αἰγυπτίους. παραφθειράντων δὲ τῶν ἀνθρώπων τὸν φυσικὸν νόμον, καὶ τὴν κτίσιν, ποτὲ μὲν αὐτόματον νομισάντων, ποτὲ δὲ πλέον ἢ δεῖ τιμησάντων, καὶ σοὶ τῷ Θεῷ τῶν πάντων συνταττόντων· οὐκ εἴασας πλανᾶσθαι, ἀλλ' ἀναδείξας τὸν ἅγιόν σου θεράποντα Μωϋσέα, δι' αὐτοῦ πρὸς βοήθειαν τοῦ φυσικοῦ τὸν γραπτὸν νόμον δέδωκας, καὶ τὴν κτίσιν ἔδειξας σὸν ἔργον εἶναι, τὴν δὲ πολυθεΐαν πλάνην ἐξώρισας. τὸν Ἀαρὼν καὶ τοὺς ἐξ αὐτοῦ ἱερατικῇ τιμῇ ἐδόξασας· Ἑβραίους ἁμαρτόντας ἐκόλασας, ἐπιστρέφοντας ἐδέξω· τοὺς Αἰγυπτίους δεκαπλήγῳ ἐτιμωρήσω· θάλασσαν διελὼν, Ἰσραηλίτας διεβίβασας· Αἰγυπτίους ἐπιδιώξαντας ὑποβρυχίους ἀπώλεσας· ξύλῳ πικρὸν ὕδωρ ἐγλύκανας· ἐκ πέτρας ἀκροτόμου ὕδωρ ἀνέχεας· ἐξ οὐρανοῦ τὸ μάννα ὕσας· τροφὴν ἐξ ἀέρος ὀρτυγομήτραν· στῦλον πυρὸς τὴν νύκτα πρὸς φωτισμὸν, καὶ στῦλον νεφέλης ἡμέρας πρὸς σκιασμὸν θάλπους. τὸν Ἰησοῦν στρατηγὸν ἀναδείξας, ἑπτὰ ἔθνη Χαναναίων δι' αὐτοῦ καθεῖλες, Ἰορδάνην διέρρηξας, τοὺς ποταμοὺς Ἠθὰμ ἐξήρανας, τείχη κατέρριψας ἄνευ μηχανημάτων καὶ χειρὸς ἀνθρωπίνης. ὑπὲρ ἁπάντων σοι ἡ δόξα, δέ-

omnipotens, per Chriſtum, in Edene ad Orientem plantâſti Paradiſum, omni genere eſculentarum plantarum ornatum, & in eum tamqnam in opiparam domum induxiſti hominem; quem, cùm efficeres, lege naturali ac inſita donâſti, qnò intus ac ex ſe haberet cognitionis Dei ſemina. Introducens autem eum in Paradiſum deliciarum, poteſtatem quidem omnium ad participandum conceſſiſti, unius verò ſolius guſtatum in ſpem meliorum rerum interdixiſti, ut ſi mandatum cuſtodiret, illius ſervati mercedem ferret immortalitatem. Cùm autem mandatum oeglexit, & fraude ſerpentis, mulieriſqne conſilio guſtavit probibitum fructum; ex Paradiſo quidem juſtè illum expuliſti, bonitate verò tuâ, funditus pereuntem non deſpexiſti: erat enim opificium tuum: ſed qui ei ſubjeceras creaturam, dediſti ut ſuis ſudoribus ac laboribus ſibi pararet victum, te omnia producente, augente ac maturante: atqne eum brevi mortis ſomno affectum, per jusjurandum ad regenerationem vocâſti; decreto mortis ſoluto, vitam ex reſurrectione promiſiſti. Neque hoc ſolùm; verùm etiam ex poſteris ejus, à te in multitudinem innumerabilem effuſis, eos qui tibi adhæſerunt glorificâſti, eos verò qui à te defecerunt puniviſti; admiſſo quidem Abelis ſacrificio, ut innocentis, fratricidæ antem Caini munere, ut deteſtandi, faſtidito. Et ad hæc Sethum ac Enoſum ſuſcepiſti, atque Henochum tranſtuliſti. Tu enim es opifex hominum, vitæ largitor, indigentiæ expletor; legum dator, eaſqne ſervantium remunerator, tranſgredientium vindex. Qui diluvium ingens mundo propter impiè viventium multitudinem intuliſti, & eo ex diluvio in arca eripuiſti unà cum octo animabus juſtum Noam, finem quidem eorum qui prætetierant, otiginem verò ſucceſſurorum. Qui horrendum ignem adverſus Sodomiranam Pentapolim concitâſti, & terram frugiferam in ſalſugioem propter nequitiam illius incolarum redegiſti, ac ſanctum Lotum ex incendio eruiſti. Tu es qui Abrahamum liberâſti avitâ impietate, & mundi heredem conſtituiſti, ipſiqne Chriſtum tuum apparere feciſti. Qui Melchiſedecum, pontificem divini cultùs deſignâſti. Qui multa paſſum famulum tuum Jobum, victorem ſerpentis, originis malorum, declarâſti. Qui Iſaacum effeciſti filium promiſſionis. Qui Jacobum duodecim filiorum patrem, ejuſque poſteros in multitudinem propagâſti, & ad Ægyptum in ſeptuaginta quinque animabus introduxiſti. Tu Domine, non deſpexiſti Joſephum; ſed illi, pro mercede caſtitatis tuâ cauſsâ ſervatæ, dediſti ut Ægyptiis præeſſet. Tu Domine, Hebræos ab Ægyptiis oppreſſos, ob promiſſa patribus eorum facta, non neglexiſti; verùm Ægypois punitis, liberâſti. Cúmqne homines legem naturalem corrupiſſent, & creaturam, modò quidem fortuitam arbitrarentur, modò attem pluſquàm oportet honorarent, ac tibi omnium Deo compararent; non ſiviſti errore duci; quin potiùs edito ſancto famnlo tuo Moyſe, per eum legem ſcriptam io naturalis adjntorium tribuiſti; & creaturas oſtendiſti opna tuum eſſe, errorem verò de mulritudine Deorum, exterminâſti. Aaronem & poſteros ejus bonore ſacerdotali decorâſti; Hebræos cùm peccarent caſtigâſti, cùm reverterentur ſuſcepiſti: Ægyptios decem plagis ultus es: mari diviſo trajeciſti Iſraëlitas: inſecutos Ægyptios deleviſti ſnbmerſione: ligno, amaram aqnam dulceſcere feciſti: ex petra dura aquam profudiſti: è cœlo mannam depluiſti: præbuiſti ex aëre eſcam, ortygometram: conſtituiſti octe columnam ignis ad illuſtrationem, & die columnam nubis ad umbraculum in æſtu. Per Jeſum ducem exercitûs à te declaratum, ſeptem gentes Chananæorum everiiſti, Jordanem dirupiſti, flnvios Ethan ſiccâſti, muros proſtraviſti abſque machinis & abſque manu humanâ. Pro omnibus tibi gloria, Domine omnipotens. Te ado-

Gen. 2. Gen. 3. Heb. 6. Gen. 4. Eccli. 49. 19. Gen. 4. & 5. Gen. 6. & 7. 1. Pet. 3. 20. Gen. 19. Sap. 10. 6. Pſ. 106. 34. Gen. 12. &c. I. Ignat. interpol. ad Trall. 10. ad Sm. 7. Gen. 46. 27. apud LXX. Exod. 1. &c. I. Iſ. 8. 20. in LXX. Joſ. 3. 10. &c. Pſ. 73. 15. Joſ. 6.

ado-

Ignat. interpol. ad Trall. 5.
adorant innumerabiles copiæ Angelorum, Archangelorum, Thronorum, Dominationum, Principatuum, Poteſtatum, Virtutum, Exercituum, Sæculorum ſeu Æternorum; & Cherubini; item
Iſ. 6. 2.
Seraphini ſenis alis præditi, binis quidem velantes pedes ſuos, binis verò capita, & duabus aliis vo-
Dan. 7. 10.
lantes, ac dicentes unà cum mille millibus Archangelorum & denis millibus denum millium Angelorum, indeſinenter ac ſine vocis intermiſſione clamantibus: & omnis populus ſimul dicat; *Sanctus,*
Iſ. 6. 3.
Sanctus, Sanctus, Dominus Sabaoth: pleni ſunt cœli
Rom. 1. 25.
& terra gloria ejus: Benedictus in ſæcula. Amen. Et Pontifex poſtea dicat; Sanctus enim verè es,
Dan. 3.
ac ſanctiſſimus, altiſſimus & ſuperexaltatus in ſæcula. Sanctus quoque unigenitus tuus Filius Dominus noſter & Deus Jeſus Chriſtus; qui ad omnia tibi Deo ſuo & Patri, tum in varia creatione, tum in providentia convenienti, miniſtrans, non deſpexit genus humanum quod peribat: ſed poſt naturalem legem, poſt Legalem admonitionem, poſt Propheticas reprehenſiones, & Angelorum præfecturas; cùm legem naturalem unà cum lege ſcriptâ ſeu poſitâ violarent, atque è memoria abjicerent diluvium, conflagrationem Sodomiticam, plagas Ægyptiis, & cædes Palæſtinis illatas, cúmque illico perituri eſſent omnes; ex ſententia tua ipſe elegit, creator hominis, homo fieri; legiſlator, ſub legibus; Pontifex, hoſtia; paſtor, ovis; & te ſuum Deum ac Patrem placavit atque mundo reconciliavit, cunctóſque ab imminente irâ liberavit, factus ex virgine, factus in carne, Deus Verbum, dilectus Filius, primogenitus omnis creaturæ, & ſecundùm Prophetias ab ipſo de ſe prædictas ortus ex ſemine Davidis & Abrahami ac de tribu
Ignat. interpol. ad Trall. 10. ad Sm. 1. ad Magn. 11.
Judæ: & factus eſt in utero virginis, formator omnium qui gignuntur; incarnatus eſt, qui carnis expers; qui ſine tempore genitus, in tempore natus eſt: ſanctè vixit, & legitimè docuit; omnem morbum & omnem infirmitatem ab hominibus expulit; ſigna & prodigia in populo edidit: cibum, potum, ſomnum cepit is, qui cunctos alimento indigentes nutrit, omnéque animal implet
Pſ. 144. 16. Joh. 17. 6. 4.
beneplacito: manifeſtavit nomen tuum iis qui illud ignorabant; fugavit ignorantiam; pietatem exſuſcitavit; voluntatem tuam implevit; opus quod ei dediſti conſummavit: atque his omnibus feliciter geſtis, per proditionem illius qui malitiæ morbo languebat, comprehenſus eſt manibus flagitioſorum, nempe falſo nomine gaudentium ſacerdotum ac pontificum, & populi iniqui; à quibus multa paſſus eſt, & omnem ignominiam ſuſtinuit, permiſſu tuo;
Ignat. interpol. ad Trall. 10.
traditus eſt Pilato præſidi; judicatus eſt, judex; condemnatus eſt, Salvator; cruci affixus eſt, qui pati non poteſt; mortuus eſt, naturâ immortalis; ſepultus eſt, vitæ effector; ut illos propter quos advenerat, à paſſione ſolveret, & à morte eriperet, ut Diaboli vincula rumperet, illiuſque ex fallacia liberaret homines: reſurrexit à mortuis tertiâ die: quadraginta diebus commoratus cum diſcipulis, aſſumtus eſt in cœlos; & ad dexteram aſſidet tibi,
Nicol. Methon. De corpore & ſanguine Chriſti. 1. Cor. 11. Matt. 26. Marc. 14. Luc. 22.
Deo ac Patri ſuo. Memores igitur eorum quæ propter nos pertulit, gratias agimus tibi, Deus omnipotens, non quantùm debemus, at quantùm poſſumus; & conſtitutionem ejus implemus. In qua enim nocte tradebatur, pane ſanctis ac immaculatis manibus ſuis accepto, & elevatis oculis ad te Deum ſuum ac Patrem, fregit, & dedit Diſcipulis, dicens; Hoc eſt myſterium novi Teſtamenti: accipite ex eo, manducate: Hoc eſt corpus meum, quod pro multis frangitur in remiſſionem peccatorum. Similiter calicem miſcuit ex vino & aqua,

ἀσιγήτῳ παντοκράτορ. σὲ προσκυνοῦσιν ἀναρίθμητοι στρατιαὶ ἀγγέλων, ἀρχαγγέλων, θρόνων, κυριοτήτων, ἀρχῶν, ἐξουσιῶν, δυνάμεων, στρατιῶν, αἰωνίων· τὰ Χερουβὶμ, καὶ τὰ ἑξαπτέρυγα Σεραφὶμ, ταῖς μὲν δυσὶ κατακαλύπτοντα τοὺς πόδας, ταῖς δὲ δυσὶ τὰς κεφαλὰς, ταῖς δὲ δυσὶ πετόμενα, καὶ λέγοντα, ἅμα χιλίαις χιλιάσιν ἀρχαγγέλων, καὶ μυρίαις μυριάσιν ἀγγέλων, ἀκαταπαύστως καὶ ἀσιγήτως βοώσαις· καὶ πᾶς ὁ λαὸς ἅμα εἰπάτω· ἅγιος, ἅγιος, ἅγιος κύριος Σαβαώθ· πλήρης ὁ οὐρανὸς καὶ ἡ γῆ τῆς δόξης αὐτοῦ· εὐλογητὸς εἰς τοὺς αἰῶνας. ἀμήν. καὶ ὁ ἀρχιερεὺς ἑξῆς λεγέτω· ἅγιος γὰρ εἶ ὡς ἀληθῶς, καὶ πανάγιος, ὕψιστος καὶ ὑπερυψούμενος εἰς τοὺς αἰῶνας. ἅγιος δὲ καὶ ὁ μονογενής σου υἱὸς ὁ κύριος ἡμῶν καὶ Θεὸς Ἰησοῦς ὁ Χριστός· ὃς εἰς πάντα ὑπηρετησάμενός σοι τῷ Θεῷ αὐτοῦ καὶ πατρὶ, εἴς τε δημιουργίαν διάφορον, καὶ πρόνοιαν κατάλληλον, οὐ περιεῖδε τὸ γένος τῶν ἀνθρώπων ἀπολλύμενον, ἀλλὰ μετὰ φυσικὸν νόμον, μετὰ νομικὴν παραίνεσιν, μετὰ προφητικοὺς ἐλέγχους, καὶ τὰς τῶν ἀγγέλων ἐπιστασίας, παραφθειρόντων καὶ τὸν θετὸν καὶ τὸν φυσικὸν νόμον, καὶ τῆς μνήμης ἐκβαλλόντων τὸν κατακλυσμὸν, τὴν ἐμπύρωσιν, τὰς κατ' Αἰγυπτίων πληγὰς, τὰς κατὰ Παλαιστινῶν σφαγὰς, καὶ μελλόντων ὅσον οὐδέπω ἀπολλυσθαι πάντων, εὐδόκησεν αὐτὸς γνώμῃ σῇ ὁ δημιουργὸς ἀνθρώπου, ἄνθρωπος γενέσθαι, ὁ νομοθέτης ὑπὸ νόμους, ὁ ἀρχιερεὺς ἱερεῖον, ὁ ποιμὴν πρόβατον, καὶ ἐξευμενίσατό σε τὸν ἑαυτοῦ Θεὸν καὶ πατέρα, καὶ τῷ κόσμῳ κατήλλαξε, καὶ τῆς ἐπικειμένης ὀργῆς τοὺς πάντας ἠλευθέρωσε, γενόμενος ἐκ παρθένου, γενόμενος ἐν σαρκὶ, ὁ Θεὸς λόγος, ὁ ἀγαπητὸς υἱὸς, ὁ πρωτότοκος πάσης κτίσεως, κατὰ τὰς περὶ αὐτοῦ ὑπ' αὐτοῦ προῤῥηθείσας προφητείας ἐκ σπέρματος Δαβὶδ, καὶ Ἀβραὰμ, φυλῆς Ἰούδα· καὶ γέγονεν ἐν μήτρᾳ παρθένου ὁ διαπλάσσων πάντας τοὺς γεννωμένους, καὶ ἐσαρκώθη ὁ ἄσαρκος, ὁ ἀχρόνως γεννηθεὶς ἐν χρόνῳ γεγέννηται· πολιτευσάμενος ὁσίως καὶ παιδεύσας ἐνθέσμως, πᾶσαν νόσον καὶ πᾶσαν μαλακίαν ἐξ ἀνθρώπων ἀπελάσας, σημεῖά τε καὶ τέρατα ἐν τῷ λαῷ ποιήσας· τροφῆς καὶ ποτοῦ καὶ ὕπνου μεταλαβὼν, ὁ τρέφων πάντας τοὺς χρῄζοντας τροφῆς, καὶ ἐμπιπλῶν πᾶν ζῶον εὐδοκίας· ἐφανέρωσέ σου τὸ ὄνομα τοῖς ἀγνοοῦσιν αὐτὸ, τὴν ἄγνοιαν ἐφυγάδευσε, τὴν εὐσέβειαν ἀνεζωπύρησε, τὸ θέλημά σου ἐπλήρωσε, τὸ ἔργον ὃ ἔδωκας αὐτῷ ἐτελείωσε· καὶ ταῦτα πάντα κατορθώσας, χερσὶν ἀνόμων κρατηθεὶς, ἱερέων καὶ ἀρχιερέων ψευδωνύμων καὶ λαοῦ παρανόμου, προδοσίᾳ τοῦ τὴν κακίαν νοσήσαντος, καὶ πολλὰ παθὼν ὑπ' αὐτῶν, καὶ πᾶσαν ἀτιμίαν ὑποστὰς σῇ συγχωρήσει, παραδοθεὶς Πιλάτῳ τῷ ἡγεμόνι, καὶ κριθεὶς ὁ κριτὴς, καὶ κατακριθεὶς ὁ σωτὴρ, σταυρῷ προσηλώθη ὁ ἀπαθὴς, καὶ ἀπέθανεν ὁ τῇ φύσει ἀθάνατος, καὶ ἐτάφη ὁ ζωοποιὸς, ἵνα πάθους λύσῃ καὶ θανάτου ἐξέληται τούτους δι' οὓς παρεγένετο, καὶ ῥήξῃ τὰ δεσμὰ τοῦ διαβόλου, καὶ ῥύσηται τοὺς ἀνθρώπους ἐκ τῆς ἀπάτης αὐτοῦ· καὶ ἀνέστη ἐκ νεκρῶν τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ· καὶ τεσσαράκοντα ἡμέρας συνδιατρίψας τοῖς μαθηταῖς, ἀνελήφθη εἰς τοὺς οὐρανοὺς, καὶ ἐκαθέσθη ἐκ δεξιῶν σου τοῦ Θεοῦ καὶ πατρὸς αὐτοῦ. μεμνημένοι οὖν ὧν δι' ἡμᾶς ὑπέμεινεν, εὐχαριστοῦμέν σοι, Θεὲ παντοκράτορ, οὐχ ὅσον ὀφείλομεν, ἀλλ' ὅσον δυνάμεθα, καὶ τὴν διάταξιν αὐτοῦ πληροῦμεν. ἐν ᾗ γὰρ νυκτὶ παρεδίδοτο, λαβὼν ἄρτον ταῖς ἁγίαις καὶ ἀμώμοις αὐτοῦ χερσὶ, καὶ ἀναβλέψας πρὸς σὲ τὸν Θεὸν αὐτοῦ καὶ πατέρα, καὶ κλάσας, ἔδωκε * τοῖς μαθηταῖς, εἰπών· τοῦτο τὸ μυστήριον τῆς καινῆς διαθήκης· λάβετε ἐξ αὐτοῦ, φάγετε· τοῦτό ἐστι τὸ σῶμά μου, τὸ περὶ πολλῶν θρυπτόμενον εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν· ὡσαύτως καὶ 71 τὸ ποτήριον κεράσας ἐξ οἴνου καὶ ὕδατος, καὶ ἁγιάσας,
* Nic. Methon. ibid.

71. Τὸ ποτήριον κεράσας ἐξ οἴνου καὶ ὕδατος.] Contra duas Hæreſes ex adverſo pugnantes; Monophyſitarum & Armeniorum ſolo vino in Myſteriis utentium, atque Aquariorum ſive Hydroparaſtatarum ſolâ aquâ. De his obſervabilis eſt varia lectio ad Leg. Novell. Theodoſii tit. 3. de Judæis, *Hydroparaſtatas*, & *Hydrophobas*: prima in Novellis;

* Nic. Methon. [illegible] δωκε, * ἐπέδωκεν * αὐτοῖς, λέγων· πίετε ἐξ αὐτοῦ πάντες· τοῦτό ἐστι τὸ αἷμά μου, τὸ περὶ πολλῶν ἐκχυνόμενον εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν. τοῦτο ποιεῖτε εἰς τὴν ἐμὴν ἀνάμνησιν. ὁσάκις γὰρ ἐὰν ἐσθίητε τὸν ἄρτον τοῦτον, καὶ πίνητε τὸ ποτήριον τοῦτο, τὸν θάνατον τὸν ἐμὸν καταγγέλλετε, ἄχρις ἂν ἔλθω. μεμνημένοι τοίνυν τοῦ πάθους αὐτοῦ, καὶ τοῦ θανάτου, καὶ τῆς ἐκ νεκρῶν ἀναστάσεως, καὶ τῆς εἰς οὐρανοὺς ἐπανόδου, καὶ τῆς μελλούσης αὐτοῦ δευτέρας παρουσίας, ἐν ᾗ ἔρχεται μετὰ δόξης καὶ δυνάμεως κρῖναι ζῶντας καὶ νεκρούς, καὶ ἀποδοῦναι ἑκάστῳ κατὰ τὰ ἔργα αὐτοῦ, προσφέρομέν σοι τῷ βασιλεῖ καὶ Θεῷ, κατὰ τὴν αὐτοῦ διάταξιν, τὸν ἄρτον τοῦτον, καὶ τὸ ποτήριον τοῦτο, εὐχαριστοῦντές σοι δι᾽ αὐτοῦ, ἐφ᾽ οἷς κατηξίωσας ἡμᾶς ἑστάναι ἐνώπιόν σου, καὶ ἱερατεύειν σοι, καὶ ἀξιοῦμέν σε, ὅπως εὐμενῶς ἐπιβλέψῃς ἐπὶ τὰ προκείμενα δῶρα ταῦτα ἐνώπιόν σου, σὺ ὁ ἀνενδεὴς Θεός, καὶ εὐδοκήσῃς ἐπ᾽ αὐτοῖς εἰς τιμὴν τοῦ Χριστοῦ σου, καὶ καταπέμψῃς τὸ ἅγιόν σου πνεῦμα ἐπὶ τὴν θυσίαν ταύτην, τὸν μάρτυρα τῶν παθημάτων τοῦ κυρίου Ἰησοῦ, ὅπως ἀποφήνῃ τὸν ἄρτον τοῦτον σῶμα τοῦ Χριστοῦ σου, καὶ τὸ ποτήριον τοῦτο αἷμα τοῦ Χριστοῦ σου *, ἵνα οἱ μεταλαβόντες αὐτοῦ, βεβαιωθῶσι πρὸς εὐσέβειαν, ἀφέσεως ἁμαρτημάτων τύχωσι, τοῦ διαβόλου καὶ τῆς πλάνης αὐτοῦ ῥυσθῶσι, πνεύματος ἁγίου πληρωθῶσιν, ἄξιοι τοῦ Χριστοῦ σου γένωνται, ζωῆς αἰωνίου τύχωσι, σοῦ καταλλαγέντος αὐτοῖς, δέσποτα παντοκράτορ. ἔτι δεόμεθά σου, κύριε, καὶ ὑπὲρ τῆς ἁγίας σου ἐκκλησίας τῆς ἀπὸ περάτων ἕως περάτων, ἣν περιεποιήσω τῷ τιμίῳ αἵματι τοῦ Χριστοῦ σου, ὅπως αὐτὴν διαφυλάξῃς ἀσάλευτον καὶ ἀκλυδώνιστον, ἄχρι τῆς συντελείας τοῦ αἰῶνος· καὶ ὑπὲρ πάσης ἐπισκοπῆς τῆς ὀρθοτομούσης τὸν λόγον τῆς ἀληθείας. ἔτι παρακαλοῦμέν σε καὶ ὑπὲρ τῆς ἐμῆς τοῦ προσφέροντός σοι οὐδενίας, καὶ ὑπὲρ παντὸς τοῦ πρεσβυτερίου, ὑπὲρ τῶν διακόνων καὶ παντὸς τοῦ κλήρου, ἵνα πάντας σοφίσας, πνεύματος ἁγίου πληρώσῃς. ἔτι παρακαλοῦμέν σε, κύριε, ὑπὲρ τοῦ βασιλέως, καὶ τῶν ἐν ὑπεροχῇ καὶ παντὸς τοῦ στρατοπέδου, ἵνα εἰρηνεύωνται τὰ πρὸς ἡμᾶς, ὅπως ἐν ἡσυχίᾳ καὶ ὁμονοίᾳ διάγοντες τὸν πάντα χρόνον τῆς ζωῆς ἡμῶν, δοξάζωμέν σε διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ τῆς ἐλπίδος ἡμῶν. ἔτι προσφέρομέν σοι καὶ ὑπὲρ πάντων τῶν ἀπ᾽ αἰῶνος εὐαρεστησάντων σοι ἁγίων, πατριαρχῶν, προφητῶν, δικαίων, ἀποστόλων, μαρτύρων, ὁμολογητῶν, ἐπισκόπων, πρεσβυτέρων, διακόνων, ὑποδιακόνων, ἀναγνωστῶν, ψαλτῶν, παρθένων, χηρῶν, λαϊκῶν, καὶ πάντων ὧν αὐτὸς ἐπίστασαι τὰ ὀνόματα. ἔτι προσφέρομέν σοι ὑπὲρ τοῦ λαοῦ τούτου, ἵνα ἀναδείξῃς αὐτὸν εἰς ἔπαινον τοῦ Χριστοῦ σου βασίλειον ἱεράτευμα, ἔθνος ἅγιον· ὑπὲρ τῶν ἐν παρθενίᾳ καὶ ἁγνείᾳ, ὑπὲρ τῶν χηρῶν τῆς ἐκκλησίας, ὑπὲρ τῶν ἐν σεμνοῖς γάμοις καὶ τεκνογονίαις, ὑπὲρ τῶν νηπίων τοῦ λαοῦ σου, ὅπως μηδένα ἡμῶν ἀπόβλητον ποιήσῃς. ἔτι ἀξιοῦμέν σε καὶ ὑπὲρ τῆς πόλεως ταύτης καὶ τῶν ἐνοικούντων, ὑπὲρ τῶν ἐν ἀρρωστίαις, ὑπὲρ τῶν ἐν πικρᾷ δουλείᾳ, ὑπὲρ τῶν ἐν ἐξορίαις, ὑπὲρ τῶν ἐν δημεύσει, ὑπὲρ πλεόντων καὶ ὁδοιπορούντων· ὅπως ἐπίκουρος γένῃ πάντων βοηθὸς καὶ ἀντιλήπτωρ. ἔτι παρακαλοῦμέν σε καὶ ὑπὲρ τῶν μισούντων ἡμᾶς καὶ διωκόντων ἡμᾶς διὰ τὸ ὄνομά σου, ὑπὲρ τῶν ἔξω ὄντων καὶ πεπλανημένων ὅπως ἐπιστρέψῃς αὐτοὺς εἰς ἀγαθόν, καὶ τὸν θυμὸν αὐτῶν πραΰνῃς. ἔτι παρακαλοῦμέν σε καὶ ὑπὲρ τῶν κατηχουμένων τῆς ἐκκλησίας, καὶ ὑπὲρ τῶν [74] χειμαζομένων ὑπὸ τοῦ ἀλλοτρίου, καὶ ὑπὲρ τῶν ἐν μετανοίᾳ ἀδελφῶν ἡμῶν· ὅπως τοὺς μὲν τελειώσῃς ἐν τῇ πί-

* Hactenus Nicolaus Methonenſis.

ſanctificavit, ac dedit iiſdem, dicens; Bibite ex eo omnes: Hic eſt ſanguis meus, qui pro multis effunditur in remiſſionem peccatorum. Hoc facite in meam commemorationem. Quotieſcumque enim manducabitis panem hunc, & bibetis hunc calicem, mortem meam annunciabitis, donec veniam. Itaque memores paſſionis ejus, & mortis, & à mortuis reſurrectionis, atque in cœlum reditûs; necnon ſecundi adventûs, quem idem facturus eſt, in quo cum gloria & poteſtate veniet judicare vivos & mortuos, & reddere ſingulis juxta opera eorum; tibi regi ac Deo panem hunc, & calicem hunc offerimus, ſecundùm conſtitutionem ejus, gratias tibi per eum agentes, quia nos dignos habuiſti, qui ſtaremus coram te, ac ſacerdotio fungeremur tibi; & poſcimus te, ut ſuper hæc dona in conſpectu tuo propoſita placatè reſpicias, tu qui nullius indiges Deus, & beneplaceas in eis ad honorem Chriſti tui, atque ſupra hoc ſacrificium mittas ſanctum tuum Spiritum, teſtem paſſionum Domini Jeſu; ut exhibeat panem hunc corpus Chriſti tui, & calicem hunc ſanguinem Chriſti tui, quò participes illius, ad pietatem confirmentur, remiſſionem peccatorum conſequantur, Diabolo ejuſque errore liberentur, Spiritu ſancto repleantur; digni Chriſto tuo fiant, vitam ſempiternam impetrent, te illis reconciliato, Domine omnipotens. Adhuc oramus te Domine, pro ſancta Eccleſia tuâ quæ à finibus ad fines extenditur, quam acquiſiſti precioſo ſanguine Chriſti tui; ut eam inconcuſſam ac minimè fluctuantem conſerves uſque in ſæculi conſummationem: item pro univerſo Epiſcopatu, rectè verbum veritatis tractante ac diſtribuente. Adhuc rogamus te pro me nullius precii homine, qui tibi offero; & pro omni Presbyterio, pro Diaconis, ac univerſo Clero; ut omnes ſapientiam à te edoctos, Spiritu ſancto impleas. Adhuc rogamus te, Domine, pro rege, & iis qui in ſublimitate ſunt, & pro cuncto exercitu; ut res noſtræ in pace verſentur; quò totum vitæ noſtræ tempus in quiete & concordiâ trajicientes, te per Jeſum Chriſtum ſpem noſtram gloriâ afficiamus. Adhuc offerimus tibi pro omnibus ſanctis, qui à ſæculo placuerunt tibi, Patriarchis, Prophetis, juſtis, Apoſtolis, Martyribus, Confeſſoribus, Epiſcopis, Presbyteris, Diaconis, Subdiaconis, Lectoribus, Cantoribus, virginibus, viduis, Laicis, & omnibus quorum tu nôſti nomina. Adhuc offerimus tibi pro populo hoc; ut eum in laudem Chriſti tui exhibeas regale ſacerdotium, gentem ſanctam: pro iis qui in virginitate & caſtitate vivunt; pro viduis Eccleſiæ; pro iis qui in nuptiis honeſtis, ac in progeneratione liberorum degunt; pro infantibus plebis tuæ; uti noſtrûm neminem rejiciendum habeas. Adhuc poſcimus te pro urbe hac, & habitantibus in ea; pro ægrotis, pro durâ ſervitute afflictis; pro exſulibus; pro proſcriptis; pro navigantibus, & iter facientibus; ut ſis auxiliator, omnium adjutor ac defenſor. Adhuc rogamus te pro iis qui oderunt nos, & propter nomen tuum nos perſequuntur; pro iis qui foris ſunt, ac errant: ut adducas eos ad bonum, & furorem eorum mitiges. Iterum rogamus te pro Eccleſiæ Catechumenis; & pro iis qui ab Adverſario jactantur; & pro pœnitentiam agentibus fratribus noſtris: ut primos quidem perficias in fide; alteros

Ignat. interpol. ad Magneſ. 11. Marc. 13. 26. 2. Tim. 4. 1. Rom. 2. 6.

1. Tim. 2. 2.

1. Tim. 1. 1.

1. Pet. 2. 9.

ſis; altera citante Rabano vel alio cap. 47. lib. contra Judæos: quæ explicari poteſt per Epiphanium ubi de Ebionæis: docet enim eos Hæreticos aquam pro Deo habuiſſe, illamque meram in ſanctum calicem immiſiſſe. Erunt itaque Hydrophobæ vel Hydrophobi, qui aquam reverentur. Hydrothetas habes apud Anonymum de Hæreſibus ſcriptorem à Sirmondo in lucem emiſſum, Hæreſi 75. COT.

74. Χειμαζομένων ὑπὸ τοῦ ἀλλοτρίου.] Qui cap. 35. & 37. χειμαζόμενοι ſimpliciter dicuntur, ut Canone Ancyrano 17. & à Maximo ad caput 6. Eccleſiaſticæ Hierarchiæ. Χειμαζόμενοι ὑπὸ πνευμάτων ἀκαθάρτων, aut ὑπὸ πνεύματος ἀκαθάρτου, in Euchologiis. Sic eoſdem Energumenos invenies appellatos ἐνοχλουμένους & ὑπὸ πνευμάτων ἀκαθάρτων ἐνοχλουμένους. Ibid.

ros verò mundes à vexatione Mali; tertiorum autem pœnitentiam ſuſcipias, condonéſque cùm iis, tum nobis quæ deliquimus. Offerimus quoque tibi pro aëris temperatura, & frugum ubertate; ut indeſinenter bona à te collata percipientes, aſſiduè Pſ. 135. 25. laudemus te, qui das eſcam omni carni. Etiam rogamus te pro iis qui ob cauſſam probabilem abſentes ſunt: ut omnes nos in pietate conſervatos à te, in Chriſti tui, Dei univerſæ naturæ ſub ſenſum & intelligentiam cadentis, regiſque noſtri regno congreges, immutabiles, inculpatos, irreprehenſos: quoniam tibi omnis gloria, veneratio, gratiarum actio, honor, adoratio, Patri, & Filio, & Spiritui ſancto, nunc, & ſemper, & in infinita ac ſempiterna ſæcula ſæculorum. Atque omnis populus, Amen reſpondeat. Et dicat Epiſcopus; Pax Dei ſit cum omnibus vobis. Cunctúſque populus reſpondeat; Et cum Spiritu tuo. Ac Diaconus iterum prædicet:

σῃ, τοὺς δὲ καθαρίσῃς ἀπὸ τῆς ἐπηρείας τοῦ πονηροῦ, τῶν δὲ τὴν μετάνοιαν προσδέξῃ, καὶ συγχωρήσῃς καὶ αὐτοῖς καὶ ἡμῖν τὰ πλημμελήματα ἡμῶν. Ἔτι προσφέρομέν σοι καὶ ὑπὲρ τῆς εὐκρασίας τοῦ ἀέρος καὶ τῆς εὐφορίας τῶν καρπῶν· ὅπως ἀνελλιπῶς μεταλαμβάνοντες τῶν παρὰ σοῦ ἀγαθῶν, αἰνῶμέν σε ἀπαύστως, τὸν διδόντα τροφὴν πάσῃ σαρκί. Ἔτι παρακαλοῦμέν σε καὶ ὑπὲρ τῶν δι' εὔλογον αἰτίαν ἀπόντων· ὅπως ἅπαντας ἡμᾶς διατηρήσας ἐν τῇ εὐσεβείᾳ, ἐπισυναγάγῃς ἐν τῇ βασιλείᾳ τοῦ Χριστοῦ σου, τοῦ Θεοῦ πάσης αἰσθητῆς καὶ νοητῆς φύσεως, τοῦ βασιλέως ἡμῶν, ἀτρέπτους, ἀμέμπτους, ἀνεγκλήτους· ὅτι σοὶ πᾶσα δόξα, σέβας καὶ εὐχαριστία, τιμὴ καὶ προσκύνησις, τῷ πατρὶ, καὶ τῷ υἱῷ, καὶ τῷ ἁγίῳ πνεύματι, καὶ νῦν, καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς ἀνελλιπεῖς καὶ ἀτελευτήτους αἰῶνας τῶν αἰώνων. Καὶ πᾶς ὁ λαὸς λεγέτω· ἀμήν. Καὶ ὁ ἐπίσκοπος εἰπάτω· ἡ εἰρήνη τοῦ Θεοῦ εἴη μετὰ πάντων ὑμῶν. Καὶ πᾶς ὁ λαὸς λεγέτω· καὶ μετὰ τοῦ πνεύματός σου. Καὶ ὁ διάκονος κηρυττέτω πάλιν.

CAPUT XIII.

Oratio pro fidelibus poſt divinam oblationem.

ADhuc atque adhuc oremus Deum per Chriſtum ejus, pro munere, quod Domino Deo oblatum eſt; ut Deus, qui bonus eſt, illud, mediante Chriſto ſuo, recipiat in cœleſte ſuum altare, ad odorem ſuavitatis. Pro Eccleſia hac, & populo oremus; pro univerſo Epiſcopatu, omni Presbyterio, cuncto Chriſti Diaconio ac Miniſterio, omni Eccleſiæ cœtu oremus; ut Dominus univer-1. Tim. 2. 2. ſos conſervet atque cuſtodiat. Pro regibus, & in ſublimi poteſtate conſtitutis oremus; ut res noſtræ pacificæ ſint; quò vitam quietam & tranquillam nacti, in omni pietate ac morum caſtitate degamus. Sanctorum Martyrum memores ſimus; ut digni habeamur participes fieri eorum certaminis. Pro iis qui in fide requieverunt oremus. Pro cœli temperatura, & frugum maturitate, oremus. Pro recenter Baptiſmo illuminatis oremus; ut confirmentur in fide. Omnes, alii ab aliis incitentur. Suſcita nos Deus in gratia tua. Suſcitati, nos ipſos Deo per Chriſtum ejus commendemus. Et Jer. 32. 19. Epiſcopus dicat; Deus, qui magnus & magni nominis es, magnus conſilio, & potens operibus; Deus & Pater ſancti Filii tui Jeſu Salvatoris noſtri; reſpice ſuper nos ac ſuper gregem tuum hunc, quem per eum delegiſti ad nominis tui gloriam; & ſanctificans corpus noſtrum & animam noſtram, 2. Cor. 7. 1. concede, ut effecti puri ab omni inquinamento carnis ac ſpiritûs, propoſita bona conſequamur; neminémque noſtrûm, indignum judices, verùm ſis noſter adjutor, opitulator, propugnator, per Chriſtum tuum; cum quo tibi gloria, honor, laus, glorificatio, gratiarum actio, & ſancto Spiritui, in ſæcula. Amen. Et poſtquàm omnes dixerint, Amen; Diaconus dicat; Attendamus. Ac Epiſcopus ita ad populum proloquatur; Sancta ſanctis. Populúſque reſpondeat; Unus ſanctus, unus Dominus, unus Jeſus Chriſtus, in gloriam Dei Luc. 2. 14. Patris, benedictus in ſæcula. Amen. *Gloria in altiſſimis Deo, & in terra pax, in hominibus bona vo-* Mat. 21. 9. *luntas. Hoſanna filio Davidis: benedictus qui venit in nomine Domini* Deus Dominus; & apparuit nobis: *Hoſanna in altiſſimis.* Poſt hoc ſumat & com-

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ιγ'.

Προσφώνησις ἐπὶ τῶν πιστῶν μετὰ τὴν θείαν ἀναφοράν.

Ἔτι καὶ ἔτι δεηθῶμεν τοῦ Θεοῦ διὰ τοῦ Χριστοῦ αὐτοῦ, ὑπὲρ τοῦ δώρου τοῦ προσκομισθέντος κυρίῳ τῷ Θεῷ, ὅπως ὁ ἀγαθὸς Θεὸς προσδέξηται αὐτὸ διὰ τῆς μεσιτείας τοῦ Χριστοῦ αὐτοῦ εἰς τὸ ἐπουράνιον αὐτοῦ θυσιαστήριον, εἰς ὀσμὴν εὐωδίας. Ὑπὲρ τῆς ἐκκλησίας ταύτης καὶ τοῦ λαοῦ δεηθῶμεν, ὑπὲρ πάσης ἐπισκοπῆς, παντὸς πρεσβυτερίου, πάσης τῆς ἐν Χριστῷ διακονίας καὶ ὑπηρεσίας, παντὸς τοῦ πληρώματος τῆς ἐκκλησίας δεηθῶμεν· ὅπως ὁ κύριος πάντας διατηρήσῃ καὶ διαφυλάξῃ. Ὑπὲρ βασιλέων καὶ τῶν ἐν ὑπεροχῇ δεηθῶμεν· ἵνα εἰρηνεύωνται τὰ πρὸς ἡμᾶς, ὅπως ἤρεμον καὶ ἡσύχιον βίον ἔχοντες, διάγωμεν ἐν πάσῃ εὐσεβείᾳ καὶ σεμνότητι. Τῶν ἁγίων μαρτύρων μνημονεύσωμεν· ὅπως κοινωνοὶ γενέσθαι τῆς ἀθλήσεως αὐτῶν καταξιωθῶμεν. Ὑπὲρ τῶν ἐν πίστει ἀναπαυσαμένων δεηθῶμεν. Ὑπὲρ τῆς εὐκρασίας τῶν ἀέρων καὶ τελεσφορίας τῶν καρπῶν δεηθῶμεν. Ὑπὲρ τῶν νεοφωτίστων δεηθῶμεν· ὅπως βεβαιωθῶσιν ἐν τῇ πίστει. Πάντες ὑπὲρ ἀλλήλων παρακαλέσωμεν. Ἀνάστησον ἡμᾶς ὁ Θεὸς ἐν τῇ χάριτί σου· ἀναστάντες ἑαυτοὺς τῷ Θεῷ διὰ τοῦ Χριστοῦ αὐτοῦ παραθώμεθα. Καὶ ὁ ἐπίσκοπος λεγέτω· ὁ Θεὸς ὁ μέγας καὶ μεγαλώνυμος, ὁ μέγας τῇ βουλῇ, καὶ κραταιὸς τοῖς ἔργοις, ὁ Θεὸς καὶ πατὴρ τοῦ ἁγίου παιδός σου Ἰησοῦ τοῦ σωτῆρος ἡμῶν, ἐπίβλεψον ἐφ' ἡμᾶς καὶ ἐπὶ τὸ ποίμνιόν σου τοῦτο, ὃ διὰ αὐτοῦ ἐξελέξω εἰς δόξαν τοῦ ὀνόματός σου, καὶ ἁγιάσας ἡμῶν τὸ σῶμα καὶ τὴν ψυχὴν καταξίωσον καθαροὺς γενομένους ἀπὸ παντὸς μολυσμοῦ σαρκὸς καὶ πνεύματος, τυχεῖν τῶν προκειμένων ἀγαθῶν, καὶ μηδένα ἡμῶν ἀνάξιον κρίνῃς, ἀλλὰ βοηθὸς ἡμῶν γενοῦ, ἀντιλήπτωρ, ὑπερασπιστής, διὰ τοῦ Χριστοῦ σου· μεθ' οὗ σοὶ δόξα, τιμή, αἶνος, δοξολογία, εὐχαριστία, καὶ τῷ ἁγίῳ πνεύματι, εἰς τοὺς αἰῶνας. ἀμήν. Καὶ μετὰ τὸ πάντας εἰπεῖν, ἀμήν· ὁ διάκονος λεγέτω· πρόσχωμεν. Καὶ ὁ ἐπίσκοπος προσφωνησάτω τῷ λαῷ οὕτω· τὰ ἅγια τοῖς ἁγίοις. Καὶ ὁ λαὸς [75] ὑπακουέτω· εἷς ἅγιος, εἷς κύριος, εἷς Ἰησοῦς Χριστὸς, εἰς δόξαν Θεοῦ πατρὸς, εὐλογητὸς εἰς τοὺς αἰῶνας. ἀμήν. Δόξα ἐν ὑψίστοις Θεῷ, καὶ ἐπὶ γῆς εἰρήνη, ἐν ἀνθρώποις εὐδοκία. Ὡσαννὰ τῷ υἱῷ Δαβίδ· εὐλογημένος ὁ ἐρχόμενος ἐν ὀνόματι κυρίου Θεὸς κύριος, καὶ ἐπεφάνη ἡμῖν· Ὡσαννὰ ἐν τοῖς ὑψίστοις. Καὶ

μετὰ

75. Ὑπακουέτω.] Dixi nonnihil ſuprà. Nunc adjicio emendationem in S. Athanaſio, Apologiâ ad Conſtantium Imperat. p. 683. οὐ πρέπον δὲ ἦν ὅπου ἐπακούσῃ τὸ λαὸς τὸ Ἀμήν. *Ubi conveniens erat & ſanctum, ut populus reſponderet Amen.* non ἐπακούσῃ, *at audiret.* Patet ex eo quod ſequitur eadem pag. εἰ τοσούτου λαοῦ συνελθόντος μία γένοιτο φωνὴ, λεγόντων τῷ Θεῷ τὸ Ἀμήν. *Ubi ex tot tantiſque populis in unum congregatis, una vox oriatur, dicentium Deo Amen.* COT.

76. Oi

μετὰ τοῦτο μεταλαμβανέτω ὁ ἐπίσκοπος, ἔπειτα οἱ πρεσβύτεροι, καὶ οἱ διάκονοι, καὶ ὑποδιάκονοι, καὶ οἱ ἀναγνῶσται, καὶ οἱ ψάλται, καὶ οἱ [76] ἀσκηταὶ, καὶ ἐν ταῖς γυναιξὶν αἱ διακόνισσαι, καὶ αἱ παρθένοι, καὶ αἱ χῆραι, εἶτα τὰ παιδία, καὶ τότε πᾶς ὁ λαὸς κατὰ τάξιν μετὰ αἰδοῦς καὶ εὐλαβείας ἄνευ θορύβου. [77] καὶ ὁ μὲν ἐπίσκοπος διδότω τὴν προσφορὰν, [78] λέγων· σῶμα Χριστοῦ· καὶ ὁ δεχόμενος λεγέτω· ἀμήν. ὁ δὲ διάκονος κατεχέτω τὸ ποτήριον, καὶ ἐπιδιδοὺς λεγέτω· αἷμα Χριστοῦ, ποτήριον ζωῆς· καὶ ὁ πίνων λεγέτω· ἀμήν. [79] ψαλμὸς δὲ λεγέσθω τριακοστὸς τρίτος, ἐν τῷ μεταλαμβάνειν πάντας τοὺς λοιπούς. καὶ ὅταν πάντες μεταλάβωσι καὶ πᾶσαι, λαβόντες οἱ διάκονοι τὰ περισσεύσαντα, εἰσφερέτωσαν εἰς τὰ παστοφόρια. καὶ ὁ διάκονος λεγέτω, παυσαμένου τοῦ ψάλλοντος.

municet Epiſcopos; deinde Presbyteri, Diaconi, Subdiaconi, Lectores, Cantores, & Aſcetæ; & in feminis Diaconiſſæ, virgines, & viduæ; poſtea pueri; tuncque omnis populus ordine, cum pudore & reverentia, abſque ſtrepitu. Ac Epiſcopus quidem tribuat Oblatam, dicens; Corpus Chriſti; & qui recipit, reſpondeat, Amen: Diaconus verò teneat calicem, ac tradendo dicat; Sanguis Chriſti, calix vitæ; & qui bibit, Amen reſpondeat. Pſalmus autem trigeſimus tertius dicatur, dum reliqui omnes communicant. Cùmque univerſi & univerſæ communicaverint, accipientes Diaconi quæ ſuperſunt, inferant in Paſtophoria. Et Diaconus, quando qui pſallit fecerit finem, pronunciet.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ιδʹ.

Προσφώνησις μετὰ τὴν μετάληψιν.

Μεταλαβόντες τοῦ τιμίου σώματος, καὶ τοῦ τιμίου αἵματος τοῦ Χριστοῦ, εὐχαριστήσωμεν τῷ καταξιώσαντι ἡμᾶς μεταλαβεῖν τῶν ἁγίων αὐτοῦ μυστηρίων, καὶ παρακαλέσωμεν, μὴ εἰς κρίμα, ἀλλ' εἰς σωτηρίαν ἡμῖν γενέσθαι, εἰς ὠφέλειαν ψυχῆς καὶ σώματος, εἰς φυλακὴν εὐσεβείας, εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν, εἰς ζωὴν τοῦ μέλλοντος αἰῶνος. ἐγειρώμεθα. ἐν χάριτι Χριστοῦ ἑαυτοὺς τῷ Θεῷ, τῷ μόνῳ ἀγεννήτῳ Θεῷ, καὶ τῷ Χριστῷ αὐτοῦ παραθώμεθα. καὶ ὁ ἐπίσκοπος εὐχαριστείτω.

CAPUT XIV.

Oratio poſt communionem.

Percepto precioſo corpore, & precioſo ſanguine Chriſti, agamus gratias ei, qui dignos effecit nos, ut participes eſſemus ſanctorum ejus Myſteriorum; rogemuſque id nobis non in judicium ac damnationem fieri, ſed in ſalutem, in utilitatem animæ & corporis, in cuſtodiam pietatis, in remiſſionem peccatorum, in vitam futuri ſæculi. Surgamus. In gratia Chriſti, nos ipſos Deo, ſoli ingenito Deo, & Chriſto ejus commendemus. Atque Epiſcopus gratiarum actionem proferat: 1.Cor.11.29.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ιεʹ.

Ἐπίκλησις μετὰ τὴν μετάληψιν.

Δέσποτα ὁ Θεὸς ὁ παντοκράτωρ, ὁ πατὴρ τοῦ Χριστοῦ σου τοῦ εὐλογητοῦ παιδὸς, ὁ τῶν μετ' εὐθύτητος ἐπικαλουμένων σε ἐπήκοος, ὁ καὶ τῶν σιωπώντων ἐπιστάμενος τὰς ἐντεύξεις· εὐχαριστοῦμέν σοι, ὅτι κατηξίωσας ἡμᾶς μεταλαβεῖν τῶν ἁγίων σου μυστηρίων, ὧν παρέσχου ἡμῖν, εἰς πληροφορίαν τῶν καλῶς ἐγνωσμένων, εἰς φυλακὴν τῆς εὐσεβείας, εἰς ἄφεσιν πλημμελημάτων· ὅτι τὸ ὄνομα τοῦ Χριστοῦ σου ἐπικέκληται ἐφ' ἡμᾶς, καὶ σοὶ προσῳκειώμεθα. ὁ χωρίσας ἡμᾶς τῆς τῶν ἀσεβῶν κοινωνίας, ἕνωσον ἡμᾶς μετὰ τῶν καθιερωμένων σοι, στήριξον ἡμᾶς ἐν τῇ ἀληθείᾳ τῇ τοῦ ἁγίου πνεύματος ἐπιφοιτήσει, τὰ ἀγνοού-

CAPUT XV.

Invocatio poſt communionem.

Domine Deus omnipotens, Pater Chriſti tui, benedicti Filii; exauditor eorum qui rectè invocant te, cognitor precum etiam eorum qui tacent; gratias agimus tibi, quòd nos dignos cenſuiſti qui participaremus ſancta tua Myſteria, quæ præbuiſti nobis ad plenam eorum quæ bene cognovimus perſuaſionem, ad cuſtodiam pietatis, ad remiſſionem delictorum; quoniam nomen Chriſti tui invocatum eſt ſuper nos, & tibi adjuncti ſumus. Qui ſegregâſti nos ab impiorum communione, aduna cum iis qui tibi ſunt conſecrati, firma nos in veritate per ſancti Spiritûs adventum, quæ

76. Οἱ ἀσκηταὶ.] Non Monachi Aſcetæ, ſed Laici, in ſeverioribus pietatis officiis ſeſe exercentes: quales ſemper inter Chriſtianos eluxiſſe dubitari non debet; ut & Eccleſiaſticas Virgines nequaquam Moniales Aſcetrias. Nam Opus, quod Notis imus illuſtratum, ante exortum vitæ Monaſticæ conſcriptum fuit: unde in eo nulla illius mentio, multa habenda ſi per tempus licuiſſet. Vocabulorum autem ἀσκήσεως & ἀσκητῶν in poſteriori vita abſque Monachatu tamen exempla ſunt obvia. Ut, πᾶσιν γνωστῶν ἀσκήσεως ἀγωνισμάτων. apud Clementem Alexandrinum Strom. 4. Τῶν καθ' ἡμᾶς ἀσκητῶν. in Origene tom. 5. contra Celſum p. 272. Conſulenda ejuſdem Homilia 19. in Jeremiam, ultimæ Editionis p. 193. E. Sic Hieroſolymitano Cyrillo Catecheſi 10. Anna propheteſſa filia Phanuelis eſt ἀσκήτρια. Parique modo populus Alexandrinus, referente Alexandrinâ Synodo, Athanaſium in Epiſcopum flagitans, appellabat ἕνα τῶν ἀσκητῶν. Et in Synopſeos Athanaſianæ fine, Lucianus Martyr vocatur magnus Aſceta. Hæc plus ſatis. COT.

77. Καὶ ὁ μὲν ἐπίσκοπος.] Dant Corpus Chriſti, Euchariſticum panem, jure ordinario Sacerdotes ſive primi ſive ſecundi ordinis, hoc eſt, Epiſcopi aut Presbyteri. Poſt mille Scriptores Incertus à R. P. Franciſco Combefiſio editus de captivitate Perſica p. 346. ἱερεῖς, οἱ τῶν Σεραφὶμ μείζονα ἀξίωμα κεκτημένοι. ἐκεῖνος οὐκ ἐτόλμησεν τῇ χειρὶ τὸν ἄνθρακα ἅψασθαι, ἀλλ' ἐν τῇ λαβίδι τοῦτο συνέψησεν· σὺ δὲ ταῖς χερσί σου ταῖς πηλίναις τὰ τῶν Σεραφὶμ ἄψαυστα (hoc malim quàm ἄψαυστα) διαδίδως μυστήρια. *Sacerdotes, qui præ Seraphim majorem dignitatem conſecuti eſtis. Ille non auſus eſt carbonem manu contingere, ſed eum forcipe ſtrinxit: tu vero luteis tuis manibus, intacta Seraphinis Myſteria diſtribuis.* Simili jure, debant quoque Diaconi tempore Juſtini Martyris: cujus extat inſigne teſtimonium Apologiâ 2. ſed poſtea id poteſtatis reſtrictum fuit canone 15. Concilii Arelatenſis 2. canone 38. Carthaginenſis 4. Gelaſii Decreto &c. Lege S. Baſilii Epiſtolam 289. Hugo à S. Victore de ſacramentis cap. 38. *Horum Diaconorum officium eſt, corpus & ſanguinem Domini diſtribuere; licèt non ubique hoc obſervetur.* Præterea uſum & abuſum Laicorum, repreſſumque quarumdam feminarum inſolentiam: quæ ab aliis fusè explicata ſunt. Ibid. Iſ. 6. 6.

78. Ἀμὴν.] Simplici formulæ ſequens ætas variè addidit, tam apud Græcos, quàm apud Latinos. Inſignem inter alia locum S. Auguſtini Sermone ad infantes de Sacramento, invenies quoque in Hincmari Opuſculo 2. cap. 12. p. 97. & in Bertramo paullò ante finem. Ibid.

79. Ψαλμὸς δὲ λεγέσθω τριακοστὸς τρίτος.] Cyrillus Catecheſi Myſtagogicâ ult. μετὰ ταῦτα ἀκούετε τοῦ ψάλλοντος μετὰ μέλους θείου προτρεπομένου ὑμᾶς εἰς τὴν κοινωνίαν τῶν ἁγίων μυστηρίων, καὶ λέγοντος· Γεύσασθε καὶ ἴδετε, ὅτι χρηστὸς ὁ κύριος. In Miſſa Appendicis ad librum Sacramentorum S. Gregorii p. 267. canitur tunc temporis Pſalmus 138. *Domine probâſti me.* In Marci autem Liturgia Pſalmus 41. Καὶ μεταλαμβάνει ὁ ἱερεὺς. ἀρχ. τοῦ ψαλμοῦ φιλανθρωπίας ἀληθ. [Ὃν τρόπον ἐπιποθεῖ ἡ ἔλαφος ἐπὶ τὰς πηγὰς. Legunt ἄχραντα, vertuntque, *Hinc participat* Pſ. 33. 9.

 Sa-

quæ ignoramus revela, quæ deficiunt ſupple, quæ novimus corrobora. Sacerdotes inculpatos conſerva in cultu tuo: reges tuere in pace; magiſtratus in juſtitia; aërem in temperie; fruges in ubertate; mundum in omnipotente providentia. Gentes bellicoſas ſeda: errantes converte: populum tuum ſanctifica: virgines conſerva: conjuges cuſtodi in fide: caſtos robora: infantes ad maturam ætatem perduc: nuper initiatos firma: Catechumenos erudi, ac dignos initiatione redde: noſque omnes congrega in regnum cœlorum, in Chriſto Jeſu Domino noſtro; cum quo tibi gloria, honor, ac veneratio, & ſancto Spiritui, in ſæcula. Amen. Et Diaconus dicat; Deo per Chriſtum ejus inclinate, & accipite benedictionem. Tum Epiſcopus precetur, his verbis; Deus omnipotens; verax, & incomparabilis; qui ubique exſiſtis, ac omnibus præſens es, & in nullo inſtar eorum quæ inſunt contineris; qui locis non circumſcriberis, temporibus non vetuſteſcis, ſæculis non terminaris, verbis non ſeduceris; qui ortui non es ſubjectus, & cuſtodiâ non indiges, & ſupra extraque interitum es, ac converſionem recipere nequis, atque naturâ
1. Tim. 6. 16. es immutabilis; qui lucem habitas inacceſſam, & naturâ inviſibilis es; qui omnibus naturis rationalibus te benevolè requirentibus notus es, & deprehenderis ab iis qui in benevolentia veſtigant te: Deus Iſraëlis, verè videntis, iis Chriſtum credentis populi tui: propitius factus, exaudi me propter nomen tuum; ac benedic iis qui tibi inclinârunt cervices ſuas; atque da eis cordis eorum petitiones, quæ utiles ſunt, & neminem eorum abjici facias à regno tuo; verùm ſanctifica illos, cuſtodi, protege, adjuva, libera ad Adverſario, ab
Pſ. 120. 8. omni inimico; domos eorum ſerva; eorum introitus & exitus tuere: quoniam tibi gloria, laus, majeſtas, cultus, adoratio; & Filio tuo Jeſu, Chriſto tuo, noſtro Domino, Deo, ac regi; & ſancto Spiritui; nunc, & ſemper, & in ſæcula ſæculorum. Amen. Et Diaconus dicat; Ite in pace. Hæc de Myſtico cultu nos Apoſtoli conſtituimus vobis Epiſcopis, Presbyteris, & Diaconis.

μένα ἀποκάλυψον, τὰ λείποντα προσαναπλήρωσον, τὰ ἐγνωσμένα κράτυνον. τοὺς ἱερέας ἀμώμους διαφύλαξον ἐν τῇ λατρείᾳ σου· τοὺς βασιλεῖς διατήρησον ἐν εἰρήνῃ, τοὺς ἄρχοντας ἐν δικαιοσύνῃ, τοὺς ἀέρας ἐν εὐκρασίᾳ, τοὺς καρποὺς ἐν εὐφορίᾳ, τὸν κόσμον ἐν παντοκρατορικῇ προνοίᾳ. τὰ ἔθνη τὰ πολεμικὰ πράϋνον· τὰ πεπλανημένα ἐπίστρεψον· τὸν λαόν σου ἁγίασον. τοὺς ἐν παρθενίᾳ διατήρησον· τοὺς ἐν γάμῳ διαφύλαξον ἐν πίστει· τοὺς ἐν ἁγνείᾳ ἐνδυνάμωσον· τὰ νήπια ἅδρυνον· τοὺς νεοτελεῖς βεβαίωσον· τοὺς ἐν κατηχήσει παίδευσον, καὶ τῆς μυήσεως ἀξίους ἀνάδειξον· καὶ πάντας ἡμᾶς ἐπισυνάγαγε εἰς τὴν τῶν οὐρανῶν βασιλείαν, ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν· μεθ' οὗ σοι δόξα, τιμὴ καὶ σέβας, καὶ τῷ ἁγίῳ πνεύματι, εἰς τοὺς αἰῶνας. ἀμήν. καὶ ὁ διάκονος λεγέτω· τῷ Θεῷ διὰ τοῦ Χριστοῦ αὐτοῦ κλίνατε, καὶ εὐλογεῖσθε. καὶ ὁ ἐπίσκοπος ἐπευχέσθω, λέγων· ὁ Θεὸς ὁ παντοκράτωρ, ὁ ἀληθινὸς καὶ ἀσύγκριτος, ὁ πανταχοῦ ὢν καὶ τοῖς πᾶσι παρὼν καὶ ἐν οὐδενὶ ὡς ἐνόν τι ὑπάρχων, ὁ τόποις μὴ περιγραφόμενος, ὁ χρόνοις μὴ παλαιούμενος, ὁ αἰῶσι μὴ περατούμενος, ὁ λόγοις μὴ παραγόμενος, ὁ γενέσει μὴ ὑποκείμενος, ὁ φυλακῆς μὴ δεόμενος, ὁ φθορᾶς ἀνώτερος, ὁ τροπῆς ἀνεπίδεκτος, ὁ φύσει ἀναλλοίωτος, ὁ φῶς οἰκῶν ἀπρόσιτον, ὁ τῇ φύσει ἀόρατος, ὁ γνωστὸς πάσαις ταῖς μετ' εὐνοίας ἐκζητούσαις σε λογικαῖς φύσεσιν, ὁ καταλαμβανόμενος ὑπὸ τῶν ἐν εὐνοίᾳ ἐπιζητούντων σε· ὁ Θεὸς Ἰσραὴλ, τοῦ ἀληθινῶς ὁρῶντος, τοῦ εἰς Χριστὸν πιστεύσαντος λαοῦ σου· εὐμενὴς γενόμενος ἐπάκουσόν μου διὰ τὸ ὄνομά σου, καὶ εὐλόγησον τοὺς σοι κεκλικότας τοὺς ἑαυτῶν αὐχένας, καὶ δὸς αὐτοῖς τὰ αἰτήματα τῶν καρδιῶν αὐτῶν τὰ ἐπὶ συμφέροντι, καὶ μηδένα αὐτῶν ἀπόβλητον ποιήσῃς ἐκ τῆς βασιλείας σου· ἀλλὰ ἁγίασον αὐτοὺς, φρούρησον, σκέπασον, ἀντιλαβοῦ, ῥῦσαι τοῦ ἀλλοτρίου, παντὸς ἐχθροῦ, τοὺς οἴκους αὐτῶν φύλαξον, τὰς εἰσόδους αὐτῶν καὶ τὰς ἐξόδους φρούρησον· ὅτι σοὶ δόξα, αἶνος, μεγαλοπρέπεια, σέβας, προσκύνησις, καὶ τῷ σῷ παιδὶ Ἰησοῦ τῷ Χριστῷ σου τῷ Κυρίῳ ἡμῶν καὶ Θεῷ καὶ βασιλεῖ, καὶ τῷ ἁγίῳ πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν. καὶ ὁ διάκονος ἐρεῖ· [80] ἀπολύεσθε ἐν εἰρήνῃ. ταῦτα περὶ τῆς [81] μυστικῆς λατρείας διατασσόμεθα ἡμεῖς οἱ ἀπόστολοι ὑμῖν τοῖς ἐπισκόποις, καὶ τοῖς πρεσβυτέροις, καὶ τοῖς διακόνοις.

CAPUT XVI.

De Ordinatione Presbyterorum conſtitutio Johannis à Domino dilecti.

Porro de ordinatione Presbyterorum, ego dilectus à Domino, conſtituo vobis Epiſcopis. Cùm Presbyterum ordinas, Epiſcope, manum ſuper caput ejus ipſe impone, adſtante tibi Presbyterio, necnon Diaconis; & orans, dic; Domine
Ignat. interpol. ad Philad. 9. omnipotens, Deus noſter; qui per Chriſtum univerſa condidiſti, & per ipſum cunctis provides convenienter. In quo enim poteſtas eſt efficiendi

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ιϛ'.

Περὶ χειροτονίας πρεσβυτέρων διάταξις Ἰωάννου τοῦ φιλουμένου ὑπὸ Κυρίου.

Περὶ δὲ χειροτονίας πρεσβυτέρων, [82] ἐγὼ ὁ φιλούμενος ὑπὸ τοῦ Κυρίου, διατάσσομαι ὑμῖν τοῖς ἐπισκόποις. πρεσβύτερον χειροτονῶν, ὦ ἐπίσκοπε, τὴν χεῖρα ἐπὶ τῆς κεφαλῆς ἐπιτίθει αὐτοῦ, τοῦ πρεσβυτερίου παρεστῶτός σοι καὶ τῶν διακόνων· καὶ εὐχόμενος λέγε· Κύριε παντοκράτορ, ὁ Θεὸς ἡμῶν, ὁ διὰ Χριστοῦ τὰ πάντα δημιουργήσας, καὶ δι' αὐτοῦ τῶν ὅλων προνοῶν καταλλήλως. ᾧ γὰρ δύναμις διάφορα ποιῆσαι,

Sacerdos Euchites, ſeu Orator, pro humanitate aliter.] *Quemadmodum deſiderat cervus ad fontes aquarum, &c.* Rectiùs forſan, ὁ ἱερεὺς εὐχ. (pro εὐχὴ) Τῆς περὶ φιλανθρωπίας. ψαλμός· Ὃν τρόπον. *Et communicat Sacerdos. Oratio. Pro humanitate. Pſalmus: Quemadmodum* &c. COT.

80. Ἀπολύεσθε ἐν εἰρήνῃ.] Verbum ἀπολύω hoc ſenſu ſolet uſurpari. Atque ita ſumo p. 100. Ordinationum Græcarum, ubi de Diaconiſſa; μετὰ δὲ τὸ μεταλαβεῖν αὐτὴν ἐπιδίδωσιν αὐτῇ ὁ ἱερεὺς τὸ ἅγιον ποτήριον, ὅπερ δεξαμένη οὐδενὶ μεταδίδωσιν ἐξ αὐτοῦ, ἀλλ' ἐν τῇ ἁγίᾳ τραπέζῃ ἀποτίθησι καὶ ἀπολύει. *Poſtquam autem ipſa communicavit, tradit ipſi Sacerdos ſanctum poculum; quod accipiens, nulli ex eo impertitur, ſed in ſancta menſa reponit: & dimittit.* hoc eſt, dat Diaconiſſæ veniam diſcedendi is qui ordinat. Ibid.

81. Μυστικῆς λατρείας.] Cyrillus Hieroſolymitanus Catecheſi Myſtag. 5. ἀπαρτισθείσης τῆς πνευματικῆς θυσίας, τῆς ἀναιμάκτου λατρείας ἐπὶ τῆς θυσίας ἐκείνης τοῦ ἱλασμοῦ. Dicitur etiam, λατρεία. λογικὴ καὶ ἀναίμακτος λατρεία, λογικὴ λατρεία, ἀναίμακτος θυσία. ἱερουργία λατρείας. & λατρεία ἱερουργίας. Euſebio cap. 71. lib. 4 de vita Conſtantini; ἔνθεος λατρεία. atque μυστικὴ λατρεία. In Epiſtola Synodica Cyrilli Alexandrini ad Neſtorium; τὴν ἀναίμακτον ἐν ταῖς ἐκκλησίαις τελοῦμεν θυσίαν (vel juxta aliam lectionem quam ſequitur Macarius Antiochenus Actione 8. Concilii generalis 6. λατρείαν. vel quod vertitur à Dionyſio Exiguo, θυσίας λατρείαν, *ſacrificii ſervitutem*) πρόσιμέν τε οὕτω ταῖς μυστικαῖς εὐλογίαις. Ibid.

82. Ἐγὼ ὁ φιλούμενος ὑπὸ τοῦ Κυρίου.] Imitationem Conſtitutionum in Ordinationibus Presbyteri, Diaconi, & Subdiaconi;

ποικίλῃ, τούτῳ δύναμις καὶ διαφόρως προνοεῖν. διὰ γὰρ τοῦτο ὁ Θεὸς προνοεῖς, τῶν μὲν ἀθανάτων φυλακῇ μόνῃ, τῶν δὲ θνητῶν, διαδοχῇ, τῆς ψυχῆς φροντίδι νόμων, τοῦ σώματος ἀναπληρώσει τῆς ἐνδείας. αὐτὸς οὖν καὶ νῦν ἐπίβλεψον ἐπὶ τὴν ἁγίαν σου ἐκκλησίαν, καὶ αὔξησον αὐτὴν, καὶ πλήθυνον τοὺς ἐν αὐτῇ προεστῶτας, καὶ δὸς δύναμιν πρὸς τὸ κοπιᾷν αὐτοὺς λόγῳ καὶ ἔργῳ εἰς οἰκοδομὴν τοῦ λαοῦ σου. αὐτὸς καὶ νῦν ἔπιδε ἐπὶ τὸν δοῦλόν σου τοῦτον, τὸν [83] ψήφῳ καὶ κρίσει τοῦ κλήρου παντὸς εἰς πρεσβυτέριον ἐπιδοθέντα, καὶ ἔμπλησον αὐτὸν πνεύματος χάριτος καὶ συμβουλίας, τοῦ ἀντιλαμβάνεσθαι καὶ κυβερνᾷν τὸν λαόν σου ἐν καθαρᾷ καρδίᾳ· ὃν τρόπον ἐπεῖδες ἐπὶ λαὸν ἐκλογῆς σου, καὶ προσέταξας Μωϋσεῖ αἱρεῖσθαι πρεσβυτέρους, οὓς ἔπλησας πνεύματος. καὶ νῦν, κύριε, παράσχου, ἀνελλιπὲς τηρῶν ἐν ἡμῖν τὸ πνεῦμα τῆς χάριτός σου· ὅπως πλησθεὶς ἐνεργημάτων ἰατικῶν, καὶ λόγου διδακτικοῦ, ἐν πρᾳότητι παιδεύῃ σου τὸν λαὸν, καὶ δουλεύῃ σοι εἰλικρινῶς ἐν καθαρᾷ διανοίᾳ καὶ ψυχῇ θελούσῃ, καὶ τὰς ὑπὲρ τοῦ λαοῦ ἱερουργίας ἀμώμους ἐκτελῇ, διὰ τοῦ Χριστοῦ σου· μεθ' οὗ σοι δόξα, τιμὴ καὶ σέβας, καὶ τῷ ἁγίῳ πνεύματι, εἰς τοὺς αἰῶνας. ἀμήν.

varia, in eo & ineſt poteſtas providendi variis modis. Nam idcirco, Deus, provides; immortalibus quidem, ſolà conſervatione; mortalibus verò, ſucceſſione; animæ, curâ legum; corpori, expletione indigentiæ. Ipſe igitur & nunc reſpice in ſanctam tuam Eccleſiam; auge illam; ac eos qui in ea præſunt multiplica, virtutemque da ut ii verbo ac opere ad ædificationem populi tui laborent. Ipſe nunc quoque reſpice ſuper hunc famulum tuum, qui ſuffragio ac judicio totius Cleri in Presbyterium cooptatus eſt; & imple illum ſpiritu gratiæ & conſilii, ut adjuvet ac gubernet populum tuum in corde mundo: quemadmodum reſpexiſti in populum electum tuum, & ſicut Moyſi præcepiſti eligere Seniores, quos impleviſti ſpiritu. Et nunc, Domine, præſta, ſervans in nobis ſpiritum gratiæ tuæ non deficientem: ut repletus operationibus vim ſanandi habentibus, ac ſermone ad docendum apto, erudiat cum manſuetudine populum tuum; ſerviat tibi ſincerè, mente pura & anima volente; atque ſacra, quæ pro populo celebrantur, inculpatè perficiat; per Chriſtum tuum; cum quo tibi gloria, honor, ac veneratio, & ſancto Spiritui, in ſæcula. Amen. *Exod. 18. & 24. & 28.*

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ιζ.

Περὶ χειροτονίας διακόνων, τοῦ Φιλίππου διάταξις.

Περὶ δὲ τῆς χειροτονίας διακόνων, ἐγὼ Φίλιππος διατάσσομαι. διάκονον καταστήσεις, ὦ ἐπίσκοπε, ἐπιθεὶς αὐτῷ τὰς χεῖρας, παρεστῶτός σοι παντὸς τοῦ πρεσβυτερίου καὶ τῶν διακόνων, καὶ ἐπευξάμενος ἐρεῖς.

CAPUT XVII.

De ordinatione Diaconorum Conſtitutio Philippi.

De ordinatione verò Diaconorum, ego Philippus conſtituo. Diaconum efficies, Epiſcope, imponens ei manus, adſtante tibi cuncto Presbyterio cum Diaconis; & orans, dices:

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ιη.

Ἐπίκλησις χειροτονίας διακόνου.

Ὁ Θεὸς, ὁ παντοκράτωρ, ὁ ἀληθινὸς καὶ ἀψευδὴς, ὁ πλουτῶν εἰς πάντας τοὺς ἐπικαλουμένους σε ἐν ἀληθείᾳ, ὁ φοβερὸς ἐν βουλαῖς, ὁ σοφὸς διανοίᾳ, ὁ κραταιὸς καὶ μέγας· εἰσάκουσον προσευχῆς ἡμῶν, κύριε, καὶ ἐνώτισαι τὴν δέησιν ἡμῶν. καὶ ἐπίφανον τὸ πρόσωπόν σου ἐπὶ τὸν δοῦλόν σου τόνδε, τὸν προχειριζόμενόν σοι εἰς διακονίαν, καὶ πλῆσον αὐτὸν πνεύματος ἁγίου, καὶ δυνάμεως, ὡς ἔπλησας Στέφανον τὸν μάρτυρα καὶ μιμητὴν τῶν παθημάτων τοῦ Χριστοῦ σου, καὶ καταξίωσον αὐτὸν εὐαρέστως λειτουργήσαντα τὴν ἐγχειρισθεῖσαν αὐτῷ διακονίαν, ἀτρέπτως, ἀμέμπτως, ἀνεγκλήτως, μείζονος ἀξιωθῆναι βαθμοῦ, διὰ τῆς μεσιτείας τοῦ μονογενοῦς σου υἱοῦ· μεθ' οὗ σοι δόξα, τιμὴ καὶ σέβας, καὶ τῷ ἁγίῳ πνεύματι, εἰς τοὺς αἰῶνας. ἀμήν.

CAPUT XVIII.

Invocatio ordinationis Diaconi.

Deus omnipotens; verax, & neque fallens neque falſus; dives erga omnes te in veritate invocantes; terribilis in conſiliis; ſapiens cogitatione; fortis, & magnus: exaudi orationem noſtram Domine, & auribus percipe deprecationem noſtram; & oſtende faciem tuam ſuper ſervum tuum hunc, electum tibi in Diaconatûs miniſterium; & imple eum Spiritu ſancto, & virtute, ſicut impleviſti Stephanum, martyrem, ac paſſionum Chriſti tui imitatorem; & concede ei, ut cùm ſibi traditum miniſterium, probè, conſtanter, innocuè, ac inculpabiliter adminiſtraverit, majore gradu dignus habeatur; mediatore unigenito Filio tuo; cum quo tibi gloria, honor, ac veneratio, & ſancto Spiritui, in ſæcula. Amen. *Act. 6. & 7.*

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ιθ.

Περὶ διακονίσσης, Βαρθολομαίου διάταξις.

Περὶ δὲ διακονίσσης, Βαρθολομαῖος διατάσσομαι· ὦ ἐπίσκοπε, [84] ἐπιθήσεις αὐτῇ τὰς χεῖρας, παρεστῶτος τοῦ πρεσβυτερίου καὶ τῶν διακόνων καὶ τῶν διακονισσῶν, καὶ ἐρεῖς.

CAPUT XIX.

De Diaconiſſa Conſtitutio Bartholomæi.

De Diaconiſſa verò, Bartholomæus conſtituo: Epiſcope, impones ei manus, adſtante Presbyterio unà cum Diaconis ac Diaconiſſis; & dices:

diaconi, circa nomina Apoſtolorum Johannis, Philippi, ac Thomæ, exhibebit Euchologium Allatianum. COT.

83. ψήφῳ καὶ κρίσει τοῦ κλήρου παντός.] Memorabilis eſt hanc in rem Canon Theophili Alexandrini; quo formam Ordinandi iſtam præſcribit; πᾶν τὸ ἱερατεῖον συμφωνοῦν καὶ αἱρεῖσθαι, καὶ τότε τὸν ἐπίσκοπον δοκιμάζειν, ἢ καὶ συνευδοκοῦντος αὐτοῦ τοῦ ἱερατικοῦ, χειροτονεῖν ἐν μέσῃ τῇ ἐκκλησίᾳ, παρόντος τοῦ λαοῦ, καὶ προσφωνοῦντος τοῦ ἐπισκόπου, εἰ καὶ ὁ λαὸς δύναται αὐτῷ μαρτυρεῖν. En Cleri electio, & populi teſtimonium. Auctor verò Quæſtionum veteris & novi Teſtamenti, Tomo 4. S. Auguſtini, Quæſt. 101. dicit teſtimonio Diaconi fieri Presbyterum: quam conſuetudinem unius urbis Romæ eſſe docemur à Hieronymo Epiſt. 85. Vide ſi lubet Concilium Carthaginenſe 4. canone 22. Ibid.

84. Ἐπιθήσεις αὐτῇ τὰς χεῖρας.] Frequentiſſimè Græci, rariſſimè Latini. Præter Wurmatienſes Patres ex Concilio Chal-

CAPUT XX.

Invocatio in ordinatione Diaconiſſæ.

Exod. 15. 20. Judic. 4. 4. Luc. 2. 36. 4. Reg. 22. 14. 1. Pſeudo-Ignat. ad Antioch. 12.

DEus æterne, pater Domini noſtri Jeſu Chriſti, creator viri ac mulieris; qui Spiritu implevisti Mariam, Deboram, Annam, & Holdam; qui non dedignatus es, ex muliere naſci unigenitum Filium tuum; qui in tabernaculo teſtimonii & in templo feminas cuſtodes ſanctarum januarum tuarum inſtituiſti: ipſe nunc quoque reſpice in famulam tuam hanc, electam ad miniſterium; & da ei Spiritum ſanctum; & munda eam ab omni inquinamento carnis & ſpiritûs; ut opus ſibi commiſſum perficiat condignè, in gloriam tuam, & laudem Chriſti tui; cum quo tibi gloria atque adoratio, & ſancto Spiritui, in ſæcula. Amen.

2. Cor. 7. 1.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ κ΄.

Ἐπίκλησις ἐπὶ χειροτονίας διακονίσσης.

ΟΘεὸς ὁ αἰώνιος, ὁ πατὴρ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ὁ ἀνδρὸς καὶ γυναικὸς δημιουργὸς, ὁ πληρώσας πνεύματος Μαριὰμ καὶ [85] Δεββώραν, καὶ Ἄνναν, καὶ Ὀλδὰν, ὁ μὴ ἀπαξιώσας τὸν μονογενῆ σου υἱὸν γεννηθῆναι ἐκ γυναικὸς, ὁ καὶ ἐν τῇ σκηνῇ τοῦ μαρτυρίου καὶ ἐν τῷ ναῷ προχειρισάμενος τὰς φρουροὺς τῶν ἁγίων σου πυλῶν· αὐτὸς καὶ νῦν ἔπιδε ἐπὶ τὴν δούλην σου τήνδε, τὴν προχειριζομένην εἰς διακονίαν, καὶ δὸς αὐτῇ πνεῦμα ἅγιον, καὶ καθάρισον αὐτὴν ἀπὸ παντὸς μολυσμοῦ σαρκὸς καὶ πνεύματος, πρὸς τὸ ἐπαξίως ἐπιτελεῖν αὐτὴν τὸ ἐγχειρισθὲν αὐτῇ ἔργον, εἰς δόξαν σὴν, καὶ ἔπαινον τοῦ Χριστοῦ σου· μεθ' οὗ σοι δόξα καὶ προσκύνησις, καὶ τῷ ἁγίῳ πνεύματι, εἰς τοὺς αἰῶνας. ἀμήν.

CAPUT XXI.

De Subdiaconis Conſtitutio Thomæ.

DE Subdiaconis autem, ego Thomas vobis Epiſcopis conſtituo. Quando Subdiaconum ordinas, Epiſcope, impones ſuper eum manus, & dices; Domine Deus, conditor cœli, & terræ,
Num. 3. & 2. Paral. 9. omniumque quæ in eis continentur, qui in tabernaculo teſtimonii æditvos deſignâſti cuſtodes ſanctorum vaſorum tuorum: ipſe nunc etiam aſpice ſuper hunc famulum tuum, qui Subdiaconus creatus eſt; & da illi Spiritum ſanctum; ut vaſa miniſterio tuo dicata attrectet pro dignitate, ſempérque voluntatem tuam faciat; per Chriſtum tuum; cum quo tibi gloria, honor, ac veneratio, & ſancto Spiritui, in ſæcula. Amen.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ κα΄.

Περὶ ὑποδιακόνων διάταξις τοῦ Θωμᾶ.

ΠΕρὶ δὲ ὑποδιακόνων, ἐγὼ Θωμᾶς διατάσσομαι ὑμῖν τοῖς ἐπισκόποις. Ὑποδιάκονον χειροτονῶν, ὦ ἐπίσκοπε, ἐπιθήσεις ἐπ' αὐτῷ τὰς χεῖρας, καὶ ἐρεῖς· Δέσποτα Θεὲ, οὐρανοῦ καὶ γῆς δημιουργὲ καὶ πάντων τῶν ἐν αὐτοῖς, ὁ καὶ ἐν τῇ σκηνῇ τοῦ μαρτυρίου τοὺς νεωκόρους ἀναδείξας τῶν ἁγίων σου σκευῶν φύλακας· αὐτὸς καὶ νῦν ἐπίβλεψον ἐπὶ τὸν δοῦλόν σου τόνδε, τὸν προχειρισθέντα ὑποδιάκονον, καὶ δὸς αὐτῷ πνεῦμα ἅγιον, πρὸς τὸ ἐπαξίως ἐφάπτεσθαι τῶν λειτουργικῶν σου σκευῶν, καὶ ποιεῖν τὸ θέλημά σου διαπαντὸς, διὰ τοῦ Χριστοῦ σου· μεθ' οὗ σοι δόξα, τιμὴ καὶ σέβας, καὶ τῷ ἁγίῳ πνεύματι, εἰς τοὺς αἰῶνας. ἀμήν.

CAPUT XXII.

De Lectoribus Conſtitutio Matthæi.

DE Lectoribus verò, ego Matthæus, qui & Levis, olim publicanus, conſtituo. Lecto-

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ κβ΄.

Περὶ ἀναγνωστῶν, ἡ Ματθαίου διάταξις.

ΠΕρὶ δὲ ἀναγνωστῶν, ἐγὼ [86] Ματθαῖος, ὁ καὶ Λευῒς, ὁ ποτὲ τελώνης, διατάσσομαι. ἀναγνώ-

στην

Chalcedonenſi, Fortunatus in Vita Radegundis, *manu ſuperpoſitâ conſecravit Diaconam* Medardus Epiſcopus. Vide ſuprà. COT.

85. Δεββώραν] Variè effertur hoc nomen: Δεβώρα. Δεββώρα. Δεβόρρα. Δεββόρα. Δεβώρρα. Δεββώρρα. Δεββόρρα. & Δεββόρρα. Ibid.

86. Ματθαῖος, ὁ καὶ Λευῒς] Conſentiunt Antiqui & Recentiores; id rectè ex Evangeliorum comparatione colligentes. etiam Origenes, cùm loco relato in Catena Matthæi, tum præfatione Explanationis in Epiſtolam ad Romanos. Quocirca ejus locus tom. 1. in Celſum p. 48. à docto Scripturarum Interprete Hugone Grotio objectus, ἔστω δὲ καὶ ὁ Λευῆς τελώνης ἀκολουθήσας τῷ Ἰησοῦ· ἀλλ' οὔτι γε τοῦ ἀριθμοῦ τῶν ἀποστόλων αὐτοῦ ἦν, εἰ μὴ κατά τινα τῶν ἀντιγράφων τοῦ κατὰ Μάρκον εὐαγγελίου. *Sit & Levi publicanus, qui Jeſum ſecutus eſt. non erat tamen ex Apoſtolorum numero, niſi juxta quædam exemplaria ſecundùm Marcum Evangelii*, explicandus videtur per conceſſionem, ac de nomine, hoc in ſenſu; Detur Levin publicanum aſſeclam Chriſti, alium eſſe à Matthæo pariter publicano: at nomen Levis in Catalogis Apoſtolorum non extat, ſi excipias quoſdam Marci Evangeliſtæ codices. Qui codices, ni fallor, cap. 3. verſ. 18. Levin Alphæi, non Jacobum Alphæi exhibebant; aut potiùs Λευῒν pro Λεββαῖον: quemadmodum in Editione Græca Theodoriti Quæſtionum, Quæſt. 16. in Numeros, habetur Θαδδαῖος ὁ καὶ Λευῒ, ubi in Græco-Latina, Θαδδαῖος ὁ καὶ Λεββαῖος. Græci poſteriores Λεββαῖον dicunt. Opponit adhuc Grotius Heracleonem Valentinianum Hæreticum, cui in Clemente Alexandrini Stromateo 4. p. 502. Ματθαῖος & Λευῒς duo ſunt. Sed forſan ab Heracleone non intelligitur Levi publicanus, Marc. II. 14. & Luc. V. 27. memoratus, intelligitur autem Levi Lebbæus, ut dictum eſt. Certè Auctor Laterculi Apoſtolorum ſuprà poſiti ad libri 2. finem, Levin τὸν προσδεχθέντα ἐπὶ τὸ τελώνιον confundit cum Lebbæo qui & Thaddæus ac Judas Jacobi. Atque ita defendi poſſunt Origenes & Heracleon. Verùm excuſationem nullam admittit quod in codice 2048. uno è multis Regiis Commentariorum Victoris Antiocheni in Marci Evangelium, nactus ſum, ad textum laudatum II. 14. Μάρκος μὲν καὶ Λουκᾶς συγκαλύπτουσι τὸ ὄνομα τῇ ἀρχαίᾳ προσηγορίᾳ. αὐτὸς δὲ Ματθαῖος εὐαγγελιζόμενος τὰ καθ' ἑαυτὸν ἀπαγγέλλων λέγει· Καὶ εἶδεν ἄνθρωπον Ματθαῖον τὸν τελώνην. ἐλέγχων ἑαυτοῦ τὸ πρᾶγμα. ζητητέον δὲ εἰ ὁ αὐτὸς τελώνης ὁ παρὰ τοῖς τρισὶ καλούμενος Ματθαῖος, Λευῒς, Ἰάκωβος· καὶ εἰ υἱὸς ἦν Ἀλφαίου. διωνυμίας δὲ κατὰ τὴν γραφὴν καὶ ἐπ' ἄλλων ἔστιν εὑρεῖν, ὡς ἐπὶ τοῦ πενθεροῦ Μωσέως. ποτὲ μὲν ὀνομαζομένου Ἰοθὸρ, ποτὲ δὲ Ῥαγουήλ. ὁμοίως δὲ καὶ ἐν τῇ τρίτῃ τῶν βασιλειῶν περὶ Ἀδὲρ καὶ Ἱεροβοάμ. οὐ γάρ εἰσι δύο, ἀλλ' εἷς ἀμφοτέροις ὀνόμασι καλούμενος. [illegible] τοῦ ὡς διαφωνίαν ἔχειν τὸ κατὰ Μάρκον εὐαγγέλιον τῷ καταλόγῳ τῶν ιβ΄. ἀποστόλων, καὶ ὡς ἐν τισὶ μὲν [illegible] οὐδὲ Ἰάκωβον τὸν τοῦ Ἀλφαίου [illegible] ἐπὶ τὸ τελώνιον. [illegible] Ματθαῖον τὸν τελώνην, ἐρεῖ τις ὅτι δύο ἦσαν ἐκ τῶν δώδεκα τελῶναι. Ματθαῖος καὶ Ἰάκωβος Ἀλφαίου· ὅπερ οὐκ ἔστιν· εἷς γὰρ καὶ ὁ αὐτός ἐστιν. Hoc eſt; *Marcus quidem & Lucas nomen veteri appellatione obtegunt. Ipſe verò Matthæus in Evangelio ſuo quæ ad ſe pertinebant enuncians ait; Et vidit Matthæum publicanum: manifeſtando vitium ſuum.* Matt. 9. 9. *Quæri ergo debet, an idem publicanus ſit, a tribus appellatus, Matthæus, Levis, Jacobus; & utrùm filius fuerit Alphæi. Enim verò duo nomina in aliis etiam hominibus apud Scripturam invenias: ut in ſocero Moyſis, qui interdum nuncupatur Jethro, interdum Raguel. Simili quoque modo in 3. Regum libro circa Aderem & Jeroboamum: non enim duo ſunt, ſed unus utroque nomine vocatus. Itaque ex eo quod Evangelium*

ſecun-

ςην προχείριϲαι, ἐπιθεὶς αὐτῷ τὴν χεῖρα, καὶ ἐπευξάμενος πρὸς τὸν Θεὸν, λέγε· Ὁ Θεὸς ὁ αἰώνιος, ὁ πολὺς ἐν ἐλέει καὶ οἰκτιρμοῖς, ὁ τὴν τοῦ κόσμου σύστασιν διὰ τῶν ἐνεργουμένων φανερώσας, καὶ τὸν ἀριθμὸν τῶν ἐκλεκτῶν σου διαφυλάττων· αὐτὸς καὶ νῦν ἔπιδε ἐπὶ τὸν δοῦλόν σου τὸν ἐγχειριζόμενον τὰς ἁγίας σου γραφὰς ἀναγινώσκειν τῷ λαῷ σου, καὶ δὸς αὐτῷ πνεῦμα ἅγιον, πνεῦμα προφητικόν. ὁ σοφίσας Ἔσδραν τὸν θεράποντά σου ἐπὶ τὸ ἀναγινώσκειν τοὺς νόμους σου τῷ λαῷ σου· καὶ νῦν παρακαλούμενος ὑφ᾽ ἡμῶν, σόφισον τὸν δοῦλόν σου, καὶ δὸς αὐτῷ, ἔργον ἀκατάγνωστον διανύσαντα τὸ ἐγχειρισθὲν αὐτῷ, ἄξιον ἀναδειχθῆναι μείζονος βαθμοῦ, διὰ Χριστοῦ· μεθ᾽ οὗ σοι ἡ δόξα καὶ τὸ σέβας, καὶ τῷ ἁγίῳ πνεύματι, εἰς τοὺς αἰῶνας. ἀμήν.

rem crea, imponens ei manum; & Deum orans dicito; Deus æterne, multus in miſericordia, & miſerationibus; qui mundi ſtructuram per ea quæ facta ſunt pateſeciſti, quique numerum electorum tuorum conſervas: ipſe & nunc reſpice ſuper famulum tuum, cui committitur ut ſanctas tuas Scripturas legat populo tuo, & da ei Spiritum ſanctum, Spiritum Propheticum. Qui Eſdram famulum tuum inſtruxiſti, ad legendas populo tuo leges tuas: nunc quoque à nobis rogatus, inſtrue famulum tuum; & da ei, ut opus traditum perficiendo ſine reprehenſione, dignus majore gradu declaretur; per Chriſtum; cum quo tibi gloria, & cultus, ac Spiritui ſancto, in ſæcula. Amen. 2. Eſdr. 8.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ κγ'.

Ἰακώβου τοῦ Ἀλφαίου περὶ ὁμολογητῶν διάταξις.

Ἰάκωβος δὲ ὁ Ἀλφαίου, κἀγὼ διατάσσομαι περὶ ὁμολογητῶν. ὁμολογητὴς οὐ χειροτονεῖται· γνώμης γὰρ τοῦτο καὶ ὑπομονῆς· τιμῆς δὲ μεγάλης ἐπάξιος, ὡς ὁμολογήσας τὸ ὄνομα τοῦ Θεοῦ καὶ τοῦ Χριστοῦ αὐτοῦ ἐνώπιον ἐθνῶν καὶ βασιλέων. [87] ἐὰν δὲ χρεία αὐτοῦ ᾖ εἰς ἐπίσκοπον, ἢ πρεσβύτερον, ἢ διάκονον, χειροτονείσθω. εἰ δέ τις ὁμολογητὴς, μὴ χειροτονηθεὶς, ἁρπάσῃ ἑαυτῷ ἀξίωμά τι τοιοῦτον, ὡς διὰ τὴν ὁμολογίαν, οὗτος καθαιρείσθω καὶ ἀποβαλλέσθω. οὐ γάρ ἐστιν· ἐπείπερ ἠρνήσατο τὴν Χριστοῦ διάταξιν· καὶ ἔστιν ἀπίστου χείρων.

CAPUT XXIII.

Jacobi Alphæi Conſtitutio de Confeſſoribus.

EGo verò Jacobus Alphæi conſtituo de confeſſoribus. Confeſſor non fit ordinatione: res enim eſt voluntatis ac tolerantiæ: magno autem honore dignus eſt, ut qui coram gentibus & regibus confeſſus ſit nomen Dei, & Chriſti ejus. Quòd ſi opus eo fuerit, in Epiſcopum, aut Presbyterum, aut Diaconum, ordinator. Si verò aliquis confeſſor, non ordinatus, aliquam hujuſmodi dignitatem ſibi prætextu confeſſionis vendicaverit & arripuerit; is deponatur, & ejiciatur. Non enim eſt confeſſor; quandoquidem negavit Chriſti conſtitutionem: ac eſt infideli deterior. Pſeudo-Ignat. ad Antioch. 12. 1. Tim. 5. 8.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ κδ'.

Τοῦ αὐτοῦ περὶ παρθένων.

Ὁ αὐτὸς, περὶ παρθένων διατάσσομαι· παρθένος οὐ χειροτονεῖται· ἐπιταγὴν γὰρ Κυρίου οὐκ ἔχομεν· γνώμης γάρ ἐστι τὸ ἔπαθλον· οὐκ ἐπὶ διαβολῇ τοῦ γάμου, ἀλλ᾽ ἐπὶ σχολῇ τῆς εὐσεβείας.

CAPUT XXIV.

Ejuſdem de Virginibus.

IPſe ego conſtituo de virginibus. Non ordinatur virgo. Præceptum enim Domini non habemus. Siquidem voluntatis eſt, hæc certaminis gloria; non ad criminandum matrimonium, ſed ad vacandum pietati. 1. Cor. 7. 25.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ κε'.

Λεββαίου τοῦ ἐπικληθέντος Θαδδαίου περὶ χηρῶν διάταξις.

Κἀγὼ Λεββαῖος ὁ ἐπικληθεὶς Θαδδαῖος, τάδε [88] περὶ χηρῶν διατάσσομαι. χήρα οὐ χειροτονεῖται· ἀλλ᾽ εἰ μὲν ἐκ πολλοῦ ἀπέβαλε τὸν ἄνδρα, καὶ σωφρόνως καὶ ἀκαταγνώστως ἔζησε, καὶ τῶν οἰκείων ἄρι-

CAPUT XXV.

Lebbæi cognomento Thaddæi Conſtitutio de viduis.

ET ego Lebbæus, cognominatus Thaddæus; hæc de viduis conſtituo. Vidua non ordinatur: ſed ſi multò ante amiſit virum; & caſtè ac inculpabiliter vixit, ac domeſticorum optimè curam

---

ſecundùm Marcum contineat diſcrepantiam ab enumerationibus Apoſtolorum duodecim; & quia in quibuſdam quidem, Cùm præteriret, vidit Jacobum Alphæi ſedentem ad telonium, in quibuſdam verò, Publicanum Matthæum; dicet aliquis, duos exſtitiſſe è duodecim publicanos, Matthæum & Jacobum Alphæi: quod ita non habet: unus enim idemque eſt. En in graviſſimo errore, directè contra Evangelia & Apoſtolorum Acta militante, Jacobus Alphæi à Matthæo ſeu Levi non diſtinguitur. Errandi occaſionem dedit mendoſa lectio, apud Marcum, εἶδε Ἰάκωβον τὸν τοῦ Ἀλφαίου καθήμενον ἐπὶ τὸ τελώνιον, à Victore indicata. Cæterùm de Victoris Presbyteri Antiocheni Commentariis in Marci Evangelium, præter ea quæ viri eruditi docuere, notandum eſt extare eam interpretationem in Biblioth. Cæſarea Vindobonenſi Codice MS. inter Lambecianos Lib. III. 38. ſed ſine auctoris nomine. COT.

87. Ἐὰν δὲ χρεία &c.] Ad ſacrorum Ordinum honores promoveri ſolebant Confeſſores, teſte Cypriano Epiſt. 33. 34. 35. & ante illum Tertulliano adverſus Valentinianos cap. 4. Cujus locum, ut pote memorabilem brevemque, adſcribam; *Speraverat Epiſcopatum Valentinus, quia & ingenio poterat & eloquio: ſed alium ex martyrii prærogativa loci potitum indignatus, de Eccleſia authenticæ regulæ abrupit.* Ex Conſtitutione vir multæ doctrinæ Johannes Morinus de ſacris Ordinationibus Exercitatione 11. cap. 2. n. ult. concludere nititur, Confeſſores ordinatos fuiſſe in Diaconos & Presbyteros, abſque ſuſceptione inferiorum graduum; itemque Exorciſtas, ex Conſtitut. cap. 26. concluſurus eodem modo de Epiſcopatu, ſi voluiſſet: cùm nihil tale Noſter. Ibid.

88. Περὶ χηρῶν.] Inter multa Decreta ad haſce Viduas pertinentia, eſt quoque Canon 27. Concilii Arauſicani 1. ita habens in Editione Sirmondana: *De Viduis profeſſis, ſi nupſerint, aut raptæ fuerint. Viduitatis ſervandæ profeſſionem, coram Epiſcopo in ſecretario habitam, impoſitâ ab Epiſcopo veſte viduali indicandam. Raptores verò talium, vel ipſam talis profeſſionis deſertricem, meritò eſſe damnandam.*

Ubi *indicandam* exponet alius: ego autem mutabo in, *vindicandam*, cujus loco cæteræ Editiones, *non eſſe violandam*; legamque, *impoſita ab Epiſcopo veſte viduali, vindicandam*. Ibid.

Judith. 8. Luc. 2. ram geſſit, ut Juditha, & Anna, ſanctiſſimæ feminæ; cooptetur in gradum vidualem. Quòd ſi nuper amiſit conjugem; ne illi credatur, ſed tempore adoleſcentia dijudicetur. Perturbationes enim interdum cum hominibus conſeneſcunt, niſi potiori freno coerceamur.

ως ἐπιμελήσῃ, ὡς Ἰουδὶθ, καὶ Ἄννα, αἱ σεμνόταται, καταστασείσθω εἰς τὸ χηρικόν. εἰ δὲ νεωστὶ ἀπέβαλε τὸν ὁμόζυγον, μὴ πιστευέσθω, ἀλλὰ χρόνῳ νεότης κρινέσθω. τὰ γὰρ πάθη ἐσθ' ὅτε * καὶ * [89] συγγηρᾷ ἀνθρώποις, εἰ μὴ ὑπὸ κρείττονος χαλινοῦ * εἰργόμεθα.

* al. συγγηρῶσιν ἀνθρώποις μὴ
* al. εἰργώμεθα

CAPUT XXVI.

Idem de Exorciſta.

Pſeudo-Ignat. ad Antioch. 12. IPſe egomet, de Exorciſta conſtituo. Exorciſta non ordinatur. Hæc enim certaminis laus pendet à libera & bona voluntate, & à gratia Dei per Chriſtum, adventu Spiritûs ſancti. Qui enim accepit Chariſma ſeu donum ſanationum, per revelationem à Deo declaratur, cunctiſque manifeſta eſt gratia quæ eſt in ipſo. Si autem opus eo fuerit, in Epiſcopum, vel Presbyterum, vel Diaconum, ordinatur.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ κϛ'.

Ὁ αὐτὸς περὶ ἐπορκιστοῦ.

Ὁ Αὐτὸς, περὶ ἐπορκιστοῦ διατάσσομαι. [90] ἐπορκιστὴς οὐ χειροτονεῖται. εὐνοίας γὰρ ἑκουσίου τὸ ἔπαθλον, καὶ χάριτος Θεοῦ διὰ Χριστοῦ, ἐπιφοιτήσει τοῦ ἁγίου πνεύματος. ὁ γὰρ λαβὼν χάρισμα ἰαμάτων, δι' ἀποκαλύψεως ὑπὸ Θεοῦ ἀναδείκνυται, φανερᾶς οὔσης πᾶσι τῆς ἐν αὐτῷ χάριτος. ἐὰν δὲ χρεία αὐτοῦ γένηται εἰς ἐπίσκοπον, ἢ πρεσβύτερον, ἢ διάκονον, χειροτονεῖται.

CAPUT XXVII.

Simon Cananita de Epiſcopo, à quot debeat ordinari.

ET verò ego Simon Cananæus conſtituo, à quot ordinari Epiſcopus debeat. Epiſcopus à tribus vel duobus Epiſcopis ordinetur. Si quis autem ordinatus fuerit ab uno Epiſcopo, deponatur, & ipſe, & is qui ordinavit eum. Quòd ſi neceſſitas incidens coëgerit, ab uno ordinari, eo quòd propter perſecutionem, aut aliam ſimilem cauſſam plures intereſſe non poſſint; afferat auctoritatem mandati plurium Epiſcoporum.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ κζ'.

Σίμων ὁ Κανανίτης, περὶ τοῦ ὑπὸ πόσων ὀφείλει χειροτονεῖσθαι ὁ ἐπίσκοπος.

Σίμων δὲ ὁ Κανανίτης, κἀγὼ διατάσσομαι ὑπὸ πόσων ὀφείλει χειροτονεῖσθαι ὁ ἐπίσκοπος. ἐπίσκοπος ὑπὸ τριῶν ἢ δύο ἐπισκόπων χειροτονείσθω. ἐὰν δέ τις ὑπὸ ἑνὸς χειροτονηθῇ ἐπισκόπου, καθαιρείσθω, καὶ αὐτὸς, καὶ ὁ χειροτονήσας αὐτόν. ἐὰν δὲ ἀνάγκη καταλάβῃ ὑπὸ ἑνὸς χειροτονηθῆναι, διὰ τὸ μὴ δύνασθαι πλείονας παραγενέσθαι διωγμοῦ ὄντος, ἢ ἄλλης τοιαύτης αἰτίας, ψήφισμα κομιζέτω τῆς ἐπιτροπῆς πλειόνων ἐπισκόπων.

CAPUT XXVIII.

Ejuſdem Canones de Epiſcopis, Presbyteris, Diaconis, & reliquis Clericis.

I. Pſeudo-Ignat. ad Heron. 3. IDem ipſe, conſtituo de Canonibus. Epiſcopus benedicit, non benedicitur; manus imponit, ordinat, offert; benedictionem ab Epiſcopis accipit, à Presbyteris verò nequaquam. Epiſcopus deponit omnem Clericum dignum qui deponatur,

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ κη'.

Τοῦ αὐτοῦ κανόνες περὶ ἐπισκόπων, πρεσβυτέρων, διακόνων, καὶ λοιπῶν κληρικῶν.

Ὁ Αὐτὸς, διατάσσομαι περὶ κανόνων. ἐπίσκοπος εὐλογεῖ, οὐκ εὐλογεῖται· χειροθετεῖ, χειροτονεῖ, προσφέρει, εὐλογίαν παρὰ ἐπισκόπων λαμβάνει, [91] παρὰ δὲ πρεσβυτέρων οὐδαμῶς· [92] ἐπίσκοπος καθαιρεῖ πάντα κληρικὸν ἄξιον ὄντα καθαιρέ-

---

89. Συγγηρᾷ.] Lectio diverſa, συγγηρῶσι, corrupta eſt ex συγγηρᾷ. COT.

90. Ἐπορκιστής.] Initio fungebantur hoc munere omnes Chriſtiani. In Tertulliano de Idololatria cap. 11. *Qua ore Chriſtianus turarius, ſi per templa tranſibit, fumantes aras deſpuet, & exſufflabit, quibus ipſe proſpexit? quâ conſtantiâ exorcizabit alumnos ſuos, quibus domum ſuam cellarium præſtat? Ille quidem ſi excluſerit Dæmonium, non ſibi placeat de fide. neque enim inimicum excluſit. facilè debuit de eo impetrare quem quotidie paſcit.* Quem locum è multis unum ſelegi, ut indicarem cujuſdam viri docti jocularem errorem: quòd Tertullianus illic doceat, ſolitos à parentibus exorcizari proprios filios: quaſi per *alumnos*, Afrorum doctiſſimus intelligeret liberos; cùm ita vocet Dæmones, quòd mercibus turarii paſcerentur. Idem Septimius de præſcriptione Hæreticorum cap. 41. procacitatem mulierum Hæreticarum inſectatur, quæ exorciſmos agere audebant. Poſtea chariſma expellendi Dæmones paucioribus à Deo conceſſum eſt, ſive ex Clero, ſive de plebe: Origenes lib. 7. contra Celſum paullò poſt initium. Atque hos ſolos Exorciſtas agnoſcebat Eccleſia Pſeudo-Clementis noſtri, cæteris, inſtar plurimarum, Exorciſtis certo genere Clericorum. Ibid.

91. Παρὰ δὲ πρεσβυτέρων οὐδαμῶς.] *Sine ulla contradictione, quod minus eſt, à meliore benedicitur.* Hebr. VII. 7. Additur à Nicolao Papa Epiſt. 8. nullum jus inferiores habere ut benedicant præpoſitis ſuis. Interdum tamen per humilitatem majores minoribus virtute præſtantibus caput ſubmittebant. Ut de quodam ſancto Monacho refertur apud Severum Dialogo 1. cap. 14. *Epiſcopi quoque ſanctiſſimi*, inquit, *ſacerdotali auctoritate depoſitâ, contingi ſe ab eo, atque benedici humiliter poſtulantes, ſanctificatos ſe, ac divino munere illuſtratos, quoties manum illius veſtemque contigerant, non immeritò crediderunt.* Ibid.

92. Ἐπίσκοπος καθαιρεῖ πάντα κληρικόν.] Hoc jus primum fuiſſe diſcimus etiam ex Epiſt. Cypriani 65. & Hieronymi 53. 61. Sed ei poſtea derogatum eſt, ob quorumdam tyrannicam licentiam: juxta effatum Concilii Hiſpalenſis 2. *Epiſcopus Sacerdotibus ac Miniſtris ſolus honorem dare poteſt, auferre ſolus non poteſt.* can. 6. cujus canonis extrema, mutilè ac depravatè leguntur apud Reginonem Appendice 1. cap. 31. ſic, *ſed præſtante Synodali judicio quod Canon de illis præceperit* pro, *ſed præſentati Synodali judicio, quod Canon de illis præceperit, definiri.* (repete ex præcedentibus, *poterit.*) Cæterùm circa celeberrimam depoſitionem Arii Presbyteri, & ſociorum, nactus in Bibliotheca Regis Codice 2417. Alexandri Alexandrini Allocutionem ineditam, digniſſimam quæ hic attexeretur judicavi.

Depoſitio Arii & eorum qui cum illo, per Alexandrum Archiepiſcopum Alexandriæ.

Καθαίρεσις Ἀρείου καὶ τῶν σὺν αὐτῷ, ὑπὸ Ἀλεξάνδρου ἀρχιεπισκόπου Ἀλεξανδρείας.

Alexander Presbyteris & Diaconis Alexandriæ atque Mareotæ præſens præſentibus, dilectis

Ἀλέξανδρος πρεσβυτέροις καὶ διακόνοις Ἀλεξανδρείας καὶ Μαρεώτου παροῦσι παροῦσιν, ἀγα-

ρίσκοπος, πλὴν ἐπισκόπου· μόνος γὰρ οὐχ οἷός τε. πρεσβύτερος εὐλογεῖ, οὐκ εὐλογεῖται· εὐλογίας δέχεται παρὰ ἐπισκόπου, καὶ συμπρεσβυτέρου, ὡσαύτως ἐπιδίδωσι συμπρεσβυτέρῳ· χειροθετεῖ, οὐ χειροτονεῖ· οὐ καθαιρεῖ, ἀφορίζει δὲ τοὺς ὑποβεβηκότας, ἐὰν ὦσιν ὑπεύθυνοι τῇ τοιαύτῃ τιμωρίᾳ. διάκονος οὐκ εὐλογεῖ, οὐ δίδωσιν εὐλογίαν, λαμβάνει δὲ παρὰ ἐπισκόπου καὶ πρεσβυτέρου· [93] οὐ βαπτίζει, οὐ προσφέρει, τοῦ δὲ ἐπισκόπου προσενεγκόντος ἢ τοῦ πρεσβυτέρου, αὐτὸς ἐπιδίδωσι τῷ λαῷ, οὐχ ὡς ἱερεὺς, ἀλλ' ὡς διακονούμενος ἱερεῦσι. τῶν δὲ ἄλλων κληρικῶν τὸ τοῦ διακόνου ἔργον ποιῆσαι οὐδενὶ ἐξόν. διακόνισσα οὐκ εὐλογεῖ· ἀλλ' οὐδέ τι ὧν ποιοῦσιν οἱ πρεσβύτεροι, ἢ οἱ διάκονοι, ἐπιτελεῖ, ἀλλ' ἢ τὸ φυλάττειν τὰς θύρας, καὶ ἐξυπηρετεῖσθαι τοῖς πρεσβυτέροις ἐν τῷ βαπτίζεσθαι τὰς γυναῖκας, διὰ τὸ εὐπρεπές. διάκονος ἀφορίζει ὑποδιάκονον, ἀναγνώστην, ψάλτην, διακόνισσαν, ἐάν τι ᾖ τοιοῦτον μὴ παρόντος πρεσβυτέρου. ὑποδιακόνῳ οὐκ ἔξεστιν ἀφορίζειν, οὔτε μὴν [94] ἀναγνώστην, οὔτε ψάλτην, οὔτε διακόνισσαν, οὐ κληρικὸν, οὐ λαϊκόν· ὑπηρέται γάρ εἰσι διακόνων.

excepto Epiſcopo: id enim ſolus, non poteſt. Presbyter benedicit, non benedicitur: benedictionem recipit ab Epiſcopo, & à Compresbytero; eamque pariter, Compresbytero dat: manus imponit; non ordinat: non deponit; ſegregat autem ac excommunicat inferiores, ſi eam pœnam mereantur. Diaconus non benedicit, non dat benedictionem, accipit verò ab Epiſcopo, & Presbytero; non baptizat: non offert; ipſe verò, cùm Epiſcopus aut Presbyter obtulit, dat populo, non tamquam ſacerdos, ſed tamquam miniſtrans ſacerdotibus. Nulli autem ex reliquis Clericis licet opus Diaconi facere. Diaconiſſa non benedicit; ſed nec peragit quidquam eorum, quæ Presbyteri aut Diaconi faciunt; dumtaxat januas cuſtodit; & Presbyteris, quando baptizantur mulieres, miniſtrat, propter decorum. Diaconus excommunicat Subdiaconum, Lectorem, Cantorem, Diaconiſſam; ſi abſente Presbytero res id poſtulet. Subdiacono non licet ſegregare, neque Lectorem, neque Cantorem, neque Diaconiſſam; non Clericum, non Laicum: miniſtri enim ſunt Diaconorum.

Citat Harmenopulus, in Epit. Can. ſect. 2. tit. 4.
l. Pſeudo-Ignat. ad Antioch. 12.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ κθ'.

Περὶ εὐλογίας ὕδατος καὶ ἐλαίου, ἡ Ματθαίου διάταξις.

Περὶ δὲ ὕδατος καὶ ἐλαίου, ἐγὼ Ματθαῖος διατάσσομαι· εὐλογείτω ὁ ἐπίσκοπος τὸ ὕδωρ, ἢ τὸ ἔλαιον· ἐὰν δὲ μὴ παρῇ, εὐλογείτω ὁ πρεσβύτερος, παρεστῶτος τοῦ διακόνου. ἐπὰν δὲ ὁ ἐπίσκοπος παρῇ, παρεστάτω ὁ πρεσβύτερος καὶ ὁ διάκονος· λεγέτω δὲ οὕτως· Κύριε Σαβαὼθ, ὁ Θεὸς τῶν δυνάμεων, κτίστα τῶν ὑδάτων καὶ χορηγὲ τοῦ ἐλαίου, οἰκτίρμον καὶ φιλάνθρωπε, ὁ δοὺς τὸ ὕδωρ πρὸς πόσιν καὶ κάθαρσιν, καὶ ἔλαιον τοῦ ἱλαρῦναι πρόσωπον εἰς ἀγαλλίαμα εὐφροσύνης· αὐτὸς καὶ νῦν διὰ Χριστοῦ ἁγίασον τὸ ὕδωρ τοῦτο καὶ τὸ ἔλαιον, ἐπ' ὀνόματι τοῦ προσκομίσαντος, ἢ τῆς προσκομισάσης, καὶ δὸς δύναμιν ὑγείας ἐμποιητικὴν, νόσων ἀπελαστικὴν, δαιμόνων φυγαδευτικὴν, πάσης ἐπιβουλῆς διωκτικὴν, διὰ Χριστοῦ, τῆς ἐλπίδος ἡμῶν· μεθ' οὗ σοι δόξα, τιμὴ καὶ σέβας, καὶ τῷ ἁγίῳ πνεύματι, εἰς τοὺς αἰῶνας. ἀμήν.

CAPUT XXIX.

De benedictione aquæ & olei, Matthæi Conſtitutio.

De aqua autem & oleo, conſtituo ego Matthæus. Benedicat Epiſcopus aquam, & oleum. Sin verò non adſit; benedicat Presbyter, præſente Diacono. Quando autem aderit Epiſcopus; aſſiſtant Presbyter, & Diaconus: hunc verò in modum dicat; Domine Sabaoth, Deus virtutum; creator aquarum, & largitor olei; miſericors, & hominum ſtudioſe; qui dediſti aquam ad potum ac expurgationem, & oleum ad exhilarandum vultum in exſultationem lætitiæ: ipſe & nunc per Chriſtum ſanctifica hanc aquam atque hoc oleum, nomine illius qui obtulit, aut illius quæ obtulit; & da vim effectricem ſanitatis, morborum expultricem, Dæmonum fugatricem, omnium inſidiarum profligatricem, per Chriſtum ſpem noſtram; cum quo tibi gloria, honor, ac veneratio, & ſancto Spiritui, in ſæcula. Amen.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ λ'.

Τοῦ αὐτοῦ περὶ ἀπαρχῶν καὶ δεκατῶν.

Ὁ αὐτὸς, περὶ ἀπαρχῶν καὶ δεκατῶν. ἐπιτάσσω, πᾶσαν ἀπαρχὴν προσκομίζεσθαι τῷ ἐπισκόπῳ καὶ τοῖς πρεσβυτέροις καὶ τοῖς διακόνοις, εἰς διατροφὴν αὐτῶν· πᾶσαν δὲ δεκάτην προσφέρεσθαι, εἰς διατροφὴν τῶν λοιπῶν κληρικῶν, καὶ τῶν παρθέ-

CAPUT XXX.

Ejuſdem, de primitiis & decimis.

Idem, de primitiis & decimis. Adhuc injungo, ut omnes primitiæ afferantur Epiſcopo, & Presbyteris, & Diaconis, ad eorum alimentum; utque omnes decimæ offerantur, ad alendos reliquos Clericos, & virgines, ac viduas,

---

ἀγαπητοῖς ἀδελφοῖς ἐν κυρίῳ χαίρειν.
Εἰ καὶ φθάσαντες ὑπεγράψατε οἷς ἐπέστειλα τοῖς περὶ Ἄρειον, προτρέπων * αὐτοὺς ἀρνήσασθαι μὲν τὴν ἀσέβειαν, ἀκολουθῆσαι δὲ τῇ ὑγιαινούσῃ καὶ καθολικῇ πίστει, καὶ ἐδείξατε ἑαυτῶν ὀρθὴν τὴν φρόνησιν, καὶ τὴν ἐν τοῖς δόγμασι συμφωνίαν τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας. ὅμως ἐπειδὴ καὶ πρὸς τοὺς ἀπανταχοῦ συλλειτουργοὺς ἐπιστολὰς περὶ τῶν περὶ Ἄρειον, ἀναγκαῖον ἡγησάμην, ὑμᾶς μὲν τοὺς τῆς πόλεως κληρικοὺς συναγαγεῖν, ὑμᾶς δὲ τοὺς ἀπὸ τοῦ Μαρεώτου μεταπέμψασθαι, μάλιστα ὅτι καὶ ἀφ' ὑμῶν Χάρης καὶ Πιστὸς πρεσβύτεροι, καὶ Σαραπίων, καὶ Παράμμων, Ζώσιμος, καὶ Εἰρηναῖος διάκονοι, ἀπηνέχθησαν τοῖς περὶ Ἄρειον, καὶ ἠξίωσαν σὺν αὐτοῖς καθαιρεθῆναι· ἵνα γνῶτε τὰ νῦν γραφόμενα, ὑμεῖς ἐν τούτοις συμφωνίαν ἑαυτῶν ἐνδείξησθε, καὶ τῇ καθαιρέσει τῶν περὶ Ἄρειον καὶ τῶν περὶ Πιστὸν ψηφίσησθε. ἀρκεῖ γὰρ τὰ παρ' ἐμοῦ γραφόμενα γινώσκειν ὑμᾶς, καὶ ἕκαστον ὡς παρ' αὐτοῦ γεγραφότα, ἐν τῇ καρδίᾳ κατέχειν.

* f. αὐτοὺς

fratribus in Domino ſalutem.
Licèt jam ſubſcripſeritis illis quæ ad Arium & Arianos miſi, adhortans eos ad negandam impietatem & ad aſſentiendum ſanæ atque Catholicæ fidei, rectamque ſententiam veſtram oſtenderitis, necnon in dogmatibus conſonantiam cum Eccleſia Catholica, tamen quia & ad omnes ubique terrarum Comminiſtros de Ariana ſecta litteras dedi, neceſſarium cenſui, ut vos quidem civitatis Clericos congregarem, vos verò qui de Mareota eſtis accerſerem, præcipuè cùm ex vobis quoque Chares & Piſtus Presbyteri, & Serapio, & Parammon, Zoſimus, & Irenæus Diaconi, Arianos aſſectati fuerint, atque cum illis deponi voluerint; quò tum quæ nunc ſcriptis mandata ſunt cognoſcatis, tum veſtrum in iis conſenſum demonſtretis, itemque Arii, Piſti, ſociorumque depoſitioni ſuffragemini. Decet enim vos quæ à me ſcripta ſunt ſcire, & unumquemque ea quaſi à ſe eſſent exarata, corde retinere.

Vide Lambecium Biblioth. Cæſar. Lib. III. MS. 57. pag. 87. COT.

93 Οὐ βαπτίζει &c. uſque ad οὐδενὶ ἐξόν.] Citatur in fine Reſponſionum Nicetæ Heracleenſis ad Interrogationes Conſtantini Epiſcopi, prout exſtant in MSS. tribus ad calcem Matthæi Blaſtaris, duobus Regiis, tertio Joliano. Ibid.

94. Ἀναγνώστην, οὔτε ψάλτην, οὔτε διακόνισσαν] Silentiñ ge-

duas, & paupertate afflictos. Primitiæ enim, ſacerdotum ſunt, atque iis miniſtrantium Diaconorum.

νων, καὶ τῶν χηρῶν, καὶ τῶν ἐν πενίᾳ ἐξεταζομένων, αἱ γὰρ ἀπαρχαὶ τῶν ἱερέων εἰσὶ, καὶ τῶν αὐτοῖς ἐξυπηρετουμένων διακόνων.

CAPUT XXXI.

Ejuſdem, de iis quæ ſuperſunt.

IDem, de reliquiis conſtituo. Eulogias quæ in myſticis oblationibus ſuperſunt, Diaconi ex voluntate Epiſcopi aut Presbyterorum diſtribuant Clero; Epiſcopo partes quatuor, Presbytero partes tres, Diacono partes duas; cæteris verò, Subdiaconis, vel Lectoribus, vel Cantoribus, vel Diaconiſſis, partem unam. Id enim pulcrum & coram Deo acceptum eſt, unumquemque ſecundùm ſuam dignitatem honorari: nam Eccleſia non confuſionis, ſed ordinis eſt ſchola.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ λα΄.

Τοῦ αὐτοῦ περὶ περισσευμάτων.

Ὁ Αὐτὸς, περὶ περισσευμάτων διατάσσομαι. [95] Τὰς περισσευούσας ἐν τοῖς μυστικοῖς εὐλογίας, κατὰ γνώμην τοῦ ἐπισκόπου ἢ τῶν πρεσβυτέρων οἱ διάκονοι διανεμέτωσαν τῷ κλήρῳ· τῷ ἐπισκόπῳ μέρη τέσσαρα, πρεσβυτέρῳ μέρη τρία, διακόνῳ μέρη δύο· τοῖς δὲ ἄλλοις, ὑποδιακόνοις, ἢ ἀναγνώσταις, ἢ ψάλταις, ἢ διακονίσσαις, μέρος ἕν. τοῦτο γὰρ καλὸν καὶ ἀποδεκτὸν ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ, ἕκαστον τιμᾶσθαι κατὰ τὴν αὐτοῦ ἀξίαν· ἡ γὰρ ἐκκλησία οὐκ ἀταξίας, ἀλλ' εὐταξίας ἐστὶ διδασκαλεῖον.

CAPUT XXXII.

Varii Canones Pauli Apoſtoli, de iis qui accedunt ad Baptiſmum; quos oporteat admittere, & quos rejicere.

I Cor. 15. 9. ET ego Paulus, Apoſtolorum minimus, hæc de Canonibus conſtituo vobis Epiſcopis, & Presbyteris. Qui primò ad Myſterium pietatis accedunt; Epiſcopo vel Presbyteris per Diaconos adducantor; & cauſſas exquirantur, quare ſe ad verbum Domini adjunxerint: quique obtulerunt, teſtimonium eis præbeant, diligenter exploratis quæ ad eos ſpectant. Examinentur autem eorum mores ac vita; & an ſervi ſint, vel liberi. Atque ſi fidelis ſeu Chriſtiani ſervus fuerit; interrogetur dominus ejus, utrùm ei teſtimonium perhibeat: ſi non perhibet, rejiciatur, donec domino probaverit, dignum ſe eſſe; ſi verò ei perhibet teſtimonium, admittatur. Quòd ſi Ethnici ſit famulus;
Tit. 2. doceatur placere domino, ut Verbum & Chriſtiana religio non aſpergatur infamiâ. Rurſus ſi habet uxorem, aut mulier virum; edoceantur ſe mutuò,
Ignat. ad conjuges, eſſe contenti: ſin verò non ſunt matrimo-
Polyc. 5. nio conjuncti; diſcant non ſcortari, ſed legitimo
Pſeudo- ſociari connubio. Si autem dominus ejus, cùm ſit
Ignat. ad fidelis, & ſciat quòd ille ſcortetur, non dat ei uxo-
Heron. 5. rem, aut mulieri virum, excommunicetur. Si quis verò Dæmonem habeat; doceatur quidem pietatem, ſed non recipiatur ad communionem, antequàm mundetur: tamen ſi mors urgeat, recipiatur. Si quis eſt leno; aut deſinat perductorem agere, aut repellatur. Meretrix quæ accedit; aut deſiſtat, aut rejiciatur. Idolorum artifex, cùm accedit, aut deſiſtat, aut rejiciatur. Scenicorum ſi quis accedat, vir ſive femina; vel auriga, vel gladiator, vel ſtadii

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ λβ΄.

Κανόνες διάφοροι Παύλου τοῦ ἀποστόλου, περὶ τῶν προσιόντων τῷ βαπτίσματι, τίνας δεῖ προσδέχεσθαι, καὶ τίνας ἀποβάλλεσθαι.

Κἀγὼ Παῦλος ὁ τῶν ἀποστόλων ἐλάχιστος, τάδε διατάσσομαι ὑμῖν τοῖς ἐπισκόποις καὶ πρεσβυτέροις, περὶ κανόνων. οἱ πρώτως προσιόντες τῷ μυστηρίῳ τῆς εὐσεβείας, διὰ τῶν διακόνων προσαγέσθωσαν τῷ ἐπισκόπῳ ἢ τοῖς πρεσβυτέροις· καὶ τὰς αἰτίας ἐξεταζέσθωσαν, οὗ χάριν προσῆλθον τῷ κυριακῷ λόγῳ· οἱ δὲ προσενεγκόντες μαρτυρείτωσαν αὐτοῖς, ἀκριβώσαντες τὰ κατ' αὐτούς. ἐξεταζέσθωσαν δὲ αὐτῶν καὶ οἱ τρόποι, καὶ ὁ βίος, καὶ εἰ δοῦλοί εἰσιν ἢ ἐλεύθεροι. καὶ ἐὰν πιστοῦ δοῦλος ᾖ, ἐρωτάσθω ὁ κύριος αὐτοῦ, εἰ μαρτυρεῖ αὐτῷ· ἐὰν δὲ μὴ, ἀποβαλλέσθω, ἕως ἂν ἑαυτὸν ἄξιον ἐπιδείξῃ τῷ δεσπότῃ· εἰ δὲ μαρτυρεῖ αὐτῷ, προσδεχέσθω. εἰ δὲ ἐθνικοῦ ᾖ οἰκέτης, διδασκέσθω εὐαρεστεῖν τῷ δεσπότῃ, ἵνα μὴ βλασφημῆται ὁ λόγος. εἰ μὲν οὖν ἔχει γυναῖκα, ἢ ἡ γυνὴ ἄνδρα, διδασκέσθωσαν ἀρκεῖσθαι ἑαυτοῖς· εἰ δὲ ἄγαμοί εἰσι, μανθανέτωσαν μὴ πορνεύειν, ἀλλὰ γαμεῖν νόμῳ. εἰ δὲ ὁ δεσπότης αὐτοῦ πιστὸς ὢν, καὶ εἰδὼς ὅτι πορνεύει, οὐ δίδωσιν αὐτῷ γυναῖκα, ἢ τῇ γυναικὶ ἄνδρα, ἀφοριζέσθω. ἐὰν δέ τις δαίμονα ἔχῃ, διδασκέσθω μὲν τὴν εὐσέβειαν, μὴ προσδεχέσθω δὲ [96] εἰς κοινωνίαν πρὶν ἂν καθαρισθῇ· εἰ δὲ θάνατος κατεπείγοι, προσδεχέσθω. εἴ τις πορνοβοσκός· ἢ παυσάσθω τοῦ μαστροπεύειν, ἢ ἀποβαλλέσθω. πόρνη προσιοῦσα, ἢ παυσάσθω, ἢ ἀποβαλλέσθω. εἰδωλοποιὸς προσιὼν, ἢ παυσάσθω, ἢ ἀποβαλλέσθω. τῶν ἐπὶ σκηνῆς ἐάν τις προσίῃ ἀνὴρ, ἢ γυνὴ, ἢ [97] ἡνίοχος, ἢ μονομάχος, ἢ σταδιο-

---

gi non debet varia lectio Codicis Regii qui notatur numero 2992. ἀναγνώσταις, ἢ ψάλταις, ἢ διακονίσσαις. COT.

95. *Τὰς περισσευούσας ἐν τοῖς μυστικοῖς εὐλογίας.*] Intellige quidquid panis & vini oblatum fuerit à populo, nec fuerit à ſacerdote conſecratum. Johannes Moſchus Prati ſpiritualis cap. 25 *ἐνὶ ἐλάμβανον εὐλογίας ἀπὸ Ἱεροσολύμων, καὶ διαδίδωμι τὰς εὐλογίας*, & cætera, quæ velim legas. In Socrate Hiſt. lib. 7. cap. 12. de Chryſantho Novatiano Epiſcopo; *ἀπὸ τῶν ἐκκλησιῶν οὐδὲν ἐδέξατο. πλὴν κατὰ κυριακὴν δύο ἄρτους τῶν εὐλογιῶν ἐλάμβανεν.* *Ab Eccleſiis nihil accepit, præter duos panes Eulogiarum, ſingulis diebus Dominicis.* *Τὰ προσφερόμενα εἰς λόγον θυσίας, μετὰ τὰ ἀναλισκόμενα εἰς χρείαν τῶν μυστηρίων, οἱ κληρικοὶ διανεμέσθωσαν*, &c. *Quæ ad ſacrificium offeruntur, poſt ea quæ in myſteriorum uſum conſumantur, Clerici dividant.* eſt canon 7. Theophili Alexandrini; ad quem operæ pretium fuerit conſulere Theodorum Balſamonem. Ibid.

96. *Εἰς κοινωνίαν.*] Id eſt, fidelium ſocietatem per Baptiſmum, ut legenti patebit. Falluntur itaque Monachi illi apud Balſamonem p. 229. qui de communione Euchariſtiæ accipiunt; ſic interrogantes Conſtantinopolitanam Synodum ſub Nicolao Patriarcha habitam; *εἰ δεῖ τὸν δαιμονιζόμενον μεταλαμβάνειν τῶν ἁγιασμάτων· ὁ μὲν γὰρ ἅγιος Τιμόθεος εἰς τὰς περὶ αὐτοῦ ἐρωτήσεις εἶπεν ἄλλως, καὶ οἱ ἅγιοι ἀπόστολοι ἄλλως, καὶ οἱ νεώτεροι ἄλλως.* *An oporteat dæmoniacum communicare ſacramentis. Sanctus enim Timotheus in ſibi propoſitis Quæ-* Quæſt. 3.
ſtionibus aliter dixit, & ſancti Apoſtoli aliter, & recentiores aliter. De Baptiſmo Energumenorum agitur etiam, Canone Eliberitano 37. Quæſtione 2. laudati Timothei pag. 1060. Balſamonis, canone 13. Concilii Arauſicani 1. & cap. 76. Capitularis Attonis Tom 8. Acheriani Spicilegii. Ibid.

97. *Ἡνίοχος.*] Ad hunc canonem, & Eliberitanum, ac Arelatenſes, appoſitè adjungetur elegans Hiſtoria ex vita Hilarionis per Hieronymum: *Auriga Gazenſis, in curru percuſſus à Dæmone, totus obriguit, ita ut nec manus agitare, nec cervicem poſſet reflectere. Delatus ergo in lecto, cùm ſolam linguam moveret ad preces, audivit non prius poſſe ſanari, quam cre-*

ϛαδιοδρόμος, ἢ [98] λουδεμπιστὴς, ἢ Ὀλυμπικὸς, ἢ χοραύλης, ἢ [99] κιθαριστὴς, ἢ λυριστὴς, ἢ ὁ τὴν ὄρχησιν ἐπιδεικνύμενος, ἢ κάπηλος· ἢ παυσάσθωσαν, ἢ ἀποβαλλέσθωσαν. Στρατιώτης προσιὼν, διδασκέσθω μὴ ἀδικεῖν, μὴ συκοφαντεῖν, ἀρκεῖσθαι δὲ τοῖς διδομένοις ὀψωνίοις· πειθόμενος, προσδεχέσθω, ἀντιλέγων δὲ, ἀποβαλλέσθω. Ἀῤῥητοποιὸς, κίναιδος, [1] βλὰξ, μάγος, ἐπαοιδὸς, ἀστρολόγος, μάντις, θηρεπῳδὸς, [2] λώταξ, ὀχλαγωγὸς, [3] περιάμματα ποιῶν, περικαθαίρων, οἰωνιστὴς, [4] συμβολοδείκτης, [5] παλμῶν ἑρμηνευτὴς, [6] φυλαττόμενος ἐν συναντήσει λώβας ὄψεως, ἢ ποδῶν, ἢ ὀρνίθων, ἢ γαλῶν, ἢ ἐπιφωνήσεων, ἢ παρακουσμάτων συμβολικῶν· χρόνῳ δοκιμαζέσθωσαν. δυσέκνιπτος γὰρ ἡ κακία· παυσάμενοι δὲ, προσδεχέσθωσαν, μὴ πειθόμενοι δὲ ἀποβαλλέσθωσαν. [7] Παλλακή τινος ἀπίστου δούλη, ἐκείνῳ μόνῳ σχολάζουσα, προσδεχέσθω· εἰ δὲ καὶ πρὸς ἄλλους ἀσελγαίνει, ἀποβαλλέσθω. Πιστὸς ἐὰν ἔχῃ παλλακὴν, εἰ μὲν δούλην, [8] παυσάσθω, καὶ νόμῳ γαμείτω· εἰ δὲ ἐλευθέραν, ἐκγαμείτω αὐτὴν νόμῳ· εἰ δὲ μὴ, ἀποβαλλέσθω. Ἑλληνικοῖς τις ἔθεσιν ἐξακολουθῶν, ἢ Ἰουδαϊκοῖς μύθοις, ἢ μεταθέσθω, ἢ

curſor, vel laniſta ſeu ludorum curator, vel Olympicus, vel choraules, vel chithariſta, vel lyriſtes, vel ſaltationem oſtentans, vel caupo; hi aut finem faciant, aut rejiciantur. Miles, accedens, doceatur nemini injuriam inferre, non calumniari, contentus eſſe ſibi datis ſtipendiis: obtemperans his, admittatur, repugnans, rejiciatur. Nefandæ libidinis perpetrator, cinædus, laſcivus, Magus, incantator, Aſtrologus, vates, captator carminum Magicorum, mendicus agyrta, circulator, amuleta faciens, luſtrans, augur, ominum & ſignorum monſtrator, palpitationum interpres; in occurſu obſervans vitia oculorum aut pedum, vel obſervans aves, aut muſtelas, aut voces, aut ſymbolicas auditiones, probentur tempore: vix enim elui poteſt malitia: cùm igitur deſierint, admittantur; ſi non pareant, rejiciantur. Concubina cujuſpiam infidelis mancipium, illi ſoli dedita, admittatur; ſi autem etiam cum aliis petulanter agit, rejiciatur. Fidelis, qui habet concubinam; ſi ſervam, deſinat, & legitimè ducat uxorem; ſi liberam, eam in uxorem legitimam accipiat; ſi nolit, rejiciatur. Qui Gentilium mores ſectatur, vel Judaicas fabulas; aut mu- Luc. 3. 14.

---

tenderet in Jeſum, & ſe ſponderet arti priſtinæ renunciaturum. Credidit, ſpopondit, ſanatus eſt, magiſque de animæ quàm de corporis ſalute exſultavit. Auguſtinus de opere Monachorum cap. 13. *nec effractor aut latro erat, nec auriga, aut venator, aut hiſtrio, aut turpilucrus.* Tertullianum prætereo, cum aliis. Ibid.

98. Λουδεμπιστής] (Codice Regio 772. qui continet λέξεις ἐκ τῆς διατάξεως, cum acuto in penultima λουδεμπίστης) eſt aut laniſta, qui Gloſſis λουδοτρόφος; aut potiùs ludi procurator, ut appellatur à Tacito; is cui ludorum ac munerum publicorum cura credita eſt. Lexicon Phavorini, λουδεμπιστὴς, ὁ ἄρχων τῆς παιγνίου. λοῦδος γὰρ ἡ παιγνία παρὰ Ῥωμαίοις. Hinc Gloſſa marginalis Libri Regii 2392. ad locum Conſtitutionum, quantum fugientem ſcripturam aſſequi mihi licuit, τουτέστιν ὁ ἄρχων τῆς παιγνίας. ὁ καὶ [illegible] γελοῖα, λοῦδος γὰρ Ῥωμαίοις [illegible]. Vide ſupra Conſtit. lib. 5. Nimirum errant Græci, qui ad libidinem hoc vocis trahunt. In Lexico Stephani apud Meurſium; λουδεμπιστὴς ἀῤῥητοποιός. Et MS Regio 2392. λουδεμπιστὴς, ἑρμηνεύεται ὁ ἀσελγαίνων. [illegible] λοῦδος γὰρ παρὰ τῇ Ῥωμαίων διαλέκτῳ ἀσέλγεια. Ibid.

99. Κιθαριστὴς, ὁ λυριστής.] Notat Helladius apud Photium Bibliothecæ codice penult. Græcos dicere κιθαρίζειν & κιθαριστὴν, dicere λύραν, ſed non dicere λυριστήν. Hoc de Prima Græcia, poſtea enim λυριστὴς quoque in uſu fuit. Lexicon Græco-Latinum vetus, λυριστὴς, fidicinarius. Pari modo Latini mediæ ætatis Lyriſtem uſurpant. Unde Lyriſtria Auguſtino III. contra Julianum cap. 21. Ibid.

1. Βλάξ.] Significat mollem, laſcivum, ignavum, ſupinum, jactatorem, fatuum. Optima Gloſſa hic, ἄλλως οἱ Ἀθηναῖοι τὸν [illegible] λέγουσι. Ibid.

2. Λώταξ.] Docente Euſtathio, qui circa lotum laborabat, λώταξ dicebatur. Id verò hominum genus quia vile fuit, malum, ac erroneum, exinde λώταγες dicti mendici vagantes atque nebulones. [illegible] Non *vides hos mendicos, quos ſolemus vocare Lotagas? quo modo circumeant, quo modo etiam eorum miſereamur? Sed tamen iis non datur ulla venia. Neque enim iis ignoſcimus, quando aleâ ludentes, ſuas veſtes perdunt.* Chryſoſtomus Homilia 13. in Epiſtolam ad Epheſios. In Scholiis noſtris ad λώταξ annotatur, ſi bene tantum non deleta lego, [illegible]. At alterius Græci eodem in MS. 2392. alibi obſervatio eſt, [illegible] (lege aut intellige [illegible]) [illegible]. Lexicon Phavorini; λώταξ, ὁ λωβός. [illegible] &c. Aliud Lexicon Græco-Latinum Cod. Reg. 85. λωτοφάγοι. delicatè viventes. Apud Heſychium, λωτὸς, [illegible] &c. Ibid.

3. Περιάμματα ποιῶν] Corrige etiam è MS. Regio 58. 8. locum in Euchologio, ſeu Græcorum Rituali, p. 344. [illegible] φυλακτήρια, leg. περιάμματα, & φυλακτήρια. Quid ſint περιάμματα, ut & φυλακτήρια, ſi ignores, docebunt te plurimi. A Scholiaſte memorati Regii codicis, περιάμματα ποιῶν exponitur, [illegible] φίλτρα. Ibid.

4. Συμβολοδείκτης.] Commemorat S. Gregorius Nyſſenus συμβολομαντείας, in Epiſtola de Pythoniſſa [illegible] quo loco doctiſſimus interpres fruſtra ſollicitat κατὰ κοιλίας, ut ſubſtituat [illegible] *inſtinctus.* κατὰ κοιλίας enim *per pudenda* ſignificat. *Auguria, divinationes per ſymbola, oracula, haruſpicia, mortuorum evocationes, furioſos afflatus, per pudenda inſpirationes.* Aperta ſunt verba Origenis tom. 3. in Celſum; [illegible] Vide Chryſoſtomum initio Catenæ in Jeremiam apud Ghiſlerium. συμβολικὰς. συμβολικῶν μαντειῶν. in Cyrillo lib. 10 contra Julianum, ad finem. Porrò nihil frequentiùs in libris omnium gentium linguarumque omnium occurrit ſymbolis ſeu ſignis ſuperſtitioſis. Scholiaſtes noſter ad [illegible]. ad οἰωνιστὴς [illegible]. ad συμβολοδείκτης. ὁ διὰ συμβόλων [illegible]. Ibid.

5. Παλμῶν ἑρμηνευτὴς.] Epiphanius in Expoſitione fidei num. 24. παλμῶν παρατηρήσεις. Quæ duo loca inſcitè tractavit infelix Magius Miſcellaneorum lib. 4 cap. ult. exponens de extiſpicibus, extorum inſpectione ac palpitatione. Nec feliciùs in Editione Petaviana Epiphanii, παλμῶν παρατηρήσεις vertitur *ſortitiones.* παλμὸς eſt alicujus membri palpitatio & ſubſultatio, dicta ſaltus, ſaltio; & ſaliſſatio: unde ſalitores & ſaliſſatores, qui inde aliquid fauſti vel infauſti augurabantur; augurio quod appellant παλμικὸν, παλμαντικὸν, & παλμοσκοπικόν. Scripſerant ea de re Sibylla Erythræa, Poſidonius, & alii multi: citatque Meurſius Exercitationum Criticarum parte 1. p. 114. 115. verba Melampodis Hierogrammatei ex Opere inſcripto, περὶ παλμῶν μαντικὴ, πρὸς Πτολεμαῖον βασιλέα. De παλμῶν παρατηρήσει optimè omnium Auctor Quæſtionum ad Orthodoxos, inter Opera Juſtini Martyris, Quæſt. 19. Ibid.

6. Φυλαττόμενος ἐν συναντήσει λώβας ὄψεως. (al. ὄψεων) ἢ ποδῶν] Pari modo S. Chryſoſtomus Homil. 21. ad populum Antiochenum; [illegible] *Sæpe domum quis ſuam egreſſus hominem vidit unoculum, vel claudicantem, & ominatus eſt.* Item S. Baſilius ad Eſaiæ II. 6. Ibid.

7. Παλλακή τινος ἀπίστου δούλη] Nota ſunt ex multis Auctoribus, eoque non pluribus explicanda, duo concubinarum genera: illicitum planè, earum quæ clam, ad tempus, libidinis ſolius cauſâ aſſumuntur: aliudque pero... aliquando atque toleratum, feminarum publicè in perpetuum ad ſuſcipiendos liberos ductarum, abſque tamen dotalibus inſtrumentis. Sed culpæ affine eſſet non adſcribere B. Auguſtini locum, qui ſingulariter ad Conſtitutionem facit. *De concubina quoque, ſi profeſſa fuerit nullum ſe alium cognituram, etiam ſi ab illo cui ſubdita eſt, dimittatur; meritò dubitatur, utrùm ad percipiendum Baptiſmum non debeat admitti.* cap 19 lib. de fide & operibus. Ibid.

8. Παυσάσθω. καὶ νόμῳ γαμείτω] *Ancillam à toro abjicere, & uxorem certæ ingenuitatis accipere, non duplicatio conjugii, ſed profectus eſt honeſtatis* reſpondet Leo Papa inquirenti Ruſtico Narbonenſi, Epiſt. 92. Ibid.

mutet vitam, aut repellatur. Si quis animum addicit inſaniæ Theatri, aut venationibus, aut equeſtribus curſibus, aut ludorum certaminibus; vel ceſſet, vel rejiciatur. Qui erit Catechumenus, per tres annos Catecheſi informetur: quòd ſi ſtudioſè ſe gerit, & rei deſiderio tenetur, admittatur: quia non tempus, ſed vitæ inſtitutum perpenditur. Qui docet, quamvis Laicus ſit, modò peritus in Sermone, ac morum probitate ornatus,
Joh. 6. 45. doceat: *Erunt enim omnes à Deo docti.* Omnis Chriſtianus, vel Chriſtiana, manè ex ſomno ſurgentes, antequam opus faciant, lavent ac precentur: ſi autem aliqua Sermonis Catecheſis agatur,
I. Pſeudo-Ignat. ad Antioch. 10. *Epheſ.* 6. Col. 4. Philem. operi quiſque anteponat verbum pietatis. Fidelis vir, vel fidelis mulier, benignè ſe habeant erga famulos: ſicut & in præcedentibus conſtituimus, & in Epiſtolis docuimus.

ἀποβαλλέσθω. θεατρομανίᾳ εἴ τις προσέχει, ἢ κυνηγεσίοις, ἢ [9] ἱπποδρομίαις, ἢ ἀγῶσιν ἢ παυσάσθω, ἢ ἀποβαλλέσθω. ὁ μέλλων κατηχεῖσθαι, τρία ἔτη κατηχείσθω· εἰ δὲ σπουδαῖός τις ᾖ, καὶ εὔνοιαν ἔχῃ περὶ τὸ πρᾶγμα, προσδεχέσθω· ὅτι οὐχ ὁ χρόνος, ἀλλ' ὁ τρόπος κρίνεται. [10] ὁ διδάσκων, εἰ καὶ λαϊκὸς ᾖ, ἔμπειρος δὲ τοῦ λόγου, καὶ τὸν τρόπον σεμνός, διδασκέτω· ἔσονται γὰρ πάντες διδακτοὶ Θεοῦ. πᾶς πιστὸς ἢ πιστή, ἕωθεν ἀναστάντες ἐξ ὕπνου, πρὸ τοῦ ἔργον ἐπιτελεῖν, [11] νιψάμενοι, προσευχέσθωσαν· εἰ δέ τις λόγου κατήχησις γίνεται, * προτιμησάτω τοῦ ἔργου τὸν λόγον τῆς εὐσεβείας. ὁ [a] πιστός, ἢ ἡ πιστή, τοῖς οἰκέταις εὐμενῶς προσηχέτωσαν· καθὼς καὶ ἐν τοῖς προλαβοῦσι διεταξάμεθα, καὶ ἐν ταῖς ἐπιστολαῖς ἐδιδάξαμεν.

* al. προτιμάτω. [a] al. προσφερέσθωσαν

CAPUT XXXIII.

Quibus diebus famuli debeant feriari.

Laudatur ab Anaſtaſio, Quæſt. 64. EGo Paulus, & ego Petrus, conſtituimus. Servi operentur quinque diebus: Sabbato autem & Dominicâ, vacent in Eccleſia, propter doctri-
I. Ignat. interpol. ad Magneſ. 9. nam pietatis. Dicimus enim Sabbatum quidem rationem habere creationis; Dominicam verò, reſurrectionis. Magnâ hebdomade totâ, & eâ quæ illam ſequitur, ſervi otientur: quia illa, paſſio-

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ λγʹ.

Οἵας ἡμέρας δεῖ ἀργεῖν τοὺς οἰκέτας.

* [12] ΕΓὼ Παῦλος, καὶ ἐγὼ Πέτρος, διατασσόμεθα. [13] ἐργαζέσθωσαν οἱ δοῦλοι πέντε ἡμέρας· [14] σάββατον δὲ καὶ κυριακὴν σχολαζέτωσαν ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ διὰ τὴν διδασκαλίαν τῆς εὐσεβείας. τὸ μὲν γὰρ σάββατον * ἔφαμεν, δημιουργίας λόγον ἔχειν· τὴν δὲ κυριακήν, ἀναστάσεως. [15] τὴν μεγάλην δὲ τὴν ἑβδομάδα πᾶσαν, καὶ τὴν μετ' αὐτὴν ἀργείτωσαν οἱ δοῦ-

* Anaſt. ἐ... σόμεθα. ... Πέτρος ... Παῦλος. * al. εἴπομεν.

9. Ἱπποδρομίαις, ἢ ἀγῶσι.] Tres veteres libri habent in hoc fragmento, ἱπποδρομικοῖς ἀγῶσιν. Et infrà. εἰ δέ τις λόγου κατήχησις γίνεται, προτιμησάτω &c. Ac poſtea unus ex illis, εὐμενῶς προσφερέσθωσαν. COT.

10. Ὁ διδάσκων &c.] Codice Regio 1026. Ἐκ τῶν διατάξεων Παύλου τοῦ ἁγίου ἀποστόλου· περὶ κανόνων ἐκκλησιαστικῶν. Ὁ διδάσκων, εἰ καὶ λαϊκὸς εἴη, &c. Hic canon canoni 64. Trullano opponitur in alio MS. Regio 1818. his verbis, ταύτῃ δέ τινες ἀντιπίπτοντες, κανόνα παραφέρουσιν ἕτερον, ἐκτεθειμένον, ὥς φασιν, ὑπὸ τοῦ μεγάλου τῶν ἀποστόλων Παύλου, οὕτως ἔχοντα· ὁ διδάσκων εἰ καὶ λαϊκὸς εἴη, &c. uſque ad διδακτοὶ Θεοῦ. Hoc eſt; *Huic autem canoni ſextæ Synodi quidam repugnantes, canonem alium proferunt, expoſitum, ut aiunt, à maximo Apoſtolorum Paulo, ſic habentem, Qui docet etſi Laicus ſit*, &c. Reſpondet ille neſcio quis, diverſitatem ortam ex temporum diverſitate: quando pauci erant Chriſtiani, iique inter alia chariſmata accipiebant donum doctrinæ; & quando multi facti ſunt Chriſtiani & chariſma illud ceſſavit cum aliis donis. Subdit poſteriores canones legeſque prævalere prioribus. Nicon Monachus in Pandecte, Opere inedito, Ejuſdem Gazæ Regiæ κεφαλαίῳ, cap. 8. Ἐκ τῶν διατάξεων τοῦ ἁγίου ἀποστόλου Παύλου. Ὁ διδάσκων εἰ καὶ λαϊκὸς εἴη, &c. Σχόλιον. Ὅρα πῶς ἐπιτρέπει λαϊκοῖς διδάσκειν, ὅπερ ὁ ἕκτος σύνοδος ἐν τῷ ἑξηκοστῷ τετάρτῳ κανόνι κωλύει. [illegible] Legere poteſ ſuper ea quæſtione, in utramque partem, Euſebii Hiſtoriam Eccleſ. lib. 6. cap. 19. Concilii Carthaginenſis 4. canonem 98. & Leonis PP. Epiſtolas 62. & 63. qui ultimus locus citatur in Capitularibus Addit. 4. cap. 19. Atqui lib. 3. cap. ult. docere Presbyterorum eſſe officium Noſter dicit. Interpretor de jure ordinario, aut de concionibus publicis in Eccleſia, ad fideles. Ibid.

11. Νιψάμενοι.] Lavatione ad puritatem corporis, non item animæ. Nam ſupra lib. 6. cap. 6. damnantur Hemerobaptiſtæ. [illegible] Os aureum Hom. 21. in Geneſim τὴν ὄψιν τοῦ σώματος καθ' ἑκάστην ἡμέραν ἀπονίπτεις, [illegible] *Faciem corporis tui quotidie abluis, ne qua fortè macula faciei inhærens fœdam illam reddat.* Apud incertum Auctorem Operis imperfecti in Matthæum, Homiliâ 15. ſeu potius ad cap. 6. verſ. 17. *Et quis facie non lavatâ procedit?* Sic & S. Auguſtino lib. 2. de ſermone Domini in monte cap. 12. dicitur, faciem quotidianâ conſuetudine lavari. Atque eodem trahitur à Livineio locus Theodori Studitæ in Catecheſi 5. quem ſic ſcriptum reperit; ἄρτι τὸ πρωῒ ἐξαναστάμενοι προθύμως, καὶ τὸν ὕπνον ἀποτιναξάμενοι, καὶ νίψει προσευξάμενοι correxit autem hoc modo; ἀποτιναξάμενοι νίψει. καὶ προσευξάμενοι. ut vertit; *ſtatim primâ luce alacres ſurgentes, & ſomno lotione diſcuſſo comprecantes.* Verùm mutandum duntaxat è Codice Regio, νίψει in νήψει. unde exſurgit elegans ſenſus; *ſomnum excutientes, & vigilanter orantes.* In Actis Eliæ junioris quæ debentur diligentiæ viri doctiſſimi Franciſci Combefiſii, pag. 160. [illegible] Ariſteas; [illegible] Ibid.

12. Ἐγὼ Παῦλος καὶ ἐγὼ Πέτρος.] Anaſtaſius MS. ἐγὼ Πέτρος καὶ Παῦλος, quemadmodum in Typico S. Sabæ fol. 155. in Regiis MSS. 1130. 2556. 2392. 2430. & in Niconis inedito Pandecte ſerm. 57. & 58. Interdum, licèt rariùs, Paulus nominatur ante Petrum. Sic in Ignatio interpolato ad Magneſianos 10. ad Trallianos 5. in Pſeudo-Ignatio ad Antiochenos 7. Sic etiam apud alios, verbi gratiâ Origenem Homil. 25. in Numeros, 2. in Judices, 2. in Ezechielem; Euſebium Hiſt. lib. 7. cap. 18. ubi tamen à Rufino & Nicephoro Paulus poſtponitur; Gregorium Nazianzenum Orat. 16. ſub finem, Chryſoſtomum lib. de Virginitate cap. 82. & ſerm. de manſuetudine non multò ante finem. Paulus Silentiarius de magna Eccleſia, ſeu ſancta Sophia, editus à diffuſiſſimæ lectionis viro ſtupendæque doctrinæ Carolo *Du Freſne*, poſt Notas ad Hiſtoriam Johannis Cinnami, p. 518.

Γραίπτον ἀμφοτέρωθε δύω κήρυκες Θεοῖο,
Παῦλος ὅλης σοφίης θεοδέγμονος ἔμπλεος ἀνήρ,
Καὶ σθεναρὸς κλειδοῦχος ἐπουρανίων πυλεώνων,
Δεσμεύων χθονίοισι καὶ οὐρανίοισι κάλωσιν.
Ab utraque parte ſtant duo Dei præcones,
Paulus vir omni divina ſapientia plenus,
Et cœleſtium januarum fortis claviger,
Cœleſtibus & terreſtribus imponens vinculis. Ibid.

13. Ἐργαζέσθωσαν οἱ δοῦλοι.] Cod. Reg. 2392. 2450. & Niconis Pandectes, ἐργαζέσθωσαν τοὺς λαούς. Membranæ notatæ num. 2536. ἐργαζέσθωσαν τοὺς λαϊκούς. Al. ἐργαζέσθωσαν τοὺς δούλους. Ibid.

14 Σάββατον δὲ σχολαζέτωσαν.] Aliter viſum Patribus Laodicenis can. 29. Lege Ignatii Epiſt. interpol. ad Magneſ. cap. 9. ibique diligentiſſimum Uſſerium. Pro eo quod ſequitur, διὰ τὴν διδασκαλίαν τῆς εὐσεβείας, Anaſtaſii libri impreſſi exhibent, διὰ τὴν διδασκαλίαν τῆς ἀπολαύσεως ὑπὲρ τῆς εὐσεβείας. manifeſto vitio. nam ὑπὲρ τῆς εὐσεβείας correctio marginalis eſt vocis corruptæ, τῆς ἀπολαύσεως. Mox ex varia lectione ſcribi poteſt, τὸ μὲν γὰρ σάββατον εἴπομεν, διὰ τὸ δημιουργίας λόγον ἔχειν. Ibid.

15. Τὴν μεγάλην ἑβδομάδα πᾶσαν, καὶ τὴν μετ' αὐτὴν ἀργείτωσαν.] Huc præter leges Imperatorum, pertinent loca Epiphanii Hæreſ. 70. cap. 12. Chryſoſtomi Homiliâ in magnam hebdomadam Tom. 5. & Auguſtini Sermone habito Dominicâ in Albis, 39. Sirmondianorum; item Canones, Concilii Matiſconenſis 1. 2. Trullanus 66. cum interpretatione Balſamonis, Meldenſis 77. Triburienſis 12. Engelenheimenſis 6. Theodulfi 41. Nicephori confeſſoris 9. Hebdomas autem paſſionis appellatur magna, major, authen-

δῆλον ὅτι ἡ μὲν πάθους ἐστίν, ἡ δὲ ἀναστάσεως, καὶ χρεία διδασκαλίας, τίς ὁ παθὼν καὶ ἀναστάς, ἢ τίς ὁ συγχωρήσας, ἢ καὶ * ἀναστήσας. * Τὴν ἀνάληψιν ἀργείτωσαν, διὰ τὸ πέρας τῆς κατὰ Χριστὸν οἰκονομίας. Τὴν πεντηκοστὴν ἀργείτωσαν, διὰ τὴν παρουσίαν τοῦ ἁγίου πνεύματος τὴν δωρηθεῖσαν τοῖς πιστεύσασιν εἰς Χριστόν. Τὴν * * τῶν * γενεθλίων * ἑορτὴν ἀργείτωσαν, διὰ τὸ ἐν αὐτῇ τὴν ἀπροσδόκητον * χάριν δεδόσθαι ἀνθρώποις, γεννηθῆναι τὸν τοῦ Θεοῦ Λόγον Ἰησοῦν Χριστὸν ἐκ Μαρίας τῆς παρθένου ἐπὶ σωτηρίᾳ τοῦ κόσμου. [16] Τὴν * * τῶν * Ἐπιφανίων * ἑορτὴν ἀργείτωσαν, διὰ τὸ ἐν αὐτῇ ἀνάδειξιν γεγενῆσθαι τῆς τοῦ Χριστοῦ θεότητος, μαρτυρήσαντος αὐτῷ τοῦ πατρὸς ἐν τῷ βαπτίσματι, καὶ τοῦ παρακλήτου ἐν εἴδει περιστερᾶς ὑποδείξαντος τοῖς παρεστῶσι τὸν μαρτυρηθέντα. [17] Τὰς ἡμέρας τῶν * ἀποστόλων ἀργείτωσαν· διδάσκαλοι γὰρ ὑμῶν εἰς Χριστὸν * κατέστησαν, καὶ * πνεύματος ὑμᾶς ἠξίωσαν. Τὴν ἡμέραν Στεφάνου τοῦ πρωτομάρτυρος ἀργείτωσαν, καὶ τῶν λοιπῶν ἁγίων μαρτύρων, τῶν προτιμησάντων Χριστὸν τῆς ἑαυτῶν ζωῆς.

* al. ἀναστήσαντος ὑμᾶς
* Anaſt. τρίτου, τὴν
* Anaſt. γενέθλιον
* al. χαρὰν
* Anaſt. ἐπιφάνειαν
* Anaſt. inſerit ἁγίων
* al. κατέστησαν.
Anaſt. γεγόνασι
* Anaſt. προκριθέντων

nis eſt; hæc, reſurrectionis; & opus eſt doceri, quis ſit qui paſſus eſt ac reſurrexit, item quis ſit qui pati permiſit quique reſuſcitavit. Aſcenſio ſit dies feriatus; propter finitam tunc œconomiam Chriſti. In Pentecoſte ferientur; ob Spiritûs ſancti adventum, conceſſum iis qui in Chriſtum crediderunt. Feſto Natalis ceſſent ab opere; eò quòd tunc hominibus tributum fuit inexſpectatum * beneficium, ut, nempe, Dei Verbum Jeſus Chriſtus ex Maria virgine naſceretur ad mundi ſalutem. In Epiphaniæ feſto vacent; quia in eo demonſtrata eſt Chriſti divinitas, quando Pater teſtimonium ei præbuit in Baptiſmo, & Paracletus in ſpecie columbæ oſtendit eum cui perhibitum erat teſtimonium. In Apoſtolorum diebus opus non faciant: doctores enim veſtri fuerunt in Chriſto, voſque Spiritu donârunt. In die Stephani, primi Martyris ferientur, atque in diebus cæterorum ſanctorum Martyrum, qui Chriſtum prætulerunt vitæ ſuæ.

* vel gaudium

Luc. 3.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ λδʹ.

Ποίαις ὥραις, καὶ διατί ἐν ταύταις δεῖ προσεύχεσθαι.

[18] Εὐχὰς ἐπιτελεῖτε ὄρθρου, καὶ τρίτῃ ὥρᾳ, καὶ ἕκτῃ, καὶ ἐνάτῃ, καὶ ἑσπέρᾳ, καὶ ἀλεκτοροφωνίᾳ· ὄρθρου μέν, εὐχαριστοῦντες ὅτι ἐφώτισεν * ὑμῖν ὁ κύριος, παραγαγὼν τὴν νύκτα, καὶ ἐπαγαγὼν τὴν ἡμέραν· τρίτῃ δέ, ὅτι ἀπόφασιν ἐν αὐτῇ ὑπὸ Πιλάτου ἔλαβεν ὁ κύριος· ἕκτῃ δέ, ὅτι ἐν αὐτῇ ἐσταυρώθη· ἐνάτῃ δέ, ὅτι πάντα κεκίνηται τοῦ δεσπότου σταυρουμένου, φρίττοντα τὴν τόλμαν τῶν δυσσεβῶν Ἰουδαίων, μὴ φέροντα τοῦ κυρίου τὴν ὕβριν· ἑσπέρᾳ δέ, εὐχαριστοῦντες ὅτι * ὑμῖν ἀνάπαυσιν ἔδωκε τῶν μεθημερινῶν κόπων, τὴν νύκτα· ἀλεκτρυόνων δὲ κραυγῇ, διὰ τὸ τὴν * ὥραν εὐαγγελίζεσθαι τὴν παρουσίαν τῆς ἡμέρας, εἰς ἐργασίαν τῶν τοῦ φωτὸς ἔργων. Εἰ δὲ μὴ δυνατὸν ἐν ἐκκλησίᾳ * προϊέναι διὰ τοὺς * ἀπίστους, κατ' οἶκον συνάξεις, ὦ ἐπίσκοπε, ἵνα μὴ εἰσέρχηται εὐσεβὴς εἰς ἐκκλησίαν ἀσεβῶν· οὐχ ὁ τόπος γὰρ τὸν ἄνθρωπον ἁγιάζει, ἀλλ' ὁ ἄνθρωπος τὸν τόπον. Ἐὰν δὲ ἀσεβεῖς κατέχωσι τὸν τόπον, φευκταῖός σοι ἔστω, διὰ τὸ βεβηλῶσθαι ὑπ' αὐτῶν· ὡς γὰρ οἱ ὅσιοι ἱερεῖς ἁγιάζουσιν, οὕτως οἱ ἐναγεῖς μιαίνουσιν. Εἰ δὲ μήτε ἐν οἴκῳ, μήτε ἐν ἐκκλησίᾳ συναθροισθῆναι δυνατόν, ἕκαστος παρ' ἑαυτῷ ψαλλέτω, ἀναγινωσκέτω, προσευχέσθω, ἢ καὶ ἅμα δύο, ἢ τρεῖς· ὅπου γάρ εἰσι δύο ἢ τρεῖς συνηγμένοι ἐν τῷ ὀνόματί μου, ἐκεῖ εἰμι ἐν μέσῳ αὐτῶν. Πιστός, μετὰ κατηχουμένου μήτε κατ' οἶκον προσευχέσθω· οὐ γὰρ δίκαιον τὸν μεμυημένον μετὰ τοῦ ἀμυήτου συμμολύνεσθαι. Εὐσεβὴς μετὰ αἱρετικοῦ, μήτε κατ' οἶκον συμπροσευχέσθω· τίς γὰρ κοινωνία φωτὶ πρὸς σκότος; πιστὸς ἢ πιστὴ δούλοις [19] συναφθέντες, ἢ ἀφιστάσθωσαν, ἢ ἀποβαλλέσθωσαν.

* al. ὑμῶν. & ita Anaſtaſius.
* Anaſt. ἡμῖν
* Anaſt. ὥραν ἀπαίδευτον
* Anaſt. καὶ οὐ
* Anaſt. προελθεῖν
* Anaſt. ἀσυνετοὺς

CAPUT XXXIV.

Quibus horis, & quare in eis precandum ſit.

Precationes facite manè, & tertiâ horâ, ac ſextâ, & nonâ, & veſperè, atque in gallicinio. Manè: gratias agentes, quòd Dominus, abductâ nocte, & inducto die, illuminavit nos. Tertiâ horâ: quoniam in ea Dominus ſententiam damnationis excepit à Pilato. Sextâ: quòd in ea crucifixus eſt. Nonâ: quia cuncta, crucifixo Domino, commota ſunt, dum horrent impiorum Judæorum temeritatem, nec ferre poſſunt contumeliam Domino illatam. Veſperè: gratias agentes, quòd nobis noctem dederit, laborum diurnorum requietem. In gallorum cantu: eo quòd illa hora nunciet adventum diei, ad facienda opera lucis. Si propter infideles impoſſibile eſt ad Eccleſiam procedere; in domo aliquâ congregationem facies, Epiſcope; ne pius ingrediatur in Eccleſiam impiorum: non enim locus hominem ſanctificat; ſed homo locum. Quòd ſi impii locum detineant; fugiendus tibi ſit, utpote ab iis profanatus: quemadmodum enim pii ſacerdotes, ſanctificant; ita impuri polluunt. Si neque in domo, neque in Eccleſia congregatio poteſt agitari; unuſquiſque apud ſe pſallat, legat, precetur; vel duo aut tres ſimul: *Ubi enim ſunt duo vel tres congregati in nomine meo, ibi ſum in medio eorum.* Fidelis, ne domi quidem oret cum Catechumeno: non enim æquum eſt, initiatum cum non initiato coinquinari. Pius, cum Hæretico nec domi comprecetur: *Quæ enim ſocietas luci ad tenebras?* Chriſtianus vel Chriſtiana, conditionis ſervilis, conjuncti; aut ſeparentur, aut rejiciantur.

Citat Anaſtaſius, Quæſt. eâdem.

I. Ignat. interpol. ad Trall. 9.

Mat. 18. 20.

2. Cor. 6. 14.

C A-

thentica, ſancta, aurea, pœnoſa, & ſimpliciter Hebdomas COT.

16. Τὴν τῶν ἐπιφανίων ἑορτήν.] Anaſtaſ. impreſſ. & Cod Reg. 200. ut in Typico, τὴν ἐπιφάνειαν. Cod. verò Reg. 2110. 1789. τὴν ἐπιφανίου. Suprà. MSS. 2336. 2392. 2430. Θεοφανίων, ut Nicon Monachus; & Liber Synodicus MS. Reipublicæ Auguſtanæ citatus ab Hœſchelio in Notatiunculis ad Ὁμιλίας quorumdam Patrum p. 350. 351. Ibid.

17. Τὰς ἡμέρας τῶν ἀποστόλων &c.] Vide ſuprà. Ibid.

18. Εὐχὰς ἐπιτελεῖτε ὄρθρου, &c.] Hieronymus in Epitaphio Paulæ Epiſt. 27. cap. 10. *Manè, horâ tertiâ, ſextâ, nonâ, veſpere, noctis medio, per ordinem Pſalterium cantabant.* ſimiliterque Epiſt. 7. & 8. Idem aut alius, exponens Pſalm. 119. ſub finem Commentariorum in Pſalmos; *Horâ tertiâ oramus: horâ ſextâ oramus: nonâ: lucernarium facimus;* (præſtat ſic diſtinguere, quàm cum Menardo Concord. Regul. p. 368. legere, *Nona oramus, Veſpera Lucernarium facimus.* aut poſt Goarum Euchologii p. 30. *nonâ* explicare, poſt nonam.) *mediâ nocte conſurgimus: deinde gallicinio oramus.* Moxque; *Horâ tertia; ſextâ; nonâ; lucernarium; medio noctis; gallicinio, mane primo.* ad eum modum punxi, ut hæc præcedentibus reſponderent, quod non aliter fiet, ni mane primum ſit velut explicatio gallicinii. Vide Caſſianum lib. 3. de Cœnob. inſtit. cap. 4. De horis canonicis viri docti plures accuratè diſputârunt. Ibid.

19. Συναφθέντες.] Haud dubitandum quin loquatur de illicita conjunctione, qui præcepit cap. 32. ut domini ſervis ſcortantibus conjuges dent. Sed perplacet lectio duorum Codicum, δούλοις συναφθέντες. Ibid.

20. Τὸν

CAPUT XXXV.

Jacobi fratris Chriſti Conſtitutio de Veſpertino Officio.

ET ego Jacobus, frater quidem Chriſti ſecundùm carnem, ſervus autem ejus ut Dei unigeniti, Epiſcopus verò Hieroſolymorum ab ipſo Domino & ab Apoſtolis ordinatus, hæc dico: Cùm fuerit veſpera, congregabis Eccleſiam, ô Epiſcope; & poſtquàm dictus fuerit Pſalmus Lucernalis, recitabit Diaconus orationes pro Catechumenis, Energumenis, Competentibus, & Pœ-
Cap. 5. &c. nitentibus, ut ſuprà diximus. Cúmque ii dimiſſi fuerint, Diaconus dicet; Qui fideles ſumus, oremus Dominum. Et poſtquam recitaverit illa, quæ in primâ oratione; dicet:

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ λε'.

Ἰακώβου τοῦ ἀδελφοῦ Χριστοῦ διάταξις περὶ ἑσπερινοῦ.

Κἀγὼ Ἰάκωβος, ἀδελφὸς μὲν κατὰ σάρκα τοῦ Χριστοῦ, δοῦλος δὲ ὡς Θεοῦ μονογενοῦς, ἐπίσκοπος δὲ ὑπ' αὐτοῦ τοῦ κυρίου καὶ τῶν ἀποστόλων Ἱεροσολύμων χειροτονηθεὶς, τάδε φημί· ἑσπέρας γενομένης, συναθροίσεις τὴν ἐκκλησίαν, ὦ ἐπίσκοπε, καὶ μετὰ τὸ ῥηθῆναι 20 τὸν ἐπιλύχνιον ψαλμὸν, 21 προσφωνήσει ὁ διάκονος ὑπὲρ τῶν κατηχουμένων, καὶ χειμαζομένων, καὶ τῶν φωτιζομένων, καὶ τῶν ἐν μετανοίᾳ, ὡς προέφημεν. μετὰ δὲ τὸ ἀπολυθῆναι αὐτοὺς, ὁ διάκονος ἐρεῖ· ὅσοι πιστοὶ, δεηθῶμεν τοῦ κυρίου. καὶ μετὰ τὸ προσφωνῆσαι αὐτὸν τὰ τῆς πρώτης εὐχῆς, ἐρεῖ.

CAPUT XXXVI.

Oratio Lucernalis.

SErva, & ſuſcita nos Deus per Chriſtum tuum. Suſcitati, poſtulemus miſericordias Domini, atque miſerationes ejus, Angelum paci præpoſitum, bona & conducibilia, finem vitæ Chriſtianum. Veſperam noctémque pacatam ac peccato vacuam, cunctúmque vitæ noſtræ tempus irreprehenſum poſtulemus. Nos ipſos, atque invicem viventi Deo, per Chriſtum ejus commendemus. Ac Epiſcopus orans, dicat:

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ λϛ'.

Προσφώνησις ἐπιλύχνιος.

Σῶσον καὶ ἀνάστησον ἡμᾶς ὁ Θεὸς διὰ τοῦ Χριστοῦ σου. ἀναστάντες αἰτησώμεθα τὰ ἐλέη τοῦ κυρίου καὶ τοὺς οἰκτιρμοὺς αὐτοῦ, 22 τὸν ἄγγελον τὸν ἐπὶ τῆς εἰρήνης, τὰ καλὰ καὶ τὰ συμφέροντα, Χριστιανὰ τὰ τέλη. τὴν ἑσπέραν καὶ τὴν νύκτα εἰρηνικὴν καὶ ἀναμάρτητον, καὶ πάντα τὸν χρόνον τῆς ζωῆς ἡμῶν ἀκατάγνωστον αἰτησώμεθα. ἑαυτοὺς καὶ ἀλλήλους τῷ ζῶντι Θεῷ, διὰ Χριστοῦ αὐτοῦ παραθώμεθα, καὶ ὁ ἐπίσκοπος ἐπευχόμενος, λεγέτω.

CAPUT XXXVII.

Gratiarum actio Lucernalis.

DEus, principii expers ac fine carens, omnium per Chriſtum opifex & rector, ante cuncta verò illius Deus ac Pater, Spiritûs Dominus, & eorum quæ intelligi ac ſentiri poſſunt rex; qui feciſti diem ad opera lucis, & noctem ad re-
Pſ. 73. 16. quiem infirmitatis noſtræ: *Tuus enim eſt dies, & tua eſt nox; tu aptaſti lucem & ſolem:* ipſe & nunc, Domine, hominum amator, ac optime, ſuſcipe clementer hanc noſtram gratiarum actionem veſpertinam. Qui traduxiſti nos per diei longitudinem, & duxiſti ad noctis initia; cuſtodi nos, per Chriſtum tuum; tranquillam præbe veſperam, & noctem peccato liberam; atque nos vitâ æternâ dignare, per Chriſtum tuum; per quem tibi gloria, honor, ac veneratio, in ſancto Spiritu, in ſæcula. Amen. Et Diaconus dicat; Inclinate ad manuum impoſitionem. Ac dicat Epiſcopus; Deus Patrum, ac Domine miſericordiæ, qui Sapientiâ tuâ fabricatus es hominem, animal ratione præditum, maximè ex iis quæ in terra ſunt carum Deo; & tribuiſti ei, ut imperaret rebus terreſtribus; qui-

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ λζ'.

Εὐχαριστία ἐπιλύχνιος.

Ὁ ἄναρχος Θεὸς καὶ ἀτελεύτητος, ὁ τῶν ὅλων ποιητὴς διὰ Χριστοῦ καὶ κηδεμὼν, πρὸ δὲ πάντων αὐτοῦ Θεὸς καὶ πατὴρ, 23 ὁ τοῦ πνεύματος κύριος, καὶ τῶν νοητῶν καὶ αἰσθητῶν βασιλεὺς, ὁ ποιήσας ἡμέραν πρὸς ἔργα φωτὸς, καὶ νύκτα εἰς ἀνάπαυσιν τῆς ἀσθενείας ἡμῶν· σὴ γάρ ἐστιν ἡμέρα, καὶ σή ἐστιν ἡ νὺξ, σὺ κατηρτίσω φαῦσιν καὶ ἥλιον· αὐτὸς καὶ νῦν, δέσποτα, φιλάνθρωπε καὶ πανάγαθε, εὐμενῶς πρόσδεξαι τὴν ἑσπερινὴν εὐχαριστίαν ἡμῶν ταύτην. ὁ διαγαγὼν ἡμᾶς τὸ μῆκος τῆς ἡμέρας, καὶ ἀγαγὼν ἐπὶ τὰς ἀρχὰς τῆς νυκτὸς, φύλαξον ἡμᾶς διὰ τοῦ Χριστοῦ σου, εἰρηνικὴν παράσχου τὴν ἑσπέραν, καὶ τὴν νύκτα ἀναμάρτητον, καὶ καταξίωσον ἡμᾶς τῆς αἰωνίου ζωῆς, διὰ τοῦ Χριστοῦ σου· δι' οὗ σοι δόξα, τιμὴ καὶ σέβας, ἐν ἁγίῳ πνεύματι, εἰς τοὺς αἰῶνας. ἀμήν. καὶ ὁ διάκονος λεγέτω· κλίνατε τῇ χειροθεσίᾳ. καὶ ὁ ἐπίσκοπος λεγέτω· Θεὲ πατέρων, καὶ κύριε τοῦ ἐλέους, ὁ τῇ σοφίᾳ σου κατασκευάσας ἄνθρωπον τὸ λογικὸν ζῶον, τὸ θεοφιλὲς τῶν ἐπὶ γῆς, καὶ δοὺς αὐτῷ τῶν ἐπὶ τῆς χθονὸς ἄρχειν, καὶ καταστήσας γνώμῃ σῇ ἄρχοντας καὶ ἱερεῖς, τοὺς μὲν

20. *Τὸν ἐπιλύχνιον ψαλμόν.*] Dixi ad lib. 2. cap. 59. Nec aſſentior magnæ doctrinæ viro Uſſerio, qui in Diatriba de Symbolis &c. non ſatis diſtinxit Pſalmum lucernalem ab Hymno veſpertino. COT.

21. *Προσφωνήσει.*] Intelligit edicta precéſque Diaconi cum orationibus Epiſcopi. Ita ſæpe in hoc Opere *προσφωνεῖ* & *προσφώνησις*, quando indicantur preces, unàque cum aliis oratur. Ibid.

22. *Τὸν ἄγγελον τὸν ἐπὶ τῆς εἰρήνης.*] Celebratur Angelus pacificus ſeu pacis à Baſilio Epiſt. 239. à Chryſoſtomo ſæpè, à Liturgiis paſſim. In antiquis Pœnitentialibus Joh. Morini p. 99. *Det tibi Dominus Angelum pacis cuſtodem*, &c. Similes verò Angelos ex SS. Patribus diſces: Angelum orationis, ex Tertulliano de oratione cap. 12. Angelos matrimonii, ex eodem ad uxorem lib. 2. cap. ult. Angelum Baptiſmi, lib. de Baptiſmo cap. 4. 5. puerperii, ſeu humanæ ſtructuræ in utero, ex eodem de anima cap. 37. conſentientibus Rabbinis; Angelos vocationis Gentium, ex Origene ad Matthæi XXII. 8. Angelum gratiæ Hananeæ, ab eodem Adamantio ad Rom. XII. 3. S. Baſilii Liturgia ex Arabico verſa, ſub finem; *& Angelus hujus diei benedicti.* Lege quod notavi ſuprà ad finem procemii libri 2. Hermæ. Ibid.

23. *Ὁ τοῦ πνεύματος κύριος.*] Duriſſima locutio, Macedonianiſmum redolens. Ibid.

24. Ἀγ-

μὲν πρὸς ἀσφάλειαν τῆς ζωῆς, τοὺς δὲ πρὸς λατρείαν ἔννομον. αὐτὸς καὶ νῦν ἐπικάμφθητι, κύριε παντοκράτορ, καὶ ἐπίφανον τὸ πρόσωπόν σου ἐπὶ τὸν λαόν σου, τοὺς κάμψαντας αὐχένα καρδίας αὐτῶν, καὶ εὐλόγησον αὐτοὺς διὰ Χριστοῦ, δι' οὗ ἐφώτισας ἡμᾶς φῶς γνώσεως, καὶ ἀπεκάλυψας ἡμῖν σεαυτόν· μεθ' οὗ σοι καὶ ἡ ἐπάξιος ὀφείλεται προσκύνησις παρὰ πάσης λογικῆς καὶ ἁγίας φύσεως, καὶ πνεύματι τῷ παρακλήτῳ, εἰς τοὺς αἰῶνας. ἀμήν. καὶ ὁ διάκονος λεγέτω· προέλθετε ἐν εἰρήνῃ. ὡσαύτως ὄρθρου, ὁ διάκονος, μετὰ τὸ ῥηθῆναι τὸν ὀρθρινὸν, καὶ ἀπολῦσαι αὐτὸν τοὺς κατηχουμένους, καὶ χειμαζομένους, καὶ βαπτιζομένους, καὶ τοὺς ἐν μετανοίᾳ, καὶ τὴν ὀφειλομένην ποιήσασθαι προσφώνησιν, ἵνα μὴ πάλιν λέγωμεν τὰ αὐτὰ, ἐπιφερέτω μετὰ τό· σῶσον αὐτοὺς ὁ Θεὸς, καὶ ἀνάστησον ἐν τῇ χάριτί σου· αἰτησώμεθα παρὰ κυρίου τὰ ἐλέη αὐτοῦ καὶ τοὺς οἰκτιρμοὺς, τὸν ὄρθρον τοῦτον καὶ τὴν ἡμέραν, εἰρηνικὴν καὶ ἀναμάρτητον, καὶ πάντα τὸν χρόνον τῆς παρεπιδημίας ἡμῶν, τὸν ἄγγελον τὸν ἐπὶ τῆς εἰρήνης, χριστιανὰ τὰ τέλη, ἵλεων καὶ εὐμενῆ τὸν Θεόν· ἑαυτοὺς καὶ ἀλλήλους τῷ ζῶντι Θεῷ διὰ τοῦ μονογενοῦς αὐτοῦ παραθώμεθα. καὶ ὁ ἐπίσκοπος ἐπευχόμενος, λεγέτω.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ λη'.

Εὐχαριστία ὀρθρινή.

Ὁ Θεὸς ὁ τῶν πνευμάτων καὶ πάσης σαρκὸς, ὁ ἀσύγκριτος καὶ ἀπροσδεὴς, ὁ δοὺς τὸν ἥλιον εἰς ἐξουσίαν τῆς ἡμέρας, τὴν δὲ σελήνην καὶ τὰ ἄστρα εἰς ἐξουσίαν τῆς νυκτός· αὐτὸς καὶ νῦν ἔπιδε ἐφ' ἡμᾶς εὐμενέσιν ὀφθαλμοῖς, καὶ πρόσδεξαι τὰς ἑωθινὰς ἡμῶν εὐχαριστίας, καὶ ἐλέησον ἡμᾶς· οὐ γὰρ διεπετάσαμεν τὰς χεῖρας ἡμῶν πρὸς Θεὸν ἀλλότριον· οὐ γάρ ἐστιν ἐν ἡμῖν Θεὸς πρόσφατος, ἀλλὰ σὺ ὁ αἰώνιος καὶ ἀτελεύτητος. ὁ τὸ εἶναι ἡμῖν διὰ Χριστοῦ παρασχόμενος, καὶ τὸ εὖ εἶναι δι' αὐτοῦ δωρησάμενος· αὐτὸς ἡμᾶς δι' αὐτοῦ καταξίωσον καὶ τῆς αἰωνίου ζωῆς· μεθ' οὗ σοι δόξα καὶ τιμὴ καὶ σέβας, καὶ τῷ ἁγίῳ πνεύματι, εἰς τοὺς αἰῶνας. ἀμήν. καὶ ὁ διάκονος λεγέτω· κλίνατε τῇ χειροθεσίᾳ. καὶ ὁ ἐπίσκοπος ἐπευχέσθω, λέγων.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ λθ'.

Χειροθεσία ὀρθρινή.

Ὁ Θεὸς ὁ πιστὸς καὶ ἀληθινὸς, ὁ ποιῶν ἔλεος εἰς χιλιάδας καὶ μυριάδας τοῖς ἀγαπῶσί σε, ὁ φίλος ταπεινῶν, καὶ πενήτων προστάτης, οὗ πάντα ἐν χρείᾳ καθέστηκεν, ὅτι τὰ σύμπαντα δοῦλά σου· ἔπιδε ἐπὶ τὸν λαόν σου τοῦτον, τοὺς κεκλικότας σοι τὰς ἑαυτῶν κεφαλὰς, καὶ εὐλόγησον αὐτοὺς εὐλογίαν πνευματικὴν, φύλαξον αὐτοὺς ὡς κόρην ὀφθαλμοῦ, διατήρησον αὐτοὺς ἐν εὐσεβείᾳ καὶ δικαιοσύνῃ, καὶ καταξίωσον αὐτοὺς τῆς αἰωνίου ζωῆς, ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ ἠγαπημένῳ σου παιδί· μεθ' οὗ σοι δόξα, τιμὴ καὶ σέβας, καὶ τῷ ἁγίῳ πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν. καὶ ὁ διάκονος λεγέτω· προέλθετε ἐν εἰρήνῃ. ἐπὶ δὲ τῶν προσφερομένων ἀπαρχῶν, οὕτως εὐχαριστεῖ ὁ ἐπίσκοπος.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ μ'.

Ἐπίκλησις ἐπὶ ἀπαρχῶν.

Εὐχαριστοῦμέν σοι, κύριε παντοκράτορ, δημιουργὲ τῶν ὅλων καὶ προνοητὰ, διὰ τοῦ μονογενοῦς σου παιδὸς Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ κυρίου ἡμῶν, ἐπὶ ταῖς προσενεχθείσαις σοι ἀπαρχαῖς, οὐχ ὅσον ὀφείλομεν, ἀλλ'

que voluntate tuâ principes ac ſacerdotes conſtituiſti; illos quidem ad vitæ ſecuritatem; hos verò ad legitimum cultum: ipſe nunc etiam inflectere, Domine omnipotens, & oſtende faciem tuam ſuper populum tuum, eos qui cervicem cordis ſui incurvârunt; & benedic eis per Chriſtum, per quem illuſtrâſti nos lumine cognitionis, ac revelâſti nobis teipſum; cum quo ab omni rationali & ſancta naturâ debetur tibi adoratio condigna, & Spiritui Paracleto, in ſæcula. Amen. Et Diaconus dicat; Exite in pace. Similem in modum manè, Diaconos, cùm dictus fuerit Pſalmus matutinus, cùmque ipſe dimiſerit Catechumenos, Energumenos, Competentes, ac Pœnitentes, feceritque ſolemnem precationem; (ne iterum eadem referamus;) poſt illud; Serva nos Deus, & ſuſcita in gratia tua; ſubjungat; Poſtulemus à Domino miſericordias ejus atque miſerationes, hoc matutinum & hunc diem, cunctumque peregrinationis noſtræ tempus pacatum ac peccato vacuum, Angelum paci præpoſitum, finem vitæ Chriſtianum, Deum propitium & clementem. Nos ipſos, & mutuò, viventi Deo commendemus per Unigenitum ejus. Ac Epiſcopus orans, dicat:

CAPUT XXXVIII.

Gratiarum actio matutina.

Spirituum & omnis carnis Deus, incomparabilis ac nullius rei indigus; qui dediſti ſolem, ut præeſſet diei; lunam verò & ſtellas, ut præeſſent nocti: ipſe & nunc reſpice ſuper nos oculis benevolis; ac ſuſcipe matutinas noſtras gratiarum actiones; & miſerere noſtri: non enim expandimus manus noſtras ad Deum alienum; ſiquidem non *Pſ. 80. 10.* eſt in nobis Deus recens, ſed tu æternus ac immortalis. Qui nobis per Chriſtum præbuiſti ut eſſemus, quique per eumdem donâſti ut benè eſſemus; ipſe nos per eum dignare æternâ vitâ: cum quo tibi gloria, honor, veneratio, & ſancto Spiritui, in ſæcula. Amen. Tum Diaconos dicat; Inclinate ad manûs impoſitionem. Ac Epiſcopus oret, his verbis:

CAPUT XXXIX.

Impoſitio manûs matutina.

Deus fidelis, & verax; qui facis miſericordiam *Exod. 34.* in millia, & dena millia, diligentibus te; *& 20.* amicus humilium, & pauperum defenſor; quo univerſa opus habent, quia cuncta tibi ſerva ſunt: reſpice in populum tuum hunc, in hos qui inclinârunt tibi capita ſua; & benedic eis benedictione ſpirituali; cuſtodi eos, ut pupillam oculi; con- *Pſ. 16. 8.* ſerva eos in pietate, ac juſtitia; & eos vitâ æternâ dignare; in Chriſto Jeſu dilecto Filio tuo; cum quo tibi gloria, honor, atque cultus, & ſancto Spiritui, nunc, & ſemper, & in ſæcula ſæculorum. Amen. Et Diaconus dicat; Exite in pace. Cæterùm pro primitiis quæ offeruntur, Epiſcopus gratias agit hunc in modum:

CAPUT XL.

Invocatio pro primitiis.

Gratias agimus tibi, Domine omnipotens, omnium opifex ac proviſor, per unigenitum Filium tuum Jeſum Chriſtum Dominum noſtrum, pro oblatis tibi primitiis; non quantùm debemus, ſed

ſed quantùm poſſumus. Quis enim hominum condignè poteſt gratias tibi agere, pro iis quæ dediſti ipſis ad participandum? Deus Abrahami, & Iſaaci, & Jacobi, omniumque ſanctorum: qui cuncta ad perfectionem ac maturitatem perduxiſti, per Verbum tuum, & terræ juſſiſti progignere omnis generis fructus ad lætitiam & alimoniam noſtram: qui dediſti hebetioribus ac ſtupidioribus pabulum ſucci, herbivoris herbam; & aliis quidem carnes, aliis verò ſemina, nobis autem frumentum ad cibum aptum ac convenientem: item diverſa alia, partim ad uſum, partim ad ſanitatem, partim ad oblectationem. Pro his igitur omnibus, ſummè laudandus es, de tua erga omnes beneficentia, per Chriſtum; per quem tibi gloria, honor, & veneratio, in ſancto Spiritu, in ſæcula. Amen. Porro de iis qui in Chriſto requieverunt; poſtquam Diaconus clarâ voce protulerit ea quæ Oratio complectitur, (ne eadem repetamus,) adjiciet etiam hæc:

ὅσον δυνάμεθα. τίς γὰρ ἀνθρώπων ἐπαξίως εὐχαριστῆσαί σοι δύναται, ὑπὲρ ὧν δέδωκας αὐτοῖς εἰς μετάληψιν; ὁ Θεὸς Ἀβραὰμ, καὶ Ἰσαὰκ, καὶ Ἰακὼβ, καὶ πάντων τῶν ἁγίων· ὁ πάντα τελεσφορήσας, διὰ τοῦ λόγου σου, καὶ κελεύσας τῇ γῇ παντοδαποὺς ἐκφῦσαι καρποὺς εἰς εὐφροσύνην καὶ τροφὴν ἡμετέραν· ὁ δοὺς τοῖς νωθεστέροις καὶ βληχώδεσι * χῦλον, παμφάγοις χλόην· καὶ τοῖς μὲν κρέα, τοῖς δὲ σπέρματα, ἡμῖν δὲ σῖτον πρὸς τροφὴν πρόσφορον καὶ κατάλληλον, καὶ ἕτερα διάφορα, τὰ μὲν πρὸς χρῆσιν, τὰ δὲ πρὸς ὑγείαν, τὰ δὲ πρὸς τέρψιν. ἐπὶ τούτοις οὖν ἅπασιν ὑπερύμνητος ὑπάρχεις, τῆς εἰς πάντας εὐεργεσίας, διὰ Χριστοῦ· δι' οὗ σοι δόξα, τιμὴ καὶ σέβας, ἐν ἁγίῳ πνεύματι, εἰς τοὺς αἰῶνας. ἀμήν. ἐπὶ δὲ τῶν ἐν Χριστῷ ἀναπαυσαμένων, μετὰ τὸ φωνῆσαι τὰ τῆς προσευχῆς, ἵνα μὴ πάλιν λέγωμεν, ὁ διάκονος προσθήσει καὶ ταῦτα.

* f. χιλὸν

CAPUT XLI.

Oratio pro mortuis.

PRo fratribus noſtris qui in Chriſto requieverunt oremus; ut hominum amans Deus, qui animam defuncti ſuſcepit, ei remittat omne peccatum voluntarium ac non voluntarium, & propitius clemenſque factus, collocet eum in regione piorum, quieſcentium in ſinu Abrahami, Iſaaci, & Jacobi, cum omnibus qui à ſæculo placuerunt Deo, ac ejus voluntatem fecerunt; unde aufugit dolor, triſtitia, & gemitus. Surgamus. Noſipſos, & invicem, æterno Deo commendemus, per Verbum quod erat in principio. Ac Epiſcopus dicat; Qui naturâ es immortalis, ac ſine carens; à quo cuncta immortalia & mortalia orta ſunt; qui animal rationale hominem, civem mundi, in fabricatione effeciſti mortalem, & reſurrectionem promiſiſti; qui Henochum ac Eliam non ſiviſti mor-

Mat. 22. 32. tis experimentum capere: Deus Abrahami, Deus Iſaaci, & Deus Jacobi; non tamquam mortuorum, ſed tamquam viventium es Deus; quia cun-

Sap. 3. 1. ctorum animæ apud te vivunt, & ſpiritus juſtorum in manu tua ſunt, quos non tanget cruciatus; om-

Deut. 33. 3. nes enim ſanctificati, ſub manibus tuis ſunt: ipſe & nunc reſpice ſuper ſervum tuum hunc, quem ſelegiſti, & aſſumpſiſti in aliam ſortem; & condona ei, ſi quid volens aut invitus deliquit; atque Angelos ei exhibe placidos; atque colloca eum in ſinu Patriarcharum, Prophetarum, Apoſtolorum, omniumque qui tibi à ſæculo placuerunt; ubi non eſt triſtitia, dolor, gemitus, immo locus piorum ſedatus, & pariter quieta terra rectorum, eorumque qui in ea vident gloriam Chriſti tui; per quem tibi gloria, honor, cultus, actio gratiarum, adoratio, in ſancto Spiritu, in ſæcula. Amen. Et Diaconus dicat; Inclinate, & accipite benedictionem. At Epiſcopus gratias pro eis agat, hæc di-

Ps. 27. 9. cens; *Salvum fac, Domine, populum tuum, & benedic hæreditati tuæ*, quam acquiſiſti precioſo Chriſti tui ſanguine; paſce illos ſub dextera tua, pro-

2. Tim. 4. 7. tege illos ſub alis tuis; & tribue illis, ut certamen

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ μα'.

Προσφώνησις ὑπὲρ τῶν κεκοιμημένων.

ΥΠὲρ ἀναπαυσαμένων ἐν Χριστῷ ἀδελφῶν ἡμῶν δεηθῶμεν· ὅπως ὁ φιλάνθρωπος Θεὸς, ὁ προσδεξάμενος αὐτοῦ τὴν ψυχὴν, * παρίδῃ αὐτῷ πᾶν ἁμάρτημα ἑκούσιον καὶ ἀκούσιον, καὶ ἵλεως καὶ εὐμενὴς γενόμενος, κατατάξῃ εἰς χώραν εὐσεβῶν, ἀνειμένων εἰς κόλπον Ἀβραὰμ καὶ Ἰσαὰκ καὶ Ἰακὼβ, μετὰ πάντων τῶν ἀπ' αἰῶνος εὐαρεστησάντων, καὶ ποιησάντων τὸ θέλημα αὐτοῦ· ἔνθα ἀπέδρα, ὀδύνη, καὶ λύπη καὶ στεναγμός. ἐγειρώμεθα. ἑαυτοὺς καὶ ἀλλήλους τῷ ἀιδίῳ Θεῷ διὰ τοῦ ἐν ἀρχῇ λόγου παραθώμεθα. καὶ ὁ ἐπίσκοπος λεγέτω· ὁ τῇ φύσει ἀθάνατος καὶ ἀτελεύτητος, παρ' οὗ πᾶν ἀθάνατον καὶ θνητὸν γέγονεν· ὁ τὸ λογικὸν ζῶον τὸν ἄνθρωπον τὸν κοσμοπολίτην, θνητὸν ἐν κατασκευῇ ποιήσας, καὶ ἀνάστασιν ἐπαγγειλάμενος· ὁ τὸν Ἐνὼχ καὶ τὸν Ἠλίαν θανάτου πεῖραν μὴ ἐάσας λαβεῖν· ὁ Θεὸς Ἀβραὰμ, ὁ Θεὸς Ἰσαὰκ, καὶ ὁ Θεὸς Ἰακὼβ, οὐχ ὡς νεκρῶν, ἀλλ' ὡς ζώντων Θεὸς εἶ· ὅτι πάντων αἱ ψυχαὶ παρὰ σοὶ ζῶσι, καὶ τῶν δικαίων τὰ πνεύματα ἐν τῇ χειρί σου εἰσὶν, ὧν οὐ μὴ ἅψηται βάσανος· πάντες γὰρ ἡγιασμένοι ὑπὸ τὰς χεῖράς σου εἰσίν· αὐτὸς καὶ νῦν ἔπιδε ἐπὶ τὸν δοῦλόν σου τόνδε, ὃν ἐξελέξω, καὶ προσελάβου εἰς ἑτέραν λῆξιν, καὶ συγχώρησον αὐτῷ εἴ τι ἑκὼν ἢ ἄκων ἐξήμαρτε, καὶ [24] ἀγγέλους εὐμενεῖς παράστησον αὐτῷ, καὶ κατάταξον αὐτὸν ἐν τῷ κόλπῳ τῶν πατριαρχῶν καὶ τῶν προφητῶν καὶ τῶν ἀποστόλων καὶ πάντων τῶν ἀπ' αἰῶνός σοι εὐαρεστησάντων, ὅπου οὐκ ἔνι λύπη, ὀδύνη καὶ στεναγμὸς, ἀλλὰ χῶρος εὐσεβῶν ἀνειμένος, καὶ γῆ εὐθείων συνανειμένη, καὶ τῶν ἐν αὐτῇ ὁρώντων τὴν δόξαν τοῦ Χριστοῦ σου· δι' οὗ σοι δόξα, τιμὴ καὶ σέβας, εὐχαριστία, προσκύνησις, ἐν ἁγίῳ πνεύματι, εἰς τοὺς αἰῶνας. ἀμήν. καὶ ὁ διάκονος λεγέτω· κλίνατε, καὶ εὐλογεῖσθε. καὶ ὁ ἐπίσκοπος εὐχαριστείτω ὑπὲρ αὐτῶν, λέγων· σῶσον, κύριε, τὸν λαόν σου, καὶ εὐλόγησον τὴν κληρονομίαν σου, ἣν περιεποιήσω τῷ τιμίῳ αἵματι τοῦ Χριστοῦ σου· ποίμανον αὐτοὺς ὑπὸ τὴν δεξιάν σου, καὶ σκέπασον αὐτοὺς ὑπὸ τὰς πτέρυγάς σου, καὶ δὸς αὐτοῖς

* f. παρῇ

τ

24. Ἀγγέλους εὐμενεῖς παράστησον αὐτῷ] Angelorum officia in hominum morte, ex doctrina SS. Patrum fuit, aſſiſtere morientibus, eoſque pro viribus adjuvare; pios eſſe ἀγγέλους εὐμενεῖς, placidos animæ evocatores, acceptores, exuentes eam corruptibile corporis indumentum, in cœlum portantes, ad Deum deducentes, δορυφοροῦντας, viæ duces ac comites, propugnatores, occurſatores; impiis verò triſtes, horribiles, ἀπηλεφόρους, exactores, & raptores, ad judicium acerbè pertrahentes. Ab Anaſtaſio Sinaita Orat. in Pſalmum 6. uſurpatur nomen ἀπαιτηλάτων: aut meâ quidem ſuſpicione, factum à verbo *expilo*, ſignificans expilatores; aut, juxta conjecturam doctiſſimi Combeſiſii, formatum ex voce ἀπειλεῖν. Prætereo externæ ſapientiæ ψυχοπομποὺς, cum Mercurio ψυχοπομπῷ, cumque Angelo mortis Samaele, ſeu Adriele, Afraele. Quem mortis Angelum commemorat Auctor Operis imperfecti in Matthæum, ad XXIV. 41. COT.

25. Ἐπι-

τὸν ἀγῶνα ἀγωνίσωνται καλὸν, τὸν δρόμον τελέσωσι, τὴν πίστιν τηρήσωσιν ἀτρέπτως, ἀμέμπτως, ἀνεγκλήτως, διὰ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ ἀγαπητοῦ σου παιδός· μεθ' οὗ σοι δόξα, τιμὴ καὶ σέβας, καὶ τῷ ἁγίῳ πνεύματι, εἰς τοὺς αἰῶνας. ἀμήν.

bonum certent, curſum conſumment, fidem ſervent, abſque mutatione, culpâ, & crimine; per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum dilectum Filium tuum; cum quo tibi gloria, honor, & veneratio, atque ſancto Spiritui, in ſæcula. Amen.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ μβ´.

Πῶς δεῖ καὶ πότε γίνεσθαι τὰς τῶν κοιμηθέντων πιστῶν μνείας· καὶ ὅτι ἐκ τῶν ὑπαρχόντων αὐτοῖς, δεῖ παρέχεσθαι πτωχοῖς.

* Anaſtaſius ἐπιτελεῖσθε

* al. τριακοστά

* Anaſt. νόμον καὶ τύπον

* 25 Ἐπιτελείσθω δὲ τρίτα τῶν κεκοιμημένων, ἐν ψαλμοῖς, καὶ ἀναγνώσεσι, καὶ προσευχαῖς, διὰ τὸν διὰ τριῶν ἡμερῶν ἐγερθέντα· καὶ 26 ἔννατα, εἰς ὑπόμνησιν τῶν περιόντων καὶ τῶν κεκοιμημένων· καὶ * 27 τεσσαρακοστὰ, κατὰ τὸν παλαιὸν * τύπον· Μωσῆν γὰρ οὕτως ὁ λαὸς ἐπένθησε· καὶ ἐνιαύσια, ὑπὲρ μνείας αὐτοῦ. καὶ διδόσθω ἐκ τῶν ὑπαρχόντων αὐτοῦ, πτωχοῖς εἰς ἀνάμνησιν αὐτοῦ.

CAPUT XLII.

Quo modo & quando oporteat fidelium defunctorum fieri memoriam; & quid ex eorum facultatibus ſit pauperibus largiendum.

QUòd ſpectat ad mortuos; celebretur dies tertius, in Pſalmis, lectionibus, & precibus, ob eum qui tertiâ die reſurrexit; item dies nonus, in recordationem ſuperſtitum & defunctorum; atque etiam dies quadrageſimus, juxta veterem typum; Moſem enim ita luxit populus; denique anniverſarius dies, pro memoria ipſius. Ex bonis verò ejuſdem, detur pauperibus, ad illius commemorationem.

Hoc caput profert Anaſtaſius, Quæſt. 22.

Deut. 34. 8.

C A-

25. Ἐπιτελείσθω δὲ τρίτα τῶν κεκοιμημένων, &c.] Hinc iſta & ſequentia ſumpta eſſe ab Orientalibus, Melchitis, Maronitis, Cophtitis, & Jacobitis, præſixaque Collectionibus Conciliorum apud eos, diſcere eſt ex Abrahami Ecchellenſis Maronitæ Notis ad Catalogum librorum Chaldæorum, quem Hebedjeſu compoſuit, p. 167. &c. Eadem cum aliis itidem Apoſtolicarum Conſtitutionum cernere eſt, in Codicibus Conciliorum & Canonum, Arabicis, & Græcis, penes Chriſtianiſſimum Regem. Citantur autem ab Anaſtaſio abſque ullâ diverſitate primarum linearum in MS. Regio 2206. Ad rem ipſam quod attinet, plurima congeri poſſent: ſed ego indicatis potioribus locis, illa ſolummodo deſcribam quæ aut novitatem habent, aut lucem ab aliquo exſpectant. Igitur conſulat qui volet Palladii Hiſtoriam Lauſiacam cap. 26 ſub finem, Iſidorum Peluſiotam lib. 1. Epiſt. 114. Juſtiniani Novellam 133 Damaſcenum Oratione de fidelibus defunctis, Editionis Græcæ fol. 147. 150. Euſtratium in Bibliotheca Photiana codice 171. Niconem de erroribus Armeniorum apud Balſamonem p. 1098. & ſuprà ad lib. 5. cap. 14 Ambroſium Concione de obitu Theodoſii, Epiſtolam inter Auguſtinianas 258. Alcuinum aut alium lib. de divinis officiis cap. 50 51. Capitula ſelecta Theodori Cantuarienſis n. 19. 37 90. in IX. Spicilegio, Meletii Epiſtolam de Boruſſis, Meurſii Gloſſarium voce τριμηναῖα, Hugonem Menardum Concordiæ Regularum p. 218. & Jacobum Goar Euchologii p. 540. Jam Philippus Solitarius lib. 4. Dioptræ manu ſcriptæ in Regia Bibliotheca, ad hunc modum loquitur;

Περὶ τοῦ πῶς ἐπιτελοῦμεν τρίτα, ἔννατα, καὶ τεσσαρακοστά.

De modo quo celebramus dies tertium, nonum, & quadrageſimum.

Χρὴ καὶ τοῦτο γινώσκειν, ὅτι τὰς τεσσαράκοντα ἡμέρας τοῦ παλαιοῦ πένθους τριχῇ διεῖλον οἱ ἀπόστολοι, εἰς τρίτην, καὶ ἐννάτην, καὶ τεσσαρακοστήν. ἐπεὶ γὰρ καὶ αὐτὸς ὁ κύριος μετὰ τὴν τριήμερον ἔγερσιν ἐφανέρωσεν ἑαυτὸν τοῖς μαθηταῖς τῶν θυρῶν κεκλεισμένων, καὶ ἐνεφύσησεν αὐτοῖς λέγων· λάβετε πνεῦμα ἅγιον. καὶ μεθ' ἡμέρας ὀκτὼ πάλιν ἰδοὺ μετὰ τὴν ἀνάστασιν αὐτοῦ τὴν ὀκτὼ ἡμέραν, δεύτερον ὤφθη αὐτοῖς. οὕτως οὖν ὁ εὐαγγελιστής, μεθ' ἡμέρας ὀκτὼ, τὴν ἀναστάσιμον ἡμέραν οὐ συναριθμήσας. μεθ' ὧν ἐννάτη γοῦν ἀριθμουμένη. κατὰ τὸν τύπον τοῦτον, ἡμεῖς ἀπὸ τῆς ταφῆς ἕως τῆς ἐννάτης ἡμέρας τὰς μνήμας τῶν ὁσίως κεκοιμημένων ἐπιτελοῦμεν. ὁμοίως δὲ καὶ τὰ τεσσαρακοστὰ, ὅτι ἐν τῇ τεσσαρακοστῇ ἡμέρᾳ ἀνελήφθη ὁ κύριος.

Et hoc ſciendum eſt, quòd quadraginta dies Veteris luctus in tria diviſerint Apoſtoli; in tertium diem, & nonum, & quadrageſimum. Ita enim ipſe Dominus poſt reſurrectionem tertiâ die factam, ſeipſum oſtendit diſcipulis januis clauſis, & inſufflavit eis dicens; Accipite Spiritum ſanctum. Et poſt dies octo, iterum ecce poſt reſurrectionem intra octo dies, ſecundò ipſis apparuit. Itaque Evangeliſta dicens, Poſt dies octo, diem reſurrectionis non numeravit cum aliis diebus. Quare cum illo novem numerantur. Ad hanc ergo formam, nos à ſepultura ad nonum diem ſecundò memorias eorum celebramus qui ſanctè obdormierunt. Et verò pari ratione quadrageſimum peragimus, quia die quadrageſimo aſſumptus eſt Dominus.

Quem locum fruſtra quæras in Verſione Jacobi Pontani. Ad hæc corrigi debent iſta apud Hincmarum capite 14. Capitulorum Presbyteris datorum anno DCCCLII. *Ut nullus Presbyterorum ad anniverſariam diem, vel triceſimam tertiam, vel ſeptimam alicujus defuncti, aut quacumque vocatione ad collectam Presbyteri convenerint, ſe inebriare præſumat.* Scribo, etiam ex Reginone, Burchardo, Ivone, Gratiano; *Ut nullus Presbyterorum, ad anniverſariam diem vel triceſimam, tertiam vel ſeptimam* &c. Denique indicatum Capitulum 19. Theodori accipe, prout legendum & conſtituendum videtur; *Pro defuncto Monacho Miſſa agitur in die ſepultura ejus, tertiâ die, & poſtea quamdiu voluerit Abbas: pro Laico bono tertiâ vel ſeptimâ,* (3. vel. 7. unde factum, tres vel ſeptem) *poſt jejunium: pro pœnitente trigeſimâ die vel ſeptimâ, & propinqui (aut propinquos) ejus oportet jejunare quinta die, & oblationem offerre ad altare: ſicut in Jeſu filio Sirach legitur: & pro Saul filii Iſrael jejunaverunt: poſtea quamdiu voluerit Presbyter.* Reſpici poto ad verba Eccleſiaſtici XXII. 13. *Luctus mortui ſeptem dies,* & XXXVIII. 16. 17. 18. quod magis patebit lecto cap. 50. libri citati de divinis officiis. Ibid.

26. Ἔννατα.] Ratio, quam profert Philippus poſt Euſtratium, evertitur à S. Cyrillo lib. 12. in Johannem p. 1104. ubi docet, μεθ' ἡμέρας ὀκτώ. Joh. XX. 26. ſignificare diem octavum, non verò diem nonum: quâ de re dixi ſuprà. Nicephorus tamen conſentit errori, ſcribens lib. 1. Hiſt. Eccl. cap. 34. p 118. C. ἐπεὶ δ' ὀγδόη ἐξ ἐκείνης ἡμέρα διῄρχετο. Hoc eſt juxta meam verſionem; *Poſtquam autem octavus ab illo dies præteriit.* Malo more, doctus Interpres in contrarium ſenſum reddidit; *Poſtquam autem deinceps octava advenit dies.* Porrò ritus iſte ignotus fuit Auguſtino, ut patet ex illius libro Quæſtionum ſuper Geneſim Quæſt. penult. ignotus Ambroſio, & pleriſque Latinorum; damnatus autem ab eo qui putatur Alcuinus ex loco memorato S. Auguſtini. Ibid.

27. Τεσσαρακοστά.] Lectio marginalis τριακοστά, quam ſequuntur Orientales nationes, & Collectio Arabica, confirmatur teſtimonio Deuteronomii, XXXIV. 8. in quo legimus triginta, legebantque Philo, Joſephus, & alii: concordantibus Scripturæ locis duobus, Num. XX. ult. Deut. XXI. 13. necnon Joſepho lib. 4. cap. 4. p. 119. G. & Procopio Gazæo ad Geneſ. L. Nihilominus tamen τεσσαρακοστά præfeci quia Græci antiqui cum recentioribus diem quadrageſimum in mortuis celebrant, triceſimum non agnoſcunt. Ad Deuteronomium reſpondeo, quoſdam codices Græcos eo loci habuiſſe τεσσαράκοντα, pro τριάκοντα. Id verò oſtenditur per verba S. Chryſoſtomi Panegyrico Bernices & Proſdoces; (quæ conferenda cum Ambroſianis initio Concionis in obitu Theodoſii) ἐκλαυσαν τὸν Ἰακὼβ τεσσαράκοντα ἡμέρας· ἔκλαυσαν καὶ τὸν Μωϋσῆν ἑτέρας τοσαύτας οἱ Ἰουδαῖοι. *Fleverunt Jacob quadraginta diebus; fleverunt & Moyſem totidem alios Judæi.* Ubi viden reſpici ad Gen. L. 3. & Deuteron. XXXIV. 8. Idem Chryſoſtomus, ut id obiter moneam, videtur invenisse cap. 11. Judicum verſ. 40. τεσσαράκοντα corruptè, non τέσσαρας, quando Homil. 14 ad populum Antiochenum ſcribebat de filia Jephthæ; ἑορτὴν ἐποίουν τοῖς Ἰουδαίοις. θυγατρὶ ταύτης (?) μετὰ τῆς παρθενίας τεσσαράκοντα ἡμέρας ... ἐθρήνουν. Apud

ſu-

CAPUT XLIII.

Quòd impios ex vita decedentes, nihil juvent memoria, vel mandata.

Anaſtaſius, ibidem. PОrro hæc de piis dicimus. Nam de impiis; licèt omnia mundi bona pauperibus dederis, nihil juvabis impium. Cui enim ſuperſtiti inimicum erat Numen, manifeſtum eſt quòd etiam de-
Job. 7. 18. functo ſit inſenſum: neque enim injuſtitia eſt apud
Pſ. 10. 8. Deum: *Quoniam juſtus Dominus, & juſtitias dile-*
Iſ. 62. 11. *xit*: Et; *Ecce homo, & opus ejus.*

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ μγʹ.

Ὅτι τοὺς ἀσεβεῖς τελευτῶντας οὐδὲν ὠφελοῦσι μνεῖαι, ἢ ἐντολαί.

Ταῦτα μὲν περὶ εὐσεβῶν λέγομεν. περὶ γὰρ ἀσεβῶν, ἐὰν τὰ τοῦ κόσμου δῷς πένησιν, οὐδὲν ὀνήσεις * αὐτόν. ᾧ γὰρ περιόντι ἐχθρὸν ἦν τὸ θεῖον, δῆλον ὅτι καὶ μεταστάντι. οὐ γάρ ἐστιν ἀδικία παρ' * αὐτῷ· δίκαιος γὰρ ὁ κύριος, καὶ δικαιοσύνας ἠγάπησεν· καί· * Ἰδοὺ ἄνθρωπος, καὶ τὸ ἔργον αὐτοῦ. "

* Anaſt. αὐτῷ
* Anaſt. τῷ Θεῷ
* Vide Anaſtaſium.

CAPUT XLIV.

De ebrioſis.

IN mortuorum verò memoriis, invitati; cum moderatione ac Dei metu epulemini, ut poſſitis etiam deprecari pro iis, qui è vita migrârunt. Qui Presbyteri & Diaconi Chriſti eſtis, ſemper debetis eſſe ſobrii, tam vobis, quàm aliis; ut eos qui flagitiosè vivunt valeatis admonere. Ait quip-
Prov. 31. 4. pe Scriptura; *Potentes, iracundi ſunt: vinum au-*
ex LXX. *tem non bibant; ne bibentes obliviſcantur ſapientiæ, & recta judicare non poſſint.* Et certè Presbyteri ac Diaconi, poſt Deum omnipotentem, illiuſque dilectum Filium, ſunt Potentes ac Dynaſtæ Eccleſiæ. Hoc autem dicimus; non ut vinum nequaquam bibant; eo enim modo contumeliâ afficerent id quod à Deo factum eſt ad lætitiam; ſed ut non inebrientur. Siquidem non dixit Scriptura;
Prov. 23. vinum non bibendum: ſed quid ait? *Ne bibe vi-*
Eccli. 31. *num ad ebrietatem*: & iterum; *Spinæ naſcuntur in*
Epheſ. 5. *manu temulenti.* Id verò non de iis tantùm, qui
Prov. 26. 9. ſunt in Clero dicimus; verùm etiam de omni Lai-
Jac. 2. 7. co Chriſtiano, ſuper quem invocatum eſt nomen Domini noſtri Jeſu Chriſti: nam ipſis quoque
Prov. 23. 29. dictum eſt; *Cui Væ? Cui tumultus? Cui tædia & garrulitas? Cujus oculi lividi? Cui contuſiones fruſtra? Nonne hæc eorum ſunt, qui in vino immorantur, quique explorant, ubi fiant compotationes?*

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ μδʹ.

Περὶ μεθύσων.

[18] ἘΝ δὲ ταῖς μνείαις αὐτῶν καλούμενοι, μετὰ εὐταξίας ἑστιᾶσθε καὶ φόβου Θεοῦ, ὡς δυνάμενοι καὶ πρεσβεύειν ὑπὲρ τῶν μεταστάντων. πρεσβύτεροι καὶ διάκονοι Χριστοῦ ὑπάρχοντες, νήφειν ὀφείλετε πάντοτε, καὶ πρὸς ἑαυτοὺς καὶ πρὸς ἑτέρους, ἵνα δυνηθῆτε τοὺς ἀτακτοῦντας νουθετεῖν. λέγει δὲ ἡ γραφή. " Οἱ δυνάσται θυμώδεις εἰσίν· οἶνον δὲ μὴ πινέτωσαν, ἵνα μὴ πιόντες ἐπιλάθωνται τῆς σοφίας, * καὶ ὀρθὰ κρίνειν οὐ μὴ δύνωνται. Οὐκοῦν καὶ οἱ πρεσβύτεροι καὶ [19] οἱ διάκονοι, " μετὰ Θεὸν τὸν παντοκράτορα καὶ τὸν ἠγαπημένον αὐτοῦ υἱὸν δυνάσται ὑπάρχουσι τῆς ἐκκλησίας. τοῦτο δέ φαμεν, οὐχ ἵνα μὴ πίνωσιν· ἄλλως γὰρ καὶ ἔστιν ὑβρίσαι τὸ ὑπὸ Θεοῦ γενόμενον εἰς εὐφροσύνην· ἀλλ' ἵνα μὴ παροινῶσιν. οὐ γὰρ εἶπεν ἡ γραφή, μὴ πίνειν οἶνον· ἀλλὰ τί φησιν; Μὴ πίνε οἶνον εἰς μέθην· καὶ πάλιν· Ἄκανθαι φύονται ἐν χειρὶ μεθύσου. Τοῦτο δὲ οὐ περὶ τῶν ἐν κλήρῳ μόνον φαμέν, ἀλλὰ καὶ περὶ παντὸς λαϊκοῦ Χριστιανοῦ, ἐφ' οὗ ἐπικέκληται τὸ ὄνομα τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ· καὶ αὐτοῖς γὰρ εἴρηται· Τίνι οὐαί; τίνι θόρυβος; τίνι ἀηδίαι καὶ λέσχαι; τίνος πελιδνοὶ οἱ ὀφθαλμοί; τίνι συντρίμματα διακενῆς; οὐ τῶν ἐγχρονιζόντων ἐν οἴνῳ, καὶ τῶν [30] κατασκοπουμένων, ποῦ πότοι γίνονται;

* in Eclogis Mazar. additur; εἰσὶ δὲ μὴ ... χρῆσθαι τῷ οἴνῳ
* Ib. add. ἐν ταῖς ἐκκλησίαις

CAPUT XLV.

De recipiendis iis qui propter Chriſtum patiuntur perſecutionem.

EOs qui perſecutionem patiuntur fidei cauſſâ,
Mat. 10. 23. & de civitate in civitatem fugiunt, quòd meminerint verborum Domini; ſuſcipite. Cùm
Mat. 26. 41. enim nôrint, ſpiritum quidem promptum eſſe, carnem verò infirmam; aufugiunt, & facultatum ſuarum direptionem permittunt ac negligunt, ut in ſeipſis nomen Chriſti illibatum & negatione non proditum conſervent. Suppeditate ergo illis, quæ ſunt neceſſaria; mandatum Dominicum adimplentes.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ μεʹ.

Περὶ τοῦ ὑποδέχεσθαι τοὺς διὰ Χριστὸν διωκομένους.

ΤΟὺς διωκομένους διὰ πίστιν, καὶ πόλιν ἐκ πόλεως φεύγοντας, διὰ τὸ μεμνῆσθαι τῶν λόγων τοῦ κυρίου, προσλαμβάνεσθε. ἐπιστάμενοι γάρ, ὅτι τὸ μὲν πνεῦμα πρόθυμον, ἡ δὲ σὰρξ ἀσθενής, ἀποδιδράσκουσι, καὶ τὴν ἁρπαγὴν τῶν ὑπαρχόντων * περιορῶνται, ἵνα ἀνεξάρνητον ἐν ἑαυτοῖς τὸ ὄνομα τοῦ Χριστοῦ διατηρήσωσιν. ἐπικουρεῖτε οὖν αὐτοῖς τὰ πρὸς χρείαν, ἐντολὴν κυριακὴν πληροῦντες.

* al. περιίε-

K E.

Judæis lex eſt lata, ut virgines illo tempore convenientes quadraginta diebus commiſſum eadem deplorarent. niſi ſi error memoriæ eſt in ſancto doctore, aut vitiatus mutatum fuit in τεσσαράκοντα vitio librariorum. COT.

18. Ἐν δὲ ταῖς μνείαις αὐτῶν καλούμενοι.] Nihil dico de funebribus epulis, rem etiam minùs doctis notiſſimo. Ibid.

19. Οἱ διάκονοι.] Additamentum Eclogarum Mazarinarum, nunc Codicis Regii 2547. habet quoque Liber 2392. Eadem Exemplaria & tertium, pòſt, εἶπεν ἡ γραφή. & μὴ πίνειν οἶνον εἰς μέθην. Ibid.

30 Κατασκοπουμένων] Sic quoque citatur in Antiocho Homiliâ 5. Unum exemplar MS. κατασκοπευόντων. aliud, περισκοπούντων. Ibid.

31. Kα-

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ μϛ´.

Ὅτι ἕκαστος ἐν ᾧ ἐτάχθη κλήρῳ, ὀφείλει ἐμμένειν, καὶ φυλάττειν τὴν τάξιν, ἀλλὰ μὴ ἑαυτῷ ἁρπάζειν τὰ μὴ ἐγχειρισθέντα.

Ἐκεῖνο δὲ [31] κοινῇ πάντες παραγγέλλομεν, ἕκαστον ἐμμένειν τάξει τῇ δοθείσῃ αὐτῷ, καὶ μὴ ὑπερβαίνειν τοὺς ὅρους· οὐ γάρ εἰσιν ἡμέτεροι, ἀλλὰ τοῦ Θεοῦ. Ὁ ὑμῶν γάρ, φησὶν ὁ Κύριος, ἀκούων, ἐμοῦ ἀκούει· καὶ ὁ ἐμοῦ ἀκούων, ἀκούει τοῦ ἀποστείλαντός με· καὶ ὁ ὑμᾶς ἀθετῶν, ἐμὲ ἀθετεῖ· ὁ δὲ ἐμὲ ἀθετῶν, ἀθετεῖ τὸν ἀποστείλαντά με. Εἰ γὰρ τὰ ἄψυχα γινόμενα, τὴν εὐταξίαν ἀποσώζει· οἷον νύξ, ἡμέρα, ἥλιος, σελήνη, ἄστρα, στοιχεῖα, τροπαί, μῆνες, ἑβδομάδες, ἡμέραι, ὧραι, καὶ δουλεύει τῇ διατυπωθείσῃ χρείᾳ, κατὰ τὸ εἰρημένον· ὅριον ἔθου, ὃ οὐ παρελεύσονται· καὶ πάλιν, περὶ τῆς θαλάσσης· ἐθέμην αὐτῇ ὅρια, περιέθηκα καὶ κλεῖθρα, καὶ πύλας, εἶπα δὲ αὐτῇ, μέχρι τούτου ἐλεύσῃ, καὶ οὐχ ὑπερβήσῃ· πόσῳ μᾶλλον ὑμᾶς οὐδὲν ὀφείλετε τολμᾷν μετακινεῖν τῶν ὑμῖν κατὰ γνώμην Θεοῦ παρ' ἡμῶν ὁρισθέντων; ἀλλ' ἐπειδὴ πάρεργον οἱ πολλοὶ καὶ τοῦτο ἡγήσαντο εἶναι, συγχέειν δὲ τὰς τάξεις καὶ τὴν ἐφ' ἑκάστῳ χειροτονίαν παραλύειν τολμῶσιν, ὑφαρπάζοντες ἑαυτοῖς ἀξιώματα τὰ μὴ διδόμενα, καὶ ἐπιτρέποντες ἑαυτοῖς τυραννικῶς ἃ μὴ ἔχουσιν ἐξουσίαν διδόναι, καὶ διὰ τοῦτο παροργίζουσι μὲν Θεόν, ὥσπερ οἱ Κορεῖται, καὶ ὁ βασιλεὺς Ὀζίας, παρ' ἀξίαν ἐπιθέμενοι ἄνευ Θεοῦ τῇ ἀρχιερωσύνῃ, καὶ γενόμενοι, οἱ μὲν πυρίφλεκτοι, ὁ δὲ κατὰ τοῦ μετώπου λεπρός, παροξύνουσι δὲ Χριστὸν Ἰησοῦν τὸν διαταξάμενον, λυποῦσι δὲ καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἀκυροῦντες αὐτοῦ τὴν μαρτυρίαν· εἰκότως, τὸν ἐπηρτημένον κίνδυνον τοῖς τὰ τοιαῦτα πράττουσι προορώμενοι, καὶ τὴν εἰς τὰς θυσίας καὶ εὐχαριστίας ἀμέλειαν, ἐκ τοῦ ὑφ' ὧν μὴ χρὴ προσφερομένας ἀσεβῶς, καὶ παίγνιον ἡγουμένων τὴν ἀρχιερατικὴν τιμήν, ἥτις μίμησιν περιέχει τοῦ μεγάλου ἀρχιερέως Ἰησοῦ Χριστοῦ βασιλέως ἡμῶν, ἀναγκαίαν ἔχομεν καὶ τούτου παραίνεσιν· ἤδη γάρ τινες ἐξετράπησαν ὀπίσω τῆς ἑαυτῶν ματαιότητος. Λέγομεν ὡς Μωσῆς, ὁ τοῦ Θεοῦ θεράπων, ᾧ ὁ Θεὸς ἐνώπιος ἐνωπίῳ ὡμίλει, ὡς εἴ τις λαλήσῃ πρὸς ἑαυτοῦ φίλον, ᾧ εἶπεν· οἶδά σε παρὰ πάντας· ᾧ κατὰ πρόσωπον ὡμίλει καὶ οὐ * δι' ἀδήλων, ἢ ἐνυπνίων, ἢ ἀγγέλων, ἢ αἰνιγμάτων· οὗτος ἐκεῖνα τὴν θείαν νομοθεσίαν διετάσσετο, διεῖλε τίνα μὲν χρὴ ὑπὸ τῶν ἀρχιερέων ἐπιτελεῖσθαι, τίνα δὲ ὑπὸ τῶν ἱερέων, τίνα δὲ ὑπὸ τῶν Λευιτῶν, ἑκάστῳ τὴν οἰκείαν καὶ ἀνήκουσαν τῇ λειτουργίᾳ θρησκείαν ἀπονείμας, καὶ ἅπερ μὲν τοῖς ἀρχιερεῦσι προσετάχθη ἐπιτελεῖν, τούτοις τοὺς ἱερέας οὐ θεμιτὸν ἦν προσιέναι· ἅπερ δὲ τοῖς ἱερεῦσιν ὥρισται, τούτοις οἱ Λευῖται οὐ προσῄεσαν· ἀλλ' ἕκαστοι ἅπερ παρειλήφεισαν ὑπηρεσίας περιγεγραμμένας, ἐφύλαττον· εἰ δέ τις πέρα τῶν παραδοθέντων προσιέναι ἐβούλετο, [32] θάνατος ἦν τὸ ἐπιτίμιον. τοῦτο δὲ μάλιστα ἐδίδαξε καὶ ἡ κατὰ τὸν Σαοὺλ πεῖρα· ὃς θύειν νομίσας δίχα τοῦ προφήτου καὶ ἀρχιερέως Σαμουήλ, ἐσπάσατο εἰς ἑαυτὸν ἁμαρτίαν καὶ κατάραν ἀναπόβλητον· καὶ οὐδὲ τὸ κεχρῖσθαι ὑπ' αὐτοῦ εἰς βασιλέα, ἐδυσώπησε τὸν προφήτην. * ἐνεργεστέρᾳ δὲ τῇ πράξει

* al. διὰ δήλων

* ἴ. ἐναργεστέρᾳ

CAPUT XLVI.

Quòd unuſquiſque, in eo gradu Cleri, in quo eſt conſtitutus, debeat permanere; & ordinem ſervare; non verò ad ſe rapere quæ commiſſa non ſunt.

ILlud autem communiter omnes præcipimus;
ut unuſquiſque in ordine ſibi dato permaneat,
neque regularum terminos tranſcendat: non
enim noſtri ſunt, ſed Dei. *Qui enim vos,* Luc. 10. 16.
inquit Dominus, *audit, me audit; & qui me* Mat. 10. 40.
audit, audit eum qui miſit me: & qui vos ſper- Joh. 13. 20.
nit, me ſpernit; qui autem me ſpernit, ſpernit eum
qui miſit me. Nam ſi ea quæ inanima condita
ſunt, pulcrum ordinem conſervant; ut nox,
dies, ſol, luna, ſtellæ, elementa, tempe-
ſtates, menſes, hebdomadæ, dies, horæ; ac
uſui conſtituto ſerviunt; juxta illud dictum;
Terminum poſuiſti, quem non tranſgredientur; & Pſ. 103. 9.
iterum, de mari; *Poſui ei terminos; & cir-* Job. 38. 10.
cumpoſui clauſtra & oſtia; dixi autem ei; Huc-
uſque venies, & non tranſibis; quanto magis
vos non debetis audere, quidquam eorum di-
movere, quæ vobis ſecundùm voluntatem Dei
per nos definita ſunt? Verùm quia multi hoc
non eſſe neceſſarium putaverunt; immò confun-
dere ordines, ac uniuſcuique tributam ordinatio-
nem labefactare audent, ſibi arripientes non tra-
ditas dignitates, ac tyrannicè permittentes ſibi
ea, quorum dandorum poteſtatem non habent;
ac propterea, tum Deum irritant, quemadmo-
dum Coritæ, & rex Ozias, qui præter dignita- Num. 16.
tem, ac ſine Deo uſurpârunt pontificatum, at- 2. Paral. 26.
que illi quidem facti ſunt ignis pabulum, hic
verò in fronte leproſus; tum exaſperant Chri-
ſtum Jeſum, qui ita conſtituit; tum contriſtant
Spiritum ſanctum, infirmantes illius teſtimonium:
idcirco jure; periculum iis qui hæc deſignant
impendens proſpicientes, & negligentiam in ſa-
crificiis ac gratiarum actionibus, eo quòd impiè
offerantur ab iis à quibus non oportet, quique
honorem pontificalem, complexum magni pon-
tificis Jeſu Chriſti regis noſtri imitationem, pro
ludo habent; ideo, inquam, neceſſe fuit de eo
quoque admonere: jam enim quidam converſi
ſunt retro poſt vanitatem ſuam. Itaque dici- 1. Tim. 5.
mus, quòd Moſes, Dei famulus, cum quo 15.
Deus facie ad faciem colloquebatur, ut ſi quis lo- Num. 12. 7.
quatur ad amicum ſuum; cui dixit; *Novi te præ* Exod. 33. 11, 17.
omnibus; cum quo ad os loquebatur, & non per Num. 12. 8.
obſcura, vel ſomnia, vel Angelos, vel ænigma-
ta; hic Moſes, cùm divinam legiſlationem con-
ſtitueret, diſtinxit quænam oporteret peragi à Pon-
tificibus, quænam à Sacerdotibus, quænam à Le-
vitis, ac diſtribuit unicuique cultum proprium
ſuoque miniſterio convenientem; & ad ea quidem
quæ juſſit Pontifices perficere, fas non erat ut
accederent Sacerdotes; ad ea verò quæ Sacerdoti-
bus definita erant, Levitæ non admittebantur; ſed
ſinguli miniſteria præſcripta quæ acceperant ſerva-
bant; ſi quis autem ultra ſibi traditum officium pro- Num. 4.
gredi nitebatur, morte luebat pœnas. Hoc verò
præcipuè demonſtravit, id quod Sauli contigit; qui 1. Reg. 13.
cùm exiſtimâſſet ſe abſque Propheta & Pontifice Sa-
muele ſacrificâſſe, ad ſe peccatum & maledictum
numquam abjiciendum attraxit; neque Prophetam
movit ac flexit, quòd ab ipſo Saul in Regem unctus
fuiſſet. Hoc etiam evidentiori operatione demon-
ſtravit

31. Κοινῇ πάντες.] In duobus ſcriptis libris, κοινῇ πᾶσι. COT.

32. Θάνατος.] Scriptura Codicum unius, ἀνάθεμα. Ibid.

2. *Paral.* 26. ſtravit Deus per ea quæ Oziæ acciderunt, de cujus prævaricatione exegit pœnas abſque mora; & qui contra pontificatum inſanierat, regno quoque pulſus eſt. Cæterùm quæ ſub nobis acta ſint, forſitan non ignoratis. Scitis enim omnino Epiſcopos, Presbyteros, & Diaconos à nobis prece ac manuum impoſitione nominatos eſſe, qui differentiâ nominum differentiam quoque rerum
3. *Reg.* 13. 33. oſtendant. Non enim qui volebat apud nos implebat manum, ſicut in falſo & adulterino vitulorum ſacerdotio, tempore Jeroboami; ſed qui vocabatur à Deo. Nam ſi nulla lex poſita eſſet, nec ullo ordinum differentia; ſuffeciſſet, cuncta per unum nomen perfici. Verùm à Domino edocti rerum conſequentiam, Epiſcopis quidem quæ ad pontificatum pertinent aſſignavimus, Presbyteris verò quæ ad ſacerdotium, Diaconis autem quæ ad miniſteria utriſque impendenda; ut quæ ad cultum Dei ſpectant, purè celebrentur. Neque enim Diacono licet ſacrificium offerre, aut baptizare, aut benedictionem ſeu parvam, ſeu magnam facere; neque Presbytero, ordinationes peragere: quia æquum non eſt, ordinem
1. *Cor.* 14. 33. inverti: *Non enim eſt Deus diſſenſionis*; ut inferiores, quæ ſunt ſuperiorum, tyrannicè ſibi vindicent, novam legum regulam refingentes in
Act. 9. 5. malum ſuum, ignorantes durum eſſe ſibi contra ſtimulum calcitrare. Et verò iſti homines non oppugnant nos, aut Epiſcopos; ſed omnium Epiſcopum, Patriſque Pontificem Chriſtum Je-
Exod. 28. & 29. ſum Dominum noſtrum. Siquidem per Moſem Deo cariſſimum conſtituti ſunt Pontifices, Sacerdotes, ac Levitæ; à noſtro autem Salvatore nos tredecim Apoſtoli; ab Apoſtolis verò ego
l. lib. 7. c. 46. Jacobus, & ego Clemens, & alii nobiſcum; ne omnes iterum recenſeamus; communiter autem ab omnibus nobis Presbyteri, Diaconi, Sub-
Ignat. interpol. ad Magneſ. 3. ad Sm. 9. *Hebr.* 5. *Luc.* 22. diaconi, & Lectores. Primus igitur naturâ Pontifex unigenitus Chriſtus, non ſibi honorem rapuit, ſed à Patre conſtitutus eſt: ille propter nos factus homo, & ſpirituale ſacrificium offerens Deo ſuo ac Patri, ante paſſionem, nobis conſtituit ſolis, hoc facere; licèt nobiſcum eſſent alii quoque qui in eum crediderant: verùm non ſtatim ac aliquis credidit, jam & ſacerdos conſtitutus fuit, aut dignitatem pontificalem obtinuit. Poſt illius verò aſſumptionem, nos juxta ejuſdem conſtitutionem offerentes ſacrificium mundum ac incruentum, elegimus Epiſcopos,
Act. 6. & 7. & Presbyteros, & Diaconos numero ſeptem. Ex his ſeptem unus erat Stephanus beatus Martyr, in amore erga Deum nobis nequaquam inferior; qui adeo in Deum pietatem fide oſtendit, & caritatem in Dominum noſtrum Jeſum
l. Ignat. interpol. ad Trall. 10. Pſeudo-Ignat. ad Tarſ. 3. Chriſtum, ut pro eo animam quoque daret, à Judæis Domini interfectoribus jactu lapidum occiſus. Verumtamen talis ac tantus vir, qui ſpiritu fervebat, qui Chriſtum à dextris Dei & cœleſtes januas apertas vidit; nuſquam cer-

ἀπέδειξεν ὁ Θεὸς ἐν τοῖς κατὰ τὸν Ὀζίαν· οὐκ ἐν * μελισμῷ τοὺς ἐπὶ τῇ παρανομίᾳ ὑπερεξάμενος δίκας· καὶ ὁ τῆς ἀρχιερωσύνης καταμανεὶς, καὶ τῆς βασιλείας ἀλλότριος καθίσταται. τὰ δὲ ἐφ' ἡμῶν ἴσως οὐκ ἀγνοεῖτε. ἴστε γὰρ πάντως ἐπισκόπους παρ' ἡμῶν ὀνομασθέντας, καὶ πρεσβυτέρους, καὶ διακόνους, εὐχῇ καὶ χειρῶν ἐπιθέσει, τῇ διαφορᾷ τῶν ὀνομάτων καὶ τὴν διαφορὰν τῶν πραγμάτων δηλοῦντας. οὐ γὰρ ὁ βουλόμενος παρ' ἡμῖν ἐπλήρου τὴν χεῖρα, ὥσπερ ἐπὶ τῆς κιβδήλου τῶν δαμάλεων ἐπὶ τοῦ Ἱεροβοὰμ γενομένης ἱερωσύνης, ἀλλ' ὁ καλούμενος ὑπὸ τοῦ Θεοῦ. εἰ μὲν γὰρ μὴ θεσμὸς ἦν, καὶ τάξεων διαφορὰ, ἤρκει ἂν δι' ἑνὸς ὀνόματος τὰ ὅλα πληροῦσθαι. ἀλλ' ὑπὸ τοῦ Κυρίου διδαχθέντες ἀκολουθίαν πραγμάτων, τοῖς μὲν ἐπισκόποις τὰ τῆς ἀρχιερωσύνης [33] ἐνείμαμεν, τοῖς δὲ πρεσβυτέροις τὰ τῆς ἱερωσύνης, τοῖς δὲ διακόνοις τὰ τῆς πρὸς ἀμφοτέρους διακονίας· ἵν' ᾖ καθαρῶς τὰ τῆς θρησκείας ἐπιτελούμενα. οὔτε γὰρ διακόνῳ προσφέρειν θυσίαν θεμιτὸν, ἢ βαπτίζειν, ἢ εὐλογίαν μικρὰν ἢ μεγάλην ποιεῖσθαι, οὔτε πρεσβυτέρῳ, χειροτονίας ἐπιτελεῖν· οὐ γὰρ ὅσιον, ἀνατρέπεσθαι τὴν τάξιν· οὐ γάρ ἐστιν ὁ Θεὸς ἀκαταστασίας, ἵνα οἱ ὑποβεβηκότες τὰ τῶν κρειττόνων τυραννικῶς σφετερίζωνται, νομοθεσίαν καινὴν ἀναπλάττοντες ἐπὶ κακῷ τῷ ἑαυτῶν, ἀγνοοῦντες ὅτι σκληρὸν αὐτοῖς τὸ πρὸς κέντρα λακτίζειν. οὐ γὰρ ἡμᾶς, ἢ τοὺς ἐπισκόπους πολεμοῦσιν οἱ τοιοῦτοι, ἀλλὰ τὸν πάντων ἐπίσκοπον καὶ τοῦ πατρὸς ἀρχιερέα Χριστὸν Ἰησοῦν τὸν κύριον ἡμῶν. ὑπὸ Μωσέως μὲν γὰρ τοῦ θεοφιλεστάτου ἀρχιερεῖς κατεστάθησαν, καὶ ἱερεῖς, καὶ Λευῖται· ὑπὸ δὲ τοῦ σωτῆρος ἡμῶν ἡμεῖς, [34] οἱ δεκατρεῖς ἀπόστολοι· ὑπὸ δὲ τῶν ἀποστόλων ἐγὼ Ἰάκωβος, καὶ ἐγὼ Κλήμης, καὶ σὺν ἡμῖν ἕτεροι· ἵνα μὴ πάντας πάλιν καταλέγωμεν· κοινῇ δὲ ὑπὸ πάντων ἡμῶν πρεσβύτεροι, καὶ διάκονοι, καὶ ὑποδιάκονοι, καὶ ἀναγνῶσται. πρῶτος τοίνυν [35] τῇ φύσει ἀρχιερεὺς ὁ μονογενὴς Χριστὸς, οὐχ ἑαυτῷ τὴν τιμὴν ἁρπάσας, ἀλλὰ παρὰ τοῦ πατρὸς κατασταθείς· ὃς γενόμενος ἄνθρωπος δι' ἡμᾶς, καὶ τὴν πνευματικὴν θυσίαν προσφέρων τῷ Θεῷ αὐτοῦ καὶ πατρὶ, πρὸ τοῦ πάθους, ἡμῖν διετάξατο μόνοις τοῦτο ποιεῖν· καίτοι ὄντων σὺν ἡμῖν καὶ ἑτέρων τῶν εἰς αὐτὸν πεπιστευκότων· ἀλλ' οὐ πάντως ὁ πιστεύσας, ἤδη καὶ ἱερεὺς καθίσταται, ἢ ἀρχιερατικῆς ἀξίας ἔτυχε. μετὰ δὲ τὴν ἀνάληψιν αὐτοῦ, ἡμεῖς προσενεγκόντες κατὰ τὴν διάταξιν αὐτοῦ θυσίαν καθαρὰν καὶ ἀναίμακτον, προεχειρισάμεθα ἐπισκόπους, καὶ πρεσβυτέρους, καὶ διακόνους ἑπτὰ τὸν ἀριθμόν· ὧν εἷς ἦν Στέφανος ὁ μακάριος μάρτυς, οὐκ ἀπολειπόμενος ἡμῶν κατὰ τὴν πρὸς Θεὸν εὔνοιαν· ὃς τοσαύτην τὴν θεοσέβειαν τῇ πίστει ἐνεδείξατο, καὶ τὴν εἰς τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν ἀγάπην, ὡς ὑπὲρ αὐτοῦ δοῦναι καὶ τὴν ψυχὴν, πρὸς τῶν κυριοκτόνων Ἰουδαίων λίθοις βληθείς. ἀλλ' ὅμως ὁ τοιοῦτος καὶ τηλικοῦτος ἀνὴρ, ὁ τῷ πνεύματι ζέων, ὁ τὸν Χριστὸν ὁρῶν ἐκ δεξιῶν τοῦ Θεοῦ καὶ τὰς οὐρανίας πύλας ἀνεῳγμένας· οὐδαμοῦ φαίνεται τοῖς μὴ ἀνή-

* f. μετα-

κουσι

---

33. Ἐνείμαμεν.] Auctior eſt idem Liber, voce ἀπενείμαμεν. COT.

34. Οἱ δεκατρεῖς ἀπόστολοι.] Eodem modo S. Ambroſius initio libri de benedictionibus Patriarcharum, Paulum appellat tertiumdecimum Apoſtolum. At quibuſdam, apud Hieronymum ad caput 17. Eſaiæ, tertiusdecimus Apoſtolus eſt Jacobus frater Domini, decimusquartus Paulus: qua de re videndus Procopius ad idem caput. Mitto quòd S. Baſilius elogio τρισκαιδέκατος ἀπόστολος invenitur ornatus, aliique. Ibid.

35. Τῇ φύσει ἀρχιερεύς.] Homines gratiâ Dei & adoptione pontifices fiunt: Chriſtus autem vocari poteſt naturâ pontifex, hoc eſt, proprietate ac auctoritate, juxta illud Tertulliani IV. adverſus Marcionem 35. *authenticus pontifex Dei Patris.* & lib. 5. cap. 9. *Chriſtus proprius & legitimus Dei antiſtes.* non quidem per divinitatem, propriè loquendo: quod Arianicè ab Euſebio poſt Origenem aſſeritur, Catholicè negatur ab Auctore Sermonis de uno legiſlatore, Tom. 6. B Chryſoſtomi: ſed per carnem, ut ait idem Scriptor, ſe utus S. Athanaſium in majore Oratione de fide apud Theodoritum Dialogo 2. Dixi propriè loquendo: quia latiùs acceptum nomen pontificis, Verbo Dei non impiè tribuetur, & Chriſto nondum incarnato, ut chariſmatum paternorum, donorum Dei univerſali diſtributori. *Catholicum Patris ſacerdotem* appellat Tertullianus 4. citati Operis lib cap. 9. Certè Cyrillus Hieroſolymitanus in Catecheſi 10. Chriſti ſacerdotium vult eſſe æternum, abſque initio ac fine. In Anaſtaſii Collectaneis p. 123. *Unus naturâ Rex conditorum Dei, naturâ etiam ob ſalutem noſtram Pontificis ſacti, unus erat typus Melchiſedech.* Ibid.

κεν τῇ διακονίᾳ κεχειρισμένος, ἢ θυσίαν ἀναφέρειν, ἢ χεῖρας ἐπιθεῖναί τινι, ἀλλὰ τὸ τῆς διακονίας τάγμα φυλάξαι μέχρι τέλους· οὕτω γὰρ ἔπρεπε τοῖς τοῦ Χριστοῦ μάρτυσι, τὴν εὐταξίαν διασώζειν. εἰ δὲ Φίλιππον τὸν διάκονον ἡμῶν καὶ [36] Ἀνανίαν τὸν πιστὸν ἀδελφὸν αἰτιάσονταί τινες, ὅτι ὁ μὲν τὸν εὐνοῦχον ἐβάπτισεν, ὁ δὲ ἐμὲ Παῦλον· ἀγνοοῦσιν αὐτοὶ, ὃ λέγομεν ἡμεῖς· εἴπομεν γὰρ ὅτι οὐχ ἑαυτῷ τις ἁρπάζει τὸ ἱερατικὸν ἀξίωμα, ἀλλ' ἢ παρὰ τοῦ Θεοῦ λαμβάνει, ὡς Μελχισεδὲκ, καὶ Ἰώβ, ἢ παρὰ τοῦ ἀρχιερέως, ὡς Ἀαρὼν παρὰ Μωσέως· οὐκοῦν καὶ Φίλιππος καὶ Ἀνανίας οὐχ ἑαυτοὺς προεβάλοντο, ἀλλ' ὑπὸ τοῦ Χριστοῦ προεχειρίσθησαν τοῦ ἀρχιερέως, [37] τοῦ ἀσυγκρίτου Θεοῦ.

nitur iis uſus eſſe, quæ ad Diaconorum miniſterium non pertinent, vel ſacrificium offerendo, vel manus alicui imponendo; ſed Diaconi ordinem uſque ad finem cuſtodiſſe: ita quippe decebat Chriſti Martyrem, ordinem ac diſciplinam ſervare. Si verò Philippum Diaconum, & Ananiam fidelem fratrem quidam cauſſantur; quòd ille quidem Eunuchum baptizavit, hic vero me Paulum: ii nòn intelligunt quod dicimus: ſiquidem inquimus, neminem ſibi rapere ſacerdotalem dignitatem; ſed vel à Deo accipere, ut Melchiſedecus & Jobus; vel à Pontifice, ut Aaron à Moſe: igitur etiam Philippus & Ananias non ſeipſos conſtituerunt, ſed electi ſunt à Chriſto Pontifice, Deo incomparabili. *Act. 8 & 9.*

---

36. Ἀνανίαν τὸν πιστὸν ἀδελφόν.] Hunc locum ſic interpretatur Oecumenius ad Act. IX. 10. quaſi Ananias fuerit Diaconus. καὶ οὗτος ὁ Ἀνανίας διάκονος ἦν, ὡς αὐτὸς Παῦλος μαρτυρεῖ ἐν τοῖς κανόσι. *Et ipſe Ananias erat Diaconus, quemadmodum ipſe Paulus teſtatur in Canonibus.* Verùm id nequaquam dicit Conſtitutio. COT.

37. Τοῦ ἀσυγκρίτου Θεοῦ.] Poteſt etiam aliter verti, tollendo virgulam præcedentem. Ibid.

J. B. CO.

J. B. COTELERII JUDICIUM
DE
CANONIBUS APOSTOLICIS.

KΑνόνες ἐκκλησιαστικοὶ τῶν αὐτῶν ἁγίων Ἀποστόλων. Ita quoque Liber Regis 1326. Apud Dionyſium Exiguum; *Regula Eccleſiaſtica ſanctorum Apoſtolorum, prolata per Clementem Eccleſiæ Romanæ Pontificem.* Et in Collectione Græca Canonum Cod. Reg. 2430. κανόνες οἱ λεγόμενοι τῶν ἁγίων Ἀποστόλων, διὰ Κλήμεντος, πε. In Latina verò MS. 1203. *Apoſtolorum Canones qui per Clementem Romanum Pontificem de Græco in Latinum, ſicut quidam aſſerunt, dicuntur eſſe tranſlati, ſunt quinquaginta.* Decreta iſta Apoſtolis & Clementi tribui non debere evincit, quòd cum aliis ſacræ Scripturæ voluminibus non legantur, quòd à primorum ſæculorum Scriptoribus non laudentur, quódque multa contineant nondum temporibus Apoſtolicis recepta. Primùm nominatim memorantur à Nectario in Synodo Conſtantinopolitana anni 394. apud Zonaram p. 527. & Balſamonem p. 763. μὴ χρῆναι inquit λοιπὸν εἰς τὸ ἑξῆς μήτε ὑπὸ τριῶν, μή τι γε ὑπὸ δύο τὸν ὑπεύθυνον δοκιμαζόμενον καθαιρεῖσθαι, ἀλλὰ γὰρ πλείονος συνόδου ψήφῳ καὶ τῶν τῆς ἐπαρχίας, καθὼς καὶ οἱ ἀποστολικοὶ κανόνες διωρίσαντο. *Non oportere in poſterum nec a tribus quidem, nedum à duobus eum qui reus eſſe probatur, deponi; ſed majoris Synodi ſententiâ, & provincialium; quemadmodum Apoſtolici canones definierunt.* In hoc inſigni teſtimonio illuſtris Concilii, cui intererant cum Nectario CP. aliiſque pluribus Epiſcopis, Theophilus Alexandrinus, Flavianus Antiochenus, Helladius Cæſareæ Cappadociæ, Gelaſius Cæſareæ Palæſtinæ, Gregorius Nyſſenus, Amphilochius Iconienſis, ac Theodorus Mopſueſtenus, quanti Antiſtites; citari vides Canones Apoſtolicos, ſeu Canonem Apoſtolorum 74. hic 66. Centum annis poſtea eoſdem Canones proſcripſit Gelaſius in Synodo Romana per hæc verba; *Liber Canonum Apoſtolorum, Apocryphus.* vel, *Liber qui appellatur Canones Apoſtolorum, Apocryphus.* quæ, cùm in multis MSS. libris habeantur, & à multis antiquis Auctoribus lecta fuerint, non agnoſcunt tamen quidam Codices, nec Iſidorus Mercator, nec Hincmarus Opuſculo 33. cap. 24. pag. 474. Ubi etiam notare oportet variantem lectionem apud Burchardum lib. 3. cap. 221. *Libri Canones Apoſtolorum, Apocryphi.* qua non tam Canones Apoſtolorum, quàm Apoſtolicæ Conſtitutiones à Gelaſio petuntur. Non multo poſt eum Pontificem, Dionyſius Exiguus apud Latinos quinquaginta priores ex his canonibus Codici ſuo Canonum præfixit, præfatus quòd iis *plurimi conſenſum non præbuêre facilem.* Apud Græcos autem Johannes Antiochenus omnes 85. in Collectionem ſuam canonicam, & in Nomocanonem admiſit. Inde approbati fuerunt à Concilio Trullano; & in Catalogum ſacrarum Scripturarum relati à Johanne Damaſceno, quod poſtremum cùm non poſſet concoquere Græcus, deſcribendo locum Orthodoxæ fidei IV. 18. περὶ ἐνδιαθέτων βιβλίων, omiſit verba, κανόνες τῶν ἁγίων Ἀποστόλων διὰ Κλήμεντος. Codice Regio 1789. Ac Trullani Concilii ſententiam ſecutæ ſunt aliæ Synodi, amplexi ſunt Græci cæteri, exceptis paucis, in quibus limati judicii vir Photius, qui eſſentne Apoſtolorum dubitârunt, ut cernere licet in Photiana Bibliotheca Cod. 112. in ejuſdem Photii præfatione ad Nomocanonem, & in Matthæi Blaſtaris προθεωρίᾳ. Immò Græcorum nonnulli, hac in controverſia, limites exceſsêre. Ut Nilus, qui lib. 2. de primatu Papæ, paullo ante finem, canonem 5. Chalcedonenſem falsâ additione depravatum profert, hoc modo; περὶ τῶν μεταβαινόντων ἀπὸ πόλεως εἰς πόλιν ἐπισκόπων καὶ κληρικῶν, ἔδοξε τοὺς περὶ τούτων τεθέντας κανόνας ὑπὸ τῶν ἁγίων ἀποστόλων καὶ πατέρων ἔχειν τὴν ἰσχύν. Cùm genuinus canon de Apoſtolis ne μῦ quidem. Nec verò inter Græcos diſceptatio fuit de numero Noſtrorum Canonum; quamvis alii aliter idem Opus partiti cognoſcantur ex libris cùm impreſſis, tum manu exaratis; nempe in capita 76. 77. 80. 84. 85. (Æthiopes in 56. & 81. teſte Vanſlebio in Conſpectu Operum Æthiopicorum.) Et quod à Zonara diſcimus in fine Commentatiorum ad hos Apoſtolorum Canones, rejiciebant ab iſtis diverſos canones nominibus Apoſtolorum inſcriptos: quales in Eccleſia Æthiopica legi fidem facit Conſpectus ille Vanſlebianus. Atque hæc de Græca Eccleſia. Mitto enim *Confirmationem 85. canonum SS. Apoſtolorum ratam a ſanctis Patribus in 5. generali Concilio*, librum Græcum MS. in Catalogo voluminum Bibliothecæ Bodleianæ; quia aut ſubleſtâ fide eſt, aut ad Synodum Trullanam pertinet. Redeamus ad Latinos. Poſtquam Dionyſius Exiguus, aut, quod nobis videtur, mutilum nactus exemplar, aut alia de cauſſa, quam divinare nec volumus nec poſſumus, Latinis, quinquaginta priores canones Apoſtolicos tradidit, diu adhuc à multis Eccleſiis Occidentalibus ignorati ſunt ac ſpreti, teſte Gregorio Turonenſi Hiſtoriæ lib. 5. cap. 18. 27. & à quibuſdam doctis hominibus ſuggillati, ut ab Iſidoro Hiſpalenſi, Hincmaro, aliiſque. *In Canonibus Apoſtolorum*, verba ſunt Ratherii Veronenſis ad Hubertum Parmenſem, Spicilegii Tom. 2. p. 171. *ſi tamen eos ut apocryphos non reſpuis.* Et infrà; *Cùm alia atque alia reſpondere geſtiens riſu garriret lymphatico, & inflatus heſterno venas, ut ſemper, Iaccho,* (Virgil. Eclog. 6. *joco* jocoſa eſt lectio) *ad tabulas inſuper luderet alearias; ſtomachatus iterum ego; Ni Canones Apoſtolorum cum ipſis reſpueres Apoſtolis, dicerem tibi, in Canonibus contineri eiſdem* &c. Sed paullatim auctoritatem meruerunt, ut per Pontifices ac Synodos citarentur atque admitterentur. Aliter actum, in reliquis triginta quinque à quinquageſimo: quippe quorum pauci notitiam habuerint, idque ad cenſuram aut contemptum. Humberti locum poſuimus in Teſtimoniis Veterum ad Conſtitutiones. Urbani verò Papæ 2. Epiſt.

Epiſt. 57. obvius eſt. Quamquam ii quoque canonnes fautores nonnullos invenerunt, Anaſtaſium Bibliothecarium, & Auxilium. *Sanè notandum eſt*, ait primus Præfatione in 7. Synodum ad Johannem 8. *quædam in hac Synodo ex Apoſtolorum & ſexta univerſalis Synodi canonibus & ſententiis inveniri, quæ penes nos interpretata nec habentur, nec admittuntur. Et certè de Apoſtolorum Canonibus liquidò novimus, quoniam his quædam facilè non præbuêre conſenſum. Sed & prædeceſſor veſter beatiſſimus Papa Stephanus non ex his pluſquam quinquaginta recipiendos ſynodicè promulgavit, licèt quædam conſtituta Pontificum ex ipſis Canonibus aſſumpta eſſe videantur. Unde Apoſtolatu veſtro decernente, non ſolùm illos ſolos 50. Canones Eccleſia recipit, ſed & omnes eorum* (ineptè in margine exponitur *Pontificum Romanorum*, cùm apertè de Apoſtolis loquatur) *ut pote Spiritûs ſancti tubarum, quin & omnium omnino probabilium Patrum, & ſanctorum Conciliorum regulas & inſtitutiones admittit; illas dumtaxat quæ nec rectæ fidei, nec probis moribus obviant, ſed nec ſedis Romanæ decretis ad modicum quid reſultant, qui* (l. *quin* vel *quæ*) *potiùs adverſarios, id eſt, Hæreticos potenter impugnant.* Ab Auxilio autem Formoſum Formoſique Ordinationes defendente, apud Johannem Morinum, adhibetur canon Apoſtolorum hic 60. vulgò 68. Cæterùm hoc caput haberi debere pro extrema parte Apoſtolicarum Conſtitutionum, non autem illis poſtea fuiſſe adjunctum, indicat ſatis contextûs ſeries, & clauſula totius Operis, quam Editiones quædam & MSS. codices nonnulli Canonum Apoſtolicorum, atque Verſio eorumdem Arabica, necnon Johannis Antiocheni Collectio repræſentant. Adde teſtimonium Photii: ἀνεγνώσθη Κλήμεντος τοῦ Ῥώμης τεύχη βιβλίων δύο· ὧν τὸ μὲν ἐπιγέγραπται, Διαταγαὶ τῶν ἀποστόλων διὰ Κλήμεντος· ἐν ᾧ καὶ αἱ τῶν συνοδικῶν κανόνων τῷ ἀθροίσματι τῶν ἀποστόλων κανόνες ἐπιγραφόμενοι περιέχονται. Hoc eſt; *Lecti ſunt Clementis Romani codices librorum duo: quorum alter inſcribitur; Conſtitutiones Apoſtolorum per Clementem; in quo & ſynodicorum canonum illi qui cœtui Apoſtolorum adſcribuntur canones continentur*, non autem, quemadmodum interpretatur vir doctus Johannes Dallæus de Pſeudepigraphis Apoſtolicis lib. 3. cap. 1. *in quo & ii qui inſcribuntur Apoſtolorum canones una cum ſynodicorum canonum collectione continentur.* Regino lib. 2. cap. 398. 401. & Appendice 1. cap. 4. *Ex Concilio Apoſtolorum.* Objici poteſt cum aliquo colore, pugnantia interdum ſanciri à Conſtitutionibus & à Canonibus. Quæ tamen in manum interpolatricem nullo negotio refunduntur. Verùm de eo ad loca diſſeremus. Nunc, dicta ſufficiant, cùm ad rei illuſtrationem, tum ad confutationem eorum quæ à doctis viris minùs bene fuerunt prolata. Omittendi tamen non ſunt tituli Canonum: quos ecce ex Balſamone MS. in Bibliotheca Regis.

α'. περὶ χειροτονίας ἐπισκόπων.	1. *De ordinatione Epiſcoporum.*
β'. περὶ χειροτονίας πρεσβυτέρων, διακόνων καὶ λοιπῶν κληρικῶν.	2. *De ordinatione Presbyterorum, Diaconorum, cæterorumque Clericorum.*
γ'. περὶ θυσίας.	3. *De ſacrificio.*
δ'. περὶ τοῦ αὐτοῦ.	4. *Eâdem de re.*
ε'. περὶ τοῦ μὴ προφάσει εὐλαβείας ἀπολύειν τὰς ἑαυτῶν γυναῖκας.	5. *Ut prætextu religionis uxores non dimittantur.*
ς'. περὶ τοῦ μὴ δέχεσθαι τοὺς ἱερωμένους φροντίδας κοσμικάς.	6. *Ut ſacrati non ſuſcipiant curas mundanas.*
ζ'. περὶ τοῦ μὴ κατὰ τὴν αὐτὴν ἡμέραν τοῖς Ἰουδαίοις ποιεῖν τὸ πάσχα.	7. *De non celebrando Paſchate eâdem die quâ Judæi.*
η'. περὶ τοῦ μὴ ἐξεῖναι τῷ ἱερουργήσαντι μὴ μεταλαβεῖν, εἰ μὴ δῷ εὔλογον αἰτίαν.	8. *Non licere ei qui ſacrum celebraverit non communicare, niſi dederit cauſſam probabilem.*
θ'. περὶ τῶν εἰσιόντων εἰς ἐκκλησίαν, καὶ μὴ παραμενόντων τῇ εὐχῇ καὶ τῇ ἁγίᾳ μεταλήψει.	9. *De iis qui ingrediuntur in Eccleſiam, & non permanent in Oratione & ſacra communione.*
ι'. περὶ τοῦ μὴ συνεύχεσθαι ἀκοινωνήτοις.	10. *Non eſſe orandum cum excommunicatis.*
ια'. περὶ τοῦ μὴ συνεύχεσθαι καθῃρημένοις.	11. *Non orandum eſſe cum depoſitis.*
ιβ'. περὶ τοῦ μὴ δέχεσθαι τοὺς ἀφωρισμένους παρ' ἑτέρων.	12. *De non recipiendis iis qui per alios fuerunt ſegregati.*
ιγ'. περὶ τοῦ αὐτοῦ.	13. *De eodem.*
ιδ'. περὶ τοῦ μὴ ἐπιπηδᾷν ἀλλοτρίᾳ ἐπαρχίᾳ.	14. *De non tranſiliendo ad aliam regionem.*
ιε'. περὶ τῶν κληρικῶν παραγινομένων ἄνευ γνώμης τοῦ ἰδίου ἐπισκόπου εἰς ἑτέρας ἐπαρχίας μεθισταμένων.	15. *De Clericis qui, præter ſui Epiſcopi ſententiam, in alias provincias abſcedunt.*
ιϛ'. περὶ τῶν δεχομένων ἑτέρους κληρικοὺς ἐπισκόπων.	16. *De Epiſcopis qui alienos Clericos recipiunt.*
ιζ'. περὶ τοῦ μὴ ἱερᾶσθαι τοὺς δυσὶ γάμοις συμπλακέντας μετὰ τὸ βάπτισμα.	17. *Ne ad ſacros ordines promoveantur qui poſt Baptiſmum duobus conjugiis fuerint implicati.*
ιη'. περὶ τοῦ αὐτοῦ.	18. *De eadem re.*
ιθ'. περὶ τοῦ μὴ κληροῦσθαι τοὺς κεκωλυμένους συναλλάξαντας γάμους.	19. *Ut Clerici non fiant qui matrimonia illicita contraxerunt.*
κ'. περὶ ἐγγύας διδόντων κληρικῶν.	20. *De Clericis qui dant fidejuſſiones.*
κα'. κβ'. κγ'. κδ'. περὶ εὐνούχων.	21. 22. 23. 24. *De Eunuchis.*
κε'. περὶ τῶν ἐπὶ πορνείᾳ ἁλόντων ἱερωμένων.	25. *De Clericis in fornicatione deprehenſis.*
κς'. περὶ τοῦ μόνον τῶν κληρικῶν τοὺς ἀναγνώστας γαμεῖν.	26. *Ut è Clericis ſoli Lectores uxores ducant.*
κζ'. περὶ ἱερωμένων τυπτόντων.	27. *De ſacratis qui verberant.*
κη'. περὶ καθαιρεθέντων καὶ αὖθις ἁπτομένων λειτουργίας.	28. *De depoſitis & adhuc miniſterium attingentibus.*
κθ'. λ'. περὶ τῶν διὰ χρημάτων ἱερωσύνην λαμβανόντων, ἢ δι' ἀρχοντικῆς ἐξουσίας.	29. 30. *De iis qui per pecunias ſacerdotium accipiunt, aut per principum poteſtatem.*
λα'. περὶ τῶν ἀποσχιζομένων τῶν ἰδίων ἐπισκόπων.	31. *De iis qui ſe abſcindunt à ſuis Epiſcopis.*
λβ'. περὶ τοῦ μὴ λύεσθαι τὸν ἀφορισμὸν παρὰ ἄλλου ἐπισκόπου τὸν παρ' ἑτέρου ἀφορισθέντα.	32. *Ne à ſegregatione ſolvatur per alium Epiſcopum qui ab alio fuit ſegregatus.*
λγ'. περὶ τῶν μὴ ἐχόντων συστατικὰ ἱερωμένων.	33. *De Clericis commendaticias non habentibus.*
λδ'. περὶ τοῦ γινώσκειν τὸν ἐπίσκοπον τὸν ἑαυτοῦ πρῶτον, καὶ μηδέν τι πράττειν περιττὸν ἄνευ γνώμης ἐκείνου.	34. *Ut Epiſcopus cognoſcat eum quem primum habet, & nihil magnum faciat ſine illius ſententia.*
λε'. περὶ τῶν παρ' ἐνορίας χειροτονούντων.	35. *De iis qui extra ſuos terminos ordinant.*
λς'. περὶ τῶν μὴ καταδεχομένων τὴν φροντίδα τοῦ ἐπ' αὐτοὺς λαοῦ.	36. *De iis qui non ſuſcipiunt curam populi ſub ipſis poſiti.*
λζ'. περὶ τοῦ δὶς τοῦ ἔτους τῶν ἐπισκόπων συνελεύσεις γίνεσθαι.	37. *Ut bis in anno fiant Epiſcoporum conventus.*
λη'. περὶ τοῦ τῶν ἐκκλησιαστικῶν πραγμάτων τὴν φροντίδα ἔχειν τὸν ἐπίσκοπον.	38. *Ut Epiſcopus curam habeat rerum Eccleſiaſticarum.*
λθ'. περὶ τοῦ μηδὲν ἐπιτε-	39. *Quòd Clerici nihil age-*

λᾶν τοὺς κληρικοὺς ἄνευ γνώμης τοῦ ἐπισκόπου.	re debeant abſque ſententia Epiſcopi.
μ΄. περὶ τοῦ φανερὰ εἶναι τὰ τοῦ ἐπισκόπου ἴδια πράγματα.	40. Ut manifeſta ſint res propria Epiſcopi.
μα΄. περὶ τοῦ ἐξουσίαν ἔχειν τὸν ἐπίσκοπον τῶν ἐκκλησιαστικῶν πραγμάτων.	41. De eo quòd Epiſcopus poteſtatem habeat rerum Eccleſiaſticarum.
μβ΄. περὶ τῶν κύβοις σχολαζόντων.	42. De iis qui alea vacant.
μγ΄. περὶ τοῦ αὐτοῦ.	43. De eodem.
μδ΄. περὶ τοκιζόντων.	44. De fœneratoribus.
με΄. περὶ τῶν συνευχομένων αἱρετικοῖς.	45. De iis qui orant cum Hæreticis.
μς΄. περὶ τῶν αἱρετικῶν δεχομένων βάπτισμα ἢ θυσίαν.	46. De iis qui admittunt Hæreticorum baptiſma vel ſacrificium.
(f. deeſt negativa.) μζ΄. περὶ τῶν ἐκ δευτέρου βαπτιζόντων τοὺς παρ' αἱρετικῶν βαπτισθέντας.	47. De iis qui iterum baptizant baptizatos ab Hæreticis.
μη΄. περὶ τῶν ἀπολυόντων τὰς ἑαυτῶν γυναῖκας καὶ ἑτέρας λαμβανόντων.	48. De iis qui ſuas uxores dimittunt & alias accipiunt.
μθ΄. περὶ τῶν μὴ βαπτιζόντων εἰς πατέρα καὶ υἱὸν καὶ ἅγιον πνεῦμα.	49. De iis qui non baptizant in Patre & Filio & Spiritu ſancto.
ν΄. περὶ τοῦ αὐτοῦ.	50. De re eadem.
να΄. περὶ τῶν οὐ δι' ἄσκησιν ἀλλὰ βδελυρίαν ἀπεχομένων κρεῶν.	51. De iis qui non ob exercitationem, ſed per abominationem abſtinent carnibus.
νβ΄. περὶ τῶν μὴ δεχομένων τοὺς ἀπὸ ἁμαρτιῶν ἐπιστρέφοντας.	52. De non recipientibus eos, qui ſe a peccatis convertunt.
νγ΄. περὶ τῶν βδελυσσομένων μεταλαμβάνειν ἐν ταῖς ἑορταῖς κρεῶν καὶ οἴνου.	53. De iis qui refugiunt ſumere feſtis diebus carnem & vinum.
νδ΄. περὶ τῶν ἐν καπηλείῳ ἐσθιόντων κληρικῶν.	54. De Clericis in caupona comedentibus.
νε΄. περὶ τῶν τοὺς ἐπισκόπους ὑβριζόντων.	55. De iis qui Epiſcopos contumeliâ afficiunt.
νς΄. περὶ τῶν ὑβριζόντων ἱερέας ἢ διακόνους.	56. De iis qui contumeliâ afficiunt ſacerdotes vel Diaconos.
νζ΄. περὶ τῶν χλευαζόντων τοὺς βεβλαμμένους.	57. De irridentibus eos qui ſunt oblæſo corpore.
νη΄. περὶ τῶν ἀμελούντων τοῦ κλήρου καὶ τοῦ λαοῦ ἐπισκόπων ἢ πρεσβυτέρων.	58. De Epiſcopis aut Presbyteris negligentibus Clerum ac populum.
(* inſerendum videtur μὴ) νθ΄. περὶ τῶν * ἐπιχορηγούντων τὰ δέοντα τοῖς ἐνδεέσι κληρικοῖς ἐπισκόπων ἢ πρεσβυτέρων.	59. De Epiſcopis aut Presbyteris qui non ſuppeditant egenis Clericis ea quæ ſunt neceſſaria.
ξ΄. περὶ τῶν τὰ ἀσεβῶν βιβλία ὡς ἅγια ἐπὶ λύμῃ τοῦ λαοῦ παῤῥησιαζόντων.	60. De iis qui libros impiorum velut ſanctos ad populi perniciem publicant.

61. De non promovendis ad Clerum iis qui fornicationis convicti fuerint.	ξα΄. περὶ τοῦ εἰς κλῆρον μὴ προάγεσθαι τοὺς ἀπελεγχθέντας ἐπὶ πορνείᾳ.
62. De iis qui per metum negant aut Chriſtum, aut Cleri nomen.	ξβ΄. περὶ τῶν διὰ φόβον ἀρνησαμένων ἢ τὸν Χριστὸν, ἢ τὸ τοῦ κλήρου ὄνομα.
63. De iis qui manducant carnes in ſanguine, vel morticina, vel a feris capta.	ξγ΄. περὶ τῶν ἐσθιόντων κρέα ἐν αἵματι, ἢ θνησιμαῖα, ἢ θηριάλωτα.
64. De iis qui ingrediuntur in Synagogam Judæorum, vel Hæreticorum, orationis gratiâ.	ξδ΄. περὶ τῶν εἰσερχομένων εἰς συναγωγὴν Ἰουδαίων, ἢ αἱρετικῶν, προσευχῆς χάριν.
65. De percutientibus Clericis.	ξε΄. περὶ τῶν τυπτόντων κληρικῶν.
66. De iis qui jejunant Dominicâ vel Sabbato.	ξς΄. περὶ τῶν νηστευόντων τὴν κυριακὴν ἢ τὸ σάββατον.
67. De eo qui virginem non deſponſatam violavit, eamque retinet.	ξζ΄. περὶ τοῦ βιασαμένου παρθένον ἀμνήστευτον καὶ κατέχοντος αὐτήν.
68. De iis qui ſecundò ordinant & ordinantur.	ξη΄. περὶ τῶν ἐκ δευτέρου χειροτονούντων καὶ χειροτονουμένων.
69. De iis qui non jejunant Quadrageſimam Paſchatis, omnemque quartam feriam & Paraſceven.	ξθ΄. περὶ τῶν μὴ νηστευόντων τὴν τοῦ πάσχα τεσσαρακοστὴν, καὶ πᾶσαν τετράδα καὶ παρασκευήν.
70. De iis qui jejunant vel feſtum agunt cum Judæis.	ο΄. περὶ τῶν νηστευόντων ἢ ἑορταζόντων μετὰ Ἰουδαίων.
71. Priori ſimilis.	οα΄. παρόμοιος τῷ ο΄.
72. De iis qui è templo auferunt ceram vel oleum.	οβ΄. περὶ τῶν ἀπὸ ἱεροῦ ἀφαιρουμένων κηρὸν ἢ ἔλαιον.
73. Conſimilis præcedenti.	ογ΄. παρόμοιος τῷ α΄. * καὶ * β΄. (f. del.)
74. Quomodo ad defenſionem ſui vocare oporteat accuſatos Epiſcopos.	οδ΄. περὶ τοῦ πῶς χρὴ εἰς ἀπολογίαν καλεῖν τοὺς κατηγορηθέντας ἐπισκόπους.
75. Ut ad Epiſcoporum accuſationem non admittatur Hæreticus, aut unus fidelis.	οε΄. περὶ τοῦ μὴ δέχεσθαι εἰς ἐπισκόπων κατηγορίαν αἱρετικὸν ἢ ἕνα πιστόν.
76. Quòd non liceat Epiſcopis hæredes Epiſcopatûs facere quos voluerint.	ος΄. περὶ τοῦ μὴ ἐξεῖναι τοῖς ἐπισκόποις κληρονόμους τῆς ἐπισκοπῆς ποιεῖν οὓς βούλονται.
77. &c. De Epiſcopis, quinam fiant, & quinam non fiant: de ſacerdotibus: & alia plura.	Περὶ ἐπισκόπων τίνες γίνονται καὶ τίνες οὐ γίνονται· καὶ ἱερέων· καὶ ἄλλα πολλά.
84. De contumelia erga Regem.	πδ΄. περὶ ὕβρεως βασιλέως.
85. De libris, qui leguntur, & qui non.	πε΄. περὶ βιβλίων τίνα ἀναγινώσκονται καὶ τίνα μή.

GUILIELMI BEVEREGII
DE
CANONIBUS APOSTOLICIS.
JUDICIUM.
De Numero ac Authoritate Canonum Apoſtolicorum.

I. NOtas ac obſervationes in hoſce, qui ſub Apoſtolorum nomine multis retro ſeculis in Eccleſiâ Chriſtianâ militarunt, non minus quam in Synodorum Patrumque Canones à Græcis receptos, eorumque interpretes, edituri; prius de omnibus quam de ſingulis diſſerere, & quo tandem jure Veteres hi Canones glorioſum illum titulum, *Κανόνες τῶν Ἀποστόλων*, meruiſſe cenſeantur, explicare neceſſarium duximus. Hoc ut effectum demus, duas præcipue quæſtiones diſcutiamus oportet, quarum prima eſt de canonum horum numero, de authoritate & antiquitate altera: quas ambas paucis expedire moliemur.

II. Quod ad numerum attinet, primò tenendum eſt, quod etiamſi complures antiquiorum Patrum de Canonibus hiſce ſæpius meminerint, nihil tamen certi de antiquitùs recepto eorum numero è quopiam elicere poſſumus, uſque ad quingenteſimum plus minus à Chriſto nato annum. Inter decretales, fateor, Romanorum Pontificum Epiſtolas, una circumfertur Zephirini (qui ad ſedem Romanam provectus eſt anno Chr. 198.) ad Epiſcopos omnes Siciliences, in quâ dictum eſt, *Septuaginta enim Apoſtoli ſententias præfixerunt*; quomodo etiam Hincm. Rhemenſis legit in l. de var. c. Eccl. c. 18. At Ivo Carnotenſis in decret. part. 4. c. 107. & autor Panormiæ ſive Panuomiæ l. 2. c. 105. & Gratianus diſtinct. 16. c. 2. pro *ſeptuaginta* legunt *ſexaginta*. Gregorius Presbyter autem in Polycarpi ſui l. 3. tit. 20. *quinquaginta* citat, ut obſervant Romani quoque juris Canonici correctores, ſub Gregorio XIII. ad diſtinct. 16. c. 2. Et Severinus Binius, qui hanc inter alias epiſtolas decretales Concil. tom. 1. part. 1. edidit, ad *ſeptuaginta* in margine notat, *alias ſexaginta*, *alias quinquaginta*: ut ex tanta lectionum varietate, nihil certi concludi poſſit. Et præterea, nec multum refert, quot Canones ſive ſententiæ in dicta Epiſtola recenſeantur, ut ab Apoſtolis præfixæ, cum hæc una ſit ex iis epiſtolis, de quibus ipſe Bellarminus ait, *Aliquos errores in has epiſtolas irrepſiſſe non negaverim, nec indubitatas eſſe affirmare audeam*. Bellarm. de Rom. Pontif. l. 2. c. 14. Et Baronius, ex multis eas ſuſpectas reddi epiſtolas affirmat, ad an. 865. & aciem argumentorum quæ ex hiſce epiſtolis petuntur, aliorum objectionibus retuſam videri poſſe, ad an. 102. unde doctiſſimus ille Petrus de Marca liberum eſſe venerandos Pontificum titulos epiſtolis iſtis detrahere affirmat, & ſuppoſititias eſſe probat, de concord. ſacerd. & imp. l. 3. c. 5. & idcirco ab earum citatione cautus abſtinet. Cæterum quod non prætereundum eſt, idem ille Petrus de Marca l. 3. cap. 2. ad numerum Canonum horum adſtruendum, alium laudat librum *συναγωγὴν τῶν κανόνων* appellatum, ſub nomine Theodoreti Cyrenſis, qui ante tempus à nobis præſtitutum claruit. Sed eruditiſſimo viro impoſuit codex MS. in Bibliothecâ Regiâ, quem ſolum, ni fallor, viderat, titulum præ ſe ferens *Θεοδωρήτου ἐπισκόπου Κύρρου*. Verum Chriſtophorus Juſtellus alios codices MSS. citat, unum qui *Ἰωάννου πρεσβυτέρου Ἀντιοχείας*, alterum qui *Ἰωάννου ἐπισκόπου Κωνσταντινουπόλεως* nomen præfert, Joh. videlicet Scholaſtici, qui primò Presbyter Antiochenus, & deinde Epiſcopus Conſtantinopolitanus fuit: & codicem præterea noſtrum Oxonienſem, cujus titulus eſt *Συναγωγὴ κανόνων ἐκκλησιαστικῶν* &c. & poſtea *Ἰωάννου Ἀρχιεπισκόπου Κωνσταντινουπόλεως τοῦ σχολαστικοῦ εἰς τὸ νομοκανόνα πρόλογος*. E quibus ſatis, ut opinor, patet Theodoretum non fuiſſe collectionis iſtius auctorem, ſed Joh. Scholaſticum ſive Antiochenum, qui poſt annum prædictum floruit, uti mox oſtendemus. Hoc autem lectorem obiter admonendum duxi, ut ſi forſitan inter doctiſſimum illud Petri de Marca opus legendum, in collectionem hanc ab eo laudatam inciderit, eandem eſſe ſciat, quam Chriſtophorus Juſtellus ſub Johannis Antiocheni nomine edidit.

III. At quingenteſimo circiter æræ Chriſtianæ anno, ipſe primus æræ iſtius conditor Dionyſius Exiguus codicem Canonum Eccleſiæ Orientalis è Græcâ in Latinam Linguam quam accuratiſſimè transferebat, cui etiam Latinam ſuam Canonum quinquaginta ſub Apoſtolorum nomine verſionem præfigebat. Tempus quo antiqua hæc Canonum interpretatio in lucem prodiit, ex duabus ipſius Dionyſii epiſtolis erui potuerit; quarum una eſt ad Petronium Epiſcopum, quam Dionyſius Petavius è MSS. edidit ad calcem operis de doctrinâ temporum. In uno exemplari quo uſus eſt Petavius, hæc ſcripta ſunt, *In præſenti namque tertia indictio eſt, conſulatu Probi junioris tertius decimus circulus decemnovalis decimus lunaris eſt*: è quibus conſtat annum quo & paſchalem ſuum cyclum inſtituit, & hanc epiſtolam conſcripſit, fuiſſe annum æræ vulgaris DXXV. utpote Philoxeno & Probo Coſſ. indict. III. aureo numero XIII. In hâc autem Epiſtola Dionyſius Exiguus citat Canonem, LXXIX. totius codicis, *qui primus eſt Antiocheni Concilii* ut ipſius verbis utar & quidem juxta ſuam ipſius interpretationem: unde liquet verſionem hanc elaboratam eſſe, ac proinde quinquaginta Apoſtolorum Canones editos, ante an. DXXV. Sed accuratius adhuc tempus colligere licebit ex Epiſtola ipſius ad Julianum Presbyterum tituli ſanctæ Anaſtaſiæ, Pontificum Romanorum decretis ab eo collectis præfixâ, & ex MSS. Chriſtophori Juſtelli editâ. In hâc enim Epiſtola Dionyſius ſe in decretorum collectione eodem modo proceſſiſſe ſcribit, *quo dudum de Græco ſermone Patrum transferens Canones ordinarat*. Ergo Canonum verſio prius facta eſt,

eſt, quam hæc Epiſtola ſcripta, quæ tamen data eſt ad Julianum Presbyterum tituli S. Anaſtaſiæ, qui interfuit Synodis Rom. primæ & quartæ ſub Symmacho habitis, quarum illa Kal. Mart. anno 499. poſt conſulatum Paulini; hæc ſub VIII. Id. Novemb. anno 502. Avieno juniore Conſulatum gerente celebrata eſt: nulla vero poſtea illius occurrit mentio. Unde pluſquam veriſimile cuipiam videatur, hanc Apoſtolicorum L. aliorumque Canonum verſionem quinto exeunte ſeculo, vel ſaltem ineunte ſexto, hoc eſt, anno circiter quingenteſimo divulgatam eſſe.

IV. Non citius autem edita eſt hæc Dionyſiana Canonum interpretatio, quam ab Eccleſiâ Romanâ recepta, quod Caſſiodorus ejuſdem ætatis ſcriptor abunde teſtatur, de Dionyſio hæc ſcribens, *Qui petitus a Stephano Epiſcopo Salonitano, ex Græcis exemplaribus Canones Eccleſiaſticos, moribus ſuis ut erat planus atque diſertus, magna eloquentia luce compoſuit: quos hodie uſu celeberrimo Eccleſia Romana complectitur.* Caſſiod. divin. lect. c. 23. Et ab eo uſque tempore per totum propemodum Occidentem hi quinquaginta canones, iique ſoli, Apoſtolicorum titulo, dignati ſunt, & inter reliquos conciliorum canones à Dionyſio verſos obſervati. Hinc eſt quod Johannes ſecundus, ſede Romanâ potitus anno 532. in cauſâ Contumelioſi Regenſis Epiſcopi, inter alios citat Can. Apoſt. xxv. & xxix. idque ex interpretatione Dionyſianâ, in epiſtolâ ad Cæſarium Arelatenſem datâ, Concil. Gall. tom. 1. Et Zacharias Papa dignitatem iſtam aſſecutus anno 741. plures Canones ex eadem verſione laudat, in epiſtolâ ad Pipinum Regem, & Epiſcopos Francorum, in Binii Concil. tom. 3. part. 1. pag. 367. & 368. edit. Colon. an. 5618. Et Leo iv. Papa an. 847. *Quibus autem, inquit, in omnibus Eccleſiaſticis utimur judiciis, ſunt canones Apoſtolorum, Nicænorum &c.* Gratian. diſtinct. 20. cap. 1. viz. juxta Dionyſianam verſionem, quâ Apoſtolici 50. ſoli numerantur. Anaſtaſius Bibliothecarius, in præfatione ad 7. Synodum ad Johannem viij. Papam Romanum an. 872. ſcribit Stephanum prædeceſſorem ejus L. ſolos Apoſtolorum canones recipiendos ſynodicè promulgâſſe. Verba ejus ſunt, *Et certe de Apoſtolorum Canonibus liquido novimus, quoniam his quidam facile non præbuêre conſenſum. Sed & prædeceſſor veſter beatiſſimus Papa Stephanus non ex his pluſquam quinquaginta ſynodicè promulgavit.* Et Humbertus Sylvæ candidæ epiſcopus in diſputatione de jejunio ſabbati contra Nicetam Pectoratum an. 5054. hæc habet, *Et hoc aſſerere conaris ex apocryphis libris & canonibus pari ſententiâ ſanctorum patrum repudiatis; nam Clementis librum, id eſt, Petri Apoſtoli itinerarium, & canones Apoſtolorum numeraverunt inter Apocrypha, exceptis capitulis quinquaginta, quæ decreverunt orthodoxæ fidei adjungenda.* Gratian. diſt. 16. c. 3. Unde liquet quinquaginta Apoſtolorum canones approbatos, reliquos tunc temporis repudiatos eſſe. Hinc Urbanus ſecundus, iiſdem fere temporibus, in epiſtolâ præpoſito S. Juventii deſtinatâ, *ſciendum vero*, inquit, *quod canones Apoſtolorum quorum authoritate orientalis, & ex parte Romana utitur Eccleſia &c.* apud Grat. diſt. 32. cap. 6. nimirum illa plures, hæc L. ſolos admittit. Et Gratianus anno 1145. *Apoſtolorum vero canones qui per Clementem Pontificem Romanum, ſicut quidam aſſerunt, dicuntur eſſe tranſlati, ſunt quinquaginta*, diſtinct. 16. præf. Quinetiam in veteri canonum codice quem Wigornienſi Eccleſiæ Dunſtanus Archiepiſcopus Cantuarienſis conſulit, L. ſoli Apoſtolorum canones deſcribuntur, ut obſervat Jacob. Armachanus in proleg. ad Polyc. & Ignat. epiſt. Nec omittendum eſt Creſconium, ſive Criſconium, Epiſcopum Africanum tam in breviario canonico, quam in collectione canonum, L. ſolos ſub Apoſtolorum nomine laudare, idque ex interpretatione Dionyſianâ; & Iſidorum quoque ſive Hiſpalenſem, ſive Mercatorem, Setubenſem Epiſcopum, juxta Chronicon Juliani Toletani (incertum enim eſt quiſnam iſtius collectionis auctor fuit, quæ ſub Iſidori nomine circumfertur) de L. ſolis Apoſtolicis meminiſſe, quos etiam ut à Dionyſio tranſlatos citat, etiamſi in reliquis conciliorum canonibus antiquam verſionem retineat. E quibus omnibus inter ſe collatis probè conſtat, L. ſolos ſub Apoſtolorum nomine per multa ſecula in Eccleſiâ Romanâ receptos eſſe, eoſque ex Dionyſianâ verſione. Hinc eſt quod Codex canonum Eccleſiæ Romanæ anno 1525. à Joh. Wendelſtino editus L. ſolos Apoſtolorum canones exhibeat; & quod in primo conciliorum tomo impreſ. Coloniæ anno 1530. L. ſoli Apoſtolorum canonet recenſeantur, etiamſi in editione Petri Crabbe, & aliis poſterioribus plures numerentur.

V. Dionyſius igitur Exiguus L. ſolos Apoſtolorum canones è Græco tranſtulit; utrum autem plures in codice quo uſus eſt, extiterint necne, incertum eſt. Petrus de Marca cæteros ab eo conſultò omiſſos opinatur, *præſertim cum can.* LXVI. *ingratus Romanis auribus eſſet.* de Concord. l. 3. c. 2. Sed vero nobis diſſimile videtur, ut partem tantam codicis transferret, reliquamque omitteret, ne Romanis diſpliceret, cum ipſe in præfatione etiam L. à ſe verſis *plurimos conſenſum non præbuiſſe facilem* affirmet, & propterea Romanis æque ac aliis liberum eſſet eos vel admittere, vel repudiare. Utrum autem in exemplari quod tranſtulit Dionyſius, plures quam quinquaginta fuerunt canones necne, non tanti eſt momenti, ut litem moveret, præcipue cùm, etiamſi codex quem ipſe vertit, plures non habuerit, ejus tamen æqualis exemplar nactus eſt quod LXXXV. canones Apoſtolicos continuit: Johannes viz. Scholaſticus, primo Antiochiæ presbyter, (unde & Antiochenus dicitur) poſtea vero ad thronum Conſtantinopolitanum à Juſtiniano (ſub quo & Dionyſius claruit) imperatore promotus. Hic enim in præfatione ad canonum collectionem quam, ut antea notatum eſt, Marca ſub Theodoreti nomine laudat, diſertis verbis ait, *Οἱ μὲν ἅγιοι τοῦ Κυρίου μαθηταὶ καὶ ἀπόστολοι ὀγδοήκοντα πέντε διὰ Κλήμεντος κανόνας ἐξέθεντο.* Unde conſtat canones Apoſtolorum LXXXV. in Oriente iiſdem etiam temporibus obtinuiſſe, quibus Dionyſius L. ſolos latinè vertebat. Hanc ſuam canonum collectionem Joh. Antiochenus (ſub iſto enim nomine editus eſt) in L. titulos diſtribuit, quibus canones hoſce Apoſt. LXXXV. inter alios conciliorum commiſcet; adeo ut hi LXXXV. Apoſtolici, unà cum ſynodalibus ab eo commemoratis, codicem canonum Eccleſiæ orientalis tunc etiam dierum conſtituerent. Et hinc eſt quod in Concilio Trullano anno 681. celebrato can. 2. canones LXXXV. *τῶν ἁγίων καὶ ἐνδόξων ἀποστόλων* ſynodali authoritate confirmentur. Et ab hoc demum tempore Eccleſia Orientalis religioſiſſime, ſi quos alios, hos LXXXV. Apoſtolorum canones obſervavit. Et quicumque ex iis jus canonicum tractarunt, nec plures nec pauciores recenſent. Photius Patriarcha CP. in nomocanone, Alexius Ariſtenus, Joh. Zonaras, Theodorus Balſamon, Simeon magiſter & Logotheta, Arſenius Monachus, Conſtantinus Harmenopulus in epitome canonum, & Matthæus Blaſtares in ſyntagmate, & quotquot præterea Græci juri canonico operam dederunt, in prædicto LXXXV. canonum Apoſtolicorum numero unanimes conſentiunt. At in Arabicâ canonum collectione numerus ad LXXXI. reducitur, ut ex ipſo etiam titulo patet, quem ex MS. bibliothe-

cæ

cæ Bodleianæ tranſcriptum huc transferre non pigebit. *Hi ſunt Canones quos ſancti Apoſtoli, purique diſcipuli compoſuerunt, quique Tituli cognominantur, ad quos conſtituendos congregati ſunt Apoſtoli, eoſque Spiritus Sancti ope in ſummo Sionis ordinarunt, quos Clemens Petri Apoſtoli diſcipulus enunciavit. Et numerus eorum eſt octogintaunus.* Eodem quoque modo, in pleriſque Latinis horum canonum editionibus, non LXXXV. ſed LXXXIV. numerantur, duodecimo nimirum & decimo tertio in unum conjunctis.

VI. Ut de numero, ſic & de authoritate horum canonum, in varias abitur partes. Nam Johannes Damaſcenus non *referre videntur* ſolum, ut Alphonſus de Caſtro adv. hær. l. 2. c. 20. modeſte nimis loquitur, ſed revera in canonicorum ſacræ ſcripturæ librorum numerum eos refert: recenſitum enim à ſe canonicorum librorum catalogum, nullâ factâ diſtinctione, ſic claudit, Παύλου Ἀποστόλου ἐπιστολαὶ δεκατέσσαρες· Ἀποκάλυψις Ἰωάννου Εὐαγγελιστοῦ· κανόνες τῶν ἁγίων Ἀποστόλων διὰ Κλήμεντος, Damaſc. de fide orthod. l. 4. c. 18. quod tamen inconſultè nimis ab eo factum rectè monet Baronius ad an. 102. Sixtus Senenſis S. Athanaſium quoque eos inter hagiographa recenſuiſſe ſcribit, *Canonum Apoſtolicorum*, inquit, *auctoritas eſt recepta & indubitata, Athanaſius enim inter hagiographa eos numerat.* Sixt. Sen. bibl. ſanctæ l. 2. in Clemente. Sixtum fide implicitâ ſequuntur Bellarminus l. de ſcriptorib. Eccleſ. in Clemente, & Poſſevinus in apparatu ſacro. At in ſynopſi, quam citant, Athanaſii, nulla occurrit canonum Apoſtolicorum mentio, niſi forſitan ſub generali Κλημεντίων nomine, quæ tamen Athanaſius non inter hagiographa, ſed apocrypha recenſet: & Euſebius nihil è Clementinis à veteribus approbatum aſſerit, præter Epiſtolam primam ad Corinthios, Euſeb. hiſt. Eccl. l. 3. κεφ. λζ. Porro concilium Trullanum hoſce canones non quidem inter canonicos ſcripturæ libros, ſed tamen inter reliquos ab Eccleſiâ recipiendos canones confirmat, idque ſub ipſorum Apoſtolorum nomine concil. Trull. can. 2. Et hinc eſt quod Græcorum plurimæ ſynodi iſtius authoritate inductæ, non L. ſolos priores, ſed & univerſos LXXXV. ab ipſis Apoſtolis vel compoſitos, vel ſaltem Clementi dictatos aſſerant. Unde Balſamon in iſtum canonem, eos qui L. ſolos recipiunt, perſtringens, ait. ὁ παρόντος κανόνος μέμψεται δικαίως, ἐπισημαίνεις γὰρ δι' αὐτοῦ τοὺς λέγοντας μὴ ἐκτεθῆναι παρὰ τῶν ἁγίων ἀποστόλων κανόνας πε΄. Eadem propemodum habes in Matthæi Blaſtaris præf. ad ſyntagma. Nec defuerunt è Latinis, qui hoſce canones ipſis Apoſtolis acceptos retulerunt: *Apoſtolorum canones certo ſunt Apoſtolorum*, inquit Lindanus in Chron. præf. panopl. *iſtos canones ab Apoſtolis conſtitutos, à beatoque Clemente conſcriptos eſſe, multis & certis argumentis adducar ut credam*, inquit Lambertus Gruterus in præf. oper. Clement. Salmeron *illos in concilio Hieroſolymitano Act. 15. ab Apoſtolis conditos eſſe, ac proinde immerito pro apocryphis à quibuſdam cenſeri* affirmat, tom. 2. tract. 44. Franciſcus Turrianus peculiarem edidit tractatum, quo probare nititur, omnes hoſce canones ab Apoſtolis compoſitos eſſe, idque in concilio Hieroſolymitano. Cui ſubſcribit & Lorinus in Act. Apoſt. cap. 15. necnon Onuphrius in catalogo Platinæ præfixo. Hanc denique & Joſephi Ægyptii Arabici canonum collectoris ſententiam fuiſſe, titulus ante citatus indicat.

VII. Alii è contra hoſce canones dubios & ſuppoſititios eſſe, & Apoſtolis falsò adſcriptos prodiderunt, iique è Græcis pariter ac è Latinis. Photius enim in præfatione ad nomocanonem à Chriſtophoro Juſtello ex MS. bibliothecæ Oxonienſis editâ, olim obſervavit, οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τοὺς λεγομένους τῶν ἁγίων ἀποστόλων, εἰ καί τινες αὐτοὺς ἀμφιβόλους διά τινας αἰτίας ἡγήσαντο. Et poſt eum Matthæus Blaſtares, οὐκ ἀγνοῶ ὅτι ὥς τινες τῶν ἀρχαίων ἀμφιβόλους τοὺς κανόνας τούτους ἡγήσαντο. Et ipſe quidem Photius unus ex iis fuiſſe videtur: utpote qui Canones etiam à ſe collectos recenſens, non dicit οἱ τῶν ἁγίων ἀποστόλων κανόνες, ſed οἱ λεγόμενοι τῶν ἁγίων ἀποστόλων διὰ Κλήμεντος κανόνες πε΄. Sic etiam Dionyſius Exiguus, in præfatione ad codicem canonum Eccleſiaſticorum, *In principio itaque canones*, inquit, *qui dicuntur Apoſtolorum, de Græco tranſtulimus, quibus quia plurimi conſenſum non præbuere facilem, hoc ipſum veſtram noluimus ignorare ſanctitatem.* Et Iſidorus in ſuâ præfatione, *Propter eorum auctoritatem, cæteris conciliis præpoſuimus canones qui dicuntur Apoſtolorum, licet à quibuſdam Apocryphi dicantur, quoniam plures eos recipiunt*, ita quidem citatur à Gratiano diſt. 16. c. 4. at capite primo ejuſdem diſtinctionis hæc etiam ex Iſidoro laudantur, *Canones qui dicuntur Apoſtolorum, ſeu quia eoſdem nec ſedes Apoſtolica recepit, nec ſancti patres illis aſſenſum præbuerunt, pro eo quod ab hæreticis ſub nomine Apoſtolorum compoſiti dignoſcuntur, quamvis in iis utilia inveniantur, tamen ab auctoritate canonicâ atque Apoſtolicâ eorum geſta conſtat eſſe remota atque inter Apocrypha deputata.* In utroque fortaſſe loco, reſpectum habuit ad Gelaſium Papam, & 70. epiſcopos in ſynodo ſub eo celebratâ congregatos, an. 494. qui authenticos ab apocryphis libros diſcernentes, dicunt, *Liber canonum Apoſtolorum Apocryphus* apud Grat. diſtinct. 15. c. 3. At Hincmarus Rhemenſis, *B. Gelaſium in catalogo qui libri in Eccleſiâ recipiantur, de his Apoſtolorum canonibus penitus tacuiſſe, nec inter Apocrypha eos miſiſſe*, ſcribit in opuſc. cap. 24. adeo ut in codice quo Hincmarus anno circiter 860. uſus eſt, verba ante citata omiſſa videantur. Ipſe autem Hincmarus eodem in loco præmiſerat, *Cæterum iidem canones, qui vocantur Apoſtolorum, non ab ipſis Apoſtolis conſcripti eſſe creduntur.* In eadem ſententiâ Fulgentius quoque Ferrandus, & Martinus Bracharenſis fuiſſe videntur, ex eo quod nec ille in breviatione, nec hic in collectione canonum, hoſce laudare dignentur.

VIII. Ut nos inter duas has extremas latitantem opiniones ipſam inveſtigemus veritatem, & ſummam, quoad ejus fieri poteſt, canonum horum antiquitatem iiſque debitam exinde pendentem autoritatem inveniamus, antiquiora S. Patrum qui annum prædictum quingenteſimum præceſſerunt, volumina conſulamus, & quæ ex iis in adverſaria noſtra de canonibus hiſce congeſſimus teſtimonia, depromamus neceſſe eſt. Telam autem à Chalcedonenſi ſive quartâ generali Synodo exorſi, uſque ad ipſa tempora quibus hi canones nobis conſtituti videntur, hoc eſt, ad prima propemodum Eccleſiæ recens natæ incunabula eam gradatim aſcendendo protrahere moliemur. Patres igitur in prædictâ ſynodò Chalcedone celebratâ anno Dom. 451. congregati can. 22. decernunt, *non licere Clericis poſt mortem Epiſcopi res quæ ad ipſum pertinent diripere*, καθὼς καὶ τῶν πάλαι κανόνων ἀπηγόρευται. At vero nullos alios hâc ſynodo vetuſtiores canones invenire eſt hoc prohibentes, præter Apoſtolicos, quorum quadrageſimo cautum eſt ne mortuo Epiſcopo rerum Eccleſiaſticarum occaſione quæ propria fuerant Epiſcopi intercciderent, ſive diriperentur: videſis notas in dictum 40. can. Apoſt. Synodus porro Epheſina ſive Oecumenica tertia anno 431. habita, decretum edidit quo aſſeruit, Epiſcopum Antiochenum in Cypro ordinare, quæ extra ſuos eſſet limites, eſſe πρᾶγμα παρὰ τοὺς ἐκκλησιαστικοὺς θεσμοὺς καὶ τοὺς κανόνας τῶν ἁγίων ἀποστόλων καινοτομούμενον,

 μενον,

μέμψιν, viz. præter can. Apoſt. 34. & 35. Extat hoc decretum in Actis Concil. Epheſ. part. 2. Act. 7. in nonnullis fateor editionibus pro *ἀποστόλων* legitur *πατέρων* quod tamen tantidem eſt. Quinetiam in iſto quoque libello, quem Rheginus tunc temporis ſynodo offerebat, hoc *contra Apoſtolicos canones* eſſe traditur ibid. Ad hæc Arcadio tertium, & Honorio ſecundum Coſſ. hoc eſt anno 394. celebratum eſt conſilium provinciale Conſtantinopoli de Agapio & Bagadio, utroque Epiſcopatum Boſtræ ſibi vendicante, in quo Nectarius Conſtantinopolitanus & reliqui patres decernebant, Epiſcopum accuſatum non niſi ſynodi & provinciæ Epiſcoporum ſententiâ deponendum eſſe, *καθὼς καὶ οἱ ἀποστολικοὶ κανόνες διωρίσαντο*. viz. can. Apoſt. 74. Hæc extant ad calcem primi tomi hujuſce operis. Hiſce temporibus celebrata eſt ſynodus Carthaginenſis, cujus can. 53. Aurelius Epiſcopus dixit, *ὁ ἀρχαῖος τύπος φυλαχθήσεται ut tres Epiſcopi Epiſcopum ordinent*, viz. can. Apoſt. 1. & Balſamon quidem *τύπον* per *κανόνα* interpretatur, & dictum Apoſt. can. ita antiquitus intellectum eſſe, ut tres ad minimum Epiſcopi ordinent Epiſcopum, in notis ad Ariſteni iſtius canonis interpretationem oſtendimus. Hinc ad ſecundam univerſalem tranſeamus ſynodum Conſtantinopoli habitam anno 381. Patres in hâc ſynodo convocati ad Damaſum, Ambroſium, alioſque Romæ tunc temporis congregatos epiſtolam mittebant, quâ inter alia dicunt, *παλαιός τε ὡς ἴστε θεσμὸς κεκράτηκε, καὶ τῶν ἁγίων ἐν Νικαίᾳ πατέρων ὅρος*, nimirum ut Antiſtites unà cum finitimis (modo ipſis viſum fuerit) Epiſcopis miniſtros ad Eccleſiarum commodum in ſuis ipſorum provinciis ordinent; at nulla ſynodo Nicænâ antiquior lex extitit quæ hoc conſtituit, præter can. Apoſt. 14. & 15. Extat hæc Epiſtola ad finem Actorum Concilii CP. & apud Theodoretum hiſt. Eccl. l. 5. cap. 9. Hiſce diebus Evagrius ſedem Antiochenam occupabat, à Paulino deceſſore ſolo, & jam decedente ordinatus, quod *παρὰ τὸν ἐκκλησιαστικὸν θεσμὸν*, imo *παρὰ πολλοὺς κανόνας* factum obſervat Theodoretus hiſt. Eccleſ. l. 5. c. 23. viz. Contra can. Apoſt. 1. & 76. quorum iſte non niſi à duobus vel tribus Epiſcopum ordinari mandat, hic Epiſcopum quem vult ſui loco ordinata prohibet. Hiſce etiam temporibus Baſilius ille Magnus clarebat, qui in primâ Epiſtolâ ad Amphilochium can. 3. ait, *ὅτι ἀρχαῖός ἐστι κανὼν*, ut qui gradu exciderunt huic ſoli punitionis modo ſubjiciantur, viz. can. Apoſt. 25. Idem quoque canone 12. dicit, *τοὺς διγάμους παντελῶς ὁ κανὼν τῆς ὑπηρεσίας ἀπέκλεισε*, ubi Balſamon obſervat per *κανόνα* indigitari can. Apoſt. 17. Idem obſervatur & à Matthæo Monacho in matrimonialibus cap. *περὶ διγάμων*. & rectè quidem, ſiquidem nullus alius de eâ re canon extabat. Præterea anno Dom. 341. habita eſt ſynodus Antiochiæ: Plerique autem canonum ab hâc ſynodo editorum eadem quæ Apoſtolici & nonnunquam iiſdem verbis decernunt, ut nihil certius eſſe poſſit, quam vel Antiochenos ex Apoſtolicis vel Apoſtolicos ex Antiochenis tranſcriptos eſſe, ut cuivis conſerenti patebit. At vero Antiochenos ex Apoſtolicis, non è contra, traductos eſſe probe conſtat ex can. Antioch. 9. quo ſtatutum eſt, reliquos Epiſcopos nihil magni momenti facere, ſine primo ſive Metropolitano *κατὰ τὸν ἀρχαῖον κρατήσαντα τῶν πατέρων ἡμῶν κανόνα*, viz. juxta Apoſt. can. 34. eadem omnino decernentem, unde patres Antiochenos canones Apoſt. vidiſſe, omneſque ſuos qui cum Apoſtolicis conveniunt, ex iiſdem tranſtuliſſe, eoſque ſuâ demum authoritate confirmaſſe luculenter patet. Hiſce diebus celebratiſſimus ille Athanaſius ad ubique orthodoxos epiſtolam conſcripſit, in quâ conqueritur Georgium natione Cappadocem, per vim, judicumque extraneorum opem, thronum Alexandrinum invaſiſſe; & protinus ſubjungit, *τῶν δὲ ἐκκλησιαστικῶν θεσμῶν παραλυθέντων* viz. can. Apoſt. 29. & 30. Ut vero Imperiali quoque authoritate veteres hi canones corroborentur, iiſdem diebus Euſebius Cæſareæ Epiſcopus ad thronum Antiochenum cleri populique ſuffragiis electus eſt, ille autem antiquis hiſce canonibus religioſe inſiſtens, ſuam relinquere, & ad aliam ſedem migrare renuit, quam ob rem Conſtantinus Magnus Imperator literas ad eum dabat, quibus eum commendat, quod *τάς τε ἐντολὰς τοῦ Θεοῦ καὶ τὸν ἀποστολικὸν κανόνα καὶ τῆς ἐκκλησίας φυλάττειν ἔγνωκεν*, Euſeb. de vitâ Conſtant. l. 3. cap. 61. & aliam epiſtolam ad ſynodum Antiochiæ tunc temporis habitam mittebat, quâ Epiſcopos in eâ congregatos certiores facit, literas Euſebii de eâ re ad ſe miſſas *τῷ ἐκκλησιαστικῷ θεσμῷ* conſentire; & in prædictis itidem literis ad Euſebium datis, hæc ab eo geſta, *τῇ ἀποστολικῇ παραδόσει σύμφωνα* eſſe ſcribit. Hunc autem Apoſtolicum canonem, hanc Eccleſiaſticam legem, hanc denique Apoſtolicam traditionem nihil aliud eſſe quam can. Apoſt. 14. extra dubium eſt. Quinetiam Alexander Epiſcopus Alexandrinus ad Alexandrum Epiſcopum CP. ſcribens, Epiſcopos aliquos, qui eos, quos ipſe excommunicaverat, in communionem recepiſſent, criminatur, *τῷ μήτε ἀποστολικὸν κανόνα τούτων συγχωρεῖν* viz. can. Apoſt. 12. 13. & 16. Theodoret. hiſt. Eccleſ. l. 1. cap. 3. Hæc Epiſtola ſcripta eſt ante ſynodum primam Oecumenicam Nicææ habitam, cui poſtea idem Alexander interfuit: quapropter nec totam ſynodum hi canones latuiſſe cenſeantur, nec quidem latebant, ut ex ipſis canonibus ab eâ conſtitutis palam eſt; enimvero in ſecundo canone ſancti patres affirmant, ut, qui à vitâ Gentili ad fidem nuper acceſſerunt, baptizentur, & ad epiſcopatum protinus promoveantur, eſſe *παρὰ τὸν κανόνα τὸν ἐκκλησιαστικὸν*, viz. contra can. Apoſt. 80. & canone quinto de excommunicatis decernunt, ut valeat ſententia *κατὰ τὸν κανόνα τὸν διαγορεύοντα*, *juxta canonem qui pronunciat eos qui ab aliis excommunicantur, ab aliis non recipiendos eſſe*; hic autem eſt can. Apoſt. 12. Et quidem, ut ſemel dicam, ſacratiſſimum hoc Concilium in pleriſque ſtatutis ſuis ad canones Apoſtolicos reſpexiſſe, & non tam novos procudiſſe, quam antiquos hoſce confirmâſſe videntur, vel etiam & explicâſſe: quod egregiè probetur ex can. 10. quo decernitur ut quicunque lapſi ſunt, & poſtea vel per ignorantiam vel ſcientibus iis qui promoverunt, promoti ſunt, hoc non præjudicat *τῷ κανόνι τῷ ἐκκλησιαστικῷ*, nam cogniti deponentur. Nimirum canon Apoſtol. 62. præcipit, ut Clericus qui lapſus eſt deponatur, ſed de iis qui poſt lapſum ordinati ſunt, nihil expreſſe ſtatuit: Patres itaque Nicæni canonem iſtum ita intelligendum conſentiunt, ut ii etiam qui prius lapſi ſunt, & deinde ordinati deponantur, ut pœnam ab Eccleſiaſtico iſto canone conſtitutam non effugiant, etiamſi lapſus ordinationem præceſſerit. Si altius adhuc aſcendamus ipſe quoque Cyprianus, (Si modo tractatus de ablutione pedum ei rectè adſcribatur) anno circiter 250. *nam baptiſmum*, inquit, *repeti Eccleſiaſtica prohibent regula*, Cyprian. de ablut. ped. viz. can. Apoſt. 47. Ipſe denique Tertullianus ad canones hoſce reſpectum habuiſſe videtur, ubi ait, *Aguntur* præcepta (ſic enim Pamelius legendum cenſet non *præterea* quod aliis viſum) *per Græcias illas certis in locis concilia, ex univerſis Eccleſiis, per quæ & altiora quæque in commune tractantur*. Tertul. de jejun. adv. pſych. cap. 13. Ut talia enim Concilia haberentur nuſquam tunc temporis *præceptum* legimus, præterquam canone Apoſt. 37.

Ubi

Ubi etiam dicit, *Ad hæreticos vetamur accedere.* Tertul. de præſcript. adv. hæret. cap. 12. canonem Apoſt. 45. quo cum hæreticis comprecari, vel 65. quo hæreticorum ſynagogam ingredi vetitum eſt, indigitaſſe videtur.

IX. Priuſquam ulteriùs progrediamur, non abs re erit ex prædictis veterum teſtimoniis hæc duo obſervare, 1. Hoſce canones ſub variis nominibus antiquitus cognitos fuiſſe, ut qui à ſynodo Chalcedonenſi appellantur οἱ πάλαι κανόνες, à Conſtantinopolitanâ ſynodo οἱ παλαιοὶ θεσμοὶ, à ſyn. Antiochenâ, & S. Baſilio ἀρχαῖοι κανόνες, à ſyn. Nicænâ, Epheſinâ, Antiochena, & ab Athanaſio ἐκκλησιαστικοὶ κανόνες, à Conſtantino & Theodoreto ἐκκλησιαστικοὶ θεσμοὶ, à Cypriano, *Eccleſiaſtica regula*, à ſynodo CP. à Conſtantino & Alexandro ἀποστολικοὶ κανόνες, nunquam tamen κανόνες τῶν ἀποστόλων præterquam in decreto Epheſino, ubi etiam pro ἀποστόλων nonnunquam πατέρων & fortaſſe rectiùs legitur. A Conſtantino vocantur & ἀποστολικαὶ παραδόσεις, & à concilio Nicæno ſimpliciter κανόνες. (2.) non L. ſolos ſed plures antiquis hiſce patribus innotuiſſe, utpote quod ſynodus CP. provincialis canonem 74. Nicæna 62. & 80. & Theodoretus can. 76. laudet: adeo ut XXXV. poſteriores ejuſdem antiquitatis ac L. priores non immerito cenſeantur.

X. Hiſce ſic præmiſſis, noſtram de canonum horum antiquitate ac origine ſententiam paucis aperiamus. Quanquam enim eos vel ab ipſis Apoſtolis conſcriptos eſſe, vel Clementi tanquam amanuenſi dictatos affirmare non auſim, nec cum Damaſceno eos inter canonicos ſacrarum ſcripturarum libros recenſendos judicarim; nullus tamen dubito quin à viris Apoſtolicis, hoc eſt, ſecundo labente & ineunte tertio à Chriſti nativitate ſeculo conſtituti paſſim deinceps innotuerint. Hoc enim non ex eo tantùm liquet, quod quarto demum currente ſeculo pro antiquis habiti fuerunt, ſed exinde præcipuè quod ſecundâ tertiâque fluente à verbo incarnato centuriâ, omnes, vel pleroſque ſaltem (à quibus & de cæteris facile eſt conjecturam facere) in Eccleſiâ Chriſtianâ obtinuiſſe, ex Clemente Alexandrino, Origene, Tertulliano, aliiſque ejuſdem ætatis ſcriptoribus & Eccleſiaſticis hiſtoriis abundè conſtet: ex. gr. can. 7. de die celebrandi paſcharis, can. 17. de digamis non ordinandis, can. 31. de Clericis ſeorſim collectas agentibus, can. 47. de baptiſmo non repetendo & de hæreticorum baptiſmate non admittendo, can. 50. de trinâ in baptiſmo immerſione, can. 61. de fidelibus lapſis non ordinandis can. 6. & 81. de Clericis ſeculares curas ſuſcipientibus; ſic etiam canones de conſiliis habendis, de quadrageſimâ, feriâ quartâ & paraſceve jejunando, &c. ut in canonibus explicandis ſuſiùs oſtenſuri ſumus. Hæc enim & hujuſmodi quæ ſacris in ſcripturis expreſſe non præcipiuntur, in Eccleſiam primitivam & tantum non Apoſtolicam furtim & fortuito irrepſiſſe non cenſenda ſunt, ſed è præviis potius decretis ſive canonibus, iiſque non à privato quopiam homine, ſed à multis qui in unum congregati in utramque partem deliberârunt, conſtitutis, vulgares in uſus primo recepta fuiſſe.

XI. Et quidem nonnullos ex hiſce canonibus à conſiliis tunc dierum celebratis editos fuiſſe, nemo inficias eat. Septimus enim canon de Paſchalis celebritatis tempore à Conciliis Romano, Palæſtino, Pontico, Gallico, Oſroeno, aliiſque conſtitutus eſt, anno circiter 198. Euſeb. hiſt. Eccleſ. l. 5. cap. 22. Sic Cyprianus aſſerit anteceſſores ſuos de Clericis ſeculares curas ſuſcipientibus decretum edidiſſe, juxta can. 6. & 81. Cyprian. in Epiſt. ad Presbyt. & diſc. & plebem Furnis conſiſtentes. Sed ſummâ obſervatione dignum eſt quod illi ipſi canones de quibus tot motæ ſunt controverſiæ, viz. 46. de hæreticorum baptiſmo non approbando, & 47. de baptizandis iis qui ab hæreticis impuro baptiſmo polluti ſunt, longe ante Cypriani tempora in ſynodo ſub Agrippino habitâ ſtatuti ſunt, ut ex ipſo Cypriano patet, dicente, *Apud nos autem non nova aut repentina res eſt, ut baptizandos cenſeamus eos qui ab hæreticis ad Eccleſiam veniunt, quando multi jam anni ſunt, & longa ætas, ex quo ſub Agrippino bonæ memoriæ viro convenientes in unum Epiſcopi plurimi hoc ſtatuerint*, Cyprian. epiſt. ad Jubajan. Hujus Concilii meminit & in Epiſtolâ ad Quintum. Quo quidem anno celebratum eſt hoc Concilium nondum conſtat. Baronius conjicit in annum 217. At ſiquidem *multis annis* & *longâ ætate* ante Cyprianum habitum fuerit, anterius nobis fuiſſe videtur, præſertim cum & ipſum Tertullianum eadem ſenſiſſe, ex libro de præſcript. adv. hæret. conſtet. Cum pro comperto autem habeamus tres hoſce canones, qui inter Apoſtolicos numerantur, à primitivis, ut ita loquar, Conciliis conſtitutos eſſe, idem & de reliquis ſtatuendum cenſeo: nimirum quod à ſynodis quæ variis & temporibus & locis convenerant, editi ſunt hi canones, & tertio demum currente ſeculo in unum corpus collecti. Hoc & Hincmarus Rhemenſis olim ſenſiſſe videtur, *Canones* inquit, *qui vocantur Apoſtolorum, antequam Epiſcopi concilia libere inciperent celebrare, a devotis quibuſque collecti.* Hincm. Rhem. opuſc. c. 24. Prius itaque quam concilia libere celebrata ſunt, hi canones & editi fuerunt, & collecti. Quemadmodum autem nihil certi de primis Canonum Eccleſiæ univerſæ collectoribus, nec de priſcæ iſtius latinæ editionis à Joſtello editæ auctore conſtat; ſic etiam nec certi aliquid vel de tempore vel loco, quo collecti ſunt hi Canones Apoſtolici, determinare poſſumus.

XII. Petrus de Marca, ex eo quod Firmilianus & Cyprianus cum Stephano Romano de hæreticorum Baptiſmo diſputantes de hiſce Canonibus non meminerunt, de utroque tam tempore quam loco conjecturam facit; collectos videlicet & Apoſtolorum titulo cohoneſtatos fuiſſe anno 258. idque in concilio quodam Iconienſi. Verum è prædictis patet Cyprianum, etiamſi non ſub Apoſtolorum nomine, antiquum tamen laudaſſe Canonem, ad ſuam de Baptiſmo adſtruendam ſententiam: & ipſe quoque Firmilianus iſtud decretum non conſtitutum ſed confirmatum fuiſſe in dicto concilio Iconii celebrato affirmat; Firmilian. Epiſt. ad Cyprian. Quis autem ſibi perſuadeat, Cyprianum, Firmilianum, alioſque Eccleſiæ primitivæ præſules Apoſtolorum nomen hiſce Canonibus imponere voluiſſe, quorum aliquos ſaltem à deceſſoribus ſuis conſtitutos agnoſcunt? Cæterum & aliud quoque occurrit quod hanc conjecturam veri quam diſſimillimam eſſe arguit. Firmilianus nimirum in dicta Epiſtolâ ad Cyprianum Romanos *circa celebrandos dies paſchæ* errare affirmat. At Romani celebritatem iſtam, ut cuique notum eſt, juxta Can. Apoſt. 7. perpetuo peregerunt. Quocirca Firmilianus haud dubie hoſce Canones tanquam Apoſtolicos Romanis obtrudere non voluit, utpote quibus Romanorum de paſchâ ſententiam confirmari, ſuam autem condemnari novit. Quinetiam nec huic ſententiæ ſuffragatur, ſed refragatur potius Can. 37. quo mentio fit menſis Hyperberetæi. Cum enim Hyperberetæus unus ſit ex Aſianorum menſibus, quos paſcha ſecus ac Canone 7. ſtatutum eſt, celebraſſe neminem latet, idem contra iſtam conjecturam recurrit argumentum. nec Iconii videlicet, nec alibi in Aſiâ propriè ſic dictâ collectos eſſe. Quin potius ex duobus hiſce canonibus

bus viz. 7. & 37. noſtra ſententia, quod diverſis in locis conſtituti ſunt hi canones, egregie confirmatur. Enimvero canonem 37. à conciliis Aſianis decretum eſſe dictum menſis Hyperberetæi nomen apertiſſime demonſtrat, at canonem 7. ab iiſdem ſtatutum non fuiſſe, perpetua eorum à Polycarpo, imo quidem ab ipſo, ut aſſeruerunt, Johanne recepta paſchatis celebratio, luculenter arguit.

XIII. Ut autem à variis conciliis editi ſunt hi canones, ſic & à diverſis quoque viris nobis collecti videntur, quorum hi plures, illi pauciores collegerunt: unde prædicta in numero diſcrepantia orta eſt: non ſecus ac in conciliorum poſtea canonibus accidiſſe patet. Antiquus enim canonum conciliorum codex Chalcedonenſibus terminatus fuit, quibus poſtea Trullani, Carthaginenſes, aliique quamplurimi ſunt adjecti: & ipſe codex canonum à Dionyſio exiguo latine verſus longe plures continet quam à primo interprete tranſlati ſunt; Apoſtolicos viz. & Africanos, ut non mirum cuipiam videatur, primitivarum ſynodorum canones ab his 50. ab aliis 85. collectos eſſe. Canones autem ſic à ſe collectos, alii Eccleſiaſticos, Apoſtolicos alii nominarunt: non quod ab ipſis Apoſtolis conſcriptos crederent quos ipſi à conciliis decretos collegerant, ſed quod doctrinæ & traditionibus Apoſtolicis conſonos, & à viris ſaltem Apoſtolicis conſtitutos eſſe perſuaſum habuerint. Sic enim & Tertullianus eos qui proximo poſt Apoſtolos claruerunt ſeculo, *Apoſtolicos* appellat, de præſcript. adv. hær. cap. 32. Hinc evenit ut in citatis veterum de hiſce canonibus teſtimoniis, nunc *Eccleſiaſtici*, nunc *Apoſtolici* nuncupentur: & quod alii poſtea Apoſtolicorum nomine decepti ab ipſis Apoſtolis definitos arbitrarentur.

XIV. Ut ut eſt, ex prædictis facile adducor ut credam univerſam propemodum Eccleſiæ primitivæ diſciplinam, per hoſce canones, adminiſtratam fuiſſe. Quapropter quemadmodum canones Nicæni, Ancyrani, Neocæſarienſes, &c. *codex canonum Eccleſiæ univerſæ*; & canones Carthaginienſes, *Codex canonum Eccleſiæ Africanæ* vocitantur: ſic & hi, qui Apoſtolorum dicuntur canones, ut ab Eccleſiâ primitiva conſtituti & collecti, *Codex canonum Eccleſiæ primitivæ* meritiſſimo jure nuncupantur.

XV. Ad hanc noſtram de Canonibus Apoſtolicis vulgo dictis ſententiam, quam proximè accedit doctiſſimus ille Epiſcopus Aurelianenſis Albaſpinæus, præſertim ubi vetuſtam hanc canonum collectionem nihil aliud eſſe contendit, quam *Breviarium & Epitomen privatorum conciliorum & rerum ab Epiſcopis privatis ſancitarum, qui Eccleſias Græcas ante concilium Nicænum adminiſtrarunt.* Albaſp. obſerv. l. 1. c. 13. Sed Johannes Dallæus in tertio libro de Pſeudepigraphis Apoſtolicis, poſtquam deliram Turriani, hos canones ab ipſis Apoſtolis conſtitutos fuiſſe aſſerentis, opinionem viginti capitulis non minus eruditè quam fusè everterat, viceſimo primo tandem capite dictam etiam Albaſpinæi ſententiam refellere conatur. Quoniam autem nonnulla ex iis quæ contra Albaſpinæum profert argumentis, noſtræ etiam ſententiæ repugnare videntur, ea paucis, ut loci ratio poſtulat, diſcutiemus.

XVI. Primo itaque Dallæus hos canones non ante ſynodum Nicænam ſancitos eſſe, ex ipsâ eorum materiâ probare nititur, nimirum, quòd can. 85. tres Maccabaici, & octo Conſtitutionum Apoſtolicarum libri inter canonicos recenſeantur. Sic enim argumentatur, *Quis enim quaſo vetuſtiorum, non dico Latinorum, ſed & Græcorum Patrum tertium librum Maccabaicum in ſacrum veteris teſtamenti, vel Clementinarum conſtitutionum octo volumina, in novi canonem ante hujus ſyllöges patrem retulerat?* Reſpondeo, primo quod ad libros Maccabaicos ſpectat, in antiquiſſimâ Græcâ canonum collectione à Joh. Antiocheno elaboratâ tit. 50. ubi hic canon extat, nulla omnino librorum Maccabaicorum mentio occurrit, ut etiam in annotationibus ad dictum canonem 85. obſervamus: ac proinde iſti in recentioribus horum canonum editionibus alia quam primorum conditorum manu inſerti videntur. Quid autem ſi concedamus tres Maccabaicos libros dicto canoni ab initio inſertos fuiſſe? Hoccine probando eſſet, hos canones nec ante concilium Nicænum conſtitutos eſſe? nihil minus. Verumenimvero in antiquo illo Romano verſionis τῶν ό. MS. ante mille ducentos annos exarato, tres Maccabaici, ut cuique notum eſt, inter reliquos veteris teſtamenti libros recenſentur. Nec in eo ſolo, ſed & in alio illo dictum Vaticanum codicem annis æquante ſaltem ſi non ſuperante MS. per Cyrillum Lucarem Alexandriâ Conſtantinopolim tranſlatum ad Carolum I. p. m. miſſo, & in Regiâ Bibliothecâ adhuc aſſervato, tertius Maccabaicorum reliquis veteris teſtamenti libris ſubnectitur, & quidem ſub hoc titulo, iiſdem quibus totus liber literis; hoc eſt, uncialibus ſic ſcripto ΜΑΚΚΑΒΑΙΩΝ ΛΟΓΟΣ Γ'. quibus etiam ſuffragantur, non tantum editiones Veneta & Complutenſis, ſed & verſio antiqua Syriaca, quâ ſic inſcribitur, שוב ספרא ודתלתא דמקביא *Item liber tertius Maccabæorum.* Cum autem multa ſint quæ evincunt dictos codices proximo ſaltem alterove, poſt conſeſſum Nicænum, ſi non eodem, ſeculo exaratos eſſe, veri prorſus diſſimillimum eſt, ut dicti tres Maccabaici inter canonicos V. T. libros in iiſdem recenſerentur, niſi ante illam ſynodum in eorum cenſum alicubi relati fuiſſent. Quinetiam ipſe Origenes, qui non tantum ante Concilium Nicænum, ſed & iiſdem, quibus nos canones hoſce collectos fuiſſe contendimus, diebus claruit, tres Maccabæorum reliquis ſacræ ſcripturæ libris non obſcure ſubjungere videtur. Is enim in expoſitione primi pſalmi apud Euſeb. hiſt. Eccleſ. lib. 6. c. 25. poſtquam viginti duos V. T. libros juxta Hebræos recenſuiſſet, protinus hæc addit, ἔξω δὲ τούτων ἐστὶ τὰ Μακκαβαϊκὰ ἅπερ ἐπιγέγραπται Σαρβὴθ σαρβανὲ ἔλ, quæ Valeſius ſic vertit: *extra horum cenſum ſunt libri Maccabæorum qui inſcribuntur Sarbeth ſarbane el* (hoc eſt, שרבים ברבני אל *Sceptrum rebellium Dei* vel etiam שרבים שר בני אל *Sceptrum principis filiorum Dei.*) Hic enim cum juxta Valeſianam etiam verſionem vox βιβλία intelligatur, τὰ μακκαβαϊκὰ, ut pluralis, non dualis numeri, tres minimùm Maccabæorum libros deſignare neceſſe eſt. Verùm & quomodocunque iſta Origenis verba intelligantur, aperte ſaltem ex iis, ut etiam ex Tertulliani, Clementis Alexandrini, aliorumque ejuſdem ætatis eos paſſim laudantium, ſcriptis conficitur, aliquot Maccabæorum libros viginti duobus Hebraicis tunc temporis ſubjunctos eſſe, & nonnullis quidem in locis duos, in aliis tres: nam canon ſcripturæ nondum exactè determinatus erat, ſed hi plures, illi pauciores libros canonicos numerabant; adeo ut inter omnes vetuſtiores rerum Eccleſiaſticarum ſcriptores, vix duos in eodem canonicorum librorum numero conſentientes reperias. Quocirca hoc argumentum contra Dallæum potius retorqueri poſſit. Hinc enim conſtat hos canones prius conditos fuiſſe, quam exactus canonicorum librorum numerus conſtitutus eſt; imo priuſquam Maccabaicorum errores detecti fuerant; hoc eſt, ante ſynodum Nicænam. Omnes enim Græci Patres qui poſt iſtam ſynodum claruerunt, Athanaſius, Amphilochius, Gregorius Nazianzenus, Epiphanius,

con-

concilii Laodiceni Antiſtites &c. canonicos S. ſcripturæ libros cenſentes, Maccabaicos prorſus omittunt, ut quos, revera Apocryphos eſſe, iſtis temporibus clariſſimè conſtabat. Adeo ut extra dubium ſit, hunc canonem quo tres libri Maccabaici inter canonicos referuntur, ante dictos patres, ac idcirco ante Nicænam quoque ſynodum conſtitutum fuiſſe, ſiquidem deinceps tanquam Apocryphi à Græcis patribus rejecti ſunt.

XVII. Deinde quod ad octo Clementinarum conſtitutionum volumina ſpectat, Dallæus ex iis contra antiquitatem horum canonum perinde diſputat, ac ſi quæ hodie ſub Apoſtolicarum conſtitutionum nomine circumferuntur, eædem cum illis eſſent, quibus iſtud nomen hoc Apoſtolico canone ſcriptum eſt. Verum luce clarius eſt, & ipſe etiam Dallæus agnoſcit probatque (de Pſeudepigr. Apoſt. l. 1. c. 2.) hodiernas conſtitutiones à Turriano editas longe alias eſſe, ac diverſas ab iis quæ Epiphanii temporibus extabant; nam plurima loca ab Epiphanio ex Apoſtolorum conſtitutionibus laudata, in vulgatis nullibi inveniuntur: & ſæpe etiam Epiphanianæ contraria ac Turrianicæ conſtitutiones præcipiunt, ut, ante Dallæum, clariſſimi viri Dionyſius Petavius & Jacobus Armachanus obſervarunt. Ultimus autem Apoſtolicorum canon haud dubie non de hodiernis ſed antiquiſſimis illis conſtitutionibus intelligendus eſt, quæ ab Epiphanio citantur, hær. 45. 70. 75. 80. & paſſim alibi. Has autem ipſo etiam Epiphanio longe vetuſtiores eſſe, exinde patet, quod etiamſi ab hæreticis ad ſuas adſtruendas opiniones ſæpe productæ fuerint, Epiphanius tamen eas nullibi novitatis, aut impoſturæ arguit, ſed è contra librum iſtum *οὐκ ἀδόκιμον non improbandum* eſſe agnoſcit, mox etiam in ejus laudes hæc ſubjiciens, *πᾶσα γὰρ ἐν αὐτῇ κανονικὴ τάξις ἐμφέρεται, καὶ οὐδὲν παρακεχαραγμένον τῆς πίστεως, οὐδὲ τῆς ὁμολογίας, οὐδὲ τῆς ἐκκλησιαστικῆς διοικήσεως, καὶ κανόνος καὶ πίστεως.* Epiph. hær. 70. Et propterea teſtimonia ab Audianis ex dicto conſtitutionum libro citata, non rejicit protinus, ut invalida, ſed verba aliter interpretatur. *ibid.* Quod firmo nobis eſt argumento Conſtitutiones illas ab Epiphanio laudatas, ſummæ tunc temporis in Eccleſiâ authoritatis fuiſſe; uſque adeo ut non mirum cuiquam videatur, quod canone ante dicto canonicis ſcripturis adjectæ ſint. Quod & plenius adhuc ex eodem Epiphanii loco confirmatur, ut quo hæc etiam occurrunt, *εἰς τοῦτο δὲ οἱ αὐτοὶ Αὐδιανοὶ παραφέρουσι τὴν τῶν ἀποστόλων διάταξιν, οὖσαν μὲν τοῖς πολλοῖς ἐν ἀμφιλέκτῳ, ἀλλ᾽ οὐκ ἀδόκιμον, Audiani vero ad institutum ſuum quandam ex Apoſtolorum conſtitutione autoritatem accommodant: qui liber tametſi dubia apud multos fidei ſit, non eſt tamen improbandus.* Apud multos itaque dubiæ erat fidei, non apud omnes: & idcirco nec Epiphanii temporibus deerant, qui has Conſtitutiones verè Apoſtolicas, uti vocabantur, eſſe credebant. Hoc autem à majoribus ſuis traditum proculdubio acceperant, quos idem ſenſiſſe nemo inficias eat. At Epiphanius eodem ſcripſit ſeculo quo celebrata eſt Nicææ ſynodus: unde neceſſario conſequitur, aliquos etiam ante iſtam ſynodum has Conſtitutiones ipſis Apoſtolis, quorum nomen præ ſe ferebant, acceptas retuliſſe: à quibus propterea non mirum eſt ſi inter reliqua Apoſtolorum ſcripta recenſitæ ſunt: quo quidem jure, non opus eſt hic diſputemus; ſatis enim cauſæ noſtræ conſulitur, ſi Conſtitutiones dicto canone inter canonicos libros numeratæ, ante ſynodum Nicænam Apoſtolicæ authoritatis ullibi habitæ fuerunt. Hinc enim clariſſimè colligitur, nihil ponderis argumento ex Conſtitutionibus petito ineſſe, ſiquidem ante dictum concilium hæ Conſtitutiones non extiterunt tantummodo, ſed ipſis etiam Apoſtolis à nonnullis adſcriptæ ſunt, à quibus in Novi Teſtamenti canonem referri poterant, & quidem longe facilius quam poſtea, cum earum authoritas paulatim decreſcere cœpit.

XVIII. Hic autem mirari ſubit, quâ tandem ratione Dallæus Clementinarum tantùm Conſtitutionum hic meminit, non item duarum Clementis Epiſtolarum ad Corinthios, quippe quæ in N. T. canonem hic referuntur, æque ac Conſtitutiones Apoſtolicæ. Sed caute ſibi cauſæque à ſe ſuſceptæ hic egit doctiſſimus vir, quem latere non potuit ſententiam ſuam ex dictis Epiſtolis everti potius quam confirmari. Euſebius enim teſtatur primam Clementis Epiſtolam ad Corinthios, non ſuis tantum temporibus, ſed & diu antea in pleriſque Eccleſiis publicè lectam fuiſſe, *ταύτην δὲ καὶ ἐν πλείσταις ἐκκλησίαις ἐπὶ τοῦ κοινοῦ δεδημοσιευμένην πάλαι τε καὶ καθ᾽ ἡμᾶς αὐτοὺς ἔγνωμεν*, Euſeb. hiſt. Eccleſ. l. 3. c. 16. Is autem ipſis concilii Nicæni temporibus claruit. Quocirca ante dictum concilium hæc Epiſtola, non ſecus ac canonici libri, in pleriſque Eccleſiis publicè lecta eſt, à quibus propterea inter canonicos libros facile numerari potuit. Ut autem quinto demum, eoque adulto poſt Chriſtum incarnatum ſeculo, quo Dallæus hos canones confictos aſſerit, cum omnes Eccleſiæ publicâ hujus Epiſtolæ lectione diu ſuperſederant, & canon Scripturæ ſine illâ ubique conſtitutus eſt, in iſtis, inquam, diebus hæc Epiſtola in canonicorum librorum cenſum relata eſſet, omnem nobis fidem ſuperare videtur. Adhæc altera Clementis ad Corinthios Epiſtola, ipſis etiam Euſebii & D. Hieronymi temporibus, non perinde recepta eſt, ac prior, ſed reprobata, Euſeb. hiſt. Eccleſ. lib. 3. c. 38. Hieron. in catalog. Et idcirco ineptiſſimus ſit impoſtor neceſſe eſt, & immane hominis monſtrum, qui poſtea librum ab omnibus reprobatum in canonicorum numerum obtrudere auſus eſſet. Sanè qui mentis compos eſt, & nullo partium ſtudio diſtractus, vix citius hanc Epiſtolam in ſacrum Scripturæ canonem hic relatam legat, quam exinde protinus concludet, hos canones iſtis diebus collectos eſſe, quibus hæc Epiſtola nondum Spuria & ſuppoſititia eſſe deprehenderetur, ſed genuinus & legitimus haberetur viri illius Apoſtolici Clementis Romani partus: hoc eſt, longe antequam Patres Nicææ convocati ſunt: nimirum, ſecundo, tertiove currente ſeculo, quo canonici N. T. libri nondum ubique determinati erant, ſed à nonnullis Eccleſiis plures, ab aliis pauciores ſub iſto nomine recepti ſunt: quo factum eſt, ut in dicto canone, nonnulli libri pro canonicis habeantur, qui ab aliis rejecti ſunt, viz. Tres Maccabaici, Conſtitutiones Apoſtolicæ, & duæ Clementis Epiſtolæ; & è contra, alii hic rejiciuntur, qui ab aliis pro canonicis habiti fuerunt, viz. Epiſtola S. Judæ, & Apocalypſis D. Johannis: quod tamen antiquitati horum canonum nequaquam adverſatur, ſed eam potius egregiè confirmat. Cæterum nec tacendum eſt, dictas Clementis Epiſtolas in vetuſtiſſimo illo codice Regio ſupra commemorato, ex quo Græcè primum editæ ſunt, ambas unà cum novi fœderis libris eadem perantiqua manu exaratas & compactas eſſe. Hinc enim clarè ſaltem eluceſcit, olim non defuiſſe, qui has Epiſtolas canonicis N. T. libris ſubjunxerunt, juxta quod ſupradicto canone conſtitutum eſt.

XIX. Hactenus expendimus quæ Dallæus, ex ipſâ horum canonum, materiâ contra veram ipſorum antiquitatem à nobis aſſertam oppoſuit. Supereſt ut ea etiam diſcutiamus quæ ex eorum formâ objecit; juxta quam Albaſpinæus hunc ca-

codicem dicit *Breviarinm eſſe ac Epitomen Eccleſiaſticorum ante Nicanam ſynodum apud Græcos decretorum:* Nos eundem *Codicem canonnm Eccleſie primitivæ jure merito nuncupari poſſe affirmamns.* Contra hac ſententiam Dallæus ſic diſputat. *Si res ita ſe haberet, omnino hanc ſyllogen codici canonum Eccleſia univerſalis ejus authores inſeruiſſent, imo primo codicis loco poſuiſſent, velut à viris Apoſtolicis exortum, & ipſa antiquiſſimi temporis vetuſtate venerabile monumentum.* Verum banc objectionem æque facile eſt refellere ac recitare. Primo enim Codex canonum Eccleſiæ univerſæ à canonibus Nicænis incipit, nec qnoſlibet antea conſtitutos canones complectitur, præter Ancyranos & Neocæſarienſes, quos etiam à Concilio Nicæno confirmatos fuiſſe Acta Concilii Florentini ſeſſione ſeptimâ teſtantur. Cnm authori itaque dicti codicis propoſitnm fuerit eos ſolos canones colligere, qui vel à Nicænâ ſynodo confirmati ſunt, vel poſt eam conſtitnti, limites ſibi præſcriptos tranſiluiſſet, ſi vetuſtiores hoſce Canones multis anteà annis ſancitos interſeruiſſet. Et præterea, hic Codex canonum Eccleſiæ primitivæ din in Eccleſiâ ſeorſim jam obtinuerat, ac proinde non opus erat, ut canones in eo comprehenſi de novo colligerentur, multo minus ut antiquns iſte Codex novo conjungeretur, qui uon eo nomine compoſitus fuit ut antiquam, ſed tantum ut præſentem Eccleſiæ diſciplinam exhiberet, eam nimirum quæ à Conciliis nuper celebratis conſtituta eſt. Quod etiam in Codice canonum Eccleſiæ Africanæ obſervare licet, ut quo nec unnm è decretis, quæ ſub Cypriano aliíſque vetuſtioribus Africæ conciliis divulgata fuerant, continetur, (etiamſi juxta Dallæi argumentum, ea omnia primo in loco ob venerabilem antiqnitatem poni debuiſſent) ſed ea tantum quibus Eccleſiaſtica diſciplina iis quibus collectus eſt iſte Codex diebus adminiſtrabatur. E quibus patet quam fruſtra interrogat Dallæus qnare Apoſtolici æque ac Antiocheni canones, codici canonum Eccleſiæ univerſæ non inſerti ſunt. Antiocheni enim ad præſentem Eccleſiæ ſtatum pertinebant; non item Apoſtolici, qui Eccleſiæ continuis ſere perſecutionum procellis jactatæ, & Eccleſiaſticis quæ iis temporibus emergebant negotiis accommodati ſunt.

XX. His itaque miſſis, ad alia doctiſſimi viri argumenta properêmus: *Tum ſi quis*, inquit, *extitiſſet hujuſmodi Codex cur nunquam eum diſerte ac nominatim memorant Ancyrani, Nicæni, Neocæſarienſes, Antiocheni, aliique patres?* Reſpondeo: Primus codex canonnm Eccleſiæ univerſæ collectus fnit, ut cuique notum eſt, ante Concilium Epheſinum: à quo tamen nuſpiam memoratur: & dic, ſodes, hincce ſequitur dictum codicem tunc temporis non extitiſſe, quod ab eo Concilio non laudatur? Deinde palam eſt ex iis quæ ſupra diximus Concilium provinciale CP. anno D. 394. habitum τοὺς ἀποστολικοὺς κανόνας diſerte ac nominatim memorare. Quinetiam Conſtantinus Magnus, & Alexander Alexandrinus, & Rheginus Epiſcopus Cypri in Concilio Epheſino, eos nominatim memorant, ut & alii etiam ſub aliis nominibus, ut ante obſervatum eſt, qnos inter Patres Nicæni ac Antiocheni recenſeantur: nam hos ipſe etiam Dallæus alibi confitetur, antiquas quaſdam regulas ſive canones commemoràſſe à vetuſtioribus Synodis vel Epiſcopis conſtitutos, quique *vel in unâ provinciâ vel in pluribus vel in omnibus obſervabantur*, ut ipſe ait, de pſeudepig. l. 3. c. 8. p. 517. Sed contendit, fateor, ibidem has regulas à Patribus Nicænis & Antiochenis commemoratas, non noſtros eſſe canones Apoſtolicos, ſed alios, neſcio quos, nec ipſe quidem ſtatuit, ſed tantum ait, *Facile enim, ut quivis videt, fieri poteſt, ut his idem quod illis quas ex Nicæno, Ancyranoque & Neocæſarienſi conciliis attulimus, acciderit, nimirum ut ea perierint, vel ſynodorum vel patrum Acta atque Codices ex quibus à veteribus citabantur.* Quidni antem nos dicamus, fieri poteſt ut non perierint? Vel potius quidni vix fieri poteſt ut perierint? Sanè vix veri cuivis ſimile videatur, ut antiqui adeo ac venerandi Eccleſiæ canones à tantis patribus toties citati perirent, præcipuè ſi verum eſt quod ipſe fatetur, eos viz. vel in unâ provinciâ, vel in pluribus, vel in omnibus obſervatos fuiſſe. Cum autem Dallæus nihil aliud habuerit quo hos canones à Patribus Nicænis & Antiochenis commemoratos non fuiſſe probaret, niſi quod *fieri poteſt* ut alii eſſent canones, ſed perierint, & ſiquidem qnæ ab illis citantur, in hiſce Apoſtolicis canonibus & in nullis aliis, diſertè continentur, nos pro conceſſo & comperto aſſumamus, hos eoſdem eſſe canones qui à dictis patribus commemorantur. Nec viden quidem quâ tandem ratione quiſpiam in re tam antiquâ pariter ac obſcurâ majorem certitudinem, aut dilucidiora requirat argumenta.

XXI. Sed audiamus Dallæum interrogativum hoc argumentum ulterius ſic proſequentem. *Cur*, inquit, *non interdum aliquem ex iſtius codicis canonibus indicato ac nominato numero, ſub quo in eo poſitus extat, citarunt ac laudarunt, verbi gratiâ, hoc modo, Decernit canon Apoſtolorum primus, vel triceſimus, vel quinquageſimus &c. ſicuti à patribus Chalcedonenſibus in codice Eccleſia univerſalis uſurpatum eſt, quo ſcilicet ejus codicis canonem quartum, octogeſimum tertium, quartumque, & nonageſimum quintum, ſextumque, his diſertis numeris laudàſſe ac deſcripſiſſe nuper demonſtravimus?* Interrogativo huic argumento, nos id genus reſponſum reddemus. Dic enim, Si codex canonum Eccleſiæ univerſæ ante concilium Epheſinum collectus fuit (quod omnes fatentur) cur nec ab iſto concilio nec ab alio qnovis ante Chalcedonenſe aliqui ex eo canones indicato ac nominato numero citantur? Quid etiam ſi Patres Chalcedonenſes dictum codicem nuſpiam ita laudàſſent, hocce argumento eſſet, eum tunc temporis non extitiſſe? Qnid etiam ſi Acta Concilii Chalcedonenſis periiſſent, iſtum quoque codicem unà periiſſe neceſſe eſt? Sane nec Concilium Chalcedonenſe ſupradictum codicem canonum Eccleſiæ univerſæ in canonibus ſuis, ſed tantum in Actis citat. Nihil autem è Conciliis Ancyrano, Neocæſarienſi, Antiocheno &c. hodie ferè extat præter canones, in quibus canones *Eccleſiæ primævæ* æque diſertè citantur, ac *Eccleſiæ Univerſæ* in Chalcedonenſibus. Quod ſi Acta dictorum conciliorum non minus quam Chalcedonenſis etiamnum extarent, in iis forſitan antiquiſſimum hunc codicem indicato ac nominato canonum nnmero laudatum inveniremus, non ſecus ac canones Eccleſiæ univerſæ in Actis Chalcedonenſibus.

XXII. Ultimum ſuum Argumentum, ſed ejuſdem generis, Dallæus his verbis exprimit, *Denique hunc Apoſtolicum codicem (ſi is verè tum fuiſſet habitus pro breviario) quis Gelaſium ſapientiſſimum, ut ferunt, Antiſtitem, quis Epiſcopos Romani concilii ſeptuaginta, inter Apocrypha procul ab Eccleſiaſticis libris rejecturos fuiſſe crediderit.* Reſpondeo primo incertum eſt, utrum hæc verba *Liber canonum Apoſtolorum Apocryphus*, in Gelaſii decreto, ut ab ipſo & 70. Epiſcopis edito, lecta fuerint, necne. Namque Hincmarus Rhemenſis Gelaſium in dicto decreto *de his Apoſtolorum canonibus penitus tacuiſſe, nec inter Apocrypha eos miſiſſe* ſcribit, opuſc. c. 24. qnod & antea obſervatum eſt. Sed deinde ſi concedamus hunc librum inter Apocryphos à Gelaſio rejectum

ctom eſſe, nihil exinde conficietur, præterquam eundem à Romanâ Eccleſiâ tunc temporis non receptum fuiſſe, & Apoſtolorom nomen ei falſo impoſitum. Ut recte enim obſervat vir Cl. Petrus de Marca, *Varia ſunt claſſes Apocryphorum in notitiâ Gelaſii, ut obſervarunt viri eruditi, cum non tantùm figmenta hæreticorum veniant in hunc cenſum, ſed etiam opuſcula tractatorum in quibus ſunt nævi quidam. Apocryphus ergo dicetur juxta mentem Gelaſii, liber horum canonum quod in judiciis non obtineat authoritatem, & Apoſtolorum nomen falſo præferat.* Marc. de concord. l. 3. cap. 2. *ſect.* 7. Et ipſe quidem uullus dubito, nec cuivis, ut opinor, dubiom eſſe poteſt, quin ſi Apoſtolorum nomen hiſce canonibus nunquam inſcriptum fuiſſet, ſed *Eccleſiaſtici* tantum *Canones*, ut olim ſic perpetuo appellati eſſent, oec Gelaſius eos iuter Apocryphos recenſuiſſet, oec Dallæus venerandam eorum autiquitatem tot verbis unquam oppugnaſſet. Quam invalidis autem hâc in re, argumentis dicam an interrogatiunculis uſos eſt, abunde ni fallor è præmiſſis patet: uſque adeo ut ſatis mirari nequeam, quo tandem fato talia taoto viro exciderint.

XXIII. Alia, fateor, nonnulla Dallæus eodem in capite de hiſce canonibus congeſſit, quæ tamen non ad noſtram ſed Albaſpinæi ſententiam ſpectaot: quibus itaque jure prætermiſſis, unum adhuc ſupereſſe videtur, ut ipſios videlicet Dallæi de tempore quo collecti ſunt hi canones, ſententiam paucis expendamus: Hanc ipſa profert eodem capite, pag. 685. his verbis conceptam. *Denique ſi de tempore quæratur quo pſeudapoſtolica illa & Apocrypha canonum collectio facta ac edita primum fuerit, apparet ex iis quæ hactenus diſputata ſunt, eam neque ante quintum ſeculum adultum innotuiſſe, & quinto exeunte jam extitiſſe publicarique cœptam eſſe.* Priorem hujus ſententiæ ſuæ partem, quâ hanc collectionem non ante quintum ſeculom adultum inootuiſſe ſtatuit, non probare tantum ſed & demonſtrare poſſe ſibi videtur. Dicit enim: *Primi demonſtrat univerſale omnium qui ante A. D. 451. vixerunt de eâ ſilentium, quod abundè ſupra demonſtratum eſt. Neque enim credibile eſt nullam ejus mentionem, ſi extitiſſet, facturos fuiſſe Euſebium, Hieronymum, & alios illorum temporum eruditiſſimos ſcriptores, qui etiam ea quæ Apocrypha judicabant, præcipuè quæ Apoſtolis afficta erant, diligenter perſequi, & refellere ſolent.* Huic demonſtrationi, ut vocat, multa occurrunt quæ oppom poſſunt. Summarim dicimus; primò falſum eſſe quod hic pro conceſſo aſſumit; omnes nimirum qui ante an. D. 451. vixerunt, de hâc collectione ſiluiſſe, multo magis enim hoc abunde demonſtrâſſe, ut ex iis, quæ ſuperiùs diſputavimus, apparet. Deinde ſi illud verum eſſet, minime probaret, nedum demonſtraret hos canones ante annum 451. non extitiſſe. Neque enim Euſebios nec Hieronymus nec alii, quos ſcimos, ejuſdem ætatis cum utrovis ſcriptores, canones Ancyranos aut Neocæſarienſes commemorarunt, quos tamen ante dictum annom conſtitutos eſſe ac divulgatos, iuter omnes convenit. Ultimo, etiamſi Euſebius, Hieronymus, aliique eruditiſſimi ſcriptores ea quæ Apocrypha judicabant, præcipoè quæ Apoſtolis afficta erant, diligeuter perſequi ac refellere conſueti ſunt, non tamen oeceſſe eſt, ut de his etiam cauonibus meminerint; nam uullus Turrianus, nullus Bovius adhuc exortus erat, qui eos ipſis Apoſtolis affingebat. Et quid illis opus erat opinionem oppugnare quæ oullos adhuc propugnatores habebat? vel probare hos canones Apoſtolis falſo adſcriptos eſſe, cum nemo illud aſſereret? Vel de iis omnino meminiſſe, cum jam iu deſuetudinem abiiſſent, & alii eorum loco generalium ſynodorum authoritate ſubſtitui fuiſſent?

XXIV. Poſteriorem ſententiæ ſuæ partem, videlicet quod quanto demum exeunte ſeculo extabat & publicari cœpit, Dallæus ſic probat, *Poſterius vero ex Gelaſii decreto A. D. 494. facto patet, in quo ſcilicet ea collectio damnata eſt: Ergo paucis ante illud tempus annis, ab homine hæretico græci generis conſarcinatam fuiſſe probabile eſt.* En hominis aſtutiam? qui ut hos canones unà cum genuinis etiam Igoatii Epiſtolis, piperi & ſcombris devoveret, eos vix citiùs collectos eſſe quam damnatos aſſerit. Si idem autem Gelaſii decretum quod hic citat, debitâ, cum hæc ſcriberet, diligentiâ conſuluiſſet, etiam Arnobii, Africani, Lactantii, & ipſius quoque Tertulliani opuſcula in eo damuata inveniſſet; Ergone autem ea etiam paucis tantum ante illud tempus annis conſarcinata fuiſſe probabile eſt? Sane ſi ingenuè, & omni, ut par eſt, amoto præjudicio, hos canones tractâſſet, eos potius ex hoc ipſo Gelaſii decreto multis ante illud tempus annis collectos fuiſſe aſſeruiſſet, utpote qui iſtis etiam diebus adeo vetuſti erant, ut *canones Apoſtolorum* appellati eſſent. Neque enim credibile eſt, ut quingentis propemodum poſt Apoſtolos annis ipſum eorum nomen libro alicui inſcriberetur, qui non multis ſaltem ante illud tempus annis conſcriptus fuerat.

XXV. Nec tantum infirma ſunt, quibus ſuam hanc tueri ſententiam Dallæus nititur, argumenta, verum & firmiſſimis refellitur. Enimvero hos canones non ante quintum ſeculum idque adultum confictos fuiſſe ſentit. At primò eos à Patribus qui aute illud tempus, ſive ante A. D. 450. claruerunt, ſæpius commemoratos eſſe ſuperiùs oſtendimus. Deinde quingenteſimo plus minus anno Dionyſius Exiguus eos è Græco in Latinum ſermonem vertit, & quidem ſub Apoſtolorum nomine; unde non conjicitur tantum ſed palam efficitur, Dionyſium Exiguum à Dallæi opinione quam plurimum abhorruiſſe, canoneſque à ſe Latino idiomate douatos non nuper conſarcinatos cum Dallæo cenſuiſſe, ſed multis retro ſeculis conſtitutos. Si eos enim paucis tantum ante ſuam ætatem annis confictos fuiſſe judicâſſet, nec generalium à ſe collectis ſyoodorum canonibus præponere, nedum Apoſtolorum nomen iis inſcribere auſus eſſet. Ex eo autem quod & hos aliis quibuſcunque canonibus præfigit, eoſque Apoſtolicos etiam vocat, quid apertius eſſe poteſt, quam ipſum Dionyſium alioſque ejuſdem ætatis iu eâ fuiſſe ſententiâ, quod hi canones non ab recenti memoriâ vel quinquaginta tantum ante illud tempus annis, ſed aliquot potius ſeculis antea collecti fuerant: uſque adeo ut nondum pro certo habebaut, utrum ipſis Apoſtolis merito nou adſcriberentur. Sed regerat forſitan nonnemo, ipſum etiam Dionyſium Exiguum, in præfatione ſuâ ad Stephanum dixiſſe, *plurimos hiſce canonibus conſenſum non præbuiſſe facilem.* Fateor equidem, ſed ex eo quod *plurimos* dixit ſatis apparet nonnullos etiam iſtis temporibus facilem iis conſenſum præbuiſſe: quibus itaque perſuaſum erat eos ab ipſis etiam Apoſtolis, ut quorum nomen præ ſe ferebant, decretos eſſe. Quam facile autem fuiſſet hanc ipſorum animis opinionem eradicare, ſi juxta Dallæi hariolationem, etiam hominum tunc viventium memoriâ à neſcio quo impoſtore conſarcinati fuiſſent? Sed digna ſunt quæ etiam obſerventur proxima in eâdem præfatione ejuſdem Dionyſii verba, *Quamvis*, inquit, *poſtea quadam Conſtituta Pontificum ex ipſis canonibus adſumpta eſſe videantur.* Quin quod ad eos Pontifices hic reſpexit Dionyſius, quorum ipſe decreta collegerat, nemo am-

ambigat: Hi erant Siricius, Innocentius, Zoſimus, Bonifacius, Celeſtinus, Leo, Gelaſius, Anaſtaſius: qui omnes præter duos ultimos, ante tempus à Dallæo hiſce canonibus colligendis præſtitutum, ad ſedem Romanam provecti ſunt. Cùm & hos igitur quædam è conſtitutis ſuis ex hiſce canonibus aſſumpſiſſe Dionyſin viſum eſt, neceſſario conficitur Dionyſium ſaltem eos credidiſſe non tantum dictis Pontificibus vetuſtiores fuiſſe, ſed & adeo authenticos ab iis habitos, ut ſua etiam decreta ex iiſdem aſſumerent.

XXVI. Adhæc anno 527. Auguſtiſſimus ille Juſtinianus imperare cœpit; hic autem novellâ 6. hos canones laudare videtur, *Quod quidem*, inquit, *certe futurum credimus, ſi ſacri illi canones diligenter obſerventur, quos nunquam ſatis laudati, adorationeque digni, & qui ipſum filium Dei conſpexerunt, illique miniſtrarunt Apoſtoli nobis reliquerunt, ac ſancti patres cuſtodierunt, & interpretati ſunt.* Hic enim ipſos 85. canones Apoſtolicos quos hodie habemus, intelligendos eſſe ipſe etiam Dallæus fatetur, de pſeudep. l. 3. c. 2. p. 424. Si autem hi canones, præcedente tantùm ſeculo eoque adulto, ab hæretico aliquo conficti fuiſſent, miror nullum tunc temporis Dallæum extitiſſe, qui Imperatori aurem velleret, eumque certiorem faceret, canones ab ipſo laudatos, non inter antiqua, nedum Apoſtolica decreta, ſed inter nuperrimè conſarcinata recentiorum hæreticorum figmenta recenſendos eſſe. Nemo quidem hoc Imperatori ſuggeſſit; ſed omnes contrarium, hos ſcilicet canones adeo antiquos fuiſſe ut ipſis etiam Apoſtolis attribuantur, vel ſaltem tantæ antiquitatis pariter ac authoritatis, ut eos ipſi etiam *ſancti patres cuſtodierint, ac interpretati fuerint.* Ubi obiter obſervare licet quantum hæc à Dallæi ſententiâ diſtent. Juſtinianus enim hos canones *à ſanctis patribus* cuſtoditos fuiſſe tradit; Dallæus autem eos conſarcinatos aſſerit ab hæreticis proximè antecedentis ſeculi, & quidem adulti, qui proinde nec *Sancti*, nec Juſtiniàni diebus *Patres*, multo minus *ſancti patres* dici meruerint. Ex eo autem quod Juſtinianus hos canones à ſanctis patribus cuſtoditos fuiſſe ſcribit, neceſſario conſequitur communem fuiſſe iſtius ſeculi ſententiam, eos nonnullis retro ſeculis cuſtoditos fuiſſe, atque idcirco pluribus conſtitutos. Hæc autem ſententia adeo firma fixaque Imperatoris præcordiis hæſit, ut hos etiam canones in nomocanonem à ſe confirmatum, & Epiphanio Patriarchæ CP. commendatum retulerit, ut clariſſimè conſtat, non tantum ex Arabico iſtius codicis interprete in Bodleianâ noſtrâ bibliothecâ aſſervato, ſed etiam ex ipsâ ejuſdem Imperatoris epiſtolâ (ex variis ipſius novellis efformatâ) ad dictum Epiphanium quæ in primo nomocanonis à Joh. Antiocheno elaborati titulo extat, & ad quam ſupradictus Interpres reſpexiſſe videtur. In iſtâ enim Epiſtolâ Imperator nomocanonem conſtituens, omnes à quatuor primis œcumenicis conciliis vel conſtitutos, vel confirmatos canones obtinere jubet. Prinſquam autem ſynodales canones confirmat, de Apoſtolicis eadem quæ antea ex Nov. 6. citavimus, dixerat, viz. τοῦτο δὲ ἔσεσθαι πεπιστεύκαμεν εἴπερ ἡ τῶν ἱερῶν κανόνων παρατήρησις φυλάττοιτο, ἣν οἵ τε δικαίως ὑμνούμενοι καὶ προσκυνητοὶ καὶ αὐτόπται τοῦ θεοῦ λόγου παραδεδώκασιν ἀπόστολοι, καὶ οἱ ἅγιοι πατέρες ἐφύλαξάν τε καὶ ὑφηγήσαντο. Ubi etiam obſervetur velim Imperatorem canones Apoſtolicos commemorare quidem non item confirmare, propterea forſitan quod iſtis temporibus pro certo habebatur, eos ab ipſis Apoſtolis conſtitutos fuiſſe, proinde Imperiali confirmatione non indigere. Eos autem tunc dierum in nomocanonem relatos eſſe, exinde etiam liquet quod Johannes Presbyter Antiochenus, ab eodem Juſtiniano ad thronum CP. promotus, qui totum nomocanonem in quinquaginta titulos congeſſit, hos Apoſtolicos, & quidem 85. reliquis ſynodalibus inſeruerit, quod proculdubio nunquam feciſſet, niſi pars nomocanonis prius conſtituti eſſent. Quis autem Juſtinianum illuſtriſſimum Imperatorem, quis doctiſſimos illos viros quos ille ad Eccleſiaſticas pariter ac civiles colligendas leges undique convocaverat, quis denique Johannem Conſtantinopolitanum reliquoſque omnes eruditiſſimos Græcarum Eccleſiarum Antiſtites, adeo vecordes, deliros, inſulſos, omnium rerum Eccleſiaſticarum imperitos, ac negligentes fuiſſe, (niſi unicus forſitan Dallæus) opinetur, ut canones hoſce, & quidem ſub Apoſtolorum titulo in Eccleſiaſticum ſuum nomocanonem referri & ab omnibus obſervari, non permitterent tantum, ſed etiam præciperent, niſi certiſſimum illis conſtitiſſet, eos non nudiuſtertius, aut præcedente tantum ſeculo, ut hariolatur Dallæus, conſarcinatos fuiſſe, ſed tantâ antiquitate venerabiles, ut ſi non ab ipſis Apoſtolis, quorum iis nomen inſcriptum eſt, à viris ſaltem Apoſtolicis ſecundo tertiove poſt Chriſtum incarnatum ſeculo conſtituti ſummo jure cenſerentur.

XXVII. Re igitur in utramque partem perpensâ, firma manet conſtanſque illa ſententia, quæ hos canones nec ipſis cum Turriano Apoſtolis adſcribit, nec cum Dallæo quinto demum eoque adulto poſt Chriſtum natum ſeculo ab impoſtore neſcio quo conſarcinatos hariolatur, ſed medium duas inter iſtas extremas tenens opiniones, eos ſecundo exeunte tertiove nondum adulto ſeculo à primitivis ſynodis conſtitutos, & mox etiam in corpus iſtud, quod jam ſub manibus habemus, collectos (etiamſi nonnullis in locis poſtea interpolatos) fuiſſe ſtatuit. Quiſnam autem eos primus collegit, nihil ſtatuere, nihil definire audeo. Si quis tamen conjecturis locus concedatur, ſuſpicor quidem Clementem Alexandrinum tam canonibus hiſce quam Conſtitutionibus, Apoſtolicis vulgo dictis, colligendis operam dediſſe. Quibus autem conjecturis ad hoc ſuſpicandum ductus fui, in annotationibus ad ultimum horum canonum indicatur.

Annotationes Beveregii, *cùm nimis prolixa eſſent, quàm ut poſſent in ſingulis paginis ſubjici Canonibus Apoſtolicis, ſunt Conſtitutionibus unà ſerie addita.*

CAP. XLVII.

Canones Eccleſiaſtici, eorumdem ſanctorum Apoſtolorum.

I.

EPiſcopus à duobus aut tribus Epiſcopis ordinetur: Presbyter ab uno Epiſcopo; item Diaconus, & reliqui Clerici.

II.

Si quis Epiſcopus, vel Presbyter, præter à Domino factam de ſacrificio conſtitutionem, obtulerit ad altare Dei alia quædam, ſeu mel, ſeu lac, ſeu pro vino ſiceram, confecta, aut aves, aut aliqua animalia, aut legumina, præter conſtitutionem; deponatur. Exceptis, tempore opportuno, novis granis, ſive ſpicis frumenti, ſive uvis, non ſit licitum afferri aliquid ad altare, niſi oleum ad ſanctam lucernam, & thymiama tempore divinæ oblationis. Alius verò omnis fructus ad domum mittatur, primitiæ Epiſcopo ac Presbyteris; non autem ad altare. Conſtat autem quòd Epiſcopus & Presbyteri diſpartiunt Diaconis, cæteriſque Clericis.

a al. τ
b Deeſt in al.
c al. ἢ ὡς ἐπιτηδευτά
d al. ὡς παρὰ τὴν διάταξιν κυρίου
e al. cod. τῷ καιρῷ τῷ δέοντι ponunt poſt σταφυλῆς
f Deeſt in aliis. f. σίτου
g Alii inſerunt δὲ
h al. add. ἕτερον
i al. ἢ
k Deeſt in al.
l al. ἁγίας προσφορᾶς
m δὲ non habent alii.
n Deeſt in al.

III.

Epiſcopus, aut Presbyter, aut Diaconus, uxorem ſuam prætextu religionis ne ejiciat: ſi autem ejecerit, ſegregetur: quòd ſi perſeverat, deponatur.

IV.

Epiſcopus, aut Presbyter, aut Diaconus, mundanas curas ne ſuſcipiat: ſin minùs, deponatur.

* al. ἀναλαμβανέτω
* al. μὴ

V.

Si quis Epiſcopus, aut Presbyter, aut Diaconus, ſanctum Paſchæ diem ante vernum æquinoctium cum Judæis celebraverit, deponatur.

1. Pſeudo-Ignat. ad Philipp. c. 14.
* al. ἐπιτελέσει

VI.

Si quis Epiſcopus, aut Pres-

ΚΕΦΑΛ. μζ.

Κανόνες ἐκκλησιαστικοὶ τῶν αὐτῶν ἁγίων ἀποστόλων.

α.

[21] Εἴ τις ἐπίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος, μὴ τρία βαπτίσματα μιᾶς μυήσεως ἐπιτελέσῃ, ἀλλ' ἓν βάπτισμα τὸ εἰς τὸν θάνατον τοῦ κυρίου διδόμενον, καθαιρείσθω. οὐ γὰρ εἶπεν ὁ κύριος, εἰς τὸν θάνατόν μου βαπτίσατε· ἀλλὰ, πορευθέντες μαθητεύσατε πάντα τὰ ἔθνη, βαπτίζοντες αὐτοὺς εἰς τὸ ὄνομα τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος. * ὑμεῖς οὖν, ὦ ἐπίσκοποι, εἰς ἕνα πατέρα καὶ υἱὸν καὶ ἅγιον πνεῦμα, τρίτον βαπτίσατε, κατὰ τὴν τοῦ κυρίου γνώμην, καὶ τὴν ἡμετέραν ἐν πνεύματι διάταξιν.

Lector, aut Cantor, ſimilia faciens; vel deſinat, vel ſegregetur. Itidem & Laicus. * al. λαϊκοί.

XXXVI.

Epiſcopus, aut Presbyter, aut Diaconus, qui uſuras exigit ab iis qui mutuo accipiunt; vel ceſſet, vel deponatur.

XXXVII.

Epiſcopus, aut Presbyter, aut Diaconus, qui unà cum Hæreticis oraverit tantùm; ſegregetur: quòd ſi & iis tamquam Clericis aliquid operari permiſerit; deponatur.

XXXVIII.

Epiſcopum, aut Presbyterum, aut Diaconum, qui Hæreticorum Baptiſma, vel ſacrificium probârint; deponi jubemus. *Quæ enim concordia Chriſto cum Beliare? aut quæ pars fideli cum infideli?*

* Deeſt in aliis.
* al. διξάμενον
2. Cor. 6. 15.
* al. Χριςῶ
* al. Βελίαλ
* al. πιςῶ

XXXIX.

Epiſcopus, aut Presbyter, eum qui verè habet Baptiſmum ſi denuò baptizaverit; vel eum qui ab impiis pollutus fuit ſi non baptizaverit; deponatur; tamquam qui crucem ac Domini mortem irridet, quique non diſcernat ſacerdotes à falſis ſacerdotibus. 1. Rom. 6. 3.

XL.

Si quis Laicus uxore ſuâ ejectâ, aliam acceperit, vel ab alio dimiſſam; ſegregetur.

XLI.

Si quis Epiſcopus, aut Presbyter, ſecundùm Domini conſtitutionem, non baptizaverit in Patrem, & Filium, & Spiritum ſanctum; ſed in tres principio carentes, vel in tres Filios, vel in tres Paracletos; deponatur. Mat. 28. 19.

XLII.

Si quis Epiſcopus, aut Presbyter, non tres merſiones unius initiationis ſeu Baptiſmi fecerit; ſed unam merſionem quæ detur in mortem Domini; deponatur. Non enim dixit Dominus; *In mortem meam baptizate: ſed; Euntes, docete omnes gentes; baptizantes eos in nomine Patris, & Filii, & Spiritûs ſancti.* Vos igitur Epiſcopi, in unum Patrem, & Filium, & Spiritum ſanctum, ter immergite, ſecundùm Domini ſententiam, & noſtram in Spiritu conſtitutionem. Mat. 28. 19.

* Reliqua hæc deſunt in aliis.

ΞΓ'

20. Can. μθ'. XLIX. Vigilius Epiſt. 2. *Si quis Epiſcopus aut Presbyter, juxta præceptum Domini, non baptizaverit in nomine Patris & Filii & Spiritûs ſancti, ſed in una perſona Trinitatis, aut in duabus, aut in tribus Patribus, aut in tribus Filiis, aut in tribus Paracletis, projiciatur de Eccleſia Dei.* Concilium Bracarenſe 1. cap. 2. *Si quis extra ſanctam Trinitatem alia neſcio quæ Divinitatis nomina introducit, dicens quòd in ipſa Divinitate ſit Trinitas Trinitatis, ſicut Gnoſtici & Priſcillianus dixerunt, anathema ſit.* Vide infrà in Ignat. Ad Philipp. 2. COT.

21. Can. ν'. L. Anno Eunomianos exſtitiſſe Hæreticos qui primùm ac illi baptizarent per unam immerſionem in mor-

μγ'.

Εἴ τις ἐπίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος, ἢ διάκονος, ἢ ὅλως τοῦ καταλόγου τοῦ ἱερατικοῦ, γάμου καὶ κρεῶν καὶ οἴνου, οὐ δι' ἄσκησιν, ἀλλὰ διὰ βδελυρίαν ἀπέχεται, ἐπιλανθανόμενος ὅτι πάντα καλὰ λίαν, καὶ ὅτι ἄρσεν καὶ θῆλυ ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν ἄνθρωπον, ἀλλὰ βλασφημῶν διαβάλλει τὴν δημιουργίαν, ἢ διορθούσθω, ἢ καθαιρείσθω καὶ τῆς ἐκκλησίας ἀποβαλλέσθω. ὡσαύτως καὶ λαϊκός.

XLIII. *Aliis* LI.

Si quis Epiſcopus, aut Presbyter, aut Diaconus, aut omnino ex numero Clericorum, à nuptiis, & carne, & vino, non propter exercitationem, verùm propter deteſtationem abſtinuerit, oblitus quòd omnia ſunt valde bona, & quòd maſculum & feminam Deus fecit hominem; ſed blaſphemans accuſaverit creationem; vel corrigat ſe, vel deponatur, atque ex Eccleſia ejiciatur. Itidem & Laicus. *Gen.* 1.

μδ'.

Εἴ τις ἐπίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος, τὸν ἐπιστρέφοντα ἀπὸ ἁμαρτίας οὐ προσδέχεται, ἀλλ' ἀποβάλλεται, καθαιρείσθω· ὅτι λυπεῖ τὸν Χριστὸν, εἰπόντα· χαρὰ γίνεται ἐν οὐρανῷ ἐπὶ ἑνὶ ἁμαρτωλῷ μετανοοῦντι.

XLIV. LII.

Si quis Epiſcopus, aut Presbyter, eum qui ſe convertit à peccato, non receperit, ſed ejecerit; deponatur: quia contriſtat Chriſtum, dicentem; *Gaudium oritur in cœlo ſuper uno peccatore pœnitentiam agente.* *Luc.* 15. 7.

με'.

Εἴ τις ἐπίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος, ἢ διάκονος, ἐν ταῖς ἡμέραις τῶν ἑορτῶν οὐ μεταλαμβάνει κρεῶν * ἢ οἴνου, * καθαιρείσθω, ὡς κεκαυτηριασμένος τὴν ἰδίαν συνείδησιν, καὶ αἴτιος σκανδάλου πολλοῖς γινόμενος.

* al. καὶ
* Alii addunt βδελυσσόμενος, καὶ οὐ δι' ἄσκησιν,

XLV. LIII.

Si quis Epiſcopus, aut Presbyter, aut Diaconus, in diebus feſtis non ſumit carnem aut vinum, [abominans, & non propter exercitationem;] deponatur; ut qui cauteriatam habeat ſuam conſcientiam, multiſque ſit cauſſa ſcandali. *I. ſup. lib.* 5. *cap* 20. 1. *Tim.* 4. 2.

μς'.

Εἴ τις κληρικὸς ἐν καπηλείῳ * φωραθῇ ἐσθίων, ἀφοριζέσθω· παρὲξ τοῦ ἐν πανδοχείῳ * ἐν ὁδῷ δι' ἀνάγκην * καταλύσει.

* al. φωραθείη
* al. δι' ὁδοῦ ἀνάγκην
* al. προπηλακίσας vel προπηλακισάμενος

XLVI. LIV.

Si quis Clericus in caupona comedens deprehenſus fuerit, ſegregetur; præterquam cùm ex neceſſitate de via divertet ad hoſpitium.

μζ'.

Εἴ τις κληρικὸς ὑβρίζει τὸν ἐπίσκοπον * ἀδίκως, καθαιρείσθω. ἄρχοντα γὰρ, * φησὶ, τοῦ λαοῦ σου οὐκ ἐρεῖς κακῶς.

* Deeſt in aliis.
* Deeſt ſimiliter.

XLVII. LV.

Si quis Clericus Epiſcopum contumeliâ affecerit injuſtè, deponatur. Ait enim Scriptura; *Principi populi tui non maledices.* *Exod.* 22. 28. *Act.* 23. 5.

μη'.

** Εἴ τις κληρικὸς ὑβρίζει πρεσβύτερον, ἢ διάκονον, ἀφοριζέσθω.

XLVIII. LVI.

Si quis Clericus contumeliâ affecerit Presbyterum, vel Diaconum; ſegregetur.

μθ'.

Εἴ τις κληρικὸς χωλὸν, ἢ κωφὸν, ἢ τυφλὸν, ἢ τὰς βάσεις πεπληγμένον χλευάζει, ἀφοριζέσθω. ὡσαύτως καὶ λαϊκός.

XLIX. LVII.

Si quis Clericus mutilum, aut ſurdum ſeu mutum, aut cæcum, aut debilitatum pedibus, irriſerit; ſegregetur. Item & Laicus.

ν'.

Ἐπίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος, ἀμελῶν τοῦ κλήρου, ἢ τοῦ λαοῦ, καὶ μὴ παιδεύων αὐτοὺς τὴν εὐσέβειαν, ἀφοριζέσθω· ἐπιμένων δὲ τῇ * ῥᾳθυμίᾳ, καθαιρείσθω.

* al. infer. ἀμελείᾳ καὶ

L. LVIII.

Epiſcopus, aut Presbyter, Clerum, vel populum negligens, & non docens eos pietatem, ſegregetur: ſi autem in ſocordia perſeveret, deponatur.

να'.

Εἴ τις ἐπίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος, τινὸς τῶν κληρικῶν ἐνδεοῦς ὄντος, μὴ ἐπιχορηγῇ τὰ δέοντα, ἀφοριζέσθω· ἐπιμένων δὲ, καθαιρείσθω, ὡς φονεύσας τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ.

LI. LIX.

Si quis Epiſcopus, aut Presbyter, cùm aliquis Clericorum inopiâ laborat, ei non ſuppeditet neceſſaria; ſegregetur: quòd ſi perſeveret, deponatur; ut qui occiderit fratrem ſuum.

νβ'.

Εἴ τις τὰ ψευδεπίγραφα τῶν ἀσεβῶν βιβλία, ὡς ἅγια, ἐπὶ τῆς ἐκκλησίας δημοσιεύει, ἐπὶ * λύμῃ τοῦ λαοῦ καὶ τοῦ κλήρου, καθαιρείσθω.

* al. λύμην

LII. LX.

Si quis falsò inſcriptos impiorum libros, tamquam ſanctos, in Eccleſia publicaverit, ad perniciem populi & Cleri; deponatur.

νγ'.

Εἴ τις κατηγορία γένηται κατὰ πιστοῦ, πορνείας, ἢ μοιχείας, ἢ ἄλλης τινὸς ἀπηγορευμένης πράξεως, καὶ ἐλεγχθῇ, εἰς κλῆρον μὴ προαγέσθω.

LIII. LXI.

Si contra fidelem aliqua fiat accuſatio, fornicationis, vel adulterii, vel alterius cujuſpiam vetitæ actionis, & convictus fuerit; non provehatur ad Clerum.

νδ'.

** Εἴ τις κληρικὸς διὰ φόβον ἀνθρώπινον, Ἰουδαίου, ἢ Ἕλληνος, ἢ αἱρετικοῦ, ἀρνήσηται. εἰ μὲν τὸ ὄνομα τοῦ Χριστοῦ, * ἀφοριζέσθω· εἰ δὲ τὸ ὄνομα τοῦ κληρικοῦ, καθαιρείσθω· μετανοήσας δὲ, ὡς λαϊκὸς δεχθήτω.

* al. ἀποβαλλέσθω

LIV. LXII.

Si quis Clericus propter metum humanum, Judæi, vel Gentilis, vel Hæretici, negaverit; ſi quidem nomen Chriſti, ſegregetur; ſi verò nomen Clerici, deponatur: ſi autem pœnitentiam egerit, ut Laicus recipiatur.

LXIII.

---

morte Domini, ſuſpicari licet ex narratione Theodoriti de illa merſione Eunomiana: quam nimirum faciebant à capite ad pectus dumtaxat, nequaquam ablutis reliquis partibus, ut pote ex eorum ſententia execrandis. Hoc enim poſtremum antiquiores Hæreſes ſapit. Porrò additamentum ad canonem hunc leges in Collectione Johannis Antiocheni tit. 36. & in MS. Regio 2326. In alio autem Codice admodum antiquo ejuſdem Bibliothecæ, non ita pridem è Græcia cum pluribus aliis advecto, hic ad marginem eadem manu notatum cernitur; ἕως ὧδε ἡ Ῥωμαίων ἐκκλησία ἀκολουθεῖ. id eſt; *Hucuſque Romana tenet Eccleſia.* Et Libri 2174 2403 2458. ad Canonem Trullanum 2. & Balſamonis interpretationem iſtud Scholium habent; σημείωσαι τὸν κανόνα διὰ τοὺς Λατίνους τοὺς λέγοντας μὴ εἶναι ὀγδοήκοντα πέντε τοὺς κανόνας τῶν ἁγίων ἀποστόλων. *Nota hunc canonem propter Latinos, qui dicunt non eſſe octoginta quinque canones Apoſtolorum.* Ibid.

22. Can. μς'. LVI. Leve mendum occupat Ariſtinum & Symeonem: ὑβρίζων ἐπίσκοπον κληρικὸς, καθαιρείται. πρεσβύτερον δὲ καὶ διάκονον, ἀφορίζεται. Lege, πρεσβύτερον δὲ καὶ διάκονον. cum vet. Cod. Ibid.

23. Can. νδ'. LXII. Compendium hujus canonis; ὁ ἀρνησάμενος, καὶ ἀποβαλλόμενος ὁ δὲ τὸν κλῆρον αἰτιῶν, καὶ μεταμεληθεὶς, ὡς λαϊκὸς δεχθήτω. Hoc eſt; *Qui Chriſtum negat, expellendus eſt: qui verò Clerum abnegat, & reſipiſcit, ſicut Laicus admitti debet.* Ibid.

 24. Can.

LXIII. LV.

Si quis Epiſcopus, aut Presbyter, aut Diaconus, aut omnino ex catalogo Clericorum, manducaverit carnem in ſanguine animæ ejus, vel captum à beſtia, vel morticinum; deponatur: id enim Lex quoque interdixit. Quòd ſi Laicus ſit, ſegregetur. *Gen. 9. Levit. 17.*

LXIV. vel LXVI. LVI.

Si quis Clericus inventus fuerit, die Dominicâ jejunans, vel Sabbato, præter unum ſolum; deponatur: ſi verò Laicus ſit, ſegregetur. *I. Pſeudo-Ignat. ad Philipp. 13.*

LXV. vel LXIV. LVII.

Si quis Clericus, aut Laicus, ingreſſus fuerit in Synagogam Judæorum, vel Hæreticorum, ad orandum; deponatur, & ſegregetur.

LXVI. vel LXV. LVIII.

Si quis Clericus aliquem in altercatione pulſaverit, & vel uno ictu occiderit; deponatur, propter ſuam præcipitationem. Si verò Laicus fuerit, ſegregetur.

LXVII. LIX.

Si quis virginem non deſponſatam, vi illatâ habeat; ſegregetur: non liceat autem ei aliam accipere; ſed illam retineat, quam & elegit, quamvis ſit paupercula.

LXVIII. LX.

Si quis Epiſcopus, aut Presbyter, aut Diaconus, ſecundam ordinationem acceperit ab aliquo; deponatur, & ipſe, & qui ordinavit; niſi oſtendat ſe ordinationem habere ab Hæreticis: qui enim à talibus baptizati, vel ordinati fuerunt; neque fideles, neque Clerici eſſe poſſunt.

LXIX. LXI.

Si quis Epiſcopus, aut Presbyter, aut Diaconus, aut Lector, aut Cantor, ſanctam Quadrageſimam non jejunat, vel feriam quartam, vel Paraſceven; deponatur; præterquam ſi per imbecillitatem corporalem impediatur: ſin verò Laicus ſit, ſegregetur. *I. Pſeudo-Ignat. ad Philipp. 13.*

LXX. LXII.

Si quis Epiſcopus, aut alius Clericus, jejunat cum Judæis, vel cum eis feſtos dies agit, vel accipit eorum feſti xenia, exempli gratiâ Azyma, vel quid hujuſmodi; deponatur: quòd ſi Laicus ſit, ſegregetur. *I. Pſeudo-Ignat. ad Philipp. 14.*

LXXI. LXIII.

Si quis Chriſtianus oleum detulerit ad templum Gentilium, vel ad ſynagogam Judæorum; aut in feſtis eorum lucernas accenderit, ſegregetur.

LXXII. LXIV.

Si quis Clericus, aut Laicus, abſtulerit ex ſancta Eccleſia ceram, vel oleum; ſegregetur, & quintam partem addat, unà cum eo quod accepit. *Levit. 5. 16.*

LXXIII. LXV.

Vas ac inſtrumentum ex auro, vel argento, vel linteo, Deo conſecratum, nemo ampliùs in uſum ſuum convertat: iniquum enim eſt. Si quis autem deprehenſus fuerit; ſegregatione multetur.

LXXIV. LXVI.

Epiſcopum de aliquo ab hominibus fide dignis

νε'.

Εἴ τις ἐπίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος, ἢ διάκονος, ἢ ὅλως τοῦ καταλόγου τοῦ ἱερατικοῦ, φάγῃ * κρέας ἐν αἵματι ψυχῆς αὐτοῦ, ἢ θηριάλωτον, ἢ θνησιμαῖον, καθαιρείσθω· τοῦτο γὰρ καὶ ὁ νόμος ἀπεῖπεν. ἐὰν δὲ λαϊκὸς ᾖ, ἀφοριζέσθω.

* al. κρέα

νϛ'.

Εἴ τις κληρικὸς εὑρεθῇ τὴν κυριακὴν ἡμέραν ἢ τὸ σάββατον, πλὴν τοῦ ἑνὸς μόνου, νηστεύων, καθαιρείσθω· ἐὰν δὲ λαϊκὸς ᾖ, ἀφοριζέσθω.

νζ'.

Εἴ τις κληρικὸς, ἢ λαϊκὸς, εἰσέλθοι εἰς συναγωγὴν Ἰουδαίων ἢ αἱρετικῶν * προσεύξασθαι, καθαιρείσθω καὶ ἀφοριζέσθω.

* al. συνεύξασθαι

νη'.

Εἴ τις κληρικὸς ἐν μάχῃ τινὰ κρούσας, * καὶ ἀπὸ τοῦ ἑνὸς * κρούσματος * ἀποκτείνῃ, καθαιρείσθω, διὰ τὴν προπέτειαν αὐτοῦ. ἐὰν δὲ λαϊκὸς ᾖ, ἀφοριζέσθω.

* Deeſt in quibuſdam. * al. κρούματος * al. ἀποκτείνας

νθ'.

Εἴ τις παρθένον ἀμνήστευτον βιασάμενος * ἔχῃ, ἀφοριζέσθω· μὴ ἐξεῖναι δὲ αὐτῷ ἑτέραν λαμβάνειν, ἀλλ' ἐκείνην κατέχειν, ἣν καὶ ᾑρετίσατο, κἂν πενιχρὰ τυγχάνῃ.

* al. ἴσχει vel ἔχει

ξ'.

[24] Εἴ τις ἐπίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος, ἢ διάκονος, δευτέραν χειροτονίαν δέξηται παρά τινος, καθαιρείσθω καὶ αὐτὸς, καὶ ὁ χειροτονήσας· * εἰ μὴ δείξοι, ὅτι παρὰ αἱρετικῶν αὐτὸν ἔχει τὴν χειροτονίαν· τοὺς γὰρ παρὰ τοιούτων βαπτισθέντας, ἢ χειροτονηθέντας, οὔτε πιστοὺς, οὔτε κληρικοὺς εἶναι δυνατόν.

* al. εἰ μήγε ἄρα συστῇ ὅτι παρὰ αἱρετικῶν ἔχει τὴν χειροτονίαν

ξα'.

Εἴ τις ἐπίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος, ἢ διάκονος, * ἢ ἀναγνώστης, ἢ ψάλτης, τὴν ἁγίαν τεσσαρακοστὴν * οὐ νηστεύει, ἢ τετράδα, ἢ παρασκευὴν, καθαιρείσθω· ἐκτὸς εἰ μὴ δι' ἀσθένειαν σωματικὴν ἐμποδίζοιτο· ἐὰν δὲ λαϊκὸς ᾖ, ἀφοριζέσθω.

* quidam inſerunt ἢ ὑποδιάκονος. * in quibuſdam additur τοῦ πάσχα

ξβ'.

Εἴ τις ἐπίσκοπος, ἢ * ἄλλος κληρικὸς, νηστεύει μετὰ Ἰουδαίων, ἢ * ἑορτάζει μετ' αὐτῶν, ἢ δέχεται * αὐτῶν τὰ τῆς ἑορτῆς ξένια, οἷον ἄζυμα, ἤ τι τοιοῦτον, καθαιρείσθω· εἰ δὲ λαϊκὸς ᾖ, ἀφοριζέσθω.

* al. πρεσβύτερος, ἢ διάκονος, ἢ ὅλως τοῦ καταλόγου τῶν κληρικῶν * al. συνεορτάζει * al. παρ' αὐτῶν

ξγ'.

Εἴ τις χριστιανὸς ἔλαιον ἀπενέγκοι εἰς ἱερὸν ἐθνῶν, ἢ εἰς συναγωγὴν * Ἰουδαίων, ἢ ἐν ταῖς ἑορταῖς αὐτῶν λύχνους ἅψῃ, ἀφοριζέσθω.

* al. Ἰουδαίων ἐν ταῖς ἑορταῖς αὐτῶν, ἢ λύχνους ἅπτει

ξδ'.

Εἴ τις κληρικὸς, ἢ λαϊκὸς, ἀπὸ τῆς ἁγίας ἐκκλησίας ἀφέληται κηρὸν, ἢ ἔλαιον, ἀφοριζέσθω, * καὶ τὸ ἐπίπεμπτον προστιθέτω μεθ' οὗ ἔλαβεν.

* hoc comma deeſt in quibuſdam.

ξε'.

Σκεῦος * ἀργυροῦ, ἢ χρυσοῦ, ἢ ὀθόνης, ἁγιασθὲν, μηδεὶς ἔτι εἰς οἰκείαν χρῆσιν σφετεριζέσθω· παράνομον γάρ. εἰ δέ τις φωραθείη, ἐπιτιμάσθω ἀφορισμῷ.

* al. χρυσοῦ ἢ vel ἢ ἀργυροῦ ἁγιασθὲν, ἢ ὀθόνη

ξϛ'.

[25] Ἐπίσκοπον κατηγορηθέντα ἐπί τινι * ὑπὸ * ἀξιο-

* al. παρὰ

---

24. Can. ξ'. LXVIII. Leges in Aurelio lib. 1. cap. 18. ſed mancum, culpâ librarii. Extrema canonis ſibi objecta Theodorus Studita Epiſtolâ ad Naucratium, apud Balſamonem p. 1100. explicat, Hæreticoſque intelligit eos qui non baptizati ſunt, vel baptizant, in nomine Patris & Filii & Spiritus ſancti. Atque modo conſimili canon μζ'. XLVII. accipitur in Collectione Creſconii, & in Hadriani Epitome. Contraria tamen fuit Urbani Papæ II. ſententia, qui Epiſt. 17. ait; *Sciendum verò eſt, quid Canones Apoſtolorum, quorum auctoritate Orientalis, & ex parte Romana utitur Eccleſia, & inſignis Martyr Cyprianus, & 80. Epiſcopi cum eodem Baptiſmum Hæreticorum lavacrum Diaboli appellant. Stephanus verò & Cornelius Martyres & Pontifices Romani, & venerabilis Auguſtinus, in libro de Baptiſmate eumdem Cyprianum & præfatos Epiſcopos, hanc ob cauſſam vehementer redarguunt, affirmantes, Baptiſmum ſive ab Hæretico ſive ſchiſmatico, Eccleſiaſtico more celebratum, ratum eſſe. Et merito*, &c. COT.

25. Can. ξϛ'. Non puto huc reſpexiſſe Patres Concil. Epheſini, Conſtantinopolitani ſub Flaviano, Chalcedonenſis, & Conſtantinopolitani ſub Mena, ubi agunt de tribus Ca-

* al. ἀξιοπίστων ἀνθρώπων, καλεῖσθαι
* al. ὁμολογήσῃ
* al. ὁ ἐλεγχθεὶς, ὁρίζεσθαι
* al. ἀποστελλομένων ἐπ' αὐτὸν δύο ἐπισκόπων
* al. ὑπακούσῃ

* ἀξιοπίστων καὶ πιστῶν προσώπων, καλεῖσθαι αὐτὸν ἀναγκαῖον ὑπὸ τῶν Ἐπισκόπων. κἂν μὲν ἀπαντήσῃ, καὶ * ἀπολογήσηται, * ἐλεγχθέντος αὐτοῦ, ὁρίζεσθαι τὸ ἐπιτίμιον· ἐὰν δὲ καλούμενος μὴ ὑπακούσῃ, καλείσθω καὶ δεύτερον, * δύο Ἐπισκόπων ἀποστελλομένων πρὸς αὐτόν· ἐὰν δὲ καὶ οὕτω μὴ * ὑπακούσῃ, καλείσθω καὶ τρίτον, δύο πάλιν Ἐπισκόπων * ἀποστελλομένων πρὸς αὐτόν· ἐὰν δὲ καὶ οὕτω καταφρονήσας μὴ ἀπαντήσῃ, ἡ σύνοδος ἀποφαινέσθω κατ' αὐτοῦ τὰ δοκοῦντα, ὅπως μὴ δόξῃ κερδαίνειν φυγοδικῶν.

ac fidelibos accuſatum, oportet vocari ab Epiſcopis. Et ſi quidem occurrerit, ac reſponderit; cùm fuerit convictus, pœna definiatur: ſin verò vocatus non paruerit; vocetur iterum, miſſis ad eum duobus Epiſcopis: ſi autem vel ſic non paruerit, vocetur etiam tertiò, duobus rorſum Epiſcopis ad eum miſſis: quòd ſi etiam ſic, aſpernatus non advenerit; Synodos adversùs eum pronunciet quæ videbuntur; ne judicium detrectans, videatur lucrum facere.

ξζ'. LXVII. LXXV.

* al. προσδέχεσθαι
* al. ὑπὸ
* aliter in aliis.

Εἰς μαρτυρίαν τὴν κατὰ Ἐπισκόπου αἱρετικὸν μὴ * προσδέχεσθε, ἀλλὰ μηδὲ πιστὸν ἕνα μόνον· * φησὶ γὰρ ὁ νόμος· Ἐπὶ στόματος δύο * καὶ τριῶν μαρτύρων σταθήσεται πᾶν ῥῆμα.

Ad teſtimonium dicendum adversùs Epiſcopum, ne recipiatis Hæreticum, ſed nec fidelem unum ſolum: ait enim Lex; *In ore duorum aut trium teſtium ſtabit omne verbum.* Deut. 19. 15.

ξη'. LXVIII. LXXVI.

* al. ἢ.
* al. ἢ τῷ συγγενεῖ
* al. οἷς τὸ
* al. ὃν βούλεται
* Deeſt in aliis.
* al. Θεοῦ
* al. κληρονόμους
* al. μένων ἀφορισμῷ

Ὅτι μὴ χρὴ τὸν Ἐπίσκοπον τῷ ἀδελφῷ, * ἢ τῷ υἱῷ, ἢ ἑτέρῳ συγγενεῖ χαριζόμενον * τὸ ἀξίωμα τῆς Ἐπισκοπῆς, χειροτονεῖν * οὓς αὐτὸς βούλεται· κληρονόμους γὰρ τῆς Ἐπισκοπῆς * αὐτοῦ ποιεῖσθαι οὐ δίκαιον, τὰ τοῦ Θεοῦ χαριζόμενον πάθει ἀνθρωπίνῳ· οὐ γὰρ τὴν τοῦ * Χριστοῦ ἐκκλησίαν ὑπὸ * κληρονομίαν ὀφείλει τιθέναι· εἰ δέ τις τοῦτο ποιήσει, ἄκυρος * μὲν ἔστω ἡ χειροτονία, αὐτὸς δὲ ἐπιτιμάσθω ἀφορισμῷ.

Non oportet Epiſcopum, fratri, vel filio, vel alteri propinquo dignitatem Epiſcopatûs largiendo, ordinare quos ipſe vult: non enim æquum eſt, ut Epiſcopatûs ſui hæredes faciat, humano affectu largiens quæ Dei ſunt: nam Chriſti Eccleſiam non debet hæreditati ſubjicere. Si quis autem hoc ſecerit; irrita quidem ſit ejus ordinatio; ipſe verò puniatur ſegregatione.

ξθ'. LXIX. LXXVII.

* al. λελωβημένος

Ἐάν τις ἀνάπηρος ᾖ τὸν ὀφθαλμόν, ἢ τὸ σκέλος πεπληγμένος, ἄξιος δὲ ὢν Ἐπισκοπῆς, γινέσθω· οὐ γὰρ λώβη σώματος αὐτὸν μιαίνει, ἀλλὰ ψυχῆς μολυσμός. κωφὸς δὲ ὤν, καὶ τυφλός, μὴ γινέσθω Ἐπίσκοπος· οὐχ ὡς * μεμιασμένος, ἀλλ' ἵνα μὴ τὰ ἐκκλησιαστικὰ παρεμποδίζηται.

Si quis fuerit oculo læſus, vel crure debilitatus; eſt autem dignus Epiſcopatu; Epiſcopus fiat: non enim vitium corporis eum polluit; ſed animæ inquinatio. Qui verò ſurdus eſt, mutus, LXXVIII. aut cæcus; ne fiat Epiſcopus: non quaſi pollutus; ſed ne impediantur Eccleſiaſtica.

ο'. LXX. LXXIX.

Ἐάν τις δαίμονα ἔχῃ, κληρικὸς μὴ γινέσθω, ἀλλὰ μηδὲ τοῖς πιστοῖς συνευχέσθω· καθαρισθεὶς δέ, προσδεχέσθω, καὶ ἐὰν ᾖ ἄξιος, γινέσθω.

Si qois Dæmonem habeat; ne fiat Clericus; ſed oec unà cum fidelibus oret: cùm autem purgatus fuerit, recipiatur; & ſi dignus exſtiterit, Clericus fiat.

οα'. LXXI. LXXX.

* al. ἐθνικοῦ βίου
* Hæ duæ voces deſunt in quibuſdem.
* al. ἐπιδειξάμενον

Τὸν ἐξ * ἐθνικοῦ προσελθόντα, * καὶ * βαπτισθέντα, ἢ ἐκ φαύλης διαγωγῆς, οὐ δίκαιόν ἐστι * παραυτὰ προχειρίζεσθαι * εἰς Ἐπισκοπήν· ἄδικον γάρ, τὸν μηδέπω πεῖραν * ἐπιδειξάμενον, ἑτέρων εἶναι διδάσκαλον· εἰ μή πού κατὰ θείαν χάριν τοῦτο γίνεται.

Eum qui ex Gentibus acceſſit, & baptizatus fuit, aut ex prava vivendi ratione; non eſt æquum, ſtatim ad Epiſcopatum promovere: iniquum enim eſt, eum qui nondum ſpecimen exhibuerit, aliorum eſſe doctorem; niſi fortè divinâ gratiâ hoc fiat.

οβ'. LXXII. LXXXI.

* al. ἐπιδ...
* al. ἐπιβάλλειν
* al. ἐμπεριβάλλεσθαι

Εἴπομεν, ὅτι μὴ χρὴ Ἐπίσκοπον * καθιέναι ἑαυτὸν εἰς δημοσίας διοικήσεις, ἀλλὰ προσευκαιρεῖν ταῖς ἐκκλησιαστικαῖς χρείαις. ἢ πειθέσθω οὖν τοῦτο μὴ ποιεῖν, ἢ καθαιρείσθω. οὐδεὶς γὰρ δύναται δυσὶ κυρίοις δουλεύειν, κατὰ τὴν κυριακὴν παρακέλευσιν.

Diximus, quòd non oportet ut Epiſcopus ſe in publicas adminiſtrationes demittat; ſed Eccleſiaſticis uſibus vacet. Aut igitur perſuadeatur hoc noo facere, aut deponatur. *Nemo* enim *poteſt duobus dominis ſervire*; juxta Dominicam admonitionem. Can. 4. Mat. 6. 24.

ογ'. LXXIII. LXXXII.

* al. συγχωρήσεως
* al. inſer. δεσποτῶν
* al. ἐργάζεται
* al. ἐφάνη

Οἰκέτας εἰς κλῆρον προχειρίζεσθαι ἄνευ τῆς τῶν δεσποτῶν * γνώμης, οὐκ ἐπιτρέπομεν, ἐπὶ λύπῃ τῶν * κεκτημένων· οἴκων γὰρ ἀνατροπὴν τὸ τοιοῦτον * κατεργάζεται. εἰ δέ ποτε καὶ ἄξιος φανείη οἰκέτης πρὸς χειροτονίαν βαθμοῦ, οἷος Ὀνήσιμος ὁ ἡμέτερος * ἀνεφάνη, καὶ συγχωρῶσιν οἱ δεσπόται, καὶ ἐλευθερῶσι, καὶ τοῦ οἴκου ἑαυτῶν ἐξαποστείλωσι, γινέσθω.

Servos ad Clerum promoveri, ſine dominorum volontate, non permittimus, cum moleſtia eorum qui poſſident: hoc namque domorum everſionem efficit. Si quando autem ſervus viſus fuerit dignus, qoi in grado Eccleſiaſtico conſtituatur, qualis Oneſimus noſter apparuit; & permittont domini, ac libertate donant, éque domo ſuâ emittunt; fiat.

οδ'. LXXIV. LXXXIII.

Ἐπίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος, ἢ διάκονος, στρατείᾳ σχολάζων, καὶ βουλόμενος ἀμφότερα κα-

Epiſcopos, aut Presbyter, aot Diaconus, militiæ vacans; & utrumque retinere volens, Roma-

Canonicis vocationibus Neſtorio, Eutychi, Dioſcoro & Anthimo factis. quia in mittendis Epiſcopis binarium numerom Canone noſtro præſcriptum, nullatenus ſervant. Correctum quoque hic velim Canonem Antiochenum 5. in Collectione Romana Holſtenii P. 1. p. 009. 030. ſic; Qui *à communione ſeipſum ſuſpendit, & collectam facit, & altare conſtituit, & noluerit vocanti Epiſcopo conſentire, & noluerit eidem acquieſcere, neque obedire primò ac ſecundò vocanti, hunc omnino damnari, nec unquam vel curationem mereri, nec recipere ſuum poſſe honorem*, &c. COT.

manum magiſtratum, & ſacram adminiſtrationem; Matth. 22. 21. deponatur. *Quæ enim ſunt Cæſaris, Cæſari; & quæ ſunt Dei, Deo.*

πίχειν, Ῥωμαϊκὴν ἀρχὴν καὶ ἱερατικὴν διοίκησιν, καθαιρείσθω. τὰ γὰρ Καίσαρος, Καίσαρι· καὶ τὰ τοῦ Θεοῦ, τῷ Θεῷ.

LXXXIV. LXXV. οδ'.

Quicumque contumeliâ affecerit Regem, vel Magiſtratum, præter jus; pœnas luat: & ſi quidem Clericus eſt, deponatur; ſi verò Laicus, ſegregetur.

Ὅς τις ὑβρίζει βασιλέα, ἢ ἄρχοντα, παρὰ τὸ δίκαιον, τιμωρίαν τινέτω. καὶ εἰ μὲν κληρικὸς, καθαιρείσθω· εἰ δὲ λαϊκὸς, ἀφοριζέσθω.

LXXXV. LXXVI. οε'.

Sint autem vobis omnibus Clericis, & Laicis, libri venerabiles & ſancti: Veteris quidem Teſtamenti; Moyſis quinque, Geneſis, Exodus, Leviticus, Numeri, & Deuteronomium; Jeſu filii Navæ, unus; Judicum, unus; Ruthæ, unus; Regnorum, quatuor; Paralipoménon, libri dierum, duo; Eſdræ, duo; Eſtheræ, unus; Judithæ, unus; Maccabæorum, tres; Jobi, unus; Pſalmi centum quinquaginta; Salomonis libri tres, Proverbia, Eccleſiaſtes, Canticum Canticorum;

Ἔστω δὲ ὑμῖν πᾶσι κληρικοῖς καὶ λαϊκοῖς, βιβλία σεβάσμια καὶ ἅγια· τῆς μὲν παλαιᾶς διαθήκης, Μωϋσέως πέντε, γένεσις, ἔξοδος, λευϊτικὸν, ἀριθμοὶ, καὶ δευτερονόμιον· Ἰησοῦ * τοῦ Ναυῆ, ἕν· τῶν κριτῶν, ἕν· τῆς Ῥοὺθ, ἕν· [26] βασιλειῶν, τέσσαρα· [27] παραλειπομένων τῆς βίβλου τῶν ἡμερῶν, δύο· Ἔσδρα, δύο· Ἐσθὴρ, ἕν· * [28] Ἰουδὶθ, ἕν· * [29] Μακκαβαίων, τρία· Ἰὼβ, ἕν· * ψαλμοὶ ἑκατὸν πεντήκοντα· * [30] Σολομῶντος βιβλία τρία, παροιμίαι, ἐκκλησιαστὴς, [31] ᾆσμα ᾀσμάτων.

* al. Ναυῆ. al. υἱοῦ Ναυῆ
* Deeſt in al.
* al. Μακκαβαϊκῶν vel Μακκαβαίων
* al. ψαλτήριον, ἕν
* al. Σολομῶντος vel Σολομὼν, τρία

---

26. Can. ult. *βασιλειῶν τέσσαρα.*] In Bibliothecæ Regiæ Codice 436. poſt primum Regum legitur; Ἀκύλας εἰς ἓν συνάπτει τὴν α'. μετὰ τῆς β'. Hoc eſt; *Aquila in unum connectit librum primum cum ſecundo.* & Codice 413. doctus antiquarius, idem obſervat de Aquila, monetque ut liber primus continuetur uſque ad libri vulgò ſecundi finem. ὁ (Ἀκύλας ſcilicet) συνάπτει μιᾷ προσηγορίᾳ, βασιλειῶν πρώτης αὐτὸ φυλάξας (l. φυλάξαι) ἕως τέλους τῆς δευτέρας. COT.

27. Παραλειπομένων.] Dicitur τὰ παραλειπόμενα, & αἱ παραλειπόμεναι. Chronici autem Alexandrini p. 202. ἐν ταῖς παραλειπομέναις τῶν βασιλειῶν. Membranæ Regiæ Cod. 0416. παραλειπομένων τῶν βασιλειῶν Ἰούδα. Ibid.

28. Ἰουδὶθ ἕν.] Deeſt in aliis Editionibus. Codices quoque manu exarati quos vidi (vidi autem in Gaza Regia octo) omnes omittunt, excepto uno, non malæ tamen notæ, atque membraneo, qui numeratur 1326. Zonaras denique expreſsè dicit librum Judithæ hoc Apoſtolico catalogo non contineri. Ibid.

29. *Μακκαβαίων τρία.*] Idem MS. 1326. *Μακκαβαίων δ'.* non ita bene. De duobus Maccabæorum libris primo & ſecundo, paſſim: de tertio & quarto, Euſebius in Chronicis & lib. 3. Hiſtoriæ cap. 10. Athanaſius in Synopſi, Philoſtorgius initio libri primi, Theodoritus ad Danielis XI. 7. Nicephorus CP. in fine Chronographiæ, & Indiculus Scripturarum quem ſuprà poſui initio Notarum ad hoc Conſtitutionum Opus. Quibus addo pervetuſtam σημείωσιν Codicis Regii 721.

Σημειωτέον ὅτι οὐχ ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν ὁ τῶν Μακκαβαϊκῶν βίβλων [illegible]

Notandum eſt quòd libri Maccabæorum non unum eundemque habent auctorem: ut diligenti conjecturâ aſſequi licet. Etenim aliud dicendi ſentiendique genus tenet liber primus, aliud ſecundus. Primus ſiquidem antiquitatem redolentis illius ſacrarum Scripturarum idiomatis characterem fert: atque complectitur hiſtoriam Mattathiæ ac liberorum ejus, & bellorum quæ adversùs Antiochum fecerunt, itemque adverſus ipſius ſucceſſores ac reges Aſiæ, geſta inſuper eorum, necnon uniuſcujuſque ex illis mortem, uſque ad ſucceſſionem Johannis filii Simonis. Hæc breviter quidem, ſed omnia tamen. Secundus verò liber, formam Epiſtolæ ferens, latè indicat quæ à ſolo Juda, qui & Maccabæus, acta ſunt, neque omnia, ſed tantummodo uſque ad mortem Nicanoris ducis Regis Demetrii; præterea Eleazari & ſeptem fratrum cum matre ob legem Dei, mortem violentam: oſtenditque lineamenta; dictionis proprietatem, & verborum conſtructionem, quæ ad Græcam magis accedunt. At liber tertius omnino alienus eſt ab argumento operis Maccabaici. Omnipotentis quippe Dei inopinata miracula erga Judæos qui erant in Ægypto refert; nec ullum dat indicium hypotheſeos Maccabæorum, ut nec ullatenus mentionem aut continuationem facit duorum præcedentium librorum. Quartus denique liber illud Quòd ratio imperet affectibus, & martyrium obitumque pro lege divinâ ſuſceptum a ſanctis ſeptem fratribus, unà cum matre, ac præceptore tradens diſertè, Judæum Joſephum habere conſcriptorem opinionem præbet.

τῆς λέξεως συνθήκην, πρὸς τὸ Ἑλληνικώτερον [illegible]

Obiter etiam moneo, quòd Johannes Damaſcenus IV. Orthodoxæ fidei 18. cum libris ſacris Maccabaicos non numeret, cauſſam videri quia eo loco tranſcribit Epiphanii librum de ponderibus & menſuris. Nam eidem Johanni, Oratione de fidelibus defunctis, paullò poſt principium, ſecundus Machabæorum θεία γραφὴ dicitur. Ibid.

30. *Σολομῶντος βιβλία τρία.*] MS. de quo ſuperioribus Notis, Σολομῶντος δ'. σοφία βιβλία μετὰ ιϛ'. τῶν μικρῶν, τῶν μεγάλων δὲ δ'. Libri Salomonis Origeni multiſque poſt eum, ut hic tres dicuntur: Auguſtino apud Caſſiodorum, quatuor: Concilio Carthaginenſi tertio, quinque. Præclarè S. Auguſtinus XVII. de civit. Dei 20. *Prophetâſſe etiam Salomon reperitur in ſuis libris, qui tres recepti ſunt in auctoritatem canonicam: Proverbia, Eccleſiaſtes, & Canticum Canticorum. Alii verò duo, quorum unus Sapientia, alter Eccleſiaſticus dicitur, propter eloquii nonnullam ſimilitudinem ut Salomonis dicantur obtinuit conſuetudo: non autem eſſe ipſius, non dubitant doctiores: eos tamen in auctoritatem maximè Occidentalis antiquitus recepit Eccleſia.* Ibid.

31. Ἆσμα ᾀσμάτων. al. ᾄσματα ᾀσμάτων.] Membranæ Regiæ Cod. 228. hoc fragmentum complectuntur:

Ex Joſephi Commentario, Cap. 138.

Ἰωσήππου ἐκ τοῦ ὑπομνηστικοῦ κεφ. ρλη'.

Quinam ſunt libri, qui tanquam exſtantes commemorantur in ſacris Scripturis, non inveniuntur tamen.

Τίνα εἰσὶ τὰ μνημονευόμενα ἐν ταῖς θείαις γραφαῖς βιβλία ὡς ὄντα, οὐχ εὑρισκόμενα δέ.

Librorum Nathanis, Addo, Athiæ Silonitæ, Semei, & Jehu mentio fit in libro Regnorum: iſti autem ſunt Prophetæ qui ſcripſerunt de rebus quas

Νάθαν καὶ Ἀδδὼ καὶ Ἀχιὰ τοῦ Σηλωνίτου καὶ Σαμαία καὶ Ἰηοῦ, ἐν τῇ βίβλῳ τῶν βασιλειῶν [illegible] γεγράφασι

ἐπὶ

* al. προφῆται τῶν δώδεκα. Ἡσαΐου, Ἱερεμίου, Ἰεζεκιὴλ, Δανιὴλ ἐν

ταν. * προφῆται δεκαέξ. [12] ἔξωθεν δὲ ὑμῖν προσιστορείσθω μανθάνειν ὑμῶν τοὺς νέους τὴν σοφίαν τοῦ πολυμαθοῦς Σιράχ. ἡμέτερα δὲ, τουτέστι τῆς καινῆς διαθήκης, εὐαγγέλια τέσσαρα, Ματθαίου, Μάρκου, Λουκᾶ, Ἰωάννου. [13] Παύλου ἐπιστολαὶ δεκατέσσαρες. Πέτρου ἐπιστολαὶ δύο. Ἰωάννου, τρεῖς. Ἰακώβου, μία. Ἰούδα, μία. Κλήμεντος ἐπιστολαὶ δύο. καὶ αἱ διαταγαὶ ὑμῖν τοῖς ἐπισκόποις δι᾽ ἐμοῦ Κλήμεντος ἐν ὀκτὼ βιβλίοις προσπεφωνημέναι, ἃς [14] οὐ χρὴ δημοσιεύειν ἐπὶ πάντων, διὰ τὰ ἐν αὐταῖς μυστικά. καὶ αἱ πράξεις ἡμῶν τῶν ἀποστόλων.

[15] Ταῦτα δὲ περὶ κανόνων διατετάχθω ὑμῖν παρ᾽ ἡμῶν, ὦ ἐπίσκοποι. ὑμεῖς δὲ ἐμμένοντες αὐτοῖς, σωθήσεσθε, καὶ εἰρήνην ἕξετε· ἀπει-

Prophetæ ſexdecim: (extra hos vobis inſuper commemoratum ſit, ut juvenes veſtri diſcant Sapientiam admodum eruditi Sirachi:) libri verò noſtri, hoc eſt novi Teſtamenti; Evangelia quatuor, Matthæi, Marci, Lucæ, Johannis; Pauli Epiſtolæ quatuordecim; Petri Epiſtolæ duæ; Johannis, tres; Jacobi, una; Judæ, una; Clementis Epiſtolæ duæ: & Conſtitutiones, vobis Epiſcopis per me Clementem in octo libris nuncupatæ, quas non oportet coram omnibus divulgare, ob Myſtica quæ in eis ſunt; & Acta noſtra, Apoſtolorum.

Hæc verò de Canonibus vobis conſtituta ſint à nobis, ô Epiſcopi. Vos autem ſi in eis permanetis, ſalvi eritis, & habebitis pacem:

ἐν ... προεφήτευσαν, ἃ οὐχ εὑρίσκονται. Ψαλμοὶ τρισχίλιοι λέγονται ἐν τοῖς παραλειπομένοις εἶναι τοῦ Δαβίδ· μόνοι δὲ ἐξ αὐτῶν ρνʹ. ὑπὸ τῶν φίλων Ἐζεκίου τοῦ βασιλέως ἐξελέχθη. τοὺς δὲ ἄλλους ἀποκρυβῆναι. πεντακισχιλίας παροιμίας ὑπὸ Σολομῶντος ἐκδοθῆναι φησὶν ἡ τῶν παραλειπομένων γραφή· ἀλλ᾽ οὐκ εἰσὶν νῦν εἰ μὴ μόνον αἱ ἐν ἐκκλησίᾳ ἀναγινωσκόμεναι. τὸ ᾆσμα ἐκ τῶν πολλῶν ᾀσμάτων τὸ μυστικὸν ἐξελέχθη ἐπιγέγραπται. Ἰώσηππος δὲ ἱερὰ δύο βιβλία προφητείας τὸν προφήτην Ἰεζεκιὴλ γεγράφθαι· ἓν δὲ μόνον ἐπιγνώσκομεν.

prophetârunt; non inveniuntur autem. In Paralipomenis Pſalmi Davidis dicuntur eſſe ter mille: ex illis autem ſolos CL. ab amicis Regis Ezechiæ ſelectos fuiſſe, reliquos verò abſconditos. Quinque millia Parœmiarum à Salomone edita eſſe ait Scriptura Paralipomenorum: ſed nunc non habentur, niſi tantùm illa quæ in Eccleſia feruntur. Canticum è multis Canticis myſticum ſelectum fuiſſe inſcriptum eſt. Joſephus verò duos Prophetiæ libros Ezechielem Prophetam ſcripſiſſe narrat; ſcimus autem unum duntaxat reperiri.

Cui fragmento reſpondent quæ Latinè leguntur in fine Synopſeos Athanaſianæ. Exſtat autem iſtius Joſephi Chriſtiani Auctoris ὑπομνηστικὸν hoc pluribus conſtans quæſtionibus in Bibliotheca Cantabrigienſi, citatureque à Patricio Junio in Notis ad Epiſtolam Clementis, ubi & meminit quæſtionis hic poſitæ: ad quam rectiùs intelligendam (quòd ſpectat ad Scripturæ librum de quo agimus. cætera enim non expendo nunc) conſuli debet Origenes Prologo in Canticum Canticorum extremo. COT.

32. Ἔξωθεν δὲ &c.] Id eſt, extra Canonem, ut liber Eccleſiaſticus & dubius tradatur Catechumenis. Patet præcipuè ex Epiſtola Paſchali B. Athanaſii, ac ex ejuſdem aut alterius Synopſi. Lege etiam Euſebium Hiſt. Eccl. lib. 3. cap. 3. & apud Alcuinum librum de divinis officiis cap. 19. quo ultimo loco docetur, poſtquam Catechumenis recitari cœpit ſacra Scriptura, cujus libri & Auctoris lectiones eſſent non fuiſſe illis prænunciatum, quod nondum cognoſcerent cives cæleſtis Jeruſalem, & ne firmiſſima auctoritas eis vileſceret per ignorantiam. Ibid.

33. Παύλου ἐπιστολαὶ δεκατέσσαρες.] A Clemente Romano Epiſtolam ad Hebræos tributam fuiſſe Apoſtolo Paulo teſtatur Stephanus Gobarus apud Photium. Cæteri quid ſenſerint perlongum eſſet edocere, ac poſt tot alios ſupervacaneum. Quocirca ſubjiciam tantummodo Epiſtolam Valeriani Epiſcopi Cemelenſis ad Monachos, *de virtutibus & ordine doctrinæ Apoſtolicæ*, editam quidem à clariſſimo Sirmondo, à me verò inſigni loco ſuppletam, & textuum

1 Cor. 5. 3. & Col. 2. 5. indicationibus illuſtratam. *Impoſita mihi votorum circa me veſtrorum ſarcina etſi interim corpore, ut ſcriptum eſt, abſim, præſens tamen ſpiritu ac mente ſuccedo. Nec parum, ut reor, dilectioni veſtræ officii atque amoris exhibeo: quia vos quoque in*

Rom. 8. 8, 9. *ſpiritu, non in carne agere confido: dicente Apoſtolo,* Quicumque in carne ſunt, Deo placere non poſſunt. Vos autem in carne non eſtis, ſed in ſpiritu: ſi tamen ſpiritus Dei habitat in vobis. *Nec ſanè incognitam ſpiritalibus viam teneo ſi ædificationis veſtræ ſollicitudinem ſermonibus eloquii epiſtolaris exprimo: præcipuum beatiſſimi Pauli exemplum præ manibus habens: quem ſequi cupimus, etſi conſequi non valemus. Eorum etſi nos comparatio illius in nullo recipit; vobis tamen obedientia earum eſt coæquanda quos edocet. Ut doctrinæ ordine conſtituto,*

Rom. 1. 8. * duæ voces neceſſariò inſerendæ. *cum ROMANIS prædicari credulitatem veſtram in toto orbe cupientes: * cum * CORINTHIIS ſecundâ emendatione*

2 Cor. 6. 6. 2 Cor. 16. *correctis, pace integrâ, caritate non fictâ invicem vos, ut ſcriptum eſt, ſancto oſculo ſalutetis. Cum GALATIS menſium, temporum, dierumque obſervatione rejectâ, repudiantes mundum,*

20 & 2. *ac ſequentes Deum, non ancillæ vos filios intelligatis, ſed liberæ.*

Cor. 13. 12. Gal. 4. 10, 31. & c. 31. *Ut in verbo veritatis cum EPHESIIS permanentes, unum Dominum, unam fidem, unum Deum patrem omnium, qui ſuper omnes, & per omnia, & in omnibus nobis eſt, noveritis. Cum*

Eph. 1. 13. & 4. 5. *PHILIPPENSIBUS, irreprehenſibiles & ſimplices, omnia ſine murmuratione & hæſitationibus facientes, in media gentis pravæ ſicut luminaria luceatis. Cum COLOSSENSI-*

Philipp. 2. 14 15. *BUS verba Chriſti in vobis abundanter habitante, invicem vos*

Col. 3. 16. *Pſalmis, Hymnis & Canticis ſpiritualibus doceatis. Cum*

1. Theſſ. 4. & 5. 17, 21. *THESSALONICENSIBUS voluntatem Dei abſtinentes à fornicatione ſectemini, orantes ſine intermiſſione, omnia probantes, quæ bona ſunt tenentes. Debitor præcepti ordinem cum*

2. Theſſ. 3. 10. *omni labore ſectantes: ut ſi quis operari non vult, nec manducet.*

Joh. 6. *Ipſe enim eſt panis, qui de cœlo deſcendit. cui adnoſcere neminem*

1. Tim. 5. 23. *decet, niſi opera quibus ille delectatur exerceat. Ut TIMOTHEUS vobis forma ſit, etiam poſt diuturnam aquam vino modico uti præceptus, ad ſuſtinendum ſtomachum, non ad opprimendum. quia quamvis geminis commonitionibus erudiatur; niſi*

2. Tim. 4. 5. *qui ſobrius fuerit, miniſterium ſuum implere non poterit. Ut*

Tit. 2. 8, 15. *TITI vos informet exemplum, non ſolum ſobrios eſſe debere, ſed etiam continentes. quia omnia munda mundis, coinquinatis autem & infidelibus nihil eſt mundum. Denique hæc Apoſtolica concluſio tota doctrinæ myſtici muneris ſummam, abſterſi corporis purificationem complevit. quia nihil eſt tam Deo proximum, quàm hominem non eſſe corruptum. Attendamus quippe poſt hæc circumſpectius quid ſequatur. Fugitivus quondam domino famulus*

Philem. *redit, & conditio converſione mutatur. Apoſtolicis vinculis geminus, ad utilitatem vitalis proficit: nec ſolum in fratrem, ſed etiam in cariſſimum fratrem, gradum conjunctorum nominum faſtigio tranſcendit amorum. nec tantum appellationis meretur vinculum, ſed etiam amoris affectum. Ad hoc enim Domini dignatione perducitur pura caſtitas ſobrietate nutrita, ut quod parcitas vini curavit in Timotheo, quod abſtinentia & continentia purgavit in Tito, id ad indulgentiſſimam libertatem accreſcat in ONESIMO. Hæc & exſequenda doctis, & agnoſcenda ſunt*

Jac. 2. 26. *imperitis. quia ſicut ſcriptum eſt, & ignorantia mors eſt, & fides ſine operibus mortua eſt. Gemina vobis ratio adhibenda obſervationis incumbit, ſciendi cura, cum labore complendi: quoniam ea quæ in divinis eloquiis præcipiuntur, non ſolùm non facere, ſed etiam ignorare peccatum eſt. HEBRÆOS denique in exemplum conſummatæ perfectionis aſſumens, contemptum præſentium rerum ob amorem cæleſtium inſinuo præmiorum. Ut ſi fortè quiſpiam vobis, aut perſecutionis pondus intulerit, aut diripuerit univerſa quæ veſtra ſunt; vos quoque nobile illud ac ſingulare teſtimonium quod in eximia eorum laude venerando Paulus ore deprompſit, non diſpari ſancta imitatione proſequatur affectu,*

Hebr. 10. 34. *quo ait;* Nam & vinctis compaſſi eſtis, & rapinam bonorum veſtrorum cum gaudio ſuſcepiſtis. Ibid

34. Ἃς οὐ χρὴ δημοσιεύειν.] Theodorus Balſamon Reſponſ. ad Interrogat. 1. Marci Alexandrini p. 363. Juris Græco-Romani, extendit hæc verba etiam ad duas Epiſtolas Clementis, non mediocri, ut mihi quidem videtur, errore. Sed nec laudo doctorum hominum aſſertionem, qui Canonem novitatis arguunt, quòd myſticorum non publicandorum mentionem faciat. Laudo magis effatum Origenis 3. contra Celſum p. 7. 8. Auguſtanæ editionis, Apud Chriſtianos, ut & apud Philoſophos & Gentiles, quædam eſſe ἐσωτερικά, μὴ εἰς τοὺς πολλοὺς φθάνοντα, & ἐξωτερικά. Unde immeritò vapulat Rufinus, quaſi plurimorum Origenis locorum hac parte interpolator. Ibid

35. Ταῦτα δὲ περὶ κανόνων &c.] Hæc uſque ad finem Editiones quædam habent, quædam non habent: habet Verſio Arabica, habet Johannes Antiochenus; non habent Zonaras & Balſamon: è MSS. Regiis exhibent quinque. Ibid.

cem: at ſi non obtemperatis, puniemini, & inter vos habebitis bellum perpetuum, pœnam contumaciæ debitam pendentes. Deus autem, ſolus ingenitus, ac univerſorum creator, vos omnes per pacem in Spiritu Sancto adunabit; conſummabit in omne opus bonum, immutabiles, inculpatos, irreprehenſos; atque nobiſcum dignabitur vitâ æternâ, per interceſſionem dilecti Filii ſui Jeſu Chriſti, Dei & Salvatoris noſtri; cum quo gloria ipſi, ſuper omnia Deo, ac Patri, in ſancto Spiritu, Paracleto; nunc, & ſemper, & in ſæcula ſæculorum. Amen.

Finis Conſtitutionum ſanctorum Apoſtolorum per Clementem; ſeu Catholica Doctrina.

θοῦντες δὲ, κολασθήσεσθε, καὶ πόλεμον μετ' ἀλλήλων αἰώνιον ἕξετε, δίκην τῆς ἀνηκοΐας τὴν προσήκουσαν * τιννῦντες. ὁ Θεὸς δὲ, ὁ μόνος * ἀγέννητος, καὶ τῶν ὅλων ποιητὴς, ἅπαντας ὑμᾶς διὰ τῆς εἰρήνης ἐν πνεύματι ἁγίῳ * ἑνώσει· καταρτίσει εἰς πᾶν ἔργον ἀγαθὸν, ἀτρέπτους, ἀμέμπτους, ἀνεπιλήπτους· καταξιώσει τε τῆς αἰωνίου ζωῆς, σὺν ἡμῖν, διὰ τῆς μεσιτείας τοῦ ἠγαπημένου παιδὸς αὐτοῦ Ἰησοῦ Χριστοῦ, τοῦ Θεοῦ καὶ σωτῆρος ἡμῶν· μεθ' οὗ ἡ δόξα αὐτῷ, τῷ ἐπὶ πάντων Θεῷ, καὶ πατρὶ, * ἐν ἁγίῳ πνεύματι τῷ παρακλήτῳ, νῦν τε καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν.

* al. τίνοντες
* al. ἀΐδιος
* al. ἀθροίσει
* al. σὺν

Τέλος διατυγῶν τῶν ἁγίων ἀποςόλων διὰ Κλήμεντος, ἡ καθολικῆς διδασκαλίας.

GUI-

GUILIELMI BEVEREGII
ANNOTATIONES
In Canonem Primum.

Ἐπίσκοπος. Quandoquidem in hoc codice Canonum Eccleſiæ primitivæ, non minus quam univerſæ, frequens occurrit Epiſcoporum mentio, non abs re erit, originem eorum ac officium in primitivâ Eccleſiâ paucis explicare. Vox *Epiſcopus* ab ipſis etiam Ethnicis ſæpiùs uſurpatus, & primo quidem de Diis: ut, θεοὶ χρηστῶν ἐπίσκοποι καὶ πονηρῶν ἔργων, Plut. in Camil. p. 131. lit. E. Tom. 1. edit. Francoſ. 1599. ὑπὸ μάρτυρι τῷ Διῒ καὶ συνόδῳ ἐπισκόπῳ τε τῶν πεπραγμένων. Herodian. l. 7. pag. 529. edit Politian. Baſil. 1594. Et ipſe Homerus Iliad. X. verſ. 255.

Μάρτυροι ἔσσονται καὶ ἐπίσκοποι ἁρμονιάων.

De Viris etiam, qui rebus adminiſtrandis præficiuntur, ut, Πάντα διεῖπε καὶ πάντων ἐπίσκοπος ἦν αὐτῷ Φειδίας. Plutarc. in Peric. p. 159 lit. E. Apud Athenienſes, Magiſtratus, qui per urbes mittebantur ad jus dicendum, ἐπίσκοποι καὶ φύλακες ἐκαλοῦντο, Schol. Ariſtoph in Avib. pag. 409. edit Froben. Et ſummum quoque Pontificem apud Romanos τῶν ἱερῶν παρθένων ἐπίσκοπον vocat Plutarchus in Numa. p. 66 lit. B. Et ipſe Cicero pro Præfecto utitur, *Ego negotio præſum non turbulento. Vult enim me Pompeius eſſe, quem tota Campania & maritima ora habeat ἐπίσκοπον, ad quem delectus & ſumma negotii referatur*, Cic. ad Attic. l. 7. epiſt. 11. Clemens Romanus, in Epiſtolâ ad Corinthios pag. 55. edit. Patric. Junii, Epiſcoporum & Diaconorum nomen, non novum eſſe inſtitutum, ſed multis retro ſeculis de iis ſcriptum fuiſſe, obſervat; ſic enim inquit: Alicubi ſcriptura dicit, καταστήσω τοὺς ἐπισκόπους αὐτῶν ἐν δικαιοσύνῃ, καὶ τοὺς διακόνους αὐτῶν ἐν πίστει. Locus ad quem reſpexit eſt Iſa. 60. v. 17. ubi tamen hodie tam in Romano, quam in Alexandrino exemplari, verba aliter redduntur, ſed retento utrobique Epiſcopi vocabulo, καὶ δώσω τοὺς ἄρχοντάς σου ἐν εἰρήνῃ, καὶ τοὺς ἐπισκόπους σου ἐν δικαιοσύνῃ. Et ſic quidem legit Origenes comment. in Johan. pag. 210. lib. α΄. part. 2. oper. edit. Par. Et Hieronymus quoque, utpote qui LXX. verſionem latinè ſic reddit, *Et dabo principes tuos in pace, & Epiſcopos tuos in juſtitia*, Hieron. in Iſa. c. 60. Verba Hebraica ſunt וְשַׂמְתִּי פְקֻדָּתֵךְ שָׁלוֹם וְנֹגְשַׂיִךְ צְדָקָה, in Clementis ergo verſione vox ἐπισκόπους reſpondet Hebraicæ פְּקֻדָּה, in alterâ τῷ נֹגְשִׂים, ac פְּקֻדָּה per ἐπισκοπὴν vertitur etiam Job. 10. 12. & Pſal 109. 8. Et ita citatur Act. 1. 20. & ἐπίσκοπος verbo פָּקִיד reſpondet Jud. 9. 28. Neh. 11. 9. 14. & τῷ פְּקֻדַּת Num. 4. 16. & פְּקִיד הַלְוִיִּם ἐπίσκοπος Λευιτῶν, Neh. 11. 22. פָּקִיד autem *Præfectus* eſt, idem ergo & ἐπίσκοπος, qui etiam non rebus ſolis, ſed & perſonis præfectos eſt, ut è loco ultimo nobis laudato patet. In antiquis iſtius notionibus nomen hoc Chriſto tandem aliquando Θεανθρώπῳ omnium meritiſſimè attribuitur: utpote quem ipſe Spiritus Sanctus ἐπίσκοπον ψυχῶν appellat, 1. Pet. 2. 25. In Eccleſiâ igitur ab ipſo denominatâ Chriſtus ipſe primus, &, quamdiu inter vivos numeratus eſt, ſolus fuit Epiſcopus. Apoſtoli autem, quos elegerat, Chriſto adhuc ſuperſtite, nondum Epiſcopi erant, nec Epiſcopalibus fungebantur officiis: nondum enim quempiam ordinabant, nec Eccleſiaſticam exercebant autoritatem & juriſdictionem: hæc Præfecto, ſive Epiſcopo ſuo noſtroque Chriſto peragenda relinquebant, dum ipſi interim baptizando & evangelium prædicando operam darent, quæ ſunt propria Preſbyterorum munia. Chriſtus autem mortuus & ſuſcitatus, & ad cœlum jam aſcenſurus, ut loci ſui conſervatores poſt ſe relinqueret, Apoſtolos ſuos in Epiſcopos promovebat. Primæ hujus Epiſcopalis conſecrationis forma traditur Job. 20. 21. 22. ubi Apoſtolis in unum congregatis, dicit iis Jeſus, εἰρήνη ὑμῖν, καθὼς ἀπέσταλκέ με ὁ πατὴρ, κἀγὼ πέμπω ὑμᾶς. καὶ τοῦτο εἰπὼν ἐνεφύσησε, καὶ λέγει αὐτοῖς, λάβετε πνεῦμα ἅγιον, &c. Antehac, fateor, Dominus Apoſtolos ſuos ordinârat; ſed ad Evangelium tantummodo prædicandum, illudque miraculis confirmandum, Marc. 3. 13, 14. Mat 10. 1. Nunc autem primò poſt reſurrectionem dicit iis, *ut Pater me miſit, ſic & ego mitto vos*; nunc primùm in eos ſufflat, dicens, λάβετε πνεῦμα ἅγιον. Unde clariſſimè eluceſcit, per hanc ſecundam ultimamque ordinationem, ut plurimis celebratam cæremoniis, Apoſtolos ad majorem, quàm antea, gradum provectos eſſe: imò quidem ad eundem, quantum ad ordinandi & Eccleſiaſticam diſciplinam exercendi facultatem, ad quem ipſe Chriſtus à Patre conſecratus eſt. Primæ igitur ordinationis virtute, Evangelium prædicabant: hâc autem ultimâ Epiſcopi jam creati, Chriſtique abſentis vices in terris ſupplentes, & ipſi alios procrearunt, vel, ſi unius ex iis, qui ab ipſis ordinati ſunt, Clementis viz. Romani, verbis utar, κατὰ χώρας καὶ πόλεις κηρύσσοντες καθίστανον τὰς ἀπαρχὰς αὐτῶν, δοκιμάσαντες τῷ πνεύματι, εἰς ἐπισκόπους καὶ διακόνους τῶν μελλόντων πιστεύειν. Clemen. Epiſt. 1. ad Cor. pag. 54. edit Junii. Epiſcopi autem ab Apoſtolis ordinati eandem ab iis Epiſcopalem accipiebant autoritatem, quam ipſi à Chriſto: ſiquidem Spiritus in eos à Chriſto ſufflatus per manuum eorum impoſitionem in alios quoque diffuſus eſt. Et ſic perpetuâ ſucceſſione Epiſcopi ritè ordinati, quantum ad Epiſcopalem attinet dignitatem, ipſius Chriſti in terris locum tenent, & Presbyteri Apoſtolorum, ut, Chriſto adhuc ſuperſtite, conſtituti ſunt. Hæc noſtra de Epiſcoporum origine ac inſtitutione, ut veriſſima, ſic & antiquiſſima eſt ſententia. Ipſe enim Ignatius, qui cum Apoſtolis diu verſatus eſt, eamque haud dubiè ab iis didicit, eandem jamdudum protulit; idque non in ſuppoſitis & falſo ei adſcriptis, ſed indubitatæ & ſummæ fidei Epiſtolis, προκαθημένου τοῦ ἐπισκόπου εἰς τόπον Θεοῦ, καὶ τῶν πρεσβυτέρων εἰς τόπον συνεδρίου τῶν ἀποστόλων, Ignat. Epiſt. ad Magneſ. p. 33. edit. Voſſ. ὡς καὶ ὁ ἐπίσκοπος τοῦ πατρὸς τῶν ὅλων τύπος ὑπάρχει, οἱ δὲ πρεσβύτεροι ὡς συνέδριον Θεοῦ καὶ σύνδεσμος ἀποστόλων Χριστοῦ. Idem epiſt. ad Trall. p. 66. edit. Uſſer. (confer. etiam edit. Voſſ. p. 48.) Antiquiſſimus igitur hic pater, & verè Apoſtolicus, Presbyteros quidem Apoſtolorum, Epiſcopos autem Chriſti, ac proinde Dei quoque locum tenere aſſerit: unde & ibidem non immeritò præcipit, Αἰδεῖσθε δὲ καὶ τὸν ἐπίσκοπον ὑμῶν ὡς Χριστὸν, καθ' ἃ ὑμῖν οἱ μακάριοι διετάξαντο ἀπόστολοι, Ignat. ibid. pag. 70.

Χειροτονείσθω. Apud Athenienſes (à quibus in Eccleſiam Chriſtianam traductum eſt hoc vocabulum) duobus præcipuè modis conſtituti ſunt Magiſtratus; primo, per κλήρου, *ſortem*, unde qui ſic creati ſunt κληρωταὶ ἀρχαὶ nuncupantur, quales erant ἄρχοντες, θεσμοθέται, βασιλεὺς, & πολέμαρχος, ut docet Plutarch. in Pericle, p. 157. lit. A. alii χειροτονίᾳ, *manuum extenſione ſive porrectione*; unde dicti ſunt χειροτονητοὶ, inter quos Demoſthenes ταξιάρχους, στρατηγοὺς, φυλάρχους, καὶ ἱππάρχους recenſet, orat. 1. in Philip. pag. 50. lit. F. edit. Francof. Hoc modo illi demum conſtituti ſunt, quibus plures porriguntur manus, vel ſi cum Platone loquar, οἷς ἂν πλείστη χειροτονία γίγνηται. Plat. de legib. lib 6. pag. 756. lit. B. vol. 2. edit. Steph. De hoc eligendi ſive ſuffragii ferendi modo loquitur & ipſe Cicero, *Sic ſunt*, inquit, *expreſſa iſta præclara, quæ recitantur pſephiſmata, non ſententiis neque autoritatibus declarata, nec jurejurando conſtricta, ſed porrigendâ manu profundendoque clamore multitudinis concitata*. Cicer. orat. pro L. Flacco. Num. 6 & mox, *Porrexerunt manus, pſephiſma natum eſt*, ibid. num 7. Hinc χειροτονεῖν *magiſtratum creare* ſæpe denotat: ut, τοὺς ἐπιτιμίους χειροτονοῦντες στρατηγοὺς, Demoſth. orat. 1. in Philip. p. 50. lit. A. ὡς τὰς ἀρχὰς χειροτονεῖτε τοὺς ταξιάρχους καὶ τοὺς φυλάρχους. ibid. p. 51. lit. A χειροτονηθεὶς ὑπὸ τοῦ δήμου πρεσβεύειν, Æſchines orat. de falſ. legat. p. 398. l. B. edit. Francofurt. Et hoc eodem ſenſu ab ipſis Apoſtolis uſurpatur, χειροτονήσαντες δὲ αὐτοῖς πρεσβυτέρους, Act. 14. 23 quo factum eſt, ut χειροτονία, non *electionem* propriè, ſed *ordinationem* apud Eccleſiaſticos ſcriptores perpetuò ſignificet; ut rectè notat Fr. Ducæus in not. ad 1. Tom. oper Chryſoſt. p. 1. lit. B. cui adſtipulatur & Marca de concord. l. 6 cap 2. par. 7. Unde per *ordinationem* hic & alibi ſemper à Dionyſio Exiguo transfertur. Et hâc quidem notione, vocem χειροτονεῖσθαι Balſamon hoc loco rectè interpretatur. Zonaras autem & Ariſtenus χειροτονεῖσθαι per ψηφίζεσθαι exponunt. Verum inter χειροτονίας & ψήφους ſemper diſtinguendum eſt, ut & inter χειροθεσίας & χειροτονίας, quæ à nonnullis malè confunduntur. χειροθεσία enim χειροτονίαν ſub ſe comprehendit, & aliam præterea λειτουργίαν, ſive τελεσιουργίαν in Epiſcopi, Presbyteri, & Diaconi ordinatione celebrari ſolitam. Et ſic quidem in hoc canone intelligitur, χειροθεσία ἡ τοῦ ἀρχιερέως τελουμένη ἐπ' ἐκκλησίαις, ut obſervat Balſamon, qui & hujuſmodi χειροθεσίας, non autem ψῆφον, hic intelligendam eſſe duobus præcipuè argumentis probat; primo, quod quarto canone Nicænæ ſynodi τὴν ψῆφον ἐπιτρέπεται, ab omnibus fieri provinciæ Epiſcopis, vel tribus ſaltem, reliquis

per ſcripta aſſentientibus, præcipitur: adeo ut hi duo canones ſibi invicem contradicerent, ſi χειροτονία in hoc canone idem quod ψῆφος ſignificaret. Alterum argumentum in proximi canonis interpretatione profert, ubi Presbyteri etiam & Diaconi χειροτονεῖσθαι dicuntur, quos tamen antea ψηφίζεσθαι nunquam legimus. Huic Balſamonis hujus canonis interpretationi Scholiaſtes in Harmenopuli epitomen ſuffragatur, qui in can. Apoſt. & 1. Nic. 4. hæc obſervat, ὁ μὲν ἀποστόλων κανὼν αὐτὴν καλεῖ [illegible] τὸ χειροτονίας φωνῇ. ὁ δὲ τῆς α΄. συνόδου. αὐτὴν ψῆφον· [illegible] χειροτονίαν. Harmenop. epit. can. ſect. 1. tit. 1.

Ὑπὸ ἐπισκόπων δύο ἢ τριῶν. Ut Epiſcopus à duobus vel tribus Epiſcopis ordinetur, duobus præcipuè S. Scripturæ locis nititur, quorum unus eſt 1. Tim. 4. 14. μὴ ἀμέλει τοῦ ἐν σοὶ χαρίσματος, ὃ ἐδόθη σοι διὰ προφητείας, μετὰ ἐπιθέσεως τῶν χειρῶν τοῦ πρεσβυτερίου, hoc eſt, τῶν ἐπισκόπων, ut rectè obſervat Chryſoſtomus, οὐ περὶ πρεσβυτέρων φησὶν ἐνταῦθα. ἀλλὰ περὶ ἐπισκόπων· οὐ γὰρ δὴ πρεσβύτεροι τὸν ἐπίσκοπον ἐχειροτόνουν. Chryſ. in loc. & ex eo Theophylactus & Oecumenius. Theodoretus etiam πρεσβυτέριον ἐκάλεσε τοὺς τὴν ἀποστολικὴν χάριν ἐσχηκότας, Theodoret. in loc. Πρεσβυτέριον ergo hoc in loco, non *Presbyteros* propriè ſic dictos, ſed Apoſtolos, qui & Epiſcopi erant, ut ante oſtenſum eſt, ſignificat. Hoc ſenſu & Æthiopes locum interpretantur, nam μετὰ ἐπιθέσεως τῶν χειρῶν τοῦ πρεσβυτερίου vertunt per, *& cum impoſitione manuum Epiſcoporum*; nam vox quæ τοῖς ἐπισκόποις etiam Act. 20. 28. ſignificat eſt à ſingulari *Papas* ſive *Papa*, ἐπίσκοπος 1. Tim. 3. 1, 2. item *Archiepiſcopus*, *Metropolita*, & *Patriarcha* eſt, ut obſervant viri doctiſſimi, Jobus Ludolphus in Lexico ſuo Æthiopico, & Edmundus Caſtellus in Heptaglotto. Ordinatus eſt ergo Timotheus ab Epiſcopis, & conſequenter à duobus minimum, è quibus & ipſum D. Paulum unum, & quidem præcipuum, fuiſſe conſtat ex 2. Tim. 1. 6. Alter S. Scripturæ locus, è quo petitus videtur hic canon, eſt Act. xiii. 1, 2, 3. Hic enim quinque doctores & prophetas Antiochiæ congregatos eſſe traditur, viz. Barnabam, Symeonem Nigrum, Lucium Cyrenæum, Manahem, & Saulum. His quinque ſacra celebrantibus & jejunantibus dicebat Sp. Sanctus, Ἀφορίσατε δή μοι τόν τε Βαρνάβαν καὶ τὸν Σαῦλον, εἰς τὸ ἔργον ὃ προσκέκλημαι αὐτούς. & proximè ſubjungitur, τότε νηστεύσαντες καὶ προσευξάμενοι καὶ ἐπιθέντες τὰς χεῖρας αὐτοῖς ἀπέλυσαν. E quinque igitur hic congregatis duo, Barnabas & Saulus, Spiritûs S. juſſu ordinati ſunt: reliqui ſunt ergo tres ſoli qui ordinarent. Chryſoſtomus autem in locum ait, ὅρα πῶς ὑπὸ τῶν χειροτονεῖται. ὑπὸ Λουκίου τοῦ Κυρηναίου καὶ Μαναήν, ut ſi Symeon ordinationi non intereſſet: ſed intererat haud dubiè; quòd etiam exinde conſtat, quod non in duali ſed plurali numero dicitur, νηστεύσαντες, προσευξάμενοι, ἐπιθέντες, &c. adeo ut tres tunc temporis, non plures, nec pauciores, ordines conferebant. Poſthæc autem Paulus à Petro, Jacoboque, & Johanne *Gentium Apoſtolus ordinatus eſt*, ut ſcribit Hieronym. in Catalogo N. 15. Et ab iiſdem iiſdem tribus Apoſtolis Jacobum Juſtum in Epiſcopatum Hieroſolymitanum ordinatum fuiſſe, ex ſexto ὑποτυπώσεων Clementi Alexandrino adſcriptarum libro refert Euſebius hiſt. Eccl. l. 2. c. 1. Porro utrum manuum impoſitio Act. xiii. celebrata, conſecrativa fuit an deprecativa, ut opinatur Suarez, tom. 3. q. 72. diſp. 34. ſect. 1. non multum intereſt. Hinc enim ſatis utcunque patet, ipſos etiam Apoſtolos huic canoni condendo viam ſtraviſſe, ſi non præcepto, ſaltem exemplo, eò quod & ipſi, cum quempiam ad majus aliquod munus obeundum ordinarent, tres illi manus imponebant. Quorum igitur exemplo moti, non mirum eſt, quòd Patres primitivi, nec plures quàm tres Epiſcopos ad Epiſcopum ordinandum hoc canone requirunt: quem omnes Eccleſiæ ubicunque conſtitutæ ſtrictè obſervarunt. Nec Syri ordinationem pro validâ admittunt, niſi à duobus vel tribus celebratam. Gregorius Barhebræus *Quod ſine duobus vel tribus Epiſcopis non ordinatur* (Epiſcopus) Greg. Barheb. de fundam. Eccleſ. l. 7. cap. 2. apud Ecchel. de Eccleſ. Alex. orig. cap. 10. Bennaſalus Alexandrinus in collectione canonum c. 5. *Et ut ordinetur Epiſcopus ſine Metropolita; ſed nec ille ſolus ſit, at cum eo duo alii Epiſcopi, ut conſtituatur à tribus Epiſcopis*, ibid. Si quis autem, contra ac hic decernitur, ab uno ſolo Epiſcopo ordinatus fuerit, pro non ordinato habitus eſt, (niſi urgente neceſſitate, ut mox oſtendemus;) & ideirco Michael Oxita Patriarcha C P. in ſynodo ſub ſe anno circiter 1170. celebratâ, Clementem & Balbiſſæ Leontium, ut ab uno ſolo Epiſcopo ordinatos, μηδὲ ἐπισκοπῆς ὀνομάζεσθαι ὅλως ἀξίους, ὡς καὶ ἀχειροτονήτους ὄντας, διὰ τὸ τῆς χειροτονίας αὐτῶν ἀτελὲς judicabat, hunc etiam canonem proferens, ὡς δὲ τῶν ἀποστολικῶν καὶ πρώτου κανόνος [illegible] ἐπίσκοπον χειροτονεῖσθαι ὑπὸ ἐπισκόπων δύο ἢ τριῶν διαταττομένου. Hæc narrat Joh. Cinnamus hiſt. l. 2. cujus Fragmentum edidit Leo Allatius. Theodoretus autem refert Evagrium etiam à ſolo Paulino ordinatum eſſe, quod tamen παρὰ τὸν ἐκκλησιαστικὸν θεσμὸν factum monet Theodoret. hiſt. Eccleſ. l. 5. c. 23. Hunc tamen Evagrium Romani Pontifices Siricius & Innocentius primus, & univerſi propemodum occidentales pro vero Epiſcopo habuerunt. *ibid.* Socrates autem & Sozomenus tradunt, quòd poſt Paulinum vitâ functum populus Antiochenus Evagrium χειροτονηθῆναι conſtituit, Socrat. hiſt. Eccleſ. l. 5. cap. 15. Sozom. l. 7. cap. 15. adeo ut non ſit extra dubium eum à Paulino ſolo ordinatum fuiſſe. Hoc tantùm certum eſt, quòd ſi à ſolo Paulino ordines acceperit, canonicè non ordinatus eſt. Quod enim nec à duobus quiſpiam, niſi ex neceſſitate, rite ordinetur Epiſcopus, ſed à tribus minimùm, in notis ad Arriſtenum canonis hujus interpretationem palam faciemus.

Balſ. περὶ ἀρχιερατικῆς τελεσθείσης. Quænam ſit hæc ordinatio ab Antiſtite celebrata, de quâ intelligendum eſſe hunc canonem, Balſamon rectè monet, ut à Græcis uſurpata, ex Euchologio patet. Summa huc redit. Completo hymno triſagio Pontifex crepidinem conſcendit, quæ eſt ante ſacram menſam, & ab aſtantibus tribus Epiſcopis à dextro latere ordinandus ei offertur. Chartophylax ei à ſiniſtro chartam tradit eligentium ſuffragia continentem: quâ lectâ, explicat Evangelium Pontifex, & manum admoventibus etiam aliis Epiſcopis, capiti & cervicibus ordinati imponit, mox tres cruces in ejus capite exprimens, & manum ei impoſitam tenens, precatur: precibus his ab eo, & aliis ab aſtantibus Epiſcopis abſolutis, elevat Evangelii codicem, & ſanctæ menſæ imponit, atque tum ordinato pallium imponit, dicens, ἄξιος, clero idem repetente. Et deinde Pontifex ordinans & reliqui Epiſcopi ordinatum exoſculantur, qui poſtea communionem iis diſtribuit. In aliis exemplaribus profeſſio fidei ab ordinando recitatur, quâ finitâ benedicit ei Pontifex, dicens, ἡ χάρις τοῦ ἁγίου πνεύματος διὰ τῆς ἐμῆς μετριότητος προβάλλεταί σε τὸν θεοφιλέστατον ἱερέα καὶ ὑποψήφιον. ὁ, ἐπίσκοπον τῆς θεοσώστου πόλεως [illegible]. Tum unus ex Epiſcopis τὸ ὑπομνηστικὸν, & pontifex τὴν ἀρχιερατικὴν ῥάβδον ei tradit. Deinde unus ex Epiſcopis, nimirum, primus, accepto S. Evangelio, illud aperit, & ſuper caput ordinandi coram ſancta menſa genuflectentis converſum imponit, reliquis hinc inde illud tenentibus, & mox dicit Pontifex, ἡ θεία χάρις, ἡ πάντοτε τὰ ἀσθενῆ θεραπεύουσα, καὶ τὰ ἐλλείποντα ἀναπληροῦσα. προχειρίζεται σε τὸν θεοφιλέστατον ἱερέα καὶ ὑποψήφιον, ὁ, ἐπίσκοπον πόλεως. ὁ, καὶ προέδρον τῆς θεοσώστου πόλεως. ὁ, εὐξώμεθα ἐπ᾽ αὐτῷ, ἵνα ἔλθῃ ἐπ᾽ αὐτὸν ἡ χάρις τοῦ παναγίου πνεύματος. Precibus deinde completis, Pontifex ſuper caput ordinati tres cruces facit, eique benedicit in nomine Patris & Filii & Spiritus Sancti, nunc, & ſemper, & in ſecula ſeculorum, vid. Euchol. ſive Rituale Græcorum edit. Jac. Goar. Pariſ. 1647. tit. de ordinatione Epiſcopi p. 302. &c. Hæc illa eſt χειροτονία, quam à duobus vel tribus Epiſcopis celebrari canon hic juxta Balſamonem præcipit. Ritus evangelium ſuper ordinati caput & cervicem tenendi ex Concilio Carthaginenſi acceptus videtur, hæc ſtatuente; *Epiſcopus cum ordinatur, duo Epiſcopi ponant et teneant Evangeliorum codicem ſuper caput & cervicem ejus, & uno ſuper eum fundente benedictionem, reliqui omnes Epiſcopi, qui adſunt, manibus ſuis caput ejus tangant.* Concil. Carthag. 4. can. 2.

Χεῖρας ταχέως μηδενὶ ἐπιτίθει. Deus Moſi in mandatis dedit Joſhuam filium Nun accipere, eique manus imponere, Num. 27. 18. viz. ut ipſi in docendo populo & regendo ſuccederet. Moſes juxta mandatum accepit Joſhuam, eumque coram Eleazare ſacerdote & toto cœtu ſtatuit ויסמך את ידיו עליו *Et manus ſuas ei impoſuit*, v. 23. Hoc moti exemplo ab eo uſque, ut aiunt, tempore, Judæi Judicibus & poſtea Rabbinis ſuis promovendis ac ordinandis manus imponere ſoliti fuerunt. Hunc ordinandi ritum à Judæis uſque ad Benjaminis Tudelenſis tempora, hoc eſt, ad annum Chriſti 1170. obſervatum eſſe, teſtis eſt ipſe Benjamin, qui in itinerario ſuo hæc habet, ראש הגולה נותן להם רשות בכל הקהלות לשום על כל קהל וקהל רב וחזן כי אתם באים אליו לקחת הסמיכה והרשות *Caput exulum dat iis poteſtatem in omnibus iſtis congregationibus, Rabbinum ſive profeſſorem, & concionatorem ſive magiſtrum, ſynagogæ in ſingulis congregationibus præficiendi; nam ad ipſum veniunt, ut manuum impoſitionem & poteſtatem ab eo accipiant.* Benjamin itiner. pag. 73. Quem quis autem apud eos ordinavit, duo alii, præter ipſum ordinantem, adſiſtere & manus ſimul imponere debent, juxta quod in Talmude dicitur סמיכת זקנים בשלשה *Impoſitio manuum ſive ordinatio Seniorum à tribus peragitur*, Sanhedr. cap. 1. Idem docet & Maimonides in ſtatutis de Sanhed. cap. 4. Per hanc denique manuum impoſitionem Spiritum Sanctum conferri colligunt ex Deut. xxxiv. 9. *Et Joſhua filius Nun repletus erat Spiritu*, כי סמך משה את ידיו עליו *Quoniam Moſes ei manus ſuas impoſuerat.* Hinc eſt, quòd de iis omnibus, qui rite ordinantur, dicunt, שורה שכינה עליהם *Habitat ſuper eos majeſtas divina*, *id eſt*, רוח הקדש *Spiritus Sanctus*, nam שכינה & רוח הקדש promiſcuè nonnunquam à Rabbinis uſurpantur. Ex his inter ſe collatis liquet, ordinandi ritus ab ipſis Apoſtolis uſitatos à Judæis acceptos, ſive è ſynagogâ in Eccleſiam traductos eſſe. Primò enim, ut Judæi, ſic & Apoſtoli, manus ordinatis imponebant; ſeptem Diaconis, Act. vi. 6. Saulo & Barnabæ, cap. xiii. 3. & alibi. Et loco hîc citato χεῖρας ταχέως μηδενὶ ἐπιτίθει, 1. Tim. v. 22. Paulus ordinationis formulam à Timotheo obſervandam perſpicuè ſatis indicat, nimirum, per χειροθεσίαν, ſed non temere, peragendam. Deinde ut in Judaicis, ſic & in Apoſtolicis ordinationibus, tres manus ſuas imponere ſolebant, ut antea oſtenſum eſt. Juxta Judæorum denique ſententiam, Spiritus Sanctus per Apoſtolicam etiam χειροθεσίαν collatus eſt, Act. viii. 17. & cap. xix. 6. Et ipſe quidem Soſpitator noſter Jeſus Chriſtus, cum ad Patrem jam aſcenſurus Apoſtolos ſuos in Epiſcopos conſecraret, ut ſui abſentis vices in terris ſupplerent, & Eccleſiaſticam exercerent diſciplinam,

plinam, etiamſi manus eis non imponebat, in eos tamen ſufflabat, dicens, λάβετε πνεῦμα ἅγιον. Quem quidem Spiritum à Chriſto in ipſos ſufflatum, Apoſtoli in alios, eodem quo Chriſtus modo, ſufflare non auſi ſunt: ſed juxta ritum conferendi Spiritum, in lege Moſaicâ inſtitutum, & huc uſque à Judæis obſervatum, per manuum viz. impoſitionem, eundem communicarunt aliis, quos ipſi ordinarunt; qui eodem quoque modo deinde eundem contulerunt, & ſic ſucceſſivè non ad noſtra tantùm tempora, ſed uſque ad finem ſeculi. Quo fit, ut qui etiamnum ritè ordinantur, & manuum impoſitionem ab ipſis Apoſtolis ſucceſſivè continuatam accipiunt, Spiritus à Chriſto ſufflati æque ſunt participes, ac quibus ipſi Apoſtoli manus impoſuerunt, in quos ſufflatus eſt. Qui autem hanc χειροθεσίαν non habent, quomodo legitimam veramque χειροθεσίαν habere cenſeantur, me proſus latet.

Καλῶς πως εἶπον. Quin Ariſtenum & Zonaram inter alios hic indigitet Theodorus Balſamon, nullus dubito. Ut ille enim pro χειροτονίαν in textu, ἐκλογὴν ψηφίζεσθαι in interpretatione ſuâ ſubſtituit, ſic & Zonaras per totam ſuam hujus canonis interpretationem χειροτονεῖσθαι in canone, idem eſſe ac ψηφίζεσθαι probare nititur, ac ſi Epiſcopum à duobus vel tribus non ordinari, ſed eligi hic præcipiatur. Ad hanc ſuam confirmandam opinionem, argumentum petit è Can. 5. Syn. Laodic. cui reſpondet Balſamon. Ut ſatis mirari nequeo, quid Chriſtophoro Juſtello in mentem venit, ut in notis ad dictum canonem Syn. Laodic. Balſamonem, atque ac Zonaram præſentem hunc primum Apoſt. Canonem de populi ſuffragiis ac electione interpretari aſſereret, cum Balſamon apertè dicat, hunc Canonem περὶ χειροτονίας τῆς ἐγχειρίου τελειώσεως, οὐ μὴν περὶ ψήφου intelligendum eſſe, & Zonaræ aliorumque, qui aliter interpretati ſunt, ſententiam ſibi diſplicere affirmet.

Zon. τοῖς τῶν πολλῶν ψηφίσμασιν. Auctor Conſtitutionum Apoſtolicarum, Πρῶτος ἐν ἐγὼ φημὶ Πέτρος Ἐπίσκοπον χειροτονεῖσθαι, ὡς ἐν τοῖς προλαβοῦσιν ἅμα πάντες διεταξάμεθα, ἐν πᾶσιν ἄμεμπτον ἀριστίνδην ὑπὸ παντὸς τοῦ λαοῦ ἐκλελεγμένον. Conſt. Apoſt. l. 8. cap. 4. Cyprianus, *Propter quod diligenter de traditione divinâ & Apoſtolicâ obſervatione ſervandum eſt & tenendum, quod apud nos quoque & ferè per provincias univerſas tenetur, ut ad ordinationes ritè celebrandas ad eam plebem, cui præpoſitus ordinatur, Epiſcopi ejuſdem provinciæ proximi quique conveniant, & Epiſcopus deligatur plebe præſente, quæ ſingulorum vitam pleniſſime novit, & uniuſcujuſque actum de ejus converſatione perſpexit.* Cyprian. epiſt. lib. 1. epiſt. 4. Edit. Manut. Romæ 1563. De Epiſcopo autem à plebe olim eligendo videſis plura in can. 4. Syn Nic. 1.

Τὴν ἐπίλογον παμψηφεί. Sic legit MS. Bodleianus, cui ſuffragantur Henrici a. & Gallandi; ſed in impreſſis eſt τὴν ἐπίλογον παμψήφως, perperam; ἐπίλογος enim illo ſenſu nuſpiam uſurpatur.

Ariſt. Τρισὶν ἱκανούμενος. Veteres canonem hunc, Epiſcopum à duobus vel tribus Epiſcopis ordinari, ſtatuentem, ita interpretari videntur, ut perpetuo, ſi fieri poteſt, à tribus, à duobus autem non niſi neceſſitate id cogente, ordinetur. Et hinc eſt, ni fallor, quòd Ariſtenus trium tantùm, non item duorum, hic mentionem facit. Et quidem, ut ordinatio hæc à tribus celebretur, à Conciliis, Patribus, omnibuſque Eccleſiis ubicunque conſtitutis, exigitur, nec admiſſa eſt ordinatio à paucioribus, niſi neceſſitate id exigente, celebrata. Concilium Arelatenſe primum, *De his, qui uſurpant ſibi, quod ſoli debeant Epiſcopum ordinare, placuit, ut nullus hoc ſibi præſumat, niſi aſſumptis ſecum aliis ſeptem Epiſcopis. Si tamen non potuerint ſeptem, ſine tribus fratribus non audeant ordinare*, Concil. Arel. 1. can. 21. Arelatenſe ſecundum, *Nullus Epiſcopus ſine Metropolitani permiſſu, nec Epiſcopus Metropolitanus ſine tribus Epiſcopis comprovincialibus, præſumat Epiſcopum ordinare*, Concil. Arel. 2. can. 5. Carthaginenſe ſecundum, *Si autem neceſſitas fuerit, tres Epiſcopi, in quocunque loco ſint, cum Primatis præcepto ordinare debent Epiſcopum*, Carthag. 2. can. 12. Idem ſtatuerunt Syn. Nic. can. 4. Carthag. can. 53. Arauſic. 1. can. 21. Gratian. diſtinct. 64. Concil. Hippon. c. 39. Regienſ. c. 1. Anacletus, *Ut non minus quam à tribus Epiſcopis, reliquis omnibus aſſenſum præbentibus, ullatenus Epiſcopus ordinetur*, apud Gratian. diſtinct. 66. cap. 1. Hinc Theodoretus de canonibus ait, quòd, ὅτι χρὴ τριῶν ἐπισκόπων ἐπὶ τὴν χειροτονίαν ἐπιτρέπουσιν μόνοις. Theodoret. hiſt. Eccleſ. l. 5. c. 23. Syneſius de Siderio Palæbiſcæ Epiſcopo, ἀλλ' οὐδὲ τοῦτον αἰτιῶμαι, αἰτιῶμαι μὲν οὖν, ὅτι γε τῆς χειροτονίας ἐπιλαθόμεθα. οἱ μὲν ἐν Ἀλεξανδρείᾳ ἱερεῖς. μόνος παρ' ἡμῖν ἐτυχὼν ἐπεὶ καὶ τὸ σύνθημα τῆς χειροτονίας ἐκεῖθεν ἐδέδοτο. Syneſ. ep. 67. p. 210. edit. Petav. Egbertus Epiſcopus Eboracenſis, *ut Epiſcopus, ſi fieri poteſt, à totius provinciæ Epiſcopis ordinetur, & ſi hoc ſit difficile, non minus certè à tribus*, Egbert. in excerpt. c. 96. Daniel Syrus Jacobita in canonum breviario *Epiſcopi ordinatio à tribus Epiſcopis peragatur* (Simeon Caunæus) *ſin unus Epiſcopus eum ordinaverit, deponatur*, apud Ecchel. de Eccleſ. Alex. orig. cap. 10. Hunc porrò ternarium Epiſcoporum ad Epiſcopum conſtituendum confluentium numerum à Græcis obſervari Euchologium docet, tit. de ordin. Epiſc. p. 302. & eundem à noſtrâ quoque Eccleſiâ religiosè retineri, ex Ordinalis noſtri rubricâ ſatis patet, quâ ex Græcâ Jacobi Duporti verſione, ὁ ὑποψήφιος ἐπίσκοπος τὸ ὠμοφόριον αὐτοῦ ἐνδεδυμένος ὑπὸ τῶν δύο ἐπισκό-
πων παραδίδοται τῷ ἀρχιεπισκόπῳ ἢ ἐπιστασίας ἐκείνου. ὁ ἀλλ᾽ ὑπὸ τινος ἑτέρου ὁμοίως τῶν ἐπισκόπων. Hunc itaque ritum ab ipſis Apoſtolis uſitatum, & à viris Apoſtolicis præceptum, noſtra quoque Eccleſia religioſè admodum obſervat; qui, quoad fieri poteſt, ubique proculdubio obſervandus eſt. At neceſſitate, duriſſimâ illâ dominâ, id poſtulante, canonis rigor nonnunquam relaxari poteſt, ut Epiſcopus à duobus ordinetur, juxta quod ſub Apoſtolorum nomine in Conſtitutionibus Eccleſiæ Alexandrinæ præcipitur, *Ut ordinetur Epiſcopus à tribus Epiſcopis; neceſſitate verò cogente, à duobus*. Conſtit. Alex. c. 5. apud Ecchel. Eadem & in conſtitutionibus Apoſtolicis, è quibus Alexandrinæ traductæ videntur, ἐπίσκοπον δὲ παρακελευόμεθα χειροτονεῖσθαι ὑπὸ τριῶν ἐπισκόπων, ἢ τὸ γοῦν ἐλάχιστον ὑπὸ δύο. Conſtit. Apoſt. l. 3. cap. 20. Sic ordinatus eſt Pelagius primus Epiſcopus Romanus, à duobus Epiſcopis & uno Presbytero, viz. *Dum non eſſent Epiſcopi, qui eum ordinarent, inventi ſunt duo Epiſcopi, Johannes de Peruſio, & Bonus de Ferentino, & Andreas Presbyter de Oſtia, & ordinaverunt eum Pontificem; tunc enim non erant in Clero qui poterant eum promovere*, ut ait Anaſtaſius Bibliothecarius in ejus vitâ. Quinetiam Dioſcorus Patriarcha Alexandrinus, à Concilio Chalcedonenſi poſtea depoſitus, à duobus ſolis ordinatus eſt, ut teſtantur Epiſcopi provinciæ Ponti in Epiſtolâ ad Leonem Imperatorem apud Bin. Concil. tom. 2. pag. 400 edit. an. 1618. & nihilominus à patribus Chalcedone congregatis pro ritè ordinato habitus eſt, & *Reverendiſſimus Epiſcopus* ſæpe vocatus. Cæterum nec defuerunt, qui, eodem neceſſitatis telo cogente, ab uno etiam Epiſcopo ordinati ſunt. Ut taceamus enim in præſenti Clementem, Leontium, & Evagrium, ut de quibus ſupra meminimus; Syneſius Siderium Palæbiſcæ Epiſcopum à Philone Cyrenenſi ſolo ordinatum fuiſſe refert; addit autem, ἀλλ' ἀνάγκη γὰρ ἐν καιροῖς ἀπαραιτήτοις τὴν ἀκρίβειαν παραλυθῆναι, *verum in temporibus formidoloſis ſummum jus prætermitti neceſſe eſt*. Syneſ. epiſt. 67. p. 210. edit. Pet. Digniſſima eſt, quæ obſervetur, Gregorii magni ad Auguſtinum, quem in Britanniam miſerat, reſponſio. Interrogavit eum Auguſtinus, *Si longinquitas itineris magna interjaceat, ut Epiſcopi non facile valeant convenire, an debeat ſine aliorum Epiſcoporum præſentia Epiſcopus ordinari?* Reſpondet Gregorius, *Et quidem in Anglorum Eccleſiâ, in quâ adhuc ſolus tu Epiſcopus inveniris, ordinare Epiſcopum non aliter niſi ſine Epiſcopis potes*. Apud Bed. hiſt. Eccl. Angl. l. 1. c. 27. non me fugit in Pariſienſi operum S. Gregorii editione anno 1586. pro *non aliter niſi ſine Epiſcopis*, legi *non aliter niſi cum Epiſcopis*. At noſtræ lectioni ſuffragantur Epiſtolæ S. Gregorii Romæ editæ, item quæ à Binio in primis Conciliorum editionibus interſeruntur: item Bedæ editiones Antuerpiæ, an. 1550. Baſileæ an. 1563 & Coloniæ an. 1612. Et præter omnes Bedæ codices MSS. tam Oxoniæ, quàm Æ.oniæ reſervatos, ipſa quoque editio Latino ſaxonica, & verſio etiam Saxonica ab Aluredo ſive Alfredo Rege (ut teſtatur Willielmus Malmeſburienſis in geſtis regum Angl. l. 2. c 4.) elaborata, ut quæ verba Saxonica ſic reddit, *Et quidem in Anglia Eccleſiâ, ubi tu tunc ſolus adhuc invenieris et Epiſcopus, non potes tu alio modo Epiſcopum conſecrare, quàm ſine Epiſcopis*. Ut nihil apertius eſſe poſſit, quàm Gregorium hic concedere, ut Auguſtinus ſolus Epiſcopum crearet, neceſſitate viz. id poſtulante, propterea quod ſolus tunc inventus eſt hic Epiſcopus. Et Auguſtinus quidem hoc Gregorii reſponſo fretus, Anno Dom. 604. *ordinavit duos Epiſcopos*, Saxonicè, *Conſecravit duos Epiſcopos*, viz. Mellitum Londinenſem, & Juſtum Roffenſem, Bed. hiſt. l. 2. c. 3. è quibus Mellitum ſolus ordinavit; alterum fortaſſe, Mellito jam ordinato adſiſtente. Alios poſtea omnes tres ordinaſſe videntur, utpote quod Gregorius eum monuerat, in eodem reſponſo hæc ſubjiciens, *Cum igitur, auctore Deo, ita fuerint Epiſcopi in propinquis ſibi locis ordinati per omnia, Epiſcoporum ordinatio ſine aggregatis tribus vel quatuor Epiſcopis fieri non debet*. Et hinc eſt, quòd cùm Ceadda poſtea ad Wine Occidentalium Saxonum Epiſcopum profectus eſt, ut Epiſcopalem ordinationem ab eo ſuſciperet, duo de Britonum gente Epiſcopi in ſocietatem ordinationis aſſumpti ſunt, quoniam nullus tunc erat, excepto Wine, in totâ Britanniâ canonicè ordinatus Epiſcopus, ut refert Beda, hiſt. Eccl. Angl. l. 3. cap. 28. At cum Theodorus, poſt defunctum Deuſdedit, ad ſedem Dorobernienſem promotus eſt, prædictum Ceadda arguebat non fuiſſe ritè ordinatum, ibid. l. 4. cap. 2. idcirco nimirum, quòd ab uno ſolo orthodoxo Epiſcopo, viz. Wine, ordinatus eſt; nam duo reliqui, de Britonum gente aſſumpti, pro hæreticis habiti fuerunt, utpote qui Dominicum Paſchæ diem canonicè non celebrabant. Et propterea Theodorus *ejus ordinationem denuo Catholicâ ratione conſummabat*, ibid. E quibus palam fit, tres minimum, ſi tot convenire poſſint, ad canonicam Epiſcopi ordinationem requiri; ſed nihilo ſecius veram eſſe ac legitimam ordinationem, ſi, neceſſitate id exigente, à duobus, vel etiam ab uno, celebretur.

In Can. II.

Πρεσβύτερος. In Eccleſiâ Judaicâ tres conſecratarum perſonarum ordines, ab ipſo Deo, conſtituti ſunt. Primus erat כהן הגדול Ἀρχιερεὺς, *Pontifex maximus*: Deinde כהנים *Sacerdotes*, & *tertio* לוים *Levitæ*. Conſimiliter & in Eccleſiâ Chriſtianâ, ut Chriſto adhuc ſuperſtite conſtitutâ, primus erat ipſe Chriſtus, qui & Ἀρχιερεὺς vocatur Heb. IV. 14, 15. Deinde XII. *Apoſtoli*, & ultimò LXX. *Diſcipuli*; quos etiamſi Apoſtoli nec ordinabant, nec regebant, Apoſtolis tamen eos inferiores fuiſſe, è ſcripturis luculenter patet. Quinetiam ipſos Apoſtolos à Chriſto è mortuis ſuſcitato, ut ante notatum eſt, loci ſui conſervatores creatos, eundem ordinum Eccleſiaſticorum numerum obſervâſſe pariter ac inſtituiſſe, colligimus ex Epiſtolâ D. Pauli ad Philippenſes, utpote quæ ſic incipit, Παῦλος καὶ Τιμόθεος, *Paulus & Timotheus ſervi Jeſu Chriſti, omnibus ſanctis in Jeſu Chriſto, qui ſunt Philippis*, σὺν ἐπισκόποις καὶ διακόνοις *cum Epiſcopis & Diaconis*. Inſignem hunc locum paucis ut explicemus, primò in memoriam revocentur quæ de Epiſcopis antea dicta ſunt, viz. quòd primus Eccleſiæ Chriſtianæ Epiſcopus idem atque fundator Jeſus Chriſtus, ad Patrem jam aſcenſurus, ſuam à Patre acceptam ordinandi, & perſonas, reſque Eccleſiaſticas adminiſtrandi poteſtatem apud undecim Apoſtolos relinquebat, idque per Spiritum in eos ſufflatum: per eundem autem Spiritum tres alii poſtea Apoſtolorum numero adjecti ſunt, Matthias, Saulus, & Barnabas: Matthias quidem per Spiritum ſortes diſponentem, Act. I. 26. Saulus autem & Barnabas per eundem Spiritum dicentem, Ἀφορίσατε δή μοι τόν τε Σαῦλον καὶ τὸν Βαρνάβαν. Act. XIII. 2. qui igitur ἐκπεμφθέντες ὑπὸ τοῦ πνεύματος ἁγίου dicuntur v. 4. Et hinc Paulus, etiamſi homines manus ei impoſuiſſent, ſe tamen Apoſtolum eſſe dicit, οὐκ ἀπ' ἀνθρώπων, οὐδὲ δι' ἀνθρώπου, ἀλλὰ διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ καὶ Θεοῦ πατρὸς τοῦ ἐγείραντος αὐτὸν ἐκ νεκρῶν, Gal. I. 1. Hi quatuordecim Apoſtoli autoritate prædictâ præditi, Presbyteros & Diaconos ordinabant, Act. XIV. 23. c. VI. 6. quoniam ii, penes quos hæc poteſtas fuit, *Epiſcopi* poſtea nuncupati ſunt; hinc & Apoſtoli etiam *Epiſcopi* à Patribus appellantur, Cyprian. epiſt. ad Rogatian. 9. l. 3. edit. Mercer. Ambroſ. in Epheſ. cap. IV. 11. Πρῶτοι Πέτρος καὶ Παῦλος οἱ ἀπόστολοι αὐτοὶ καὶ ἐπίσκοποι, Epiphan. hær. 27. par 6. Et quidem Apoſtolatus ἐπισκοπὴ vocatur, Act. I. 20. Cùm igitur Apoſtoli hanc Epiſcopalem autoritatem aliquamdiu ſoli exercuiſſent, quoniam fidelium numerus augeſceret, ipſique hinc diſceſſuri eſſent, ne, ipſis defunctis, Eccleſia eâdem autoritate deſtitueretur, eandem aliis communicarunt, quos ſingulis Eccleſiis ubicunque collectis præficerent, ut ordinationes aliaſque res Eccleſiaſticas adminiſtrarent. Sic Evodium hâc poteſtate indutum præficiebant Antiochiæ, Linum, vel Clementem Romæ, &, ut alios taceam, Titum Cretæ, & Timotheum Epheſo. Titum enim Cretæ hanc poteſtatem exercuiſſe, non tantùm antiqui Patres, Euſebius, Theodoretus, Ambroſius, Hieronymus, aliique; ſed & ipſe D. Paulus teſtatur in Epiſtolâ ad eundem ſcriptâ, cap. I. v. 5. Timotheum autem eandem accepiſſe poteſtatem exinde liquet, quòd D. Paulus eum doceat, quomodo acceptam exercere debet, viz. ut neminem citò ordinaret, ut contra Presbyterum accuſationem non admitteret, niſi ſub duobus vel tribus teſtibus, 1. Tim. V. 19, 22. quæ quidem admonitiones ſupervacaneæ prorſus eſſent, niſi Timotheus ordinandi, ac accuſationes contra Presbyteros prolatas audiendi, & proinde in ipſos etiam Presbyteros poteſtatem accepiſſet. Et hinc eſt quod loco prædicto, Philip. I. 1. D. Paulus Timotheum, ut eâdem jam Epiſcopali autoritate præditum, tanquam ſocium ſecum conjungit, dicens Παῦλος καὶ Τιμόθεος, & utriuſque nomine hæc Epiſtola ad Philippenſes mittitur. Ex primo igitur perſonarum Eccleſiaſticarum ordine, duo in hoc verſiculo commemorantur, *Paulus & Timotheus*: Reliquos duos ordines, in ultimis verbis prædicti commatis videre eſt, σὺν ἐπισκόποις καὶ διακόνοις, hos enim diſtinctos eſſe ipſa verba docent. Sub Epiſcoporum autem nomine *Presbyteros* indigitari, rectè obſervant probantque Chryſoſtomus, Theodoretus, & Hieronymus in locum, ἀμφότερα γὰρ εἶχον κατ' ἐκεῖνον τὸν καιρὸν τὰ ὀνόματα. Theodoret. nimirum illis temporibus, ii, quibus ordinandi & res Eccleſiaſticas adminiſtrandi poteſtas commiſſa eſt, nondum *Epiſcopi*, ſed *Angeli* nominabantur. Apoc. I. 20. cap. 2. 1. &c. & *Apoſtoli*, ut ſentit Theodoretus, dicens, quòd non ſoli duodecim a Chriſto electi, ſed ſeptuaginta, ac ipſe etiam Saulus & Barnabas, καὶ ἕτεροι πρὸς τούτοις μόνοι, vocati ſunt *Apoſtoli*. Theodor. in 1. Cor. XII. 28. & alibi, τοὺς δὲ νῦν καλουμένους ἐπισκόπους ἀποστόλους ὠνόμαζον. Idem in 1. Tim. III. 1. Et hinc eſt quod aſſerit, Epaphroditum, per quem Epiſtola hæc ad Philippenſes miſſa eſt, Epiſcopalem autoritatem ſibi commiſſam habuiſſe, eo quod ἀπόστολος vocetur, Phil. II. 25. ὡσπερεὶ τινὸς ἐδόθη εἰς τὴν ἐπισκοπικὴν οἰκονομίαν αὐτῆς ἐπιμελείας, ἔχων ἀποστόλου προσηγορίαν, Theodoret in epiſt. ad Philip. c. I. v. 1, 2. Et quidem pluſquam veriſimile cuipiam videatur, Philippenſes nondum ſingulari alicui Epiſcopo ſubjectos fuiſſe; & ideirco Paulum & Timotheum Epaphroditum, à Philippenſibus ad ipſos miſſum, ordinatum, & Apoſtolicâ ſive Epiſcopali autoritate donatum ad eos remiſiſſe; & Philippenſes propterea admonuiſſe, ut eum cum omni gaudio in Domino exciperent, cap. II. 29. præcipuè cùm eum ἀδελφὸν, καὶ συνεργὸν, καὶ συστρατιώτην appellent, ibid. v. 25. Verum ut ut eſt, inter omnes convenit *Presbyteros* tunc temporis etiam *Epiſcopos* nuncupatos eſſe, ac proinde per verba iſta, σὺν ἐπισκόποις καὶ διακόνοις, iidem Eccleſiaſtici miniſtri intelliguntur, quos Polycarpus in Epiſtolâ ad eoſdem Philippenſes πρεσβυτέρους καὶ διακόνους vocat, ubi ait, διὸ δέον ἀπέχεσθαι ἀπὸ πάντων τούτων, ὑποτασσομένους τοῖς πρεσβυτέροις καὶ διακόνοις, Polyc. epiſt. ad Philip. p. 18. Et hinc eſt, quod pro σὺν ἐπισκόποις καὶ διακόνοις, verſio Syriaca habeat *Cum Presbyteris & Diaconis*; & quod imprimis obſervari dignum eſt, ubicunque propemodum in novo fœdere occurrat vox ἐπίσκοπος, Syriacè per *Presbyter* vertitur 1. Tim. III. 2. Tit. I. 7. & ἐπισκοπὴ per *Presbyteratus*, 1. Tim. III. 1. At hujus verſionis nullam aliam excogitare poſſum rationem, præterquam quòd hæc verſio iſtis temporibus elaborata eſt, quibus nihil inter nomina ἐπίσκοπος & πρεσβύτερος intererat. At ſi non ad temporum Apoſtolicorum finem, ſtatim tamen poſtea diſtinctionem introductam eſſe, Eccleſiaſticæ hiſtoriæ fidem faciant; ut ii videlicet, qui Apoſtolicâ autoritate dignati ſunt, & in locum eorum ſubſtituti, vel quos Apoſtoli ſucceſſores ſuos relinquebant, ut cum Irenæo loquar l. 3. c. 3. *Epiſcopi* nomen, ut officio ſuo maximè congruum, ſibi vendicarent, & alterum *Presbyteri* proximo miniſtrorum ſibi ſubjectorum ordini relinquerent. Si igitur ad Apoſtolica trium horum Eccleſiaſticorum ordinum nomina reſpiciamus, in hoc primo Epiſtolæ ad Philippenſes commate, primò dantur *Apoſtoli*, deinde *Epiſcopi*, & ultimò *Diaconi*: Sin ad hodierna, vel etiam ea, quæ in præcedenti & hoc canone uſurpantur, primò *Epiſcopi*, deinde *Presbyteri*, & ultimò iidem *Diaconi*, de quibus mox agemus.

Ὑπὸ ἑνὸς ἐπισκόπου. Hic duo obſervare eſt; primò quòd Presbyteri ordinatio ab Epiſcopo neceſſariò celebranda eſt; & deinde, quòd ſi ab uno ſolo celebretur, ſatis firma eſt. Quantum ad primum attinet, Ante delirum hoc noſtrum & præcedens ſeculum, Apoſtolicum hoc inſtitutum ab univerſâ Eccleſia religioſiſſimè obſervatum eſt: ut nec inter inferiores Clericos, nedum inter Presbyteros, quiſpiam recenſeretur, niſi ab Epiſcopo ordinatus. Hinc eſt, quòd cum Synodus Conſtantinopolitana ſive Oecumenica ſecunda, Maximum Cynicum Epiſcopum non fuiſſe declaraſſet, protinus ſubjicit, μήτε τοὺς παρ' αὐτοῦ χειροτονηθέντας ἐν οἱῳδήποτε βαθμῷ κλήρου. Syn. CP. can. 4. Et cum vitio verteretur Athanaſio, quòd Macarius, unus ex ipſius Diaconis, myſticum poculum fregerat, Synodus quædam Alexandriæ tunc temporis celebrata, accuſationem iſtam examinans, inveniebat loco, ubi confractum poculum jeciſſent, nullum adfuiſſe Presbyterum, nec Eccleſiaſticum, præter quendam Iſchyram, qui ſe fingebat à Colutho quodam ordinatum: at Coluthum iſtum Presbyterum ſolum, non Epiſcopum fuiſſe, ac proinde Iſchyram ab eo ordinatum, nec Presbyterum, nec in quovis Eccleſiaſtico gradu conſtitutum, ſed purum putum Laicum eſſe. Digniſſima ſunt, quæ obſerventur, Synodi ipſius Verba, Πόθεν δὲ πρεσβύτερος Ἰσχυρᾶς, τίνος καταστήσαντος; ἆρα Κολλούθου; τοῦτο γὰρ λοιπὸν ὑπολείπεται. Ἀλλ' ὅτι Κόλλουθος πρεσβύτερος ὢν ἐτελεύτησε, καὶ πᾶσα χεὶρ αὐτοῦ γέγονεν ἄκυρος, καὶ οἱ παρ' αὐτοῦ κατασταθέντες ἐν τῷ σχίσματι λαϊκοὶ γεγόνασι, καὶ οὕτως συνάγονται δῆλον, καὶ οὐδενὶ ἀμφίβολον. Apud Athanaſ. in Apolog. 2. de fuga ſua p. 570. l. A. edit. Commelio. Quinetiam Synodus Sardicenſis Iſchyram hunc nec Presbyterum fuiſſe dicit, ἐπειδὴ τὸν συκοφαντήσαντα αὐτοὺς, μηδὲν τῷ Ἰσχυρᾷ διδόναι ἐπισκοπῆς ὄνομα, τὸ μηδὲ πρεσβυτέρου τυγχάνοντα, apud Theodoret. hiſt. Eccleſ. l. 2. c. 6. Ut non mirum ſit, quod ipſe quoque Hieronymus ordinandi poteſtatem penes Epiſcopos ſolos eſſe, denegare non potuit; ubi ait, *Quid facit, exceptâ ordinatione, Epiſcopus, quod Presbyter non faciat?* Hieron ad Evagrium. Hinc etiam eſt, quod ſi dubium ſit, an Epiſcopus fuerit, necne, qui Presbyterum ordinavit, ab Epiſcopo ſuo benedictionem Presbyteratus accipere, & conſecrari, & ſic miniſterio ſacro fungi debere, aſſerat Greg. III. ad Bonifac. epiſt. 1. apud Gratian. diſtinct. 68. cap. 2. Imò quidem uſque adeo tenaces hujus (ut par eſt) inſtituti veteres fuerunt Patres, ut Concilium Hiſpalenſe ſecundum, cùm intellexiſſet, quod in Egabrenſis Eccleſiæ Clericis, dum unus ad Presbyterium, duo ad Levitarum miniſterium ſacrarentur, Epiſcopus eorum oculorum dolore detentus manum ſuam ſuper eos tantum poſuerat, & Presbyter quidam illis benedictionem dederat, protinus decernebat, *ut hi, qui ab eo non conſecrationis titulum, ſed ignominiæ potiùs elogium perceperunt, de gradu ſacerdotalis vel Levitici ordinis, quem perversè adepti ſunt, depoſiti, æquo judicio abjiciantur.* Concil. Hiſpal. 2. C. 5. Quod autem unus ſolus Epiſcopus Presbyterum ordinare poteſt, idem quoque Concilium Hiſpalenſe docuit, dicens, *Epiſcopus cum ſacerdotibus & miniſtris ſolus honorem dare poteſt, auferre ſolus non poteſt*, ibid. Can 6. Et Aurelius in Concilio Carthaginenſi dixit, ὥστε συγχειροτονεῖν δύναται ὁ εἷς ἐπίσκοπος πολλοὺς χειροτονεῖν πρεσβυτέρους.

Can.

Can. Gr. 59. vel Carthag. 3. can. 43. A quarto autem Concilio Carthaginenſi conſtitutum eſt, *ut Presbyter cum ordinatur, Epiſcopo eum benedicente, & manum ſuper caput ejus tenente, etiam omnes Presbyteri, qui præſentes ſunt, manus ſuas juxta manus Epiſcopi ſuper caput illius teneant*. Concil. Carth. 4. can. 3. Idem & in Eccleſiæ Alexandrinæ Conſtitutionibus decernitur, *Cum vult Epiſcopus ordinare Presbyterum, manum ſuam capiti ejus imponat, ſimulque omnes Presbyteri iſtud tangant*. Eccl. Alex. conſtit. cap. 6. Quod quidem in noſtrâ etiam Eccleſiâ hucuſque obſervatur. Sed interim non tacendum eſt, hodiernos noſtros Presbyterianos, Aerii veteris hæretici veſtigiis hac in re inſiſtentes, ſupra dictum primum Epiſtolæ ad Philippenſes verſiculum ſæpius citâſſe ad probandum, duos tantum Eccleſiaſticarum perſonarum ordines, Presbyteros & Diaconos, Apoſtolorum diebus conſtitutos eſſe: nimirum, idcirco quod nullus ibidem inter Epiſcopos & Diaconos ordo interponatur. Quàm perperam autem hanc ſuam ipſorum ſententiam dictis Apoſtoli verbis fundare nituntur, nullo negotio oſtenditur. Primo enim Epaphroditus, qui Philippenſium Epiſcopus ab ipſis Apoſtolis conſtitutus traditur, cum hæc Epiſtola ſcriberetur, cum D. Paulo Romæ aderat, & ab eo ad Philippenſes mittebatur, cap. 2. 25. hanc etiam Epiſtolam ſecum ad eos referens, atque ideo non potuit unà cum Epiſcopis ibi conſiſtentibus commemorari. Deinde ſi demus Epaphroditum iis tunc temporis non præpoſitum fuiſſe, ſub nomine tamen Epiſcoporum ſuperior æque ac inferiores Epiſcopi, ſive Epiſcopus propriè ſic dictus non minus quam Presbyteri, comprehenditur ac ſalutatur. Adhæc quid ſi concedamus nullum ſingularem Epiſcopum Philippis adhuc ordinatum eſſe? hinc nequaquam conſequetur duos tantum ordines ibidem inventi. Quid enim, nullusne Apoſtolus Epiſcopis & Diaconis ibi conſtitutis præerat? Neque enim quiſpiam ſibi perſuadeat Apoſtolos omnem Eccleſiarum, ſimul ac fundatæ ſunt, curam ſibi protinus excuſſiſſe, vel iis ἐπισκοπὴν deſiſſe, uſque dum Epiſcopum ſingulis Eccleſiis præfeciſſent. Et quidem aliquem ex Apoſtolis cathedram ſuam Philippis aliquando habuiſſe, ipſumque non tantum Eccleſiæ ibi congregatæ præfuiſſe, ſed & alium ſibi decedenti ſucceſſorem conſtituiſſe, omni exceptione majorem habemus teſtem Tertullianum, qui adverſus hæreticos diſputans, *Age jam*, inquit, *qui voles curioſitatem melius exercere in negotio ſalutis tuæ, percurre Eccleſias Apoſtolicas apud quas ipſæ adhuc cathedræ Apoſtolorum ſuis locis præſidentur, apud quas ipſæ authenticæ literæ eorum recitantur, ſonantes vocem & repræſentantes faciem uniuſcujuſque. Proximè eſt tibi Achaia? habes Corinthum: ſi non longe es à Macedoniâ, habes Philippos, habes Theſſalonicenſes. Si potes in Aſiam tendere, habes Epheſum. Si autem Italiæ adjaces, habes Romam, unde nobis quoque autoritas præſto eſt.* Tertul. de præſcr. adv. hær. c. 36. Hic enim Philippos inter iſta recenſitos loca videmus, quibus ipſæ Apoſtolorum cathedræ conſtitutæ ſunt: quas etiam ibidem continuatâ Epiſcoporum ſucceſſione uſque ad Tertulliani tempora occupatas eſſe & ſummo honore habitas, ex verbis illis, *apud quas ipſæ adhuc cathedræ Apoſtolorum præſidentur*, clariſſimè conſtat. Ex eo autem quod Philippenſes S. Pauli neceſſitatibus toties ſubminiſtrarunt, & ipſe ad eos præ aliis divinam hanc Epiſtolam mittere dignatus eſt, præcipuè autem quod Eccleſia Philippis ab eo primo fundata eſt, Act. 16. D. Paulum iis peculiari modo aliquandiu, hoc eſt, uſque dum alium ſui deceſſuri loco ſubſtituiſſet, præfuiſſe, non inepte conjicitur. Sed quid pluribus in re tam apertâ opus eſt? D. Paulum enim & Timotheum etiam, non puros putos Presbyteros fuiſſe aut Diaconos, ſed ordinis iis ſuperioris ipſi etiam adverſarii agnoſcunt. Affirmant itidem Epiſcopos in ſupra dicto commate de Presbyteris intelligendos eſſe. Quid autem apertius, quid certius eſſe poteſt quàm hinc neceſſario confici, tres minimùm in Eccleſiâ ordines tunc temporis extitiſſe? Sane ſi quid apertius, ſiquid certius eſſe poteſt, hoc ipſum eſt, Apoſtolos ſcilicet, utcunque Eccleſiam recens natam, & in incunabulis vagientem ipſi primo gubernarunt, ad futuram tamen & perpetuam rerum Eccleſiaſticarum adminiſtrationem, tres diſtinctos miniſtrorum ordines conſtituiſſe, priuſquam militantem triumphanti Eccleſiâ commutarent: nullam enim invenire eſt Eccleſiam ab ipſis fundatam, quâ totidem religioſe non obſervati ſunt. Quomodo autem primo introduci cœperint niſi ab ipſis Apoſtolis conſtituti fuiſſent, viderint adverſarii, me prorſus latet. Præſertim cùm non tantum tertio demum poſt Apoſtolos ſeculo, ſed ipſis etiam adhuc viventibus, & proximo poſt eos martyrii coronâ redimitos ſeculo, nec uno tantum alterove loco, ſed ubique terrarum obtinuerint. Quod ut palam fiat, primo Clemens ille Romanus ab ipſis Apoſtolis Romanæ Eccleſiæ præpoſitus, in Apoſtolicâ illâ quam ad Corinthios ſcripſit Epiſtola, ubi eos omnia ritè ac ordine facienda monet, hæc habet, τῷ γὰρ Ἀρχιερεῖ ἴδιαι λειτουργίαι δεδομέναι εἰσί, καὶ τοῖς ἱερεῦσιν ἴδιος ὁ τόπος προστέτακται, καὶ λευΐταις ἴδιαι διακονίαι ἐπίκεινται· ὁ λαϊκὸς ἄνθρωπος τοῖς λαϊκοῖς προστάγμασι δέδεται. Ἕκαστος ὑμῶν ἀδελφοὶ ἐν τῷ ἰδίῳ τάγματι εὐχαριστείτω Θεῷ ἐν ἀγαθῇ συνειδήσει ὑπάρχων, μὴ παρεκβαίνων τὸν ὡρισμένον τῆς λειτουργίας αὐτοῦ κανόνα ἐν σεμνότητι. *Summo quippe ſacerdoti ſua munera tributa ſunt: ſacerdotibus etiam locus proprius aſſignatus eſt; & Levitis ſua miniſteria incumbunt. Laicus laicis præceptis conſtringitur. Unuſquiſque veſtrûm, fratres, in ſuo ordine & ſtatione manens Deo in bonâ conſcientiâ gratias agat*, (vel potius *Euchariſtiam peragat*) *& cum decore intra præſcriptum miniſterii ſui canonem ſe contineat*. Clem. ad Cor. p. 53. Hic primo obſervandum eſt, Clementem iiſdem Eccleſiaſticos ordines nominibus deſcribere, quibus in Synagoga Judaica inſigniti ſunt, propterea quod iidem ordines ex veteris etiam legis præſcripto, apud Judæos diu obtinuerant, & è Synagoga in Eccleſiam ab ipſo Chriſto & Apoſtolis ejus tranſcripti fuerant, ac proinde ab aliis non æque ac à Clemente *Epiſcopus* Ἀρχιερεὺς, *Presbyter* ἱερεὺς, & *Diaconus* λευΐτης ſæpiſſime appellantur. Clementem autem hic diſtinctos miniſtrorum ordines, ut in Chriſtianæ etiam Eccleſia conſtitutos, indigitare, ex ipſis verbis quæ tranſcripſimus abunde conſtat. Cùm enim, ut videre eſt, omnes in Eccleſia ordines recenſuiſſet, addit proximè, *Unuſquiſque veſtrûm fratres in ſuo ordine* &c. Hinc enim clariſſimè colligitur, præcedentia verba ad eos, ad quos ſcripſit, pertinere, viz. Corinthios Chriſtianos, atque etiam aliquos eorum ſingulis ordinibus à ſe recenſitis conſtitutos eſſe: ut unus eſſet Ἀρχιερεὺς *Epiſcopus*; alii ἱερεῖς *Presbyteri*; alii denique λευΐται *Diaconi*, quibus ἴδιαι διακονίαι incumbunt: quos ſingulos igitur intra præſcriptum miniſterii ſui canonem ſe continere monet. Et ut huic ſuæ admonitioni majorem vim incuteret, ipſos etiam Judæos iis ante oculos ponit, apud quos omnia rite ac ordine perficiuntur. Nam nec ſacrificia, inquit, ab iis uſlibi offeruntur, præterquam Hieroſolymis, nec ibi priuſquàm à ſummo ſacerdote ac prædictis miniſtris inſpecta ſunt: ac ſi dixiſſet, hujuſmodi miniſtri apud Judæos quoque conſtituti ſunt, & munia ſua conſtanter, & ritè obeunt, à Laicis nunquam perturbati, quanto magis hoc Chriſtianos decet? Nec quenquam movere debet, quòd Clemens paucis interjectis ait, Apoſtolos per Chriſti reſurrectionem plenâ certitudine imbutos, Epiſcopos, & Diaconos conſtituiſſe. Ibi enim Clemens non de ſtatu Eccleſiæ, ut ſuis temporibus conſtitutæ, loquitur, ſed ut ſeſe habebat proxime poſt Chriſti reſurrectionem, ut ipſa verba docent. Verum & tunc etiam tres diſtincti erant in Eccleſiâ ordines, Apoſtoli, & Epiſcopi, ſive Presbyteri, Diaconique ab iis ordinati. Epiſcopi autem propriè ſic dicti in Apoſtolorum locum ſuccedunt, & non neceſſe erat, ut Apoſtoli ſucceſſores ſuos prius deligerent, quàm ipſi receſſuri erant. Eos autem antequam hinc emigrarent, ſucceſſores ſuos Apoſtolos, ſive Epiſcopos propriè ſic dictos ordinâſſe, ac proinde tres in Eccleſiâ miniſtrorum ordines poſt ſe reliquiſſe, ex ſupra laudatis Clementis Romani verbis probe ſatis conſtat. Nec enim eum latere potuit, quos ordines Apoſtoli in Eccleſiâ conſtituerant, quippe qui ab ipſis in ſucceſſorem ſubſtitutus eſt. Porro prius quàm ille Eccleſiam Romanam deſeruit, Ignatius Antiochenæ præfectus eſt. Qui etiam non minus quàm ille cum ipſis Apoſtolis conſortii habuit; adeo ut nec clam eo eſſe potuit, quos Apoſtoli ordines in Eccleſiâ præſcripſerant. Ille autem in indubitatis illis & ſummæ fidei Epiſtolis quas ſcripſit, tres perpetuo numerat; nimirum Epiſcopos, Presbyteros, & Diaconos. In Epiſtola ad Magneſianos, ὥσπερ οὖν ὁ κύριος ἄνευ τοῦ πατρὸς οὐδὲν ποιεῖ, οὕτω καὶ ὑμεῖς ἄνευ τοῦ ἐπισκόπου, μηδὲ πρεσβύτερος, μηδὲ διάκονος, &c. & in initio Epiſtolæ *Damam* eorum Epiſcopum, & *Baſſum* ac *Apollonium* Presbyteros nominatim laudat. In epiſtolâ ad Trallianos, Ἀναγκαῖον οὖν ἐστιν, ὥσπερ ποιεῖτε, ἄνευ τοῦ ἐπισκόπου μηδὲν πράττειν ὑμᾶς· ἀλλ᾽ ὑποτάσσεσθαι καὶ τῷ πρεσβυτερίῳ —— δεῖ καὶ τοὺς διακόνους ὄντας μυστηρίων Χριστοῦ Ἰησοῦ &c. Et in initio itidem *Polybium* eorum Epiſcopum diſerte nominat. In Epiſtolâ ad Philadelphenos, τῷ ἐπισκόπῳ προσέχετε, καὶ τῷ πρεσβυτερίῳ, καὶ τοῖς διακόνοις. In Epiſtolâ ad Epheſios, ὑποτασσόμενοι τῷ ἐπισκόπῳ καὶ τῷ πρεσβυτερίῳ, & paullo ante *Burrhum* ibi Diaconum atque etiam *Oneſimum* eorum Epiſcopum nominatim commemorat. In Epiſtolâ ad Smyrnenſes, Πάντες τῷ ἐπισκόπῳ ἀκολουθεῖτε, ὡς ὁ Χριστὸς Ἰησοῦς τῷ πατρί, καὶ τῷ πρεσβυτερίῳ ὡς τοῖς ἀποστόλοις, τοὺς δὲ διακόνους ἐντρέπεσθε· & eos poſtea extremâ quaſi Epiſtolâ omnes ſalutat, Ἀσπάζομαι τὸν ἀξιόθεον ἐπίσκοπον, καὶ τὸ θεοπρεπὲς πρεσβυτέριον, καὶ τοὺς διακόνους. Nullus itaque dubitandi locus relinquitur, quin ad finem ſaltem temporum Apoſtolicorum, ſive ante centeſimum à Chriſto natum annum (nam S. Johannes ultimus Apoſtolorum diem obiit anno 99.) tres diſtincti ordines in Eccleſiâ conſtituti ſunt. Eoſdem autem & poſtea retentos eſſe, æque manifeſtum eſt. Quippe A. D. 142. ſive quadrageſimo tertio poſt S. Johannis obitum, Pius primus ad ſedem Romanam provectus eſt. Hic autem in indubitatâ illius epiſtolâ ad Juſtum Viennenſem Epiſcopum, ait, *Tu vero apud ſenatoriam urbem Viennenſem*, cum (Veri) *loco à fratribus conſtitutus & colobio Epiſcoporum veſtitus, vide ut miniſterium quod accepiſti in Domino impleas.* Et paucis interjectis, *Presbyteri & Diaconi, non ut majorem, ſed ut miniſtrum Chriſti te obſervent.* Hic enim Juſtum Epiſcopum, & Presbyteros, & Diaconos ſimul commemoratos videmus. Deinde anno 180. Irenæus Epiſcopus Lugdunenſis claruit. Is autem Epiſcopos Apoſtolis ſuccedere, iiſque Eccleſias ab Apoſtolis commiſſas, diſerte aſſerit. Iren. l. 3. c. 3. Et præcedente capite alibique Presbyterorum etiam meminit. Diaconorum, fateor, rariùs, quos tamen ſemper & ubique conſtitutos eſſe nemo nunquam

quam inficias ivit: & propterea Irenæi etiam diebus dictos tres ordines in Galliâ extitiſſe, nemini dubium eſſe poteſt. Præcipuè cum iiſdem ferè temporibus eos omnes Carthagine & Alexandriæ diſtinctè ordinatos fuiſſe, locupletiſſimos habeamus teſtes, Tertullianum, Clementem Alexandrinum, & Origenem. Tertullianus, *Dandi quidem* (baptiſmum inquit) *habet jus ſummus ſacerdos, qui eſt Epiſcopus, dehinc Presbyteri, & Diaconi, non tamen ſine Epiſcopi autoritate, propter Eccleſiæ honorem.* Tertul. de baptiſmo c. 17. *Quod enim ex æquo accipitur, ex æquo dari poteſt, niſi Epiſcopi Epiſcopi jam, aut Presbyteri, aut Diaconi vocantur.* ibid. *Itaque alius hodie Epiſcopus, cras alius: hodie Diaconus qui cras lector: hodie Presbyter qui cras Laicus.* Id. de præſcript. adv. hær. c. 41. Clemens Alexandrinus, Ἐπεὶ καὶ αἱ ἐνταῦθα κατὰ τὴν ἐκκλησίαν προκοπαὶ, ἐπισκόπων, πρεσβυτέρων, καὶ διακόνων μιμήματα οἶμαι ἀγγελικῆς δόξης. Strom. lib. 6. Origenes, ὁ γὰρ τοιοῦτος ἐπίσκοπος οὐ καλοῦ ἔργου ἐπιθυμεῖ --- τὸ δὲ αὐτὸ καὶ περὶ πρεσβυτέρων καὶ διακόνων ἐρεῖς. Orig. in Matt. c. 15. καὶ ἀνθιστάμενον ἐπισκόπῳ, ἢ πρεσβυτέροις, ἢ διακόνοις. ibid. c. 21. *Ecce qualis Epiſcopus, aut qualis Presbyter, vel qualis Diaconus.* Id. in Num. Hom. 2. *Vidit & ſedem puerorum ejus, Eccleſiaſticum, puto, ordinem dicit, qui in Epiſcopatus vel Presbyterii ſedibus habetur. Vidit & ordinationes ſive ſtationes miniſtrorum ejus, Diaconorum, ut mihi videtur, ordinem memorat, aſtantium divino miniſterio.* Id. in Cant. hom. 2. *Eccleſiarum rectoribus & Principibus loquitur, his videlicet qui judicant eos qui intus ſunt, id eſt, Epiſcopis vel Presbyteris, & Diaconis.* Id. in Epiſt. ad Rom. l. 2. Ex omnibus hiſce veterum teſtimoniis obſervetur primo, tres diſtinctos Eccleſiaſticorum miniſtrorum ordines, ſive Epiſcopos, Presbyteros, & Diaconos etiam proximo poſt Apoſtolos ſeculo, non in uno alterove loco, ſed in omnibus tunc dierum cognitis terræ habitabilis partibus Europâ, Aſiâ, & Africâ conſtitutos eſſe: in Europâ quidem, ut ex Clemente & Pio Romanis, & Irenæo Gallicano Epiſcopo; in Aſiâ ut ex Ignatii Antiocheni Epiſtolis ad diverſas Aſiæ Eccleſias ſcriptis; & in Africa, ut ex Tertulliano, Clemente Alexandrino, & Origene conſtat. Deinde ſi nullum aliud extaret, hoc validiſſimo & invicto eſſet argumento, eos tres ordines ab ipſis Apoſtolis ſancitos eſſe; omnem enim fidem ſuperat, ut Eccleſiæ ubicunque terrarum conſtitutæ, & tanto à ſe invicem intervallo diſterminatæ; in eoſdem conſpirarent, niſi ab ipſis eos Apoſtolis, à quibus & fidem, traditos accepiſſent. Denique non mirum eſſe quod Epiſcoporum, Presbyterorum, & Diaconorum mentio in his canonibus, etiamſi ſecundo ut nobis viſum eſt, exeunte, tertiove ineunte ſeculo divulgatis, toties occurrit, ſiquidem longe ante, & ab ipſa origine ubique terrarum obtinuerant: idque, quod imprimis obſervandum eſt, etiamſi nullus unquam canon, nulla lex, nullum decretum, à Concilio quovis aut antiquo Patre editum eſt, quo vel unus quivis è tribus hiſce ordinibus, conſtitutus legitur, aut confirmatus. In hiſce, fateor, canonibus multa de celebrandis Epiſcoporum, Presbyterorum, & Diaconorum ordinationibus occurrunt, ut & quibus quiſque muneribus fungi, & intra quos ſe limites continere debet: ſed nec in iis, nec in omnibus Conciliorum tomis, nec in ullis aliis è venerabilibus antiquorum patrum monumentis, vel verbum de primâ ipſorum ſive in univerſâ, ſive in ſingulari aliquâ Eccleſiâ, inſtitutione, præterquam Apoſtolicâ extat. Neque enim in poteſtate cujuſvis, non viri dico ſed Concilii ſitum erat, alios conſecratorum miniſtrorum ordines per totum terrarum orbem introducere, quam qui ab ipſis Apoſtolis inſtituti ſunt; ut penes quos ſolos erat, diſciplinam Eccleſiæ unâ cum fide ubique gentium ſtabilire: ac proinde tres ſupradictos ordines, hoc & præcedenti canone diſertè commemoratos, Apoſtolicæ inſtitutioni acceptos referamus, neceſſe eſt.

Καὶ διάκονος. Prima Diaconorum ordinatio ab Apoſtolis inſtituitur Act. 6. Hic enim ſeptem ab Apoſtolis ordinati dicuntur, ut menſis miniſtrarent, quos omnes è LXX. diſcipulis, quos Chriſtus elegerat, fuiſſe, Epiphanius teſtatur dicens, ἀπέστειλε δὲ καὶ ἄλλους ἑβδομήκοντα δύο κηρύττειν, ἐξ ὧν ἦσαν οἱ ἑπτὰ οἱ ἐπὶ τῶν χηρῶν τεταγμένοι, Epiph. adv. hær. part. 2. par. 4. Per Apoſtolicam autem χειροτονίαν, non menſarum tantummodo, ſed totius Eccleſiæ miniſtros conſtitutos eſſe, ex eo liquet, quòd Stephanus, unus ex iis, ſtatim prædicâſſe dicitur, Act. vi 8. Et Philippus, alius, non prædicâſſe ſolùm, Act. viii. 5. ſed & baptizâſſe ibid. v. 38. Hinc eſt, quòd ab ipſis Eccleſiæ primordiis Diaconi inter Eccleſiæ miniſtros recenſiti ſunt. Ignatius, Δεῖ δὲ καὶ τοὺς διακόνους ὄντας μυστηρίων Χριστοῦ Ἰησοῦ κατὰ πάντα τρόπον ἀρέσκειν, οὐ γὰρ βρωμάτων καὶ ποτῶν εἰσὶ διάκονοι, ἀλλ᾽ ἐκκλησίας Θεοῦ ὑπηρέται. Ignat. epiſt. ad Trall. p. 48 edit. Voſſ. Cyprianus, *Diaconos autem poſt aſcenſum Domini in cælos Apoſtoli ſibi conſtituerunt, Epiſcopatus ſui & Eccleſiæ miniſtros.* Cyprian. ad Rogat. epiſt. 9. l. 34. lib. 3. Clemens Alexandrinus, ὁμοίως κατὰ τὴν ἐκκλησίαν, τὴν μὲν βελτιωτικὴν οἱ πρεσβύτεροι σώζουσιν εἰκόνα, τὴν ὑπηρετικὴν δὲ οἱ διάκονοι. Clem. Alex. Strom. l. 7. ſtatim ab initio. Origenes Diaconorum, ut mihi videtur, ordinem memorat aſtantium divino miniſterio. Orig. Hom. 2. in Cant. p. 323. l. A. oper. edit. Par 1619. Et ut alios è recentioribus taceam, Ælfricus, *Diaconus eſt, qui miſſali ſacerdoti miniſtrat, & oblationes ſuper altare ponit, & in divinorum celebratione Evangelium legit: & poteſt baptizare &c.* Ælfric. can. ad Walſin. Quòd autem Diaconus ab Epiſcopo, eoque ſolo ordinandus eſt, Concilium etiam Carthaginenſe quartum olim decrevit, his verbis, *Diaconus cum ordinatur, ſolus Epiſcopus, qui eum benedicit, manum ſuper caput illius ponat; quia non ad ſacerdotium, ſed ad miniſterium conſecratur*, Concil. Carthag. 4. can. 4.

Καὶ οἱ λοιποὶ κληρικοί. Frequens *Cleri* & *Clericorum* occurrit mentio in ſecundi etiam & tertii ſeculi ſcriptoribus, v. Tertull. de Monogam. cap. 12. Origen. hom. 7. in Jer. Cyprian. epiſt. lib. 3. epiſt. 5. 10. &c. epiſt. ad Presbyter. &c. Quinam autem λοιποὶ κληρικοὶ hìc vocentur, ex Juſtiniano diſcamus, qui præter *Presbyteros* & *Diaconos*, etiam *Subdiaconos*, *Lectores*, & *Cantores* in Clericorum numerum refert, dicens, τοὺς δὲ πρεσβυτέρους, καὶ διακόνους, καὶ ὑποδιακόνους, καὶ ἀναγνώστας, καὶ ψάλτας, οὓς πάντας κληρικοὺς καλεῖσθαι, Juſtinian. Novel. 123 c. 19. quæ & ſim eſt Baſilic. l. 3. c. 33. Eoſdem autem & in hoc canone intelligendos eſſe, ex can. Apoſt. 26. ſatis patet, quo conſtituitur, ex iis, qui non ductâ uxore εἰς κλῆρον promoti ſunt, uxorem ſi velint, ducere, ἀναγνώστας καὶ ψάλτας μόνον. Hinc enim conſtat iis, quibus deſcripti ſunt hi canones, temporibus; *Lectores* & *Cantores* Clericorum infimos fuiſſe. Quòd denique ad horum vocabulorum etymologiam ſpectat, ipſum audiamus Hieronymum, *ſi enim*, inquit, κλῆρος *græcè*, *ſors Latinè appellatur, propterea vocantur Clerici, vel quia de ſorte ſunt Domini, vel quia ipſe Dominus ſors*, id eſt, *pars Clericorum eſt.* Hieronym. ad Nepotian. de vitâ Clericorum.

In Can. III.

Ἐπὶ τῆς ἁγίας θυσίας. In primitivâ Eccleſiâ, juxta præceptum 1. Cor. xvi. 2. ab iis qui Eccleſiam ingrediebantur, ſingulis diebus dominicis fiebant oblationes, ut ex Juſtino Martyre colligimus, dicente, οἱ εὐποροῦντες δὲ καὶ βουλόμενοι κατὰ προαίρεσιν ἕκαστος τὴν ἑαυτοῦ, ὃ βούλεται, δίδωσι, καὶ τὸ συλλεγόμενον παρὰ τῷ προεστῶτι ἀποτίθεται. Juſtin. Martyr. Apol. 2. p. 77. l. 36. edit. Commelin. Eadem pene habes & apud Tertullian. Apol. cap. 39. Hinc D. Cyprianus divites matronas increpat, quòd nihil contribuerant. *Locuples, & dives es, & dominicum celebrare te credis, quæ Corbonam omnino non reſpicis, quæ in dominicum ſine ſacrificio venis, quæ partem de ſacrificio quod pauper obtulit, ſumis?* Cyprian. de opere & eleemoſynis p. 155. l. 4. edit. Manut. Et Auguſtinus, ſive auctor ſermonum de tempore, *ſecundum vires veſtras eleemoſynas pauperibus exhibete, oblationes, quæ in altari conſecrentur, offerte; erubeſcere debet homo idoneus, ſi de alienâ oblatione communicaverit.* Serm. de tempore 215. Ex oblatis igitur alia in Eccleſiæ miniſtrorum ſuſtentationem in gazophylacio, vel, ut loquitur Tertullianus, in arcâ cuſtodiebantur; alia verò ad altare oblata conſecrabantur. Hoc itaque tertio canone cautum eſt, ne quis aliud quippiam in ſacrificio incruento, ſive cœna Dominicâ ad altare offerat, præter panem & vinum ab ipſo Chriſto inſtituta, uti Balſamon & Zonaras canonem hunc interpretantur. Quibus ſuffragatur Joſephus Ægyptius in Arabica canonum collectione, quâ hæc prima pars hujus canonis ſic exprimitur: *Quicunque Epiſcopus vel Presbyter legem Domini noſtri Jeſu Chriſti de oblatione tranſgreſſus fuerit, & ſuper altare obtulerit Mel, aut Lac, vel etiam pro puro vini loco adhibuerit potum inebriantem, vel quippiam ex vino confectum, igne aut aliter parato, aut avem aliquam, aut animal, aut aliam beſtiam, præter oblationem quam Dominus Jeſus præcepit ex pane ſimilagineo puro, utroque, & vino ex uvis vitis ortis preſſo, qui nimirum hoc tranſilierit, ſacerdotio ejiciatur.* Per vinum igne paratum iſtud fortaſſis hic indigitatur, quod Avicenna *ablutum* vocat, & ſic definit, *Et bonum vinum eſt, quod ablutum dicitur, fitque hoc modo; Sumantur tres partes muſti, & una aqua, & coquantur quouſque tertia pars abſumatur.* Avicen. l. 1. fen. 3. p. 85. Cum vinum autem hujuſmodi, non merum ſit, ſed muſtum, ebrietatem citiùs producet, ut idem aſſerit, probatque dicens *Muſtum citius inebriat, eo quod aquoſitas penetrat.* Avicen. ibid. Et idcirco id genus vini in hoc canone ſub generali etiam nomine *potûs inebriantis* prohibetur, juxta paraphraſin Arabicam, & juxta ipſum quoque canonem, σίκερα ἐπιτηδευτὰ offerre prohibentem, uti mox patebit.

Πλὴν νέων χίδρων. Interpretes hìc conſentiunt, quòd hoc canone præcipitur, ut novæ ſpicæ, tempore opportuno, id eſt, cùm primò matureſcunt, non in ſacrificia Deo, ſed ut primitiæ ſacerdoti offerantur. Sic etiam Scholiaſtes in Harmenopuli epitomen, οὐχ ὡς θυσία ταῦτα, ἀλλ᾽ ὡς ἀπαρχὴ τῷ ἱερεῖ δίδοται. Harmenop. epit. can. ſect. 2. tit. 2. Hinc hæc canonis pars in Arabicâ collectione vocatur *lex de primitiis frugum*, viz. ut *Spica fricabilis, & bacca uvæ* cùm primo matureſcant ad Eccleſiam offerantur, *Et benedicat ei Sacerdos precibus ei præſcriptis, & inter fideles diſtribuat, priuſquam areola iſta demetatur.* Ubi obiter obſerves velim vocem אנדר *Ander*, non ut alibi *aream*, quâ teruntur, ſed potiùs *areolam* ſive partem agri, quâ ſeruntur fruges, hìc ſignificare. Derivatur autem hæc vox Arab. *Ander*, ut & Chald. אדרא & Syriaca à Græcâ ἄνδηρον ſive ἀνδηρὶς ut ſuſpicatur Samuel Bochartus de animal. part. 1. l. 2 c. 49 p. 548. l. 36. Ἄνδηρα vero, μέρη τι τῶν κήπων, ὥσπερ ἡ πρασιά. Suid. & ſic

& ſic Ἄνδηρος. Heſychius. Ἀνδηρίδες, πρασιαὶ, ὀχετοὶ περιχώδεις. Et ut Ἄνδηρα ſive Ἀνδηροὶ partem horti, quâ flores, ſic *Ander*, partem iſtam agri, quâ fruges creſcunt, indigitare videtur; vel ut Theocritus in ruminibus ſive Bucoliaſtis, Ἄνδηρα pro ipſis floribus:

> Ἀλλ' ἃ συρφώδης ἐπὶ κανθαροειδέϊ, οὐδ' αἰπολικὸν
> Ἔργ' ἐσίδω. τ' ἄνδηρα ποτ' ἀλγεινοῖσι πέφυκε.

Sic & hic אנדר pro *ſegete in agro ſato* accipiatur. Quam etiam non demetendam eſſe præcipitur, priuſquam primitiæ Sacerdoti offerantur, idque, non hoc tantum canone, ſed & Conſtitut. Apoſt. l. 2. c. 25. & l. 7. c. 30. & à Concilio Hiſpalenſi primo dicente, *Omnes primitias & decimas, tam de pecoribus quam de frugibus, dives ſimul & pauper Eccleſiis ſuis rectè offerant.* Concil. Hiſpal. apud Ivon. p. 3. c. 174. Extant autem in MS. Bodleiano χύλια quædam ad hunc canonem annexa, quæ hunc primitias offerendi ritum è lege Moſaicâ petitum obſervant, hiſce verbis, Ἐν τῷ νόμῳ λέγει, προσενέγκητε χίδρα νέα φρυκτὰ, ἕως ἂν προσενέγκητε ὑμεῖς τὰ δῶρα τοῦ Θεοῦ ὑμῶν. καλῶς τοίνυν, οἷς ὁ Παλαιστίνης ἐπιχωριάζει γῆς ὅπως τὰ ἀρχαῖα φυτὰ ἐσθίειν, μὴ πρότερόν τινα τοῖς στάχυσιν ἅψασθαι, ἢ ἀφῦσαι ἢ θερίσαι ἢ φρύξαι, ἕως ἂν ἐκ τούτων τῷ Θεῷ προσενεχθῶσι δράγματα. καλὸν δὲ τοῦτο προσεπιτηδεύεσθαι τῇ τῶν πάντων ἡμέρᾳ· ἐπεὶ ἐν ταύταις ἕκαστοι δωδεκάδας ἀπαρχῶνται, καὶ τῇ πεντηκοστῇ ἀναπλῆσαι τὴν ἑορτὴν, ἕως ἂν μετέχομεν οἱ εἰς τὴν γῆν ἐπαγγελίας εἰσιόντες.

Ἢ ἔλαιον εἰς λυχνίαν καὶ θυμίαμα. *Luminari oleo accenſa* à primitivâ Eccleſiâ uſitata eſſe, ex Narciſſi, Origenis æqualis, hiſtoriâ ab Euſebio traditâ patet. Scribit enim Euſebius in magnâ paſchæ vigiliâ, oleum miniſtris defuiſſe, Aquam autem Narciſſi mandato lucernis infuſam in oleum protinus miraculosè converſam eſſe, Euſeb. hiſt. Eccleſ. l. 6. cap. 9. & ex eo Niceph l. 5. c 9. Incenſum autem iiſdem etiam temporibus in uſu fuiſſe, fidem facit Hippolytus, qui tertio ineunte ſeculo claruit, dicens, Πενθεῖ δὲ αἱ ἐκκλησίαι πένθος μέγα, διότι οὔτε προσφορὰ οὔτε θυμίαμα ἐπιτελεῖται. Hippol. de conſummat. mundi p. 357. l. A. tom. 2. Bibl. patr. Græc. Ergo antea uſitata fuerant. D. Ambroſius, *Atque utinam nobis quoque adolentibus altaria, ſacrificium deferentibus aſſiſtat Angelus, imo præbeat ſe videndum.* Ambroſ. in Luc. c. 1. de Angeli apparitione. Hinc in S. Chryſoſtomi liturgiâ, Diaconus λαβὼν τὸ θυμιατήριον καὶ τὸ θυμίαμα, λέγει πρὸς τὸν ἱερέα. εὐλόγησον, δέσποτα. τὸ θυμίαμα. Deinde ſacerdos ſic precatur, Θυμίαμά σοι προσφέρομεν, Χριστὲ ὁ Θεὸς, εἰς ὀσμὴν εὐωδίας πνευματικῆς· ὃ προσδεξάμενος, δέσποτα, εἰς τὸ ὑπερουράνιον, καὶ ἀντικατάπεμψον καὶ ταχέως σοι θυμιάσομεν &c. Bibl. patr. Græc. tom. 2. pag. 63. Alias orationes in eundem finem conceptas videſis apud Hug. Menard. in append lib. Sacram. S. Greg. Radulphus Tungrenſis prop. 23. hunc ritum à Leone primo in Eccleſiam introductum arbitratur: verum huic potius canoni adſcribendus eſt; cujus ultimam hanc partem Paraphraſtes Arabicus ſic interpretatur *Nec liceat iis offerre ad altare oleum quodlibet, præter oleum Sancti Chriſmatis, ex nomine facti, quod Deus mandavit, & oleum incendiarium, quo candelæ accenduntur, & incenſum aromatum, ſive* בשםין *factum ex ſtyrace, ſacramentorum & precum tempore, non aliud.* Hic vox אסטרק *Iſtorak* formatur haud dubiè ex Græcâ στύραξ, quam Heſychius inter alia per θυμίαμα exponit; eodem ſenſu uſurpatur & ab Avicennâ, qui de *iſtorak* ait: Dioſcorides dicit, *quod ipſa ſit ſpecies Styracis, & apud quoſdam eſt gummi olivæ, & illius ſuffumigatio loco ſuffumigationis thuris in omni re ponitur*, Avicen. l. 2. p. 129. è quibus incenſum, cujus hic canon meminit, non ex thure tantum, ſed & ex ſtyrace in Oriente confectum eſſe conſtat.

Balſ. Σίκερα δὲ ἐστι πᾶν. Sic & Zonaras infra. Heſychius, Σίκερα οἶνος συμμιγὴς ἡδύσματι, ἢ πᾶν πόμα ἐμποιοῦν μέθην. Baſilius Magnus, Σίκερα γὰρ πᾶν τὸ δυνάμενον μέθην ἐμποιῆσαι πόμα τοῖς Ἑβραίοις ὀνομάζειν σύνηθες, Baſil in Iſa. cap. 5. p. 950. l. c. tom. 1. edit. Par. D. Ambroſius. *Hebræi omnem potum qui inebriat Siceræ nomine vocant*, Ambroſ. de Heliâ & jejun. c. 15. Hieronymus, *Sicera Hebræo ſermone omnis potio nuncupatur, quæ inebriare poteſt.* Hieron. ad Nepotian de vitâ Cleric. *Sæpe diximus eſſe vinum, quod de vineis fit; Siceram autem omnem potionem, quæ inebriare poteſt, & ſtatum mentis evertere*, Id. in Iſa. c. 28. nimirum Heb. שכר *Shecar* potum inebriantem propriè ſignificat: unde יין ושכר οἶνον καὶ σίκερα, ut reddunt LXX. Targum חמר ומרו & Arabs, *Vinum & quicquid inebriat* vertunt, Levit. 10. 9 ut ubi iterum concurrunt יין ושכר 1. Sam. 15. Verſio vulgata habet *Vinum & omne quod inebriare poteſt*, Septuagintaviralis οἶνον καὶ μέθυσμα; unde Suidas, Σίκερα ἐνδιάθετον πόμα καὶ παρ' Ἑβραίοις ἔστιν λεγόμενον μέθυσμα. Sic etiam in hoc canone, ut ante dictum eſt, σίκερα à paraphraſte Arabico per *potum inebriantem* exponitur. Et quidem שכר *Sicera* rarò, ſi unquam, vinum merum ſignificat, ſed potius factitium, præſertim ubi cum יין *vino* jungitur; ut Schindlerus obſervat in Lexico Pentagloto. Atque adeo loco ante laudato 1. Sam. 1. 15. ubi Targum יין ושכר vertit חמר חדת ועתיק *vinum novum & vetus*, & *Midraſh in locum*, יין זה חדש שכר זה ישן *Yain, id eſt vinum novum, Shecar id eſt vetus.* R. Kimchi in locum rectiùs obſervat שכר *Shecar* potius eſſe potum ex fructibus factum De variis autem potionibus, quæ ebrietatem inducunt, & idcirco σίκερα meritò nuncupantur, & ſub eo nomine ad altare offerri hîc prohibentur, videſis infra in notis ad χυμίδα.

Μὴ ὀπώρας. Fructus, qui apud Græcos à ſacerdote εὐλογοῦνται *benedicuntur*, ſunt, Uva, ficus, malogranata, olivæ, poma, mala Perſica, & Prunæ. Publicum benedicendi, Deoque pro iis, jam maturis & oblatis, gratias agendi, ritum his verbis peragunt, Εὐχαριστοῦμέν σοι, Κύριε ὁ Θεὸς, ἐπὶ προσφερομένην ἀπαρχὴν καρπῶν, ὃς ἐδώρησας ἡμῖν εἰς μετάληψιν. τελεσφορήσας διὰ τοῦ λόγου σου, καὶ κελεύσας καρποὺς παντοδαπὰς εἰς εὐφροσύνην καὶ τροφὴν τοῖς ἀνθρώποις καὶ παντὶ ζώῳ ἐν πάσῃ τῇ· ὑμνοῦμέν σε ὁ Θεὸς ἐπὶ πᾶσιν οἷς εὐηργέτησας ἡμᾶς, καὶ πᾶσαν τὴν κτίσιν καρποῖς διὰ τοῦ παιδός σου Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ Κυρίου ἡμῶν, δι' οὗ καὶ σοὶ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν. A Latinis etiam antiquitùs hunc ritum obſervatum fuiſſe ex D. Gregorii ſacramentario patet, ubi hæc oratio eundem in finem concepta legitur, *Domine qui cœlum & terram & omnia creâſti, te ſupplices quæſumus, ut hunc fructum novum benedicere & ſanctificare digneris, & multiplicare abundanter offerentibus tibi, ut repleas eorum cellaria cum fortitudine frumenti, & vini, ut lætantes in iis referant tibi Deo omnipotenti laudes & gratias.* Vide & Conſtit. Apoſtolicarum lib. 8. cap. 40.

Zon. χυμίδα. Etiamſi nomen hoc vix alibi, ni fallor, præterquam hoc loco occurrat, quin potionem tamen aliquam ex melle confectam ſignificet, nemo dubitare poteſt. Et quidem mellitum aliquid vini loco offerre Concilium Antiſſiodorenſe etiam prohibet; *Non licet in altari, in ſacrificio divino mellitum, quod mulſum appellant, nec ullum aliud poculum, extra vinum cum aquâ mixtum, offerre.* Concil. Antiſſiod. can. 8. At præter χυμίδα, aliæ ſunt quamplurimæ potiones inebriantes, quas ſub *Siceræ* nomine canon hic offerre vetat Obſervatu digniſſima ſunt D Hieronymi verba, *Sicera Hebræo ſermone omnis potio nuncupatur, quæ inebriare poteſt, ſive illa quæ frumento conficitur, ſive pomorum ſucco, aut cum favi decoquuntur in dulcem & barbaram potionem, aut palmarum fructus exprimuntur in liquorem, coctiſque frugibus aqua pinguior coloratur.* Hieron. ad Nepot. de vitâ Cleric. p. 6. col. 1. tom. 1. oper. per Eraſmum. De Sicera primo ex Frumento confecta, ſic Plinius, *Eſt & occidentis populis ſua ebrietas fruge madidâ: pluribus modis per Gallias Hiſpaniaſque nominibus aliis, ſed eadem ratione.* Plin. l. 14. cap 22. *Ægyptus quoque è fruge ſibi potus ſimiles excogitavit, nullâque in parte mundi ceſſat ebrietas*, ibid. & alibi. *Et frugum quidem hæc ſunt in uſu medica. Ex iiſdem ſunt & potus, Zythum in Ægypto, Cælia, & Ceria in Hiſpaniâ, cervisia & plura genera in Galliâ, aliiſque provinciis*, Id. lib. 22. cap. ult. à fine. Ægyptiorum autem Zythus ex hordeo præcipue & aqua confectus eſt. Ζῦθος σκευάζεται ἐκ τῆς κριθῆς. Dioſcorid. l. 2. c. 109. Ζῦθος, οἶνος ἀπὸ κριθῶν γινόμενος. Heſych. & Suid. εἰς οἱ τοὺς οἴνους ποιοῦντες ἐκ τῶν κριθῶν καὶ τῶν πυρῶν καὶ τὸ ἐν Αἰγύπτῳ καλούμενον ζῦθος, Theophr. de cauſis plant. l. 6. c. 15. Sic & Herodotus ſcribit Ægyptios οἴνῳ ἐκ κριθέων πεποιημένῳ διαχρέωνται, Herod. l. 2. Hoc potionis genus in Dalmatiæ etiam & Pannoniæ provinciis uſitatum & *Sabaium* dictum eſſe, obſervat Hieronymus in Iſa. c. 19. Et Ammianus Marcellinus, *Eſt autem Sabaia ex ordeo vel frumento in liquorem converſis paupertinus in Illyrico potus.* Am. Marcel. l. 26. *At Sabaia* haud dubie ab Heb. סבא *potare* dicitur. A Pæonibus etiam uſurpatur, & παραβίης dicitur, ut & βρῦτον, Hecatæus enim Pæonas πίνειν βρῦτον ἀπὸ κριθῶν tradit apud Athen. l. 10. quinetiam, Βρύτιον, οἶνος ἐκ κριθῆς, Heſych. Scribitur & βρύτινον Gaz. grammat. l. 3. Athenæus loco citato hunc κρίθινον οἶνον etiam πίνον vocari dicit, unde & πίνω μεθυσθέντας apud Ariſtotel. l. de ebriet. Ad hæc appellatur & βύνη, Heſychius, βυνὸς ἐνδιατρίβομεν κριθῶν. At *Bora* apud Aetium l. 10. c. 29. idem eſt quod Matthæus Pariſienſis, Tho. Walſingam, aliique *Braſium* vocant, nos *Malt* nuncupamus, à Saxonico *Mealt liquefactum*, ut obſervat Henricus Spelmannus in Gloſſario. Præterea Dioſcorides potum hunc hordeaceum κοῦρμι appellatum & Iberis occidentalibus & Britannis uſitatum ſcribit l. 2. c. 110. at apud Athenæum l. 4. ſcribitur κόρμα, & apud Priſcum Sophiſtam in excerptis hiſtoriæ Gothicæ κάμον, ubi ait, καὶ τὸ ἐκ κριθῶν χορηγούμενον πόμα. κάμον οἱ βάρβαροι καλοῦσιν αὐτό. Nos *Alam* & *Beriam*, ſive *Ale* & *Beere* nuncupamus. *Alam* quidem non ab Alica, ut opinatur Ruellius de nat. Stirp. l. 2. c. 18. ſed detorta potius nonnihil voce Danica quæ *Oela* appellatur, ut ſentit Hadrianus Junius, animadv. l. 2. c. 12. *Beriam* autem, ſive *Beere*, à *bibere* deduci ſuſpicatur Gerh Joh. Voſſius de vit. ſerm. l. 1. c. 4. Veteres viz. pro *bibere* nonnunquam *biber* dixerunt, ut idem Voſſius probat, de analog. l. 1. c. 26. ex *biber* autem contractum eſſe Germanicum *bier* arbitratur, unde Angl. *Beere*: quod ipſe tamen mallem à Saxonico *Bere* derivare, quod *hordeum* ſignificat, ut ex quo conficitur A Media etiam idem potionis genus uſurpari, & Hebraico שכר reſpondere ſcribunt Rabbini, שכר המדי רמו ביה מי שעורי *Sicera Medorum in quam projiciunt aquas hordei.* Peſach. Fol. 42. 2. & Gloſſa כדי עושין שכר כמי שעורים בעין שכר שלנו *Medi faciunt Siceram ex aquis hordei, ut eſt Sicera noſtra.* Proximum Siceræ genus ab Hieronymo recenſitum ex pomorum ſucco fit. Sic Plinius *vinum fit & è ſiliquâ Syriacâ & è pyris malorumque omnibus*

us tantum diebus quibus editi ſunt hi Canones, verum & uſque ad Trullanam Synodum Epiſcopos, Presbyteros & Diaconos uxores habuiſſe, ut Balſamon in interpretationis ſuæ in hunc Canonem initio affirmat.

Ἐκβαλλέτω. Bellarminus, Binius, aliique Pontificii hanc vocem eò detorquent, ut nihil magis per eam hîc ſignificetur, quàm ut Clerici uxoribus ſuis providere debeant, quæ ad victum ſunt neceſſaria, ac ſi μὴ ἐκβαλλέτω, non exponeretur, *ne dimittat uxorem*, vel *à toro aut domo ne ejiciat*, ſed tantum, *à curâ ſuâ ne abjiciat*. Sed hæc mera eſt ac futilis impoſtura. Iſto enim ſenſu nuſquam à Græcis ſcriptoribus uſurpatur: ſed ubicunque apud eos de mulieribus agitur, ἐκβάλλειν idem eſt, quod ἀπολύειν *dimittere*, vel ἀποστέλλειν τῇ γυναικὶ διαζύγιον *libellum repudii uxori mittere*, ut Balſamon & Zonaras hîc interpretantur. Hoc ſenſu & D. Chryſoſtomus verbo ἐκβάλλειν utitur, ut in verba Chriſti ὃς ἂν ἀπολύσῃ τὴν γυναῖκα αὐτοῦ. Mat. 5. 31. Ille inter alia dicit, ὥσπερ ὁ παλαιὸς τὸν μισοῦντα τὴν γυναῖκα τὴν ἑαυτοῦ ἐξ οὐ-δεμιᾶς αἰτίας, μὴ κωλύσας ἐκβάλλειν. Et mox, ἀλλ' ἔξω ἐκβάλλοντι τε αὐτὴν καὶ ἑτέραν λαμβάνοντι, Chryſoſt. in Mat. ὁμιλ. ιζ. tom. 2. p. 121. edit. Savil. Ubi hoc ſæpius, quàm aliud quodvis vocabulum, eo ſenſu uſurpatur. Quin etiam Origenes, iiſdem ferè temporibus quibus conſtituti ſunt hi Canones, ἐκβάλλειν eodem ſenſu uſurpabat, ubi eadem Chriſti verba interpretans, ait, καὶ ἐπεὶ τάχα γε φήσει τις παρὰ λόγον τῆς πορνείας, ὁ ἐκβάλλων αὐτὴν ποιεῖ μοιχευθῆναι. Orig. in Mat. eodem ſenſu & verbo ἀπολύειν utitur infra. Ἐπιτρέπει δὲ ἐὰν οἱ ἄλλοι τὴν τοιαύτην ἀπολύωσι, ibid. Hinc Joſephus Ægyptius, in Arabicâ Canonum collectione, hæc verba τὴν ἑαυτοῦ γυναῖκα ἐκβαλλέτω vertit *Uxorem ſuam domo ſuâ ejiciat*. Mulier enim dimiſſa ſive repudiata domo ſimul ejecta eſt, juxta Deut. xxiv. 1. ושלחה מביתו *Et mittet eam è domo ſuâ*, unde Philo Judæus mulierem *cohabitantem* opponit *dimiſſæ*, ζώσης τῆς συνοικούσης, οὔτε τῆς ἀπηλλαγμένης. Phil. Jud. de ſpecial. leg. Et ipſum conjugium συνοικέσιον appellatur, Concil. Chalced. can. 27. Et idcirco Rabbini repudiatam vocant גרושה & מגורשת *ejectam, expulſam*, & repudium גירושין *ejectionem*. Et in Juſtiniani Novellis τὴν ἑαυτοῦ γαμετὴν τῆς ἰδίας οἰκίας ἐξωθήσας pro *mulierem ſuam repudiare*. Novel. 117. cap. 8. l. 7. Hoc denique ſenſu vocem hanc ἐκβαλλέτω hoc Canone accipiendam eſſe, teſtis eſt Matthæus Monachus, cujus verba, ut veram canonis hujus interpretationem exhibentia, appono digniſſima ſunt, ὁ ἐκ τῶν ἁγίων ἀποστόλων ἱερὸς ἐπιζητεῖ, ὁ ἐπίσκοπος ἢ πρεσβύτερος ἢ διάκονος τὴν ἑαυτοῦ γυναῖκα προφάσει εὐλαβείας ἐκβαλὼν ἀφοριζέσθω, μένων δὲ ἐκεῖνος καθαιρείσθω. τοῦτο γὰρ καὶ ὁ Κύριος ἐν τῷ εὐαγγελίῳ ἐδίδαξε, μὴ ἐξεῖναι τινὶ τῶν παλαιῶν παραχωρεῖν εἴρηκε, ὅτι ἀπολύειν τὴν ἑαυτοῦ γυναῖκα, χωρὶς λόγου πορνείας· ἵνα γὰρ τὸ γάμου ἀπολαύσωσιν, οἱ ἀναγκαζόμενοι ἐν τῷ ἱερατικῷ γενόμενοι, Matt. Monach. ſive Blaſt. in Matrimonial.

Προφάσει εὐλαβείας. Non deſuerunt, qui in diſcutiendis de Clericorum cœlibatu controverſiis, εὐλάβειαν hîc non *pietatem* aut *religionem*, ſed *cautionem* in genere deſignare acriter contenderent, & hoc, fateor, ſenſu apud Ethnicos ſcriptores vox εὐλάβεια ſæpius uſurpatur: Apud Eccleſiaſticos autem, nec ſemel, ut opinor, *cautionem* in genere; ſed *pietatem erga Deum*, ſive *timorem illius*, *juſtamque cautionem in divino cultu adhibendam* perpetuò ſignificat. Et eodem quidem ſenſu hoc Canone intelligendam eſſe non tantùm ex Dionyſio Exiguo, qui προφάσει εὐλαβείας *ſub obtentu religionis* vertit; ſed præcipuè ex can. 14. patet; ubi hæc vox iterum non uſurpatur tantummodo, ſed & explicatur, ut quo dicitur μετὰ φόβου Θεοῦ καὶ πάσης εὐλαβείας. Hîc enim εὐλάβεια & φόβος Θεοῦ ſynonyma eſſe clariſſimè conſtat. At timor Dei univerſam erga eum pietatem ſub ſe continet, unde & εὐσέβεια Syriacè vertitur *Timor Dei* 1. Tim. 3. 5 &c. Sic etiam Arabicè *Pietas* ſæpiſſimè exprimitur per *Timor Dei*, & pius vocatur *Timens Deum*, quo verbo & εὐλαβὴς redditur Luc. 2. 25. Quinetiam ipſa quoque ratio ſive occaſio condendi hujus canonis hunc vocis εὐλαβείας ſenſum poſtulat. Cùm enim ſecundo etiam poſt Chriſtum natum ſeculo, atque ac poſtea, nonnulli Clerici, (inter quos & Tertullianus fuiſſe videtur) uxores ſuas dimitterent, ſive repudiarent, hoc nimirum prætextu, ut ſe totos precibus, jejuniis, divinoque cultui ac miniſterio devoverent; ac ſi ſacra conjugatorum miniſteria ac exercitia impura eſſent, Deoque minùs grata: ne quis in poſterum veram pietatem cum matrimonio conſiſtere non poſſe arbitraretur, eo præſertim, quòd ipſi quoque Clerici uxores ſuas pietatis ac continentiæ obtentu ejicerent; Canone hoc cautum eſt; ne quis Clericus hoc prætextu uxorem ſuam dimitteret; quem proinde Joſephus Ægyptius παραφραστικῶς ſic exponit, *Non licebit Epiſcopo & Presbytero, nec Diacono uxorem ſuam domo ſuâ ejicere ſub prætextu abſtinentiæ ſive devotionis, ac ſi exiſtimaret matrimonialem cum eâ coitum impurum eſſe; hoc prætextu eam domo ſuâ nequaquam ejiciet*, viz. *Continentiæ prætextu*. Et ſic quidem Harmenopulus in hujus canonis Epitome pro εὐλαβείας ſubſtituit ἐγκρατείας προφάσει. Harmenop. epit. can. ſect. 2. tit. 3. Supradictam autem canonis rationem Matthæus Monachus etiam obſervavit, ὅτι εἰ τὸν τοῦ γάμου ἀπολαύσουσι, ὡς ἀναγκαζόμενοι ἐν τῷ ἱερατικῷ μένοντες, νῦν δὲ τὸ γάμου ὡς καθαρὸν ἀποδέχεται καὶ τὴν ἁγνείαν τιμῶντες, Matt. Monac. in Matrimon. l 8. juris Græco-Romani, p. 514. edit. Marquardi Freheri. Eadem ferè habes & in Zo-

naræ hujus canonis interpretatione.

Balſ. Ἐν βιβλίῳ τῶν Βασιλικῶν. Liber conſtitutionum Imperialium è Juſtiniani codice, digeſtis, novellis, inſtitutionibus & edictis; item è Juſtini Junioris, Tiberii, Zenonis aliorumque Imperatorum, atque ipſius Baſilii Macedonis novellis, è Conſtitutionibus etiam Βασιλικῶν, ἐπαρχικῶν, Ῥωμαϊκῶν; necnon ex paratitlis, gloſſis, παραγραφαῖς, παρερμηνείαις, ſeu interpretationibus, quas varii juriſconſulti conſcribebant, è ποινικῷ etiam ſeu ἀγρονομικῷ καὶ νόμου Ῥοδίων. Στρατιωτικῷ, de pœnis militaribus, &c. ex Ruſi libris, & è Patrum præterea ſententiis, & Conciliorum Canonibus, primò à Baſilio Macedone, & deinde ab ipſius filio Leone philoſopho collectus, Βασιλικὰ (viz. διατάξεις) & nonnunquam Βασιλικὴ nuncupatur. Egregium hoc opus in libros 60. diſtributum, aliquando à Zonarâ & Ariſteno, à Balſamone ſæpiſſimè laudatur. Cæterum exemplar à Balſamone reliquiſque uſitatum ab eo, quod impreſſum eſt Pariſiis anno 1647 quamplurimùm diſcrepat, in titulis præſertim & capitibus recenſendis. Nonnunquam, fateor, non capita tantùm, ſed & tituli à Balſamone citati in impreſſis deſiderantur: plerunque tamen locum citatum, ſi non in ipſo capite, in eodem ſaltem titulo, ad quem ſe remittit invenies.

Συνοικέσιον. Sic in MS. Bodleiano, at in impreſſis eſt γυναικέσιον, quod nuſpiam occurrit: συνοικέσιον autem eodem, quo à Balſamone, ſenſu, viz. pro *Matrimonio*, etiam à Concil. Chalced. can. 27. uſurpatur.

Καὶ ἄλλας τινάς. Præter eas, quæ à Balſamone memorantur, divortiorum cauſas, duæ præcipuè in dictâ Novellâ, & laudato Βασιλικῶν titulo, traduntur; nimirum, ὅταν ὁ ἀνὴρ μὴ δυνηθῇ συμμιγῆναι τῇ γυναικί, καὶ τὰ παρὰ τῆς φύσεως διδόμενα ἀνδράσι πράττειν ἄχρι τριῶν τελείων ἐνιαυτῶν, ἐκ τοῦ γάμου ἀριθμουμένων. Et deinde, Ἀλλὰ καὶ τὸ τῆς αἰχμαλωσίας τοιοῦτον ἐστιν, ὥστε ἀρχὴν χώραν διαλύειν τοῦ γάμου. V. Baſilic. tom. 4. p. 321. 322.

Ariſt. Τὴν ἑαυτοῦ ἱερεύς. In hujus Canonis epitome, tam Simeon Logotheta, quàm ipſe etiam Ariſtenus, apud Juſtellum pro ἀποβαλλέσθω legit ἀφοριζέσθω. Harmenopulus totum aliter contrahit, ἱερεὺς ὁ ἀφιέμενος ἐγκρατείας προφάσει τὴν ἰδίαν ἐκβάλλων γυναῖκα, ἀφοριζέσθω· ἐπιμένων δὲ καθαιρείσθω. Harmenop. epit. can. ſect. 2. tit. 3.

In Can. VI.

Ἐπίσκοπος ἢ πρεσβύτερος. Cyprianus, *Cùm jam pridem in Concilio Epiſcoporum ſtatutum ſit, ne quis de Clericis & Dei miniſtris tutorem & curatorem teſtamento ſuo conſtituat, quando ſinguli divino ſacerdotio honorati & in Clerico miniſterio conſtituti, non niſi altari & ſacrificiis deſervire, & precibus & orationibus vacare debeant. Scriptum eſt enim, nemo militans Deo obligat ſe moleſtiis ſecularibus, ut poſſit placere ei cui ſe probavit. Quod cum de omnibus dictum ſit, quanto magis moleſtiis & laqueis ſecularibus obligari non debent, qui divinis rebus & ſpiritualibus occupati, ab Eccleſiâ recedere, & ad terrenos & ſeculares actus vacare non poſſunt?* Cyprian. Epiſt. 9. l. 1. edit. Manut. Ex his Cypriani verbis colligimus, hoc ante ejus tempora ſtatutum eſſe, & quidem ab Epiſcoporum concilio. Cujus decreti hic Canon epitome quædam & compendium eſſe videtur. Idem autem repetitur can. Apoſt. 81. Ex hujus Canonis præſcripto idem Cyprianus Epiſcopos ſui temporis arguit, *divinâ procuratione contemptâ, procuratores rerum ſecularium fieri, derelictâ Cathedrâ, plebe deſertâ per alienas provincias oberrantes negotiationis quæſtuoſæ nundinas aucupari* p. 180. l. 30. edit. Manut. Cyprian. de lapſis. Eadem autem, quæ hoc canone, etiam à Concilio Moguntino anno 813. habito, conſtituta ſunt, *Miniſtri autem altaris Domini vel Monachi, nobis placuit, ut à negotiis ſecularibus omnino abſtineant.* Concil. Mogunt. c. 14. tom. 3. p. 464 Bin. edit. Colon 1606. Quæ autem pro ſecularibus negotiis, à Clericis vitandis, habenda ſint, prolixius recenſentur: viz. Turpe lucrum munera injuſta accipere, vel etiam dare, pro aliquo ſeculari quæſtu pretio aliquem conducere, contentiones & lites vel rixas amare, in placitis ſecularibus diſputare, exceptâ defenſione orphanorum aut viduarum; conductores aut procuratores eſſe ſecularium rerum, turpis verbi vel facti joculatorem eſſe, vel jocum ſecularem diligere, aleas amare, ornamentum inconveniens propoſito ſuo gerere, in deliciis vivere velle, gulam & ebrietatem ſequi, pondera injuſta vel menſuras habere, negotium injuſtum exercere. Hæc omnia repetuntur ab alio etiam Concilio ibidem celebrato Anno Dom. 847. c. 13. tom. 3. p. 634. Bin. Nonnulla horum, quibus Clerico interdicitur, recenſentur etiam ab Ælfrico ad Wolfin. Epiſcopum can. 30. vide & ὑπόμνημα συνοδικὸν ſub Lucâ Patriarchâ CP. editum, parte ſecunda, in Juris Græco-Rom. l. 3. p. 220. edit. Francof 1596. & reſponſa Balſamonis ad Marcum Alexandrinum, ad interrog. 24. ibid. l. 5. 374. Joſephus Ægyptius in paraphraſi Arabicâ κοσμικὰς φροντίδας vertit *quamlibet ex artibus mundi*. Dionyſius Exiguus, ut nos, *ſeculares curas* vertit, & Egbertus Eboracenſis in excerptionibus, *ſecularia negotia*, can. 57. vid. & Concil. Chalced. can. 3. & Carthag. can. 16.

In Can. VII.

THν ἁγίαν τοῦ πάσχα ἡμέραν. Etiamſi de ipſâ paſchali Feſtivitate quotannis celebrandâ, nulla unquam inter Chriſtianos mota eſt controverſia; de die tamen, quo celebranda eſt, in Eccleſiâ etiam recens natâ, multas graveſque ortas fuiſſe diſſenſiones, neminem latet. Alii enim certum ſtatumque diem in anno Juliano paſchali celebrando ſtatuerunt: utpote cùm ex Actis Pilati, ut ſcribit Epiphanius, Chriſtum VIII. Kal. April. alii denique X. Kal. April. huic celebritati præfixerunt: quos tamen omnes Epiphanius inter τεσσαρεσκαιδεκατίτας recenſet hær. 50. par. 1. edit. Petav. Longe autem plures XIV. lunâ primi menſis, quamcunque demum in feriam incideret, hanc ſolennitatem cum Judæis quotannis obeundam contenderunt. Et quidem Joſephus Scaliger, tum Apoſtolos, tum qui eos centum annis poſtea ſecuti ſunt, paſcha ſemper Judaicè celebrâſſe, ex Euſebio, hiſtoriâ veteri Eccleſiaſtica, & Nicephoro Calliſto affirmare non veretur, de emendat. temp. l. 2. p. 150. edit. Genev. 1629. Verum hanc Scaligeri doctrinam auctoribus iſtis falſo adſcriptam, & ab omnibus deteſtandam eſſe Dionyſius Petavius fusè probat, de doctrina temp. l. 2. cap. 57. Qui hac opinione imbuti ſunt τεσσαρεσκαιδεκατῖται ſive Quartadecimani propriè nominati ſunt, è quorum numero olim Audiani erant & omnes in Aſia minori Chriſtiani. Audiani ſententiam ſuam Conſtitutionum Apoſtolicarum autoritate confirmare conati ſunt; utpote quibus de paſchate præceptum ſuit, ὑμεῖς μὴ ψηφίζετε, ἀλλὰ ποιεῖτε ὅταν οἱ ἀδελφοὶ ὑμῶν οἱ ἐκ περιτομῆς. μετ' αὐτῶν ἅμα ποιεῖτε. At hæc verba Audianos perperam interpretatos eſſe ſcribit Epiphanius hær. 70. par. 10. E quibus tamen patet hujuſmodi conſtitutionem inter Apoſtolicas tunc dierum extitiſſe, ac proinde librum, qui hodie ſub Ἀποστολικῶν Διαταγῶν nomine circumfertur, à priſtinis illis conſtitutionibus quamplurimùm diſcrepare, ut quo contrarium prorſus conſtituitur, μηκέτι δὲ μέλητε μετὰ Ἰουδαίων ἑορτάζειν. Conſtit. Apoſt. lib. 5. c. 16. Aſiani hunc paſcha XIV. lunæ celebrandi ritum à Johanne & Philippo Apoſtolis traditum aſſeverarunt, Euſeb. Hiſt. Eccleſ. l. 5. c. 24. p. 191. l. c. edit. Valeſ. Europæi omneſque alii præter Aſianos Chriſtiani ab aliis Apoſtolis ſibi traditum conſenſerunt paſcha non σταυρώσιμον, ſed ἀναστάσιμον, illudque non alio, quam dominico XIV. lunam ſubſequente peragendum eſſe: plura coacta ſunt Concilia, anno circiter 198. viz. Romanum, Palæſtinum, Ponticum, Gallicum, Oſroenum, aliaque, à quibus omnibus ſtatutum eſt, id quod in hoc Canone continetur, & à quibus propterea hic Canon in Apoſtolicorum numerum collectus videtur. In quo conſtituitur primo ne Chriſtiani eodem, quo Judæi, die, viz. XIV. lunæ primi menſis Niſan, & deinde, ut nec ante æquinoctium vernum, paſchalem feſtivitatem celebrarent. Et ſecundum quidem à primo neceſſario conſequitur. Verumenimverò, etiamſi XIV. Niſan, quo Judæi paſcha ſuum peragebant, in ipſum æquinoctii vernalis diem incidere debuerit, ob vitioſas tamen & erroneas annorum periodos, quibus ad annum ſuum lunarem intra limites ſolares coercendum uſi ſunt, ſæpe contigit, ut XIV. Niſan biduo vel etiam triduo æquinoctium antecederet; & ſic paſcha biduo quoque ante legitimum diem celebrarent: quod Epiphanius ipſo etiam, quo Chriſtus paſſus eſt anno accidiſſe refert, dicens, ἦν γὰρ ἐν τάχει πρὸ δύο ἡμερῶν τῆς φωνῆς, Epiphan. hær. 51. par. 26. quæ eſt Alog. Quomodo hoc fieri potuit, quandoquidem ad Canonis hujus dilucidationem quamplurimum confert, paucis explicare nitemur. Ex eodem igitur Epiphanii loco conſtat; Judæis duplicem olim annorum cyclum in uſu fuiſſe, minorem & majorem: minor erat Teſſaradecaeteris, ſive annorum 14. major autem, ogdoecontateſſaraeteris ſive annorum 84. verùm Juliani 84. anni dies colligunt 30681. Judæi autem juxta Epiphanium, annum ſuum lunarem d. 354. h. 8. conſtituebant. Annorum igitur ὑπερεχόντων & ἐμβολιμαίων, juxta eorum calculum, habitâ ratione, anni Judaici 84. dies conficiunt 30649. quibus ex 30681. ſubductis, reliqui ſiunt dies 32. Hinc menſem ἐμβολιμαῖον, eundemque plenum ſive τριακονθήμερον ad finem majoris hujus periodi ſive annorum 84. extra ordinem adjiciebant: poſt quem tamen adjectum reſtabat adhuc biduum, quo anni Judaici 84. totidem Julianis ſuperantur; ex quo fit neomeniarum ἀναποδισμὸν & μετάστασιν τοῖς τῶν ἀστρογνώμων; ut in quavis videlicet ogdoecontateſſaraeteride vertente neomeniæ verſus menſium initia biduo retroverterentur. Ex. gr. Si neomenia Niſan hoc anno in VI. Id. Martias inciderit, poſt annos 84. elapſos eadem neomenia in VIII. Idus Martias retrocedet, ac proinde XIV. luna, quæ hoc anno die Martii 23. accidit, poſt dictam ogdoecontateſſaraeteridem in Martii 21. retrovertetur. Quapropter ſi a XIV. luna Niſan in initio majoris illius periodi una cum æquinoctio in Martii 23 inciderit, elapsâ iſtâ periodo, eadem XIV. luna Niſan æquinoctium biduo anticipabit; & ſic Paſcha πρὸ τῆς ἐαρινῆς ἰσημερίας celebrabitur, quod hoc canone vetitum eſt. Qui has periodos fuſiùs explicatas deſiderat, conſulat Kepleri Eclogas Chronologicas, & Dionyſii Petavii animadverſiones in Epiphanium, ad hær. 51. Ubi tamen obſervet velim pro 30681. quandoque ſcribi 40681. ut & 40679. pro 30679. quod tanto viro excidiſſe vix credam; ſed vel amanuenſi, vel typographo, vel ſaltem doctiſſimo illius calamo nimis feſtinanti attribuendum cenſeo.

Balſ. Ἀλλ' ὅτε τύχῃ. Si Balſamon per hæc ſibi verba velit æquinoctia, non minus quam neomenias; ſedem ſuam in anno Juliano quotannis commutare, nihil magis ridiculum, magis puerile, effingi poteſt. Quapropter reſpicere potius videtur ad æquinoctiorum in anno Juliano retroceſſionem. Cum nonnulli enim æquinoctium vernum Martii 25. alii Martii 20. fixum perpetuò aſſeruerint: ille, deprehenſo iſtorum errore, nec in Mart. 25. nec 20. nec in alium quemcunque præſtitutum diem ſemper incidere affirmat; ſed ὅτε τύχῃ, hoc eſt, prout ἀστρονομικὴ ἰσημερία in anno Juliano poſtulat. Nam annis quibuſlibet 131. vertentibus, æquinoctia uno die verſus menſium initia retrogantur; ut idem æquinoctium, quod olim Martii 25. & poſtea Martii 20. accidit, noſtris diebus ad Mart. 10. retrovertatur.

Ἡ πρὸ τῆς ἐαρινῆς ἰσημερίας. Ex eo quod hoc Canone dictum eſt, ne paſcha cum Judæis πρὸ τῆς ἐαρινῆς ἰσημερίας peragatur, Balſamon conjeciſſe videtur, Judæos perpetuò, idque ex Moſis inſtituto, paſcha ſuum πρὸ τῆς ἐαρινῆς ἰσημερίας celebrâſſe. At Anatolius ex antiquioribus Judæorum magiſtris, duobus Agathobulis & Ariſtobulo (qui unus fuit ex LXX. ſenioribus, qui Biblia Græcè verterant) aſſerit δεῖν τὰ διαβατήρια θύειν ἐπίσης ἅπαντας μετὰ ἰσημερίαν ἐαρινήν, μεσοῦντος τοῦ πρώτου μηνός apud Euſeb. hiſt. Eccleſ. l. 7. c. 32. p. 287. l. B. edit. Valeſ. Addit inſuper ibidem Ariſtobulus in celebrando paſchate requiri, μὴ μόνον τὸν ἥλιον τὸ ἰσημερινὸν διαπορεύεσθαι τμῆμα, καὶ τὴν σελήνην δέ, nimirum, ut cùm Paſcha peragatur, ſol vernum æquinoctiale ſegmentum obtineat, & luna autumnale ei oppoſitum, ſive hæc initium Libræ, ille Arietis. Idem docet Joſephus, τῷ δὲ μηνὶ τῷ Ξανθικῷ, ὃς Νισὰν παρ' ἡμῖν καλεῖται, καὶ τοῦ ἔτους ἐστὶν ἀρχή, τεσσαρεσκαιδεκάτῃ κατὰ σελήνην, ἐν κριῷ τοῦ ἡλίου καθεστῶτος. Joſeph. antiq. Jud. l. 3. c. 10. p. 93. l. A. edit. Rovier. 1611. unde patet annum Judaicum ita tunc temporis ordinatum fuiſſe, ut XIV. luna menſis Niſan celebraretur, cùm ſol arietem ingreſſus eſt. Hiſce ſuffragatur & Philo Judæus ἑκατέρα τῶν ἰσημεριῶν ἑβδόμῳ γίνεται μηνί, καθ' ἃς καὶ ἑορτάζειν διείρηται τὰς μεγίστας καὶ δημοτελεστάτας ἑορτάς. Phil. Jud. de mundi opific. p. 17. l. B. edit. Pariſ. 1640. Ex his enim Philonis verbis liquidiſſimè conſtat, Paſcha celebrari κατ' ἰσημερίαν ἐαρινήν, non minus quam feſtum Tabernaculorum κατὰ μετοπωρινήν. Quapropter etiamſi Judæi nonnunquam Paſcha ſuum ante vernum æquinoctium obierint: hoc tamen non ex majorum, nedum Moſis, ut aſſerit Balſamon, inſtituto; ſed potiùs ex periodorum, quibus uſi ſunt, labe ac vitio accidit; ut ante notatum eſt.

Ἀλλὰ μετὰ τῶν. Joſephus Ægyptius etiam in Arabicâ Canonum paraphraſi hunc ita interpretatur, ut per eum non tantum cautum ſit, ne Paſcha cum Judæis, ſed & ut poſtea peragatur, & quidem die dominico. Sic enim exponit *Quicunque Epiſcopus, aut Presbyter, aut Diaconus, vel alius è miniſtris Eccleſiæ, feſtum paſchatis ante æquinoctium celebraverit, cupiens in illo Judæos imitari, aut cum iis paſcha peregerit, aliâ quâvis quàm primâ feriâ, quæ eſt poſt paſcha Judæorum, ſive dominicâ quæ ſequitur, non aliâ ſive ante ſive poſt eam die, ſed ipſa dominicâ, quæ paſcha Judæorum excipit, gradu ſuo excidat & ordine ſuo deponatur.* In ipſo, fateor, Canone de die dominicâ nihil expreſsè traditur; ex eo tamen, quòd paſcha cum Judæis celebrare hic prohibetur, neceſſario ſequitur, paſcha Chriſtianum alio, quam Judaicum, die celebrandum eſſe. At qui Judæos in paſchali celebritate non imitati ſunt, dominicâ illam die perpetuò peregerunt, etiam ante definitionem Nicænam; adeo ut Synodus Nicæna, in graviſſima hac controverſia diſcutienda, nihil novi determinâſſe, ſed antiquum hunc Apoſtolicum canonem ſuâ tandem autoritate confirmâſſe videatur. Ac proinde Joſephus Ægyptius hunc Canonem non ineptè ſic interpretatur, ut non tantum poſt æquinoctium, ſed etiam die dominicâ paſchalem feſtivitatem celebrari præcipiat.

Ζητεῖ περὶ τοῦ ε'. λόγου. Extat etiamnum hæc oratio tomo quinto operum D. Chryſoſtomi, inter panegyricas dubiæ fidei, pag. 940. edit. Savil. Octo, fateor, ſermones ejus in paſcha nondum inventi ſunt, ſed ſeptem tantùm; ultimus autem octavi titulum præ ſe fert, tam in MS. quo uſus eſt D. Henricus Savilius, quam in Bodleiano: ut extra dubium ſit eandem eſſe D. Chryſoſtomi εἰς τὸ πάσχα orationem quam ſub octavæ titulo Balſamon hic laudat, præcipuè cum idem argumentum in ea, quod hic a Balſamone tractetur.

In Can. VIII.

Ε'ἴ τις ἐπίσκοπος. Marco Alexandrino hanc quæſtionem proponenti, οἱ μετὰ τὸ προσφέρειν ἢ μετὰ τῆς ἱερᾶς συνάξεως γενέσθαι διάγοντες μὴ μεταλαμβάνοντες ὀφείλουσιν, ἢ εἰ

Theo-

Theodorus Balſamon reſpondens hunc Canonem recitat, additque [illegible], τοὺς [illegible] τοὺς διακόνους, ἢ μᾶλλον τοὺς χειροτονοῦντας μὴ μεταλαμβάνειν τῆς θείας κοινωνίας, ἢ μόνον τὴν αἰτίαν λέγειν, δι' ἣν τῆς ἁγίας ταύτης [illegible]. [illegible], Balſ. reſponſ. ad Marc Alex. interrog. 17. lib. 5. Juris Græco-Rom. p. 371. edit. Franc. 1596.

Ὡς μὴ ἐχειν̃ [illegible]. Hæc verba in impreſſis deſiderantur; nos ea ex MS. Bodleiano reſtituimus, cui conſentiunt Joh. Antiochenus collect. can. tit. 47. & Balſamon in reſponſis ad Marci Alexandrini interrog. 17. ibid. niſi quod pro [illegible], ille [illegible], hic [illegible] legit: item exemplaria à Dionyſio Exiguo & Gentiano Hervetto uſurpata; nam ille vertit, *quod recte non obtulerit*; hic, *tanquam non digne obtulerit*.

In Can. IX.

Πάντας τοὺς εἰσιόντας. Balſamon in reſponſis ad Marcum Alexandriæ Patriarcham, nonnullos obſervat hoc Canone fretos aſſeruiſſe, eos omnes, qui Eccleſiam ingrediuntur, etiam invitos cogendos eſſe divina aſſumere ſacramenta, addit autem, [illegible] ἀλλὰ [illegible] τοὺς πιστοὺς [illegible] τῆς θείας [illegible]. [illegible] τῆς ἱερουργίας [illegible] τοὺς [illegible] μεταλήψεως [illegible], καὶ τοὺς [illegible] αὐτοὺς [illegible]. [illegible] Balſam. ad interrog. 16. l. 3. Jur. Græco-Rom. Daniel Chamierus hunc Canonem contra miſſas privatas nec immeritò profert, videſis eum tom. 4. l 7. cap. 18. par. 2. vide & Concilii Antiocheni can. 2.

Balſ. Μὴ μεταλαμβάνοντας ἀφορίζεσθαι. Poſt iſta verba in MS noſtro Bodleiano hæc occurrunt. Ἑτέρα ἑρμηνεία. [illegible] τοῦ ε. κανόνος καὶ ς. [illegible], ζήτει ἄνωθεν. Unde nobis viſum eſt ἑτέραν ἑρμηνείαν, quæ ad can. 8. pertinet, in codice, è quo tranſcriptus eſt Bodleianus, bis ſcriptam fuiſſe, primo poſt can 8. & denuò poſt hunc 9. At ubi Amanuenſis obſervâſſet eadem verba, quæ ad præcedentem Canonem tranſcripſiſſet, iterum hîc occurrere, primis ſecundæ hujus interpretationis verbis repetitis, ſtatim addit, ζήτει ἄνωθεν, viz. ad interpretationem præcedentis Canonis. Et in impreſſis quidem codicibus, atque eo quoque, quem tranſtulit Gentianus Hervetus, non minus quam in Bodleiano jam edito, hæc ἑτέρα ἑρμηνεία poſt primam octavi Canonis interpretationem collocatur; his tamen ad marginem adnotatis, ταύτην ἑρμηνείαν [illegible] μετὰ τὴν ἑρμηνείαν τοῦ ς. κανόνος.

In Can. X.

Εἴ τις ἀκοινωνήτῳ. Excommunicationis pœna delinquentibus inflicta, non eſt Chriſtianis propria; ſed iis cum gentibus pariter ac Judæis communis. Et ipſi enim Druides eos, qui ſtatutis ſuis morem non gererent, ab aliorum commercio, tum ſacro quam profano, arcebant. ut teſtatur Julius Cæſar, qui de iis hæc habet. *Si quis aut privatus, aut populus eorum decreto non ſtetit, ſacrificiis interdicunt. Hæc pœna apud eos eſt graviſſima: quibus ita eſt interdictum, ii numero impiorum & ſceleratorum habentur: ab iis omnes decedunt, aditum eorum, ſermonemque defugiunt, ne quid ex contagione incommodi accipiant: neque iis petentibus jus redditur, neque honos ullus communicatur. His autem omnibus Druidibus præeſt unus, qui ſummam inter eos habet autoritatem.* Cæſar de bello Gall. l. 6. cap. 4. Ad hanc etiam pœnam Euripides reſpexiſſe videtur, ubi ait in Oreſte.

> Ἔδοξε δ' Ἄργει τῷδε μὴ ἡμᾶς στέγαις
> Μὴ πυρὶ δέχεσθαι, μήτε προσφωνεῖν τινὰ
> Μητροκτονοῦντας.

Judæis tres excommunicationis ſpecies in uſu fuerunt. Prima & leviſſima eſt נדוי *Niddui*, qua quiſpiam ab aliorum conſortio ad quatuor ſaltem cubitos, & xxx. dies ſegregatus eſt. Secunda, חרם *Herem*, quæ cum diris & horrendis maledictionibus inflicta eſt. Cum eo, qui ſic excommunicatus eſt, nec edere, nec bibere licuit: quo reſpicere videtur Apoſtolus, dicens, τῷ τοιούτῳ μηδὲ συνεσθίειν. 1 Cor. v. 11. Tertia eſt שמתא *Shammatta*, quâ mulctatus à republicæ pariter ac Eccleſiæ communione ſine ſpe unquam redeundi ſeparatus eſt, ut Elias in Tisbi notat. Cum Gentes autem & Judæi hanc autoritatem exercuerint, multò minus Chriſtianæ Eccleſiæ deneganda eſt; præſertim cum ipſe fundator & caput Eccleſiæ in mandatis dederit, ut qui Eccleſiam audire neglexerit, ſit ὥσπερ ὁ ἐθνικὸς καὶ ὁ τελώνης Mat. xviii 17. hoc eſt, *Eccleſiâ ejiciatur*, ſive excommunicetur. Quod D. Paulus poſtea expreſſit per παραδοῦναι τῷ Σατανᾷ. 1 Cor. v. 5. 1. Tim. 1. 20. Ut non mirum ſit, Eccleſiæ præſules, ex Domini & Apoſtolorum præceptis, Eccleſiaſticam hanc autoritatem in ſcelerum conſcios perpetuò exercuiſſe; ut ex hoc Canone ab Eccleſiâ recens natâ decreto patet; quo cautum eſt, ne quis cum excommunicato vel comprecetur. Et iiſdem quidem diebus, quibus conſtitutus, & obſervatum fuiſſe teſtis eſt Tertullianus, dicens, *Ibidem etiam exhortationes, caſtigationes, & cenſura divina. Nam & judicatur magno cum pondere, ut apud certos de Dei conſpectu, ſummumque futuri judicii præjudicium eſt; ſi quis ità deliquerit, ut à communicatione orationis, & conventus, & omnis ſancti commercii relegetur.* Tertull. Apol. c. 39 Cyprianus etiam hujus cenſuræ frequentiſſimè meminit: qui tamen pro *excommunicare* uſurpat *arcere à communione*, & *non communicare*, epiſt 28. edit. Rigalt. & nonnunquam, *de Eccleſiâ pellere*, *ejicere*, *condemnare*, *ſacerdotum voce damnare*, epiſt. 55. *ſpirituali gladio necare* epiſt. 62. ſic etiam & *abſtinere* utitur pro *excommunicare*, & *abſtentio* pro *excommunicato*: ut *Abſtentum à nobis ſciat* epiſt. 38. *Et ideirco conſultè & cum vigore feciſti, frater Chariſſime, abſtinendo Diaconum, qui cum virgine ſæpe manſit*, epiſt. 62. Et ſic quidem *Abſtineo* cum accuſativo uſurpatur à Terentio, *gemitus, ſcreatus, tuſſes, riſus abſtine*, Terent. Heautont Act. 2. ſcen. 2. & ab Horatio, *Abſtinuit vim uxore & gnato.* Horat. l. 2. Sat. 3. & ab ipſo Cicerone, *Quale autem beneficium eſt, quod te abſtinueris nefario ſcelere?* Cicer. Philip. 2 n. 3. adeo ut Cyprianus non primus ſit, qui hoc verbo tanquam tranſitivo uſus eſt, nec quidem ultimus. Nam Concilium Toletanum dicit, *Clericus ſi abſtinetur, à Clericis devitetur, ſi quis cum illo colloqui aut convivari fuerit deprehenſus, etiam ipſe abſtineatur.* Concil. Tol. 1. cap. 15. apud Bin. tom. 1. p. 560. item Concil. Elibertanum c. 54. ibid. p. 240. Epaun. can. 3. idem tom. 2. p. 312. Optatus Milevitanus, *ait dicentis Macarium poſt illa facta communioni non debuiſſe miſceri, ſed magis à Catholicis Epiſcopis abſtineri.* Opta Milev. in append. lib. 7. ad tertium pertinente, adv. Donat. p. 111. edit. Albaſpin. Pariſ. 1631.

In Can. XI.

Εἴ τις καθῃρημένῳ. Ut Laici ſcelerum convicti excommunicantur, ſic Clerici delinquentes per Canones *deponuntur*; hoc eſt, à ſacris fungendis miniſteriis arcentur, & in Laicorum ordinem rediguntur. Hanc pœnam Clericis inflictam veteres hi Canones καθαίρεσιν vocant, & quibus infligitur, καθῃρημένους. Nonnunquam [illegible] exprimitur, per τοῦ βαθμοῦ καθαιρεῖσθαι, Baſil. can. 55. [illegible] τῆς ὑπηρεσίας, Id. can 51. τοῦ βαθμοῦ καταβιβάζεσθαι, Id. can. 32. [illegible]. Concil. Ancyr c. 18 [illegible] τοῦ ἰδίου βαθμοῦ, Chalced. can. 07. [illegible] τὴν ἰδίαν βαθμόν, Chalced. c. 0. hoc eſt, *jacturam Clericatus ſuſtinebit*, τῆς ἱερωσύνης [illegible], Trull. can. 81. καθαιρεῖσθαι τῆς λειτουργίας, Antioch. cau. 3. ut μηκέτι λειτουργεῖν ei fas ſit, Apoſt. cau. 15. Et ſic quidem in Eccleſiâ primitivâ qui ſemel depoſitus fuit, amplius celebrare non potuit, nec in Clerum rurſus admitti; ſed inter Laicos perpetuo recenſitus fuit. Poſtea autem partialis quædam aut temporalis introducta eſt depoſitio, ad certum tantummodo tempus Clericis inflicta; quam tamen non *depoſitionem* propriè, ſed *ſuſpenſionem* vocitari uſu venit. Concilium Aurelianenſe, *Memorata perſona ab honore vel officio ſuſcepto, juxta arbitrium ſui pontificis, ſuſpendatur*, Concil. Aurel. 3. c. 5. p. 515. tom. 2. Bin. *Anni ſpatio à communione Eccleſiaſtica ſuſpendatur*, ibid. c 17. & Concil. 4. c. 19. *A communione catholicâ pro emendatione ſacrilegii ſuſpendatur.* Concil. Aurel. 4. c. 15. ibid. p. 512. Cum vox *ſuſpenſio* non uſurpatur, tempus determinatur, quo ab officio ceſſare debent: ut, *Tribus menſibus ſit à ſuo officio ſequeſtratus*, Conc. Aurel. 3. c. 2. ibid. p. 503. *Anni ſpatio miſſas facere non præſumat.* ibid. c. 23. *Anno integro pacem Eccleſiæ non habebit.* ibid. c. 16. *Tamdiu à ſacrificando ceſſabit, quamdiu legitimâ pœnitentiæ ſatisfactione correptus ad gradus ſive officium redeat, quod amiſit*, Concil. Brachar. iii, cap. 1 p. 1204. tom. 2. Bin. *Quamdiu in hoc vitio fuerit, à ſacrificando ceſſabit*, ibid. cap. 5. [illegible], Baſil. can. 89. Cæterum Concilium Lateranenſe ſtatuit, nec ſuſpenſionem fieri niſi *Canonicâ commonitione præmiſſâ*, Concil. Later. iii. c. 6 p. 1346. tom. 3. Bin.

Ὡς κληρικῷ συνεύξηται. In impreſſis eſt ὡς κληρικῷ, quomodo legunt Joh. Antiochenus, & Dionyſius Exiguus, qui totum hunc Canonem ſic tranſtulit, *ſi quis cum damnato Clerico velut cum Clerico ſimul oraverit, iſte damnetur.* Et paraphraſtes Arabicus, qui verba, ὡς κληρικῷ συνεύξηται, vertit *aut precatur cum eo, ut precatur cum veris ſacerdotibus.* Balſamon per συνεύξηται hîc συλλειτουργήσῃ à nonnullis intelligi obſervat: inter quos Zonaram & Ariſtenum fuiſſe interpretationes eorum palam faciunt.

In Can. XII.


Ἀ'Νὰ γραμμάτων συστατικῶν. Canonicarum Epiſtolarum tres olim ſpecies numeratæ ſunt; nam aliæ συστατικαί, aliæ εἰρηνικαί, & aliæ denique ἀπολυτικαί dicuntur. συστατικῶν quarum hic fit mentio, meminit & D. Paulus 2 Cor. III. I. Sunt autem propriè, quæ Clericis vel laicis (olim excommunicatis) dantur, vel etiam ignotis ad aliam civitatem proficiſcentibus, ipſos tanquam jam abſolutos, & fideles, loci, quo abeunt, Epiſcopo commendantes, ut teſtantur Zonaras in hunc Canonem, Balſamon in Concil. Chalced. can. 11. & Matthæus Blaſtares in ſyntagmate. Scholiaſtes Harmenopuli, Συστατικαὶ δὲ εἰσιν ἐπιστολαὶ αἱ διδόμεναι παρὰ ἐπισκόπου ἀλλαχοῦ ὁ ἀπερχόμενος εἰς ἑτέραν πόλιν ἀπιὼν, καὶ συνιστῶσι τοῦτος τῷ ἐκεῖ ἐπισκόπῳ, ὡς ἀνεπιλήπτους ὄντας. Harmenop. epit. can. ſect. 2. tit. 3. vide & Gratian. diſtinct. 71. cap. 8. Hujuſmodi epiſtolæ commendatitiæ datæ ſunt à Paulino Epiſcopo Nolano ad Amandum, dicente, *Marcum portitorem hujus Epiſtolæ commendatum ſpecialiter unanimitati tuæ, ut ſicut rogavimus ſanctum Epiſcopum & patrem noſtrum, ita ordinetur à vobis.* Paul. Epiſc. Nol. epiſt. 21. p 303. edit. Front. Ducæ Antwerp. 1622. ſic & Wolfeus Conſtantienſis ad Bernoltum Argentarienſem ſcribit, *Commendatum ergo eum cura veſtræ ſuſcipite, & ex veſtris partibus abſolutum in veſtrorum ovium numero cuſtodite.* Latini recentiores Epiſtolas has *Formatas* nuncuparunt, quemadmodum & *formalium Epiſtolarum* uſus apud Imperatores Romanos viguit, *cum procuratorum ſuorum nomine formalem dictares Epiſtolam*, Sueton. in Domitian cap 13. Formatarum frequens apud Latinos mentio. Concilium Mileviranum, *Placuit ut quicunque Clericus propter neceſſitatem ſuam alicubi ad comitatum ire voluerit, formatam ab Epiſcopo ſuo accipiat, quod ſi ſine formatâ voluerit pergere, a communione removeatur*, Conc. Milevit. II. can. 20. p. 600. t. I. Bin. Hiſpalenſe ſecundum, *nec formatas cuilibet epiſtolas mittere.* cap. 7. p. 953. tom. 2. Vigilius Papa. *Ne quis ſine formatâ tuæ fraternitatis ad longinquiora loca audeat proficiſci*, Vigil. epiſt. 2. ad Aurel. Arelat. ſic & ἄνευ εἰρηνικῶν Concil. Antioch. can. 7. apud Gratian. vertitur *abſque formatâ* diſtinct. 71. cap. 9 Quo ſenſu & S. Auguſtinus forſitan dixit, *Quærebam utrum Epiſtolas communicatorias, quas Formatas dicimus, poſſent quo vellent dare*, Aug. epiſt. 163. ad Eleuſium &c. tom. 2. operum 739. l. c. edit. Froben. Formatæ vero propterea dictæ videntur, quod ſigni Epiſcopalis forma in eis impreſſa fuit. Quod melius, ni fallor, intelligi non poteſt, quàm è Papiæ vocabulario, ut à Car. Labbeo emendatum, in quo hæc notatu digniſſima occurrunt, *Formatæ Epiſtolæ à ſanctis* CCCXVIII. *patribus in Nicæno Concilio conſtitutæ feruntur, ut videlicet quicunque Clericorum in transferendo ſe qualeſcunque literas confingeret, a proprio Epiſcopo commeandi licentiam accepiſſe. Oportebit igitur in Epiſtolis literas has ex earum ſupputatione exprimi; primas literas Græcas, patris, filii, & ſpiritus ſancti, quæ viz. ſunt* Π. Υ. Α. & ſubinde *Anathema ponatur in calce Epiſtolæ, & monogramma in fine ejuſmodi* Β. Τ. Ε. *id eſt, Bene valete. Signum autem in Privilegii exordio, vel Chriſmon, vel crux Dominica cum Chriſmone erat. Chriſmon autem hujuſmodi effigiabatur ſpecie.*



Ut autem plenius, tali mea ſententia Effigiabitur ſpecie.



Conſueverunt præterea in extremo margine privilegii quoſdam inſignire orbiculos, Antiſtitis nomen, & pauca qualibet verba continentes in hunc modum.





* Verba, quibus Græci commendatitias haſce ſive *formatas* literas exprimunt, videſis ad ipſum Euchologii calcem deſcripta. Datæ ſunt & Clericis imperatorem adeuntibus, ne celibatui præſentiæ ipſorum ibidem teſtimonium præbentes Juſtinianus, Γράμματα λαβόντων ὑπὸ τοῦ οἰκείου μακαριωτάτου πατριάρχου, καὶ τῆς θείας αὐτῶν συστατικοῖς μαρτυρίαν τῷ μακαριωτάτῳ τὸν ἀποσχοινίων ὑπὲρ αὐτῶν παρουσίας. Juſtin. novel 6 c. 3. Quin etiam literæ, quæ à Patriarchâ Conſtantinopolitano, recens creato, fidei ſuæ confeſſionem continentes mitti ſolent, Συστατικαὶ ἐπιστολαὶ vocantur; quarum exemplar edidit Leunclavius in Juris Græco-Romani l. 6. p. 439. edit. Francof. 1596.

In Can. XIII.

Ἐ Πιτιμάσθω αὐτὸς ὁ ἀφορισμός. Poſt iſta verba in impreſſis hæc leguntur, ὡς ψευδολογήσας καὶ ἀπατήσας τὴν ἐκκλησίαν τοῦ Θεοῦ. Legit etiam Joh. Antiochenus in coll. can. tit. 18. & Dionyſius Exiguus vertit, *Ut qui mentitus eſt, & Eccleſiam Dei ſeduxerit.* Et Joſephus Ægyptius, *Propterea quod mendax Eccleſiam Dei ſeduxit.* Item Ariſtenus, ut ex ejus interpretatione patet. Utrum Balſamon & Zonaras legerint, incertum eſt, cùm neuter eorum iſtiuſmodi clauſulæ meminit: unde potius non legiſſe videntur. Certè in MS. Bodleiano deſiderantur, & in Codice, quem tranſtulit Gentianus Hervetus, necnon in Harmenopuli epitome ſect. 1. tit. 3.

Zon. περὶ ἀδιαιρέτου ἀκοινωνησίας. Eodem quo Balſamon & Zonaras ſenſu Scholiaſtes etiam Harmenopuli vocem ἀδιαίρετον interpretatur, Ἀδιαιρετὸς ἐστιν, ὁ μὴ δεχόμενος εἰς μείζονα βαθμὸν ἀποκατασταθῆναι παρὰ τοῦ οἰκείου ἐπισκόπου. ἀλλὰ μόνος ἰσως ἀμφιβολίας. Harmenop. epit. ſect. 1. tit. 3. Et eodem quoque quo illi modo can. XII. de *non recipiendo*, & XIII. de *ſegregato* Harmenopulus & Ariſtenus exponunt: quibus ſuffragatur & Joſephus Ægyptius, *Quicunque ſacerdos migrat è provinciâ in provinciam, & non ſecum affert* χειρόγραφα συστατικὰ *ab Epiſcopo ſuo, qui eum ordinavit ſacerdotem, ne recipiatur in numerum ſacerdotum, & ſi receptus fuerit, ſegregetur & ipſe, & qui eum recepit.* Hic enim nulla, ut videmus, præviæ ſegregationis occurrit mentio: ſed de ſegregato, quem *Expulſum ſive Anathemate percuſſum* vocat, in poſteriore Canonis parte agit: nam hos duos Canones in unum contrahit hæc Arabica, non ſecus ac Latina Canonum editio.

Ἡ ἀσυγνώστως. Chriſtophorus Juſtellus in notis ad can. 9. Eccleſiæ univerſæ, hunc Zonaræ locum citans, pro ἀσυγνώστως legit ἀγνώστως, quæ verior videtur lectio; ideirco quod ὁ ἀλλαχοῦ præceſſit, ſub quibus & ἀσυγνώστως continentur, & quod in his verbis Zonaras ad Concil. Chalced. can. 13. reſpexiſſe videtur, quo ξένοις ἀλλαχοῦ καὶ ἀγνώστοις in aliena civitate ſine literis commendatitiis ſacra non obire conſtituitur.

Ἀναγνωσθῇ ἐν Ἀντιοχ. Hæc uſque ad finem in Impreſſis deſiderata, ex MS. Bodleiano nunc primùm in lucem prodeunt.

In Can. XIV.

Ἐ Πίσκοπον μὴ ἐξεῖναι. Anno Domini 673. celebrata eſt Synodus Anglicana ad locum Herudford, ſub Theodoro Archiepiſcopo Dorovernienſi, qui librum Canonum protulit, ex quo decem capitula notaverat, quæ à Synodo ſuſcepta ſunt: Horum ſecundum, tunc temporis in Angliâ conſtitutum, ſic ſe habet Saxonicè, *ſecundum; ut nullus Epiſcopus alterius parœciam invadat; ſed contentus ſit gubernatione creditæ ſibi plebis.* Bed. hiſt. Eccleſ. l. 4. cap. 5. pag. 173. Qui idem videtur Canon ac præſens XIV. Apoſt. quo ἐπιπηδᾷν vertitur *Invadere*, & quidem Dionyſius Exiguus transfert *Pervadere.* Ut veriſimile videatur, codicem hunc à Theodoro prolatum, eundem eſſe, quem Dionyſius Exiguus collectum latinè verterat, & canones hoſce Apoſtolicos, ſaltem 50. priores, in eodem deſcriptos fuiſſe. Quod etiam exinde magis eluceſcit, quòd ex eodem codice de tempore celebrandi paſchatis, ex can. Apoſt. 7. de Clericis non recipiendis ſine literis commendatitiis juxta præcedentem; ut Concilia bis in anno habeantur juxta can. 37. & de aliis juxta hos Apoſtolicos Canones ſtatutum eſt, ut patet ex ante laudato Bedæ loco.

Εἰ μή τις εὔλογος αἰτία ᾖ. Ex his & ſequentibus verbis apparet, quamlibet Epiſcoporum μετάθεσιν hic non prohiberi, ſed eam ſolùm, quâ quiſpiam per avaritiam & ambitionem, ſine majorum autoritate, multorumque ſuaſu & judicio, aliâve juſtâ causâ in aliam ſe transfert parœciam. Verumenimvero, ſi comprovincialibus viſum fuerit Epiſcopis majorem exinde utilitatem Eccleſiæ emerſuram, liberè transferatur. Concilium Carthag. 4. *Epiſcopus de loco ignobili ad nobilem per ambitionem non tranſeat, nec quiſquam inferioris ordinis Clericus, ſane ſi id utilitas Eccleſiæ fiendum popoſcerit, decreto pro eo Clericorum & Laicorum Epiſcopis porrecto, in præſentiâ Synodi transferatur; nihilominus alio in loco ejus Epiſcopo ſubrogato*, Conc. Carthag. 4. can. 27. p. 554. tom. 1. Bin. Pelagius ſecundus Papa Romanus, *Quod enim in Canonibus legitur, non debere Epiſcopum de civitate in civitatem tranſire vel transferri, non de his dicitur, qui aut vi expulſi, aut neceſſitate coacti, aut autoritate majorum hoc agunt; ſed de his, qui avaritiæ ardore inflammati ſponte ſua proſiliunt, & potius ambitiunt, quam utilitati Eccleſiæ ſervire, & ut dominationem agant, inſiſtere cupiunt.* Pelag. 2. epiſt. 10. ad Benignum apud Bin. tom. 2. p. 695. Socrates ὅτι μὴ ἐν τοῖς πάλαι ἀπὸ τῶν πρεσβυτέρων ἡμῶν ἀδελφοὺς ἐν πόλεις

λοιπὸν δὲ πολὺν χρόνον ἐπεκράτησε, ὥσπερ ἔχει καὶ νῦν. Socrat. l. 7. cap. 35. Porro hujus Apoſtolici Canonis patres Conſtantinopoli primò congregati meminerunt, ut in præfatione dictum eſt.

Balſ. Ἑτέρα ἑρμηνεία. Totam hanc alteram hujus Canonis interpretationem in impreſſis antehac deſideratam, MS. Bodleiano acceptam ferimus. In eodice autem, quem Gentianus Hervetus tranſtulit, partim deſcripta fuit; unde & latina ejus verſio inter ſupplementa ad priores codices extat.

Καὶ ἑτέρων πολλῶν. Sic Germanus Cyzico & Anthimus Trapezunte Conſtantinopolim tranſlati ſunt; Euſtathius Berrhœâ (Aleppo vulgo vocant) & Melitius Cappadociâ Hieroſolymam, & Rebenus Phœniciâ Tyrum migrarunt: vide quæ de hâc re ſcripta ſunt in tractatu Manuelis περὶ μεταθέσεων in Juris Græco-Romani lib. 3. p. 240. Francof. 1596. vide & Demetrii Chomateni Archiepiſcopi Bulgariæ ad Conſtantinum Cabaſilam reſponſa, ibid l. 5. pag. 317.

In Can. XV.

Εἴ τις πρεσβύτερος. Joſephus Ægyptius, in Arabicâ Canonum collectione, hunc ſic interpretatur, *Quicunque Presbyter aut Diaconus locum ſuum & Eccleſiam ſuper quam conſtitutus eſt reliquerit, & ſponte ſuâ diſceſſerit, nec Patriarcha ſuo, nec Metropolitâ, nec Epiſcopo id ei permittente, ad emolumentum lucrumque ſibi acquirendum, quod ex populo iſtius loci ei obveniat, gradu ſuo dejiciatur, & ſacerdotum numero ne habeatur; ſed iſtius ſtatus in Eccleſia ſit unâ cum fidelibus: & præcipuè, ſi Epiſcopus ſuus eum ad locum ſuum redire hortatus fuerit, & benignè cum eo egerit, & iſte ei haud morem geſſerit, redeundo ad ſuum locum, à ſacerdotibus eorumque commercio ſegregetur, propterea quod ſacerdotes ordinem diſſecare eumque corrumpere velit, ſitque inſtar fidelium.* Hic obſervetur λαϊκοὺς transferri *Fideles*; & ſic ſæpe alibi in hac paraphraſi: ſed plerumque vocat *Laicum* עלמאניא *Almanaya*, quaſi *mundanum*, & nonnunquam utrumque conjungit, ut *Laicum fidelem* Conc. Nic. c. 1. Inter hæc autem duo vocabula ſeorſim uſitata ſic diſtinguendum eſt, quod עלמאני *Laicum* in genere ſignificet, מהימן *Laicum fidelem*, hoc eſt qui nulli è pœnitentiæ gradibus ſubjectus ſacra myſteria participare poteſt, quem Græci quoque vocant πιστὸν, ac proinde hæc phraſis, *Et ſit ſicut fideles*, ſeu *inſtar fidelium*, eadem eſt ac Græca, ὡς λαϊκὸς κοινωνείτω. Porro juxta hujus Canonis præſcriptum, in Canonibus ſub Edgaro Saxonum rege hæc habentur, *Docemus etiam, ut nullus ſacerdos è propriâ ſuâ voluntate Eccleſiam deſerat, cui conſecratus eſt; ſed eam habeat pro legitimâ uxore.* Vide Concilii Herudfordenſis ſub Theodoro habiti can. 5. apud Bed. hiſt. Eccleſ. l. 4. c. 5.

In Can. XVI.

Εἰ δὲ ὁ ἐπίσκοπος. Cùm Alexander Epiſcopus Alexandrinus quoſdam Clericos, divinam Chriſti naturam negantes, excommunicaſſet, iſti ab aliis in Clerum rurſus cooptati ſunt; quod eorum factum Alexander reprehendens, ait, μηδένα, ὡς εἰρήκαμεν, ἀποσυναγώγους ἐπισκόπους τοὺς ὑπὸ τῶν πλησίον συλλειτουργῶν, τοῦ μὴ τὸ ἀποστολικὸν κήρυγμα τοῦτο συζητεῖν, apud Theodoret. hiſt. Eccleſ. l. 1. c. 3. p. 526. l. D. tom. 3. edit. Par. 1642. quibus verbis apertè laudat præſentem canonem, quo ab aliis depoſitos ab aliis non recipiendos eſſe conſtituitur. Unde hos Canones ei cognitos fuiſſe patet.

Balſ. τὸ β΄. κεφ. ὃ ϛ΄. κτλ. Verba hîc citata in impreſſis τῶν βασιλικῶν codicibus non extant: totus autem laudatus titulus eſt περὶ κληρικῶν λειτουργούντων ἐν ταῖς αὐταῖς ἐκκλησίαις, καὶ περὶ οἰκοδομούντων ἐκκλησίας κ. λ. Quod cùm idem ſit argumentum, propter quod Balſamon titulum hunc laudat, ſuſpicor nonnulla in impreſſis deſiderari, quæ olim inſerta fuerunt.

In Can. XVII.

Ὁ δυσὶ γάμοις. D. Paulus Epiſcopum unius uxoris virum eſſe præcipit. 1. Tim. iii. 2. item Presbyterum, Tit. 1. 6. & Diaconum 1. Tim. iii. 12. Unde Origenes *Nec Epiſcopus, nec Presbyter, nec Diaconus, nec vidua poſſunt eſſe digami*, Orig. hom. 17. in Lucam p. 145. l. D. tom. 2. oper. Par. 1619. *Unius matrimonii eſſe oportere, qui allegantur in ordinem ſacerdotalem, uſque adeo quoſdam memini digamos loco dejectos.* Tertullian. de exhort. caſtit. c. 7. *Presbyter eſſe non alius poteſt, quam laicus, qui ſemel fuerit maritatus.* ibid. *Quantum detrahant fidei, quantum obſtrepant ſanctitati nuptiæ ſecundæ, diſciplina Eccleſiæ & præſcriptio Apoſtoli declarat, cum digamos non ſinit præſidere.* Id. ad uxor. l. 1. c. 7. Διγάμους δὲ οὐκ ἔξεστι δέχεσθαι εἰς αὐτὴν εἰς ἱερωσύνην. Epiphan. expoſ. fid. *Quam ſanctum ſit digamia hinc oſtenditur, quod digamus in Clerum eligi non poteſt.* Hieronym. l. 1. adv. Jovinian. p. 10. l. K. tom. 2. oper. *Quamquam lege Sacerdotali teneatur & laicus, qui talem præbere ſe debet, ut poſſit eligi in ſacerdotium: non enim eligitur ſi digamus fuerit.* Id. epiſt. ad Geront. de Monog. p. 31. l. A. tom. 1. oper. *Ut diſpenſatorem Eccleſiæ non liceat ordinari, niſi unius uxoris virum.* Auguſtin. de bono conjug. cap. 18. p. 803. l. B. tom. 6. oper. V. Theodoret & Ambroſ. in 1 Tim. cap. 3. Leonis 1. Epiſt. 87. c. 2. ad Epiſcopos Cæſar. Maurit. p. 989 tom. 1. Bin. Juſtiniani novel. 6. c. 1. & Egbert. Excerpt. can. 32.

Μετὰ τὸ βάπτισμα. Ante baptiſmum igitur, ſi quamdiu Gentilis duobus quiſpiam implicitus eſt conjugiis, ad ſacerdotium nihilo ſecius eligatur; propterea quod baptiſmus præcedentia peccata diluit; ut obſervant Balſamon & Zonaras; quibus adſtipulatur Matthæus Monachus: ἡ χάρις τοῦ ἁγίου βαπτίσματος, καὶ τῆς θείας ἀναγεννήσεως μυστήριον. καὶ μόνον οὐ μόνον τὰς ἁμαρτίας ἀποπλύνει, πάντας ὅσοι τῷ βαπτίσματι προσέρχονται. καὶ φωτὸς ἀκτῖνας ἀναλάμπειν, εἰ καὶ πολλοὺς λαϊκῶν καὶ τοὺς ἐν γάμῳ ὄντας τῆς ἱερωσύνης τούτου ἀξιοῦσθαι. Matt. Mon. in matrimon. cap. περὶ διγάμων. Jur. Græco-Rom. l. 8. p. 494. Francof. 1596. &c. At Concilium Valentinum ſub Damaſo habitum eos etiam, qui ante baptiſmum digami fuerant, à ſacerdotio obeundo arcet, dicens, *Sedit ergo neminem poſt hanc ſynodum, qui ejuſmodi illicitis vel ſerò occurrerit, de digamis aut interruptarum maritis ordinari Clericos poſſe; nec requirendum, utrumne initiis ſacramentis divinis, anne Gentiles hâc ſe infelicis ſortis neceſſitate maculârint, cum divini præcepti caſta ſit forma.* Conc. Val. c. 1. p. 508. tom. 1. Bin. Et D. Auguſtinus, *Ut diſpenſatorem Eccleſiæ non liceat ordinari, niſi unius uxoris virum. Quod acutius intellexerunt, qui nec eum, qui catechumenus, vel paganus habuerit alteram, ordinandum eſſe cenſuerunt.* Auguſt de bono conjug. cap. 18. p. 803. l. B. tom. 6. oper.

Balſ. Διὰ πιττακίου. Vox πιττάκιον etiam à Diogene Laërtio uſurpatur, ἀνεθεὶς δὲ πιττάκιον τῷ μετώπῳ ἐπιγράψας. Νικόδρομος ἐποίει. Laert. l. 6. in Crat. In quem locum Iſaacus Caſaubonus obſervat πιττάκιον idem eſſe ac λεύκωμα. Et quidem Lampridius *Pittacium* pro *Albo Prætoris*, quod *Matriculam* vulgo appellant, uſurpat; quo fit ut tabulam etiam, quâ quippiam exaratur, ſignificet; & nonnunquam idem eſt, quod ξυλοχάρτιον, ut ex cortice arboris Ægyptiacæ ſcripturæ capace factum: nonnunquam è fuſili pice fit: vel etiam è pellibus pecorum; Unde Moſchopulus, apud Jac. Goar in notis ad ordinem ſtavari ſolitum, ſi mors ſit ſacra Menſa Euchologii p. 618. Πιττάκιον διφθέρινον καὶ λεπτὸν ἀποσφραγισθὲν τῆς διφθερίνης (μεμβράνης) ἀφ' οὗ ἐσχάτως καὶ πιττάκιον λέγεται. Et in prædicto ordine Euchologii p. 614. dicitur χαρτὶν διὰ πιττακίου. Deſignat igitur & *Pergamenum*, & metonymicè, *inſtrumentum quodlibet*, *Diploma*, *breve regium* vel ἀρχιερατικὸν, ut hoc loco. Sic & Lexicon vetus Græco-Latinum à Bonaventurâ Vulcanio editum, Πιττάκιον, *Pittacium, brevis.* Gloſſæ Iſidori, *Pictatium*, *Epiſtola brevis*, & *modica*; item *Pictatiuncula*, *membrana*. Hujuſmodi Pittacia, qui ordinati ſunt, ab ordinatoribus accipiebant, menſem & diem quo ordinati ſunt declarantia; ut patet è Scholiis Balſam. in Concil. Carthag. can. 92. Et cum Patriarcha ἀρχιδιάκονον, λαοσυνάκτην, δομέστικον, & alios ejuſmodi officiales conſtitueret, πιττάκιον, mandatum ipſius continens, iis tradebat; unde πιττάκιόν μου καὶ πρωτοψάλτην τὸν ὑπογραφὴν λαβόντα dicuntur in Conſtantini Cabaſilæ ad Johannem Citri Epiſcopum, interrog. 9. Juris Græco-Roman. l. 5. p. 328. edit. Marq. Freher. Francof. 1596.

Ἑτέρα ἑρμηνεία. Hanc alteram hujus Canonis interpretationem ex MS. Bodleiano nunc primum edimus: quam revera Balſamonis eſſe extra dubium eſt, cum iſtius initio, prioris interpretationis, quam ediderat, mentio fiat. Unde & conjecturam faciamus, reliquas ἑτέρας ἑρμηνείας, per totum opus interſertas, eidem jure referendas eſſe, niſi aliquid in iis occurrat, quod contrarium evincat.

Δομεστικεύειν. Hoc eſt officium *Domeſticorum*, quod etiam Gregorius Turonenſis vocat *Domeſticatum* l. 2. cap. 8. Domeſticus autem vel Eccleſiaſticus fuit vel politicus, Eccleſiaſticus, de cujus officio hîc fit mentio, quiſnam fuit & quonam in Eccleſiâ munere functus eſt, optimè diſcamus ex Johannis Epiſcopi Citri ad Conſtantinum Cabaſilam reſponſis, in quibus hæc legimus. Ἀναγνῶσται δὲ εἰσὶν οὗτοι. ὁ δομέστικος τοῦ δεξιοῦ χοροῦ, ὁ δομέστικος τοῦ ἀριστεροῦ, & πρὸς ὁ δομέστικος τῶν ψαλτῶν, ὁ ἐπὶ πᾶσι λεγόμενος πρωτοψάλτης. ad interrog. 8. Juris Græco-Rom. l. 5. p. 328. Et poſtea ad aliam interrogationem, πρωτ. ὁ αὐτὸς δὲ λόγος καὶ περὶ τοῦ δομεστίκου (ὁ γὰρ δομέστικος λέγεται), οὐκ ἂν ἀρχέσθω. καὶ ἐπιτελεῖ τοῦ μελῳδεῖν τε καὶ τοῦ μελῳδεῖν, οἷα εἰς ῥυθμὸν καὶ μέλος παιδεύων αὐτοὺς τε καὶ τοὺς μελῳδοῦντας. ad interrog. 10. ibid. p. 330. E quibus liquet δομέστικον unum è lectoribus fuiſſe, cantoribus autem præfectum, ſive πρωτοψάλτην καὶ ἀρχηγόν. Aliquid tamen diſcriminis fuiſſe inter δομέστικον & πρωτοψάλτην propriè ſic dictum, ex Euchologio colligimus, ubi inter officiales magnæ Eccleſiæ, οἱ δομέστικοι ἀμφοτέρων τῶν χορῶν & πρωτοψάλτης diſtinctè recenſentur p. 268. 273. 278. Et propterea, οἱ δύο δομέστικοι ἱστάμενοι μετὰ τοῦ πρωτοψάλτου, καὶ ψάλλοντες φωνῇ σεμνοτέρᾳ ὡς πρωτοψάλτης. p. 278. Et in hoc quidem Domeſtici officium à πρωτοψάλτου diſcrepat, quòd in ſolenniorībus vigiliis penes eum erat auſpicari, ad antiſtitem aut præſentem ſacerdotem dicendo, εὐλόγησον δέσποτα.

αρτων. Nonnulli eorum etiam πατριαρχικοὶ δηποτάτοι dicti ſunt, quorum erat ἐν ακολουθίᾳ τῷ πατριάρχῃ dicere, εἰς τοῦτο ἐπὶ λαβεῖν. Ut è citato Epiſcopi Citri ad Conſtant. Cabaſilæ interrog. 8. reſponſo liquet. Hoc igitur officium eſt, quod hoc loco Balſamon δημοσιεύειν appellat.

Λαοσυναπτῶν. Duo etiam λαοσυνάκται ſive λαοσυνάκτης ambo lectores inter officiales Eccleſiæ C.P. recenſentur, Euchologii pag. 268. 273. 278. quorum officium hic λαοσυνακτῶν dictum, ex ipsâ nominis notatione ſatis conſtat.

In Can. XVIII.

Ὁ χήραν λαβών. Hic canon lege Moſaicâ fundatur, quâ ſacerdotibus præcipitur, nec viduam, nec dimiſſam, nec profanam, nec meretricem ducere, ſed puram virginem, Levit. xxi. 13, 14. v. Ælfrici ad Wulſinum Epiſcopum can. 7. & 9.

Balſ. Καὶ τοῦτο ἀπηγόρευται. Idem conſtituitur à Michaele Patriarchâ C.P. ſγεις γοῦς τὴν γυναῖκα μοιχαλίδα, ... Michael. epiſt. de matrimonio prohibito. Jur. Græco-Rom. lib. 4. pag. 263.

In Can. XX.

Κληρικὸς ἐγγύας διδούς. Interpretes conſentiunt, quòd Clericis hîc interdicatur, non alios pro ſe, ſed ſe pro aliis, idque turpis lucri gratiâ fidejuſſores conſtituere. Adſtipulatur & Scholiaſtes Harmenopuli, Εἰ δὲ αἰσχροκερδῶν ἐπὶ πλάνῃ τοῦτο ποιεῖ, εἰ δὲ δὲ ... ... ἐπιτιμάσθω. Harmenop. epit. can. ſect. 3. tit. 2. Egbertus Eboracenſis, *Ut nulli ſacerdotum liceat fidejuſſorem eſſe, neque relictâ propriâ lege ad ſecularia judicia accedere*. Egbert. in excerpt. Idem innuere videtur & Dionyſius Exiguus, qui Canonem hunc ſic transfert, *Clericus fidejuſſionibus inſerviens abjiciatur.* Sed Joſephus Ægyptius Canonem aliter interpretatur, viz. *Quicunque è ſacerdotibus hominem pro ſe fidejuſſorem dederit, aut ipſe ſe dederit fidejuſſorem pro alio, vel hominem pignori acceperit, quemadmodum exteri faciunt, Eccleſiâ expellatur.* Adeo ut de Clericis, qui alios pro ſe, æque ac iis qui ſe pro aliis ſponſores dederint, Canonem hunc exponat.

In Can. XXI. XXII. XXIII. XXIV.

Εὐνοῦχος. Secundo à Chriſti natalitiis fluente ſeculo, nata eſt Valeſiorum hæreſis, qui variis ſcripturæ loca, præſertim Matt. xix. 12. perperam interpretati, exectis virilibus, Eunuchos ſe faciebant: ut teſtantur Epiphan. hær. 58. par. 1. Et Auguſt. hær. 37. Eodem proinde errore imbutus Origenes ſuum etiam corpus evirare auſus eſt: ut docent Euſeb. hiſt. Eccleſ. l. 6. c. 8. Niceph. l. 5. c. 8. Epiphan. hær. 64 par. 3. Quod Origenis facinus, Demetrius Eccleſiæ Alexandrinæ Epiſcopus primo admiratus, deinde ſcriptis ad omnes ubique terrarum Epiſcopos, tanquam abſurdiſſimum proſcindebat, ut tradit Euſebius loco citato. Hinc veri nobis haud diſſimile videtur, aliquos ſaltem eorum, ſi non omnes, ad quos Demetrius ſcripſerat, Epiſcopos, in unum congregatos, hâc de re deliberationem iniiſſe, & quatuor hos de Eunuchis Canones vel primò conſtituiſſe, vel ante conſtitutos renovâſſe; quod ultimum mihi magis arridet, propterea quod Demetrius Cæſarienſem & Hieroſolymitanum Epiſcopos criminatus eſt, quod Origenem in Presbyterii gradum promoviſſent, viz. contra can. 22. quo conſtituitur, ut ὁ ἀκρωτηριάσας ἑαυτὸν μὴ γινέσθω κληρικός. Niſi enim hujuſmodi decretum antea editum fuiſſet, non video quare Demetrius hoc iis vitio verteret. Henricus Valeſius, fateor, in annotationibus ad dictum Euſebii locum, ſcribit, Demetrio illatam fuiſſe injuriam, quod commemorati Epiſcopi Origenem, diœceſis non ſuæ, ſed Alexandrinæ, cui præerat Demetrius, ordinâſſent. Verum Hieronymus Origenem Athenas per Palæſtinam, ubi ordinatus eſt, proficiſcentem, Eccleſiaſticam ſecum Epiſtolam attuliſſe refert, Hieronym. in catal. voce Orig. tom. 1. fol. 92. 2. Et ipſe etiam Alexander Hieroſolymitanus, qui eum ordinaverat, epiſtolam ſcripſit pro Origene adverſus Demetrium, eo quòd juxta teſtimonium Demetrii eum Presbyterum conſtituerat, ut ſcribit Idem Hieron. in Alexandro. ibid. fol. 93. 1. Et idcirco ipſi quoque Ægypti & Alexandriæ Epiſcopi in Epiſtolâ Synodicâ adverſus Origenis doctrinam, χειροτονηθέντα αὐτὸν πρεσβύτερον ὑπὸ τῶν ... ... agnoſcunt. Sed quid pluribus opus eſt, cùm ipſe etiam Euſebius dicto loco fateatur, Demetrium nihil aliud habuiſſe, quod Origeni objiceret, præter facinus iſtud, quod adoleſcens olim patraverat, cùm ſe viri. exſecuerit. At ſi Origenes inviſo Epiſcopo ſuo ordinatus fuiſſet, hoc ei non minus quàm ordinatoribus, vitio verteretur. Ut mihi apertius eſſe poſſit, quàm Demetrium hoc tantum Origeni objectâſſe, quòd cùm ſe emaſculâſſet, ordinaretur, & commemoratis Epiſcopis, quod Eunuchum à ſe factum ordinarent, contra prius laudatum Canonem. Hæc noſtra ſententia aliquam etiam eandem lucem mutuatur, quòd Origenes ab unâ quidem Synodo Epiſcoporum Alexandriâ, ab aliâ demum etiam ſacerdotio pulſus eſt, ut refert Pamphilus in Photii Bibliothecâ, cod. 118. At quo tandem pacto hoc fieri potuit, ſi nullus adhuc Canon contra eos qui ſe Eunuchos faciunt, editus fuiſſet? Et quidem etiamſi Demetrius iſtiuſmodi Canonis expreſsè non meminit, non obſcure tamen indigitare videtur, cum de ſpontaneâ Origenis exectione certior factus, primo eum *θαρσεῖν αὐτὸν παρακελευσάμενος bono animo eſſe jubet*, Euſeb. hiſt. l. 6. c. 8 his enim verbis clarè ſatis innuit, Origenem Eccleſiaſticam aliquam tranſiliiſſe regulam; ſe autem eum propter ingenii promptitudinem & fidei ſinceritatem defenſurum, ne pœna Canonica ei infligeretur; à quâ & ipſum ſibi timuiſſe Origenem manifeſtum eſt, eo quòd pro virili conatus ſit, ut id quod fecerat, alios omnino lateret; prout è dicto Euſebii loco conſtat. Quibus omnibus inter ſe collatis adducor ut credam, primitivæ Eccleſiæ præſules etiam ante Origenem hoſce de Eunuchis Canones ediidiſſe (fortaſſe contra hæreticam Valeſiorum opinionem) eorumque autoritate Origenem primum Sacerdotio expulſum, poſtea verò ob ſummam ejus in ſcripturis interpretandis, omnibuſque artibus & ſcientiis famam, iterum receptum fuiſſe: præcipuè poſtquam inconſulti ſui & temerarii facti, juvenilis ætatis fervore perpetrati, eum pœnituiſſet: pœnituiſſe autem ea ipſius verba patet, ubi ait, ἡμεῖς δὲ Χριστὸν τὸν λόγον Θεοῦ ... ... Origen. in Mat. xix. 12.

Balſ. Καστράτος. Hic inauditam antehàc latinæ hujus vocis etymologiam profert Balſamon, viz. καστράτοι *Caſtrati* à κάστρον *Caſtrum ferrum*. Sed undenam miram hanc *Caſtri* ſignificationem hauſerit, hariolari nequeo; niſi pro *Ceſtrum* Græc. κέστρον ſumpſerit, quod inſtrumentum, quo cavatur ebur, ſignificatur. Quinetiam nec omnis Eunuchiſmus ferro fit, ſed & aliis nonnunquam modis; ut medicamentis exſiccativis: quomodo & Origenem ſe Eunuchum feciſſe nonnulli ſuſpicati ſunt; ut tradit Epiphanius, ἄλλοι δὲ οὐχ φασιν, ἀλλὰ ἐπινοῆσαί τι φάρμακον ἐπιθεῖναι τοῖς μορίοις καὶ ἀποξηρᾶναι. Epiphan. hær. 64. par. 3. Sic Athenienſes Hierophantas ad compeſcendum libidinis oeſtrum cicutam genitalibus illinere ſolitos ipſe Origenes docet, contra Celſ. lib. 7. & Plinius de cicutâ ait, *quod certum eſt, lac puerperarum mammis impoſita extinguit, veneremque teſtibus circa pubertatem illita*. Plin. l. 25. c. 13. Idem tradit & Dioſcorides, l. 4. c. 77.

Ἐρμηνεία τῶν τοιούτων. In impreſſis pariter ac MSS. Balſamonis codicibus hi quatuor Canones viz. 21. 22. 23. 24. ſimul collocantur. At in uno è MSS. Bodleianis, quo Zonaræ & Balſamonis ſcholia in Apoſtolicos hoſce Canones colliguntur, Balſamonis interpretatio Canonem 21. ſequitur, & hæc cum ſequentibus verbis nunc primò editis ad can. 24. referuntur: ut proinde hic imprimenda cenſuimus.

In Can. XXV.

Ἐπίσκοπος ὁ ἐπιορκήσας. Hunc Canonem Baſilius Magnus ſub ἀρχαίου κανόνος nomine laudat, can. 3. ad Amphiloch. Quinetiam rex Chilpericus eundem contra Prætextatum Rotomagenſem Epiſcopum citat, in codice Canonum, quem ad Epiſcopos Galliæ tranſmittebat anno 577. de quo ſic Gregorius Turonenſis, *Ipſe vero ad Metatum diſceſſit, tranſmittens librum Canonum in quo erat quaternio unus adnexus, habens Canones quaſi Apoſtolicos continentes hæc; Epiſcopus in homicidio, adulterio, & perjurio deprehenſus à Sacerdotio divellatur.* Greg. Turon. l. 5. c. 18. Per quaternionem priſtino codici adnexum, nihil aliud, quàm hic Codex Canonum Eccleſiæ primitivæ, qui *quaſi Apoſtolici* hic appellantur, indigitari poteſt, nec Canon laudatus eſt alius à præſenti 25. At in ipſo Canone fit mentio *furti*; quòd hic omittitur, & nulla *homicidii*, quod *furti* loco hic ſubſtituitur. Verùm hæc Canonis corruptio propterea iis temporis excogitata videtur, ut Prætextatus, qui ſpe veniæ ſe homicidii reum profeſſus eſt, eo perſpicuè magis damnaretur. Et hinc, ni fallor, evenit, ut in Egberti exceptionibus, homicidii pariter ac furti mentio fiat: ſic enim hunc Canonem legit, *Epiſcopus aut Presbyter, aut Diaconus, qui in fornicatione, aut perjurio, aut furtis, aut homicidio captus eſt, deponatur*. Egbert. excerpt. can. 33. Unde facile eſt conjicere, Egbertum primo Dionyſianum habuiſſe codicem, cujus verſionem exactè ſecutus, quæ ſic ſe habet, *Epiſcopus aut Presbyter, aut Diaconus, qui in fornicatione, aut perjurio, aut furto captus eſt, deponatur*: Cum autem in Gallicanum poſtea codicem incideret, ex eo novum hoc additamentum, *aut homicidio* Dionyſianæ verſioni adjunxiſſe. Cæterum non Dionyſianus ſolus, ſed omnes, tam impreſſi, quam manu exarati: quos

Dio-

nobis videre contigit, codices fornicationis, perjurii, & furti meminerunt, non item homicidii. Sic etiam paraphraſis Arabica, *Quicunque Epiſcopus, aut Presbyter, aut Diaconus, vel qui eſt infra eos in ſacerdotii gradibus, in fornicatione, aut falſo juramento, aut furto deprehenſus fuerit, ſacerdotio gradúque ſuo excidat.* Porro quæ hoc Canone continentur, Leo Apoſtolicæ traditioni accepta refert, dicens, *Alienum eſt à conſuetudine Eccleſiaſticâ, ut qui in Presbyterali honore, aut Diaconii gradu fuerint conſecrati, ii pro crimine aliquo ſuo per manûs impoſitionem remedium accipiant pœnitendi, quod ſine dubio ex Apoſtolicâ traditione deſcendit.* Leo. 1. epiſt. 92. ad Ruſtic. c. 2. Concil. tom. 1. p. 994. Bin.

Αὐτὴ γὰρ ἡ γραφή. viz. Nahum. 1. 9. ubi verba Hebraica [illegible] *non conſurget bis anguſtia*, LXX. ſeniores vertunt, *οὐκ ἐκδικήσει δὶς ἐπὶ τὸ αὐτὸ ἐν θλίψει.* Ac ſi pro [illegible] legiſſent [illegible] vel quid ſimile à radice [illegible] *Vindicavit, ultus eſt.* At in codice, quo uſi ſunt Canonum horum conditores, pro *ἐκδικήσει* lectum fuiſſe videtur *ἐκδικήσεις* prout ipſi citant; quod exactiùs reſpondet verbo Hebraico [illegible], quod ſine punctis ſcriptum *Vindicabis* ſignificare poteſt, æque ac *Conſurget.* De depoſito autem à communione ſimul non ſegregando, conſulas Concil. Aurel. 3. c. 7. & 26. Aurel. 5. c. 4. Petri Alexandr. c. 10.

In Can. XXVI.

A'Νάγνωστας, καὶ ψάλτας μόνους. Hunc Canonem diu in Eccleſiâ obſervatum fuiſſe liquet ex Concil. Chalced. can. 14. ſic incipiente, ἐπειδὴ ἔν τισιν ἐπαρχίαις συγκεχώρηται τοῖς ἀναγνώσταις, καὶ ψάλταις γαμεῖν. In iis viz. provinciis obtinuit, à quorum Præfectis editus fuerat. Unde ſimul evinci poteſt, hoſce Canones à provincialibus Eccleſiæ primitivæ Synodis conſtitutos eſſe: quod in præfatione ad hos Canones ante notavimus.

In Can. XXVII.

E'Πίσκοπον. Juſtinianus, ἀλλ' οὐδὲ οἰκείαις χερσὶ [illegible] ἐπισκόπῳ καὶ κληρικῷ, τοῦτο γὰρ ἀπᾴδει [illegible]. Juſtinian. Novel. 123. cap. 11. Vide Joh. Antioch. nomoc. tit. 25.

In Can. XXVIII.

Balſ. E'Πίσκοπος ὁ [illegible]. Recte citatur hic locus etiam juxta impreſſos τῶν *Βαλσαμῶν* Codices. Idem autem ſtatuit & Juſtinianus, dicens, *ὁ κατὰ νόμον ἱερέων [illegible] ἐπίσκοπος, καὶ [illegible], καὶ τῆς ἱερωσύνης [illegible], ὡς [illegible], [illegible] τῶν [illegible], ἐν [illegible]. καὶ [illegible]. καὶ μὴ [illegible]. [illegible] οἱ δὲ [illegible]. [illegible] [illegible].* Apud Joh. Antioch. nomoc. tit. 17.

In Can. XXIX.

E'Ι' τις ἐπίσκοπος διὰ χρημάτων. Hic Canon ipſis Tertulliani diebus obſervatus eſt, ut ex his ipſius verbis patet, *Præſident probati quique ſeniores, honorem iſtum non pretio, ſed teſtimonio adepti; neque enim pretio ulla res Dei conſtat.* Tertull. apol. c. 39. Cum autem atrociſſimum hoc ſcelus, Sacerdotium videlicet pretio mercandi, in Eccleſiam irrepſerat, S. Patres in illud acerrimè invehebantur Vide D. Hieron. in Mat. 21. v. 12. Greg. Mag. epiſt. l. 4. ep. 52. ad Virgil. edit. Romæ 1591. Gennadii epiſt. Encycl. de Simonia, ad Metropolitanos & Papam Romanum. Taraſii epiſt. ad Adrianum de ordinationibus ſimoniacè non conferendis, apud Bin. tom. 3. Concil. p. 262. edit. Col. 1606. Concil. Aurelian. 2. c. 4. Hincm. Remenſ. epiſt. ad Epiſcopos Franciæ cap. 5. edit. Mogunt. 1602. Concil. Pariſ. vi. l. 1. c. 21. Concil. Gall. tom. 2. pag. 489. Concil. Vern. c. xxiv. ibid. p. 33. Iſid. Peluſiot. epiſt. l. 1. ep. 315. ubi ſimoniacum *Καιάφαν χριστέμπορον* vocat. Ut alia quamplurima, quæ adduci poſſunt, cautus omittam teſtimonia, noſtra etiam Eccleſia religioſè, ſi quæ alia, perpetuò hunc Canonem obſervavit: adeo, ut non nunc ſolum dierum, ſed antiquitus etiam, Epiſcopus ab eo, qui illi præſentatus eſt, juramentum acceperit, ſe nihil pro præſentatione vel dediſſe, vel promiſiſſe; ut è veteri Willielmi Lyndwodi provinciali patet, ubi hoc Stephani Archiepiſcopi decretum in Concilio Oxonienſi editum extat, *Præſenti ſtatuto diffinimus, ut Epiſcopus ab eo qui præſentatus ſibi fuerit, recipiat juramentum, quod propter præſentationem illam nec promiſerit, nec dederit aliquid præſentanti, nec aliquam propter hoc inierit pactionem; maximè ſi præſentatus ipſe ſuper hoc ſuſpectus fore veriſimiliter videatur.* Lyndwod. provinc. l. 2. de jurejurando fol. 53. col. 2. edit. Pariſ. 1506.

Ὑπ' ἐμοῦ Πέτρου. Antiquitus ita legebatur, *ὡς Σίμων ὁ μάγος ὑπὸ τοῦ Πέτρου.* Unde Dionyſius Exiguus vertit, *ſicut Simon Magus à Petro*; & ex eo Egbertus Eboracenſis in excerpt. at poſtea, à neſcio quo Canonum horum interpolatore, nova hæc lectio introducta eſt, ὑπ' ἐμοῦ Πέτρου. Quomodo legit & Joh. Antiochenus. Collect. can. tit. 11. at & Concilium Nicænum ſecundum can. 5. & omnes Græcorum tam impreſſi, quam MSS. codices, quibus adhuc gaviſi ſumus: & Joſephus Ægyptius, qui ſic interpretatur, *Quemadmodum ego Petrus devitavi ſocietatem Simonis incantatoris, cumque Spiritus Sancti juſſu Eccleſiâ Dei expuli.* Hæc autem corruptio ab aliquo videtur excogitata, cui perſuaſum fuit hos Canones verè Apoſtolicos eſſe, quod ut alii quoque crederent, pro ὑπὸ τοῦ ſubſtituit ὑπ' ἐμοῦ.

In Can. XXXI.

E'Ι' τις πρεσβύτερος. Cyprianus, *Et cùm ad nos in Africam legatos miſiſſet Novatianus, optans ad Communicationem noſtram admitti, hanc à Concilio plurimorum ſacerdotum, qui præſentes eramus, ſententiam retulerit, ſe foris eſſe cœpiſſe, nec poſſe à quoquam noſtrum ſibi communicari, qui, Epiſcopo Cornelio in catholicâ Eccleſiâ de Dei judicio & Cleri ac plebis ſuffragio ordinato, profanum altare erigere, & adulteram cathedram collocare, & ſacrilega contra verum Sacerdotem ſacrificia offerre tentaverit.* Cyprian. epiſt. 13. ad Stephanum. de Marciano Arelatenſe p. 69. l. 25. lib. 3. epiſt. edit. Manut. v. Concil. Antioch. c. 5.

Balſ. συναγωγὰς. De his vide Concil. Nic. 2. can. 17.

Σημείωσαι τὸ παρὸν. Hæc uſque ad finem τῆς ἑτέρας ἑρμηνείας in impreſſis deſiderata, è MS. Bodleiano reſtituimus: quæ revera Balſamonis eſſe ex initio τῆς ἑτέρας ἑρμηνείας probe conſtat.

Γὰρ φησι. In hujus loci interpretatione Latina, nos παρενθετικῶς interſeruimus, *Chryſoſtomus*, cujus ſunt verba hic citata in epiſt. 2. ad Timotheum λογ. β. ad quem etiam Sermonem Balſamon in ultimis primæ hujus interpretationis verbis lectorem remittit, v. Chryſoſt. op. tom. 4. p. 338. edit. Savil.

Ariſt. Μετὰ τῶν διαρρηξάντων. Chriſtophorus Juſtellus legit μετ' αὐτοῦ, ac ſi altare unà cum Epiſcopo, qui iſtud fixerat, dejiceretur. At noſtra lectio Canonis mentem meliùs exhibet.

In Can. XXXII.

E'Ι' τις πρεσβύτερος ἢ διάκονος. Scholiaſtes Harmenopuli in hunc Canonem hæc obſervat, *[illegible] [illegible] [illegible] φησιν. αἰτεῖ [illegible] τὸ διαδέξασθαι τὴν [illegible] [illegible] τοῦ ἀφορισθέντος, μετὰ τὴν [illegible]. καὶ ζῶντος δὲ τοῦ ἀφορίσαντος [illegible] [illegible] λύεται, οἱ μὲν δικαίως φασὶν [illegible].* Harmenop. ſect. 2. tit. 3. Quæ Zonaræ præſertim hujus Canonis interpretationi ſuffragantur.

In Can. XXXIII.

M'Ηδένα τῶν ξένων. Concilium Heortfordenſe ſub Theodoro Archiepiſcopo celebratum can. 6. *Ut Epiſcopi atque Clerici peregrini contenti ſint hoſpitalitatis munere oblato, nullique eorum liceat ullum officium ſacerdotale, abſque permiſſu Epiſcopi, in cujus parœciâ eſſe cognoſcitur, agere ſtatuit.* Bed. hiſt. Eccleſ. l. 4. c. 5. Ex eo quod hoc ſtatutum ex præſenti Canone ſumptum ſit, Codicem à Theodoro tunc temporis oblatum, Apoſtolicos etiam Canones adnexos habuiſſe, abundè conſtat.

Ariſt. Ξένος ἱερεὺς. In Ariſteni epitome Canonum à Juſtello editâ, hic ita legitur, *ξένος ἱερεὺς δίχα συστατικῶν ἡ [illegible], [illegible] [illegible], καὶ εἰ τοὺς ὀρθοδοξοῦντας προσίοιτο, οἱ δ' ἂν ἀφορισθεῖσιν [illegible].* Hic pro noſtro *[illegible]*, legitur & quidem rectiùs, *ἰχθὺ*, viz. *συστατικῶν.* Et ubi in noſtro codice legitur τῶν ὀρθοδόξων, & in Simeonis Logothetæ epitome τῶν ὀρθοδόξων προσιοῦσιν, hic habetur *πρὸς τοὺς ὀρθοδοξοῦντας προσιοῦσι*, *Si eos qui rectè ſentiunt, admittit*; ut transfert Juſtellus. At noſtra lectio præferenda eſt, καὶ τῶν ὀρθοδόξων προσιοῦσι, quæ meliùs fortaſſe transferatur, *Et ſi ſit ex orthodoxis, admittitur.* Cæterùm pro *οἱ δ' ἂν*, Juſtellus peſſimè legit, *οἱ δ' ἂν* tam hic, quàm in Logothetæ epitome: nec meliùs *ἀφορισθεὶς*, pro *ἀφορισθεὶς*, quomodo legit & Logotheta; ubi tamen à Juſtello malè vertitur, *Segregatur*, ac ſi *ἀφορίζεται* eſſet.

In Can. XXXIV.

Τὸν ἐν αὐτοῖς πρῶτον. Inſignis locus ad evincendam Archiepiſcoporum, Metropolitarum, & Patriarcharum antiquitatem, & primitivarum Eccleſiarum in provincias diſtributionem: quam ab ipſis etiam Apoſtolis inſtitutam eſſe, eruditiſſimus ille Petrus de Marca probat, de Concord. ſacerd. & Imp. l. 6. c. 1. Et quidem ipſis quibus conditi ſunt hi Canones diebus, provinciarum metropoles, ac proinde ſingularum provinciarum metropolitanos, conſtitutos fuiſſe, ex Tertulliano colligimus, dicente, *Proxima eſt tibi Achaia? Habes Corinthum. Si non longè es à Macedoniâ, habes Philippos, habes Theſſalonicenſes. Si potes in Aſiam tendere, habes Epheſum. Si autem Italiæ adjaces, habes Romam, unde nobis quoque auctoritas præſto eſt.* Tertul. de præſcript. hæt. c. 36. His enim verbis haud obſcurè indigitat, ſuis etiam temporibus Corinthum Achaiæ metropolim fuiſſe, Philippos & Theſſalonicam in Macedoniâ, Epheſum Aſiæ, & Romam Italiæ. Sic etiam Cyprianus Carthaginem alias ſibi ſubjectas habuiſſe provincias docet, *ſed quoniam latiùs*, inquit, *fuſa eſt noſtra provincia; habet etiam Numidiam & Mauritanias duas ſibi cohærentes.* Cyprian. ep. 8. ad Cornel. de Polycarpo Hadrumetino. l. 45. p. 103. lib. 4. epiſt. edit. Manut. Rationem, quare primò inſtituti ſunt Metropolitani, Concilium Antiochenum reddit can 9.

Ἄνευ τῆς ἐκείνου γνώμης. Vox γνώμη in hoc & ſimilibus canonum Antiquorum locis non nudum ſuffragium, ſed auctoritatem cum ſuffragio conjunctam ſignificat; ut obſervat etiam Petrus de Marca de concord. l. 5. c. 7. Paraphraſtes Arabicus, *Et nihil faciet ex propriâ voluntate; ſed agnoſcet jus præſidis qui ei præeſt à Metropolitano aut patriarchâ; & nihil faciet, niſi ex ipſius voluntate:* viz. Nihil magni momenti, & quod ad ſuæ provinciæ adminiſtrationem non pertinet; ut rectè enim obſervat Scholiaſtes Harmenopuli in hunc Canonem, [illegible]. Harmen. epit. can. ſect. 1. tit. 4. (Hæc autem ex Zonaræ interpretatione hujus Canonis deſumpta videntur.) Illuſtre hujus rei exemplum habemus in Actione quartâ Concilii Chalcedonenſis; ubi decem Epiſcopi diœceſeos Ægyptiacæ, cùm Patriarcha ipſorum Dioſcorus Alexandrinus damnatus fuiſſet, à Synodo invitati, ut Leonis Papæ Romani Epiſtolæ ſubſcriberent, & Eutychem anathematizarent, reſponderunt per Hieracem, ſibi non fas eſſe aliquid tale facere, uſque dum alius in locum Dioſcori Alexandriæ Patriarcha conſtitueretur, cujus ſententiam ſe, ut ſequuntur, expectare oportet. Ipſorum verba ſunt, [illegible] Concil. Chalced. Act. 4 p. 588. tom. 8. Conc. edit. Par. 1644. Quod etiam ex antiquâ conſuetudine ſibi incumbere paucis interjectis adducit. p. 591. [illegible]. Verum antiqua hæc conſuetudo præſenti procul dubio Canone primo fundata eſt. Notandum præterea, Judices & Senatum inclitâ Synodo protinus ſubjungere, Ægyptiacos Epiſcopos dixiſſe, [illegible]. ibid. p. 593. Hic enim Alexandrini Archiepiſcopi γνώμην ab Epiſcopis expectatam, etiam *departionem* interpretantur: quæ etiam in hoc Canone recta vocis iſtius notio videtur, ubi ad Primatem refertur; etiamſi omnium etiam Epiſcoporum ſententia γνώμη dicatur.

Ἀλλὰ μηδὲ ἐκεῖνος. Hanc Canonis partem Cyprianus Epiſcopus Carthaginenſis obſervavit. Nam de lapſis ad pœnitentiam componendis, ait, *Quæ res cum omnium noſtrum conſilium & ſententiam ſpectet, præjudicare ego & ſolus mihi rem communem vindicare non audeo: & ideo interim Epiſtolis, quas ad vos proxime feceram, quarum exemplum collegis quoque multis jam miſi, qui reſcripſerunt, placere ſibi quod ſtatuimus, nec ab eo recedendum eſſe, donec pace nobis à Domino reddita in unum convenire & ſingulorum cauſas examinare poſſimus.* Cyprian. epiſt. 19. ad Clerum, de non danda lapſis pace ante pœnitentiam, lib. 3. epiſt. edit. Manut.

Καὶ δοξασθήσεται. Eodem modo, quo codex Bodleianus, hìc impreſſus, etiam Johannes Antiochenus hæc verba uſque ad finem Canonis legit, niſi quod Ἰησοῦ Χριστοῦ omittat Joh. Ant. collect. can. tit. 2. At in codicibus antehac editis & iis, qui à Gentiano Herveto verſi ſunt, ita legebantur, καὶ δοξασθήσεται ὁ Θεὸς διὰ κυρίου ἐν ἁγίῳ πνεύματι ὁ πατὴρ, καὶ ὁ υἱὸς, καὶ τὸ ἅγιον πνεῦμα. Dionyſius Exiguus, *Et glorificabitur Deus per Chriſtum in Spiritu Sancto.* Ultima ergo verba ὁ πατὴρ &c. non legit. At in Arabicâ paraphraſi, ab ἵνα γὰρ incluſivè, uſque ad Canonis finem, omnia omittuntur.

In Can. XXXV.

Ἐπίσκοπον μὴ τολμᾶν. Cum Epiſcopus Antiochenus in inſulâ Cypro ordinationes facere & auctoritatem exercere conaretur, Rheginos Conſtantienſis reliquorum inſulæ Epiſcoporum nomine libellum tertiæ œcumenicæ Synodo, tunc temporis Epheſi celebratæ, obtulit, quo Epiſcopum Antiochenum hoc *contra Apoſtolicos Canones & definitiones ſanctiſſimæ Nicænæ Synodi* tentâſſe aſſeruit. Synodus re perpensâ decretum edidit, quo Epiſcopum Antiochenum in dictâ inſulâ ordinationes peragere vetuit, idque ne patrum Canones tranſiliantur. Incipit hoc decretum his verbis, [illegible] (vel. πατέρων) [illegible]. Concil. Epheſ. act. ſept. tom. 5. Conc. p. 782. edit Pariſ. 1644. Ubi per [illegible] τῶν ἁγίων ἀποστόλων, præſens inter alios haud dubiè Canon indigitatur; etiamſi τῶν ἁγίων πατέρων verior ſit lectio, quàm ἀποστόλων. Enimvero per *leges Eccleſiaſticas*, Canones Apoſtolici, per *patrum Canones*, Nicæni, quorum etiam ibidem ſit mentio, intelligendi ſunt. Porro Scholiaſtes Harmenopuli in hunc Canonem hæc obſervat. [illegible]. Harmen. epit. can. ſect. 1. tit. 4. Totum hoc Michaelis [illegible] extat in Juris Gr. Rom. l. 3. p. 227. edit. Francof. 1596.

Ariſt. [illegible]. Hæc verba in Ariſteni Synopſi à Juſtello editâ deſiderantur. At in Simeonis Logothetæ epitome rectius leguntur, μετὰ τῆς πληθύος. Nec ſine illis plenus Canonis ſenſus exprimitur.

In Can. XXXVI.

Αὐτὸς μενέτω. Sic præter MS Bodleianum Gentianus Hervetus, & ante eum Dionyſius Exiguus legit, uterque enim vertit, *Ipſe quidem maneat Epiſcopus.* Quinetiam in Zonaræ Scholiis locus hic ita explicatur, [illegible], ut ipſe eodem modo legiſſe videatur. Verum in impreſſis legitur, [illegible]. Johannes Antiochenus, [illegible]. Joh. Ant. coll. can. tit. 10.

Ariſt. [illegible] In Henrici Stephani theſauro, [illegible], ex Philarcho affertur, pro *A mari abhorreo*, Stephanus autem ſcribendum putat potius [illegible], vel [illegible]. Hoc autem in loco [illegible] potiùs legendum ſuſpicor. Sic enim Juſtellus, tam in Ariſteni quam Logothetæ epitome, legit; ut & pro [illegible], utrobique legit [illegible].

In Can. XXXVII

Δεύτερον τοῦ ἔτους. Concilia frequenter in Eccleſiâ quoque primitivâ juxta hunc Canonem celebrata fuiſſe ex Tertulliano patet dicente, *Aguntur præterea per Græcias illa certis in locis Concilia, ex univerſis Eccleſiis, per quæ & altiora quæque in commune tractantur, & ipſa repræſentatio totius nominis Chriſtiani magnâ veneratione celebratur.* Tertul. de jejun. cap. 13. Iiſdem etiam diebus plurima de paſchate habita fuiſſe Concilia teſtis eſt Euſebius, hiſt. Eccleſ. l 5. c. 23. 24. De variis autem Conciliorum generibus, & temp[e]ſtatibus quibus celebranda ſunt alibi convenientior agendi locus occurret.

Τῇ τετάρτῃ ἑβδομάδι τῆς πεντηκοστῆς. Hic ſub Pentecoſtes nomine totum iſtud intervallum, quod à paſchatis die ad Feſtum Pentecoſtes intercedit, comprehenditur: quo ſenſu vox *Pentecoſte* a patribus ſæpius uſurpatur. Tertullianus, *Excerpe ſingulas ſolemnitates nationum, & in ordinem texe, Pentecoſten implere non poterunt.* Tertul. de idololatriâ c. 14. in fine. Concilium Nicænum 1. [illegible] can. 20. Hieronymus, *Die Dominico, & per omnem Pentecoſten.* Hieron. Dialog. adv. Lucifer. tom. 2. oper. fol. 47. H edit. Eraſm. Sic Ambroſ. ſerm. 61. initio Auguſtin. Epiſt. 119 ad. Jan. cap 15 p. 573. tom. 2. oper Concil. Antioch can 20. Epiphanius, [illegible]. Epiphan. expoſ. fid. Baſilius [illegible]. Baſil. de Spiritu S. cap. 27. circa medium. Quocirca quarta pentecoſtes hebdomas, quâ primum quotannis conventum haberi hic præcipitur, quartam denotat ſeptimanam poſt Feſtum paſchatis, unde Joſephus Ægyptius rectè exponit, *quartâ ſeptimanâ poſt paſcha.* Et Zonaras in Canonem, [illegible].

Ὑπερ-

Ὑπερβερεταίου δωδεκάτῃ Hyperberetæus unus eſt è menſibus, quibus Syromacedones & Aſiani, propriè ſic dicti, uſi ſunt. Hic autem octobri Juliano exactè reſpondet, ut colligimus, non tantum ex Balſamonis & Zonaræ in hunc Canonem ſcholiis, ſed & è Dionyſio Exiguo hæc verba ſic interpretante, *Secundo verò* XII. *die menſis Hyperberetæi, id eſt juxta Romanos quarto Idus Octobris*, ſive Octobris duodecimo. Ut idem ſit initium Hyperberetæi in anno Aſiano & Macedonico, quod Octobris in Juliano. Quod etiam ex Arabicâ paraphraſi probè conſtat, ſic vertente, *Et præcipimus, ut primus conventus habeatur quartâ ſeptimanâ poſt paſcha, & ſecundus conventus duodecimo die Tishrin prioris.* Nam etiam Tishrin prior in anno Syriacorum Octobri Juliano coincidit. Quæ ut magis perſpicua fiant, non abs re erit menſium Syriacorum & Macedonicorum ſeriem, poſt receptam anni Juliani formam, ut uſitatam, hoc laterculo deſcribere: ut primo intuitu videre liceat, quomodo cum Julianis menſibus concurrunt.

Menſes Juliani	Macedonici	Syriaci	
Januarius.	Αὐδυναῖος.	קנון אחריא	*Canun poſterior.*
Februarius.	Περίτιος.	שבט	*Shebat.*
Martius.	Δύστρος.	אדר	*Adar.*
Aprilis.	Ξανθικός.	ניסן	*Niſan.*
Maius.	Ἀρτεμίσιος.	איר	*Ayar.*
Junius.	Δαίσιος.	חזירן	*Haziran.*
Julius.	Πάνεμος.	תמוז	*Tamuz.*
Auguſtus.	Λῷος.	אב	*Ab.*
September.	Γορπιαῖος.	אילול	*Elul.*
October.	Ὑπερβερεταῖος.	תשרין קדמיא	*Tishrin prior.*
November	Δῖος.	תשרין אחריא	*Tishrin poſterior.*
December.	Ἀπελλαῖος.	קנון קדמיא	*Canun prior.*

In hoc laterculo menſium in anno Juliano conſequentiam obſervavimus, quo fit ut in Syriacis Canun poſterior primùs collocetur, quod Januario reſpondeat. At Syri initium anni à Tishrin priori deducunt, hoc eſt, ex Octobri Juliano. Et hæc quidem Syriaca menſium nomina anno Juliano accommodata, non ipſis ſolummodo Syris, ſed & Alexandrinis aliiſque uſitata ſunt, ut non tantum ex paraphraſi jam laudatâ, ſed & Eutychio annalium Alexandrinorum conditore patet, qui ſæpius iis utitur. In hoc porro Laterculo videre eſt, ut Hyperberetæi & Tishrin prioris duodecimus, idem ſit ac duodecimus Octobris in anno Juliano, nam omnes hi menſes eodem die ineunt. De his annis & menſibus videſis inſtitutionum noſtrarum Chronolog. l. 1. c. 12. 13. vide & notas in Concil. Antioch. can. 12.

In Can. XXXIX.

Μηδὲν ἐπιτελείτωσαν. Eadem, quæ hoc Canone conſtituuntur, Ignatius etiam docebat, *ὥσπερ γὰρ ὁ κύριος ἄνευ τοῦ πατρὸς οὐδὲν ποιεῖ. οὕτω καὶ ὑμεῖς ἄνευ τοῦ ἐπισκόπου, μηδὲ πρεσβύτερος, μηδὲ διάκονος. μηδὲ λαϊκός. μηδὲ τι φαινέσθω ὑμῖν εὔλογον παρὰ τὴν ἐκείνου γνώμην*, Ignat. epiſt. ad Magneſ p. 55. edit. Uſſer. Oxonii. Paulo tamen aliter apud Voſſium hæc leguntur pag. 33. Quæ autem ſine Epiſcopi ſententia non ſunt peragenda, idem tradit, dicens *μηδεὶς χωρὶς ἐπισκόπου τι πραττέτω τῶν ἀνηκόντων εἰς τὴν ἐκκλησίαν.* Id. epiſt. ad Smyrnenſes p. 117. Sic & Joſephus Ægyptius hunc Canonem τῶν διαταγῶν interpretatus, *Et nullus ex Presbyteris & Diaconis aliquid in Eccleſiâ faciet ſine Epiſcopi ſententiâ.* Ignatius autem in dictâ Epiſtolâ ad Smyrnenſes, nonnulla ſigillatim recenſet, quæ citra Epiſcopi ſententiam in Eccleſiâ non ſunt peragenda, *οὐκ ἐξόν ἐστι χωρὶς τοῦ ἐπισκόπου, οὔτε βαπτίζειν, οὔτε προσφέρειν, οὔτε θυσίαν προσκομίζειν, οὔτε δοχὴν ἐπιτελεῖν. ἀλλ' ὃ ἂν ἐκείνῳ δοκῇ κατ' εὐαρέστησιν Θεοῦ, ἵνα ἀσφαλὲς ᾖ καὶ βέβαιον πᾶν ὃ ἂν πράσσητε.* Hanc quidem diſciplinam, quantum ſaltem ad baptiſmum, ab Eccleſiâ primitivâ religiosè obſervatam fuiſſe, locupletem habemus teſtem ipſum Tertullianum, dicentem, *Supereſt ad concludendam materiolam, de obſervatione quoque dandi & accipiendi baptiſmum commonefacere. Dandi quidem habet jus ſummus Sacerdos, qui eſt Epiſcopus: dehinc Presbyteri & Diaconi; non tamen ſine Epiſcopi autoritate, propter Eccleſiæ honorem.* Tertul. de baptiſmo cap. 17. Idem docuerunt B. Ambroſius de ſacrament. l. 3. cap. 1. Et Hieronymus, *ſine Epiſcopi juſſione, neque Presbyter, neque Diaconus jus habeant baptizandi*, Hieron. dial. adv. Lucifer. tom. 2. oper. p. 471. Denique Scholiaſtes Harmenopuli de Eccleſiaſticis præcipuè cenſuris hunc Canonem interpretatur, ad *μηδὲν ἐπιτελείτωσαν* in Canone hæc obſervans, *ἐπιτιμᾶν δηλονότι, ἀφορίζειν, ἢ λύειν ἀφορισμὸν, ἢ μονάζειν, ἢ ἐπιτιμᾶν.* Harmenop. epit. can. ſect. 2. tit. 3. Quæ ex Balſamonis & Zonaræ Scholiis deſumpta videntur.

In Can. XL.

Ἔστω φανερά. Ea eo; quòd hoc Canone cautum ſit, ne quæ propria ſunt Epiſcopi poſt ipſius mortem ullo modo intercidant, etiam nec ſub rerum Eccleſiaſticarum obtentu, apertè ſatis laudari videtur idem Canon à Concil. Chalced. can. 22. dicente, *Non licere Clericis poſt mortem proprii Epiſcopi res, quæ ad ipſum pertinent, rapere, μηδὲ καὶ τοῖς παῖδας κηδεύων ἀπαγορεύεσθαι.* Etiamſi non tantum codex Bodleianus & Gentianus Hervetus, ſed & ipſe Balſamon, in Scholiis ad dictum Canonem, legit, *μηδὲ καὶ τοῖς παραλαμβάνουσιν ἀπαγορεύεσθαι.* In Græcâ tamen Balſamonis editione priorem lectionem retinemus, quam etiam veriorem eſſe ex antiquioribus interpretibus abunde conſtat. Nam Dionyſius Exiguus vertit, *Sicut antiquis quoque eſt Canonibus conſtitutum*, & eo longè vetuſtior Latinus Canonum tranſlator à Juſtello editus, *Sicut & anterioribus Canonibus cautum eſt*: quibus ſuffragatur & Joh. Antiochenus, collect. can. tit. 4.

In Can. XLI.

Καὶ τοῖς δεομένοις. In Eccleſiâ recens natâ uſus ex D. Pauli inſtituto 1. Cor. XVI. 2. obtinuit, ut qui ad templa accedebant, ſtipem aliquam in *arca genus* (ut cum Tertulliano loquar) pro libitu apponerent. Quodcunque apponebatur, apud præſidem ſive Epiſcopum depoſitum, ab eodem in pauperes diſtributum fuit, ut ex inſigni iſto Juſtini Martyris loco diſcimus, *οἱ εὐποροῦντες δὲ καὶ βουλόμενοι, κατὰ προαίρεσιν ἕκαστος τὴν ἑαυτοῦ. ὃ βούλεται δίδωσι. καὶ τὸ συλλεγόμενον παρὰ τῷ προεστῶτι ἀποτίθεται), καὶ αὐτὸς ἐπικουρεῖ ὀρφανοῖς τε καὶ χήραις. καὶ τοῖς διὰ νόσον ἢ δι' ἄλλην αἰτίαν λειπομένοις, καὶ τοῖς ἐν δεσμοῖς οὖσι, καὶ τοῖς παρεπιδήμοις οὖσι ξένοις, καὶ ἁπλῶς πᾶσι τοῖς ἐν χρείᾳ οὖσι κηδεμὼν γίνεται).* Juſtin. Apol. p. 77. lt 36 edit. Sylburg. Eadem habes & apud Tertul. Apol. c. 39. & Conſtit. Apoſtol. l. 2. c. 25. Epiſcopos autem per Presbyteros & Diaconos, ut hoc Canone cautum eſt, egenis ſubminiſtrâſſe ex Cypriano perſpicuè ſatis colligimus, utpote qui ad clerum ſuum ſcribens, hæc habet, *Et quoniam mihi intereſſe nunc non permittit loci conditio, peto vos pro fide & religione veſtrâ, fungamini illic & veſtris partibus & meis, ut nihil vel ad diſciplinam vel ad diligentiam deſit. Quantum autem ad ſumptus ſuggerendos, ſive illis, qui glorioſa voce Deum confeſſi, in carcere ſunt conſtituti, ſive iis, qui pauperes & indigentes laborant, & tamen in Domino perſeverant, peto nihil deſit; cùm ſumma omnis, quæ redacta eſt, illic ſit apud Clericos diſtributa, propter ejuſmodi caſus, ut haberent plures, unde ad neceſſitates & preſſuras ſingulorum operari poſſent.* Cyprian. epiſt. 2. l 5 ad Clerum, de cura pauperum, & quiete plebis, edit. Manut.

In Can. XLII.

Καὶ μέθαις. Egbertus Eboracenſis, *ut nullus ex ſacerdotum numero ebrietatis vitium nutriat, nec alios cogat per ſuam juſſionem inebriari.* Egbert. in excerpt Edgarus rex Saxonum. *Docemus etiam, ut ſacerdotes ipſi ebrietatem caveant, aliis perhibeant ſtudioſius cavendam.* Eadem conſtituunt & Canones Ælfrici ad Wulſinum Epiſcopum. Scholiaſtes Harmenopuli ad hunc Canonem hæc notat, *Ἡ δὲ γυν. παρὰ Γυναικὸς ἀφορίζονται οὗτοι καὶ μεθύοντες ἑνῶσι.* Harmenop. ſect. 3. tit. 2.

In Can. XLIV.

Τόκους ἀπαιτῶν. Hoc crimen ſui temporis Epiſcopis objectat Cyprianus, eos arguens, *Eſurientibus in Eccleſiâ fratribus* (*non ſubvenire*) *habere argentum largiter velle, fundos inſidioſis fraudibus rapere, uſuris multiplicantibus fœnus augere*, Cypr de lapſis p. 180 l. 33. edit. Mnoor. Concilium Eliberitanum, *Si quis Clericorum detectus fuerit uſuras accipere, placuit eum degradari, & abſtineri.* Concil. Eliber. can. 20. v. Concil. Nic. 1. can. 17.

In Can. XLV.

Αἱρετικοῖς συνευξάμενος. Euſque hæreticos primitivi vitavere Chriſtiani, ut iis ad iſtos vel accedere religioni eſſet & omnino prohibitum. Tertullianus, *Apud hæreticos ubi omnia extranea & adverſaria noſtra veritati. ad quos vetamur accedere.* Tertullian. de præſcr. hær. c. 12. Cyprianus, *Procul ab hujuſmodi hominum contagione diſcedite, & ſermones eorum velut cancrum & peſtem fugiendo vitate.* Cyprian. epiſt. 8. ad plebem de quinque Presbyteris Schiſmaticis

ticis l. 1. epiſt. p. 26. l. 8. edit. Manut. Et S. Johannes Apoſtolus cum Cerintho Apoſtolo nec unâ lavari voluit; Cum enim Epheſi lotum ſe contuliſſet, videns intus Cerinthum, de balneo protinus exilivit non lotus, dicens, *quòd timeat, ne balneum concidat, cùm intus eſſet Cerinthus inimicus veritatis*: ut tradit Irenæus. l. 3. c. 3.

In Can. XLVII.

Ἐὰν μὴ βαπτίσῃ. Hoc loco obſervatu digniſſima ſunt D. Cypriani verba; *Apud nos autem*, inquit, *non nova aut repentina res eſt, ut baptizandos cenſeamus eos, qui ab hæreticis ad Eccleſiam veniunt, quando multi jam anni ſint & longa ætas, ex quo ſub Agrippino, bonæ memoriæ viro, convenientes in unum Epiſcopi plurimi hoc ſtatuerint, atque exinde in hodiernum tot millia hæreticorum in provinciis noſtris ad Eccleſiam converſi, non aſpernati ſunt, neque cunctati, imò & rationabiliter & libenter amplexi ſunt, ut lavacri vitalis & ſalutaris baptiſmi gratiam conſequerentur.* Cyprian. ad Jubajan. de hæreticis baptizandis. p. 159. l. 39. edit. Manut. Ex his verbis abundè conſtat in Concilio ſub Agrippino multis annis longa ante Cyprianum ætate, celebrato, ſi non verba, ſenſum tamen præſentis Canonis conſtitutum eſſe, & ab omnibus Carthaginenſis Eccleſiæ filiis libenter admiſſum. Quod etiam ex Tertulliano patet, qui hæreticos ad Eccleſiam converſos ſuis etiam diebus baptizatos aſſerit, de baptiſmo cap. 15. & de pudicitiâ c. 10. & de præſcript. hæret. c. 12. rationem reddit, *Nemo inde ſtrui poteſt, unde deſtruitur; nemo ab eo illuminatur, à quo contenebratur.* Et hanc conſtantem fuiſſe Cypriani ſententiam ex Epiſtolis ipſius ad Januarium, Quintum, Stephanum, Jubajanum, aliosque, luculenter patet. Hic autem videndum eſt, quales pro hæreticis, in Eccleſiam Catholicam per baptiſmum admittendis, antiquitùs habiti fuerant: quibus viz. *omnia ſunt extranea & adverſaria noſtræ veritati*, ut loquitur Tertullianus de præſcr. hær. c. 12. *& quibus non idem eſt ac nobis Deus, nec unus Chriſtus*, Id. de baptiſmo cap. 15. quique proinde non eandem fidei regulam nec præſcriptam baptiſmi formam amplexi ſunt. Cujuſmodi fuerunt Hermogeniani, Praxeani, Cataphrygæ, Valentiniani, Marcioniſtæ, Quintilianiſtæ & Apelleriani, contra quos Tertullianus ſcripſit; item qui, teſte Irenæo, in nomen ignoti patris univerſorum, in veritatem omnium matrem, in eum qui in Jeſum deſcendit, in unionem & redemptionem & communicationem virtutum baptizarunt; item qui inter baptizandum horrenda neſcio quæ nomina *Βασυμὰ, χαμοσσὴ, βααιανωρὰ, μισταδιὰ, ῥουαδὰ, κουστὰ, βαβοφὼρ, καλαχθεῖ* pronunciabant, Iren. l. 1. c. 18. Cùm hi enim & hujuſmodi *baptiſmum ritè non habeant, ſine dubio non habent*, ut rectè Tertullianus de baptiſmo cap. 15. Quocirca doctiſſimi Eccleſiæ primitivæ præſules prudenter hoc Canone conſtituerunt, hæreticos ad Eccleſiam accedentes baptizandos eſſe, utpote quos utcunque ablutos, nullo tamen modo juxta Chriſti præſcriptum baptizatos, nec in Eccleſiâ adhuc conſtitutos judicabant. Qui autem ritè ſemel baptizati ſunt, denuò baptizari præſenti quoque Canone prohibentur. Siquidem *denuo ablui non licet*. Tertul. de pudicitiâ c. 18. p. 734. l. A edit. Rigalt. *Semel ergo lavacrum inimus, delicta diluuntur, quia ea iterari non oportet.* Id. de baptiſmo cap. 15. *quo & ipſo baptiſma ſalutaris aqua ſignificatur, quod ſemel ſcilicet ſumitur, nec rurſus iteratur*, Cyprian. epiſt. 3. l. 2. ad Cæcilium p. 41. l. 8. edit. Manut.

In Can. XLIX.

Εἰς πατέρα, καὶ υἱὸν καὶ ἅγιον πνεῦμα. Ab ipſis etiam Eccleſiæ primordiis baptiſmum juxta Domini præceptum Matt. xxviii. 19. nomine patris & filii & Spiritus S. celebratum fuiſſe, ex Juſtino Martyre liquet, dicente ἐπ᾽ ὀνόματος γὰρ τοῦ πατρὸς τῶν ὅλων καὶ δεσπότου θεοῦ καὶ τοῦ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ καὶ πνεύματος ἁγίου τὸ ἐν τῷ ὕδατι τότε λουτρὸν ποιοῦνται. Juſtin. Apol. 2. p. 73. l. 33. edit. Sylbur. v. & Tertul. adv. Praxean. c. 26. in fine, & conſtit. Apoſtol. l. 3. c. 16. & notas ad proximum Canonem.

In Can. L.

Μὴ τρία βαπτίσματα. Trinam in baptiſmo peragendo immerſionem antiquitùs uſitatam fuiſſe, locupletes habemus teſtes. Tertullianus enim: *Nec ſemel*, inquit, *ſed ter ad ſingula nomina in ſingulas perſonas tinguimur*, Tertul. adv. Prax. c. 26. ult. verbis. *Dehinc ter mergitamur*. Id. de coronâ milit. c. 3. Athanaſius, τὸ γὰρ καταδύειν τὸ παιδίον ἐν τῇ κολυμβήθρᾳ τρίτον, καὶ ἀναδύειν, τοῦτο δηλοῖ τὸν θάνατον καὶ τὴν τριήμερον ἀνάστασιν τοῦ Χριστοῦ, Athan. quæſt. 94. de parabolis Evang. p. 343. t. 2. edit. Commel. Cyrillus Hieroſolymitanus, καὶ κατεδύετε τρίτον εἰς τὸ ὕδωρ, καὶ πάλιν ἀνεδύετε. Cyril. Catech. Myſtag. c. 2. p. 232. B. edit. Prevot. Pariſ. 1631. S. Baſilius, τρὶς βαπτίζειν τὸν ἄνθρωπον ad Apoſtolicam traditionem refert, lib. de Spiritu S. c. 27. mox ab initio: Ἐν τρισὶν οὖν καταδύσεσι καὶ ἴσαις ταῖς ἐπικλήσεσι τὸ μέγα μυστήριον τοῦ βαπτίσματος τελειοῦται, ibid. c. 15. circa medium. Sozomenus ſcribit nonnullos dixiſſe, ἀπεφήναντο τινες Εὐνόμιον τολμῆσαι πρῶτον εἰσηγήσασθαι ἐν μιᾷ καταδύσει χρῆναι ἐπιτελεῖν τὴν θείαν βάπτισιν· καὶ παραχαράξαι τὴν ἀπὸ τῶν ἀποστόλων εἰσέτι νῦν ἐν πᾶσι φυλαττομένην παράδοσιν. Sozom. hiſt. Eccleſ. l. 6. c. 26. Et propter hunc quidem errorem Eunomiani à Concilio primo C P. can. 7. ut alii hæretici & Ethnici in Eccleſiam recepti ſunt. v. Dionyſ. Areopag. de Eccleſ. Hieron. c. 2. ſect. 6. Ambroſ. de Sacrament. l. 2. c. 5. & 7. tom. 4. p. 433. 434 oper. Baſ. 1567. Iſidor. Hiſpal. de offic. Eccleſ. l. 2. c. 25. Didymum de Spiritu. S l. 2. Bibl. patrum lat. tom. 8. p. 106. &c. Porro Severus Patriarcha Alexandrinus in rituum baptiſmi rubricâ, hæc literis, ut par eſt, Eſtrangelis habet: *Et dimittit eum in baptiſterium, reſpiciens ad orientem, & ponit dextram ſuam ſuper caput ejus qui baptizatur, & ſiniſtrâ ſuâ ter attolit aquas, in aquis à fronte, à tergo, & ab altera laterum ejus, atque in hunc modum ait* (tunc protinus occurrunt ipſa verba, quæ ab eo, qui baptizat, pronunciantur) *Baptizatur N. in nomine patris, Amen, & filii Amen, & Spiritus Sancti ad vitam ſeculi ſeculorum.* Idem baptizandi ritus à Græcis etiamnum obſervatur, apud quos qui baptizat, hæc verba pronunciat, Βαπτίζεται ὁ δοῦλος τοῦ Θεοῦ ὁ δεῖνα, εἰς τὸ ὄνομα τοῦ πατρὸς, Ἀμήν, καὶ τοῦ υἱοῦ. Ἀμήν. καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος. Ἀμήν. νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, Euchol. p. 355. edit. Jac. Goar. v. & notas ad edit. loc. p. 363. Et in rubricâ, ἐφ᾽ ἑκάστῃ προσρήσει κατάγων αὐτὸν καὶ ἀνάγων. Sic habetur in quibuſdam impreſſis codicibus; in quibus tamen non deſunt è Græcis, qui mirati ſunt, quo tandem pacto τὸ Ἀμήν poſt cujuſque Trinitatis perſonæ pronunciationem interſeratur, ac proinde in plurimis omittitur. Sed fortaſſe ex prædicto Severi rituali in græcum amanuenſis alicujus incuriâ tranſlatum eſt, vel potius, ſiquidem Diaconi adſtantes poſt ſingulas Trinitatis perſonas enunciatas, dicere ſoliti fuerunt, Ἀμήν, hinc tandem evenit, ut ipſis à ſacerdote pronunciatis verbis inſereretur. v. notas ad dict. loc. Euchologii p. 365. Hic autem non omittendum eſt merſionis in baptiſmo antiquitùs uſurpari ſolitæ loco, aſperſionem ſive profuſionem aquæ, in occidentali præſertim Eccleſiâ, pluſquam mille abhinc annis, Gregorii viz. primi ætate, ſubſtitutam eſſe, per quam baptiſmum legitimè perfici, ipſe quoque Cyprianus, non agnovit tantummodo, ſed & multis comprobavit; idque ex ipſis etiam Scripturis; è quibus colligit, *Aſperſionem quoque aquæ inſtar ſalutaris lavacri obtinere, & quando hæc in Eccleſiâ fiunt, ubi ſit & dantis & accipientis fides integra, ſtare omnia & conſummari ac perfici poſſe, majeſtate Domini & fidei veritate*, Cyprian. epiſt. 76. ad Magnum de iis qui in lecto gratiam conſequuntur, p. 101. l. 49. ibid 4. ep. edit. Manut. Quinetiam ipſe quoque Tertullianus huc alludere videtur, ubi ait, *Quis enim tibi tam infidæ pœnitentiæ viro aſpergenem unam cujuſlibet aquæ commodabit?* Tertul. de pœnitentiâ cap. 6 p. 144 A. edit. Rigalt.

Οὐ γὰρ εἶπεν ὁ κύριος. Sic præter MS. Bodleianum bis impreſſum, etiam vulgati Balſamonis, Zonaræ, aliique Canonum Græcorum Codices legunt, ut & Ivo Carnotenſis decret. part. 1. c. 168. At in Johannis Antiocheni collectione, ut à Juſtello editâ tit. 136 legitur οὐ γὰρ εἶπεν ὁ κύριος ἡμῶν, In eadem autem collectione manuſcriptâ in Bibliothecâ Bodleianâ eſt, οὐ γὰρ εἶπεν ὁ κύριος ἡμῖν, quomodo legit & codex Seguierii à Juſtello citatus, & Dionyſius etiam Exiguus, qui vertit, *Non enim dixit nobis Dominus*: quam lectionem retinet & Criſconius Epiſcopus Africanus in collect. can tit. 50. E tribus hiſce lectionibus quænam ſit præferenda, non adeo facile eſt conjecturâ perſequi; nobis autem pronomen ἡμῶν vel loco ἡμῖν ſubſtitutum videtur, vel de novo interjectum, idque ab interpolatore aliquo, qui vel ipſe credidit, vel alios credendum obtruderet, antiquos hoſce Canones ab ipſis etiam Apoſtolis conſtitutos eſſe.

Καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος. Ad calcem quinquageſimi hujuſce Canonis, ubi Dionyſiana verſio deſinit, in Joh. Antiocheni collectione hæc ſine interſtitio adjiciuntur. Διδασκέσθω δὲ ὁ βαπτιζόμενος, ὅτι ὁ πατὴρ οὐκ ἐσταυρώθη. οὔτε [illegible]. οὔτε δὲ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἄνθρωπος ἐγένετο. ἀλλ᾽ οὔτε τὸ πάθος ὑπέμεινεν. οὐ γὰρ ἐσαρκώθη. [illegible] φιλανθρωπίας [illegible] ἐκ παρθένου σῶμα [illegible] ὁ δημιουργὸς [illegible]. [illegible] βαπτιζόμενος εἰς τὸ ὄνομα τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος. οἱ δὲ μίαν ἅπαξ βαπτίζοντες, ὡς ἀγνοοῦντες τὸ μυστήριον [illegible]. Poſtea in editâ ejuſdem Johannis collectione alius ſub Canonis 51. nomine hiſce verbis exprimitur, ὁ τὸν πατέρα [illegible] Χριστοῦ καὶ τὸν πατέρα [illegible] τὸν υἱὸν [illegible] καὶ τὸν [illegible] καὶ τὸ ἅγιον πνεῦμα [illegible]. ὁ δὲ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον [illegible] πατέρα ὁ υἱὸς [illegible] καὶ [illegible]. [illegible] τῷ πατρὶ καὶ [illegible]. καὶ [illegible], καὶ [illegible] αὐτοῦ. καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον [illegible] ὁμοούσιον τῇ θεότητι. [illegible] Σίμων ὁ Μάγος [illegible], [illegible], [illegible] καὶ [illegible] καὶ τὸ πάθος τοῦ Χριστοῦ καὶ τὴν [illegible]. [illegible], ὡς ἕνα πατέρα καὶ υἱὸν καὶ ἅγιον πνεῦμα.

ἄνθρωπον τοιοῦτον βαπτίζειν, ὡσπὲρ τὴν τοῦ κυρίου γνώμην ἢ τὴν ἀγνοήσαντα ἐν ποιήσαντα διαπτύει. Joh. Antioch. coll. can. tit. 36. Verum in codice noſtro Oxonienſi & Græcâ Turriani editione, hæc etiam appendix eſt ad Canonem 50. quamvis revera nec ad Canonem 50. nec ad 51. pertinet: non ad 51. ut ex ipsâ Johannis Antiocheni collectione patet, apud quam in tit. 29. alius, iſque idem qui hic ordine ſuo imprimimus, quinquageſimus primus Canon laudatur; nec ad 50. idcirco quòd nec Balſamon, nec Zonaras, in codicibus vel impreſſis vel MSS nec Dionyſius Exiguus, nec Creſconius Afer talem ad dictum Canonem appendicem agnoſcit; & quòd hæc appendix, non diſciplinam, quæ his Canonibus ſola traditur, ſed Eccleſiæ doctrinam continent, eamque quæ longe poſt hos Canones Synodicè conſtituta eſt; quod tres viz. Trinitatis perſonæ ſunt ὁμοούσιαι; ut Chriſtophoro Juſtello, ex epiſtolâ ad Philippenſes B. Ignatio falſò attributâ, deſumpta non immeritò videatur.

In Can. LI.

KAὶ κρεῶν καὶ οἴνου. In Johannis Antiocheni collectione tit. 29. καὶ οἴνου omittitur. Sed Joſephus Ægyptius in Arabicâ paraphraſi legit, vertit enim *A nuptiis, & eſu carnis, & potu vini*, Balſamonem quoque, Zonaram & Ariſtenum legiſſe, ex eorum ſcholiis & hujus epitome conſtat.

Balſ. Βογομίλοι Anno circiter 1099. Alexio Comneno imperante, orta eſt Bogomilorum hæreſis; de quâ ſic Harmenopulus, Ἡ τῶν Βογομίλων αἵρεσις ἡ ἀπὸ ... Μασσαλιανῶν καὶ ... Harmenop. de ſectis c. 19. l. 9. Jur. Græco-Rom. Hujus hæreſeos convicti ſunt & condemnati Leontius Balbiſſæ, & Clemens Soſandrorum Monachus, in Synodo ſub Michaele Patriarchâ C P. habitâ. In Synodali decreto inter alia, quorum accuſati ſunt, eos docuiſſe traditur, ... ἐδέσματος ... Editum eſt hoc ſynodale decretum à Leone Allatio, in Eccl. Orient. & Occident. perp. conſenſ. l. 2. c. 12. p. 674. Unde colligimus, Bogomilos rectè hic à Balſamone citatos eſſe tanquam à nuptiis carne & vino διὰ βδελυγμίαν abſtinentes. Primarius hujus hæreſeos præco fuit Baſilius quidam medicus, qui propterea in theatro exuſtus eſt; ut refert Zonaras in Alexio Hiſt. tom. 3. p. 258. l. 33. &c. edit. Wolf. Baſil. 1557. Quò Balſamonem quoque reſpexiſſe videtur, ubi ait, ... ἐν Κωνσταντινουπόλει συνόδῳ ἐπὶ τῶν ἡμερῶν τοῦ ... Πατριάρχου κυροῦ Μιχαὴλ τοῦ Ὀξείτου ... Βογομίλους. Balſ. in Phot. nomoc. tit. 8. c. 25 p. 979. Biblioth. Juris-Canonici Juſtel.

In Can. LII.

OΥ προσδέχεται. Cyprianus, *Quos utique ad pœnitentiam Dominus non hortaretur, niſi quia pœnitentibus indulgentiam pollicetur: Et in evangelio, Dico, inquit, vobis, ſic erit gaudium in cælo ſuper uno peccatore pœnitentiam agente, quam ſuper nonaginta novem juſtis quibus non opus eſt pœnitentiâ.* Cyprian. epiſt. ad Anton. l. 4. epiſt. 2. p 89. l. 31. edit Manut. v. ejuſdem librum de lapſis p. 179. &c Hanc & ante Cyprianum ab Eccleſia excultam fuiſſe diſciplinam, viz. ut à Peccatis converſi in Eccleſiæ ſinum reciperentur, ex Origene conſtat, dicente, ... ἀποδεχόμεθα, ... ὡς ἐκ νεκρῶν ἀναστάντας ... Orig. contra Celſ. l. 3. p. 147. edit. Hoeſchel. 1603.

In Can. LIII.

Balſ. NHστείαν χρεῶν. Reliqua, uſque ad ἀφορίζεσθαι excluſive, ex MS. Bodleiano reſtituimus Marcioniſtas autem hic citatos, etiam Sabbato jejunaſſe, teſtis eſt Epiphanius hær. 42. Par. 3. tom. 1. pag. 304. oper. edit. Petav.

In Can. LIV.

EἼ τις κληρικὸς ἐν καπηλείῳ. Hoc etiam Julianus ſacrificulis ſuis in Gentilium religione prohibuit, in Epiſtola ad Arſacium pontificem Galatiæ ſcripta, ubi inter alia ait, ... Julian. apud Sozom. hiſt. Eccleſ. l. 5. c. 15.

In Can. LVIII.

A'Μελῶν τοῦ κλήρου. Cùm ordinatur Metropolitanus, vel Archiepiſcopus, ut hujus perpetuo Canonis, officiique ſui in eo conſtituti, memor ſit, hæc inter alia in mandatis ei, apud Græcos præſertim, dari ſolent, ... ἀμελῶν τοῦ κλήρου, &c. uſque ad finem hujus Canonis nihil immutato: niſi quòd pro ... ſubſtituitur ..., quomodo legit & Joh. Antiochenus in collect. can. tit. 10. & quod verba τῇ ἀμελείᾳ καὶ omittuntur. Extat hoc mandatum in Juris Græco-Romani l. 6. p. 427.

Τῇ ἀμελείᾳ καὶ. Hæc verba in MS. Bodleiano deſiderantur, nec extant in mandato, quod Metropolitano & Archiepiſcopo, cum ordinatur, dari ſolet, ut ante notatum eſt; nec legit Gentianus Hervetus, nec Joſephus Ægyptius, qui in paraphraſi Arabicâ vertit *Et ſi ille perſeveraverit in iſtâ ignaviâ, gradu ſuo deponatur.* Quoniam verò extant, tam in Græcis impreſſis, quàm in Joh. Antiocheni collectione, tit 10. nos etiam ea retinere ſatiùs duximus.

Balſ. Οἱ πρεσβύτεροι δὲ. Hæc uſque ad hujus interpretationis exitum in impreſſis omiſſa, ex MS. Bodleiano nunc primùm edimus.

Zon. Καθίζει ἐφ' ὑψηλοῦ θρόνου. In antiquis Latinorum & recentioribus etiam Græcorum Eccleſiis, juxta altare ſedes ſacerdotibus, Epiſcopo adſiſtentibus, ſimulque celebrantibus, extitiſſe ſolitæ fuerunt, in quarum medio thronus eminentior ipſi Epiſcopo ſive Patriarchæ, ſi adeſſet, erectus eſt, qui in Chryſoſtomi liturgiâ ὁ ἄνω καθέδρα nuncupatur, ubi viz. dicitur à Diacono, ... τὴν ἄνω καθέδραν. p. 69. E. tom. 2. Patr. Græc. Sublimioris hujuſce throni, quo Epiſcopus, ut & alterius, quo ſacerdotes conſedebant, Gregorius Nazianzenus meminit in inſomnio de Anaſtaſiæ templo oper. tom. 2. p. 78. hiſce carminibus.

Ἕζεσθαι δοκέεσκον ὑψίθρονος, οὐχ ὑποείξας,
Οὐδὲ γὰρ ἐσθ' ὅπως τῶν ἀγανεόμεν.
Οἱ δὲ ... ὑφεδριόωντο γεραιοί
Ποιμένες ...
Οἱ δ' ... ἐν εἵμασι ...
Ἕστασαν, Ἀγγελικῆς εἰκόνος ἀγλαΐης.

Ubi videre licet, ut ipſe ſedebat ὑψίθρονος *throno ſublimis*, Presbyteri verò ei ὑφεδριόωντο *ſubſedebant*, Diaconi autem, hic ... vocati ſtabant. Hujuſmodi quoque throni in panegyricâ oratione, de Eccleſiarum ædificatione, Paulino Tyriorum Epiſcopo, dictâ, hiſce verbis commemorantur, Ἀλλὰ γὰρ ὧδε καὶ τὸν ναὸν ἐντελέσας, θρόνοις τε τοῖς ... Euſeb. hiſt. Eccleſ. l. 10. c. 4. p. 381. C. edit. Valeſ. De hiſce thronis ita præterea Symeon Theſſalonicenſis, Ἡ ἄνω καθέδρα τὴν ... Sym. Theſſal. de ſacram. Hujuſmodi quoque thronum Jacobum Apoſtolum Hieroſolymis habuiſſe, eundemque uſque ad Galieni tempora conſervatum, & ſummo honore habitum fuiſſe, teſtatur Euſebius hiſt. Eccleſ. l. 7. c. 19. In hujuſmodi throno Epiſcopus quivis poſt conſecrationem collocatur, ut ex Euchologio patet p. 304. Hinc ἐνθρονίζεσθαι, ἐνθρονισμὸς, τῷ θρόνῳ ἐγκαθιδρύεσθαι, ... τοῦ θρόνου, &c. Hinc etiam ſumma in Eccleſia dignitas *Thronus* appellatur: ut Thronus Hieroſolymitanus, Thronus Alexandrinus &c. vocatur autem & σύνθρονος à ſacerdotum conſeſſu, qui & ipſi σύνθρονοι nonnunquam audiunt.

In Can. LIX.

TΙνὸς τῶν κληρικῶν. Joh. Antiochenus legit, τινὸς τῶν ... Joh. Ant. collect. can. tit. 3.

Balſ. Ἡ πρωτοπαπᾶς. Πρωτοπαπᾶς idem eſt ac qui vocatur ..., & ſubinde ...: hic primus eſt tribunalis, & ubi plures ſacerdotes concelebrant, ipſe primas tenet, & à Pontifice ſecundas; ut ait Codinus ... Codin. de offic. Conſtantin. c. 1. n. 30. In Euchologio officium ejus ſic deſcribitur, Ὁ πρωτοπαπᾶς ... Euchol. in official. Eccleſ. CP. p 271. edit. Jac. Goar. Pariſ. 1647. De Chorepiſcopis quorum hic quoque fit mentio alibi agemus.

Ariſt. Ἀπόλυσις. Tam in Ariſteni, quàm Logothetæ ſynopſi, ut à Juſtello editâ, perperam ſcribitur ...

Canonem hunc Arabicè ſic explicans, *Quicunque è ſacerdotibus aut Laicis ingreditur Eccleſiam Judæorum, aut Eccleſiam hæreticorum, ad orandum in eâ vel deprecandum, ſi ſit ſacerdos, gradu ſuo deponatur, ſin laicus, ſanctâ Eccleſiâ expellatur.* Cæterum Balſamon præterea notat, quòd qui Clericum ex Canonis præſcripto priùs deponi dixerit, & poſtea ſegregari, non aberrabit; & ſic quidem Harmenopulus in titulo, qui docet quænam Sacerdoti facienda ſunt, & quæ non facienda, hunc Canonem, ut ſi de Clericis ſolis intelligendus eſſet, his verbis citat, ὁ συνευχόμενος Ἰουδαίοις ἢ αἱρετικοῖς καθαιρείσθω τε καὶ ἀφοριζέσθω. Harmenop. epit. can. ſect. 2. tit. 3. ubi utramque pœnam Clericis, de quibus ſolis hic loquitur, interminatam videmus.

Zon. [illegible] Ἱεροσολύμων. Juſtinus Martyr ad Tryphonem, [illegible]. Juſtin. Dial. cum Tryph. p. 201. l. 18. edit. Sylburg. & ipſe Trypho, [illegible]. Id. p. 205. l. 16. Hinc cum Julianus Judæos cohortabatur, ut Moſem audirent, & priſtinum Dei colendi ritum in ſu memoriam revocabat, ab ipſis reſponſum eſt, [illegible]. Sozom. hiſt. Eccleſ. l. 5. c. 21. At D. Chryſoſtomus eos reſpondiſſe refert, [illegible]. Chryſoſt. [illegible] λογ. β. tom. 6. p. 334. l. 8. edit. Savil.

In Can. LXV.

Εἴ τις κληρικός. In Joh. Antiocheni collectione Canonum tit. 40. hic ita legitur, [illegible], ubi ut videmus, nec Laici homicidæ excommunicandi mentio occurrit. At Balſamonem & Zonaram utrumque legiſſe ex ipſorum ſcholiis eluceſcit, & tam Harmenopuli, quam Ariſteni Epitome de laico, paraphraſis Arabica de utroque meminit.

In Can. LXVI.

Κληρικὸς εὑρεθῇ νηστεύων. Joh. Antiochenus legit [illegible], Coll. can. tit. 32. Veteres autem à jejuniis die Dominico peragendis religioſè admodum abſtinuiſſe, Tertullianus teſtatur, dicens, *Die dominico jejunium nefas ducimus.* Tertul. de corona milit. c. 3. Et Epiphanius, [illegible]. Epiph. expoſ. fidei. v. & Hieron. adverſ. Lucifer.

Ἢ τὸ σάββατον. Hiſce ſimillima habes in Epiſtolâ ad Philippenſes B. Ignatio adſcriptâ, [illegible]. Ignat. epiſt. p. 186. edit. Uſſer. Et hæc inter Conſtitutiones Apoſtolicas recenſetur, [illegible]. Conſtit. Apoſt. l. 5. cap. 24. Tertullianus, *Quanquam vos etiam Sabbatum, ſi quando continuatis, nunquam niſi in paſcha jejunandum, ſecundum rationem alibi redditam,* Tertul. de jejun. adv. pſych. c. 14. & mox, *Duas in anno hebdomadas Xerophagiarum, nec totas, exceptis ſcilicet Sabbatis & dominicis, offerimus Deo, abſtinentes ab iis quæ non rejicimus, ſed differimus,* ibid. c. 15. ubi Sabbata, ut videmus, non minus quam Dominici, à jejuniis excipiantur. Hoc propter Marcioniſtarum aliorumque tunc temporis exortas hæreſes inſtitutum videtur, utpote qui Sabbato jejunium propterea ſanxerant, ne Deo a Judæis culto, qui eo die requievit, honorem exhibere, vel ritibus illius uti viderentur; ut obſervat Epiphan. hær. 42. par. 3. p. 304. B tom. 1. edit. Petav. Hinc Eccleſia Orientalis à jejuniis Sabbato, niſi magno, celebrandis perpetuò abhorruit. Poſt extinctam autem prædictorum hæreſim, Sabbatum etiam jejuniis, ab Occidentalibus præſertim Eccleſiis, dedicatum eſt. Socrates enim ſuis temporibus obſervabat, quod ἐν Ῥώμῃ τοῦ σαββάτου νηστεύουσι. hiſt. Eccl. l. 5. cap. 21. Ex concilio Eliberitano anno Domini 305. habito, *Errorem placuit corrigi, ut omni Sabbati die jejuniorum ſuperpoſitionem celebremus,* Concil. Eliber. can. 26. & Concil. Agath. c. 12. D. autem Auguſtinus optimè monet de hujuſmodi rebus nihil vel ſcripturæ autoritate, vel univerſalis Eccleſiæ traditione determinatum eſſe, ac proinde nec diſciplinam ullam eſſe in his meliorem gravi prudentique Chriſtiano, quàm ut eo modo agat, quo agere viderit Eccleſiam, ad quamcunque forte devenerit. Aug. epiſt. 118. ad Jan. cap. 2. pag. 556. tom. 2. oper. Cumque idem Auguſtinus D. Ambroſium Mediolanenſem de hâc re conſuluiſſet, tanto viro dignum hoc reſponſum accipiebat, cui, ſaxit Deus, omnes ubique terrarum Chriſtiani, ut par eſt, auſcultarent, *Cum Romam venio, jejuno Sabbato; cum hic ſum, non jejuno. Sic etiam tu, ad quam forte Eccleſiam veneris, ejus morem ſerva, ſi cuiquam non vis eſſe ſcandalo, nec quenquam tibi,* ibid p. 557. & epiſt. 86. ad Caſulanum p. 193 B.

Πλὴν ἑνὸς μόνου. Unum hîc à reliquis exceptum Sabbatum Balſamon & Ariſtenus τὸ μέγα σάββατον appellant, & ſic Joſephus Ægyptius *Magnum Sabbatum.* Sic à Judæis olim denominatum eſt Sabbatum, quod paſchalem celebritatem proximè antecedit; ut obſervat, & rationem ejus reddit Joh. Buxtorfius Synag. Jud. c. 12. Et in libro שלחן ערוך inſcripto dicitur שבת שלפני הפסח קורים אותו שבת הגדול *Sabbatum ante paſcha vocant magnum ſabbatum.* Hinc eidem Sabbato Chriſtiani quoque eandem appellationem attribuerunt, at tam ii, qui paſcha, juxta patrum Nicænorum decretum, dominico die ſemper agerent, diem immediatè præcedentem *Sabbatum magnum* nuncupaverint; quàm qui cum Judæis paſcha celebrarent, in quamcunque hebdomadis feriam inciderit, Sabbatum proximè præcedens, etiamſi diebus aliquot nonnunquam interjectis, *magni* titulo cohoneſtârint. Sic in Smyrnenſis Eccleſiæ de Polycarpi martyrio epiſtolâ, ille comprehenſus & in civitatem ductus dicitur ὄντος σαββάτου μεγάλου. Euſeb. hiſt. Eccleſ. l. 4. c. 15. p. 131. A. edit. Valeſ. Hic enim τὸ μέγα σάββατον iſtud fuiſſe ſabbatum, quod paſchalem iſto anno feſtivitatem proximè antecedebat, doctiſſimus Jac. Uſſerius non ſine ſumma ratione aſſeruit, de anno Maced. cap. 3. At Henricus Valeſius, in annot. ad prædictum Euſebii locum, aliam aliquem diem per *magnum ſabbatum* ibi indigitari contendit; quiſnam autem iſte eſſet dies ipſe nondum determinavit, ſed potius obſcurum ſibi eſſe atque incompertum, quodnam fuerit magnum illud Sabbatum, cujus à Smyrnenſibus facta eſt mentio, tum in Epiſtola ad Philomelienſes de Martyrio Polycarpi, tum in Actis Pionii, confeſſus eſt. Verum etiamſi non neceſſarium, nobis tamen pluſquam veriſimile videtur, Smyrnenſes, qui paſcha cum Judæis celebrabant, eundem etiam titulum præcedenti ſabbato cum iis attribuiſſe. Quinetiam ii, qui paſcha aliter ac Judæi, viz. ex patrum Nicænorum decreto celebrarunt, Sabbatum immediatè præcedens *magnum* denominaſſe, ex hoc ipſo Canone in Scholiis in eundem perſpicuè ſatis colligatur. Iſtud enim ſabbatum, quo Canon jejunare permiſit, Balſamon, ut ſupra dictum eſt, & Ariſtenus τὸ μέγα σάββατον appellant; at hoc idem eſſe Sabbatum, quod Paſchalem celebritatem immediatè præcedit, Balſamon ipſe docet his verbis, [illegible]. Nec ille ſolus, ſed ipſæ etiam Conſtitutiones Apoſtolicæ, quarum appendices habiti ſunt hi Canones, idem confirmant, dicentes, [illegible]. Conſtit. Apoſt. l. 7. c. 24. & alibi, [illegible]. ibid. l. 5. c. 14. Concludimus igitur, per Sabbatum iſtud, quod à reliquis hoc Canone eximitur, & quod τὸ μέγα σάββατον à Scholiaſtis nuncupatur, indigitari illud Sabbatum, quod paſchalem feſtivitatem proximè antecedit, jejuniis ideirco conſecratum, quod ſervator noſter eo labente in ſepulchro ſub terra manebat.

Εἰ δὲ λαϊκὸς ἀφοριζέσθω. Hæc verba in Joh. Antiocheni collectione tit. 32. omittuntur; leguntur autem in omnibus aliis, quos videre contigit, tam MSS. quam impreſſis Canonum codicibus, ut & ab Harmenopulo in epitome, & à Joſepho in Arabica paraphraſi; Balſamonem autem, Zonaram, & Ariſtenum eadem legiſſe è Scholiis ipſorum patet.

Balſ. Καὶ ὅτι τὸ μὲν [illegible]. Hæc uſque ad [illegible] incluſivè, ex MS. Bodleiano reſtituimus. In Græcis enim editis deſiderantur; ſed Gentianus Hervetus legit, & Latinè vertit.

[illegible]. In impreſſis antehac libris hæc & ſequentia ſic leguntur, [illegible] &c.

[illegible] uſque ad finem hujus interpretationis è MS. Bodleiano nunc primum edimus.

Zon. [illegible]. Eandem exceptionem admittit & Scholiaſtes Harmenopuli, his verbis, [illegible]. Harmen. epiſt. can. ſect. 3. tit. 5.

In Can. LXVIII.

Δ*εύτερον χειροτονίαν δέξηται.* Cyprianus, *Nam baptiſmum repeti Eccleſiaſticæ prohibent regulæ, & ſemel ſanctificatis nulla deinceps manus iterum conſecrans præſumit accedere. Nemo ſacros ordines ſemel datos iterum renovat.* Cyprian. de ablut. ped. p. 330. l. 27. edit. Manut. *Sicut ſemel baptizatus iterum baptizari non debet, ſic & ſemel conſecratus iterum conſecrari non poteſt.* Greg. apud Gratian diſtinct. 68. cap. 1. Hæc autem ita intelligenda ſunt, ut is denuò ad eundem ordinem conſecrari non debet, qui ab aliquo conſecratus eſt, quem jus conſecrandi habuiſſe certum eſt; qui au-

autem ab illo conſecratur, quem non conſtat jus conſecrandi habuiſſe, iterum conſecrandus eſt, juxta Gloſ. ad Gratian. diſtinct. 68 cap. 2.

Δευτερούσθω. Hæc vox in Joh. Antiocheni collect. tit. 25. omittitur. At Balſamonem legiſſe, ipſius Scholia palam faciunt. Legit & Joſephus Ægyptius in paraphraſi Arabicâ, utpote qui hunc Canonem ſic vertit, *Qui ordinationem bis accipit, gradu ſuo dejiciatur, niſi manifeſtum fuerit, quod, qui eum primò conſtituit ſacerdotem, hæreticus erat. Qui enim ſacerdotium aut baptiſmum accipit ab hæreticis, nec ſacerdos eſt, nec fidelis. Nam hæreticorum ſacerdotium nobis ſacerdotium non reputatur.* Quinetiam ſequentia verba, ἀντ' αὐτῶν, hanc vocem δευτερούσθω neceſſariò requirunt, ad quam ſolam referri poſſunt.

In Can. LXIX.

Τὴν ἁγίαν τεσσαρακοστήν. Quam antiqua ſit jejunii quadrageſimalis obſervatio, & quam religiosè à proximis poſt ipſos Apoſtolos Chriſtianis celebratum fuit, ex hoc Canone contra Schiſmaticos noſtros palam fiat. Hic enim non primò præcipitur quadrageſimam jejunare, ſed antea præceptum indicatur, & pœna ſolummodo, tam Clericis quam Laicis, qui eam jejuni non peregerint, determinatur. Solennem enim ante paſchalem celebritatem jejunandi ritum, quibus conditi ſunt hi Canones diebus, ubicunque propemodum exculta eſt Chriſtiana religio, quotannis obſervatum fuiſſe, locupletes ejuſdem ætatis ſcriptores teſtes habemus. Enimvero anno Domini 198. plus minus, ortâ de Paſchate celebrando controverſiâ, Aſiani contendebant paſcha Chriſtianum eodem quo Judaicum die peragendum eſſe, & in quamcunque hebdomadis feriam inciderit, τὰς τῆς νηστείας ἐπιλύσεις ποιεῖσθαι. Reliqui omnes Epiſcopi variis in locis congregati, paſcha non niſi dominico die celebrandum, καὶ ὅπως ἐν ταύτῃ μόνῃ τῶν κατὰ τὸ πάσχα νηστειῶν φυλαττοίμεθα τὰς ἐπιλύσεις, cenſebant, Euſeb. hiſt. Eccleſ. l. 5. c. 23. Ubi obſerves licet, tam Aſianos, quàm reliquos omnes, ubicunque conſtitutos Chriſtianos in hoc ſaltem conſenſiſſe, jejunia ante paſcha celebrari ſolita fuiſſe, & ante ipſam paſchalem diem minimè non ſolvenda: quibus alludit & Tertullianus, dicens, *Ecce enim convenio vos & præter paſcha jejunantes, citra illos dies quibus ablatus eſt ſponſus.* Tertul. de jejun. adv. pſych. c. 13. Quot autem dies hiſce jejuniis ante paſcha dicati erant, Origenes docet, *habemus*, inquit, *quadrageſimæ dies jejuniis conſecratos.* Orig. in Lev. hom. 10. p. 99. E. edit. Pariſ. De numero autem dierum quibus peragendum erat ante-paſchale hoc jejunium, inter omnes non conveniebat. Alii enim plures, alii pauciores ante paſcha ſeptimanas jejunabant: at omnes nihilominus jejunium illud τεσσαρακοστὴν appellabant, ut tradit Socrates hiſt. Eccleſ. l. 5. cap. 22. prope medium. Et Irenæus in Epiſtola ad Victorem hæc habet, οἱ μὲν γὰρ οἴονται μίαν ἡμέραν δεῖν αὐτοὺς νηστεύειν. οἱ δὲ δύο, οἱ δὲ καὶ πλείονας, οἱ δὲ τεσσαράκοντα ὥρας ἡμερινάς τε καὶ νυκτερινὰς συμμετροῦσι τὴν ἡμέραν αὐτῶν. apud Euſeb. hiſt. Eccleſ. l. 5. c. 24. Hic eſt inſignis ille locus, de cujus verâ lectione, vel diſtinctione potiùs, à doctis diu diſceptatum eſt. Codices quibus uſus eſt Henricus Valeſius, eodem modo, quo nos jam tranſcripſimus, legunt, atque interpungunt. Unde & Valeſius ita legendum eſſe ac diſtinguendum contendit: ac proinde vertit, *Quidam enim exiſtimant unico die ſibi eſſe jejunandum, alii duobus, alii pluribus, nonnulli etiam quadraginta horis diurnis ac nocturnis computatis diem ſuum metiuntur.* Et huic quidem lectioni favet [illegible], in quam Beatus Rhenanus in præf. ad Ruffinum ſe incidiſſe refert, ubi hæc Irenæi verba ſic citantur, vel potius explicantur, οἱ μὲν γὰρ μίαν μόνον ἡμέραν οἴονται, οἱ δὲ δύο, οἱ δὲ πλείονας, οἱ δὲ μ΄. ὥρας μόνας ἡμερινάς τε καὶ νυκτερινάς, ὥσπερ αὐτοὶ ἐποίουν, νηστεύοντες. Quod etiam obſervatum eſt à doctiſſimo noſtro Petro Gunning jam Epiſcopo Ciceſtrienſi, in appendice ad tractatum de paſchali jejunio. Verum multa ſunt, quæ huic lectioni refragantur. Ut alia omittam, quis enim hujus jejunii quadraginta horis commenſurati, è veteribus præterea meminit? Quadraginta dierum jejunio nihil in antiquis ſcriptoribus frequentius occurrit; ac de quadraginta horarum jejunio altum ibi ſilentium. Porro aliud quoque in his verbis, ſic interpunctis, æque ſi non magis inauditum obſervare licet, *diem* viz. *quadraginta horis diurnis ac nocturnis commenſuratam.* Quo nihil abſurdius excogitari poteſt: ac proinde Valeſius pro ἡμέραν ſubſtituendum putat νηστείαν, ut non dies, ſed jejunium, quadraginta horis commenſuretur. Hanc autem violenter introductam verborum commutationem contra unanimem omnium codicum conſenſum docti nunquam admittent; præcipuè cum è verbis ipſis, ut in omnibus codicibus leguntur, & in nonnullis diſtinguuntur, rectior & Eccleſiæ primitivæ ritibus magis conſonus ſenſus elucеſcat: nimirum Johannes Chriſtophorſonus, & Henricus Savilius hunc Irenæi locum ſic diſtinxerunt, οἱ μὲν γὰρ οἴονται μίαν ἡμέραν δεῖν αὐτοὺς νηστεύειν, οἱ δὲ δύο, οἱ δὲ πλείονας· οἱ δὲ τεσσαράκοντα· ὥρας τε ἡμερινὰς καὶ νυκτερινὰς συμμετροῦσι τὴν ἡμέραν αὐτῶν. Sic etiam legit & diſtinxit olim Ruffinus, qui ſic vertit, *Quidam enim putant uno tantum die obſervari debere jejunium, alii duobus, alii verò pluribus, nonnulli etiam quadraginta; ita ut horas diurnas nocturnaſque computantes, diem ſtatuant.* Quibus verbis nihil aliud indigitatur, quam quod hi uno, illi duobus, alii pluribus, nonnulli etiam quadraginta diebus jejunârunt; omnes autem unamquamque diem, quam jejuni peregerunt, per nocturnas æque ac diurnas horas emenſi ſunt; ut nullâ horâ vel diei, vel noctis, uſque ad numeri dierum, quos ſibi conſtituerant, exitum, jejunium ſolverent. Contra hanc expoſitionem H. Valeſius duo objicit, primò quod hinc neceſſariò conſequitur, eos, qui 40. dies jejunabant, toto illo tempore nihil prorſus comediſſe, quandoquidem horas tam nocturnas quam diurnas jejunio deputabant; Reſpondeo, nihil minus quam hoc ex dictâ expoſitione conſequi. In jejuniis enim celebrandis, præſertim hoc paſchali, non ab omni prorſus alimento, ut cuique notum eſt, ſed à carnibus tantum, vel aliis fortaſſe nonnullis ciborum generibus, abſtinebant; ut reliquis veſci liceбat. Hoc egregie confirmatur ex Concil. Laod. can. 50 quo dicitur δεῖ πᾶσαν τὴν τεσσαρακοστὴν νηστεύειν ξηροφαγοῦντας. Hic enim per totam quadrageſimam, & proinde nocturnas æque ac diurnas horas, jejunare præcipitur; & tamen aridis veſci permittitur; vel potius per hujuſmodi ξηροφαγίαν, ſive *aridorum eſum*, totum hoc quadrageſimale jejunium celebrari conſtituitur. Alterum, quod objicit, eſt, quod cum Irenæus dixerit, alios uno die, alios biduo, alios verò pluribus diebus jejunare; quid neceſſe eſt addere alios 40. dies jejunare, cum in eo quod plures dies dixit, quadraginta ſatis comprehendantur. Reſpondeo; quod etiamſi nonnullos plures quam duos dies jejunare dixerat, non tamen ſuperfluum erat, eorum etiam, qui 40. dies jejunabant, mentionem facere. Cùm enim à minimo jejunio, viz. unius diei, inceperit, quidni in maximum quoque expreſſè deſineret, ut maximus viz. dierum numerus, quem quiſpiam in jejuniis obſervabat, æque ac minimus innoteſceret? Cùm dixerat igitur alios uno die jejunare, alios biduo, addit, non deeſſe qui pluribus quam duobus jejunant, ſex fortaſſe diebus, vel etiam quindecim (quot nonnullos jejunaſſe tradit Socrates hiſt. Eccleſ. l. 5. κεφ. κβ.) uſque adeo ut nonnulli etiam 40. dies jejunium ſuum protraherent. Et mirum ſanè eſſet, ſi cum de aliis dierum jejuniis antepaſchalibus devotorum numeris meminerit, de quadrageſimali taceret, cùm τεσσαρακοστὴν iiſdem diebus obſervatam fuiſſe ex præſenti Canone & ab Apoſtolicâ quoque traditione acceptam eſſe ex veterum teſtimoniis patet. Vide Hieron. epiſt. ad Marcell. Cyrill. Alexandr. de Feſtis paſchal. hom. 7. & 10. Leon. ſerm. 6. in Quadrag. Porro Eutychius quoque Patriarcha Alexandrinus, ubi prædictam de paſchate controverſiam inter Aſianos & Victorem Romanum agitatam tradit, hæc habet: *Idque quia Chriſtiani, poſt aſcenſum Domini noſtri Chriſti in cœlos, ubi feſtum baptiſmi celebraſſent, die craſtino jejunium quadraginta dierum incipiebant, quod deinde ſolvebant, ſicut fecit Dominus noſter Chriſtus, utpote qui poſtquam baptizatus in Jordane fuiſſet, in deſertum abibat, ubi quadraginta dies jejunus manebat.* Et paucis interjectis: *Et ſtatuebant patriarchæ iſti* (Demetrius Alexandrinus, Victor Romanus, &c.) *paſchatis computum, ut jejunarent Chriſtiani quadraginta dies, & die paſchatis jejunium ſolverent.* Eutych. Alexand. Annal. tom. 1. p. 362. 363. E quibus omnibus manifeſtum evadit, quadrageſimale jejunium ſecundo poſt Chriſtum natum labente ſeculo & notum fuiſſe ac obſervatum. Qui plura veterum teſtimonia de eodem deſiderat, conſulat velim, Euſeb. vit. Conſtant. l. 3. c. 18. Greg. Naz. orat. 4. & 42. S. Baſilii de jejunio hom. 1. 2. Epiph. expoſ. fid. & ad hær. 75. par. 3346. Ambroſ in Luc. l. 4. vel ut ſemel dicam, conſulat patres. Vix enim in quempiam eorum incidas qui hujus jejunii non meminit, ut ſuis diebus religioſe obſervati.

Ἡ τετράδα καὶ παρασκευήν. Quarta & ſexta (hic παρασκευὴ vocata) cujuſque per totum annum hebdomadis feria, non minori quam ipſa quadrageſima religione, jejuniis antiquitùs dicata eſt. Gratianus ex dictis Apollonii *Jejunia ſunt legitima, id eſt, quarta & ſexta feria, non ſunt ſolvenda, niſi grandis aliqua neceſſitas adfuerit, quia quarta feriâ Judas de traditione Domini cogitavit, & ſexta feriâ crucifixus eſt ſalvator.* Gratian. de conſecrat. diſt. 3. c. 16. v. & cap. 11. Clemens Alexandrinus, Οἶδεν αὐτὸς καὶ τὸ αἴνιγμα τῆς νηστείας τῶν ἡμερῶν τούτων, τῆς τετράδος, καὶ τῆς παρασκευῆς λέγω. ἐπιφημίζονται γὰρ, ἡ μὲν Ἑρμοῦ, ἡ δὲ Ἀφροδίτης. Clem. Alex. Strom. l. 7. Epiphanius inter hæreticas Aerii opiniones hanc recenſet, quod ſtatuerit τετράδα καὶ προσάββατον ἰδίως. Epiph. hær. 75. par. 2. ubi ſextam feriam & προσάββατον dictam obſerves. Petrus Alexandrinus οὐκ ἐγκαλέσει τις ἡμῖν παραφυλάσσουσι τετράδα καὶ παρασκευήν, Petr. Alex. can. 15. Eutychius quoque Alexandrinus *Græci enim Melchitæ piſcium eſu duobus diebus inſiſtebant, viz. quartâ & ſextâ feriâ, per totum anni decurſum abſtinent.* Eutych. Alex. annal. tom. 1. p. 522. Ut alia taceam, reſtat adhuc non minus inſignis iſte quam obſcurus Tertulliani locus, *Cur ſtationibus quartam & ſextam ſabbati dicamus, & jejuniis paraſceven.* Tertul. de jejun. adv. pſych. cap. 14. Verum ut genuinum horum verborum ſenſum aſſequamur, ſciendum eſt, duplex antiquis jejuniorum genus in uſu fuiſſe, unum longius uſque ad veſperam productum, alterum brevius, quod horâ nonâ, hoc eſt tertiâ pomeridianâ terminatum eſt. Quartam autem & ſextam feriam brevius huic jejunio dedicabant Epiphanius,

niis, τετράδι δὲ καὶ ἐν προσαββάτῳ ἐν νηστείᾳ ἕως ὥρας ἐννάτης. Epiph. expoſ. fidei. Eutychius Alexandrinus, *Eodem modo ſi cui viſum fuerit feriâ quartâ & ſextâ per totum annum jejunare, illi permiſſum eſt etiam ad nonam jejunare & piſcibus abſtinere.* Eutych. Alex. annal. tom. 1. p. 522. Huc reſpicit & Socrates ubi ait, ἕτεροι δὲ ἄχρις ἐννάτης ὥρας νηστεύοντες, διάφορον ἔχουσι τὴν ἑστίασιν. Socrat. hiſt. Eccleſ. l. 5 κεφ. κϐ. Et ipſe quoque Tertullianus verbis diſertis ait, *non quaſi reſpuamus nonam, qua & quartâ Sabbati & ſextâ plurimum fungimur.* Tertul. de jejun. adv. pſych. cap. 10. Hujuſmodi porro jejunia, quæ ultra horam nonam non extendebantur, Tertullianus *Stationes* appellat, & has etiam horâ nonâ terminatas eſſe, ex his ipſius verbis conſtat, *Æque ſtationes noſtras ut indignas, quaſdam vero & in ſerum conſtitutas, novitatis nomine incuſant, hoc quoque munus & ex arbitrio obeundum eſſe dicentes, & non ultra nonam detinendum, de ſuo ſcilicet more.* Tertull. ibid. Ubi dicit itaque loco ſupra laudato, *Quartam & ſextam ſabbati ſtationibus dicatam eſſe*, nihil aliud velit, quam iſtis diebus jejunia uſque ad nonam horam prorogata eſſe, quæ propterea, & *Stationum ſemijejunia* vocat ibid. cap. 13. Quòd etiam, poſtquam dixerit, *cur ſtationibus quartam & ſextam ſabbati dicamus*, addit protinus, *& jejuniis paraſceven*, clarè ſatis oſtendit, aliquid diſcriminis inter *ſtationes* & alia jejunia intereſſe. Quid autem ſibi velit per *paraſceven* hoc in loco non adeo promptum eſt definire. Jacobus Pamelius in notis ad hunc Tertulliani locum ſabbatum hic paraſceven novè nuncupari ſcribit. Cùm Tertullianus autem proximis etiam verbis, non minus quam alibi, ſabbatis non jejunandum eſſe, præterquam unico, dicat; nihil à mente illius magis alienum effingi potuit, quàm *paraſceven*, quam hic jejuniis dicatam aſſerit, *Sabbatum* interpretari. Dionyſius Petavius in animadverſ. ad Epiphan. expoſ. fid. hoc Tertulliani loco ſextam feriam per paraſceven indigitari putat. Nimirum, inquit, Tertulliani tempore, cum ſtationes feriâ quartâ & ſextâ fierent, ambæ quidem ad nonam duntaxat horam prorogatæ ſunt, ſed feriâ quartâ ſtatim poſt ſtationis exitum, hominique nonam jejunium ſolvere licitum fuit; ſextâ verò feriâ expleto ſtationis tempore non ſtatim fas erat veſci, ſed ad veſperam tantum: ac proinde hic ſextam feriam Tertullianus non ſtationibus tantum ſed & jejuniis dicatam aſſerit. Quandoquidem autem nulla jejunii, ſextâ magis quam quartâ feriâ, uſque ad veſperam antiquitùs producti veſtigia extant, & nihil apertius eſſe poteſt, quam ex Tertulliani mente *paraſceven* hic à ſexta feria diſtingui, cùm hanc ſtationibus, illam jejuniis dicatam diſtinctè ſcribat, hoc loco paraſceve propriè ſic dicta, ſive παρασκευὴ τοῦ πάσχα ut vocatur Joh. 19. 14. ea, nimirum, quæ paſchalem ſolennitatem proximè antecedit, intelligenda videtur, quam S. Chryſoſtomus τὴν ἁγίαν καὶ μεγάλην παρασκευὴν appellat λογ. [illegible] tom. 5. p. 906. edit. Savil. Hæc enim ut Dominicæ paſſioni commemorandæ peculiariter conſecrata, arctioribus perpetuò, quam reliquæ ſextæ, vel etiam quartæ feriæ jejuniis celebrata eſt.

Υ'πεξῃρῆσθαι τὴν τετράδα. Hæc uſque ad νομίμως λογίζεται incluſive ex MS. Bodleiano reſtituimus: ut & ea, quæ nonnullis interjectis ſequuntur, viz. ἅτε ἐν εἰρήνῃ, uſque ad καὶ τῆς διακαινησίμου. Porro hic tres quotannis excipiuntur ſeptimanæ, quibus feriæ quartæ & ſextæ jejunia prætermittere licet, vel potius, quibus jejunare Græcis non licet. Dictæ tres ſeptimanæ ſunt, primò quæ Apocreon præcedit, deinde quæ τυροφάγος, & tertiò quæ διακαινήσιμος appellatur. Primo autem, Græcorum κυριακὴ ἀπόκρεω noſtræ dominicæ ſexageſimæ reſpondet; Septimana, quæ dictam dominicam antecedit, ἑβδομὰς τῆς ἀπόκρεω nuncupatur. Hebdomadis igitur, quæ hanc præcedit, & προσφωνήσιμος dicitur, feria quarta & ſexta non jejunandum eſſe, Balſamon hic tradit, idque propterea, quòd Armenii tunc temporis propter Ninevitas jejunant. Alii autem tradunt, Armenios dictam hebdomadem προσφωνήσιμον, ſive προφωνήσιμον (ut nonnunquam ſcribitur,) jejuniis deputaſſe propter Artzibutium: (unde & ipſa hebdomas Ἀρτζιβούριος etiam appellatur) Nimirum Sergius Armeniorum hæreſeos autor Canem habuit Ἀρτζιβούριον vocatum, quem à feris devoratum Armenii cum Sergio lugebant, διὰ τοῦτο καὶ νηστείαν τῷ κυνὶ προσέταξαν, ut in Typico Sabæ traditur: ubi etiam aliæ hujus jejunii cauſæ commemorantur, inter quas & hæc à Balſamone tradita, nimirum propter Ninevitas, recenſetur. At idem Balſamon in reſponſis ad Marcum Alexandrinum, Armenios hebdomadem πρὸ τῆς ἀπόκρεως propter Ninevitas, & διαδεχόμενον propter Artzibutium, jejunaſſe ſcribit, ὅτι πρὸς τὸ διαδεχόμενον νηστεύουσιν οἱ Ἀρμένιοι διὰ τὸ Ἀρτζιβούριον. Balſ. ad interrog. 52. Ut ut eſt, cùm Armenii hæretici ludicrum hoc & ridiculum hebdomadæ πρὸ τῆς ἀπόκρεως inſtituiſſent jejunium, Græcis orthodoxis viſum eſt, nec quarta nec ſexta ejuſdem ſeptimanæ feriis jejunare, ne cùm Armeniis conſentire viderentur. De his jejuniis à Græcis prætermiſſis, ſic Nicolaus Patriarcha ad Anaſtaſium Abbatem ſcribit,

Τὴν ἑβδομάδα ἐν ᾗ καλοῦσι τὴν πρὸ τῆς ἀπόκρεω,
Ἣν καὶ ἐπονομάζουσι τὴν τῆς Ἀρτζιβουρίου,
Οἱ πάντες ἴσον ὅλως ἀδεῶς ἐσθίουσι,
Τετράδα καὶ παρασκευήν, οἱ κοσμικοὶ τὸ κρέας,
Ὁμοίως καὶ οἱ μοναχοὶ τυροῦ μεταλαμβάνοντες.
Καλῶς ποιοῦντες, ἀληθῶς καὶ πράττοντες ὀρθῶς,
Εἰ μὴ φυλάσσει κατηγορεῖν οἷα τῶν Ἀρμενίων,
Καὶ ἔχειν καὶ τὴν αἵρεσιν τοῦ Ἀρτζιβουρίου.
Καλῶς ποιοῦσι λύοντες ἀπάσαν νηστείαν
Εἰ δὲ τινὲς ἀδελφοί εἰσι καὶ ἐν ἀσκήσει
Εἰς μόνην ἀφοσιοῦνται λύοντες τὴν νηστείαν.

Proxima hebdomas, cujus quartæ ſextæque feriæ jejuniis hic eximuntur, eſt ἡ τῆς τυροφάγου. At dominica τῆς τυροφάγου eadem eſt ac noſtra quinquageſima, ac proinde ſeptimana præcedens, quæ ab eâ ἑβδομὰς τῆς τυροφάγου denominatur, hic intelligenda eſt. Hujus enim hebdomadis quartâ & ſextâ feriâ non jejunant. Nicephorus quidem Patriarcha, qui & ὁμολογητὴς dicitur, Monachis ſolis, non itero aliis iſtis diebus jejunare præcepit: & ipſis quoque Monachis, poſt miſſam præſanctificatam, caſeum & ova comedere permiſit, ὅτι δεῖ, inquit, νηστεύειν τοὺς μοναχοὺς τῇ τετράδι τῆς τυροφάγου, καὶ τῇ παρασκευῇ. καὶ μετὰ τὴν τῶν προηγιασμένων ἀπόλυσιν ἐσθίειν τυρὸν καὶ ᾠά. Ἀπεσχίσθησαν δὲ ὁ κανὼν ὅτι τὸ τῆς ἐκκλησίας τὸ δόγμα καὶ τὴν τῶν τετραδιτῶν αἵρεσιν. Extat hic Nicephori Canon in Juris Græco-Romani l. 3. ubi tamen pro καὶ ᾠὰ legitur, ὅπως ἂν ἀγρύπνων. Sed Anaſtaſius Cæſarienſis Canonem hunc citans καὶ ᾠὰ legit: quæ etiam verior haud dubiè eſt lectio. Johannes Leunclavius loco citato τῆς τυροφάγου *Septuageſimæ* malè vertit, pro *quinquageſimæ*. Nam Dominica ſeptuageſimæ Græcis κυριακὴ τοῦ ἀσώτου vocatur. Ultima hebdomas, cujus hic fit mentio, eſt διακαινήσιμος, vel ut nonnunquam ſcribitur. διακαινισμὸς & διακαινίσιμος. Sic vocatur tota illa ſeptimana, quæ feſtum paſchatis ſequitur. Hujus autem quartam ſextamque ferias jejuniis exceptas eſſe, Typicum quoque docet, ἐξαιροῦνται δὲ τῆς νηστείας αἱ τετράδες καὶ παρασκευαί, αἵτε δηλαδὴ τῆς διακαινησίμου. At quare hâc quoque ſeptimanâ non ſit jejunandum? Reſpondet Balſamon hoc loco, propterea quod tota hæc ſeptimana ὡς μεγάλη κυριακή, hoc eſt, *tanquam magnus dies paſchatis*, reputatur. Conſentit Typicum, Ἡ μὲν διακαινήσιμος πᾶσα, ὡς μία ἡμέρα λογίζεται, ἡ ὡς αὐτὴ ἡ μεγάλη κυριακή. Et ipſe rurſus Balſamon, in reſponſis ad Marcum Alexandrinum, κατὰ δὲ τὴν ἑβδομάδα τῆς διακαινησίμου ἀναιδῶς προσφερόμεθα κατὰ τὴν αὐτὴν τετράδα καὶ παρασκευήν· ὡς μία γὰρ λογίζεται κυριακήσιμος τὸ ἑπτάημερον τοῦ Πάσχα. Balſ. ad Marc. interrog. 52.

Ἀναίγνωσιν καὶ τά. Hæc uſque ad finem hujus interpretationis ex MS. Bodleiano nunc primùm edimus. Extant tamen, quæ hic Balſamone commemorantur, ad calcem ſcholiorum ipſius in nomocanonem Photii in editione Gentiani Herveti.

In Can. LXX.

Eἴ τις ἐπίσκοπος. Johannes Antiochenus hunc Canonem ſic legit, Εἴ τις ἐπίσκοπος ἢ κληρικὸς νηστεύει μετὰ Ἰουδαίων, ἢ συνεορτάζει μετ' αὐτῶν, ἢ δέχεται αὐτῶν τὰ τῆς ἑορτῆς ξένια, οἷα ἄζυμα ἢ τοιαῦτα. καθαιρείσθω· εἰ δὲ λαϊκὸς, ἀφοριζέσθω. Joh. Antioch. collect. can. tit. 37

Τὰ τῆς ἑορτῆς ξένια. Cùm ſolenne Purim celebrarent Judæi, ſibi invicem partes de convivio mittere ſolebant, Eſth. 12. 19. Et ſic in aliis quoque Feſtivitatibus, Chriſtianos olim inter Judæos verſantes, hujuſmodi ab iis portiones recipere non puduit. De hoc Eccleſiæ primitivæ præſules certiores facti, hoc Canone id interdicunt: & pœnas ab accipientibus exigunt, idque ne Chriſtiani cum Judæis jejunia vel feſta peragere viderentur.

Αἱρετικῶν εἰ μετὰ ἀλλήλων. Demetrius Chomatenus Archiepiſcopus Bulgariæ, ad hanc Conſtantini Cabaſilæ interrogationem, Πῶς λογίζονται τὰ παρὰ τῶν Λατίνων ἱερουργούμενα ἄζυμα κτλ. ἢ ὅμως, reſpondit Λατῖνοι δι' ἀζύμων ἱερουργοῦσι, ... , οἷα ὕστερον, ὡς ἴσμεν, ... τῶν ἀζύμων ἔθος ἐν τῇ τῶν Γερμανῶν ... ἐπιστημονάσαντες ... ἔθος ἀσυνείδητον, ... κατὰ ζῆλον ... συγχαιρόμεθα ... ὡς ἔκφυλον, τοῦτο ἀποσκορακίζομεν. Juris Græco-Rom. l. 5.

Ariſt. Λαϊκὸς ἀφοριζέσθω. In Ariſteni epitome à Juſtello editâ nihil de iis, quæ gentilia ſapiunt, exprimitur, nec quicquam aliud loco Canonis LXX. & LXXI. occurrit quàm Λαϊκὸς ἀφοριζέσθω τῆ Ἰουδαΐζων· ὁ δὲ κληρικὸς καθαιρέσθω.

In Can. LXXII.

Ἢ ἔλαιον ἀφοριζέσθω. Poſt iſta verba in Joh. Antiocheni collectione tit. 46. hæc adduntur, καὶ τὸ ἐπιτίμιον προστιθέτω καθ' ὃ ἔλαβεν. Quæ etiam in Græcis Balſamonis codicibus antehac editis leguntur. Legit & Ariſtenus, ut tam ex epitome, quàm interpretatione ipſius patet; uti & Joſephus Ægyptius in paraphraſi Arabicâ qui hunc Canonem ſic interpretatur, *Quicunque Sacerdos aut Laicus oleum vel ceram ex Eccleſiâ furtim acceperit, expellatur Eccle-*

ſiâ; vel loco ejus rei, quam accepit, quintuplum reſtituat, & puniatur inſuper, prout præfecto ipſius viſum fuerit, & eum recipiat: ſin contradixerit, eadem pœnâ mulctetur, & prorſus excommunicetur. At in codice Bodleiano, quem nunc edimus, hæc verba non habentur; uti nec in Harmenopuli Canonum epitome ſect. 5. tit. 2. omittuntur & in Latinâ Gentiani Herveti tranſlatione: & quod præcipuum eſt, nec Balſamon in hujus, ut nec Zonaras in proximi Canonis (quo hunc etiam tractat) interpretatione, horum verborum meminit; Et idcirco nec eos in ſuis Codicibus iſta legiſſe non immerito ſuſpicemur.

Οἱ πενταπλῶν βάλλεται. Ad finem integri præſentis Canonis, ut ante obſervatum eſt, in nonnullis codicibus additur, καὶ τὸ ἐπίπεμπτον προσθέτω μεθ' οὗ ἔλαβεν. Qui epitomen Canonis fecit, ἐπίπεμπτον per πενταπλοῦν interpretatus eſt, ut & Joſephus Ægyptius per *Quintuplum*, ſic enim & חמש ידות 188. πενταπλασίως, Arabicè vertitur, Gen. xliii. 34. quomodo & Avicenna ait, *Loco ejus* (viz. opii) *triplum ſeminis hyoſcyami uſurpatur*. Avicen. p. 135. Verum rectè hîc notat Ariſtenum, ἐπίπεμπτον non tantundem eſſe ac πενταπλοῦν, nec Canonem velle πενταπλοῦν ἀποδίδοσθαι, ſed αὐτὸ τὸ ἀφαιρεθὲν, *illud ipſum quod aufertur*, & inſuper τοῦτο ἐπίπεμπτον. Quid autem per ἐπίπεμπτον intelligendum ſit, ex Macrobii definitione τοῦ ἐπιτρίτου (nam eadem eſt utriuſque ratio) optimè dignoſcamus, *Et eſt ἐπίτριτος inquit, cum de duobus numeris major habet totum minorem, & inſuper ejus tertiam partem; ut ſunt quatuor ad tria; nam in quatuor ſunt tria, & tertia pars trium, id eſt, unum; & is numerus vocatur ἐπίτριτος, deque eo naſcitur ſymphonia, quæ appellatur διὰ τεσσάρων.* Macrob. in ſomn. Scipion. l. 2. c. 1. Eâdem itaque ratione ἐπίπεμπτον hoc in loco *ſeſquiquintum*, hoc eſt, ſemel rei ablatæ pretium & quintam inſuper ipſius partem continet; adeo ut Canon latiſſimo ſenſu τὸ πενταπλοῦν non exigat, quemadmodum Ariſtenus rectè monet.

In Can. LXXIII.

Σκεῦος χρυσοῦν. Baſilicâ, ὁ δὲ πενταπλασίους ἀπαιτεῖται κατὰ τὸ ὑφελόμενον ἐκ τῶν ἱερῶν ἢ σκευῶν ἢ ἀφιερωθέντων χρημάτων ἢ σφετερισάμενος εἰς ἰδίας χρείας. Baſil. l. 60. tit. 45. cap. 2. τοῦ δὲ πενταπλασίους [illegible] καὶ ὁ ἱερεὺς ἢ ἐκ [illegible] χρήματα λαμβάνων, ἢ τὸ ἀφιερωθὲν τοῦ Θεοῦ, ibid. cap. 5. Johannes Antiochenus ex primâ conſtitutione tit. 29. 18. libri Codicis, Εἴ τις ἀγροικῶν τις ἱερὸν πραγματεύεται, οὗτος εὐθὺς καὶ ἀκαθάρτων ὑποκείσθω αὐτῷ, ὡς ἱερόσυλος τιμωρείσθω. Joh. Antioch. nomocan. tit. 46. Egbertus Archiepiſcopus Eboracenſis, *Si quis Epiſcoporum, vel Presbyterorum, vel miniſtrorum ex rebus Eccleſiæ, quæ in quibuſcunque locis à fidelibus largiuntur, aliquid auferat, & male rapta cum confuſione reſtituat, & excommunicationis annuæ ſententiam ſubibit* Egbert. in excerpt. can. 71. vide & Alexii Comneni novellam περὶ τῶν ἱερῶν σκευῶν, καὶ περὶ τῶν ἐν αὐτοῖς ποιεῖ τούτων [illegible]. in Juris Græco-Rom. l. 2. p. 124.

In Can. LXXIV.

Ἐπίσκοπον κατηγορηθέντα. Anno æræ Dionyſianæ 394. Arcadio tertiùm & Honorio ſecundùm Coſſ. tertio Kalendarum Octobris, provinciale Concilium Conſtantinopoli celebratum, Agapii & Bagadii cauſam examinabat, quorum uterque tunc temporis Epiſcopatum Boſtræ ſibi vendicabat. Bagadius nimirum depoſitus fuerat, & Agapius in locum ipſius electus: ſynodo vero congregatæ conſtabat, Bagadii depoſitionem à duobus ſolis Epiſcopis factam fuiſſe. Quocirca à Nectario reliquiſque ei conſentientibus Epiſcopis decernebatur, non licere in poſterum eum, qui reus examinatur à tribus, nedum à duobus, deponi, ſed majoris Synodi & provinciæ Epiſcoporum ſententiâ, καθὼς καὶ οἱ Ἀποστολικοὶ κανόνες διωρίσαντο. Quibus verbis præſens haud dubiè Canon indigitatur, utpote quo ſolo ex Apoſtolicis Epiſcopi accuſati cauſam à Synodo dijudicandam eſſe conſtituitur.

Τὸ μὲν ἀπολογήσασθαι. Hæc uſque ad abſoluta in hunc Canonem Balſamonis Scholia in impreſſis antehac codicibus Græcis deſiderantur. Sed Gentianus Hervetus legit, & Latinè vertit. Nos Græcum textum ex MS. Bodleiano nunc primùm in lucem proferimus.

In Can. LXXV.

Αἱρετικὸν μὴ προσδέχεσθαι. Cùm Athanaſio à Meletianis vitio verteretur, quòd Macarius unus ex ipſius Diaconis myſticum poculum fregerat, ille tanquam ex hujus Canonis præſcripto reſpondebat, Meletianos, qui hoc ei objecerant, hæreticos eſſe, ac proinde ad teſtimonium contra ipſum ferendum non admittendos, ut qui fide profus ſint indigni. Verba ejus ſunt, Μελετιανοὶ γὰρ οὔτε οἱ κατηγοροῦντες, καθόλου πιστεύεσθαι μὴ ὀφείλοντες. χειροτονηθεὶ γὰρ ὑπὸ ἐχθροὶ τῆς ἐκκλησίας γενόμενοι, ὡς καὶ αὐτὸ ἀπὸ τοῦ μακαρίου Πέτρου καὶ μάρτυρος γεγραμμένον &c. Athanaſ. ad Imper. Conſtant. Apol. Idem poſtea conſtitutum fuit, à ſecundâ quoque Synodo Oecumenicâ Conſtantinopoli celebratâ, decernente, ἵνα αἱρετικοὺς μὲν μὴ ἐξεῖναι κατηγορεῖν κατὰ τῶν ὀρθοδόξων ἐπισκόπων ὑπὲρ ἐκκλησιαστικῶν πραγμάτων ποιεῖσθαι, Synod. C.P. can 6. Vide & Concil. Chalced. can. 21. S. Auguſtinus hæreticos etiam à Presbyteri accuſatione rejicit, *Nam hæreticorum*, inquit, *accuſationes contra Catholicum Presbyterum admittere nec poſſumus, nec debemus*, Aug. in append. epiſt. 10. Concilium verò Toletanum quartum hæreticorum teſtimonium nullâ in re nedum contra orthodoxorum quemlibet, admittendum eſſe cenſet, dicens, *Infirmari ergo oportet eorum teſtimonium, qui in fide falſi docentur, nec eis eſt credendum, qui veritati à ſe fidem abjecerunt*, Concil. Tolet. 4. c. 63. apud Gratian. decret. part. 2. cauſ. 2. quæſt. 7. cap. 24. v. & cap. 25. Juſtinianus, *Sancimus contra orthodoxos quidem litigantes nemini hæretico, vel his etiam qui Judaicam ſuperſtitionem colunt, eſſe in teſtimonio communionem, ſive utraque pars orthodoxa ſit, ſive altera.* l. 21. Cod. de hæreticis. Et in Baſilicis, Τῶν αἱρετικῶν οἱ μὲν Μανιχαῖοι, καὶ οἱ Βορβορῖται, ἢ Ἕλληνες, ἢ ἀφῶται, ἢ οἱ τὴν Ἰουδαϊκὴν θρησκείαν τιμῶντες, ἐν μηδενὶ μαρτυρείτωσαν. οἱ δὲ λοιποὶ πάντες ἐν δικαστηρίῳ μὲν ὀρθοδόξων ὄντων ἀντιδίκων μὴ δεχέσθωσαν. Baſilic. l. 21. tit. 1. c. 44. Hinc Photius Patriarcha C.P. Αἱρετικὸς δὲ καθόλου ἢ κατὰ μαρτυρεῖ ὀρθοδόξου, οἱ μὴ πάντες ἀντιδίκων κατεσχέσεως ὁ ὀρθόδοξος ὑπάρχει, Phot. nomoc. tit. 9. cap. 2.

Ἀλλ' οὐδὲ πιστὸν ἕνα μόνον. *Accuſatio Epiſcoporum non eſt facilè recipienda, dicente Domino, non ſuſcipies vocem mendacii; & Apoſtolus inquit, adverſus Presbyterum inſcriptionem non recipiendam, abſque duobus vel tribus idoneis teſtibus. Si hæc de Presbyteris vel cæteris fidelibus ſunt præcavenda, quanto magis de Epiſcopis?* Sixtus Pap. 1. apud Gratian. decret. part. 2. cauſ. 2. quæſt. 7. c. 19. Εἷς δὲ μάρτυς ἐπὶ δίκῃ ἀδεκτὸς ἐν εἰρημένῃ δίκῃ, κἂν συγκλητικὸς ᾖ. Baſil. l. 21. tit. 1. c. 32. Εἷς μόνος μάρτυς οὐ πιστεύεται κἂν ἀξιωματικὸς ᾖ. Gloſ. ibid.

In Can. LXXVI.

Ὅτι οὐ χρὴ ἐπίσκοπον. Paolinus Epiſcopus Antiochiæ, è vitâ jam deceſſurus, Evagrium ſui loco ordinabat. Hinc Theodoretus obſervat, παρὰ τῶν ἐκκλησιαστικῶν θεσμῶν provectum fuiſſe Evagrium, & multos ſimul Canones violatos, οὐ γὰρ αὐτὸ ἑαυτοῦ τοῦ τελευτῶντα χειροτονῆσαι ἐπιτρέπουσι, Theodoret. hiſt Eccleſ. l. 5. c. 23. quibus verbis ad hunc Canonem reſpexiſſe videtur, quo cautum eſt, ne quis alium ſui loco ordinaret. Etiamſi enim ipſe Canon cognatorum ſolummodo mentionem faciat, & Evagrium Paulini cognatum fuiſſe non conſtet; Canon tamen violatus eſt, eo quod Paulinus deceſſurus alium ſui loco conſtituerit: de alienis enim æque ac cognatis illum intelligendum eſſe, rectè obſervat Balſamon.

Χειροτονεῖν οὓς βούλεται. Johannes Antiochenus legit χειροτονεῖν δὲ ἐν αὐτοῖς βούλεται. Coll. Can. tit 6. MS. Bodl. οὓς βούλεται χειροτονεῖν. At hæc verba, εἰς τὸ ἀξίωμα τῆς ἐπισκοπῆς ὃν βούλεται χειροτονεῖν, in Holoandri exemplari deſiderantur.

Ὑπὸ κληρονομίας. Joh. Antiochenus collect. can. tit. 6. & impreſſi Codices legunt ὑπὸ κληρονομίαν. Ariſtenus ὑπὸ κληρονόμων. At omnia hæc πάθει ἀνθρωπίνῳ οὐ γὰρ τὴν τοῦ Θεοῦ ἐκκλησίαν ὑπὸ κληρονόμους ὀφείλει τιθέναι. Gentianus Hervetus non legit, vel ſaltem Latinè non vertit: legenda vero eſſe, ex Scholiis non minus, quàm ex Joh. Antiocheni collectione patet.

In Can. LXXVII. Et LXXVIII.

Ἄρα δὲ οἱ περὶ τῶν ἱερωσύνην. Similem huic quæſtionem Marcus Alexandrinus Theodoro Balſamoni propoſuit, his verbis conceptam, Αἰλουβαθρὸς ἢ ἑτερόφθαλμος ἀξιωθήσεται βαθμοῦ ἀρχιερατικοῦ; ἢ ὁ μετὰ τὴν ἱερωσύνην κολοβωθεὶς χειροτονίας ἔστω, καὶ μετὰ τὸ πάθος ἱερουργήσει ἢ οὔ; i. e. *Mancus aut Monoculus habebiturne gradu ſacerdotali dignus? aut qui poſt ſacerdotium mutilatus eſt, permittetur ne poſt vitium ſacra facere, an non?* Ad hanc ſolvendam quæſtionem, Balſamon præſentes duos Canones citat, & mox hæc ſubjungit; (quæ, ad pleniorem hujus quæſtionis ſolutionem & Canonum horum interpretationem conducentia, digna ſunt tam Græcè quam Latinè apponi) ὅσοι τοίνυν ἐκ πάθους ἀφορισμένοι πρὸ ἱερατικῶν βαθμῶν σωματικὰ ἐλαττώματα ἔχουσι, χειροτονίας οὐκ ἀξιωθήσονται· οἱ δὲ μετὰ τὴν χειροτονίαν ὑπὸ παθόντες κακῶς, οὐκ ἀποκωλύονται διὰ τὴν τοιαύτην ἱερουργεῖν, καὶ ὅσοι ἀβλαβεῖς ἔχοντες ἀκωλύτως ἱερουργήσουσι· τοῖς γὰρ θείοις [illegible] ἰδοὺ διὰ λώβην σώματος τῆς ἱερουργίας τινὰ μὴ κωλύεσθαι. οἱ δὲ τῆς ἱερωσύνης τὸ προσῆκον ἐμποδίζει τὸ ἔργον τὸ ἀβλαβές. τῆς ἱερωσύνης ποιῆσαι ὁ νόμος. ὁ δὲ ἀξιωματικὸς οὐκ ἀποστερηθήσονται· ἀλλὰ μᾶλλον οἰκτειρηθήσονται, καὶ ἀπολαύσουσι μὲν τῆς προεδρίας τιμῆς, ἕξει δὲ καὶ τὰ πρὸς ζωαρκειαν, καὶ τὰ λοιπὰ, πάντα τὴν προεδρίαν ἀναδέχονται. *Quicunque igitur morborum aliquorum vitio prohibiti fuerint ſacerdotalium graduum jura exequi, ordinatione digni non* ha-

habebuntur. Qui autem poſt ordinationem ſic malè affecti, ſacra facere morbo non impediuntur, & ſic etiam imbecillâ conſtrant valetudine, ſacra liberè celebrabunt. Nam Dei præconibus placuit neminem à ſacrorum celebratione, propter corporis mutilationem, prohibere. Quòd ſi morbo debitum officio ſacerdotis ſit impedimento, illud exercere deſinet ægrotus, à dignitate autem non alienabitur: quin potius miſerandus erit, & priore quidem honore fruetur, quin & quæ ad vitam ſuſtentandam ſufficiunt habebit, & reliqua, juxta priorum conſuetudinem. Balſam. ad Marci Alexand. interrog. 23.

In Can. LXXIX.

Ἐάν τις δαίμονα ἔχῃ. Qui à Dæmone corripiuntur & vexantur, non tantum *Dæmoniaci*, ſed & *arreptitii* vocantur, & nonnunquam *Energumeni*, unde & *energema* pro vi dæmonum in malam partem uſurpatur à Tertulliano, adv. hæret. c. 30. Hos ab officio quocunque ſacerdotali obeundo alii quoque Canones arcendos jubent. Concilium Eliberitanum, *Energumenum, qui ab erratico ſpiritu exagitatur, hujus nomen neque ad altare cum oblatione eſſe recitandum, neque permittendum, ut cum ſua manu in Eccleſia miniſtret.* Concil. Elib. Can 29. Arauſicanum 1. *Energumeni non ſolum non aſſumendi ſunt ad ullum ordinem Clericatus, ſed & illi, qui ordinati jam ſunt, ab impoſito officio ſunt repellendi.* Concil. Arauſic. c. 16. Gelaſius Papa. 1. *Uſque adeo ſane comperimus illicita quæque prorumpere, ut dæmonibus, ſimilibuſque paſſionibus irretitis miniſteria ſacroſancta tractare tribuantur, quibus ſi, in hoc opere poſitis, aliquid propria neceſſitate occurrat, quis fidelium de ſuâ ſalute confidat, ubi miniſtros ipſos curationis humanæ tantâ proſpexerit calamitate vexari? Atque ideo neceſſario removendi ſunt, ne quibuſlibet, pro quibus Chriſtus eſt mortuus, ſcandalum generetur infirmis. Poſtremo, ſi corpore ſauciatum fortaſſis aut debilem nequaquam ſancta contingere lex divina permiſit, quanto magis doni cœleſtis diſpenſatores eſſe non convenit (quod eſt deterius) mente perculſos.* Gelaſ. Papa epiſt. ad epiſc. Lucaniæ, c. 21. Concilium Toletanum 11. *Benè ſiquidem majorum regulis definitum eſt, ut dæmonio, aliiſque ſimilibus paſſionibus irretitis miniſteria ſacra tractare non liceat: Cui præcepto conſenſu rationis adhibito, id communiter definimus, ut nullus de his, qui aut in terram arrepti à dæmonibus eliduntur, aut quolibet modo vexationis incurſibus efferuntur, vel ſacris audeant miniſtrare altaribus, vel indiſcuſſi ſe divinis ingerant ſacramentis: exceptis illis, qui variis corporum incommoditatibus dediti, in ejuſmodi paſſionibus in terram approbantur eliſi: qui tamen & ipſi tam diu erunt ab officii ſui & ordine & loco ſuſpenſi, quouſque unius anni ſpatio per diſcretionem Epiſcopi inveniantur ab incurſu dæmonum alieni.* Concil. Tolet. 11. can. 13. vide & Gratian. diſtinct. 33. c. 3. 4.

In Can. LXXX.

Τὸν ἐξ ἐθνικοῦ βίου. Joh. Antiochenus legit τὸν ἐξ ἐθνικοῦ βίου Collect. can. tit. 36. At Synodus Nicæna prima Canonem hunc citans ἀπὸ ἐθνικοῦ βίου legit. Enimvero ſecundus iſtius Synodi Canon ſic incipit, Ἐπειδὴ πολλὰ ἤτοι ὑπὸ ἀνάγκης, ἢ ἄλλως ἐπειγομένων τῶν ἀνθρώπων ἐγένετο παρὰ τὸν κανόνα τὸν ἐκκλησιαστικὸν, ὥστε ἀνθρώπους ἀπὸ ἐθνικοῦ βίου ἄρτι προσελθόντας τῇ πίστει &c. è quibus etiam verbis clariſſimè eluceſcit quendam κανόνα ἐκκλησιαστικὸν ante hanc ſynodum extitiſſe, eos, qui à vitâ gentili ad Chriſtianam fidem nuper converſi ſunt, Epiſcopos protinus fieri prohibentem: qui alius haud dubiè non fuit, quam præſens Apoſtolicus, quem ſæpe neglectum & violatum, Synodus Nicæna dicto Canone reparat, & ſuâ tandem autoritate confirmat. Joſephus Ægyptius in Arabicâ Canon. collectione hæc verba τὸν ἐξ ἐθνικοῦ βίου vertit, *Quicunque vir fuit Ethnicus vel Idololatra*: non me fugit חניפא *hanifa* poſſe nonnunquam ſignificare *Muſlimum*, ſive *muhammedicæ religionis ſectatorem*. Sic enim חניף *hanyph* ſæpe ſignificat ut אבו חניפא *Abu hanifa*, qui autor fuit unius è quatuor Muſlimaſicis ſectis, circa religionis iſtius ramos verſatis, quas Abulpharagius ſic enumerat *Secta malec Ebn Anaſi, ſecta muhammedis Ebn Edris Aſhafienſis, ſecta Ahmedis Ebn Hanbeli, & ſecta Hanifæ Almoman Ebn Thabet.* Abulph. Dynaſt. 9. At Abu hanifæ præ cæteris extructum eſt oratorium, vocatum *Oratorium antiſtitis Abu hanifa*, cujus meminerunt Abulpharagius dynaſt. 12. p. 366. & Elmacinus hiſt. Saracen. l. 3. p. 287. De eodem Abu hanifâ vide plura in doctiſſimi noſtri Edvardi Pocockii notis, in ſpecimen hiſtoriæ Arabum, p. 297. & Henrici Hottingeri hiſt. orient. l. 2. c. 7. Ab hoc *Abu hanifa* non ſua tantum ipſius ſecta, ſed totus Muſlimiſmus vocatur אלחניפיה *Alhanifiah* & Muſlimus חניפי *Hanifi*. Et hæc quidem ordinaria eſt hujus vocabuli ſignificatio; quæ huic tamen loco quadrare non videtur, ſiquidem Canones hi longè ante Muſlimiticæ religionis exortum conſcripti ſunt. Quapropter aliunde petatur vera ipſius ſignificatio: è linguâ nimirum Syriacâ, cujus vocabula in hâc præcipuè Canonum collectione ſæpiſſimè Arabica fiunt, ut alibi oſtenſuri ſumus. At vox Syriaca חנפא *hanphe*, ut & חנפיא *hanphoio*, eſt *Gentilis Ethnicus*. Unde vocabulum hoc Arabicum formatum videtur; quod propterea *Ethnicus* tranſtuli. Sed non diffiteor alterum etiam ſenſum admitti poſſe, modo dicamus Chriſtianos orientales, qui inter Muſlimos ſive Muhammedanos verſantur, hunc Canonem de iis (ut par eſt) æque ac de Ethnicis interpretatos eſſe, ut Muhammedanus etiam pariter ac Ethnicus ad Chriſtianam converſus fidem, illico non fiat Epiſcopus. Quod autem nec Laicus quiſpiam Chriſtianus protinus evadat Epiſcopus, niſi inferioribus prius ſuſceptis gradibus, à Concilio Sardicenſi cautum eſt, can. 10.

Εἰ μὴ κατὰ θείαν χάριν. Auxentio Eccleſiæ Mediolanenſis Epiſcopo vitâ defuncto, orta graviſſima inter cives controverſia de futuro Epiſcopo eligendo; uſque adeo ut tumultuari cœperint. Sed commodè accidit, ut vir pietate ac doctrinâ inſignis, nomine Ambroſius, urbi tunc temporis præfectus eſſet. Hic veritus, ne mali aliquid ex tanto tumultu naſceretur, pro loco atque officio ſuo (ut cum Ruffino loquar) ad Eccleſiam illis contendit, ſeditionem populi repreſſurus. Cùm autem longâ ac eleganti oratione veſanos multitudinis tumultus compeſcuiſſet, omnes in unam protinus ſententiam conſpirantes, ipſum Ambroſium ſibi Epiſcopum ordinari uno ore flagitabant. Hic autem adhuc catechumenus erat, ac proinde nondum baptizatus. Valentinianus verò Imperator, de populi conſenſu certior factus, Ambroſium etiamſi reluctantem, baptizari ſimul, ac Epiſcopum protinus ordinari jubet, vel, ut ait Theodoretus, Τοῦτον μαθὼν ὁ βασιλεὺς προσέταξε θᾶττον καὶ μυηθῆναι καὶ χειροτονηθῆναι τὸν ἄνδρα. hiſt. Eccleſ. l. 4. cap. 6. *moxque Dei gratiam conſecratus, & initiatus ſacris, & ſacerdos effectus eſt*; ut ſcribit Ruffinus hiſt. Eccleſ. l. 2. c. 11. Hac tumultuariâ Ambroſii ordinatione, quâ è Catechumeno ad Epiſcopum illico provectus eſt, ſeriò perpenſâ, dicat aliquis eandem minime Canonicam fuiſſe, nec à præſenti Canone Apoſtolico admiſſam; utpote quo is, qui à gentili vitâ nuper acceſſit, & baptizatus eſt, Epiſcopum protinus fieri prohibetur. Sed abſit ut tanti Patris ordinationem irregularem fuiſſe ſuſpicemur. Etiamſi enim à priori Canonis hujus parte condemnari videatur, ultimis tamen hiſce verbis, εἰ μὴ κατὰ θείαν χάριν τοῦτο γένηται, neceſſariò non minus, quam prudenter annexis, planè admittitur. Enimverò repentina D. Ambroſii electio, & conſequenter ordinatio, Deo potiùs quam hominibus adſcribenda eſt; Deo, inquam, qui diſſidentem inter ſeſe multitudinem primo tanti viri intuitu in unam ſententiam revocabat. Unde & ipſe quoque Imperator D. Ambroſium divinitùs electum agnoſcebat; ut antiqui Eccleſiaſticæ hiſtoriæ ſcriptores tradiderunt. Socrates, Ὁ δὲ βασιλεὺς θαυμάσας τὴν τοῦ λαοῦ ὁμόνοιαν. Διὰ τὸ ἔργον εἶναι Θεοῦ τὸ γενόμενον. ... *Imperator conſenſionem populi admiratus, Deique opus eſſe agnoſcens quod evenerat, reſcripſit Epiſcopis, ut obſequerentur Deo qui illum ordinari juſſerat. Dei namque potius quam hominum ſuffragio illum eſſe deſignatum*, Socrat. hiſt. Eccleſ. l. 4. c. 30. Val. Theodoretus, ὑπελάμβανε δὲ καὶ θείαν εἶναι τὴν ψῆφον, διὰ τὴν τῶν ἐναντίως φρονούντων παναρμόνιον συμφωνίαν. Theodor. hiſt. Eccleſ. l. 4. c. 6. Ruffinus, *Dei enim ait (Imperator) eſſe, quod diſcordantem populi fidem & animos diſſidentes converſio ſubita in unum conſenſum atque in unam ſententiam revocaret.* Ruffin. hiſt. lib. 2. c. 11. Sozomenus, συνέβαλεν ἐπὶ ὁμονοίᾳ τῆς ἐν Μεδιολάνῳ ἐκκλησίας ταύτην ψῆφον εἶναι τοῦ Θεοῦ. Sozom. l. 6. c. 24. Et hinc eſt quòd Imperator Deo gratias agebat, quòd eum ad Sacerdotii munus obeundum elegerat, quem ipſe regendis provinciis præfecerat; ut ibidem docet Sozomenus. Ex eo autem quòd Imperator, & ipſe illum ordinari juſſit, & ad Epiſcopos reſcripſit, ut illi obſequerentur, propterea quòd divinitùs electus fuiſſet, facile eſt conjicere, tam Imperatori quam Epiſcopis probè ſatis conſtitiſſe, repentinam D. Ambroſii poſt baptiſmum ordinationem nequaquam admittendam fuiſſe ut Canonicam, niſi ab ipſo Deo inſtituta eſſet. Sed ſimul ac hoc iis ex ſubitaneo populi conſenſu innotuit, divino non auſi refragari ſuffragio, eum protinus ordinârunt, idque ex hujus Canonis præſcripto, quo talis ordinatio ſub hâc cautione prohibetur, εἰ μὴ κατὰ θείαν χάριν γένηται. Et quamvis hæc conditio in ſecundo Concilii Nicæni Canone non exprimitur, neceſſariò tamen ſupponenda eſt. Canones enim hominibus obſervandi ſunt, non Deo, qui iis obligari non poteſt. Et idcirco ubicunque Deus ſuam interponit autoritatem, ut in hâc D. Ambroſii electione, univerſi Canones ſilere debent, vel ſaltem hanc admittere exceptionem, εἰ μὴ κατὰ θείαν χάριν τοῦτο γένηται.

Ἢ ταξεώτην. Gloſſæ Græco Latinæ, ταξεώτης *Apparitor officialis*. Macarius, οἱ ἄρχοντες τοῦ αἰῶνος. ὁ ταξεώτης. Mac. hom. 15. Huſuſmodi viros Epiſcopos primitùs fieri leges quoque civiles vetant. ... Eccleſ conſtit. l. 3. tit. 1. par. 2. ſed alibi, ὁ βουλευτὴς καὶ ὁ ταξεώτης ... ibid. l. 1. tit. 3. conſt. 31. ... Baſilic. l. 3. tit. 1. c. 27.

In Can. LXXXI.

Προσευκαιρεῖν. Joh. Antiochenus προσκαρτερεῖν. collect. can. tit. 24.

Ἢ πειθέσθω οὖν τοῦτο μὴ ποιεῖν, ἢ καθαιρείσθω. Joh. Antiochenus εἰ δὲ μὴ βούλεται, ἀποπαυέσθω, *Si autem non velit, deponatur.* Sic enim vertenda ſunt hæc verba, non ut in impreſſis Juſtelli codicibus, *vel ergo ita facere perſuadeatur, vel deponatur*: hæc enim verſio noſtræ lectioni, non iſti convenit. Sed obſervandum eſt, dictæ Canonum collectioni Græcæ antiquam Gentiani Herveti verſionem appoſitam eſſe, quo fit, ut propter varias lectiones tranſlatio textui ſæpe non accommodetur: quod ſatis mirari nequeo: præcipuè cùm à tam eruditis viris Bibliotheca iſta in lucem emiſſa fuerit.

Χειριζόμενος. In Simeonis Logothetæ Epitome legitur μεταχειριζόμενος.

In Can. LXXXII.

Οἷος ὁ ἡμέτερος Ὀνήσιμος. Pronomen ἡμέτερος hic, non ſecus ac ἡμῶν in Canone 81ta. ab interpolatore, neſcio quo, adjectum videtur, ut Canones hi ab Apoſtolis conditi fuiſſe crederentur. Nec Balſamon autem nec Zonaras iſtius mentionem faciunt, etiamſi de Oneſimo loquantur. Johannes Antiochenus in ſuâ collectione totum hunc Canonem omiſit, ut de verâ iſtius lectione nihil ex eo conſtet; uti nec ex Harmenopuli epitome, quæ ipſius Oneſimi etiam non meminit, ſed totum Canonem breviter ſic exprimit, οἰκέτης ἐ κληρῶται δίχα γνώμης τ̃ δεσπότου. Harmen. can. epit. ſect. 3. tit. 1. Sed in Arabica collectione, & omiſſo pronomine, & nomine corrupto legitur *ſicut Oneſiphorus*; hujuſmodi autem propriorum præcipuè nominum è Græcis deductorum corruptionibus nihil in linguâ Arabicâ frequentius occurrit: hinc nihilominus planè ſatis apparet, pronomen ἡμέτερος in codice, quo uſus eſt Joſephus Ægyptius, deſideratum fuiſſe. Et quidem non immeritò, cùm nihil enim certius eſſe poteſt, quàm hoſce Canones ab ipſis Apoſtolis non conſtitutos eſſe, vel tota ſententia οἷος καὶ ὁ ἡμέτερος Ὀνήσιμος ἐφάνη, vel ſaltem pronomen ἡμέτερος expungatur neceſſe eſt.

Ὁ δὲ ἀκολουθῶν νόμος. Baſilica. Ἐὰν δοῦλος εἰδότος καὶ οὐκ ἀντιλέγοντος τ̃ δεσπότου ἐν κλήρῳ καταλεγῇ, ἐξ αὐτοῦ τ̃ χειροτονίας, ἐλεύθερος καὶ εὐγενὴς ἔσται, Baſil l. 3. tit. 1. c. 31. Δοῦλος εἰδότος καὶ οὐκ ἀντιλέγοντος τ̃ δεσπότου εἰς κλῆρον χειροτονηθεὶς, ἐλευθεροῦται. conſtit. Eccleſ coll. l. 3. tit. 1. par. 2. Michael Attaliata, Δοῦλος γινώσκοντος τ̃ δεσπότου, καὶ σιωπῶντος χειροτονηθεὶς κληρικὸς, ἐλευθεροῦται. Attal. Synop. tit. 3.

Ἐλευθερωθεὶς πρότερον. Quòd ſervus priùs libertate donandus eſt, quàm in Clerum cooptetur, Concilium quoque Aurelianenſe quintum decrevit, dicens, *Ut ſervum qui libertatem a dominis propriis non acceperit, aut etiam jam libertum, nullus Epiſcoporum, ab ejus tantum voluntate, cujus ſervus eſt, & eum abſolviſſe dignoſcitur, Clericum audeat ordinare.* Concil. Aurel. 5. c 6. Et Balſamon in conſtitutionum Eccleſiaſticarum collectione ex codice ait, Δοῦλος δὲ ὢν πρὶν γνώμην δεσπότου κληρωθῇ. οὐ μὴ πρότερον ἐλευθερωθῇ. Conſtit. Eccleſ. coll. l. 1. tit. 3. c. 36.

In Can. LXXXIII.

Στρατείᾳ σχολάζων. Balſamon & Zonaras per στρατείᾳ σχολάζοντας hic intelligendos contendunt, non eos qui arma geſtant, ſed τ̃ στρατιωτικῶν πραγμάτων διοικητὰς, qui quoris, omnium, modo res militares adminiſtrant. Sic & Harmenopulus, qui ſenſum Canonis ſic breviter exprimit: καὶ στρατεύων ἱερεὺς καθαιρείσθω, & ad στρατεύων in margine notat, ἀντὶ τ̃ στρατιωτικὰ πράγματα διοικῶν. Nobis autem στρατείᾳ civilem quamlibet adminiſtrationem, magiſtratum, aut dignitatem, hic indigitare videtur; propterea quòd per Ῥωμαϊκὴν ἀρχὴν proximis verbis explicatur, & τῇ ἱερατικῇ διοικήσει opponitur: unde & in epitome tam Logothetæ quàm Ariſteni, pro στρατείᾳ σχολάζων, nihil ſubſtituitur præter ἄρχων, vis enim Canonis in eâ his ſolis verbis exhibetur, ἱερεὺς ἄρχων καθαιρείσθω. Quinetiam ipſa Canonis ratio ultimis hiſce verbis reddita, τὰ γὰρ Καίσαρος, Καίσαρι, καὶ τὰ τ̃ Θεοῦ, τῷ Θεῷ, eundem hunc ſenſum exigit: ut ſacerdotes nimirum, qui Deo toti conſecrantur, politicis adminiſtrationibus nequaquam vacent. Sacerdotales enim & civiles adminiſtrationes tantum à ſe invicem intervallo diſtant, ut idem utriſque deſervire nequeat: vel ut Nicephorus Gregoras ait, ὁ γὰρ θεωρίας πολιτεύματα καὶ πράξεις πολιτικῶν εἰς ταυτὸ συνελθεῖν πέφυκεν, ... Niceph. Greg. hiſt. Rom. l. 3. Et hoc quidem inter alios Canone fretus Conſtantinus Meſopotamitanus, qui res publicas ſub Alexio Comneno aliquamdiu adminiſtraverat, cum ab Imperatore obtinuiſſet, ut Diaconus crearetur, ſe relicturum palatium, & Imperatori non amplius operam navaturum ſimulabat, propterea quod Canones hoc ei interdicerent, vel, ut verba ejus refert Nicetas Choniates, τοὺς γὰρ ἱερωμένους μὴ ἐνδιδόναι ἑαυτοὺς καὶ Θεῷ ἱερᾶσθαι, καὶ πραγματικῶν ἀντιποιεῖσθαι πραγματειῶν. διακελεύονται γὰρ ἀμφότερα καὶ καθάπαξ συνναλλάττεσθαι. ... Nicet. Choniat. in Alex. Comn. l. 2. Poſtea autem Imperatoris juſſu privilegium ei à Patriarchâ Xiphilino conceſſum eſt, ut Deo ſimul & Imperatori, templo & palatio, inſerviret, idque deſpectui habitis Canonibus, qui, ut ſubjungit Nicetas, τοῖς ἀμφιδεξίοις τούτοις ἀμειλίκτους ἐπινέμουσι ποινὰς, *acerbas pœnas in iſtiuſmodi ambidextros ſtatuunt*, Nicet. ibid.

Τὰ γὰρ Καίσαρος. Hæc verba, τὰ γὰρ Καίσαρος Καίσαρι καὶ τὰ τ̃ Θεοῦ τῷ Θεῷ, in Ariſteni, necnon in Logothetæ epitome à Juſtello editâ, omittuntur.

In Can. LXXXIV.

Ὅστις ὑβρίζει βασιλέα. Rectè hic obſervat Harmenopulus, quod hoc Canone, βασιλέα μὲν ὑβρίζειν κεκώλυται, ἐλέγχειν δὲ οὐδαμῶς. *contumeliâ quidem afficere Imperatorem prohibitum eſt, reprehendere autem nequaquam.* Harmen. epit. can. ſect. 3. tit. 3. cui ſuffragatur & Zonaras. Et ſic quidem D. Ambroſius Imperatorem Valentinianum reprehendit, Theodoret. hiſt. Eccleſ. l. 4. c 7 & Theodoſium, ibid. l. 5. c. 17. Joh Chryſoſtomus multos optimatum & magiſtratuum, Socrat. l. 6. c. 5. Arſenius Palæologum reprehendit ſimul & ſacris interdixit, Niceph. Greg. hiſt. Rom. l. 4. alii alios, ut Eccleſiaſticæ hiſtoriæ ſcriptores abunde teſtantur. Ut extra dubium ſit hunc Canonem, non de juſtâ Imperatorum reprehenſione, ſi deliquerint, ſed de contumeliâ intelligendum eſſe.

In Can. LXXXV.

Μακκαβαίων τρία. Hi tres Maccabæorum libri in Joh. Antiocheni collectione omittuntur, in Græco nimirum texto, etiamſi in Latinam verſionem ſummâ editorum incuriâ irrepſerint. vid. Joh Antioch. Collect. can. tit. 50. Omittuntur etiam omnes omnino Maccabæorum libri in Canonicorum veteris teſtamenti librorum catalogo Melitonis, Euſeb hiſt. Eccl. l. 4 c. 25. In Gregorii Nazianzeni, Amphilochii, Epiphanii, Athanaſii, Concilii Laodiceni, & Joh. Damaſceni catalogis deſiderantur: adeo ut hariolari nequeam, quo tandem jure vel duo eorum in Canonem admiſſi ſunt, poſtquam antiquiores illi Eccleſiæ Chriſtianæ præſules, eos tanquam apocryphos rejecerint.

Ἔξωθεν δὲ ὑμῖν προσιστορείσθω. Ex hiſce verbis apertè colligitur librum ſapientiæ Sirach, ut hic vocatur, extra Canonem eſſe, & tamen dignum reputari qui ab adoleſcentibus legatur. Et ſic quidem Eccleſia primitiva, non minus quam noſtra veſtigiis ipſius religioſiſſimè inſiſtens, non hunc ſolum ſapientiæ librum, ſed & alios nonnullos in Canonicorum numerum nunquam admiſſos, populo nihilominus, & præſertim Catechumenis legendos eſſe ſtatuit. Athanaſius, Ἔστι δὲ τούτων ἑτέρα βιβλία ἐκτὸς τούτων, οὐ κανονιζόμενα μὲν, τετυπωμένα δὲ παρὰ τῶν πατέρων ἀναγινώσκεσθαι τοῖς κατηχουμένοις, *Præter iſtos*, (viz. viginti duos veteris teſtamenti libros) *ſunt alii veteris teſtamenti libri, non quidem Canonici, ſed qui Catechumenis ſolum leguntur.* Athanaſ. in ſynopſi, cujus generis ibidem enumerat, ſapientiam Solomonis, ſapientiam Jeſu filii Sirach, libros Eſther (apocryphum) Judith, & Tobiæ. Sic & Epiphanius de ſapientiâ Solomonis, ſapientiâ filii Sirach, ait καὶ αὗται χρήσιμοι μέν εἰσι καὶ ὠφέλιμοι, ἀλλ' εἰς ἀριθμὸν ῥητῶν οὐκ ἀναφέρονται. Epiphan. de ponderib. & menſ. Johannes Damaſcenus de iiſdem, ἐνάρετοι μὲν καὶ καλαὶ, ἀλλ' οὐκ ἀριθμοῦνται, οὐδὲ ἔκειντο ἐν τῇ κιβωτῷ Damaſcen. de orthod fid. lib. 4. c. 18. Hieronymus autem, *Sicut ergo Judith & Maccabæorum libros legit quidem Eccleſia, ſed eos inter canonicas ſcripturas non recipit, ſic & hæc duo volumina* (viz. prædicta utriuſque ſapientiæ) *legat ad ædificationem plebis, non ad autoritatem Eccleſiaſticorum dogmatum confirmandam.* Hieron. præf. in proverb. Salom. Ruffinus denique de omnibus à S. Hieronymo enumeratis, *Quæ omnia*, inquit, *legi quidem in Eccleſiis voluerunt, non tamen proferri ad autoritatem ex his fidei confirmandam.* Ruffin. expoſ. fid.

Κλήμεντος ἐπιστολαὶ δύο. Clementem primum Epiſcopum Romanum duas ſcripſiſſe Epiſtolas, utramque ad Corinthios, tradunt. Harum prior ſummâ laude ac approbatione à primitivis Chriſtianis excepta fuit, uſque adeo ut in Eccleſiis etiam non ſecus ac Canonici libri publicè legeretur, Euſeb. hiſt. Eccleſ. l. 3. c. 14. Hieron. in catalog. ſcript. Eccleſ. quod idem & de Polycarpi epiſtolâ ad Philippenſes & Hermæ paſtore affirmatur, Hieron. ibid. in Polyc. Euſeb hiſt. Eccleſ. l 3. c. 3. Ruffin. in expoſ. fid. Alteram autem Clementis Epiſtolam, cujus etiam fragmentum Patricius Junius ad calcem prioris edidit, non perinde re-

receptam olim ac approbatam fuiſſe, ipſe quoque Euſebius refert hiſt. Eccleſ. l. 3. c. 38. Et Photius Patriarcha CP. ὁ λεγόμενος δεύτερος πρὸς τοὺς αὐτοὺς, ὡς νόθος ἀποδοκιμάζεται) Phot. biblioth. c. 113. Ambæ autem hæ Epiſtolæ in vetuſtiſſimo illo veteris ac novi teſtamenti codice MS. in Regiâ Bibliothecâ reſervato (è quo & in lucem emiſſæ ſunt) ad calcem, nimirum, eâdem quâ totus liber manu, & iiſdem grandioribus characteribus exarantur. Unde non ineptam facere conjecturam liceat, has Epiſtolas, tempore & loco quo tranſcriptus eſt dictus codex, in Canonicorum etiam librorum cenſum, juxta hujus Canonis præſcriptum relatas eſſe: alioquin enim difficillimum eſſet rationem reddere, quamobrem unà compingerentur.

Δι' ἐμοῦ Κλήμεντος. Cùm hæc conſtans ac perpetua ſit in omnibus MSS. loci hujuſce lectio, etiamſi exinde affirmare non auſim, conjicere tamen liceat, eundem fuiſſe, qui Canones hoſce, ac qui Conſtitutiones Apoſtolicas collegit, & quidem eum Clementem nuncupatum fuiſſe; quem tamen alium eſſe ab Epiſcopo Romano, qui ad Corinthios ſcripſit, exinde liquet, quod verbis proximè antecedentibus, ubi Clementis Epiſtolæ commemorantur, non dicitur ἐμοῦ Κλήμεντος, ſed in genere, ſine adjecto pronomine, Κλήμεντος ἐπιστολαὶ δύο. At hîc ubi de conſtitutionibus agitur, pronomen etiam præficitur, καὶ αἱ διαταγαὶ ὑμῖν τοῖς ἐπισκόποις δι' ἐμοῦ Κλήμεντος. Si idem enim fuiſſet Clemens, qui conſtitutiones compoſuit, ac qui Epiſtolas, his proculdubio, non minus quam illis pronomen illud ἐμοῦ adjectum fuiſſet: Adeo ut, quicunque demum ille fuit, qui Canones hoſce collegit, Conſtitutiones quidem à ſe, Epiſtolas autem ab alio Clemente conſcriptas fuiſſe perſpicuè ſatis hîc oſtendat. Quiſnam hic Clemens alius a Romano fuerit, non facilè eſt definire, ac proinde hoc aliis in medio relinquendum cenſeo. Ipſe autem conjecturâ interim ad ſuſpicandum ducor, Clementem Alexandrinum tam Canonibus hiſce, quàm conſtitutionibus Apoſtolicis vulgò dictis, colligendis operam dediſſe. Hæc conjectura, ut probabilis ſaltem & veri non diſſimilis cuiquam videatur, rationes, quibus fundatur, paucis aperiemus. Quod primò itaque ad Canones ſpectat, Euſebius dictum Clementem Alexandrinum, librum ſcripſiſſe teſtatur, cui titulus fuit, κανὼν ἐκκλησιαστικὸς, ἢ πρὸς τοὺς Ἰουδαΐζοντας. Euſeb. hiſt. Eccleſ. l. 6. c. 13. Sic & D. Hieronymus eundem ſcripſiſſe refert, *De Canonibus Eccleſiaſticis, & adverſum eos, qui Judæorum ſequuntur errorem.* Hieron. in catal. Adhæc Photius inter libros ejuſdem Clementis, unum recenſet, περὶ κανόνων ἐκκλησιαστικῶν. Phot. biblioth. cap. cxi. At Canones hoſce, qui jam *Apoſtolici* vocantur, *Eccleſiaſticos* olim dictos fuiſſe, in præfatione ex veterum ſcriptorum monumentis palam fecimus: & in iis etiam quamplurima contra Judæos decernuntur. Ut credibilis ſaltem ſit conjectura in dicto Clementis libro Eccleſiaſticos hoſce Canones primò collectos fuiſſe & divulgatos. Porro Euſebius quoque refert eundem Clementem Alexandrinum in libro, quem de Paſchâ compoſuit, aſſeruiſſe, ſe à familiaribus ſuis coactum fuiſſe, ut traditiones, quas ab antiquioribus Presbyteris acceperat, ſcriptas poſteris mandaret, καὶ ἐν τῷ λόγῳ δὲ αὐτοῦ τῷ περὶ τοῦ πάσχα ἐκβιασθῆναι ὁμολογεῖ πρὸς τῶν ἑταίρων, ἃς ἔτυχε παρὰ τῶν ἀρχαίων πρεσβυτέρων ἀκηκοὼς παραδόσεις, γραφῇ τοῖς μετ' αὐτὸν παραδοῦναι. Euſeb. hiſt. Eccleſ. l. 6. c. 13. Has traditiones a Clemente collectas, eaſdem eſſe ſuſpicor, quæ Διαταγαὶ ſive Διατάξεις nuncupatæ ſunt; quas quidem nihil aliud eſſe quam certam traditionum collectionem, totus earum contextus arguit: & Epiphanius aſſerere videtur, hær. 75. Num. 6. Apoſtolorum autem titulo propterea inſignitæ videntur, quod ipſis Apoſtolis per continuam traditionem acceptæ referuntur. Clemens porro eas, non tantum ore tenus, ſed etiam ex antiquiorum, qui propiùs ad Apoſtolorum tempora vixerunt, ſcriptis excerpſit, viz. ex Clementis, Polycarpi, & Ignatii epiſtolis. Et quidem tanta eſt affinitas inter conſtitutiones haſce & dictas Ignatii Epiſtolas, ut Franciſcus Turrianus & Carolus Bovius in proœmiis ſuis ad dictas conſtitutiones à ſe editas, exinde contendant conſtitutiones Apoſtolicas ab ipſo Ignatio lectas fuiſſe. Cùm ex ipſis autem conſtitutionibus conſtet, eas poſt Ignatii tempora fuiſſe ſcriptas, earum potiùs conſarcinatorem Ignatii Epiſtolas legiſſe meritò pronunciemus. Et quidem ſi ipſæ Conſtitutiones, quas à Clemente Alexandrino ex traditionibus tam ἀγράφως quàm ἐγγράφως collectas fuiſſe conjicimus, hodiè extarent, nullus dubito quin hæc noſtra conjectura vero adhuc ſimilior videretur. Enimvero quæ nunc dierum in octo libros diſtinctæ circumferuntur, adeo ſunt corruptæ ac interpolatæ, ut ab iis, quæ olim extiterunt, quaſque Epiphanius ſæpe laudat, omnimodo diverſæ videantur; ſententiæ enim, quas Epiphanius ex Apoſtolorum Conſtitutionibus citat, in vulgatis vel nuſquam reperiuntur, vel aliter quàm ab eo citantur: nonnunquam etiam & contraria loquuntur, ut clariſſimus noſter Jacobus Armachanus fusè probavit, in diſſertatione de Ignatii & Polycarpi epiſtolis, cap. vii. viii. ix. Et propterea Dionyſius Petavius etiam confidenter aſſerit, *aliud fuiſſe Conſtitutionum genus, quam quibus hodie Clementis nomen inſcribitur.* Petav in animad. ad Epiphan. hær. 70. p. 291. Verum, ut ad alia properemus, tota hæc noſtra conjectura huc ſummatim redit; Clemens Alexandrinus amicorum precibus impulſus, traditiones hinc & illinc diſperſas, ex antiquorum Presbyterorum ſive Epiſcoporum, defunctorum quidem ſcriptis, & adhuc viventium ſermonibus, collegit, & in unum corpus congeſſit, & Διαταγὰς ſive Διατάξεις τῶν ἀποστόλων idcirco cognominavit, quod ab ipſis Apoſtolis primo traditas fuiſſe crederentur; quo factum eſt, ut poſteri ambiguo Clementis nomine decepti, Clementi Romano eas attribuerent: illi nimirum, cujus duæ Epiſtolæ ad Corinthios iſtis diebus, nonnullis præſertim in locis, publicè lectæ, & inter Canonicas ſcripturas recenſitæ videntur. Cum autem Clemens Alexandrinus Eccleſiaſticos etiam Canones in variis Conciliis antea celebratis conſtitutos collegiſſet, ultimo eorum, ſive præſenti, non tantum duas illas Epiſtolas à Clemente Romano conſcriptas, ſed & has conſtitutiones à ſe congeſtas, & pro Apoſtolicis vulgò habitas, Concilii forſitan alicujus conſenſu, præcedenti Canonicorum librorum catalogo ſubjungebat. Ut autem ſeſe ab altero Clemente diſtingueret, hâc loquendi formulâ uſus eſt, *Κλήμεντος ἐπιστολαὶ δύο καὶ αἱ διαταγαὶ ὑμῖν τοῖς ἐπισκόποις δι' ἐμοῦ Κλήμεντος.* Et quidem, etiamſi hujus conjecturæ veritatem aliis relinquam examinandam, ipſe nihilominus addam, quod omnibus in utramque partem perpenſis, nihil adhuc invenire potui, quod eam incredibilem facit; ſed potius ſtylus, quo ſcripſit, ætas quâ claruit, & argumenta, quæ in aliis ipſius operibus, in pædagogo præſertim Clemens Alexandrinus tractavit, me tantum non coëgerunt, ut credam, eum tam Canonum horum, quam conſtitutionum, quæ Apoſtolicæ vulgo dicuntur, collectorem fuiſſe; & ut in eadem perſiſtam opinione, uſque dum alii veriſimiliorem protulerim.

Ἡμῶν τῶν ἀποστόλων. Poſt hæc ultima ultimi Canonis hujus verba, in Græcis pleriſque codicibus, quibus præter tim Canones ſine Scholiis continentur, hujuſmodi appendix adjecta eſt, idque ſub nomine Apoſtolorum, ταῦτα δὲ περὶ κανόνων διατετάχθω ὑμῖν παρ' ἡμῶν, ὦ ἐπίσκοποι. ὑμεῖς δὲ ἐμμένοντες αὐτοῖς σωθήσεσθε, καὶ εἰρήνην ἕξετε· ἀπειθοῦντες δὲ κολασθήσεσθε, καὶ πόλεμον μετ' ἀλλήλων ἀΐδιον ἕξετε, δίκην τὴν ἀξίαν τῆς ἀνηκοΐας τιννύντες. ὁ δὲ Θεὸς ὁ μόνος ἀγέννητος καὶ τῶν ὅλων ποιητὴς, ἅπαντας ὑμᾶς διὰ τῆς εἰρήνης ἐν πνεύματι ἁγίῳ συναρμόσει, καταρτίσει εἰς πᾶν ἔργον ἀγαθὸν, ἀσαλεύτους, ἀμέμπτους, ἀνεγκλήτους· καταξιώσει τε τῆς αἰωνίου ζωῆς μεθ' ἡμῶν, διὰ τῆς μεσιτείας τοῦ ἠγαπημένου παιδὸς αὐτοῦ Ἰησοῦ Χριστοῦ, τοῦ Θεοῦ καὶ σωτῆρος ἡμῶν, μεθ' οὗ ἡ δόξα αὐτῷ τῷ ἐπὶ πάντων Θεῷ καὶ πατρὶ, ἐν ἁγίῳ πνεύματι τῷ παρακλήτῳ, νῦν τε καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, Ἀμήν. *Hæc verò vobis, O Epiſcopi, à nobis conſtituta ſunt. Vos autem in iis permanentes, ſalvi eritis, & pace fruemini: Inobedientes autem ſi fueritis, puniemini, & bellum perpetuum vobiſcum invicem geretis, debitas contumaciæ pœnas ſolventes. Deus autem, qui ſolus eſt ingenitus, univerſorum creator, vos omnes vinculo pacis in Spiritu Sancto copulabit, conſummabit in omni opus bonum immutabiles, à querela & crimine liberos, & vitâ æternâ nobiſcum dignabitur, per mediationem dilecti ſui filii Jeſu Chriſti, Dei, & ſervatoris noſtri cum quo gloria ipſi ſuper omnia & Deo patri in Spiritu Sancto Paracleto, nunc & ſemper, & in ſecula ſeculorum.* Amen. In Joh. Antiocheni collectione, à Juſtello editâ, loco horum verborum μεθ' οὗ ἡ δόξα &c. uſque ad finem, hæc ſubſtituuntur, προσκύνησις τῷ ἀοράτῳ πατρὶ πάντων ἀγαθῶν δοτῆρι, καὶ πνεύματι τῷ ἁγίῳ, Ἀμήν. Verum prior lectio in aliis omnibus codicibus tam MSS. quam impreſſis retinetur; atque etiam in Arabica paraphraſi, quâ mixtus hic Canonum Epilogus vocatur, *Mandatum Sanctorum purorumque Apoſtolorum.* ac ultima iſtius pars, viz. à verbis, ὁ Θεὸς δὲ μόνος &c. uſque ad finem, ac ſi ipſorum eſſet Apoſtolorum oratio pro iis, quibus data ſunt hæc præcepta, παραφθεγγομένως, explicetur, *Et oremus Deum patrem, qui ſolus eſt ingenitus, univerſorum creator per verbum ſuum ab ipſo ante omnia ſecula genitum, qui eſt Chriſtus incarnatus, ut confirmet vos præſtandâ ipſi obedientiâ per ſanctum ipſius Spiritum, Dominum vivificantem, verum, & purum; cujus proceſſio ab ipſo fuit ante omnia ſecula, & omnes creaturas, ac omnia tempora; qui eſt Spiritus ſanctus Paracletus, quem demiſit ſuper diſcipulos ſuos in ſummo Sionis, eoſque ſpirituali ipſâ ſapientia inſpiravit, eodem quoque modo ſuper vos eum perpetuo demittit, & ut adjuvet vos ad bona opera perficienda, atque vos immaculatos reddat, vobiſque largiatur ſempiternam vitam, quæ uſque ad ſecula ſeculorum manet, quæque nunquam finietur nec deſinet, per mediationem Domini noſtri Jeſu Chriſti dilecti filii Dei ſervatoris, qui à Spiritu ſancto & Mariâ virgine incarnatus eſt, & homo factus, & crucifixus; & die tertio reſurrexit, quemadmodum prophetæ de eo prædixeram, cui ſit laus & majeſtas, & gloria, & reverentia una cum ſapiente & omniſciente Patre, & Spiritu ſancto vivo & vivificante, nunc & perpetuo, & in ſecula omnium ſeculorum, Amen.* Hîc, ut videre eſt, nulla poſterioris lectionis veſtigia extant: ſed omnia priori ſive communi reſpondent. Verum non omittendum eſt, hanc non propriam eſſe canonum horum appendicem, ſed iis cum Conſtitutionibus Apoſtolicis vulgo dictis communem; his enim non minus quam iis epilogi loco adjicitur. Enimvero non in vulgatis tantum Conſtitutionum editionibus, ſed & in iis etiam Codicibus, qui Photii diebus extabant, Canones eodem, quo Conſtitutiones volumine compinge-

bantur, ut ex ipſo Photio conſtat, dicente, ἀνεγνώσθη Κλήμεντος τοῦ Ῥώμης τεύχη βιβλίων δύο, ὧν τὸ μὲν ἐπιγράφεται, Διαταγαὶ τῶν ἀποστόλων διὰ Κλήμεντος, ἐν ᾧ καὶ οἱ τῶν συνοδικῶν κανόνων τοὺς ἀθροισθέντων τῶν ἀποστόλων κανόνες ἐπικεχειρίσθησαν ἀναγράφεσθαι. *Lecta ſunt Clementis Romani duo librorum volumina, quorum alteri hic eſt titulus, Conſtitutiones Apoſtolorum per Clementem, in quo etiam illi è Synodicis Canonibus continentur, qui Apoſtolorum cœtui adſcribuntur.* Phot. bibl. num. cxii. (In quibus verbis obiter obſervetur velim, Photium noſtræ in Præfatione expoſitæ de Apoſtolicis Canonibus ſententiæ ſuffragari, utpote qui eos è Synodicis fuiſſe Canonibus nobiſcum aſſerat.) Et hinc, ni fallor, evenit, quod Διαταγαὶ τῶν ἀποστόλων etiam *Canones Apoſtolorum* appellentur, ab authore operis imperfecti in Matthæum, in homil. 53. dicente, *Quomodo autem quidam Sacerdotes ex hominibus ordinantur, manifeſtè in libro octavo Canonum Apoſtolorum dicitur.* His enim verbis liber octavus Conſtitutionum aperte indicatur. Utrum ipſe Canonum & conſtitutionum collector, quicunque demum ille fuit, eos hiſce primus adjecit, necne, alii viderint. Nobis quidem necarius aliquis βιβλιογράφος Canones hoſce Conſtitutionum calci primò ſubjunxiſſe, & ſic hanc appendicem, ſive Epilogum utriſque communem, quæſtus gratiâ, effeciſſe videtur: & eidem forſitan non immeritò adſcribantur, quæcunque corruptiones in iiſdem nunc dierum inveniuntur.

Ἡ ἑξηκοντάβιβλος. Joſephus Ægyptius in Arabicâ Canonum collectione non tantum eundem Canonicorum librorum numerum exhibet, ſed & eodem vocabulo Arabicis characteribus veſtito utitur. Ultimus enim hic canon ab eo *Titulus primus & octogeſimus* vocatur, ſic incipit, *Hæc ſunt nomina librorum Eccleſiæ, quos iis, qui in Chriſtum credunt, ex veteri & novo teſtamento collegimus: eſtque codex ἑξηκοντάβιβλος, ſive ſexaginta librorum.* In dinumerandis autem hiſce ſexaginta libris hâc orientales methodo procedunt. viz. Libros Judicum & Ruth uno volumine comprehendunt, unde Ariſtenus, ἀριθμῷ ἓν τὸ ζ΄. δ. Quatuor etiam Regum pro uno reputant; & ſic quoque Paralipomenon duos, Eſdræ duos; & Maccabæorum tres. Reliquos veteris teſtamenti libros, nimirum, quinque Moſis: Jeſu filii Nave, Eſther; Job; Pſalterium; Proverbia; Eccleſiaſtes, Canticum Canticorum; quatuor Prophetas majores (qui in hoc Ariſteni, catalogo librarii negligentiâ deſiderantur) & duodecim minores, ſigillatim recenſent: ut omnes veteris teſtamenti libri ſint xxxiii. Nam liber ſapientiæ eſt ἔξωθεν, hoc eſt, extra Canonicarum ſcripturarum numerum. In novo fœdere ſingulos numerant, præter duas Clementis Epiſtolas (hîc in Canonem perperam relatas) ut in unam contractas. At quatuor Evangelia; Epiſtolæ Pauli xiv. catholicæ vii. Clementis una, & Acta Apoſtolorum, collecta, & prædicto librorum veteris teſtamenti numero addita, ſupradictum ſexagium Canonicorum librorum numerum præciſè conſtituunt. Apocalypſis hic idcirco omittitur, quòd iis diebus, quibus collecti ſunt hi Canones, à pluribus diſceptabatur, Euſeb. hiſt. Eccleſ. l. 7. c. 25. ed. Valeſ. Et ob eandem etiam rationem Epiſtola S. Judæ prætermiſſa videtur.

Notarum G. Beveregii in Canones Apoſtolicos

F I N I S.

TESTIMONIA VETERUM
DE
RECOGNITIONIBUS S. CLEMENTIS.

Origenes, Tomo 3. Commentariorum in Geneſim; in Philocalia cap. 22.

Καὶ Κλήμης δὲ ὁ Ῥωμαῖος, Πέτρου ἀποστόλου μαθητὴς, συνῳδὰ τούτοις ἐν τῷ παρόντι προβλήματι πρὸς τὸν πατέρα ἐν Λαοδικείᾳ εἰπὼν ἐν ταῖς περιόδοις, ἀναγκαιότατόν τι ἐπὶ τέλει τῶν τοιούτων λόγων φησὶ, περὶ τῶν τῇ γενέσει δοκούντων * ἐμβεβηκέναι, λόγῳ τεσσαρεσκαιδεκάτῳ· Καὶ ὁ πατήρ.

* f. [illegible]

Et verò Clemens Romanus, Petri Apoſtoli diſcipulus, his conſentanea de præſenti quæſtione, ad patrem, Laodiceæ in Periodis ſeu Circuitionibus locutus; ad finem hujuſmodi ſermonum, aliquid maximè neceſſarium profert, de iis quæ per genituram videntur eveniſſe; Oratione decimâ quartâ: *Et pater:* &c. Recognit. lib. 10. num. 10. &c.

Idem, ad Matthai 26. 6. &c.

Tale aliquid dicit & Petrus ad Clementem; quoniam opera bona quæ fiunt ab infidelibus, in hoc ſæculo eis proſunt; non & in illo, ad conſequendam vitam æternam. Et convenienter: quia nec illi propter Deum faciunt, ſed propter ipſam naturam humanam. Qui autem propter Deum faciunt, id eſt, fideles; non ſolùm in hoc ſæculo proficit eis, ſed & in illo; magis autem in illo. *Recogn. lib. 7. num. 38.*

Euſebius, Hiſtor. Eccleſiaſt. lib. 3. cap. 3.

Librum verò qui Actus Petri dicitur, & Evangelium ejus nomine inſcriptum, ejuſdem quoque Prædicationis & Revelationis libros, pro Catholicis ſcriptis nunquam eſſe habitos conſtat: quandoquidem nec vetuſtiorum quiſquam nec recentiorum Eccleſiæ ſcriptorum, deſumpto ex iis libris teſtimonio uſus fuit.

Τό γε μὴν τῶν ἐπικεκλημένων αὐτοῦ πράξεων, καὶ τὸ κατ' αὐτὸν ὠνομασμένον εὐαγγέλιον, τό τε λεγόμενον αὐτοῦ κήρυγμα, καὶ τὴν καλουμένην ἀποκάλυψιν, οὐδ' ὅλως ἐν καθολικοῖς ἴσμεν παραδεδομένα· ὅτι μήτε ἀρχαίων μήτε τῶν καθ' ἡμᾶς τις ἐκκλησιαστικὸς συγγραφεὺς, τῇ ἐξ αὐτῶν συνεχρήσατο μαρτυρίαις.

Ex verſione Rufini.

Ille vero libellus, qui dicitur Actus Petri, & quod nominis ejus Evangelium nuncupatur; ſed & qui dicitur ejus Prædicatio, vel Revelatio; in Scripturis prorſus Canonicis non habentur. Sed ne aliquis quidem ſcriptorum veterum, uti eorum teſtimoniis invenitur. *l. Nicephorum, lib. 2. cap. 46.*

De his Actibus Petri, in quibus contenti videntur libri Recognitionum, item de aliis ejuſdem nominis, conſuli debent, Hieronymus, infra, Iſidorus Peluſiota, lib. 2. Epiſt. 99. Philaſtrius, De Hæreſibus, cap. 40. Innocentius Papa, Epiſt. 3. cap. 7. Gelaſius, in Concilio Romano; Photius, cum infrà, tum cod. 114. & Sigebertus, de viris illuſtribus, cap. 1.

Idem Euſebius, lib. 3. cap. 38.

Quidam porro alia etiam opera prolixa & copioſa ſub ejus nomine heri ac nudiuſtertius in lucem protulerunt: puta Petri & Apionis diſputationes; quorum apud antiquos nulla omnino exſtat mentio. Neque enim ſincera rectæ fidei ab Apoſtolis traditæ nota in illis expreſſa reperitur. *Lege Maximus Prologum in Opera Dionyſii.*

Ἤδη δὲ καὶ ἕτερα πολυεπῆ καὶ μακρὰ συγγράμματα, ὡς τοῦ αὐτοῦ, χθὲς καὶ πρώην τινὲς προήγαγον, Πέτρου δὴ καὶ Ἀπίωνος διαλόγους περιέχοντα· ὧν οὐδ' ὅλως μνήμη τις παρὰ τοῖς παλαιοῖς φέρεται. οὐδὲ γὰρ καθαρὸν τῆς ἀποστολικῆς ὀρθοδοξίας ἀποσώζει τὸν χαρακτῆρα.

Ex interpr. Ruf.

Sed & alia ejus Opuſcula non minima à nonnullis haberi perhibentur; velut Petri & Appionis diſputatio; quæ in uſu à veteribus habita minime reperimus: quia nec pura in eis & incorrupta Apoſtolicæ fidei regula manſiſſe deprehenditur. *l. Niceph. lib. 3. cap. 18.*

De Diſputatione Petri & Apionis, quæ videtur fuiſſe vel pars, vel appendix Clementis Recognitionum; & Actuum Petri, vide infra, in Hieronymo, Photio, & Honorio Auguſtodunenſi.

S. Athanaſius, in Synopſi ſacræ Scripturæ.

Τῆς νέας πάλιν διαθήκης ἀντιλεγόμενα ταῦτα. Περίοδοι Πέτρου. &c. ἐξ ὧν μετεφράσθησαν ἐκλεχθέντα τὰ ἀληθέστερα καὶ θεόπνευστα. ταῦτα τὰ ἀναγινωσκόμενα, &c.

Iterum libri novi Teſtamenti quibus contradicitur, ſunt; Circuitus Petri; &c. Ex quibus veriora & à Deo inſpirata, electa ſunt ac tranſlata. Hæc ſunt quæ leguntur. &c.

S. Epiphanius, Hæreſi 30. Ebionæorum, num. 15.

Χρῶνται δὲ καὶ ἄλλαις τισὶ βίβλοις, δῆθεν ταῖς περιόδοις καλουμέναις Πέτρου, ταῖς διὰ Κλήμεντος

Utuntur autem & aliis quibuſdam libris, nempe iis qui vocantur Circuitus Petri, à Clemente

con-

conſcripti: atque ea quidem quæ in illis continentur corruperunt, pauca autem vera reliquerunt: quemadmodum eos ipſe Clemens omnibus modis redarguit, per Epiſtolas circulares, quæ ab eo ſcriptæ, in ſanctis Eccleſiis leguntur. Quia alium habet characterem fides illius ac oratio, ab iis quæ ſub nomine ejus iſti in Circuitibus ſuppoſuerunt. Ille enim Virginitatem docet; at iſti repudiant. Ille Eliam, Davidem, Sampſonem, omneſque Prophetas commendat; quos iſti deteſtantur. Itaque in Circuitibus omnia ad ſuum inſtitutum accommodàrunt, ac de Petro multa mendacia confinxerunt: quaſi is quotidie caſtimoniæ cauſſâ laverit, ſicut & iſti faciunt. Eumdem etiam aiunt abſtinuiſſe ab animatis & carnibus, ut ipſi ſolent, & ab omni alio cibo, qui carne conſtet; quandoquidem & ipſe Ebion, & Ebionitæ, omnino ab iis abſtinent. *Lege Recognit. lib. 4. num. 3. l. 5. n. 36. & lib. 8. n. 1, 2. item lib. 7. num. 6.*

χαράξαντες· νοθεύσαντες μὲν τὰ ἐν αὐταῖς, ὀλίγα δὲ ἀληθινὰ ἐάσαντες· ὡς αὐτὸς Κλήμης αὐτοὺς κατὰ πάντα ἐλέγχει, ἀφ' ὧν ἔγραψεν ἐπιστολῶν ἐγκυκλίων τῶν ἐν ταῖς ἁγίαις ἐκκλησίαις ἀναγινωσκομένων· ὅτι ἄλλον ἔχει χαρακτῆρα ἡ ἑαυτοῦ πίστις καὶ ὁ λόγος παρὰ τὰ ὑπὸ τούτων εἰς ὄνομα αὐτοῦ ἐν ταῖς περιόδοις νενοθευμένα. αὐτὸς γὰρ παρθενίαν διδάσκει, καὶ αὐτοὶ οὐ δέχονται. αὐτὸς γὰρ ἐγκωμιάζει Ἠλίαν καὶ Δαβὶδ καὶ Σαμψὼν καὶ πάντας τοὺς προφήτας, οὓς οὗτοι βδελύττονται. ἐν ταῖς οὖν περιόδοις τὸ πᾶν εἰς ἑαυτοὺς μετήνεγκαν, καταψευσάμενοι Πέτρου κατὰ πολλοὺς τρόπους· ὡς αὐτοῦ καθ' ἡμέραν βαπτιζομένου ἁγνισμοῦ ἕνεκεν, καθάπερ καὶ οὗτοι. ἐμψύχων τε τὸν αὐτὸν ἀπέχεσθαι καὶ κρεῶν, ὡς καὶ οὗτοι, καὶ πάσης ἄλλης ἐδωδῆς τῆς ἀπὸ σαρκῶν πεποιημένης λέγουσιν, ἐπειδήπερ καὶ αὐτὸς Ἐβίων καὶ Ἐβιωναῖοι παντελῶς ἀπέχονται τούτων.

S. Hieronymus, in Catalogo Scriptorum Eccleſiaſticorum, cap. 1.

Libri autem, è quibus unus Actorum ejus (*Petri*) inſcribitur, alius Evangelii, tertius Prædicationis, quartus Apocalypſeos, quintus Judicii, inter Apocryphas Scripturas * reputantur. *l. Freculfum, tom. 2. l. 1. c. 20. & Honorium Auguſt. c. 1.*

* *al.* repudiantur

Ex antiqua Verſione.

Τὰ δὲ συγγράμματα, τοῦτ' ἐστι πρῶτον, ὃ ἐπιγέγραπται πράξεις αὐτοῦ· δεύτερον, εὐαγγέλιον· τρίτον, κήρυγμα· τέταρτον, ἀποκάλυψις· πέμπτον, κρίσις· ὡς ἀπόκρυφα ὄντα ἀποδοκιμάζεται.

In eodem libro; ubi de Clemente, illiuſque ſcriptis.

Et diſputatio Petri & Appionis longo ſermone conſcripta, quam Euſebius in tertio Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ volumine coarguit. *l. Freculfum, tom. 2. lib. 2. cap. 10.*

Καὶ διάλογος Πέτρου καὶ Ἀππίωνος μακρῷ λόγῳ συντεταγμένος, ὅν τινα Εὐσέβιος ἐλέγχει ἐν τῷ τρίτῳ τῆς ἐκκλησιαστικῆς ἱστορίας τεύχει.

Libro 1. adverſùs Jovinianum, cap. 14.

Poſſumus autem de Petro dicere, quòd habuerit ſocrum eo tempore quo credidit, & uxorem jam non habuerit: quamquam legatur in περιόδοις, & uxor ejus, & filia. Sed nunc nobis de Canone omne certamen eſt. *In Recognitionibus, uxor Petri memoratur lib. 7. num. 25. 36. & lib. 9. n. 38. filia verò, nuſquam.*

Libro 1. Commentariorum in Epiſtolam ad Galatas, ad 18. verſum capitis primi.

Non ut oculos, genas, vultúmque ejus (*Petri, Paulus*) aſpiceret: utrum macilentus, an pinguis, adunco naſo eſſet, an recto: & utrum frontem veſtiret coma; an, ut Clemens in Periodis ejus refert, calviciem haberet in capite. *Hoc nunc in Recognitionibus non invenitur.*

Rufinus, De adulteratione librorum Origenis.

Clemens, Apoſtolorum diſcipulus, qui Romanæ Eccleſiæ poſt Apoſtolos, & Epiſcopus & Martyr præfuit, libros edidit qui Græcè appellantur ἀναγνωρισμὸν, id eſt Recognitio: in quibus, cùm ex perſona Petri Apoſtoli doctrina quaſi verè Apoſtolica in quamplurimis exponatur; in aliquibus ita Eunomii dogma * ſcribitur, ut nihil aliud quàm ipſe Eunomius diſputare credatur, Filium Dei creatum ex nullis exſtantibus aſſeverans. Tum deinde etiam illud adulterii inſeritur genus, ut naturam Diaboli, cæterorúmque Dæmonum non propoſiti voluntatiſque malitia, ſed excepta ac ſeparata creaturæ produxerit qualitas; qui utique in cæteris omnem rationabilem creaturam docuerat liberi arbitrii facultate donatam. Sunt etiam alia nonnulla libris ejus inſerta, quæ Eccleſiaſtica regula omnino non recipit. Quid, quæſo, de his ſentiendum eſt? quòd Apoſtolicus vir, imò penè Apoſtolus, non ea ſcribit quæ Apoſtoli dicunt; cui Paulus Apoſtolus teſtimonium dedit, dicens; *Cum Clemente & adjutoribus meis cæteris, quorum nomina ſunt in libro vitæ*; & ſcribat hoc quod libris vitæ contrarium eſt? An id potius credendum eſt, quod ſupra diximus; quòd perverſi homines, ad aſſertionem dogmatum ſuorum, ſub virorum ſanctorum nomine, tamquam faciliùs credenda inſeruerunt ea, quæ illi nec ſenſiſſe nec ſcripſiſſe credendi ſunt. *Lege Hieronymum, Apologia adverſùs Rufinum lib. 2. cap. 4. & Præfationem Rufini ad hos Recognitionum libros. Lege etiam Recognit. lib. 3. num. 8.*

* inſeritur

Philipp. 4. 3.

Idem, in Peroratione tranſlationis ſuæ Explanationum Origenis in Epiſtolam ad Romanos.

Poſt hoc ſanè vocat nos opus, quod olim quidem injunctum eſt, ſed nunc à beato Gaudentio Epiſcopo vehementiùs perurgetur; Clementis ſcilicet Romani Epiſcopi, Apoſtolorum comitis; quorum ut ſucceſſoribus darem cognitionem, libri à nobis in Latinum vertuntur. In quo opere bene novi, quòd laborem labor multiplicat, ſi ſortem ſuſcipiat. Satisfaciam ſanè in eo amicis meis; dabo titulo nomen meum, Auctoris nihilominùs vocabulo permanente. Nam * Rufini ne putetur, Clemens ſcribetur.

* *Ita lego cum viris doctis, non* Hieronymi. *Conſule Caſſiodorum, Divin. Lect. c. 8. & Gennadium infrà laudandum.*

S. Pan-

S. Paulinus Nolanus, Epiſtola 47. ad Rufinum.

Sanè quòd admonere dignaris affectu illo, quo nos ſicut te diligis, ut ſtudium in Græcas litteras attentiùs ſumam, libenter accipio; ſed implere non valeo; niſi fortè deſideria mea adjuvat Dominus, ut diutiùs conſortio tuo perfruar. Nam quo modo profectum capere potero ſermonis ignoti, ſi deſit à quo ignorata condiſcam? Credo enim in tranſlatione ſancti Clementis, præter alias ingenii mei defectiones, hanc te potiſſimùm imperitiæ meæ penuriam conſideràſſe, quòd aliqua, in quibus intelligere vel exprimere verba non potui, ſenſu potiùs apprehenſo, vel (ut veriùs dicam) opinatâ tranſtulerim. Quò magis egeo miſericordiâ Dei, ut pleniorem mihi tui copiam tribuat; quia pro divitiis eris pauperi, ut micas à divitis menſa cadentes, avido ſamelici cordis ore colligere. *Hunc locum Heribertus Roſ-weydus de Recognitionibus explicat.*

Auctor Operis imperfecti in Matthæum, cum S. Chryſoſtomo editus; ad Matt. 10.41.

Sed audi myſterium, quod Petrus apud Clementem expoſuit. Si fidelis fecerit opus bonum; & hîc ei prodeſt, liberans eum à malis; & in illo ſæculo, ad percipiendum regnum cœleſte: magis autem ibi, quàm hîc. Si autem infidelis fecerit opus bonum; hîc ei prodeſt opus ipſius: & hîc ei reddit Deus bona pro opere ſuo: in illo autem ſæculo nihil ei prodeſt opus ipſius: nec enim collocatur inter cæteros fideles propter opus ſuum: & juſtè; quia naturali bono motus, fecit bonum; non propter Deum: ideo in corpus ſuum recipit mercedem operis ſui, non in animâ ſuâ. *Recognit. lib.* 7. *num.* 38.

Ad Matthæi 24.15.

Fuit enim exercitus alienigenarum & Romani Imperatoris ſtans circa Hieruſalem, quæ uſque tunc fuerat ſancta. Hoc & Petrus apud Clementem exponit. *Lege Recognit. lib.* 1. *num.* 39.65. *Clementina, Hom.* 3. *num.* 15. *Lactantium, lib.* 4. *cap.* 21.

Ad ejuſdem Capitis verſum 16.

Sicut autem Petrus apud Clementem exponit, Antichriſto etiam plenorum ſignorum faciendorum eſt danda poteſtas. *Recognit. lib.* 3. *n.* 60.

Ad verſum 24.

Signa magna. Non inutilia, neque vana, quæ miniſtri Diaboli facere ſolent; ſed magna, id eſt utilia & plena, quæ ſancti facere ſolebant. Nam in tempore quidem Apoſtolorum, & poſtmodum, miniſtri quidem Chriſti, utilia & plena ſigna faciebant ex parte dextrâ; qualia ſunt, cæcos illuminare, & alia hujuſmodi facere: miniſtri autem Diaboli, inutilia faciebant & vana, ex parte ſiniſtrâ; quæ admirationem quidem videntibus excitarent, ad utilitatem autem nullius proficerent. Et erat inter miniſtros Chriſti, & miniſtros Diaboli, ex hoc judicare; qui inutilia, & qui utilia facerent ſigna. In fine autem temporis concedenda eſt poteſtas Diabolo (ſicut in Hiſtoria Clementis Petrus exponit) ut faciant ſigna utilia, & ex ea parte qua priùs facere conſueverant ſancti; ut jam miniſtros Chriſti non per hoc cognoſcamus, quia utilia faciunt ſigna, ſed quia omnia non hæc faciunt ſigna. *Recogn. lib.* 3. *num.* 59.60.

Ad verſum 42.

Unde & ſapienter Petrus dicit apud Clementem, quo modo debet quis inceſſanter quæ Dei ſunt cogitare & loqui; quoniam ſi mens fuerit in his occupata, Malus non invenit locum ad mentem. *Recognit. lib.* 3. *num.* 31.

Gennadius, libro de viris illuſtribus, cap. 17.

Rufinus, Aquileienſis Eccleſiæ Presbyter, non minima pars fuit Doctorum Eccleſiæ; & in transferendo de Græco in Latinum, elegans ingenium habuit. Denique maximâ parte Græcorum Bibliothecam Latinis exhibuit: Baſilii ſcilicet Cæſarienſis Cappadociæ Epiſcopi, Gregorii Nazianzeni eloquentiſſimi hominis, Clementis Romani Recognitionum, libros; &c. Horum omnium quæcumque præmiſſis Prologis à Latinis leguntur, à Rufino interpretata ſunt: quæ ſunt ſine Prologo, ab alio tranſlata ſunt, qui Prologum facere noluit, &c. *l. Honorium Auguſtodun.*

Concilium Romanum, ſub Gelaſio.

Itinerarium nomine Petri Apoſtoli, quod appellatur ſancti Clementis libri * decem, Apocryphum. * *al. octo vel novem: male.*

Chronicum dictum Alexandrinum, Editionis Raderi. p. 50.

Ὅθεν καὶ Πέτρος ὁ ἀπόστολος ἀφηγεῖται * Κλήμεντι, λέγων· * Ἐν τινι δικαίῳ μετὰ τῶν ἐξ αὐτοῦ, Νῶε, σὺν τοῖς ἐξ αὐτοῦ (f. τῶν αὐτῶν) ἐν λάρνακι διασώζεσθαι προκατήγγειλεν· ἵνα πάντων τῶν ἀκαίρων ὀλοθρευθέντων, ὁ κόσμος καθαρισθῇ, * ἐν αὐτῇ τῇ λάρνακι διασωθεὶς εἰς δευτέραν σύστασιν, * καθαρῶς ἀποδοθῇ. ὅμως καὶ τούτων γενομένων, * οἱ ἄνθρωποι ἤρξαντο ἀσεβεῖν.

* f. Κλήμεντι
* l. ἑνὶ
* Præpone καὶ
* f. [illegible]
* f inser. πάλιν

Unde & Petrus Apoſtolus exponit Clementi, dicens; Uni viro juſto Noæ, cum filiis ſuis, cúmque illorum uxoribus, ut in arca ſervarentur prænunciavit: quo cunctis pravis importuniſque hominibus peremptis, purificationem mundus acciperet; & is qui ad ſecundam humani generis vitam fuerat reſervatus, purus, munduſque efficeretur. Sed his omnibus geſtis, rurſus homines ad impietatem vertuntur. *l. Recognit. lib.* 4. *num.* 12.13. *Clementina, Hom.* 8. *num.* 17.

Pag. 62. de Meſraimo ſeu Zoroaſtre.

Hunc innuit Petrus, cum dicit, quòd poſt diluvium, rurſus homines impiè agere cœperunt. *Recogn. 4. 13.*

Τῦτον ᾐνίξατο Πέτρος, εἰπὼν, ὅτι μετὰ τὸν κατακλυσμὸν, πάλιν οἱ ἄνθρωποι ἀσεβεῖν ἤρξαντο.

p. 64.

Dicit autem de hoc (*Nembrodo*) Petrus Apoſtolus in Clementinis, quo modo Babylone imperârit, cùm Ægyptum ſortitus eſſet. Ait enim Petrus; Hic Nembrodus ex Ægypto ad Aſſyrios demigravit, & Niniven habitavit, quam Aſſur condidit; atque ædificatâ urbe, quæ erat Babylon, de nomine civitatis appellavit. Nembrodum Aſſyrii Ninum vocaverunt. Hic Aſſyrios docuit ignem colere. Unde poſt diluvium hunc ipſum primum Aſſyrii creârunt regem, quem Ninum transnominârunt. Iſta Petrus de illo. *Lege Recognit. l. 1. n. 30. l. 4. n. 29. Clementina. Homil. 9. num. 4. &c.*

Λέγει δὲ περὶ τούτου Πέτρος ὁ ἀπόστολος εἰς τὰ Κλημέντια, πῶς ἦρξεν εἰς Βαβυλῶνα ἐν Αἰγύπτῳ κληρωθείς. Φησὶ γὰρ Πέτρος· Οὗτος ὁ Νεβρὼδ μετῴκησε ἀπὸ Αἰγύπτου εἰς Ἀσσυρίους, καὶ οἰκήσας εἰς * Νῖνον πόλιν, ἣν ἔκτισεν Ἀσσοὺρ, καὶ κτίσας τὴν πόλιν, ἥτις ἦν Βαβυλῶνος, πρὸς τὸ ὄνομα τῆς πόλεως ἐκάλεσεν. αὐτὸν Νῖνον τὸν Νεβρὼδ οἱ Ἀσσύριοι προσηγόρευσαν. οὗτος ἐδίδαξεν Ἀσσυρίους σέβειν τὸ πῦρ. ἔνθεν καὶ πρῶτον αὐτὸν βασιλέα μετὰ τὸν κατακλυσμὸν ἐποίησαν οἱ Ἀσσύριοι τοῦτον, ὃν μετωνόμασαν Νῖνον. ταῦτα Πέτρος περὶ τούτου. * Νινεὶ

Adhelmus, de laudibus virginitatis, cap. 12.

Clemens, cœleſtis clavicularii primus ſucceſſor, & ſecundus Romanæ Eccleſiæ diſpenſator, (quamquam nonnulli Linum & Anacletum in Pontificatûs regimine, nequicquam ſine cauſſa præferant) quòd cœlibatûs caſtimoniam, etiam antequam ſalutifero lavacri baptiſterio, morſus àb originali piaculo purgaretur, medullitus dilexerit, ipſe propriis litterarum apicibus propalam teſtatur, dicens;

Recogn. 2. 1. *Ego Clemens in urbe Roma natus, à prima ætate pudicitiæ ſtudium geſſi.* Ergo ſi quod præſtantiſſimum eſſe conſtat in cunctis virtutum gradibus, & mortalium naturæ difficillimum, nondum regeneratus, ſibi uſurpans tantopere taxaverat, quanto magis credere fas eſt eum poſt accepta fidei rudimenta, ſpreto Gentilium ritu, dum per provincias Petrum ſequeretur, divini verbi ſemina ſerentem, & propagines Evangelicæ vitis credentium ſcrobibus paſtinantem, atque Simoniæ lethiferas nec non Romaniæ labruſcas radicitus exſtirpantem, pleniùs ac perfectiùs ſervaviſſe: qui deinceps Itinerarium Petri, voluminibus digeſtum, luce clariùs elimavit, Rufino in Latinum ex Græcorum Bibliothecis vertente. *Adeundum ejuſdem Carmen de laude virginum, eo loco in quo de Clemente agit.*

Beda, in Hexaemeron: ſive ut alii falsò inſcribunt, Junilius, in priora Geneſeos: ad Gen. 1. 6, 7, 8.

De his ſanè quæ hactenus expoſita ſunt, id etiam de creatione diei primi & ſecundi in Hiſtoria ſancti Clementis ita * refertur dixiſſe Apoſtolum Petrum; *In principio, cùm feciſſet &c. inferius verò præberet hominibus.* Hæc noſtro operi paucis inſerere libuit, ut quantum hoc Petrum ſenſus concordet, lector agnoſcat. *Recogn. libr. 1. num. 27.* * al. referant

Idem Beda, in Actorum 5. 34.

Hic Gamaliel, ut Clemens indicat, Apoſtolorum erat in fide ſocius, ſed eorum conſilio permanens apud Judæos, ut eorum in tali turbine poſſet ſedare furorem.

Et Retractatione in Acta, ad eumdem locum.

De hoc Gamaliele & in libro ſancti Clementis legimus, quia diſcipulus Apoſtolorum occultè fuerit; ſed eorum conſilio inter Judæos, ad mitigandum eorum furorem, ubi neceſſitas ingrueret, ſit manere præceptus. Sed hoc ita eſſe veraciter geſtum, certiſſimè hodie per revelationem reliquiarum beatiſſimi protomartyris Stephani cunctis latè Chriſti Eccleſiæ innotuit, quæ per eumdem virum divinâ diſpoſitione facta eſt. Apparuit namque in viſione ſancto Dei ſamulo & Presbytero Luciano, ut idem Lucianus Presbyter poſtmodum omnibus Eccleſiis ſcripſit; & ubi ſanctus Stephanus eſſet tumulatus, ſimul & Nicodemus, qui Dominum cum Joſeph ſepelivit, necnon & ipſe Gamaliel cum filio ſuo Abiban, ſuaviſſimâ oſtenſione perdocuit. *Recognit. lib. 1. num. 66, &c.*

Libro de ratione temporum, cap. 3.

Denique ſanctus Clemens Apoſtolorum diſcipulus, & Romanæ Eccleſiæ tertius poſt Petrum Epiſcopus, in ſexto Hiſtoriarum ſuarum libro ita ſcribit; *In principio fecit Deus &c. Recognitionum lib. 6. num. 7.*

Nicephorus Conſtantinopolitanus, in fine Chronographiæ.

Ex verſione Anaſtaſii Bibliothecarii.

Et quæ novi (Teſtamenti) ſunt Apocrypha: Itinerarium Petri verſus MMDCC. &c.

Καὶ ὅσα τῆς νέας εἰσὶν ἀπόκρυφα· * περίοδος Πέτρου, στίχοι, * βψ΄. * al. περίοδοι * al. ‚αψ΄.

Agobardus, libro de Judaicis ſuperſtitionibus, cap. 16.

Sed & in libris Clementis, Eccleſiæ Romanæ Pontificis, inveniuntur aliqua à ſuprà memorato Apoſtolo, (*Petro*) de hujus rei obſervatione dicta, quæ in his inſerere non incongruum exiſtimavimus. Nam licèt iidem libri judicentur Apocryphi; pleraque tamen ex his teſtimonia inveniuntur à Doctoribus uſurpata. Introducit ergo Clemens, cùm necdum eſſet Baptiſmi gratiâ purificatus, & ob hoc à menſa Petri cum cæteris ſimilibus ſequeſtratus, eumdem Apoſtolum loquentem ſibi his verbis;

Recogn. l. 2. n. 71. n. 72. *Non pro ſuperbia, ô Clemens, convivium non ago cum his qui nondum purificati ſunt: ſed vereor, ne fortè mihi quidem noceam, ipſis autem nihil proſim.* Et paulò pòſt; *Nemo ergo veſtrûm contriſtetur,* ait, *à convivio noſtro ſeparatus. Parvo enim tempore ſequeſtratur, qui citò voluerit baptizari: multo autem, qui tardiùs. Et ideo in vobis eſt, quando velitis, ad noſtram convenire menſam; & non in nobis, quibus permiſſum non eſt ſumere cum aliquo cibum, niſi priùs fuerit baptizatus.* Hæc de ſcriptis Clementis neceſſariò à nobis prolata ſint; volentibus evidenter oſtendere, ab Apoſtolis traditam hujus rei antiquiſſimam obſervationem. Vera enim & iſta ducenda ſunt; & eo maximè, quo ab Apoſtolicis Actibus in nullo videntur diſcrepare.

Freculfus, Chronicorum tomo 2. libro 2. cap 10.

Idem namque beatiſſimus Clemens ſuis refert ſcriptis; qualiter ad fidem perveniret Chriſti; & diſci-

ſcipulus Petri ac individuus comes * hæret. Ait enim inter cætera; *Dum eſſet mihi comes optima*, * *f.* hæreret *immortalitatis cupido* &c. Recognit. lib. 1. num. 2. 6. 7. 12. &c.

Photius, Bibliotheca cod. 112. 113.

Ἀνεγνώσθη Κλήμεντος τοῦ Ῥώμης τεῦχη βιβλίων δύο· ὧν τὸ μὲν &c. τὸ δὲ τὴν προσφώνησιν, ὡς ἐν ἐπιστολῆς εἴδει, πρὸς Ἰάκωβον τὸν ἀδελφόθεον ποιεῖται. ἐν ᾧ αἵ τε λεγόμεναι τοῦ ἀποστόλου Πέτρου πράξεις, καὶ αἱ πρὸς Σίμωνα τὸν μάγον διαλέξεις, καὶ ἔτι ὁ ἀναγνωρισμὸς Κλήμεντος, καὶ τοῦ πατρὸς, καὶ τῶν ἄλλων ἀδελφῶν. διὸ καὶ ἔν τισι τῶν βιβλίων ἡ ἐπιγραφὴ, Κλήμεντος τοῦ Ῥωμαίου ἀναγνωρισμὸς ἐπιγέγραπται. ἔν τισι δὲ, ὡς ἔφημεν, ἐπιστολὴ προτέτακται, ὡς πρὸς τὸν ἀδελφόθεον Ἰάκωβον. καὶ αὐτὴ δὲ, οὐχ ἡ αὐτὴ, οὐδὲ ὡς ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ προσώπου προσπεφωνημένη· ἀλλ' ἐπὶ μὲν τινῶν βιβλίων ὡς ἀπὸ Πέτρου τοῦ ἀποστόλου πρὸς Ἰάκωβον ἐπεσταλμένη· ἐφ' ἑτέρων δὲ ὡς ἀπὸ Κλήμεντος πρὸς Ἰάκωβον· ἄλλη καὶ ἄλλη, καθὼς προείπομεν. καὶ ἡ μὲν δηλοῖ, Πέτρον τὰς οἰκείας συγγράψαι πράξεις, καὶ πρὸς Ἰάκωβον αἰτησάμενον ταύτας ἀποστεῖλαι· ἡ δὲ διαλαμβάνει, ὡς Κλήμης ταύτας κατὰ πρόσταγμα Πέτρου συγγέγραφεν, κἀκείνου πρὸς τὴν ἀγήρω μεταστάντος, ἀποστεῖλαι Κλήμης πρὸς Ἰάκωβον. ἔστιν οὖν εἰκασμῷ διαλαβεῖν, ὡς δύο μὲν ἦσαν τῶν Πέτρου πράξεων ἐκδόσεις γεγενημέναι· τῷ δὲ χρόνῳ, τῆς ἑτέρας διαφθαρείσης, ὑπελείφθη ἡ τοῦ Κλήμεντος. ἐν πᾶσι γὰρ τοῖς βιβλίοις, ἃ εἴδομεν, καί τοι οὐκ ὀλίγοις οὖσι, μετὰ τὰς διαφόρους ἐκείνας ἐπιστολὰς καὶ ἐπιγραφὰς, τὴν αὐτὴν εὕρομεν ἀπαράλλακτον πραγματείαν, ἀρχομένην· Ἐγὼ Κλήμης· καὶ τὰ ἑξῆς ἐντεταγμένα. μυρίων δὲ ἀτοπημάτων ἡ πραγματεία γέμει αὕτη, καὶ τῆς εἰς τὸν υἱὸν βλασφημίας κατὰ τὴν Ἀρείου δόξαν ἐστὶν ἀνάπλεως. Paucis deinde circa Conſtitutiones Apoſtolicas interjectis, ſubdit; ἡ μέντοιγε τῶν τοῦ Πέτρου πράξεων βίβλος, τῷ τε λαμπρῷ καὶ τῇ σεμνότητι, καὶ ἔτι τῷ καθαρῷ καὶ εὐσυντόνῳ, καὶ τῇ ἄλλῃ ἀρετῇ τοῦ λόγου, καὶ πολυμαθείᾳ, πολύ τι ἔχει πρὸς τὰς διαταγὰς τὸ παραλλάττον, ὡς μηδὲ συγκρίνειν τῇ κατὰ τοὺς λόγους πρὸς ἀλλήλας παραβάλλειν δεῖ τὰς βίβλους. Et infrà; ἡ δὲ λεγομένη δευτέρα πρὸς τοὺς αὐτοὺς, ὡς νόθος ἀποδοκιμάζεται· ὥσπερ ἐπιγραφόμενος ἐπ' ὀνόματι αὐτοῦ Πέτρου καὶ Ἀππίωνος πολύστιχος διάλογος.

V. Not. Hœſchelii.

Lecta ſont Clementis Romani duo volomina librorum: quotum aliud &c. alterum verò, dedicationem & allocotiooem, velut in forma Epiſtolæ, habet ad Jacobum fratrem Domini. In hoc continentur Acta, quæ dicuntur Petri Apoſtoli, & cum Simone mago diſputationes, adhucque recognitio Clementis, ejuſque patris, ac aliorum fratrum. Quare in quibuſdam codicibus inſcriptio præfigitur; *Clementis Romani Recognitio.* In nonnullis autem, ut diximus, Epiſtola præponitur, tamquam ad Jacobum fratrem Domioi. Atque hæc quidem, noo eadem, neque veluti ab eodem homine profecta: ſed in quibuſdam quidem libris, quaſi à Petro Apoſtolo ad Jacobum miſſa; in aliis autem, ut à Clemenre ad Jacobum; alia atqoe alia, quemadmodom jam diximus. Et illa quidem declarat, Petrum propria geſta conſcripſiſſe, ac Jacobo poſtulanti ea miſiſſe; hæc verò refert Clementem eadem geſta, juſſu Petri, ſcripſiſſe; ac poſtquam ille ad vitam immortalem commigrâſſet, tranſmiſiſſe ad Jacobum. Itaque conjecturâ deprehendere licet, Actuum Petri duas editiones factas fuiſſe; ſed cùm temporis looginquitate altera periiſſet, illam Clemeotis ſuperâſſe. In omnibus enim codicibos, quos vidimus, iiſque certè non paucis; poſt diverſas illas Epiſtolas atque inſcriptiones, idem omnino ſine variatione opus invenimos, incipiens ſic; *Ego Clemens*; & quæ ordine deinceps ſequuntur. Refertum autem eſt hoc Opus innumeris abſurdè dictis; plenumque blaſphemiæ in Filium, juxta Arii opinionem. *Et infrà*; Cæterum liber Actorum Petri, ſplendore & majeſtate, ad hæc puritate & vehementiâ, aliiſque orationis dotibus, atque multiplici doctrinâ, tantùm Conſtitutiones ſuperat; nulla ut hos inter libros comparatio, ad litteras quòd attinet, inſtitui debeat. *Et paullò poſt*; At quæ ſecunda (*Epiſtola*) ad eoſdem (*Corinthios*) dicitur, rejicitur ut notha: quemadmodum & longa illa diſputatio, beati Petri & Appionis oomen præferens.

Hincmarus, De divortio Lotharii & Tetbergæ, cap. 9.

Et io Petri Itinerario, de Clementis patre legitur; quòd ut à fidelibos interficeretur, à Simonē mago, qoem deſeruerat, unguento perunctos, ejuſdem Simonis imaginem omnium oculis referebat; ſolus Petrus eom qui erat iotuebatur: & orans, diſcipulos ad eorum oculos revocavit; & deluſo phaotaſmate, intuentium obtutibus ſpeciem propriam reddidit. *Recognit. lib.* 10. *num.* 53. *&c.*

Humbertus, Epiſcopus Sylvæ Candidæ, in Reſponſione ad Nicetæ librum.

Nam Clementis liber, id eſt, Itinerarium Petri Apoſtoli, & Canones Apoſtolorum oumeraotur inter Apocrypha. *Vide ſuprà Teſtimonia veterum de Conſtitutionibus Apoſtolicis: necnon Decreti primam partem, diſt.* 16. *c.* 3.

Georgius Cedrenus, in Compendio Hiſtoriarum, edit. Baſil. p. 170.

Καὶ μὲν τοι καὶ ἄλλα σημεῖα ἐποίησαν πολλά· οὐ μόνον ἐν Ῥώμῃ, ἀλλὰ καὶ ἐν Συρίᾳ πρότερον· ἅ τινα Κλήμης ὁ Ῥωμαῖος καὶ πιστὸς μαθητὴς Πέτρου καὶ συνέκδημος διηγήσατο· ἀφ' ὧν ὀλίγα συντάξομεν ἐνταῦθα. Quibus interpoſitis, ſubjungit, p. 173. Ταῦτα μὲν οὖν καὶ ἕτερα τοιαῦτα γεγράφηκεν, ὡς ἔφη, (l. ἔφην) Κλήμης λεχθῆναι καὶ πραχθῆναι ἐν Συρίᾳ. l. Anaſtaſium, Quæſt. 20. Nicephorum, Hiſtor. Eccleſ. l. 2. c. 37. Pſeudo-Abdiam, lib. 1.

Alia qooque miracula (*Petrus & Simon magus*) ediderunt: neque id Romæ modò, ſed antè etiam in Syria; quæ Clemens Romanus, ſapientiſſimus Petri diſcipulus atque comes, recitavit: ex quibus pauca hîc ponemus. *Quibus prolatis addit*; Hæc igitur, & alia ſimilia Clemens, quemadmodum dixi, ſcripſit dicta atque ſacta fuiſſe in Syria. *Lege Recognit. lib.* 2. *n.* 37. *&c. n.* 9. *lib.* 3. *n.* 47. *lib.* 10. *n.* 53. *&c. Epitom. n.* 36. *&c.* 33. *&* 45. *Clementin. Hom.* 3. *n.* 38. *&c. Hom.* 2. *n.* 32. *Hom.* 4. *n.* 4.

Honorius Auguſtodunenſis, lib. de Luminaribus Eccleſiæ, cap. 15.

Clemens ſcripſit Epiſtolam ad Corinthiorum Eccleſiam, valde utilem; & Itinerarium Petri, & Diſputationem Petri & Apionis; & multa alia, quæ inter Apocrypha numerantur. *Adi ad vitam Clementis, in Pontificali libro.*

J. B. COTELERII JUDICIUM
DE
LIBRIS RECOGNITIONUM.

QUANTUM ex re ipſâ, veterum teſtimoniis, ac recentiorum judiciis colligere licet, libri iſti Pſeudepigraphi ſunt & Apocryphi, ſecundo ſæculo compoſiti à viro docto quidem juxta ac diſerto, ſed Philoſopho magis & Philologo, quàm Theologo, in excogitandis autem connectendiſque fictis narrationibus planè rudi. Iſque videtur plerorumque aut ſaltem quorumdam Apocryphorum parens, quæ nomen Petri vel Clementis præferebant: qualia etiam Actus Petri, Doctrina Petri, Judicium Petri, Apocalypſis ſeu Revelatio Petri, Prædicatio Petri, Evangelium Petri, Clementina, atque Diſputatio Petri & Apionis. Quibus nunc adde ex Conſpectu Operum R. P. Johannis Michaelis Vanſlebii Ord. Prædicatorum, Epiſtolam Petri ad Clementem linguâ Æthiopicâ. Inſcribitur Opus ex toto & ex partibus, idque vel à Clemente, vel à Petro. A Clemente vocatur, Clementis Recognitiones & Recognitio; Clementis Itinerarium, Geſta, Hiſtoria, Hiſtoriæ, Chronica; & Clemens. A Petro, Petri Periodi & Itinerarium; Petri Actus, per Clementem ſcilicet, alii ab Actibus Petri quaſi Petro auctore; & diſputatio Petri cum Apione, rectè enim putatur pars eſſe Operis. Codex Oxonienſis, *B. Clementis Romani Itinerarium ad Jacobum fratrem Domini.* Carmelitarum diſcalceatorum in hac urbe, *Itinerarium Clementis.* Bibliothecæ Thuaneæ, *Liber Itinerarius Prædicationis Petri.* MS. V. Cl. Petri Candelerii, *Geſta Clementis.* Regis Chriſtianiſſimi, & Sorbonæ noſtræ, atque Petri Petiti Typographi Regii, *Hiſtoria Clementis.* Liber Monachienſis Bibliothecæ, *S. Martyris Clementis Epiſcopi Romæ S. Petri diſcipuli Narratio miſſa ad Jacobum fratrem Domini, Epiſcopum Hieroſolymorum.* Johannes Antiochenus in Appendice Concilii Baſileenſis, *in Chronicis Clementis.* Rufinus verò perorans ad tranſlationem ſuam Commentariorum Origenis in Epiſtolam ad Romanos; non quidem juxta Editiones, verùm ex optimo MS. Bibliothecæ Thuanæ, ſic loquitur; *Poſt hoc ſanè vocat nos opus, quod olim quidem injunctum eſt, ſed nunc à beato Gaudentio Epiſcopo vehementiùs perurgetur, Clementis ſcilicet Romani Epiſcopi, Apoſtolorum comitis ac ſucceſſoris, de Recognitione libri, ut in Latinum vertantur. In quo opere, bene novi quòd laborem labor multiplicatâ fortè ſuſcipiet. Satisfaciam ſanè in eo amicis meis. Dabo titulo nomen meum, auctoris nihilominus vocabulo permanente. Nam Rufini Clemens inſcribetur.* Accedit ad nominis varietatem, multo majoris momenti diverſitas textûs ac perverſio: variè quippe & miſeris modis diſtractus, diviſus, interpolatus, auctus, minutus, atque in compendium redactus fuit, nec non per Hæreticos corruptus, inſertis multis erroribus; quorum partem tollere labor extitit cùm Rufini interpretis, tum illius qui Epitomen fecit.

Rufini Torani, ſive ut alii appellant Turanii, Torannii, Turranii, Tyrannii, eſſe Præfationem cum ſequenti Verſione ſtylus clamat, oſtenduntque Gennadius, Adhelmus, Anaſtaſius Bibliothecarius, atque ipſe Rufinus; itemque Excalceatorum Carmelitarum Liber, qui ſic incipit; *Rufini Presbyteri Præfatio ad Gaudentium Pontificem in Itinerarium Clementis, ab eo ex Græco in Latinum converſum.* Et poſt Præfationem, Clementiſque ad Jacobum Epiſtolam, ſcriptum habet, *Itinerarii Clementis Petri Apoſtoli ſucceſſoris liber primus incipit a Rufino traductus.* Quòd ſi quis objecerit Epiſtolam Paulini 47. is reſponſum feret, nec illam eſſe indubiæ auctoritatis, nec in ea mentionem fieri Recognitionum.

RUFINI TORANI, AQUILEIENSIS PRESBYTERI,

IN S. CLEMENTIS RECOGNITIONUM LIBROS

Præfatio, ad Gaudentium Epiſcopum.

TIBI quidem, * [1] Gaudenti, noſtrorum decus inſigne Doctorum, tantus ingenii vigor, imò tanta Spiritûs gratia eſt, ut ſi quid à te etiam quotidiani eloquii more dicitur, ſi quid in Eccleſia declamatur, id in libris haberi, & ad inſtructionem tradi poſteris debeat. Nos tamen, quos & ingenii tenuitas minùs promptos, & ſenecta jam tardos reddit ac ſegnes, opus quod olim venerandæ memoriæ [2] virgo * Sylvia injunxerat, [3] ut Clementem noſtræ linguæ redderemus, & tu deinceps jure hæreditario poſcebas, licèt multas poſt moras, * [4] tandem aliquando reſtituimus * prædam; quam, ut opinor, non parvam, Græcorum bibliothecis ereptam, noſtrorum uſibus & utilitatibus convectamus; ut quos propriis non poſſumus, peregrinis nutriamus alimoniis. Nam & ſolent ſuaviora videri peregrina, interdum verò & utiliora. Denique peregrinum eſt penè omne quod medelam corporibus confert, quod morbis occurrit, quod venena depellit. Judæa balſami lacrymam, Creta comam dictamni mittit, Arabia aromatum flores, & ſpicarum nardi India ſegetem metit: quæ ad nos, etiamſi aliquantulo quàm proprius ager attulit, fractiora perveniunt, odoris tamen gratiam, vimque medendi integram ſervant. Suſcipe igitur, anime mi, redeuntem ad te Clementem noſtrum: ſuſcipe jam Romanum. Nec mireris, ſi fortè tibi in eo minùs ſolitu floridus eloquentiæ vultus appareat. Nihil intereſt, dummodo ſenſus idem ſapiat. Peregrinas ergo merces multo in patriam ſudore tranſvehimus. Et neſcio quàm gratus me civium vultus accipiat, * magnâ ſibi gratiâ ſpolia deferentem, & occultos ſapientiæ theſauros noſtræ linguæ clave reſerantem. Sed votis tuis faveat Deus, ut nullus nobis ſiniſter oculus, nec cujuſquam lividus occurrat aſpectus: ne extremo prodigii genere, cùm nihil invideant illi quibus aufertur, liveſcant tamen iſti quibus confertur. Æquum eſt ſanè, tibi, qui hæc * [5] etiam Græcè legeris, (ne fortè in aliquibus minùs à nobis ſervatum tranſlationis ordinem putes) interpretationis noſtræ indicare conſilium. Puto quòd non te lateat, Clementis hujus in Græco, ejuſdem operis ἀναγνώσεως, hoc eſt, Recognitionum, duas editiones haberi, & duo corpora eſſe librorum, in aliquantis quidem * [6] diverſa, in multis tamen ejuſdem narrationis. Denique pars ultima hujus operis, in qua de transformatione Simonis refertur, in uno corpore habetur, in alio penitus non habetur. Sunt autem & quædam in utroque corpore, [7] de ingenito Deo, genitóque diſſerta, & de aliis nonnullis; quæ, ut nihil ampliùs dicam, exceſſerunt intelligentiam noſtram. Hæc ergo ego, tamquam quæ ſupra vires meas eſſent, aliis reſervare malui, quàm minùs plena proferre. In cæteris autem, quantùm potuimus, operam dedimus, non ſolùm à ſententiis, ſed nec à ſermonibus quidem ſatis, elocutionibuſque diſcedere. Quæ res quamvis minùs ornatum, magis tamen fidele narrationis reddit eloquium. Epiſtolam ſanè, in qua idem Clemens ad Jacobum fratrem Domini ſcribens, [8] de obitu * nuncians Petri, & quòd ſe reliquerit ſucceſſorem cathedræ & doctrinæ ſuæ; in qua etiam de

omnionunciat

* Codices mſſ. Sorbonicus, Thuanus, & Regius, Papa Gaudenti
* Sorb. & Thuan. nomine Silvia
* Th. Reg. tamen
* T. R. prædamque
* S. T. R. magnæ ſibi Græcìe
* R. jam
* T. diverſe
* S. T. R.

1. *Gaudenti.*] Omnes codices manu exarati, quos videre mihi contigit; ſex ſcilicet, habent, *Papa Gaudenti.* Intellige Gaudentium Novarienſem, ſeu potiùs Brixienſem. COT.

2. *Virgo Sylvia*] Etiam MSS. Candeler. & Carmelit. *Virgo nomine Silvia.* Apud Palladium Hiſtoriæ Lauſiacæ cap. 143. Σιλβίνα. minùs bene. rectè *Silvia* in Heraclidis Paradiſo cap. 42. & Epiſtolâ 31. S. Paulini. Alia à Silvana vidua, de qua Scriptores vitæ S. Chryſoſtomi. Ibid.

3. *Ut Clementem noſtræ linguæ redderemus.*] Romanum linguæ Romanorum. Inferiùs, *Suſcipe igitur, anime mi,* (MS. Candel. *magnanime.* Carmel. *mi Domine.* Pet. *mi amice*) *redeuntem ad te Clementem noſtrum: ſuſcipe jam Romanum.* Gravi ſiquidem errore Anaſtaſius Bibliothecarius, Epiſtolâ ad Johannem Diaconem Romanum, nec intellecto Rufino, ſcribit; *Quinimmo ſicut & ipſum quoque Clementem, quem Rufinus noſtræ linguæ redditum, reſtitutum, & redeuntem ad Gaudentium ſcribens innuit: & quòd Latinè ſcriptus fuerit, & amiſſus, rurſuſque receptus, ſignanter oſtendit.* cum Rufinus contrà non obſcurè ſignificet id quod res eſt, Recognitiones primitus Græcè ſcriptas fuiſſe. Mox pone cum libris veteribus, *reſtituimus* · *prædamque ut opinor.* Poſtea Carmel. *magnâ ſibi gratiâ ſpolia deferentem.* Candel. *magna ſibi Græcia.* Pet. *magnæ* Ibid.

4. MSS. Petri Candelerii, Carmelitarum Diſcalceator. & Petri Petiti Typographi, *tamen.*

5. MS. Pet *jam.*

6. MS Cand. & P. *diverſa.*

7. *De ingenito Deo, genitoque &c.*] In ſublimiſſima hac quæſtione; quemadmodum appellatus à Claudiano Mamerto; & in aliis quibuſdam depravatas fuiſſe Clementinas Recognitiones per Hæreticos, Ebionitas, Arianos, & Eunomianos, diſcimus ab Epiphanio, Rufino, Photio. Vide infrà lib. 3. cap. 2. &c. COT.

8. *De obitu nuncias Petri.*] Ita omnes Codices. Epiſtolam Clementis ad Jacobum præponi ſolitam libris Recognitionum, apertè dicit Photius. Atque eadem in Codice Carmelitanæ Bibliothecæ inſeritur, inter Rufini Præfationem ac ipſas Recognitiones. Infrà ad eam Epiſtolam. Ibid.

9. *Li-*

omni * ordine Eccleſiaſtico continetur; ideo uunc huic Operi uun * præmiſi, quia & tempore poſterior eſt, & olim à me interpretata atque edita. Sed quod in ea nonnullis fortaſſe videbitur inconſequens, ſi hîc explanetur, nuu puto abſurdom videri. Quidam enim requirunt, quo modo cùm * Linus & * Cletus in urbe Roma ante Clementem hunc fuerint Epiſcopi, ipſe Clemens ad Jacobum ſcribens, ſibi dicat à Petro docendi cathedram traditam. Cujus rei hanc accepimus eſſe rationem, quòd Linus & * Cletus fuerunt quidem ante Clementem Epiſcopi in urbe Roma, ſed ſuperſtite Petro; videlicet ut illi Epiſcopatûs curam gererent, ipſe verò Apoſtolatûs impleret officium. Sicut invenitur etiam apud Cæſaream feciſſe; ubi cùm ipſe eſſet præſens, Zachæum tamen à ſe ordinatum habebat Epiſcopum. Et hoc modo utrumque verum videbitur; ut & illi ante Clementem numerentur Epiſcopi, & Clemens tamen poſt obitum Petri docendi ſuſceperit ſedem. Sed jam videamus, ſcribens Jacobo fratri Domini, Operis ſui Clemens ipſe quod ſumat narrationis initium.

* S. T. ordinatione Eccleſiaſtica
* T. permiſcui
* S. Anecletus. T. R. Anacletus.
* S. Anetle. T. R. Anacletus.
l. l. 3. Recogn. c. 66.

9. *Linus & Cletus.* ſeu potiùs *Anacletus*, ut habent quoque Cand. Carm. & Pet. Fuiſſe hos duos, urbis Romæ Epiſcopos, ſub Petro Apoſtolo exiſtimant cum Rufino Beda, Rabanus, Haymo, Qui de vitis Romanorum Pontificum ſcripſerunt, Auctor Chronici Epiſcoporum Metenſium, aliique. Lege Epiphanium Hæreſi 27. n. 6. & quæ notavimus ad caput 46. libri 7 Conſtit. Apoſt. item Marianum Scotum, ac Epiſtolam Johanni III. tributam. COT.

RE.

RECOGNITIONUM
S. CLEMENTIS
AD JACOBUM FRATREM DOMINI,
LIBRI DECEM;

A Rufino Toranô, Aquileienſe Presbytero, è Græco in Latinum verſi.

LIBER PRIMUS.

Clementina, Hom. 1. c. 1. &c. Epitome, c. 1. &c. J. Adelmum & Photium, in Teſtim. Veter.

I. EGo Clemeos in urbe Roma natus, ex prima ætate ¹ pudicitiæ ſtudium geſſi; dum me animi intentio velut vinculis quibuſdam ſollicitudinis & mœroris * innexum teneret. Inerat enim mihi cogitatio, (incertum ſanè unde initium ſumpſerit) * crebrò enim ad memoriam meam conditionem mortalitatis adducens, ſimulque diſcutiens; Utrúmne ſit mihi aliqua vita poſt mortem, an nihil omnino poſtea ſim futurus; * ſi non fuerim antè quàm naſcerer: vel ſi nulla prorſus vitæ hujus erit poſt obitum recordatio; & ita immenſitas temporis cuncta oblivioni ac ſilentio dabit; ut non ſolùm * ſimus, ſed neque quòd fuerimus, habeatur in memoria. Sed & illud verſabatur in pectore, quando factus ſit mundus: aut ſi omnino factus ſit: vel antequam fieret, quid erat: an verò ſemper fuerit. Nam certum videbatur, quòd ſi eſſet factus, eſſet profectò ſolvendus: & ſi ſolvatur, quid iterum erit? Niſi fortè oblivio cuncta & ſilentium teget: aut fortè aliquid erit, quod nunc ſentire mortalium non poteſt mens.

* Cod. Th. & Reg. inſerunt, a puero Sic & MSS. C. C. & P.
* S T. R. alii: crebrò ad
* S. T. aut ſi
* S. T. R. non ſimus Sic & alii.
De homine & mundo.

II. Hæc & his ſimilia, neſcio unde, indeſinenter animo revolvens, nimietate mœroris incredibiliter tabeſcebam: & quod eſt gravius, ſi quando * reſpueram hujuſcemodi curas, * vel ut minùs utiles cogitabam, validiores in me fluctus ſollicitudinum conſurgebant. Inerat enim mihi comes optima, quæ me quieſcere non ſineret, immortalitatis cupido. Ut enim pòſt rerum exitus docuit, & gratia Dei omnipotentis oſtendit; hæc me animi intentio ad inquiſitionem veritatis, & agnitionem veræ lucis adduxit. Ex quo factum eſt, ut lugerem poſtmodum eos, quos priùs ignorans, beatos credebam.

* S. T. R. alii: reſpuere à me
* S. T. R. alii: velut Citat Freculfus. l. Teſt. Vet.

Philoſophi.

III. Igitur cùm à prima ætate in hujuſcemodi animorum intentione verſarer, cupiens aliquid diſcere, Philoſophorum frequentabam ſcholas; ubi nihil aliud, quàm dogmatum * adſertiones & impugnationes, * videbam agi ſine fine certamina, * arta ſyllogiſmorum concluſionumque agitari verſutiis. Et ſi quando quidem obtinebat hic ſermo, quòd immortalis eſſet anima, gratulabar: ſi quando verò arguebatur, quaſi mortalis, cum triſtitia diſcedebam: neutrum tamen in corde meo * firmitudinem veritatis * tenebat: ſed hoc tantùm intelligebam, quòd ſententiæ ac definitiones rerum, non pro natura ſui, ac veritate cauſſarum, ſed pro ingeniis defendentium, falſæ imaginarentur, aut veræ: eóque magis in profundo pectoris cruciabar, quòd neque aliquid ex his quæ dicebantur, tamquam firmum tenere poteram, neque abjicere deſiderium requirendi; ſed quantò magis negligere conabar ac ſpernere, tantò ardentiùs, ut ſuprà dixi, velut * cum quadam voluptate latenter * irrepens hujuſcemodi cogitatio, mentem atque animum poſſidebat.

* S. T. aſſertionis & impugnationis
* Cand. videbam, videbam.
* S. T. artea Sic & Cand. & Carm.
* T. firmitudine
* T. tenebam
* Carm. quadam voluntate. P. cum quadam voluntate.
* S. ſe inſerens

De futuris.

IV. Coangustatus igitur * inventione rerum, aiebam apud memetipſum; Quid inaniter laboramus, cùm manifeſtus ſit terminus rerum? Si enim poſt mortem non ero, nunc ſuperfluò crucior: ſi verò erit mihi vita poſt obitum, ſervemus illi vitæ ſui temporis motus; * ne fortè his quæ nunc patior, aliqua me ibi triſtiora * excipiant, niſi piè ac ſobriè vixero; & ſecundùm nonnullorum ſententias Philoſophorum, * nigri Phlegethontis fluvio, vel Tartaro, ut Siſyphus, & * Tityus, ſed & Ixion, ac Tantalus, æternis * Inferno ſuppliciis tradar. Et rurſus mihi ipſi reſpondebam; * Sed hæc fabulæ ſunt: aut ſi ita eſt, in rebus dubiis, præſtat piè vivere. Sed iterum reputabam mecum; quo modo * poſſem ſub incerto juſtitiæ præmio, à peccati me libidine continere? maximè cùm etiam, quæ ſit ipſa juſtitia, quæ Deo placeat, apud me habeatur incertum: & neque ſi immortalis ſit anima; ac * ſit ea, quæ aliquid ſperare poſſit, agnoſcam, neque quid * certi futurum ſit noverim: nec tamen quieſcere ab hujuſcemodi cogitationibus poſſum.

* Carm. in inventione.
* S. T. alii: niſi
* S T. alii: ſuſcipient. R. ſuſcipiant
* al. Pyriphlegethontis. mſſ. Pyriphlegethonti
* al. Tityos
* S T. R. Cand. in Inferno Carm. inferni
* R. Si
* T. poſſim. R. poſſum
* S. T. R. alii: ſit quæ
* S T. certè

Evocatio animarum.

V. Quid igitur agam? Hoc faciam: Ægyptum petam, atque ibi Hierophantis vel Prophetis, qui adytis præſunt, amicus efficiar; & pecuniâ ab eis invitatum magum precabor, ut educat mihi animam de Infernis, per eam quam Necromantiam vo-

1. *Pudicitiæ ſtudium geſſi.*] Et Ignatii Interpolator Epiſt. ad Philadelphenos n. 4. Clementem cum virginibus collocat. Quod tum proſa, tum carmine Adhelmus celebravit. COT.

2. To-

vocant, tamquam de aliquo negotio conſulere cupienti. Mihi verò hæc erit conſultatio, ſi immortalis eſt anima. Probatio autem animæ, quòd immortalis ſit, non ex eo quòd loquitur, erit mihi * certa; vel ex eo, quòd audio; ſed ex eo, quòd video; ut oculis meis cernens eam, certiſſimam de reliquo immortalitatis ejus ſententiam teneam. Neque enim ultrà poterit veritatem viſûs, verborum fallacia, & auditio incerta turbare. Verumtamen hanc ipſam deliberationem meam retuli ad quemdam familiarem meum Philoſophum, qui mihi conſilium dedit, ne hoc facere auderem. * Sive enim, inquit, evocanti mago non obediat anima; in poſt hæc, tamquam nihil eſſe putans poſt mortem, deſperabiliùs vives; quippe qui & illicita tentaveris. Si verò & aliquid ibi videre tibi viſus fueris, quæ tibi religio, aut quæ pietas ex illicitis tradetur & impiis? Exoſum namque Divinitati hujuſcemodi negotium ferunt; & adverſari Deum his, qui animas poſt abſolutionem corporum vexant. Ego verò his auditis, pigrior quidem ſum redditus ad hoc, quod parabam; nec tamen uſquequaque aut deſiderium ponere poteram, aut moleſtiam cogitationis abjicere.

* S.T. Cand. incerta

* R. Si Sic & Cand.

VI. Et ne longa utar narratione, cùm his ego cogitationis meæ æſtibus agitarer, fama quædam ſenſim in imperio Tiberii Cæſaris, initio ex Orientis partibus ſumpto, pervenit ad nos; & per ſingula convaleſcens, velut à Deo bonus quidam nuncius miſſus, univerſum replebat orbem; nec patiebatur divinam * voluntatem ſilentio [2] tegi. Diffundebatur ergo per ſingula loca, adnuncians, quòd eſſet quidam in Judæa, qui [3] ſumpto à tempore * veris exordio, regnum Dei evangelizaret Judæis; idque percepturos diceret eos, qui mandatorum ſuorum, & doctrinæ inſtituta ſervâſſent. Ut autem ſermo ejus fide dignus, ac Divinitatis plenus eſſe crederetur, virtutes multas, & ſigna ac prodigia mira efficere juſſione ſolâ dicebatur: ita ut, tamquam à Deo poteſtatem habens, ſurdos faceret audire, & cæcos videre, * claudos erigere; atque * omnem * infirmitatem, cunctoſque Dæmones ex hominibus effugaret; ſed & oblatos ſibi mortuos ſuſcitaret; leproſos quoque eminus videns, curaret; & nihil omnino eſſet, quod ei impoſſibile videretur. Hæc & horum ſimilia proceſſu temporis, crebris jam non rumoribus, ſed manifeſtis quodammodo adventantium ex illis partibus nunciis, firmabantur: & ipſa jam, per dies ſingulos, rei veritas pateſcebat.

Freculfus, ubi ſupra. *Fabula.*

* R. majeſtatem *Sic* & P.

* Carn. Tiberii Cæſaris.

* S. T. R. *alii*: debiles & claudos erigeret

* Carn. omnibus.

* S. T. infirmitatem curaret

VII. Denique in urbe per loca conventus fieri, & de hoc ſermone tractari, atque in admiratione res haberi cœpit; quiſnam is eſſet, qui apparuerit, vel quid nunci à Deo hominibus detuliſſet: donec ſub eodem anno vir quidam adſtans in urbis loco celeberrimo, proclamaret ad populum, dicens; Audite me, ô cives Romani; Filius Dei in partibus adeſt Judææ, promittens omnibus volentibus audire ſe, vitam æternam: [4] ſi quis tamen ſecundùm voluntatem ejus, à quo miſſus eſt Dei Patris, actus ſuos direxerit. Propter quod convertimini à malis ad bona, & à temporalibus ad æterna. Agnoſcite unum eſſe Deum cœli terræque rectorem, in cujus juſtis * aſpectibus, vos * injuſti mundum ejus habitatis. Sed ſi convertimini, & ſecundùm voluntatem ejus agitis, ad futurum ſæculum venientes, & æterni effecti, ineffabilibus ejus bonis ac præmiis perfruemini. Erat autem vir iſte, qui hæc loquebatur ad populum, ex Orientis partibus, [5] natione Hebræus, nomine Barnabas, qui ſe etiam [6] unum ex ejus Diſcipulis eſſe diceret, miſſumque ad hoc, ut hæc volentibus indicaret. Quibus ego auditis, cum reliqua multitudine ſequi eum cœpi, & audire quæ diceret. Intelligebam ſanè quòd nihil Dialecticæ artis eſſet in homine, ſed ſimpliciter & abſque ullo dicendi fuco, quæ audîſſet à Filio Dei, vel vidiſſet, exponeret. Adſertiones enim ſuas non argumentorum virtute muniebat; ſed verborum & mirabilium quæ adnunciabat, teſtes multos, ex ipſo etiam circumſtante populo, producebat.

Freculf.,

* T. R. Cand. P. conſpectibus

* S. T. R. injuſtè *Sic* & P.

Barnabas.

VIII. Verùm quoniam ad ea quæ ſincerè dicebantur, libenter annuere populus, & amplecti ſermonem ſimplicem cœpit; hi qui ſibi eruditi videbantur, vel Philoſophi, ridere hominem, ac ſpernere cœpêre, * ſyllogiſmorum in eum tendiculas velut validiſſima arma proferre. At ille interritus, & velut deliramenta argutias eorum ducens, ne reſponſione quidem dignos eos judicabat, ſed ea quæ propoſuerat exſequebatur intrepidus. Denique cùm loquenti ei, quidam propoſuiſſet; [7] cur ita factus eſſet culex, ut cùm ſit animal exiguum, & ſex habeat pedes, inſuper ei additæ ſint & alæ; elephantus verò cùm ſit immane animal, neque alas habeat, quatuor tantùm pedes habeat. Ad hæc ille ne reſpiciens quidem, ſermonem ſuum, quem importuna propoſitio interruperat, continuatâ intentione peragebat: hac ſolâ admonitione per ſingulas quaſque interruptiones additâ; Nos ejus qui miſit nos verba, factaque mirabilia, adnunciare vobis in mandatis habemus, fidemque eorum quæ dicimus, non ex argumentis arte quæſitis, ſed ex vobiſipſis productis teſtibus confirmare. Agnoſco enim plurimos adſtare in medio veſtrûm, ex his quos unà nobiſcum memini audiſſe quæ audivimus, & vidiſſe quæ vidimus. Sit autem in veſtra poteſtate, vel recipere quæ adnunciamus, vel ſpernere. Nos enim quod vobis expedire novimus, ta-

Philoſophi.

* R. & ſyllogiſmorum.

2. *Tegi.*] In Freculfo, *tegere.* quod reſpondet Græco, *ſtegein.* COT.

3. *Sumpto à tempore veris exordio.*] Martyrologium Hieronymi dictum; *Kalend. Maii. Initium prædicationis Domini noſtri Jeſu Chriſti.* Wandalbertus;

Maias prima ſacras Chriſti doctrina Kalendas. Ibid.

4. *Si quis tamen &c.*] Freculfus; *Si qui tamen.* & *direxerint.* quemadmodum in Græco. Simili modo poſtea *ac præmiis* abeſt à Freculfo & à Græcis. Notanda quoque varia lectio *docendi* pro *dicendi.* & utraque conferenda cum Græcis Epitomes ac Clementinorum. Ibid.

5. *Natione Hebræus.*] Barnabam Cyprium faciunt Interpretes ad Act. IV. 36. necnon Epiphanius Hæreſi 30. cap. 25. Hieronymus in Catalogo, & Alexander Monachus in Encomio S. Barnabæ. Ibid.

6. *Unum ex ejus diſcipulis.*] Ita apud Clementem Alexandrinum, Euſebium, & Epiphanium. Sic quoque in Chronico vocato Alexandrino, Dorothei Synopſi, & Laudatione Alexandri. Sed Beda negat, infirmo nixus fundamento. *Mirum* inquit Retractatione in Acta Apoſtolorum, ad cap. 4. *quo modo hunc Barnabam, qui poſtea cum Paulo gentium eſt ordinatus Apoſtolus, ac poſt longum ejus contubernium denuò Cyprum, unde ortus fuerat, prædicaturus rediit, Euſebius in Hiſtoria Eccleſiaſtica de numero eſſe LXX. diſcipulorum Domini ſalvatoris arbitratur, cum manifeſtè ſcribat B. Lucas eum poſt aſcenſionem Domini ad diſcipulatum Apoſtolorum veniſſe: niſi fortè putandum eſt, eum prius ita diſcipulatum Chriſti ſecutum, ut necdum renunciaverit omnibus quæ poſſidebat, quod utrùm Evangelicæ doctrinæ convenerit, activus facillimè patet.* Ibid.

7. *Cur ita factus eſſet culex.*] Hieronymus l. adverſùs Pelagianos 7. *Elephanti tanta moles, & gryphes in ſua gravitate cauſſentur, cur quaternis pedibus incedant, cùm muſcæ, culiceſque, & cætera hujuſcemodi animantia ſub pennulis ſenos pedes habeant; & aliqui vermiculi ſint, qui tantis pedibus ſcateant, ut innumerabiles ſimul motus nulla acies comprehendat.* Et III. contra Rufinum 2. *Ergo niſi tibi rationem reddidero, quare formica, parvum animal, & punctum, ut ita dicam, corporis, ſex pedes habeat, cum elephantus, tanta moles, quatuor pedibus incedat:* &c. Ibid.

8. Eg

tacere non poſſumus: quia nobis, ſi taceamus, damnum eſt; vobis verò, quæ dicimus, ſi non recipiatis, pernicies. Sed & ſtultis propoſitionibus veſtris reſpondere perfacilè poſſim, ſi veritatis diſcendæ cauſſâ quæreretis; de culicis, dico, atque elephantis differentiâ: ſed nunc de creaturis dicere vobis aliquid, abſurdum eſt; cùm à vobis ipſe omnium creator & conditor ignoretur.

IX. Hæc autem cùm dixiſſet, velut ex uno conſenſu, indiſciplinato ore omnes ſimul riſum dedêre, incutere ei verecundiam, ac ſilentium imponere cupientes, barbarumque & minùs ſanæ mentis eum adclamantes. Ego verò cùm hæc ita fieri cernerem, zelo quodam, neſcio unde repletus, ac religioſo furore ſuccenſus, ſilere non potui, ſed cum omni libertate proclamans; Rectiſſimè, inquam, Deus omnipotens abſcondit à vobis voluntatem ſuam, quos agnitione ſui prævidit indignos; ſicut ex his quæ nunc agitis, ſanum ſapientibus palàm eſt. Nam cùm videatis * prædicatores voluntatis Dei adveniſſe, quia nullam * ſermo * eorum Grammaticæ artis ſcientiam profitetur, ſed ſimplicibus & impolitis ſermonibus * perferunt ad vos divina mandata; ita ut omnes qui audiunt, ſequi poſſint, & intelligere quæ dicuntur; ridetis ſalutis veſtræ * miniſtros, & nuncios; ignorantes, quia veſtra, qui vobis perîti & eloquentes videmini, condemnatio eſt, quòd apud agreſtes & barbaros habetur veritatis agnitio; quæ, cùm ad vos advenerit, nec quaſi hoſpita ſuſcipitur; quæ, niſi intemperantia veſtra & libido obſiſteret, civis eſſe & vernacula debuiſſet: ut ex his arguamini, quòd non veritatis amici & Philoſophi, ſed jactantiæ ſectatores & vaniloqui eſtis; qui veritatem non in ſimplicibus verbis, ſed in verſutis & callidis creditis habitare, & innumerabilia verborum * proferentis, unius verbi nequaquam precio penſitanda. Quid ergo putatis futurum de vobis, vos ô omnis turba Græcorum, ſi erit judicium Dei, ſicut iſte dicit? Sed nunc, omittentes ridere in perniciem veſtri virum hunc, reſpondeat mihi qui vult ex vobis: quoniam quidem ſolo latratu veſtro obturbatis etiam eorum aures, qui ſalvi eſſe volunt; & mentes quæ ad fidem paratæ ſunt, ad infidelitatis lapſum, veſtris obturbationibus declinatis: Quæ vobis erit * umquam venia, qui * Divinitatis nuncium, promittentem vobis agnitionem Dei, ridetis, & injuriis afficitis? quem utique etiam ſi nihil veritatis adferret, pro ipſo tamen benignitatis erga vos propoſito, gratum acceptumque habere deberetis.

* R. prædicatorem
* Deeſt in R. Cand. nullo ſermone eorum qui Gr. Deinde: profitentur.
* R. profert
* R. miniſtrum & nuncium
* In Th. inferuntur millia. Sic & Cand.
* al. inquam
* R. veſitatis Sic & P.

X. Hæc & his ſimilia cùm proſequerer, plurimus adſtantis populi fremitus concitabatur; dum alii velut erga hoſpitem miſeratione moverentur, meumque ſermonem * conſequenter habitum probarent; alii petulantes & ſtolidi, in me quoque pariter, ut in Barnabam, effrenati animi iracundiam concitarent. Sed cùm ad veſperum jam declinaret dies, apprehensâ Barnabæ dexterâ, obluctantem licèt eum, ad meam tamen adduxi domum; atque ibi manere feci; ne quis fortè ex indocili vulgo injiceret ei manus. Aliquantulis igitur diebus unà poſiti, * differente eo * paucis, ſermonem veritatis libenter audiebam: urgebat tamen profectionem ſuam, dicens ſe diem feſtum Religionis ſuæ, qui immineret, omnimodis apud Judæam celebraturum, ibique de reliquo cum ſuis civibus ac fratribus permanſurum; evidenter indicans, injuriæ ſe horrore perculſum.

* S. T. ut conſequenter. Sic & Cand. Carm.
* R. differentem eum
* S. T. paucis ſermonem & veritatis

XI. Denique cùm ego dicerem; Tu mihi tantùm ejus viri, quem apparuiſſe dicis, expone doctrinam; & ego meis ſermonibus tua dicta componens, omnipotentis Dei regnum, juſtitiamque prædicabo; & poſt hæc, ſi volueris; etiam navigabo tecum: valde enim cupio videre Judæam, vobiſcum fortaſſis perpetuò permanſurus. Ad hæc ille; Tu, inquit, ſi quidem videre vis patriam noſtram, & diſcere quæ deſideras, jam nunc mecum pariter naviga: ſi * verò te aliquid tenet, ſigna tibi habitationis noſtræ derelinquam, ut cùm venire volueris, invenire nos facilè poſſis: ego enim craſtino * ingrediar iter. Quem ubi immobilem vidi, deſcendi cum ipſo uſque ad portum; ac diligenter ab eo ſigna, quæ dixerat, habitationis accepi; dicens ei; quia niſi aliquantulum pecuniæ * neceſſariò mihi eſſet à debitoribus repoſcendum, nihil omnino differrem; velociter tamen inſequar iter tuum. Cùm hæc dixiſſem, commendato eo attentius his qui navi præerant, regreſſus ſum triſtis. Habebat enim me recordatio conſuetudinis boni hoſpitis, & optimi amici.

* R. modò
* S. T. R. alii: adgrediar
* S. T. neceſſarium Sic & Carm.

XII. Diebus autem paucis remoratus, & his quæ debebantur, ex parte aliquâ profligatis, (plurima enim feſtinandi ſtudio neglexi, ne à propoſito impedirer) enavigavi continuò in Judæam; & poſt dies quindecim, Cæſaream Stratonis, quæ eſt Palæſtinæ urbs maxima, adpulſus ſum. Cùmque navi egreſſus, hoſpitium quærerem, rumore populi comperi, quòd Petrus quidam, illius qui in Judæa apparuit, & ſigna multa ac prodigia divinitus geſta inter homines oſtendit, diſcipulus probatiſſimus, craſtinò, cum Simone quodam Samaritano [8] ex caſtello * Gethonum, habiturus eſſet verborum quæſtionumque certamen. Quibus ego auditis; rogabam demonſtrari mihi ejus hoſpitium: quod cùm * reperiſſem, atque ante fores conſtitiſſem, ingerebam * janitori, quiſnam eſſem, atque unde advenirem: & ecce Barnabas procedens, ſtatim ut me vidit, in complexus meos * corruit, gaudio lacrymans; atque apprehenſum me manu, introducebat ad Petrum. Quem cùm mihi eminus oſtendiſſet; Hic eſt, inquit, Petrus, quem tibi maximum eſſe in Dei ſapientiâ dicebam; cuique de te rurſus ſine ceſſatione locutus ſum. Ingredere igitur tamquam bene ei cognitus. Omnia enim quæ in te ſunt bona, veriſſime comperit, & religioſum * propoſitum diligenter agnovit; ex quo & ſummo deſiderio * agitur videndi te. Unde magnum ei hodie munus meis te manibus offero: ſimulque oblato me ait; Hic eſt Clemens, Petre.

Simoni ſtagul.
* al. Githonum. R. Gettonum
* R. comperiſſem
* R. me janitori
* S. T. R. Carm. P. occurrit Cand. concurrit.
Petrus.
* T. & R. propoſitum tuum
* T. angitur

XIII. At benigniſſimus Petrus, audito nomine, * adcurrens protinus inhæſit * oſculis meis: & poſt hæc cùm ſedere feciſſet me, ait; Bene feciſti prædicatorem veritatis hoſpitio recipere Barnabam, nihil veritus populi inſanientis furorem: beatus eris. Sicut enim tu legatum veritatis omni honore dignum duxiſti; ita te quoque peregrinantem, & * hoſpitem, veritas ipſa ſuſcipiet, & civem propriæ urbis adſcribet; & tunc tibi erit gaudium magnum, quòd exiguam nunc impartiens gratiam, æternorum bonorum hæres * ſcriberis. Nunc ergo, ne labores exponere mihi animum tuum: cuncta enim de te & de moribus tuis Barnabas fideli ſermone perdocuit, quotidie pænè & indeſinenter bonorum tuo-

* Carm occurrens.
* T. P. oculis.
* R. hoſpitantem
* S. adſcriberis

8. *Ex caſtello Gethonum.*] De nomine hujus vici Græco diximus ad Conſtitutiones. Latinæ autem expreſſionis varietates videbis hic, & infrà capite 7. libri 2. Quibus adde aliam Freculfi tom. 2. lib. 2. cap. 20. *De vico* inquit *qui* [illegible] *citur Gittho.* Correptè apud Philaſtrium, in Simone; *De villa quæ eſt Cutheus vocitata.* Porrò ſcribere præſtat per i vel a, quàm per y; & per t, quàm per u. COT.

tuarum memoriam repetens. Et ut tibi breviter, tamquam unanimi jam amico, quod in re eſt definiam; ſi nihil eſt quod te impediat, iter age nobiſcum, & audi ſermonem veritatis, quem habituri ſumus per loca ſingula, uſquequo ad ipſam nobis perveniendum ſit urbem Romam: & nunc tu ſi quid deſideras, dicito.

XIV. Cúmque ei expoſuiſſem, quid ab initio propoſiti geſſerim, & quo modo per inanes effuſus ſim quæſtiones, & illa omnia quæ tibi, * Domine mi Jacobe, in principiis indicavi; uti ne eadem repetam; libenter promiſi, cum ipſo me iter acturum: Hoc eſt enim, aio, quod cupidiſſimè expetebam. Verumtamen prius mihi cupio rationem veritatis exponi; ut ſciam, ſi mortalis, an immortalis eſt anima; & ſi immortalis, utrùm pro his quæ hic agit, ducatur ad judicium. Sed & quæ ſit juſtitia, quæ Deo placeat, ſcire deſidero. * Tunc præterea, ſi factus eſt mundus, vel quare factus eſt: aut ſi ſolvendus, * & an in melius renovandus; aut ſi omnino poſt hæc non erit mundus: & ne per ſingula progrediar, hæc atque horum ſimilia ut ſe habeant * dici mihi velim. Reſpondit ad hæc Petrus: Breviter, inquit, tibi, ô Clemens, rerum ſcientiam tradam; & auſculta jam nunc.

* al. dilecte Deo

* T. R. Tum Sic & Carm. & P.

* R. eſt.

* S. T. Carm. diſcere me reſpondi. Ad hæc. R. Cand. P. diſcere me velle reſpondi. Ad hæc

XV. Voluntas & conſilium Dei latuit homines multis ex cauſſis. Primò quidem pro inſtitutione malâ, pro ſodalitatibus peſſimis, pro conſuetudine nequam, pro colloquiis non bonis, pro præſumptionibus minùs rectis: pro his, inquam, omnibus, primùm * error is, inde contemptus, [9] tum infidelitas & malitia, avaritia quoque & vana jactantia, aliáque his ſimilia mala, velut fumus quidam immenſus, univerſam mundi hujus domum replevit; & habitantibus intrinſecùs, intuendi conditorem ſuum, aſpectum liberum non dedit, neque quæ ei eſſent placita pervidendi. Quid igitur his qui ſunt intrinſecùs convenit? niſi ut ex intimis præcordiis clamore prolato, auxilium invocent ejus, quem ſolum domus fumo repleta non claudit; * & accedens aperiat januam domûs, quò poſſit fumus quidem qui intrinſecùs habetur, excludi; lux verò ſolis quæ extrinſecùs reſplendet, induci?

Unde mala.

* T. Carm. error, inde. R. error, deinde. *Sic & Carm.* Cand.

* S. T. ut *Sic & Cand.*

XVI. Hunc ergo qui ad auxilium domûs, caligine ignorantiæ, & vitiorum fumo repletæ, perquiritur, illum eſſe dicimus, [10] qui appellatur verus Propheta; qui ſolus illuminare animas hominum poteſt, ita ut oculis ſuis, viam ſalutis evidenter inſpiciant. Aliter enim impoſſibile eſt, de rebus divinis æterniſque cognoſcere, niſi quis ab iſto vero Propheta didicerit: quia, ſicut ipſe paullò ante memorabas, fides rerum, cauſſarumque ſententiæ, pro ingeniis magis defendentium ponderantur: unde & eadem cauſſa, nunc juſta, nunc injuſta putatur; & quod modò verum videbatur, alterius adſertione falſum videtur. Iſta de cauſſa, religionis ac pietatis fides, veri Prophetæ præſentiam poſtulavit; ut ipſe nobis diceret de ſingulis, prout ſe ipſa veritas habet; & doceret, quo modo oporteat de ſingulis credi. Et ideo ante omnia fidem Prophetæ, omni cum examinatione oportet probari: quem cùm cognoveris * eſſe Prophetam, de reliquo cuncta ei credas, oportet; nec ultra diſcutere eum per ſingula quæ docuerit; ſed habere firma & ſancta quæ dicit, quæque quamvis fide ſuſcipi videantur, antè habitâ tamen probatione creduntur. Cùm enim ſemel ex initio Prophetæ veritas examinata conſtiterit, reliqua * demum fide audienda ſunt & tenenda, quâ eum * doctorem eſſe jam conſtitit. Et ſicut certum eſt, cuncta ſecundùm veritatis regulam teneri oportere, quæ ad divinam ſcientiam ſpectant, ita indubitatum eſt, à nullo alio, niſi ab ipſo ſolo ſciri poſſe quod verum eſt.

De vero Propheta.

* T. R. verè eſſe. *Sic & alii.*

* S. T. eadem. R. eademum. *Sic & Carm. P.*

* T. R. doctorem veritatis. *Sic & alii.*

XVII. Et his dictis, tam mihi apertè, & tam lucidè, quis iſte eſſet Propheta, & quo modo inveniretur, expoſuit; ut ego mihi ante oculos habere, & manu contrectare viderer probationes, quas de Prophetica veritate protulerat, ingentique ſtupore * deficerem, quo modo ea quæ omnes quærunt, ante oculos poſita nullus videt. Unde jubente eo, ea quæ ad me locutus eſt, in ordinem redigens, librum de vero Propheta conſcripſi, eúmque de Cæſarea, ad te, ipſo jubente, tranſmiſi. Dicebat enim mandatum ſe accepiſſe abs te, ut per ſingulos annos, ſi qua eſſent à ſe dicta, geſtaque, ad te deſcripta tranſmitteret. Interea initio ſermonis ſui, quem primo die habuit ad me de vero Propheta, & de aliis plurimis, cùm me inſtruxiſſet pleniſſimè, addidit etiam hæc: Vide, inquit, de reliquo, & intereſto tractatibus meis, quos, ſi quando neceſſitas attulerit, habebo cum his qui contradicunt: adversùs quos diſputans, etiam ſi fortè inferior viſus fuero, non verebor, ne fortè tu de his quæ ſibi à me ſunt tradita, in dubium venias: quia etiam ſi ego viſus fuero ſuperari, non tamen idcirco ea, quæ nobis verus Propheta tradidit, infirma videbuntur. Spero tamen, quòd nec in diſputationibus ſuperemur; ſi modò rationabiles ſint auditores, & amici veritatis, qui diſcernere valeant vim, ſpeciemque verborum; & agnoſcere, qui ſermo ex arte Sophiſtica veniat, non veritatem continens, ſed imaginem veritatis; & qui ſit, qui ſimpliciter, ac ſine fuco prolatus, omnem vim non in ſpecie & ornatu, ſed in veritate & ratione poſſideat.

* S. T. R. defigerer. *Sic & alii.*

Jacobus.

XVIII. Ad hæc ego: Omnipotenti, inquam, Deo gratias ago, quia ut optavi & deſideravi, inſtructus ſum. Verumtamen de me in tantum eſſe debes ſecurus, quòd de his quæ didici abs te, in dubium veoire non poſſim; ut ſi tu ipſe velis aliquando fidem meam à veru Propheta transferre, omnino non poſſis: * quia pleno ſpiritu hauſi, quæ tradidiſti. Et ne putes magnum tibi me aliquid polliceri, quòd ab hac fide negem me poſſe transferri; certum eſt apud me, quia quicumque hominum hanc de vero Propheta acceperit rationem, dubitare ultrà de veritate nullatenus poterit. Et ideo confido de hoc divino dogmate cœlitus definito, in quo omnis ars malitiæ ſuperatur. Adversùs Prophetiam etenim

Clement. Hom. 1. c. 21. &c. Epit. c. 19.

* T. R. *alii*; ita

---

9. *Tum infidelitas & malitia.*] Rufinus legebat, [Greek], non [Greek]. COT.

10. *Qui appellatur verus Propheta.*] Locutio uſurpata quidem ab Ambroſio in Pſalm. CXVIII. 63 & ab Auctore Commentariorum in Lamentationes Jeremiæ apud Hieronymum ad II. 9. meritò. Verum ſuſpecta in his libris, in Epiſtola ad Jacobum, in Clementinis. ut &, *Propheta*, atque *Propheta veritatis*. quia teſte Epiphanio Hæreſi 30. Ebionæi Periodorum Petri Clementinarum interpolatores, Chriſtum Prophetam, & Prophetam veritatis appellare ſolebant, quaſi merum hominem; juxta argumentationem Theodoti in eodem Epiphanio Hæreſi 54. n. 5. Heberæque in Nilo lib. 1. Epiſt. 127. & opinionem Eſſenorum apud Philaſtrium. Unde Auctor Græcæ Epitomes iſta omiſit, Catholica verò ſubſtituit. Atque ex iſtis caſtigabis errorem ſeu potiùs ignorantiam hac in parte, Davidis Blondelli, viri aliàs doctiſſimi, in Prolegomenis ad Pſeudo Iſidorum cap. 21. p. 56. Denique huc facere videretur locus corruptus Iſidori lib. 8. Originum cap. 5. *Ebionitæ Chriſtum per prophetam ſolum verum juſtum putant effectum* niſi doceret Hiſtoria Eccleſiaſtica à Rufino verſa, legi debere, *Chriſtum per profectum ſolum, verum juſtum putant effectum* quo modo etiam quidam veteres libri MSS. Apocrypha Epiſtola Lentuli, in Orthodoxographis; *qui dicitur à gentibus Propheta veritatis.* Ibid.

11. St-

* S. T. R. *alii*: neque argumenta, neque

nim * neque ars ulla ſtare ſufficit, neque ſophiſmatum ſyllogiſmorumque verſutiæ: ſed omnis qui audierit de vero Propheta, neceſſe eſt ut ſtatim deſiderium capiat ipſius veritatis; nec ultra ſub occaſione veri quærendi, diverſos * patiatur errores. Propter quod, Domine mi ô Petre; nolo ſis ultra ſollicitus, tamquam de eo qui neſciat, quid acceperit, & quantum ſibi commiſſum ſit muneris; certus eſto, quòd ſcienti & intelligenti gratiam contuliſti. Nec facilè poſſum decipi, pro eo quòd quæ * diu deſiderabam, citò videor adeptus. Poteſt enim fieri ut alius deſiderans citò adipiſcatur, alius nec tardè ad deſiderata perveniat.

* T. R. *alii*: patiatur

* Cand. fieri diu.

XIX. Et Petrus, his à me auditis: Gratias ago, inquit, Deo meo, & pro ſalute tua, & pro requie mea: valde enim delector, quia intellexiſſe te video, quanta ſit virtutis Propheticæ magnitudo; & quia, ut ais, nec ſi ego ipſe cupiam, quod abſit, potero te tranſvertere in aliam * fidem; & ex hoc jam incipe eſſe nobiſcum, & craſtino die intereſto diſputationibus noſtris: erit enim mihi certamen contra Simonem magum. Cúmque hæc dixiſſet, [11] ſeceſſit, ut cibum caperet cum ſuis; me autem ſeorſim veſci juſſit: & poſt cibum cùm laudem * dixiſſet Deo, & gratias egiſſet, etiam hujus ipſius facti mihi reddidit rationem, & addidit, dicens; Det tibi Dominus exæquari nobiſcum in omnibus, ut percepto Baptiſmate poſſis ad eamdem nobiſcum convenire menſam: & his dictis, quieſcere me juſſit: jam enim ſomnum natura corporis, & ratio temporis invitabat.

* R. partem *Sic & P.*

Mos.

* S. R. *alii*: dediſſet

Clement. Hom. 2. c. 33. &c.

XX. Poſterâ verò die, matutinus ad nos ingrediebatur Zachæus; & cùm ſalutâſſet, ait ad Petrum; Differt Simon certaminis diem in undecimam menſis præſentis, quæ eſt poſt ſeptem dies. Tunc enim magis vacuum ſibi diſceptandi tempus adfirmat. Sed & mihi videtur comperendinatio ejus etiam nobis eſſe neceſſaria; ut plures conveniant, qui diſputationis * noſtræ vel auditores vel judices fiant. Verumtamen ſi probabile tibi videtur, inter moras ea, quæ in controverſiam venire poſſe opinamur, inter noſmetipſos prius diſcutiamus; ut unuſquiſque noſtrûm, cùm quæ proponenda ſint, & quæ reſpondenda, cognoverit, apud ſemetipſum pertractet, ſi rectè ſe habeant, aut ſi invenire poterit aliquid adverſarius quod objiciat, aut quod objecta fruſtretur. Si verò ex omni latere, quæ à nobis dicenda ſunt, * claruerint eſſe munita, ita demum confidenter quæſtionis incatur exordium. Et quidem mea hæc eſt ſententia, quòd ante omnia requiri oporteat, quid ſit omnium primum, quidve * immaculatum, quod etiam cauſſam eſſe omnium quæ ſunt, * docendum eſt: deinde cuncta quæ ſunt, ſi facta ſunt, & à quo, vel per quem, * propter quem; utrùm ab uno, an ex duobus, an à multis accepêre ſubſtantiam; & utrùm ex nullis * ſubſtantibus, an ex aliquibus ſumpta ſint, & adornata: tum ſi aliqua Virtus eſt in altiſſimis, aut in * inferis: ſi eſt, * quid melius eſt omnibus, aut cunctis inferius: ſi ſint aliqui motus, aut nulli: ſi hæc quæ videntur erant ſemper, & erunt: ſi exſtitère nullo operante, & nullo ſolvente dilabentur. Si, inquam, ex his initium acceperit diſputatio, puto quòd ea quæ quærentur, diligenti examinatione diſcuſſa, facilè clareſcant. Cùm autem hæc claruerint, eorum quæ ſequuntur, in promptu reperietur agnitio. Ego quid ſenſerim protuli: quid etiam tibi videtur; indicare non pigeat.

* S. T. veſtræ. *Sic & Cand. & P.*

Diſputandi ratio.

* R. claruerit. Cand. Carm. & P.

* al. immediatum

* R. dicendum. *Sic & P.*

* S. T. R. *alii*: vel propter

* T. ſubſtantiis

* T. C. C. P. infernis. R. infimis.

* T. quod P. R. ſi eſt aliquid melius omnibus.

XXI. Ad hæc Petrus: Dic, inquit, interim Simoni, faciat ut libet; certus, quòd divinâ providentiâ largiente, ſemper nos inveniet paratos. Et Zachæus quidem quæ audierat, egreſſus eſt Simoni nunciare. Petrus verò reſpiciens ad nos, & intelligens contriſtatum me eſſe, pro dilatione certaminis, ait; Qui credit ſummi Dei providentiâ diſpenſari mundum, non debet, ô amice Clemens, de ſingulis quæ quoquo modo accidunt, aſpernanter accipere; certus quòd juſtitia Dei, etiam ea quæ ſuperflua videntur, aut contraria in unoquoque negotio, opportuno exitu competentique diſpenſat; præcipuè tamen erga eos, qui eum familiariùs colunt: & ideo qui de his, ut dixi, certus eſt, ſi quid eveniat contra ſententiam, novit pro eo mœrorem de animis expellere; meliore ſententia * manifeſtum habens, quòd diſpenſatione boni Dei, etiam quod contrarium putatur, vertatur in melius. Propter quod, ô Clemens; etiam nunc non te contriſtet magi Simonis iſta dilatio. Credo enim quòd per Dei providentiam geſtum ſit, ad utilitatem tuam; ut poſſim tibi rationem fidei noſtræ, in hac ſeptem dierum * comperendinatione, abſque aliquo ſtrepitu, * ordinemque conſequenter exponere, ſecundùm traditionem veri Prophetæ, qui ſolus ſcit, quæ facta ſunt, ut facta ſint; & quæ fiunt; ut fiant; quæque erunt, ut erunt: quæ tamen manifeſtè quidem * dicta, non tamen manifeſtè ſcripta ſunt; in tantum, ut cùm leguntur, intelligi ſine * expoſitore non poſſint, propter peccatum quod coadolevit hominibus, ſicut ſuperiùs diximus. Idcirco igitur explanabuntur tibi per me omnia; ut in his quæ ſcripta ſunt, dilucidè quæ ſit ſententia * legiſlatoris agnoſcas.

Providentia.

* S. T. Cand. P. manifeſtus, quòd

Rom. 8. 28.

* Conferendi dilatione. Carm.

* S. T R. *alii*: per ordinem

* Facta. Carm.

Prophetia.

* S. T. P. expoſitione

* R. Legis

XXII. Cúmque hæc dixiſſet, exponere mihi ſingula de his quæ * in quæſtione eſſe videbantur Legis capitulis cœpit, ab initio creaturæ uſque ad id temporis, quo ad eum Cæſaream devolutus ſum. Hæc mihi dicens, * dilatio Simonis * contulit, ut per ordinem cuncta cognoſcerem. Aliàs, inquit, ſecundùm ea quæ opportunitas ſermonis adtulerit, de ſingulis quibuſque, quæ nunc compendioſiùs diximus, latiùs diſſeremus; ut, ſecundùm ea quæ pollicitus ſum tibi, plenius de omnibus perfectiúſque cognoſcas. Quia ergo hodierna adhuc nobis ſupereſt dies, ex his quæ dilata ſunt, volo tibi rurſus ea quæ * dicta ſunt breviter iterare, ut magis tibi ad memoriam revocentur. Et exin cœpit hoc modo mentibus meis innovare quæ dixerat. Meminiſti, ô amice Clemens, quæ mihi fuerit de æterno ſæculo, ac finem neſciente, narratio? Tunc ego; Nihil, inquam, ô Petre, aliquando retinebo; ſi hoc omittere, aut oblivisci potuero.

* T. inquiſitionis

* Dilationem. Carm.

* T. contuliſſe. *Sic & Cand. & Carm.*

* S. T. tibi dicta

XXIII. Et Petrus libenter hac mea reſponſione ſuſcepta; Gratulor tibi, inquit, quòd ita reſponderis, & * non quòd hæc ipſa facilè dicas, ſed te meminiſſe protuleris: quæ enim ſumma ſunt, ſilentio honorari volunt. Ad fidem tamen eorum, quæ de ineffabilibus meminiſti, dic quæ ſe-

* S. T. R. *alii*: non hæc ipſa facilè quæ dicis te

l. lib. 3. c. 7. l. Clement. Hom. 19. c. 2.

Summa ſilentio honorari volunt.

11. *Seceſſit, ut cibum caperet cum ſuis, &c.*] Paſſim hic. Apud Athanaſium Liber de virginitate p. 1052. [illegible] Capitularium lib. 6. cap. 92. *Non liceat baptizatis cum Catechumenis manducare, nec oſculum eis dare, vel ave illis dicere: quanto magis cum excommunicatis ab Epiſcopo, aut cum Gentilibus!* Epiſcopos tamen cum Conſtantino Imperatore nondum baptizato epulatos fuiſſe teſtis eſt fide dignus Euſebius, quamvis ei nolit credere Nicephorus Calliſtus. Sed & Chriſtiani multi non adeò à Paganis refugiebant. Unde Nonnam matrem ſuam laudat Gregorius Nazianzenus, quòd cibum cum Idolorum cultoribus communem numquam habuerit, nec Gentilis feminæ manibus dextram injecerit, aut labra labris miſcuerit. COT.

retines ex his, quæ in loco ſecundo à nobis dicta ſunt, quæ proferri facilè queunt; ut pervidens tenacitatem memoriæ tuæ, de quibus volo, promptiùs tibi indicem, & libenter aperiam. Tunc ego, ubi adverti eum auditorum memoriâ gaudere; Non ſolùm, inquam, definitionis tuæ memor ſum, ſed & præfinitionis illius, quæ ante definitionem poſita eſt; & omnium pæne quæ expoſuiſti, ſenſum integrum ſervo, etiamſi verba non omnia: quia tamquam vernacula animæ meæ, & ingenita effecta ſunt, quæ dixiſti. Nimiùm enim ſitienti mihi dulciſſimum poculum porrexiſti. Et ne putes, quòd rerum immemor, verbis te occupem, jam nunc quæ dicta ſunt in memoriam revocabo: in * quo me plurimum juvat ordo diſputationis tuæ. Etenim quia conſequenter directa ſunt, & libratè ordinata, quæ dicis; idcirco & facilè ad memoriam, ordinis ſui lineis revocantur. Multùm namque ad recordandum prodeſt ordo dictorum: cùm enim recolere ſingula per conſequentiam cœperis; ubi aliquid deeſt, ſtatim ſenſus inquirit; & cùm invenerit, ſervat; aut certè, ſi inveſtigare nequierit, à magiſtro requirere non pigebit. Sed ne moram faciam in reddendo ea, quæ poſcis à me, retexam breviter, quæ de veritatis definitione tradidiſti.

* T. R. Cand. P. quod Ordo.

De Deo, mundo, homine, & duobus regnis.

XXIV. Erat ſemper, & eſt, & erit illud, à quo prima voluntas genita ſempiternitate conſtat, [12] & ex prima voluntate iterum voluntas. Poſt hæc mundus; ex mundo tempus; * ex hoc hominum multitudo; ex multitudine electio amicorum; ex quorum unanimitate pacificum * conſtruitur Dei regnum. Reliqua verò, quæ hæc conſequi deberent, alias te mihi dicturum eſſe promiſeras. Poſt hæc, cùm de creatura mundi expoſuiſſes; definitionem Dei, quam in conſpectu omnium primorum Angelorum de ſua voluntate promiſit, quamque æternam legem cunctis ſtatuit, intimâſti: & quod a [13] duo regna poſuit, præſentis dico temporis, & futuri; & tempora utrique conſtituit; ſtatuitque * exſpectari judicii diem, quam ipſe definivit, in quâ habenda ſit rerum animarumque diſcretio; ut * impii quidem pro peccatis ſuis igni tradantur æterno; hi verò qui ſecundum voluntatem conditoris * Dei vixerint, pro bonis operibus benedictione ſuſcepta, clariſſima luce fulgentes, introducti ad * æternam ſedem, & in incorruptione durantes, ineffabilium bonorum munera æterna percipiant.

* Carm. Ex hominum multitudine.
* Conſtruetur. Cand. Carm.
a l. Clem. Hom. 3 c. 16, 19, 61. Hom. 7. c. 3. Hom. 8. c. 23, 24.

Hom. 9. c. 19. Hom. 15. c. 7. Lege infrà, l. 3. c. 52. l. 4. c. 32. 34. l. 8. c. 53. 55. l. 9. c. 3. 4.
* T. R. P. exſpectare
* R. iniqui. Carm. iſti

XXV. * Hæc me proſequente, gaudio * perfuſus Petrus, * tamquam ſuper filio * tripudians, ne fortè in reliquorum memoria titubans, erubeſcerem; propter eos qui aderant; Sufficit, inquit, ô Clemens: evidentiùs enim hæc, quàm à meipſo expoſita fuerant, edidiſti. Et ego aio; Narrandi ordinem, & lucidiùs ea, quæ res expetit, proferendi, eruditio nobis contulit liberalis: quâ ſi utamur in antiquitatis erroribus; in perniciem vitæ, verborum decore ac ſuavitate decidimus: ſi verò ad adſerendam veritatem, eruditionem ſermonis & gratiam conferamus, puto ex hoc non parum utilitatis adquiri. Verumtamen, mi Domine Petre, quantâ me arbitraris gratulatione ſublatum, cùm in cæteris omnibus, tum præcipuè in illius doctrinæ ſententia, quâ ais; Unus eſt Deus, cujus opus mundus eſt, quique quia juſtus eſt omnimodis, unicuique pro actibus ſuis reddet. Et poſt hæc addidiſti, dicens; Pro cujus dogmatis adſertione innumera verborum millia movebuntur: ſed in his, quibus veri Prophetæ conceſſa eſt ſcientia, omnis iſta verborum ſylva ſucciſa eſt. Et propter hoc, cùm mihi tradideris de vero Propheta ſermonem, omni me adſertionum firmitate roborâſti. Inde denique ego cùm adverteriſſem, in hoc ſummam totius religionis pietatiſque conſiſtere, illico reſpondi; Optimè proſecutus es, Petre: propter quod de reliquo jam tamquam ſcienti, quæ ſint fundamenta fidei & pietatis; veri Prophetæ * traditiones, incunctan-

* R. ſic
* T. & R. æternum ſæculum
* Carm. Hæc cùm me perſequente gaudio perfuſus eſſet Petrus.
* R. P. perfuſus eſt
* R. & tamquam
* S. T. R. trepidans. Sic & ald. Eruditio liberalis.
l. 2. c. 16, 17.
* S. T. Cand. traditionis. R. rationes. Sic & P.

---

12. *Et ex prima voluntate iterum voluntas.*] De Filio Clemens Alexandrinus Pædag. 3. cap. ult. [illegible] Strom. 5. p. 549. [illegible] Tertullianus de Oratione cap. 4. *Ipſe erat voluntas & poteſtas Patris.* In Origene de principiis, & alibi; *Natus ex Patre, velut voluntas ex mente procedens.* Apud Athanaſium Orat. 3. & 4. contra Arianos p. 403. 514. [illegible] Similiaque legas Victorinus Afri lib. 1. adverſus Arium, Fauſtini Diaconi ad Flaccillam, Cyrilli Alexandrini Contra Anthropomorphitas cap. 14. & aliorum, de quibus Hieronymus initio Commentariorum in Epiſtolam ad Epheſios, & Auguſtinus XV. de Trinitate 20. necnon duarum Synodorum Toletanarum, decimæquintæ ac decimæſextæ. Prioris locus in hunc levibus mendis cubat. *Diximus: Voluntas genuit voluntatem, ſicut & ſapientia ſapientiam. Quod vir ille incurioſâ lectionis tranſcurſione prætereuns, exiſtimavit hæc ipſa nomina, id eſt* (lege in aut potiùs juxta. errandi occaſio fuit brevians ſcriptura) *relativum, aut ſecundum comparationem humanæ mentis nos poſuiſſe, &c. Nos autem non ſecundùm hanc comparationem humanæ mentis, nec ſecundum relativum, ſed ſecundum eſſentiam diximus; Voluntas ex voluntate, ſicut & ſapientia ex ſapientia. Hoc enim ex* (dubio procul eſt) *Deo eſſe quod velle; hoc velle, quod ſapere.* & reliqua. Quòd ad Spiritum ſanctum ſpectat, commodùm in Bibliotheca Regia Cod. MS. 1026. iſtud fragmentum Noſtri adſcriptum inveni.

Vide infrà ad Clemen[illegible], initio.

Τοῦ ἁγίου Κλήμεντος ἐπισκόπου Ῥώμης, μετὰ τὸν ἀπόστολον Πέτρον [illegible], περὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος.

S. Clementis Epiſcopi Romæ, qui poſt Apoſtolum Petrum ſedi Apoſtolicæ præfuit, De Spiritu ſancto.

Μακάριος ὁ [illegible]

Beatus qui oculos clauſos aperuit, & expulſum ſtatus difficultate ſpiritum, per reſurrectionem recepit. Hoc erat homi jacere, & in pedes non ſtare; non habere veritatem. Reſurrectio autem eſt, Patris agnitio, & apparitio Filii, quâ ſenſus patefecit. Beatus vir qui cognoſcit Patris donum, per proceſſionem ſanctiſſimi Spiritus. Beatus qui cognoſcit & comprehendit, Spiritum ſanctum eſſe donum illius. Equidem illud in figura columbæ traditur. Hoc enim animal ſimplicitatem habet, & caret felle. Pater autem ab omni malitia alienus Spiritum dedit innocentem, expertem iræ atque acerbitatis, perfectum, immaculatum; è ſuis viſceribus emittens, ut componeret ſæcula, & nunquam non præberet cognitionem. Ille ergo Spiritus, ſanctus eſt, & rectus, qui ab ipſo procedit; item Virtus illius, Voluntas illius, quique ad plenitudinem gloriæ ejus apparuit. Hunc qui accipiunt, ſigno veritatis ſignantur, gratiæ perfectâ.

[illegible] ... τοῦτο οἱ λαβόντες [illegible] τέλειος.

Quâ ratione autem Spiritui ſancto magis competat nomen Voluntatis, quàm Filio, diſces per B. Auguſtinum, laudataque Concilia. COT.

13. *Duo regna.*] Quòd hæc ſimiliaque complura in iſtis Apocryphis Ebionismum redoleant, auctorem damus Epiphanium Hæreſeos illius capite 18. [illegible] *Duos, ut jam dixi, à Deo conſtitutos aſſerunt; Chriſtum, & Diabolum. Quorum illi futuri, huic præſentis ſæculi poteſtas eſt commiſſa. idque adeò omnipotentis illius mandato, ad cujuſque poſtulationem eſſe factum.* Quo ex loco lux oritur alteri capitis 3. quem Interpres indiligenter in Latinum convertit, [illegible]

ſtanter expone; cui ſoli credendum eſſe, evidenter probatum eſt: illam verò expoſitionem, quæ adſertionibus & argumentis indigeat, infidelibus ſerva, quibus nondum committere Propheticæ gratiæ indubitabilem judicaveris fidem. Et cùm hæc dixiſſem; * Tu utrumque, inquam, pollicitus es; * te hanc mihi ſimplicem expoſitionem, ac totius erroris expertem, & illam, quæ per ſingulas quaſque quæſtiones explicatur, quæ * & à te movebantur, in tempore traditurum. Et poſt hæc expoſuiſti per ordinem, à principio mundi, uſque ad præſens tempus * conſequentiam rerum: &, ſi placet, poſſum memoriter univerſa retexere.

* S tum. T. tamen
* T. R. & hanc te. Sic & alii.
* S T. & movebuntur. R. alii: movebuntur
* S. T. R. continentiam. Sic & alii.

XXVI. Ad hæc Petrus: Magnificè, inquit, delector, ô Clemens, quòd tam tuto cordi verba committam: memorem namque * eſſe eorum quæ dicuntur, indicium eſt, in promptu habere operum fidem. * Cùm verò malus Dæmon, ſalutis verba furatur, & de memoria rapit; etiam ſi velit, ſalvari non poterit. * Perdit enim viam, quâ pervenitur ad vitam: propter quod * eò magis repetamus, quæ dicta ſunt, & confirmemus ea in corde tuo: id eſt, quo modo, vel à quo factus ſit mundus; ut tendamus ad amicitiam Conditoris. Amicitia autem efficitur bene vivendo, & voluntati ejus obediendo; quæ voluntas * omnium viventium lex eſt. Breviter ergo tibi hæc eadem, firmioris cauſſâ memoriæ retexemus.

* R. te eſſe Cand. namque te eorum.
* S. T. R. abſ: Cui
Mat. 13. 19. Marc. 4. 15. Luc. 8. 12.
* T. Perdidit. P.
* S T. P. Sic Cand. & Carm. ea Voluntas Dei lex eſt omnium viventium.
* Omnium lex Cand.

XXVII. In principio, cùm feciſſet Deus cœlum & terram, tamquam domum unam, ipſa quæ ex corporibus mundi reddita eſt umbra, his quæ intrinſecùs clauſa fuerant, tenebras ex ſe dedit. Sed cùm voluntas Dei introduxiſſet lucem, [14] tenebræ illæ, quæ ex umbra corporum factæ fuerant, continuò devoratæ ſunt: * tunc deinde lux in diem, tenebræ deputantur in noctem. Jam verò aqua, quæ erat intra mundum, in medio primi illius cœli terræque ſpatio, quaſi gelu concreta, & cryſtallo ſolidata, diſtenditur; & hujuſmodi firmamento velut intercluduntur media cœli ac terræ ſpatia; idque firmamentum, cœlum conditor appellavit, antiquioris illius vocabulo nuncupatum; & ita totius mundi machinam, cùm una domus eſſet, in duas * dividit regiones. Diviſionis autem hæc fuit cauſſa, ut ſuperna regio Angelis * habitaculum, inferior verò * præberet * hominibus. Poſt hæc quod reliquum fuit in inferioribus aquarum, juſſu voluntatis æternæ, locus maris & chaos effectum * recipit; eiſque ad demerſa & concava defluentibus, arida quidem apparuit terra; congregationes autem aquarum, effecta ſunt maria. Et poſt hæc terra, quæ apparuerat, herbarum & virgultorum diverſa genera produxit; fontes quoque & fluvios, non ſolùm in planis, ſed & in montibus protulit; & ſic cuncta præparata ſunt; ut hominibus, qui habitarent in ea, eſſet facultas his omnibus pro arbitrio uti, id eſt, ſive ad bona velint, ſive etiam ad mala.

Gen. 1. Citatur à Beda. V. Teſtim. Veter. Creatio.
* al. tum
* al. diviſit
* S. T. tabernaculum
* R. præberetur
* T Cand. hominibus manſionem.
* S. T. R. recepit. Sic & Cand. P.

XXVIII. Poſt hæc ſtellis adornat cœlum iſtud viſibile. Solem quoque & lunam ponit in eo; ut alterius lumine dies, & nox uteretur alterius: ſimulque ut eſſent indicio rerum præteritarum, præſentium, & futurarum. Pro ſignis enim temporum facta ſunt ac dierum; quæ videntur quidem ab omnibus, intelliguntur autem ab eruditis & intelligentibus ſolis. Cúmque poſt hæc de terra & aquis produci juſſiſſet animantia, Paradiſum fecit, quem & deliciarum locum nominavit. Poſt hæc autem omnia, hominem fecit, propter quem cuncta præparaverat; [15] cujus interna ſpecies eſt antiquior, & ob cujus cauſſam omnia quæ ſunt, * facta ſunt, miniſterio ejus conceſſa, & habitationis ejus uſibus data.

Homo.
* S. T. & Cand. facta miniſterio

XXIX. Igitur conſummatis omnibus quæ in * cœlo & in terris ſunt, atque in aquis, multiplicato etiam hominum genere; octavâ generatione, homines juſti qui Angelorum vixerant vitam, illecti pulcritudine mulierum, ad promiſcuos & illicitos concubitus declinaverunt: & inde jam indiſcretè & contra ordinem cuncta agentes, ſtatum rerum humanarum, & divinitus traditum vitæ ordinem permutârunt; ita ut omnes homines, vel perſuaſione, vel vi peccare in creatorem ſuum cogerent Deum. * Ex nona generatione naſcuntur Gigantes, illi qui à ſæculo nominantur: non * [17] δρακοντόποδες, ut Græcorum fabulæ ferunt; ſed immenſis corporibus editi, quorum

* S. T. cœlis
Generationes ab 8. ad 21.
Gen. 6. 2.
Clement. Hom. 8. c. 15.
* R. alii ex
Exin Gen. 6. 4.
* S. T. R. Dracontopedes

[illegible] Hoc eſt, *Atque omnium rerum dominatum tenere, & appellari Chriſtum; in futurum verò accepiſſe ſæculum quod illic erit.* COT.

14. *Tenebræ illæ, quæ ex umbra corporum factæ fuerant.*] Conſulendi veteres Hexaemeri Interpretes, cum Cæſarii Quæſt. 61. & 114. Cedreno, aliiſque. Cedreni verba corrupta videntur. [illegible] Quòd ſi legamus, [illegible] loco [illegible], hoc ſenſu; *Tenebræ eum, cæli extenſione ſuper ea quæ ab illo tegebantur exſtiterunt?* Ibid.

15. *Cujus interna ſpecies eſt antiquior.*] Codex Carmel. qui notis marginalibus in textum relatis abundat, poſt eſt oſtendit *de anima*. quoniam hic aſſeritur animus corpore antiquior, juxta unam e quatuor ſententiis Patrum. Alii namque docuerunt creatam fuiſſe animam ante corpus, alii poſt, alii ſimul cum eo; cæteri nihil voluerunt affirmare. Extra quas opiniones, collocari debent errores Pythagoricorum, Platonicorum, Gnoſticorum, & Origenianorum circa animarum [illegible]. Emenda obiter S. Gregorii Nyſſeni locum hunc Serm. de anima Tom. 2. p. 102. [illegible] & lege cum Nemeſio de natura hominis cap. 2. quod caput cum ſequenti ex eo Sermone penitus deſumptum eſt, [illegible] &c. Ibid.

16. *Homines juſti qui Angelorum vixerant vitam.*] [illegible] ait Nicephorus Philoſophus cap. 1. de hac quæſtione, paginâ ultimâ Regii MS. 698. Contrà in Teſtamentis duodecim filiorum Jacob, Latinè exſtantibus, ſed Græcè mediis, Teſtam. 1. [illegible] (f. [illegible]) [illegible]. Reliqua celebris controverſiæ, eaque plurima, dabunt Interpretes ad Geneſ. VI. 1. &c. qui locus ita converſus legitur in Excerptis Chronologicis ex Euſebio, Africano, & aliis; *Et factum eſt, cùm homines multiplicarentur ſuper terram, & filias procreâſſent: videntes autem Angeli Dei filias hominum, quòd eſſent pulcræ, acceperunt ſibi uxores ex omnibus, quas elegerunt. Et dixit Dominus Deus: Non permanebit ſpiritus meus in hominibus iſtis in æternum, quia caro ſunt: eruntque dies eorum annorum centum viginti. Gigantes autem erant ſuper terram in diebus illis, & ultra. Cumque introiſſent Angeli Dei ad filias hominum, illa, quæ genuerunt, illa fuerunt Gigantes à ſæculo homines nominati.* Sed reſcribendum eſt, *illaque genuerunt. Illi fuerunt Gigantes.*

17. *Non δρακοντόποδες. Candel. Non Dracontopedes.*] Latinè Anguipedes. Rectiùs Noſter, quàm in Hiſtoria Gigantum ſacra profanis miſcent. [illegible] Verba ſunt Georgii Cedreni: componenda cum his Macrobii Saturnaliorum lib. 1. cap. 20. *Horum pedes in draconum volumina deſinebant. quod ſignificat nihil eos rectum, nihil ſuperum cogitaſſe, totius vitæ eorum greſſu atque proceſſu in inferna mergente.* & cum iſtis Servii ad Æneid. III. *Varro dicit, in diluvio aliquos ad montes confugiſſe cùm utenſilibus: qui laceſſiti poſtea bello ab his qui de aliis*

* S.T Cand. immo in rum adhuc, ad indicium, * in nonnullis locis oſſa immenſæ magnitudinis oſtenduntur. Sed adverſùm has juſta Dei providentia diluvium mundo introduxit; ut orbis quidem terrarum ab eorum contagione dilueretur; omnis verò locus ab impiorum nece verteretur in pelagus. Unus

I. Clement. Hom 8. c. 17. tamen tunc inventus eſt juſtus, nomine Noë, qui in arca cum tribus filiis, eorumque uxoribus liberatus, poſt aquarum decurſus, cum his animalibus quæ ſecum clauſerat, & ſeminibus, mundi habitator effectus eſt.

Gen. 9. XXX. Duodecimâ generatione, cùm Deus benedixiſſet homines, & multiplicari cœpiſſent, acceperunt præceptum, [18] ne ſanguinem deguſtarent: propter hoc enim etiam diluvium factum eſt. Tertiadecimâ generatione, cùm ex tribus filiis Noë, unus, qui erat medius, patri feciſſet injuriam, poſteritati ſuæ ex maledicto conditionem ſervitutis induxit; cujus interim [19] ſenior frater habitationis ſortem, eam quæ eſt in medio terræ, ſuſcepit, in qua eſt regio Judææ; junior verò Orientis plagam ſortitus eſt; ipſe autem Occidentis accepit. Quartadecimâ verò generatione, ex maledicta progenie quidam propter artem magicam primus aram ſtatuit Dæmonibus, honorem ſanguinis litans. Quintadecimâ generatione, primò omnium, homines Idolum ſtatuentes, adoraverunt: & uſque ad illud tempus divinitus humano generi data Hebræorum lingua, tenuit monarchiam. Sextadecimâ generatione, moverunt ſe ab Oriente filii hominum, & venientes ad terras patrum ſuorum, unuſquiſque ſortis ſuæ locum, proprii vocabuli appellatione ſignavit. Septimadecimâ generatione, apud * Ba- * S. T. Babylonem

bylonium * Nemroth primus regnavit, [20] urbem- Gen. 10.

que conſtruxit, [21] & inde migravit ad Perſas, eoſ- * S. T. P. Nembrod

que ignem colere docuit.

XXXI. Octavadecimâ generatione, muratæ I. Chron. Alex. ſ. in Teſt. Vet. urbes factæ ſunt, & [22] exercitus inſtituti, armaque; & judices, legeſque ſancitæ, [23] templa conſtructa, & principes gentium tamquam Dii adorati ſunt. Nonadecimâ generatione, [24] poſteri illius, qui poſt diluvium maledictus eſt, proprios terminos excedentes, quos in Occidentalibus partibus ſorte ſuſceperant, eos qui medium terræ fuerant ſortiti locum, in * terras Orientis * S T. tetâ tis. Cand. terra. expellunt, & uſque ad Perſidem fugant, ipſique in expulſorum locis iniquâ ſorte ſuccedunt. [25] Viceſimâ generatione, ob inceſti crimen, pri- Gen. 11. 28.

mus morte propriâ filius ante patrem defunctus eſt.

XXXII. Viceſima primâ generatione, exſtitit vir quidam ſapiens, ex genere eorum qui fuerunt expulſi, ex ſemine primogeniti filiorum Noë, Gen. 18 19.

nomine Abraham, à quo noſtrum Hebræorum *Abrahamus.*

ducitur genus. Hic cùm univerſus iterum mundus diverſis erroribus eſſet oppreſſus, & pro immanitate ſcelerum maturum ei pararetur excidium, non jam per aquam, ſed per ignem; cùmque jam plaga, initio à Sodomis ſumpto, immine-

---

aliis vehebant montibus, facilè ex locis ſuperioribus vicerunt. Unde fictum eſt, ut Dii ſuperiores dicerentur: inferiores verò terrigenæ. Et quia de humilibus ad ſumma reptabant, dicti ſunt pro pedibus habuiſſe ſerpentes. COT.

18. *Ne ſanguinem deguſtarent: propter hoc enim etiam diluvium factum eſt.*] Alcimus Avitus Poëmatum libro 4. de diluvio mundi, verſ. 25.

> *Sanguine potus erat, cæſorum viſcera paſſim*
> *Indomitis laceras præbebant faucibus eſcas.*
> *Inſuper & quadrupes, propriâ quæ morte necatur,*
> *Sævior aut certè quem vincens beſtia cepit,*
> *Paſſim erat, quem nulla fides, lex nulla vetabat.* Ibid.

19. *Senior frater &c.*] Contrà Severus, *Sed filiis Noë ita diviſus orbis fuit, ut Sem intra Orientem, Japheth Occidentem, Cham medius contineretur.* adſtipulante Philaſtrio huic ſententiæ. Ibid.

20. *Urbemque conſtruxit.*] Puta Babylonem: cujus conditorem Nemrodum faciunt multi apud Oroſium lib. 2. cap. 6. item Severus Sacræ Hiſtoriæ lib. 1. Auguſtinus XVI. de civitate Dei 4. Auctor Chronici Alexandrini p 84. Gregorius Turonenſis, Iſidorus Hiſpalenſis, Cedrenus, alii. Atque ea de re accipiu locum difficilem ac fortè corruptum, ſuprà in Teſtimoniis Veterum ad Recognitiones relatum ex Chronico laudato: οὗτος ὁ Νεβρὼδ μετοικήσας ἀπὸ Αἰγύπτου εἰς Ἀσσυρίους, καὶ οἰκήσας εἰς Νῖνον πόλιν, ἣν ἔκτισεν Ἀσσούρ, καὶ κτίσας τὴν πόλιν, ἥ τις ἐκ Βαβυλῶνος, αὐτὸς τὸ ὄνομα τῇ πόλει ἐκάλεσεν. Hoc eſt, niſi etiam nunc malè interpretor, *Hic Nebrodus, cum ex Ægypto ad Aſſyrios demigràſſet, & in urbe Nino quam Aſſur condiderat habitaviſſet, atque civitatem ædificàſſet, quæ erat Babylonis, ad hoc civitati nomen dedit.* αὐτὸς τὸ loco αὐτῆς τὸ. Ex nomine Babylonis regionis, fecit nomen Babylonis urbis. Propter τὸ Νεβρὼδ, opinor, quia in LXX. γίγας dicitur, Hyle ſeu Materia à Manichæis vocabatur ὁ Νεβρώδ. In Anathematiſmis Michaelis infrà edendis; ἀναθεματίζω τὸν λεγόμενον Μανιχαῖον [illegible] ἐν τῷ φωτὶ [illegible] τοῦ Θεοῦ [illegible] ἀνθρώπου. τοῦτον τὸν Ἀδὰμ, [illegible] τὸν Σακλᾶ [illegible] ἄρχοντος, καὶ τὸ Νεβρώδ. [illegible] τὸν Ἀδὰμ καὶ τὴν Εὔαν καὶ [illegible], [illegible] τὴν Εὔαν [illegible] τὸν Ἀδὰμ δὲ [illegible] τῆς Εὔας [illegible]. Quo ex loco, quemadmodum & per Theodoritum Hæret. Fabul. lib. 1. cap. ult. mecum velim corrigas anathema Euchologii Goariani pag. 886. ἀναθεματίζω καὶ ὅσοι [illegible] Σακλᾶ, καὶ ὁ [illegible] Σακλᾶ [illegible] Νεβρὼδ [illegible] καὶ [illegible] μυθολογοῦσι. Lego ſi quidem; [illegible] καὶ [illegible] Σακλᾶ καὶ τὸ Νεβρώδ, [illegible] &c. Sed & τὸν Νεβρὼδ Theodoriti, mutandum videtur in τὸ Νεβρώδ. Totus Euchologii tractatulus p. 885. 886 hunc ad modum à [illegible]. Codicum Regiorum 1026 1027. concinnatus fuit. Ἀνάθεμα Μάνεντι [illegible] Μανιχαίῳ, [illegible] Κουβρίκῳ, καὶ [illegible] &c. [illegible] &c. [illegible] &c. καὶ τὸν [illegible] &c. τῶν [illegible] &c. Ζαραδὰν καὶ Βουδδᾶν, & Βουδδᾶν &c. Ἀδδᾶν τε καὶ Ἀδείμαντον &c. [illegible] &c. Ζαρουᾶν &c. [illegible] &c. ὁ φωτὸς [illegible] &c. [illegible] ὕλης καὶ [illegible], καὶ τὸν [illegible] Σακλᾶ, καὶ τὸ Νεβρώδ, καὶ [illegible] καὶ [illegible] μυθολογοῦντας &c. Ibid.

21. *Et inde migravit ad Perſas, eoſque ignem colere docuit.*] Victor Maſſilienſis 3. in Geneſim;

> *Inque nefanda prior deſcendit crimina Nimroth,*
> *Impietatis apex, Cham ſervo è ſemine natus,*
> *Mole & mente gigas, Babylonia regna gubernans.*
> *Perſarum hic animos capiens, venator iniquus,*
> *A vero Domini ſacris traduxit ad ignem.*

Rufinum exſcribit Iſidorus in Chronico & in Originibus: item Ado ac Monachus Altiſſiodorenſis in Chronicis ſuis. πυρολατρεία Perſarum, & pueris notiſſima eſt.

22. *Exercitus inſtituti, armaque.*] Videantur Severus lib. 1. p. 87. Edit. Lugduno-Batavæ, Oroſius lib. 1. cap. 4. Auguſtinus IV. de civit. Dei 6. Iſidorus Hiſpalenſis in Chronico, Georgius Cedrenus Edit. Baſil. p. 21. cum aliis. Qui omnes non multùm diſſident ſententiis. Ibid.

23. *Templa conſtructa, & principes gentium tamquam Dii adorati ſunt.*] Rufini verba in Chronica ſua retulerunt Beda & Iſidorus. In re autem ipſa, non magna eſt inter Auctores controverſia. Ibid.

24. *Poſteri illius, qui poſt diluvium maledictus eſt.*] Hanc veterem traditionem firmant Euſebius, Epiphanius, Auguſtinus, Caſſianus. Ibid.

25. *Viceſimâ generatione, ob inceſti crimen, primus morte propriâ filius ante patrem defunctus eſt.*] Vigeſimâ generatione Aran ante patrem, primus, vel ſecundus à Lamecho, vel tertius poſt Lamechum & Phalegum, aut Lamechum, & Arphaxadum, vel quintus ſi illis annumerentur Abel ex Scriptura & filius Nemrodi ex Victore ſeu Victorino Maſſilienſi lib. 3. in Geneſim, mortem aut naturalem oppetiit ob patris idololatriam, aut violentam, combuſtus vel à Chaldæis, pietatis ergo, quòd ignem nollet adorare, vel ab Abrahamo fratre nolente, propter impietatem, cùm idola patris ea igne quem Abrahamus accenderat vellet eripere. Geneſ XI. 28 Hebræi, Epiphanius lib. 1. tom. 1. p 8. Hieronymus in Traditionibus Hebraicis, & in Locis Hebraicis, Euſtathius in Hexaemeron, Procopius Gazæus ad Gen. cap. 11 Nicephorus CP. in Chronographia, Georgius Syncellus, Georgius Cedrenus, cum aliis, necnon Auctor Orationis, Τὸν ὑμνοῦντες ὁ ἀνθρώπινος βίος, quam Federicus Morellus è Codice Reg. 1010. typis mandavit tamquam Theophili Alexandrini, cùm ſit Chriſtophori Alexandrini, quemadmodum edoctus ſum ex Leo-

nis

neret & univerſo orbi terrarum; pro amicitiis, quibus erat ei familiaritas cum Deo, cui bene placuerat, univerſum mundum ne pariter periret, eripuit. Ab initio tamen, cæteris omnibus errantibus, ipſe, [26] cùm arte eſſet Aſtrologus, ex ratione & ordine ſtellarum agnoſcere potuit Conditorem, ejuſque providentiâ intellexit cuncta moderari. Unde & Angelus, adſiſtens ei per viſionem, plenius eum de his quæ ſentire cœpit, edocuit. Sed & quid generi ejus ac poſteritati deberetur, oſtendit; & non tam eis danda hæc loca, quàm reddenda promiſit.

Gen. 13. & 22.

XXXIII. Igitur Abraham, cùm rerum cauſſas deſideraret agnoſcere, idque ſecum intentâ mente pervolveret, apparuit ei verus Propheta, qui ſolus * omnium corda & propoſitum novit; & omnia ei quæ deſiderabat aperuit; Divinitatis ſcientiam docuit; mundi originem, finemque pariter indicavit; animæ immortalitatem, ac vivendi inſtituta, quibus Deo placeretur, oſtendit; reſurrecturos quoque mortuos, ac judicium futurum, bonorum remunerationem, malorum pœnas, juſto cuncta moderanda judicio, declaravit; omnibuſque ritè ac ſufficienter edoctis, ad ſedes rurſus * inviſibiles receſſit. Verùm, cùm adhuc Abraham in ignorantia verſaretur, ſicut tibi & antea jam diximus, nati ſunt ei filii duo, quorum unus Iſmaël, alius * [27] Helieſdros appellati ſunt. Ex alio barbaræ gentes, ex alio Perſarum populi deſcendunt. E quibus nonnulli Brachmanorum vnam, & vicina inſtituta ſectati ſunt. Alii apud Arabiam conſederunt: ex quorum poſteris nonnulli etiam in Ægyptum diſperſi ſunt. Inde denique & Iudæorum quidam & Ægyptiorum circumcidi didicêre, ac purioris obſervantiæ eſſe quàm cæteri, licèt proceſſu temporis quamplurimi eorum, ad impietatem * verterent argumentum & indicium caſtitatis.

* S.T.R. *alii*: hominum
Act. 1, 24.
* S.T. inviſibilis
* S.T. Elieſdros. R. Eliheſdrus
Circumciſio apud Gentiles.
* T. *alii* verterint

XXXIV. Verumtamen cùm hos duos filios tempore quo adhuc in ignorantia rerum vixerat, ſuſcepiſſet, Dei agnitione perceptâ, petit ab eo, * qui erat juſtus, ut ex Sara, quæ ei erat conjunx legitima, cùm eſſet ſterilis, habere progeniem mereretur: & accepit: quem & Iſaac nominavit; ex quo natus eſt Jacob: de Jacob autem duodecim Patriarchæ; & ex ipſis duodecim, [28] ſeptuaginta duo. Hi fame exortâ, in Ægyptum veniunt cum omni domo ſua; & [29] intra annos quadringentos benedictione & promiſſione Dei multiplicari, adfligebantur ab Ægyptiis. Cúmque affligerentur, apparuit verus Propheta Moyſi; & Ægyptios quidem reſiſtentes, ne Hebræorum populus exiret ab eis, & rediret ad patriam terram, decem plagis cœleſtibus affecit; populum verò Dei eduxit ex Ægypto. Sed qui ſuperfuerant ex Ægyptiis, conſpirati cum animoſitate regis ſui, inſecuti ſunt Hebræos: quos cùm repeririſſent ſuper littus maris, & interimere omnes ac delere cogitarent, Moyſes oratione ad Deum fuſâ, mare in duas partes diviſit; ita ut aqua dexterâ lævâque quaſi gelu concreta teneretur; & populus quidem Dei tranſiret velut iter aridum, inſequentes vero eos Ægyptii temere ingreſſi necarentur. Ubi enim * ultimus ex Hebræorum populo aſcendit, Ægyptiorum quoque ultimus deſcendit in mare, & continuò aquæ maris, quæ ut gelu conſtrictæ tenebantur, præcepto ejus qui conſtrinxerat, relaxatæ, * pœnâ de impiorum populo receptâ, naturæ ſuæ libertatem ſumpſerunt.

* S R. Carm. P. quia
Gen. 47.
Exod. 3. &c.
* S.T. populus Hebræorum. *Sic & Cand.*
* Cand. Carm pœnas, *& poſteà* libertate.

XXXV. Poſt hæc Moyſes, Dei omnia providentis præcepto, Hebræorum populum eduxit in deſertum, & iter breviſſimum, quod fert de Ægypto ad Judæam, relinquens, [31] per longos eremi plebem * ducit anfractus, ut quadraginta annorum * exercitiis, mala quæ eis, ex Ægyptiorum moribus, uſu longi temporis inoleverant, * innovatione mutatæ conſuetudinis aboleret. Interea venitur ad montem Sina, & inde Lex eis, vocibus & viſionibus cœleſtibus traditur, decem conſcripta præceptis; quorum primum & maximum fuit, ut ipſum ſolum colerent Deum, nec ullam ſibi aliam ſpeciem vel formam ſtatuerent ad colendum. Sed cùm Moyſes aſcendiſſet ad montem, ibique diebus quadraginta moraretur; populus, qui decem plagis percuſſam viderat Ægyptum, & diſruptum mare, ac pedibus * ingreſſum, manna quoque ſibi pro pane cœlitus datum, & ex ſequenti petra poculum miniſtratum; [32] quæ ſpecies cibi per virtutem Dei, in quem quiſque deſideraſſet verteretur ſaporem; cúmque ſub plaga cœli ardentiore * poſiti, ne æſtibus * coquerentur, nube obumbrabantur in die, nocte verò columnâ ignis illuminabantur, ne ad eremi vaſtitatem horror quoque accederet tenebrarum: Cùm, inquam, moraretur Moyſes, [33] ipſi ſecundum ſpeciem Apidis, quem coli in Ægypto viderant, aureum caput vituli facientes, adoraverunt: & poſt tot ac tanta, quæ viderant, mirabilia, veteris conſuetudinis ſordes elimare à ſe, atque abſtergere nequiverunt: & ob hoc * brevi ſpatio iter, quòd ex Ægypto ducit ad Judæam relinquens, immenſo eremi ambitu egit eos Moyſes, ſi fortè poſſit, ut ſuperiùs memoravimus, vetuſtæ conſuetudinis mala novellæ inſtitutionis permutatione diſcutere.

* R. duxit
* T. tempore exercitatus. Cand. exercitum. *Pet.* curriculo exercitu.
* S.T. innovatio. *Sic & Cand. & Carm.*
* S.T. digreſſum. *Sic & Cand. & Carm.*
1. Cor. 10. 4.
* Cand. poſiti eſſent. P. poſiti, in ea æſtibus.
* Carm. quoque urerentur.
Apis.
* S.T.R. brevis ſpatii. *Sic & alii.*

XXXVI. Cùm interim, fidelis & prudens diſpenſator Moyſes, pervidens, populo ex Ægyptiorum conſortio altiùs inoleviſſe vitium Idolis immolandi, nec poſſe de eis radicem mali hujus excidi, immolare quidem eis conceſſit; ſed Deo ſoli hoc fieri permiſit; ut mediam quodammodo par-

Sacrificia Judæorum cur?

---

mis Allatii Notis ad Euſtathium. De inceſto, nihil memini me legere. COT.

26. *Cùm arte eſſet Aſtrologus.*] Conſentanea Beroſus, Eupolemus, Artapanus, Philo, Joſephus, Euſebius, Euſtathius, Cæſarius, Ambroſius, & alii plerique. Ibid.

27. *Helieſdros.*] Exemplar Candelerianum, *Elieſdros.* Carmeliticum, *Helmeſdros.* Petit, *Heliheſdrus.* Puto eſſe idem nomen ac Ἐλιέζερ *Eliezerus.* Damaſcus Eliezer. Geneſ. XV. 2. per quem locum evertitur fabula hæc, a Pſeudo-Clemente ex Apocrypho vetuſtiori, ut videtur, deſumpta. Lege lib. 2. cap. 1. Clementina Homil. 2. n. 1. & Epitomes caput 20. Ibid.

28. *Septuaginta duo.*] Numerus iſte non conſtat. Conſtaret 62. quia 62. cum duodecim Patriarchis & Jacobo faciunt 75. quot ponuntur à LXX. Geneſ. XLVI. 27. & Exod. I. 5. indeque Act. VII. 14. Ibid.

29. *Intra annos quadringentos.*] Geneſeos XV. 13. ubi conſulendi Interpretes. Ibid.

30. *Ubi enim ultimus* &c. Ibid.

31. *Per longos eremi* &c.] Ita lego in Sermone S. Galli Confeſſoris, cap. 5. *Omnes igitur ſequentes veſtigia commeantium, extremo ſuorum baraihrum ingreſſo,* (non ingreſſi) *noviſſimoque plebis Dei ad naturale littus tranſgreſſo, ita ſunt montibus aquarum involuti, ut nullus remaneret qui factum domi reſidentibus referre potuiſſet.* Et cap 6 *Sic eos per deſertum quadraginta annos ad terram promiſſionis circumduxit, donec deſueſcerent Idololatriam, de qua erant educti, & quam ubicumque venirent erant inventuri.* Ibid.

32 *Quæ ſpecies cibi* &c.] Reſpicit ad locum libri Sapientiæ, cap. 16. verſ. 20. 21. Ibid.

33. *Ipſi ſecundùm ſpeciem Apidis, quem coli in Ægypto viderant, aureum caput vituli facientes, adoraverunt.*] Scribit tamen hunc in modum Johannes Damaſcenus III. contra Iconomachos, οὐ γὰρ ἐποίησαν Διὸς εἴδωλον ἢ τοῦδε ἢ τοῦδε. ἀλλ' ὡς ἔτυχε δέδωκαν τὸ χρυσίον ἐπὶ τὸ ποιῆσαι εἴδωλον ὅπερ ἂν τύχῃ. καὶ ἐξῆλθεν ἀνέγλυφος βουκεφαλή. Id eſt, *Non enim fecerunt Jovis, aut hujus illiuſve ſimulacrum, ſed abſque certo conſilio aurum dederunt ut fieret Idolum quodcumque ſors obtuliſſet; atque ita exiit bovini capitis effigies.* Ibid.

34. Pro-

partem vitii altiùs inoliti reſecaret; aliam verò mediam, per * aliud & aliud tempus reſervaret emendandam; per illum ſcilicet, de qon ipſe dixit; [34] *Prophetam vobis ſuſcitabit Dominus Deus * veſter; quem ſicut meipſum audito, ſecundùm omnia quæ dixerit vobis.* * *Quicumque non audierit Prophetam illum, exterminabitur anima ejus de populo ſuo.*

XXXVII. Ad hæc autem, etiam locum ſtatuit, in quo ſolo liceret eis immolare Deo. Hoc autem totum eo * proſpectu * gerebat, ut cum tempus opportunum veniſſet, & didiciſſent per Prophetam, quia Deus miſericordiam vult, & non ſacrificium; * viderent eum qui eos doceret, locum Dei electum eſſe, Sapientiam ejus; in * quo conveniret offerri hoſtias Deo; hunc autem locum, qui ad tempus videbatur electus, incurſionibus hoſtium & excidiis ſæpè vexatum, & ad ultimum quoque audirent penitus excidendum: ad cujus rei fidem etiam ante adventum veri Prophetæ, qui eſſet hoſtias cum loco pariter repudiaturus, ſæpè ab hoſtibus populatus eſt, & igni incenſus; atque in captivitatem populus abductus, in exteras nationes; & exinde cùm ad miſericordiam Dei confugeret, revocatus eſt; ut per hæc * doceretur, quia ſacrificia offerens expellitur, & in manus hoſtium traditur; miſericordiam verò faciens & juſtitiam, ſine ſacrificiis de captivitate liberatur, & in terram patriam * reſtituitur. Sed hoc intelligere paucos admodum accidit. Plures enim etiamſi ſentire hæc & advertere poterant, vulgi tamen * irrationali opinione tenebantur. Paucorum namque eſt recta cum libertate ſententia.

XXXVIII. Igitur Moyſes his adminiſtratis, * Auſen quemdam nomine, præponens populo, qui eos revocaret ad patriam * terram, ipſe ad montem quemdam præcepto Dei viventis aſcendens, illic defunctus eſt: cujus tamen talis fuit mors, ut uſque in hodiernum diem ſepulturam ejus nullus invenerit. Ut ergo populus patrium contigit ſolum, per providentiam Dei, primo ſtatim ingreſſu iniquarum gentium habitatores fugantur; & ipſi hæreditatem paternam * Judices ſorte ſuſcipiunt. Tum deinde per aliquantum temporis Judicibus, non Regibus gubernati, ſtatu tranquilliore durârunt. Ubi verò tyrannos ſibi magis quæſivêre, quàm reges; tunc etiam in loco, qui eis orationis cauſâ fuerat prædeſtinatus, templum pro ambitione regia conſtruxêre: & ſic per ordinem regibus impiis ſibi invicem ſuccedentibus, ad majores impietates etiam populus declinavit.

XXXIX. Ut autem tempus adeſſe cœpit, quo id quod * deeſſet Moyſis inſtitutis, * ut diximus, impleretur, & Propheta quem præcinuerat appareret, qui eos primò per miſericordiam

* S.T. *Cand.* per alium, & ad aliud tempus
Deut. 18. 15.
Act. 3. 22.
* S.T.R. *Cand. Carm.* veſter: ſicut
* *T.R.* Quicumque enim. *Sic & alii.*
Deut. 12. 5.
2. *Paral.* 7. 12.
* *P.* profectu gerebatur.
* R. gerebatur
Oſ. 6. 6.
Mat. 9. 13. & 12. 7.
* *Carm.* audirent.
* S.T. *Cand. Carm.* qua conveniret offerre. *P.* in qua, & offerri
I. Clement. Hom. 3. c. 47.
Mat. 24. 2. & *Luc.* 19. 44.
* *Carm.* doceretur.
* R.P. ſtatuitur
* *Carm.* irrationabilis.
Deut. 31. & 32. & 34.
Joſue.
* *Carm.* Joſuem.
* *Deeſt in R.*
* S.T. *Cand.* judice
1. *Reg.* 8.
* T.R. *Carm.* id quod * *Cand.* deeſſe
* *Deeſt in T. R. Cand. & Carm.* At quo de Moyſis inſtitutis diximus.

Dei moneret ceſſare à ſacrificiis: * & ne fortè putarent, ceſſantibus hoſtiis, remiſſionem ſibi non fieri peccatorum, * Baptiſma eis per aquam ſtatuit; in quo ab omnibus peccatis, invocato ejus nomine, ſolverentur; & de reliquo perfectam vitam ſequentes, in immortalitate durarent; non pecudum ſanguine, ſed Sapientiæ Dei purificatione purgati. Denique * etiam [35] hoc ponitur evidens magni myſterii hujus indicium, ut omnis qui credens Prophetæ huic, qui à Moyſe * prædictus eſt, * baptizaretur in nomine ipſius; ab excidio belli, quod incredulæ genti imminet, ac loco * ipſi, * ſervaretur illæſus: non credentes verò, extorres loco & regno fiant; ut vel inviti intelligant, & obediant voluntati Dei.

XL. His igitur * præordinatis, adeſt qui exſpectabatur, indiciis ſui, quibus fieret manifeſtus, ſigna & prodigia deferens. Sed ne ſic quidem populus credidit, qui ad hæc credenda tot ſæculis eruditus eſt: & non ſolùm non credidit, ſed addidit * infidelitatis blaſphemiam; voracem hominem, & ventri ſervientem, ac Dæmone agi eum, qui ob ſalutem ſuam venerat, dicens: * in tantum nequitia, malorum miniſteriis valet: quòd niſi Sapientia Dei adfuiſſet his, qui diligunt veritatem, omnes pænè ſimul impius error * involverat. Nos ergo primos elegit duodecim ſibi credentes, quos Apoſtolos nominavit. Poſtmodum alios [36] ſeptuaginta duos probatiſſimos diſcipulos, ut vel hoc modo recognitâ imagine Moyſis, crederet multitudo, quia hic eſt quem prædixit Moyſes, venturum Prophetam.

XLI. Sed fortaſſis dicat aliquis, quia imitari numerum cuicumque poſſibile eſt: * at quid de ſignis & virtutibus dicet, quæ iſte faciebat? Etenim Moyſes virtutes & ſanitates fecerat in Ægypto. Is quoque quem ipſe prædixit, ſicut ſeipſum ſurrecturum Prophetam; cùm omnem languorem, & omnem infirmitatem curaret in plebe, virtutes faceret innumeras, vitam evangelizaret æternam; ab impiis actus eſt in crucem: quod tamen factum, virtute ejus converſum eſt in bonum. Denique cùm pateretur, omnis ei compaſſus eſt mundus: nam & ſol obſcuratus eſt, & aſtra turbata ſunt: mare commotum eſt, monteſque diſrupti; & ſepulcra patefacta ſunt: velum templi ſciſſum eſt, velut lamentans excidium loco imminens. Et tamen cùm omnis mundus commotus ſit, ipſi etiam nunc adinquiſitionem tantarum rerum nullatenus commoventur.

XLII. Verùm quoniam neceſſarium erat, ut in locum eorum, qui increduli permanebant, vocarentur Gentes, ut repleretur ille numerus, qui demonſtratus fuerat Abrahæ, mittitur in univerſum mundum ſalutaris regni Dei prædicatio. Pertur-

* *Deeſt in R.*
* *Carm.* unctionem Baptiſmi. *Baptiſmus loco ſacrificiorum.*
* *Deeſt in R.*
* R. *Cand.* prædicatus.
I. Auctorem Operis imperf. in Matt. in Teſt. Vet.
* R *Cand.* baptizatur
* S. T. ipſe. R. illi. *Cand.* ipſe ſervetur.
* R. ſervetur.
* T.R. ita præordinatis. *Sic & alii.*
De Chriſto.
* S. T. R. infidelitatì. *Sic & alii.*
Mat. 12. 19.
Joan 7. 20.
* S.T. *Cand.* atque in. P. non veni niſi ad oves quæ perierant domûs Iſraël
* S. T. R. involverat
Mat. 10.
Luc. 10.
Num. 11.
* T.R. *alii* &
Luc. 13.
Mat. 27.
Gen. 15. & 16.
Act. 13.

---

34. *Prophetam vobis ſuſcitabit* &c.] Rectè membranæ Regiæ, & P. Petiti, quas præ oculis habeo; *Deus veſter ſicut me: ipſum audite ſecundum omnia* &c. In Chronico Raderiano ſeu Alexandrino p. 180. [illegible] Verſiones etiam Syriaca & Arabica agnoſcunt, *de populo ſuo.* COT.

35. *Hoc ponitur evidens magni myſterii hujus indicium*, &c. Si cui iſta ſunt obſcura, legat Euſebium Hiſt. lib. 3. cap. 5. Epiphanium Hæreſi 29. n. 7. Hær. 30. n 2. libro de menſ. & pond. cap. 15. Theodoritum ad Zachariæ XIV. 2. Nicephorum, Cedrenum, Freculfum &c. Ab iis lucem petat. Ibid.

36. *Septuaginta duo.*] Varia lectio Luc. X. 1. 17. apud Græcos & Latinos, LXX. & LXXII. *Verum quoniam* inquit Origenes Homil. 27. in Numeros *non ſolùm illos duodecim elegit Dominus & Salvator noſter, ſed & alios ſeptuaginta duos, idcirco non ſolùm duodecim fontes, ſed & ſeptuaginta duæ arbores ſcribuntur eſſe palmarum.* Et Homil. 7. in Exodum, *Ibi etiam arbores reperiuntur 70. palmarum. Non enim ſoli 12. Apoſtoli fidem Chriſti prædicaverunt, ſed & alii 70. miſſi ad prædicandum verbum Dei referuntur, per quos palmas victoriæ Chriſti mundus agnoſceret.* Sic apud S. Auguſtinum Tom. 3. Auctor Operis de mirabilibus ſacræ Scripturæ lib. 1. cap. 9. confert cum LXXII. Diſcipulis linguas LXXII ortas à LXXII. viris ad ædificationem turris Babylonicæ congregatis, & LXXII. Seniores per Moyſem electos: cùm à Tertulliano IV. adverſus Marcionem 24. Euſebio Demonſtr. Evangel. lib. 3. cap. 2. Euſebio ac Theophane in Catena Græcorum Patrum ad Lucam, Gregorio Nyſſeno de vita Moſis p. 213. Hieronymo Epiſt. 127 n 6. aliiſque recentioribus, in figuram LXX. Diſcipulorum ponantur LXX. Seniores Iſraëlitici, LXX. palmæ ad *Elim*, & LXX. nationes à LXX. poſteris Noæ ducentes originem. Porrò numerus 72. per numerum 70. capitur poteſt, ut dictum fuit ad Hermæ I. 3. non autem 70. per 72. Ibid.

37. *Fin-*

turbantur ob hoc mundani Spiritus, qui libertatem quærentibus ſemper obſiſtunt, & ad deſtruendam Dei ædificationem, errorum machinas quærunt; quibus hi qui ad ſalutis & libertatis gloriam tendunt, obſiſtentes, & agones adversùm eos non minimos deſudantes, fortiores effecti, ad ſalutis coronam veniant, non ſine palma victoriæ.
Mat. 27. 45. Interim cùm paſſus eſſet, & ab hora ſexta uſque
* S.T.R. ad nonam mundum tenebræ preſſiſſent; ſole * re-
alii: reddito ducto, ac rebus in ordinem reſtitutis, etiam ho-
* R. atque ita mines nequam, ad ſe * atque ad mores ſuos, metu ceſſante, regreſſi ſunt. Nam quidam eorum, cum omni cuſtodia ſervantes locum; quem non po-
Mat. 28. 13. tuêre reſurgentem tenere, magum dicebant: alii finxerunt furatum.

XLIII. Verumtamen veritas ubique vincebat. Ad indicium enim, quòd hæc divinâ virtute agerentur, nos qui fueramus pauciſſimi, proceſſu dierum, adſtipulante Deo, multò plures quàm illi efficiebamur: ita ut aliquando pertimeſcerent Sacerdotes, ne fortè per Dei providentiam, ad confuſionem ipſorum, in fidem noſtram univerſus populus conveniret: frequenter mittentes ad nos, rogabant, ut eis de Jeſu diſſerere-
Joh. 12. 34. mus, ſi ipſe eſſet Propheta, quem Moyſes prædixit; qui eſt Chriſtus æternus. De hoc enim ſolo, nobis qui credidimus in Jeſum, adversùm non credentes Judæos, videtur eſſe differentia. Verùm cùm frequenter ſuper hoc rogarent, nos autem opportunum tempus requireremus, ſeptimana jam una ex paſſione Domini complebatur annorum, & Eccleſia Domini in Hieruſalem conſtituta, copioſiſſimè multiplicata creſcebat, per
Jacobus à Chriſto ordinatus Epiſcopus. Jacobum, qui à Domino ordinatus eſt * in Epiſcopum, rectiſſimis diſpenſationibus gubernata.

* S.T.R.P. in ea Epiſcopus. XLIV. Cùm autem nos duodecim Apoſtoli
Pſeudo-Abdias, init. lib. 6. ad diem Paſchæ, cum ingenti multitudine conveniſſemus, ingreſſi Eccleſiam fratrum, unuſquiſque noſtrûm, Jacobo interrogante, quæ à nobis per loca ſingula geſta ſint, audiente populo, breviter exponimus. In quibus Caiphas Pontifex, miſſis ad nos Sacerdotibus, rogat venire ad ſe; ut aut ratione doceamus eum, quia Jeſus, æternus eſt Chriſtus; aut ipſe nos doceat, quia non eſt; quò in utramlibet fidem univerſus populus conveniret: & hoc facere nos frequenter exorat. Nos verò ſæpè diſtulimus, tempus ſemper opportunius requirentes. Et ego Clemens reſpondi
* S.T.R. *alii:* quod & hoc ad hoc; Puto * hoc ipſum quod quæritur, utrùm ipſe ſit Chriſtus, multum proſit [37] ad fi-
dei * rationem: alioqui numquam Pontifex pro * S.T. factionem
hoc tam frequenter rogaret, ut de Chriſto vel diſceret, vel doceret. Et Petrus: Rectè reſpondiſti, ô Clemens. Sicut enim ſine oculis cernere nemo poteſt, nec ſine auribus capere auditum, vel abſque naribus odoratum, neque * ſine lin- * *Carm.* linguâ loqui, neque ſine guſtu guſtatum ſumere.
gus guſtum ſumere, aut abſque manibus aliquid contrectare; ita impoſſibile eſt, abſque vero Propheta, quæ Deo placeant noſcere. Et ego reſpondi; Quòd ipſe ſit verus Propheta Chriſtus, te docente jam didici: ſed quid ſit hoc ipſum, Chriſtus, aut cur ita appelletur, velim diſcere; uti ne vaga mihi ſit & incerta * res tantæ no- * S.T. *Cand. Carm.* rei tantæ notitia R. rei tanta notitia. *Sic & P.*
titiæ.

XLV. Tunc Petrus docere me hoc modo cœpit: Deus cùm feciſſet mundum, tamquam univerſitatis Dominus, [38] ſingulis quibuſque creaturis principes ſtatuit; ipſis quoque arboribus, montibuſque, ac fontibus, & fluminibus, & univerſis, ut diximus, quæ fecerat. Multum enim eſt ire per ſingula. Statuit ergo Angelis Ange- *In omni genere creaturarum ſtatuit Deus principes.*
lum principem, & Spiritibus Spiritum, ſideribus ſidus, Dæmonibus Dæmonem, avibus avem, beſtiis beſtiam, ſerpentem ſerpentibus, piſcem piſcibus, hominibus hominem, qui eſt Chriſtus Jeſus. Chriſtus autem dicitur eximio quodam *Chriſtus quare dicatur.*
religionis * ritu: nam ſicut regum ſunt quædam * S T. cultu
communia nomina, ita ut apud Perſas Arſaces, *Regum communia nomina.*
apud Romanos Cæſar, apud Ægyptios Pharao; ita apud Judæos Chriſtus, communi nomine rex appellatur. Cauſſa autem hujus appellationis hæc eſt: quoniam quidem cùm eſſet Filius Dei, & initium omnium; homo factus eſt: hunc primùm Pater [39] oleo perunxit, quod ex ligno vitæ fuerat ſumptum: ex illo ergo unguento Chriſtus appellatur. Inde denique etiam ipſe ſecundùm prædeſtinationem Patris, pios quoſque, cùm ad regnum ejus pervenerint, velut qui aſperam ſuperaverint viam, pro laborum refectione, ſimili oleo perunget; ut & ipſorum lux luceat, & Spiritu ſancto repleti, immortalitate donentur. Virgulti verò hujus, ex quo ſumptum eſt iſtud unguentum, univerſam naturam tibi ſufficienter expoſuiſſe me memini.

XLVI. Sed & nunc per breviſſimam ſpe- *Exod. 29.*
ciem, de omnibus te in memoriam revocabo. In *Levit. 8.*
præſenti vitâ primus Pontifex Aaron, * chriſma- Pſeudo-Clemens, initio Epiſt. 3.
tis compoſitione perunctus; quod ad imaginem illius, de quo ſuprà diximus, * ſpiritalis unguenti * *Carm.* Chriſmate compoſitionis.
ſa- * *Carm.* Specialis.

37. *Fidei factionem.*] Codicum Sorbonici, Thuani, & Chandeleriani, eſt ποιητικὴν à verbo ποιητικοῦ & ποιητικῶς, quo utuntur Ignatii Interpolator Epiſt. ad Epheſios n. 18. Auctor Conſtitutionum Apoſtol. lib. 5. cap. 6. & Cyrillus Hieroſolymitanus, tum in fine Præfationis ad Catecheſes, tum in principio Catecheſis 14. COT.

38. *Singulis quibuſque creaturis principes ſtatuit, &c.*] Fabulæ. λογ. Cave gerras Ebioniticas. Ibid.

39. *Oleo perunxit, quod ex ligno vitæ fuerat ſumptum, &c.*] Hoc valde pertinent duo loci inſignes in nugis. Alter Origenis tomo 6. contra Celſum p. 302. ex Celſo: ἑξῆς δὲ τοῖς περὶ τοῦ διαγράμματος, ποιεῖ ὡς παρηγγελμένα αὐτῷ τὸ προσαγορεύεσθαι παρὰ τῆς ἐκκλησιαστικῆς σφραγῖδος, ἑαυτὸν νέον καὶ υἱὸν ἀλλοιούμενον τῇ ἀρχαϊκοῦ φωνῆς, ὡς ἐν τῷ πρὸ τὴν σφραγῖδα ἀνεῖσθαι τὸς πατέρα καὶ μητέρα. ὁ δὲ σφραγιζόμενος λέγεται νέος τε καὶ υἱὸς, κεχρῖσθαί τε λευκῷ χρίσματι ἐκ ξύλου ζωῆς. ὅπερ οὐδ' ἐν τοῖς ἀπὸ τῆς αἱρέσεως ἱστορήσαμεν γεγονέναι. &c. Alter Apocryphi libri qui Nicodemi nomen gerit: *Cùm autem hæc audiſſet protoplaſtus Adam pater, quia in Jordane baptizatus eſt Jeſus, exclamavit ad filium ſuum Seth; Enarra filiis tuis Patriarchis & Prophetis omnia quæcumque audiſti à Michaele Archangelo, quando te tranſmiſi ad portas Paradiſi, ut deprecareris Deum, & ungeret caput meum cùm eſſem infirmus. Tunc Seth appropinquans ſanctis Patriarchis & Prophetis, dixit, Ego Seth cùm eſſem orans Dominum ad portas Paradiſi, ecce Angelus Domini Michael apparuit mihi dicens; Ego miſſus ſum ad te à Domino, ego ſum conſtitutus ſuper corpus humanum. Tibi dico Seth, noli in lacrymis Deum orare & deprecari propter oleum miſericordiæ ligni, ut perungat patrem tuum Adam pro dolore capitis ejus, quia nullo modo poteris ex eo accipere, niſi in noviſſimis diebus & temporibus, niſi quando completi fuerint quinque millia & quingenti anni: tunc veniet ſuper terram amantiſſimus Dei filius Chriſtus reſuſcitare corpus humanum Adæ, & conreſuſcitare corpora mortuorum: & ipſe veniens in Jordanis aqua baptizabitur. Et cum egreſſus fuerit de aqua Jordanis, tunc de oleo miſericordiæ ſuæ unget ex eo omnes credentes in ſe, & erit oleum miſericordiæ ſuæ in generationem eorum qui naſcituri ſunt ex aqua & Spiritu ſancto in vitam æternam. Tunc deſcendens in terras amantiſſimus Dei filius Chriſtus Jeſus, introducet patrem noſtrum Adam in Paradiſum ad arborem miſericordiæ.* Catholicè Theodorus Abucara Opuſculo 33. Α. διὰ τί λέγεται Χριστὸς ὁ Χριστός; Β. ὅτι ἔχρισεν αὐτὸν ὁ θεὸς πνεύματι ἁγίῳ. Α. τίς οὖν ὁ χρισθεὶς, ὁ θεὸς λόγος, ἢ ὁ ἄνθρωπος; Β. μὴ γένοιτο λέγειν ὑμᾶς ὅτι ὁ θεὸς λόγος ἐχρίσθη, ἀλλ' ὁ ἄνθρωπος. Α. ἄνθρωπος οὖν ἐστιν ὁ Χριστός. εἰ γὰρ ὁ χρισθεὶς αὐτός ἐστιν ὁ Χριστός, ἄνθρωπος δὲ ὁ χρισθεὶς, καὶ ὅπερ δὲ ἐστιν ὁ θεὸς λόγος παρὰ τὸν ἄνθρωπον καθ' ὑπόστασιν ὁ ἄνθρωπος ἄρα ψιλὸς ἀναφαίνεται ὁ Χριστός. πῶς οὖν ἑαυτοὺς καὶ ἄλλους ἀπατῶντες λέγετε ὅτι ὁ Χριστὸς θεός ἐστι καὶ ἄνθρωπος; Atque hæc deſiderantur in Græcis Editionis Gretſerianæ, addique debent è chartis Codicum Regiorum 2180. 572. in quibus (id quoque dicere liceat) paullò ante laudata verba ſcriptum habetur, εἰπὲ μοι οὖν. ὁ Χριστὸς &c. non ut in lib. impr. εἰπέ μοι, ὁ οὖν Χριστὸς. Ibid.

factum eſt; princeps populi fuit, & tamquam rex primitias & tributum per capita accepit à populo, & judicandi plebem ſorte ſuſceptâ, de mundis immundiſque judicabat. Sed & ſi quis alius ex ipſo unguento perunctus eſt, tamquam virtute inde conceptâ, * etiam ipſe Rex, aut Propheta fiebat, aut Pontifex. Quòd ſi temporalis hæc gratia ab hominibus compoſita, tantum potuit; intellige jam tu, quantum ſit illud unguentum, quod à Deo de virgulto vitæ prolatum eſt, cùm hoc quod ab hominibus factum eſt, tam eximias inter homines conferat dignitates. Quid enim in præſenti ſæculo Propheta glorioſius, Pontifice clarius, Rege ſublimius?

* R. P. jam

XLVII. Et ego ad hæc reſpondi, Memini, Petre, dixiſſe te de primo homine, quia Propheta fuit: quòd autem unctus fuerit, non dixiſti. Si ergo ſine unguento Propheta nullus eſt, quo modo primus homo, cùm non eſſet unctus, fuit Propheta? Tum ſubridens Petrus; Si primus, inquit, homo prophetavit, certum eſt quòd & unctus ſit. Licèt enim unctionem illius ſiluerit ille, qui Legem in paginis condidit; nobis tamen intelligenda hæc evidenter reliquit. Sicut enim, ſi unctum eum dixiſſet, non dubitaretur & Prophetam eum fuiſſe, etiam ſi ſcriptum non eſſet in Lege: ita cùm certum ſit eum Prophetam fuiſſe, ſimiliter certum eſt & quòd unctus ſit, quia ſine unguento prophetare non poterat. Verùm hoc magis dicere te oportuit; * chriſma arte * myropolicâ compoſitum eſt ab Aaron; quo modo primus homo perungi potuit unguento * ante, * compoſitionis artibus nondum repertis? Et ego reſpondi; Non me traducas, Petre; non enim de unguento compoſito & temporali oleo loquor; ſed de illo ſimplici & æterno, quod à Deo factum eſſe docuiſti; ad cujus ſimilitudinem iſtud compoſitum eſſe ab hominibus dicis.

1. Clement. Hom. 3. c. 17 &c. 42. &c. Hom. 8. c. 10.

* S. T. R. alii: ſi chriſma

* S. T. R. alii: myrepſica

* S. T. R alii: arte compoſito

XLVIII. Et Petrus ad hæc, ut videbatur, indignans? Quid putas Clemens, quia omnes omnia ante tempus ſcire poſſumus? Sed, nunc ne à propoſito ſermone recedamus, aliàs tibi, cùm profectus tuus * manifeſtus fuerit, de his apertiùs exponemus. Tunc autem unguento compoſito perunctus Pontifex, vel Propheta, * Dei * altare * ſuccendens, in omni mundo clarus habebatur. Sed poſt Aaron, qui Pontifex fuit, alius ex aquis adſumitur; non Moyſen dico, ſed illum qui in aquis Baptiſmi, Filius à Deo appellatus eſt. Jeſus namque eſt, qui ignem illum quem accendebat Pontifex pro peccatis, reſtinxit per Baptiſmi gratiam: ex quo enim hic apparuit, ceſſavit chriſma, per quod Pontificatus * præbebatur, vel Prophetia, vel Regnum.

* Carm. P. & R. manifeſtior.

* R. Dei ſuccedens. Carm. Dei altari ſuccedens.

Mat. 3. 17.

* T. exprimebatur

XLIX. Hunc igitur * antè * futurum prædixit Moyſes, qui legem Dei hominibus tradidit: ſed & alius ante ipſum, ſicut tibi & antè jam tradidi. Ipſe ergo judicavit eum venturum: primo quidem adventu humilem; ſecundò verò glorioſum. Et * primum quidem jam * impletum eſt; cùm venit & docuit, & judex omnium judicatus eſt, ac peremptus. Secundo verò adventu, judicaturus adveniet: & impios quidem condemnabit, pios verò in conſortium regni, ſocietatémque ſuſcipiet. Fides * verò ſecundi adventûs conſtat ex primo. Prophetæ enim de primo locuti ſunt, & præcipuè Jacob & Moyſes: * nonnulla tamen de ſecundo. Sed magnificentia Prophetiæ in hoc maximè comprobatur, quòd nihil ſecundùm conſequentiam rerum, de futuris dixerunt: alioqui æſtimâſſe potiùs, ſapientes viri, quod rerum conſequentia dictaverat, viderentur.

* T. R. alii: affuturum

* R. primus

* R. impletus

* S. T. R. alii: igitur

* S. T. R. alii: nonnulla tamen etiam de

Fides Prophetiæ unde probetur.

L. Quod autem dico, tale eſt: Chriſtum ſuſcipi à Judæis, ad quos venerat, * & credi ei, qui exſpectabatur ad ſalutem populi, ſecundùm traditiones Patrum, conſequens erat; Gentes verò alienas * ab eo fore, quibus neque promiſſum quidquam de eo, neque adnunciatum fuerat, imò quibus ne nomine quidem ipſo * aliquando innotuerat: & tamen Prophetæ, contra ordinem & conſequentiam rerum, dixêre eum exſpectationem Gentium, & non Judæorum futurum. Ita denique & geſtum eſt. Cùm enim veniſſet; ab his qui eum exſpectare videbantur, ex traditione majorum; omnino agnitus non eſt: hi verò qui nihil de ipſo penitus audierant; & veniſſe credunt, & venturum ſperant: & ita in omnibus Prophetia fidelis apparuit, quæ dixit ipſum eſſe exſpectationem Gentium. Erraverunt ergo Judæi, de primo Domini adventu; & inter nos atque ipſos de hoc eſt * ſolùm diſſidium. Nam quòd venturus ſit Chriſtus, norunt etiam ipſi, & exſpectant: quòd autem jam venerit in humilitate, hic qui dicitur * Jeſus, ignorant. Et * in hoc maximè ejus confirmatur adventus, quòd ei non omnes credunt.

* S. T. ut credere ei Cand. ut credentes ei.

* Cand. ab ea.

* alioquin. Carm.

Gen. 49. 10.

* S. T. R. Cand. Carm. ſolo

* R. Chriſtus

* Carm. Et hoc maximè ejus confirmat.

LI. Hunc ergo Deus deſtinavit in fine mundi; quia impoſſibile erat mortalium mala purgari per alium, integrâ dumtaxat permanente humani generis creaturâ; hoc eſt, ſalvâ arbitrii libertate. Hoc igitur ſtatu incolumi reſervato, invitare venit ad regnum juſtos quoſque, & eos qui placere ſtuduerunt ei; & quibus bona ineffabilia præparavit, & Hieruſalem civitatem cœleſtem, quæ ſuper ſplendorem ſolis fulgebit in habitatione ſanctorum. Injuſtos verò, & impios, & qui pro nihilo habuerunt Deum, commiſſamque ſibi vitam diverſa ad flagitia contulerunt, ac tempus operis juſti, exercitium fecêre malitiæ; competentibus, ipſiſque dignis ultionibus tradet. Cætera verò quæ ibi * gerentur, proferri, & eloqui, neque Angelis, neque hominibus fas eſt: ſed hoc tantùm ſcire nos ſufficit, quòd bonis æternam bonorum poſſeſſionem * conferet Deus.

* Carm. geruntur.

* Carm conferet. P. conferat.

LII. His ab eo dictis, ego reſpondi; Si Chriſti regno fruentur hi, quos juſtos invenerit ejus adventus: ergo qui ante adventum ejus defuncti ſunt, regno penitus carebunt? Tum Petrus: Cogis me, inquit, ò Clemens, aliqua de ineffabilibus publicare. Verumtamen quoadusque proferri licet, facere non pigebit. Chriſtus, qui ab initio, & ſemper erat, per ſingulas quaſque generationes piis, latenter licèt, ſemper tamen aderat; his præcipuè, à quibus exſpectabatur, quibuſque frequenter apparuit: ſed non erat tempus, ut tunc reſolutis corporibus, fieret reſurrectio; ſed hæc magis remuneratio videbatur à Deo, ut qui inveniretur juſtus, diutiùs permaneret in corpore: aut certè, ſicut de quodam juſto evidenter refertur in litteris Legis, quòd tranſtulerit eum Deus; ſimili exemplo etiam cum cæteris geſtum eſt, qui ejus voluntati placuerunt, ut ad Paradiſum tranſlati, * ſerventur ad regnum. Eorum verò qui non ad integrum potuêre explere normam juſtitiæ, ſed aliquas in ſua carne malitiæ reliquias habuêre, corpora quidem * reſolvuntur, animæ verò * ſervantur in bonis lætiſque regionibus; ut in reſurrectione mortuorum, cùm corpora ſua * receperint, ipſa jam reſolutione * purgata; pro his quæ bene geſſerant, æternâ hæreditate potiantur. Et ideo beati ſunt omnes, qui regnum Chriſti fuerint adepti; quia non ſolùm Inferni pœnas effugient, ſed & incorruptibiles permanebunt, & primi Deum Patrem videbunt, atque inter primos apud Deum, honoris ordinem conſequentur.

Ineffabilia.

Gen. 5. 24.

* Carm. everentur.

* T. R. alii: reſolverentur

* T. R. alii: ſervarentur

* R. receperunt

* T. R. purgari

LIII. Propter quod non minima de Chriſto quæſtio habetur; & infideles quique ex Judæis immenſâ adverſùm nos inſaniâ commoventur, verentes ne forſè ipſe ſit, in quem peccaverunt:

&

& eò magis metus increſcit, quòd ſciunt, ſtatim ut eum cruci adfixère, univerſum ei compaſſum eſſe mundum, corpuſque ejus diligenti à ſe cuſtodia conſervatum, noſquam comparuiſſe; atque ad fidem nominis ejus innumeras multitudines convenire. Unde & compulſi ſunt unà cum Pontifice Caipha, ſæpiùs mittere ad nos, ut de nominis ejus veritate quæreretur. Cúmque crebrò depoſcerent, ut de Jeſu aut diſcerent, aut docerent, ſi ipſe eſſet Chriſtus; viſum nobis eſt aſcendere ad templum, & coram omni populo proteſtari de eo, ſimul & arguere Judæos de multis, quæ ab eis abſurdè gerebantur. In multas etenim jam partes populus ſcindebatur, initio ſumpto à Johanne Baptiſta.

Pſeudo-Abdias, lib. 6. init.

LIV. Cùm enim jam immineret ortus Chriſti, ad ſacrificia quidem reprimenda, Baptiſmi verò gratiam largiendam; Inimicus, ex his quæ prædicta fuerant, adeſſe tempus intelligens, [40] diverſa Schiſmata operabatur in populo, ut ſi forte prius peccatum potuiſſet aboleri, ſecunda corrigi culpa non poſſet. Erat ergo primum Schiſma eorum qui dicebantur Sadducæi, initio Johannis jam pæne temporibus ſumpto. Hique,

Schiſmata Judæorum.

Sadducæi.

---

40. *Diverſa Schiſmata operabatur in populo.*] Profecto in re vulgatâ aliquid non omni ex parte vulgatum: Formulam Græcam renunciandi Judaicæ religioni, Hebræorumque ritibus & Sectis; ampliorem illâ quæ habetur Euchologii p. 344. Eam complectitur Codex Regius 1818.

Ἔκθεσις ἀκριβεστάτη [illegible] πῶς δεῖ δέχεσθαι τ̃ ἐξ Ἑβραίων τῇ τ̃ Χριστιανῶν πίστει προσερχομένους.

Ἐξαγγέλλειν αὐτὸν χρὴ [illegible] Ἑβραίων, [illegible] Χριστιανισμὸν [illegible] Ἰουδαϊκῇ θρησκείᾳ [illegible] Θεοῦ [illegible] Χριστῷ [illegible]

Ἔχει δὲ οὕτως.

Ὁ δεῖνα ὁ ἐξ Ἑβραίων [illegible] τῇ πίστει τ̃ Χριστιανῶν [illegible] Χριστοῦ [illegible] τῇ Ἑβραϊκῇ θρησκείᾳ [illegible] Ἰουδαϊκῶν [illegible] Ἰουδαίων αἱρέσεις καὶ τοὺς αἱρεσιάρχους Σαδδουκαίους [illegible] τοὺς ἀγγέλους ἀποβάλλοντας· Φαρισαίους, τοὺς ἀφωρισμένους,

οἱ κατὰ δευτέραν καὶ πέμπτην νηστεύοντες [illegible] Ἠλχασαὶ [illegible] Μαρθοῦς καὶ Μαρθάναν [illegible] Ἡρωδιανοὺς [illegible] Ἡρώδην [illegible] Χριστὸν [illegible] Ἡμεροβαπτιστὰς [illegible] Φαρισαίοις [illegible] Γραμματεῖς [illegible] Μωσέα [illegible] Ἀκιβᾶν [illegible] Ἀσμωναίου [illegible] Χριστιανῶν [illegible] Ἀμὰν [illegible] Χριστιανοὺς [illegible] Ἀρχιραββίτας [illegible] Ἰουδαίων [illegible] Μονοποδάρια [illegible] Ἠλίαν [illegible] Βενιαμίν τε καὶ Ζεβεδαῖον, καὶ Ἀβραμίον, καὶ Συμβάτιον, καὶ τοὺς λοιποὺς [illegible] Ἰουδαίων [illegible] Χριστὸν [illegible] Μεσσίαν [illegible]

ᵃ l. Ἀσμω[illegible]

Forté quòd ſuper uno pede ſaltarent. Vel à menſis monopodiis.

ᵇ l. ἀλειμ[illegible]

Expoſitio accuratiſſima, Quo modo oporteat eum recipere, qui ex Hebræis ad Chriſtianorum fidem accedit.

Oportet ut primò publicet ac proſcribat quodcunque Hebræis pro legitimo, pro conſuetudine & inſtituto eſt: deinde oſtendat velle ſe ex toto corde, ac ſincerà fide Chriſtianiſmum amplecti: & quidem palam in Eccleſia renunciet omni cultui Judaico, & cunctis Legalibus: anathematizet verò poſtea quæ excogitata fuerunt contra voluntatem Dei inſtituta atque mores: ſicque aggreget ſe Chriſto, & fidei juxta illum: ſcilicet ſacerdote priùs verba faciente; ipſo autem per verſuum ordinem reſpondente, aut ipſius, ſi ſit parvulus, ſuſceptore.

Hæc porro ita habent.

Ego ille, qui hodie ex Hebræis accedo ad fidem Chriſtianorum, non per vim aliquam, vel neceſſitatem, timorem, vexationem, aut paupertatem, nec ob debitum, vel crimen mihi intentatum, neque propter mundanum honorem, beneficia quædam, pecunias, aut ces mihi à quoquam promiſſas, non omnino cujuſcunque utilitatis cauſsà, humanive patrocinii, vel ob rixam & contentionem cum quolibet ex hominibus ejuſdem mecum fidei ſuſceptam, ſive quaſi inde volens ſumere ultionem de Chriſtianis tanquam nimiùm Legis æmulator, vel & ab ipſis injuriâ affectus; ſed ut ex toto animo & corde Chriſtum ipſiuſque fidem diligens; renuncio univerſo Hebraico cultui, & circumciſioni, omnibuſque Legalibus, necnon Azymis, Paſchæ, ſacrificio agni, feſto Hebdomadarum, Jubilæo, tubis, propitiationi, Scenopegiis, ac reliquis omnibus Hebræorum feſtivitatibus, item ſacrificiis, precibus, aſperſionibus, purificationibus, expiationibus, jejuniis. Sabbatis, Neomeniiſque, & cibis ac potibus eorum; & abſolutè renuncio omni Judaicorum Legitimorum tum moris tum inſtituto: ad hæc anathematize ſerio & Hæreſes quæ apud Judæos inveniuntur, & ipſos Hæreticos; Sadducæos, qui juſti vocantur, quique Spiritum ſanctum blaſphemant; mortuorum reſurrectionem inficiantur, atque Angelos rejiciunt; Phariſæos, ſegregatos, qui ſecundà & quintà ferià jejunant, virginitatem per definita tempora ſimulant, poſteaque annum ſolvunt continentiam, fatum autem prædicant, & vacant Aſtrologiæ; Naſaræos, refractarios, qui legem à Moſe de ſacrificiis latam non admittunt, ideoque animatis abſtinent, nec alliatenus ſacrificant; Oſſæos, procaciſſimos, qui aliis à Lege Scripturis uſi, & pleroſque Prophetarum rejicientes, magiſtro glorıantur homine, cui nomen Elxai, hoc eſt, virtus abſcondita, atque ex genere ipſius ortas mulieres, Marthunem & Marthanam veluti Deas colunt; Herodianos, qui alienigenam regem Judæorum Herodem, à vermibus exeſum, tamquam Chriſtum celebrant; Hemerobaptiſtas, qui eadem ſentientes cum Phariſæis, præterea docent, neminem ſalvum fieri poſſe, niſi quotidie lavet; Scribas ſeu Legis doctores, qui non contenti juxta Legem vivere, ſed volentes plura facere quàm illa præſcribat, inſtitutiones urceorum, calicum, diſcorum ac reliqua ſupellectilis excogitant, ſimulque manus frequenter lavare, & vaſa abluere, atque omnino multis traditionibus ſuis ad Legem additis, eas appellans Deuteroſes, quaſi ſecundas Dei legiſlationes, & primam quidem falsò referunt ad Moyſem, ſecundam verò ad Rabbi Akibam, tertiam ad Annam, qui & Judas dicitur, quartam autem ad Aſamonei filios, qui etiam Sabbatum in præliis violârunt. Has ergo anathematizans Judaicas omnes Hæreſes, & Hæreſiarchas, itemque Deuteroſes cum Deuterotis, anathematizo cum illis etiam eos qui feſtum vocati Mardochæi celebrant ad primum Sabbatum Chriſtiani jejunii, & utique ligno Amanem clavis affigunt, deinde ei miſcent crucis ſignum, unaque comburunt, ac omnis generis imprecationibus & anathemati Chriſtianos ſubjiciunt. Anathematizo præter veteres, Archirabbitas quoque & novos Judæorum malos doctores, Lazarum, inquam, inventorem nefarii feſti quod apud illos appellatur Monopodaria; item Eliam illi in impietate militantem cedentem, Benjaminum pariter ac Zebedæum, Abramium, Symbatium, reliquoſque. Ad hæc omnia anathema & catathema pronuncia in eum qui à Judæis venturus, ut Chriſtus exſpectatur, Meſſiam ſeu unctum, magis verò Anti-

que, [41] ut cæteris juſtiores, ſegregare ſe cœpêre
Mat. 22.23. à populi cœtu, & mortuorum reſurrectionem negare; idque argumento infidelitatis adſerere; dicentes, non eſſe dignum, ut quaſi ſub mercede propoſitâ colatur Deus. Auctor verò ſententiæ hujus primus Doſitheus, ſecundus Simon fuit.
Samaritæ. Aliud Samaræum Schiſma eſt: & ipſi enim reſurrectionem mortuorum negantes, adſerunt, non in Hieroſolymis, ſed in monte Garizin adorandum eſſe Deum. Qui tamen unum verum Prophetam ex Moyſis vaticinationibus rectè exſpectantes, pravitate Doſithei impediti ſunt, ne hunc quem exſpectabant, crederent eſſe Jeſum. Scribæ quoque & Phariſæi in aliud Schiſma deducuntur: *Scribæ & Phariſæi.* ſed hi baptizati à Johanne, & velut clavem regni *Mat.* 23. cœlorum, verbum veritatis tenentes, ex Moyſis *Luc.* 11. traditione ſuſceptum; occultârunt ab auribus po- *l. Clement. Hom.* 3. *c.* 18. *Homil.* 18. *c.* 15. 16. puli. Sed & [42] ex diſcipulis Johannis, qui videbantur eſſe magni, ſegregârunt ſe à populo, & magiſtrum ſuum veluti Chriſtum prædicârunt. *Quidam Johannis diſcipuli.*

[illegible]

Chriſtum: & renuncians ei, me confero ad verum ſalutemque Chriſtum ac Deum. Credo in Patrem, Filium, & Spiritum ſanctum, ſanctam, conſubſtantialem & individuam Trinitatem. Confiteor incarnationem & ad homines adventum unius è ſancta Trinitate, ſcilicet Filii unigeniti ac Verbi Dei, à Patre ante omnia ſæcula geniti, per quem omnia facta ſunt: eum credo eſſe Meſſiam qui à Lege & Prophetis prædictus fuit; certumque habeo quod jam in terram venerit propter humani generis ſalutem, quòd verè factus ſit homo, nec tamen a propria divinitate exceſſerit, quod idem verè Deus ſit, ac verè homo, abſque confuſione, mutatione & alteratione, in una perſona & duabus naturis, quodque ſponte cuncta paſſus fuerit, & carne crucifixus, divinitate impaſſibili permanente, ſepultus fuerit, ac tertio die reſurrexerit, poſtea in cœlum aſcenderit, venturuſque ſit in gloria, ut judicet vivos & mortuos. Credo ac profiteor, ſanctam virginem Mariam, quæ ſecundùm carnem illum peperit, & poſt partum virgo permanſit, verè ac propriè eſſe Deigenitricem, eamque veneror & honoro tamquam verè matrem Dei incarnati, ideoque dominam & beatam in gratia factam univerſæ creaturæ. Adhuc panem & vinum, quæ apud Chriſtianos myſticè conſecrantur, quemadmodum in divinis ſacris ſumunt, certus ſum, confiteor, credo eſſe revera corpus & ſanguinem Domini Jeſu Chriſti, transformata per divinam illius potentiam intellectualiter & inviſibiliter ſuper omnem naturalem cogitationem, quemadmodum ſolus ipſe novit, ſeque ego horum participem me fore aſſentior, ut verè ac reapſe carnis & ſanguinis illius, & in ſanctitatem animæ & corporis, vitamque æternam, ac regnum cœlorum atque hæreditatem eorum qui ſumunt, ſi in fide perfecta communicem. Sanctum præterea Chriſti Baptiſma, ex puro candidoque animo & corde, fideque ſincerâ accipere flagito, plenè perſuaſus illud verè eſſe illuſtrationem quæ mente percipitur, & regenerationem animæ & corporis. Et verò cultu dignam crucem ejuſdem veri Chriſti Deique noſtri, velut non ampliùs interitûs ac maledicti inſtrumentum, ſed libertatis vitæque perpetuæ, ſignumque victoriæ adverſùs mortem & Diabolum partæ; atque adhuc venerandas imagines tum præſentiæ Dei Verbi ſecundum carnem inter homines, tum puriſſimæ virginis Dei matris quæ ineffabiliter eum genuit, tum divinorum Angelorum, tum denique Sanctorum omnium, recipio, honoro, amplector velut ſymbola & indicia Prototyporum ſeu exemplarium: ipſos autem ſacros Angelos, omneſque Sanctos, non ſolum antiquos Patres cum Prophetis, ſed & Apoſtolos, Martyres, Confeſſores, Doctores, Sanctas, item omnes omnino qui jam ortu Chriſto placuerunt, tamquam illius ſervos, ac fideles famulos honoro, veneror, propter honorem illi debitum. Et ita ex toto anima & corde, veroque propoſito venio ad fidem Chriſtianorum. Quòd ſi per ſimulationem & dolum iſta dico, non autem ex fide totius animi iſtis, & corde Chriſtum qui jam advenit diligente; verùm propter quandam vim, neceſſitatem, metum, damnum, paupertatem, debitum, accuſationem adverſùs me motam, ſæcularem dignitatem, beneficia quædam, pecunias, res a quoquam promiſſas, aut planè cujuſlibet utilitatis ergo, vel humani præſidii, vel diſſidii cauſſa, vel contentionis cum nonnullis fidei meæ hominibus, aut quaſi volens bene ultionem capere de Chriſtianis tamquam videlicet Legis æmulator, ſive & ab ipſis injuriam paſſus, nunc quidem fingo Chriſtianus fieri, poſthac autem negare voluero, iterumque ad Judaicam religionem reverti, vel inventus fuero una cum Judæis manducare, feſta peragere, jejunare, clam cum illis colloqui, Chriſtianamque fidem infamare, aut ad eorum Synagogas & Proſeuchas proficiſci, eaſve inſtaurare, ſeu tueri; & non potiùs prædictos Judæos eorumque actus palàm reprehendo, vanamque illorum fidem improbo; nunc quidem veniant ſuper me omnes diræ quas in Deuteronomio Moſes ſcripſit, item tremor Caini, & lepra Giezi, inſuperque pœnis quas leges civiles decernunt ſim obnoxius; in futuro autem ſæculo ſit mihi Anathema & Catathema, animaque mea collocetur cum Satana & Dæmonibus.

[illegible] COT.

41. *Ut cæteris juſtiores.*] Alluſio ad nomen. Hieronymus ſub finem libri 3. Commentariorum in Matthæum, *Sadducæi autem qui interpretantur juſti, & ipſi vendicabant ſibi quod non erant.* Theophylactus ad Matth. III. 7. de Sadducæis, [illegible] Unde, ac ex ſimilibus Epiphanii, corrigere debemus Suidam. [illegible] Scripſerat, [illegible], à moribus. Remotior eſt emendatio Druſii III. de ſectis Judæorum 4. [illegible] Ibid.

42. *Ex diſcipulis Johannis, &c.*] Vigilius Tapſenſis lib. 1. contra Arium, Sabellium & Photinum cap. 20. *Et quia multi dogmatum novorum auctores extiterant, doctrinæ obviantes Apoſtolicæ, omneſque ſectatores ſuos diſcipulos nominabant, nec erat ulla nominis diſcretio inter veros falſoſque diſcipulos, ſive*

qui

runt. Hæc autem omnia præparata ſunt Schiſmata, ut & fides Chriſti per hæc impediretur, & Baptiſma.

LV. Verùmtamen, ut dicere cœperamus, cùm frequenter nos Pontifex per Sacerdotes rogâſſet, ut de Jeſu ſermo nobis haberetur ad alterutrum; ubi opportunum viſum eſt, & omni Eccleſiæ placuit, aſcendimus ad templum; & ſtantes in gradibus unà cum fidelibus fratribus noſtris; facto populi ſummo ſilentio, prior Pontifex cœpit adhortari populum, ut patienter & cum quiete audiant, ſimulque eorum quæ dicenda ſunt, teſtes & judices fiant. Tum deinde, cum multis laudibus * efferent ſacrificiorum rituum, qui ad remiſſionem peccatorum humano generi divinitus eſſet indultus, cauſſabatur Jeſu * noſtri Baptiſma, velut contra hæc nuper * inductum. Sed * propoſitionibus occurrens Matthæus, evidenter oſtendit, quòd ſi quis Jeſu Baptiſma non fuerit conſecutus, is non ſolùm cœlorum regno fraudabitur, verùm & in reſurrectione mortuorum non abſque periculo erit, etiam ſi bonæ vitæ, & rectæ mentis prærogativâ muniatur. Hæc & his ſimilia proſecutus, ſiluit Matthæus.

Pſeudo-Abd. init. lib. 6.
* S T. R. *alii*: efferens
* S. T. Chriſti.
* R. P. indictum
* T. R. pro perſecutionibus ejus *Alii*: proſequutionibus ejus.

LVI. Sed Sadducæorum pars, quæ * negaret reſurrectionem mortuorum, indignata eſt: ita ut quidam ex ipſis de medio populi exclamaret, dicens, multùm errare eos, qui putant mortuos aliquando reſurgere. Contra hunc Andreas meus frater reſpondens, docuit errorem non eſſe, ſed certiſſimam fidem, quòd mortui reſurgant, ſecundùm ea, quæ docuit is, quem Moyſes prædixit venturum Prophetam: aut ſi non * videtur eis ipſe eſſe, quem prædixit Moyſes, de hoc, inquit, primò requiratur; ut cùm evidenter ipſe fuerit probatus, nihil de reliquo ſuper his quæ docuit ambigatur. Hæc autem, & his ſimilia plura proteſtatus, ſiluit Andreas.

Sadducæi.
* T. R. negare eſſe
* *Carm. P.* & *R.* videretur.

LVII. Samaræus verò quidam, contraria populo * & * Deo loquens, & neque mortuos adſerens reſurrecturos, neque eum, qui eſt in Hieroſalem, cultum Dei tenendum, ſed montem Garizin venerandum; addidit etiam contra nos hæc, quòd Jeſus noſter non eſſet ipſe, quem Moyſes Prophetam venturum eſſe prædixerit. Adverſùm hunc, & * alium qui cum ipſo hæc eadem * proſequebatur, Zebedæi filii, Jacobus, & Johannes vehementer obniſi ſunt: & quamvis haberent mandatum, ne ingrederentur civitates eorum, neque verbum eis prædicationis inferrent; tamen ne ſermo eorum, ſi confutatus non eſſet, aliorum læderet fidem, ita prudenter & fortiter reſponderunt, ut perpetuum eis ſilentium darent. Nam Jacobus de reſurrectione mortuorum cum totius populi favore peroravit: Johannes verò oſtendit, quia ſi ceſſarent ab errore montis Garizin, conſequenter agnoſcerent ipſum eſſe Jeſum, qui, ſecundùm * Prophetam Moyſen, exſpectatur eſſe venturus: quoniam quidem ſigna & prodigia, ut fecit Moyſes, ita fecit etiam Jeſus, & dubium non eſt, quin ſimilitudo ſignorum ipſum eſſe teſtetur, quem, ſicut ſe, dixit eſſe venturum. Hæc & alia plura his ſimilia proteſtati, ſiluère.

Samaræus.
* T. Cand. dolo
* T. Cand. alios
* T. Cand. proſequebantur
Mat. 10. 5.
* T. R. Prophetam Moyſes exſpectabatur venturus. P. *habet etiam*: exſpectabatur.

LVIII. Et ecce quidam de Scribis, de medio populi adclamans, ait; Jeſus veſter ſigna & prodigia quæ fecit, ut magus, non ut propheta fecit. Huic Philippus vehementer occurrit; oſtendens, quia hac ratione accuſaret etiam Moyſen. Cùm enim Moyſes ſigna & prodigia in Ægypto fecerit; ſimiliter autem & Jeſus in Judæa; dubitari non poſſit, quin quod de Jeſu diceretur, hoc etiam de Moyſe dici videretur. Hæc & his ſimilia plura proteſtatus, ſiluit Philippus.

LIX. Phariſæus autem quidam audiens hæc, inſimulabat Philippum, quòd Moyſen æqualem diceret Jeſu. Cui Bartholomæus reſpondens, conſtanter edocuit; quia non dicimus Jeſum ſolùm æqualem Moyſi, ſed majorem: quia Moyſes quidem propheta fuit, quod fuit & Jeſus; quod autem fuit Jeſus, Moyſes non fuit, * Chriſtus: & ideo major ille ſine dubio, qui & propheta & Chriſtus eſt, quàm ille qui ſolùm propheta eſt. Hæc & his ſimilia plura proſecutus, ſiluit. Poſt hunc Jacobus Alphæi, ſermonem fecit ad populum, quo oſtenderet, * non ideo credendum eſſe Jeſu, quia de eo Prophetæ prædixerint; ſed ideo magis credendum eſſe Prophetis, quòd verè Prophetæ ſint, quia eis Chriſtus teſtimonium reddat. Nam præſentia & adventus Chriſti, illos verè Prophetas fuiſſe deſignat. * Decebat enim non ab inferioribus majori, ſed à majore inferioribus, fidei teſtimonium dari. Hæc & multa his ſimilia proſecutus, etiam Jacobus ſiluit. Poſt hunc * Lebbæus populum cœpit vehementer arguere, quòd non crederent Jeſu, qui eis tantum profuerit, docendo quæ Dei ſunt, ſolando afflictos, medendo infirmis, pauperes conſolando; ſed pro his omnibus bonis, odia mortemque reddiderint. Hæc & his ſimilia plura cùm eſſet populo proteſtatus, ſiluit.

* T. R. P. hoc eſt, Chriſtus. *Carm.* id eſt C.
* Cand. non ſolùm credendum eſſe Jeſum.
* R. Cand. P. dicebat
Mat. 10. 3. *in Græco.*
* *Carm.* Lebbæus, hoc eſt, Thaddæus, qui & Judas Jacobi. *Gloſſema.*

LX. Et ecce unus ex diſcipulis Johannis adfirmabat, Chriſtum Johannem fuiſſe, & non Jeſum: in tantum, inquit, ut & ipſe Jeſus omnibus hominibus & Prophetis majorem eſſe pronunciaverit Johannem. Si ergo, inquit, major eſt omnibus, ſine dubio & Moyſe & ipſo Jeſu major habendus eſt. Quòd ſi omnium major eſt, ipſe eſt Chriſtus. Ad hæc Cananæus Simon reſpondens, adſeruit Johannem majorem quidem fuiſſe omnibus Prophetis, & omnibus qui ſunt filii mulierum; non tamen majorem eſſe filio hominis: & ideo * Jeſus quidem, & Chriſtus eſt; Johannes verò, ſolùm * Propheta; & [43] tantum intereſt inter ipſum & Jeſum, quantum inter præcurſorem, & eum * cui præcurritur; & quantum inter eum qui legem dat, & eum qui legem ſervat. Hæc autem & his ſimilia proſecutus, ſiluit etiam Cananæus. Poſt quem * [44] Barnabas, qui & Matthias, qui in locum Judæ ſubrogatus eſt Apoſtolus, monere po-

De Johanne Baptiſta.
Mat. 11. 9, 11.
* *Carm.* Jeſus quidem, & Propheta & Chriſtus eſt.
* P. R. Propheta eſt.
* *Carm. P. R.* qui
* R. Barſabas

qui Chriſti, ſive qui Doſithei, ſive Theuda, ſive Juda cujuſdam, ſive etiam Johannis ſectatores, qui ſe quaſi Chriſto (ita membranæ Regiæ n. 358. & Editio Caſſandri) *credere fatebantur; noluerunt ut uno diſcipulorum nomine cenſerentur.* COT.

43. *Tantum intereſt inter ipſum & Jeſum.*] Refert Chriſtophorus Sandius in Tractatu de veteribus Scriptoribus Eccleſiaſticis, ſubjungi in MS. Bodleiano, *quantum inter ſtellas & ſolem.* Quæ abſunt à libris editis, & à noſtris Codicibus: rectè. Ibid.

44. *Barnabas, qui & Matthias.*] Cod. R. & P. *Barſabas.* in Carm. *Barſabbas.* in Sorb. autem, *Barnabas cum ſa ſu-pra ſe.* Certè vicinitas nominum Barnabæ & Barſabæ, fraudi ſæpe fuit indiligentioribus librorum exſcriptoribus. Immò arbitrantur apud Bedam nonnulli, Pauli collegam de quo Act. IV. 36. eſſe eum qui cum Matthia ad Apoſtolatûs ſortem eſt ſtatutus, Act. I. 23. confundentes Barnabam cum Barſaba, eò magis, opinor, quòd uterque diceretur Joſes ſeu Joſeph: illamque ſententiam rejicit quoque S. Chryſoſtomus. At Matthiæ datum fuiſſe nomen Barnabæ aut Barſabæ, hoc dumtaxat in loco, ſi bene memini, refertur: quemadmodum de Thoma dictum etiam Juda, unicum fortè exſtat impreſſum teſtimonium, apud Euſebium Hiſt. Eccl. lib. 1. cap. ult. Cui addo hæc ex Apoſtoli

Tho-

populum cœpit, ne odio haberent Jeſum, neque blaſphemarent eum. Multò enim eſſe rectius, etiam ignoranti, vel dubitanti de Jeſu, amare eum quàm odiſſe. Caritati enim Deus præmium poſuit, odiis pœnam. Hoc ipſum enim, inquit, quòd Judaicum corpus adſumpſit, & inter Judæos natus eſt, quo modo non omnibus * vobis incentive ſui amoris incuſſit? Hæc & his ſimilia cùm peroràſſet, dicendi finem fecit.

* R. P. nobis

LXI. Tunc Caiphas doctrinam Jeſu culpare tentabat, dicens eum res vanas locutum: beatos enim pauperes dixit; & terrenas fore remunerationes promiſit, ac ſummam muneris in terrenâ hæreditate conſtituit, cibiſque ac * potu eos qui juſtitiam ſervàrint, promiſit eſſe ſaturandos; & his ſimilia multa docuiſſe deprehenditur. Cui Thomas reſpondens, arguit eum fruſtra cauſſantem; oſtendens, quia Prophetæ magis, quibus etiam ipſe credit, * iſta docuerint; nec tamen quo modo erunt hæc, aut quo modo percipientur, oſtenderint; Jeſus verò qualiter accipi hæc debeant, demonſtraverit. Et cùm hæc atque his ſimilia plura dixiſſet, ſiluit etiam Thomas.

Mat. 5. *Luc.* 10.
* T. potibus
* R. P. ita

LXII. Poſt hæc rurſum Caiphas me intuens; & nunc ut monens, nunc verò ut culpans, dicebat, ceſſare me debere de reliquo à prædicatione Chriſti Jeſu, ne in * perditionem mei hoc agerem, néve ipſe errore deceptus, alios quoque meo errore deciperem. Tum præterea arguebat me temeritatis, quod cùm eſſem ipſe imperitus, piſcator, & ruſticus, officium ſubire doctoris auderem. Hæc & alia plura his ſimilia dicenti, ego quoque in hæc verba reſpondi; Mihi quidem minus eſſe periculi, ſi, ut ipſe ait, iſte non ſit Chriſtus, quia doctorem legis receperim; ipſi verò ingens eſſe diſcrimen, ſi hic ipſe ſit Chriſtus, ſicut & certè eſt. Ego enim credo huic, qui apparuit: ipſe autem, cui alii fidem ſervare ſe credit, qui nullus apparuit? Si verò & idiota, ut ais, & imperitus, ac piſcator, & ruſticus, ſuper Presbyteros ſapientes intelligam: hoc tibi, inquam, magis metum debet incutere. Nam ſi ex eruditione aliquâ diſputans, obtinerem vos ſapientes & eruditos; videretur utique, * doctrinam hoc mihi longi temporis, & non divinæ virtutis * gratiam contuliſſe: nunc autem, cùm, ut dixi, nos imperiti, vos ſapientes convincimus & ſuperamus; cui ſenſum habenti non palàm eſt, quia hoc non humanæ argutiæ opus eſt, ſed divinæ * voluntatis & muneris?

* S. T. R. *alii*: perniciem
* R. Carm. P. doctrina. S. T. doctrina hoc magis longi. *Sic & Cand.*
* S. T. R gratia. *Sic & alii.*
* T. majeſtatis

LXIII. Hæc igitur, & alia hujuſmodi proſequentes, conſequenter proteſtati ſumus, ac docuimus, nos imperiti & piſcatores, Sacerdotes quidem, de uno ſolo Deo cœli; Sadducæos, de reſurrectione mortuorum; Samaritas, de conſecratione Hieruſalem, non tamen ingreſſi civitatem ipſorum, ſed publicè diſputantes; Scribas verò & Phariſæos, de regno cœlorum; Diſcipulos Johannis, ne ſcandalum paterentur in Johanne; omnem verò populum, quia Jeſus eſt Chriſtus æternus. Ad ultimum autem monui eos, ut priùs quàm progrederemur ad Gentes, prædicare eis agnitionem Dei Patris, ipſi reconciliarentur Deo, ſuſcipientes Filium ejus: aliter enim nullo modo eos oſtendi poſſe ſalvari, niſi per ſancti Spiritûs gratiam, trinæ invocationis dilui Baptiſmate properarent, & Eucbariſtiam Chriſti Domini ſumerent, cui ſoli, de his quæ docuit, credere deberent, ut ſic æternam ſalutem conſequi mererentur; aliter verò impoſſibile prorſus eſſe reconciliari eos Deo, etiam ſi mille ei aras, & altaria mille ſuccendant.

Pſeudo-Abdias, lib. 6. init.
Baptiſma.
Eucharistia.

LXIV. Nos enim, inquam, pro certo comperimus, quòd ſuper ſacrificiis quæ offertis, multò magis exaſperatur Deus, ſacrificiorum tempore * etiam nunc expleto; & quia vos non vultis agnoſcere, emenſum eſſe jam tempus hoſtias offerendi; ob hoc [45] deſtruetur * & templum, & abominatio deſolationis ſtatuetur in loco ſancto; & tunc Gentibus Evangelium prædicabitur ad teſtimonium veſtri, ut ex illorum fide veſtra infidelitas judicetur. Omnis etenim mundus diverſis temporibus, diverſas * malitiæ ægritudines patitur, vel per omnes generaliter, vel per ſingulos quoſque ſpecialiter: & ideo indiget medico, qui eum viſitet ad ſalutem. Nos ergo proteſtamur vobis, & quod unumquemque veſtrum latuit, nunciamus. Veſtrum eſt deliberare, quid expediat vobis.

* S. T. Cand. dumtaxat impleto. R. P. dumtaxat expleto
Dan. 9.
Mat. 24.
l. ſ. cap. 39.
* T. Jeruſalem &
* *Deeſt in R.*

LXV. His à me dictis, * ingemuit omnis multitudo Sacerdotum, quòd eis de templi ſubverſione prædixerim. Quod cùm vidiſſet Gamaliel princeps populi, (qui latenter frater noſter erat in fide, [46] ſed conſilio noſtro inter eos erat) quia valde fremerent, & ingenti adverſùm nos furore moverentur, adſurgens, ait; Quieſcite pauliſper, ô viri Iſraëlitæ: non enim advertitis tentationem, quæ imminet * vobis: propter quod deſinite ab hominibus iſtis: & ſi quidem humani conſilii eſt quod agunt, citò ceſſabit; ſi autem à Deo eſt, cur ſine cauſsâ peccatis, nec proficitis quidquam? Dei enim voluntatem quis poteſt ſuperare? Nunc ergo, quoniam quidem in veſperam * jam vertitur dies, in craſtino, hoc ipſo in loco, audientibus vobis, ego ipſe cum iſtis diſputabo, ut omnem errorem palàm arguam, dilucidéque confutem. Et his dictis, repreſſus eſt eorum aliquatenus furor; eà præcipuè ſpe, quòd die craſtino erroris nos publicè arguendos ſperarent: & ſic cum pace populum dimiſit.

* *Carm.* infremuit.
Gamaliel.
l. Bedam, in Teſt. Vet.
* R. Cand. nobis
Act. 5. 38.
* S. T. vergitur dies. *Sic & Cand. Carm.*

LXVI. Nos verò cùm veniſſemus ad Jacobum * noſtrum, omnia quæ dicta geſtaque fuerant, exponentes, apud eum cibo ſumpto manſimus; omnipotenti Deo per totam noctem ſupplicantes, ut futuræ diſputationis ſermo indubitatam fidei noſtræ oſtenderet veritatem. Igitur poſterâ die Jacobus Epiſcopus nobiſcum ſimul, & cum omni Eccleſia, aſcendit ad templum; ubi ingentem reperimus multitudinem, à medio noctis

* R. noſtrum fratrem

Thomæ Periodis ἀνεκδότοις. Cod. Reg. 2394. ἔλαχεν Ἰνδίαν Ἰούδας Θωμᾶς ὁ καὶ Δίδυμος. & paullo poſt, Ἰούδαν [illegible]. moxque, Ἰούδας ὁ καὶ Θωμᾶς. De Jacobo autem & Thaddæo complectitur hæc velut S. Epiphanii Codex Regius 1026 [illegible] Θαδδαῖος [illegible] Ἰούδας Ἰακώβου &c. Et de Juda Jacobo in Manuelis Comneni Novella de feriis, quam edidit integram Carolus Labbæus, quæque ex parte legitur in Jure Orientali, in Jure Græco-Romano, poſt Synopſim Baſilicorum, ac in Balſamonis Scholiis ad Photiani Nomocanonis titulum 7 [illegible] Ἰούδαν τὸν καὶ Θαδδαῖον, καὶ Λεβαῖον aut Λεββαῖον, καὶ Ἰακώβου. quamquam Ἰακώβου forſan ſcribi debeat, *Judam Jacobi*. Denique de Thaddæo Barſaba, Chronici Alexandr. p. 504. Θαδδαῖος ὁ καὶ Λεββαῖος ὁ ἐπικληθεὶς Βαρσαβᾶς. Quid ſi ſcriptum à ſubdititio Clemente, ὁ Βαρσαβᾶ, *ille Barſaba*; eodem ſenſu quo de Juſto Act. I. 23. in Chryſoſtomo, ὁ μετὰ Ματθίου, *qui cum Matthia*: Rufinus verò legerit aut legendum putaverit, ὁ Βαρσαβᾶς. *Barſabas*? COT.

45. *Deſtruetur & templum.*] Similes prædictiones complectebatur alius liber Apocryphus, ſcriptus de prædicatione Petri & Pauli in urbe Roma. Auctor Lactantius lib. 4. cap. 21. Ibid.

46. *Sed conſilio noſtro inter eos erat.*] Vulpinum hoc conſilium, Apoſtolis indignum eſt. Decepit tamen Bedam Pſeudo-Clemens Rufini. At non ego credulus illis. Ibid.

47. Ja-

ctis exſpectantem nos. Stetimus ergo in locis, quibus & priùs; ut eminentiùs ſtantes, ab univerſo populo cerneremur. Cúmque eſſet ſummum ſilentium factum, Gamaliel, qui, ut ſuprà diximus, noſtræ fidei erat, diſpenſatione verò manebat inter ipſos, ut ſi quando iniquum aliquid adversùm nos, aut impium molirentur, vel ipſos conſilio reprimeret prudenter aptato, vel nos commoneret, ut aut curare, aut declinare poſſemus: is ergo tamquam adversùm nos agens, prior omnium Epiſcopum Jacobum intuens, hoc modo allocutus eſt.

Pſeudo-Clemens, ſub init. Epiſt. 5.

LXVII. Si ego Gamaliel neque eruditionis meæ, neque ſenectutis opprobrium duco, diſcere aliquid à parvulis & ab imperitis; ſi quid fortè eſt utilitatis aut ſalutis acquirere; (Qui enim rationabiliter vivit, ſcit quia nihil eſt animâ precioſius) quo modo non omnibus hoc amabile eſt, cunctiſque exoptatum, ut quæ ignorat, diſcat, quæ didicerit, doceat? Certiſſimum namque eſt, quòd neque amicitia, neque propinquitas generis, neque regni ſublimitas, homini debet eſſe precioſior veritate. Et vos ergo, fratres, ſi quid ampliùs nôſtis, populo Dei, * qui adeſt, itemque fratribus veſtris proferre non pigeat, omni populo libenter & totâ cum quiete, quæ dicitis audiente. Quo modo enim non hoc faciat populus, cùm meipſum videat ſecum pariter velle à vobis diſcere, ſi quid fortè ampliùs vobis revelavit Deus? Si verò vos in aliquo indigetis, ſimiliter etiam vos à nobis non pigeat doceri; ut erga utramque partem, ſi quid deeſt, adimpleat Deus. Quòd ſi aliquis vos fortè nunc ſollicitat metus, propter nonnullos noſtrorum, qui præjudicatis adversùm vos animis utuntur; & inſidias eorum verentes, non audetis apertè dicere id quod ſentitis; apertiùs ego, ut vos etiam hujus occaſione timoris abſolvam, juro vobis omnipotentem Deum, & viventem in ſæcula, quia nullum permittam injicere vobis manus. Habentes ergo hujus juramenti mei omnem hunc populum teſtem, & idoneum pignus, ſacramenti noſtri fœdus tenentes, abſque ulla cunctatione unuſquiſque veſtrûm, quod didicit proferat; & nos fratres, intentè, & cum ſilentio audiamus.

Nihil animâ ac veritate pretioſius.

* S. T. R. alii: id eſt fratribus

LXVIII. Hæc dicens Gamaliel, non valde placebat Caiphæ; &, ut videbatur, ſuſpectum habens eum, ipſe magis inſerere ſe ſubtiliter diſputationibus cœpit: ſubridens enim ad ea quæ Gamaliel dixerat, * [47] Jacobum * Epiſcoporum principem, Sacerdotum princeps orabat, ut de Chriſto non aliunde ſermo, quàm de Scripturis fieret: ut ſciamus, inquit, utrùm Jeſus, ipſe ipſe ſit Chriſtus, an non. Tunc Jacobus; Primò, inquit, requiramus, ex quibus Scripturis potiſſimùm diſputationem habere oporteat. At ille, vix aliquando ratione ipsâ ſuperatus, reſpondit; ex Lege habendam: & poſt hoc etiam Prophetarum addidit mentionem.

* R. Jacobum noſtrum
* S. T. Epiſcopum

LXIX. Cui Jacobus noſter cœpit oſtendere, quia & Prophetæ quæ dicunt, ex Lege ſumpſerunt, & Legi conſona ſint locuti. Sed & de libris Regnorum diſſeruit aliqua, quo modo, & quando, & à quo ſcripti ſint, & quo modo eis uti oporteat. Cúmque & de Lege pleniſſimè diſputâſſet, ac ſingula quæ de Chriſto ſunt, * puriſſimâ expoſitione protuliſſet in lucem; oſtendit abundantiſſimis probationibus, quia Jeſus eſt Chriſtus, & in ipſo univerſa quæ de humili ejus adventu fuerant prædicta, complentur. Duos enim ejus prædictos eſſe docuit adventus: unum humilitatis, quem adimplevit; alium gloriæ, qui ſperatur implendus, cùm veniet dare regnum credentibus in ſe, & ſervantibus omnia quæ præcepit. Cúmque de his omnibus evidenter populum docuiſſet, addebat etiam hoc; quia niſi quis baptizatus * fuerit in aqua, ſub appellatione trinæ beatitudinis; ſicut docuit verus Propheta; neque remiſſionem acciperet peccatorum, neque introiret in * regna cœlorum: & hanc eſſe Dei ingeniti præfinitionem confirmavit. Quibus etiam hæc addidit: Nolite putare * duos ingenitos dicere Deos; aut [48] unum diviſum eſſe in duos; vel [49] ſicut impii dicunt, eumdem maſculum & feminam ſui effectum: ſed Filium Dei unigenitum dicimus, non ex alio initio, ſed ex ipſo ineffabiliter natum. [50] Similiter etiam de Paracleto dicimus. Sed & de Baptiſmate, cùm aliquanta dixiſſet, per ſeptem continuos dies perſuaſit omni populo & Pontifici, ut confeſtim ad percipiendum Baptiſmum feſtinarent.

Libri Regum.

Epiſt. c. 17.
* S. T. pluriſſima. *Sic & Cand.*

Duo Chriſti adventus.

Joh. 3.
Mat. 28.
* S. T. R. *Carm. P.* fuiſſet. *Cand.* eſſet.
* T R *Cand.* regno. *P.* regnum.
Unitas Dei. Trinitas.
* S. T. R. nos duos. *Sic & alii.*

Pſeudo-Abdias ſub init. lib. 6.

LXX. [51] Cúmque in eo jam res * eſſet, ut venirent & baptizarentur; homo quidam inimicus, tunc cum paucis admodum ingrediens templum, clamare cœpit & dicere; Quid facitis, ô viri Iſraëlitæ? cur vobis tam facilè ſubripitur? cur præcipites ducimini ab hominibus infeliciſſimis, & * à Simone mago deceptis? Cúmque hæc diceret, & ad hæc * adderet, ac ſuperaretur ab Epiſcopo Jacobo; conturbare populum, & ſeditiones ſuſcitare cœpit, uti ne ea quæ dicebantur plebs poſſet audire. Igitur exagitare cuncta clamoribus, & quæ fuerant multo labore ordinata convellere, ſimulque incuſare Sacerdotes, &

* R. eſſent
Confer cum Pſeudo-Abdia.

* S. T. R. alii: à Mago
* S. T. *Carm.* audiret. *Cand.* audiretur.

---

47. *Jacobum Epiſcoporum principem.*] Candelerianus etiam Codex, *Jacobum Epiſcopum.* Petri Petiti, *Jacobum noſtrum principem.* Infrà cap. penult. *Jacobus Archiepiſcopus.* In Concilio Epheſino parte 1. c. 30. Ἰακώβου ἀποστόλου καὶ ἀρχιε[illegible] [illegible]. Apud Photium Biblioth. Lib. 275. Heſychius Presbyter Jeroſolymitanus, [illegible] Ἱεροσ[illegible], [illegible]. In Scholio Regii Codicis 705. quod poſui initio Notarum in Barnabam, [illegible] [illegible]. Unde à Nicephoro C.P. Catalogus Patriarcharum Jeroſolymitanorum texitur ante Catalogos reliquorum Patriarcharum. Rufinus Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ Euſebii à ſe verſæ l. 2. c. 1. *Apoſtolorum Epiſcopum.* Denique Nicolaus Methonenſis de Euchariſtia, [illegible] [illegible]. Hæc in laudem Jacobi. Sedis vero Jeroſolymitanæ illuſtre præconium ſuppeditat Epiſtola Juſtini Imperatoris ad Hormiſdam Papam, quæ ſubſequitur ejuſdem Pontificis ſeptuageſimam quartam, hiſce verbis; *Ad colligendas & adunandas ubique venerabiles Eccleſias, & Hieroſolymitanam præcipuè: cui tamen* (l. *tantum* ex vet. Edit.) *omnes favorem impendunt, quaſi matri Chriſtiani nominis, ut nemo audeat ab ea ſeſe diſcernere.* Vide ſis principium Epiſtolæ Clementis ad Jacobum, & Epitomes. COT.

48. *Aut unum diviſum eſſe in duos.*] Gregorius Nazianzenus Orat. 25. p. 441. [illegible] [illegible], [illegible]. quem locum perturbatè excuderunt; [illegible] correctionem & [illegible] vitium ſcripturæ, ſimul in textum admittentes. Ibid.

49. *Vel ſicut impii dicunt, eumdem maſculum & feminam ſui effectum.*] Adverſus Gnoſticæ Hæreſis conſectaneos, hac etiam in parte ſequaces Philoſophorum fabularumque Ethnicarum. Ibid.

50. *Similiter etiam de Paracleto dicimus*] Si Paracletum natum vult dicere, [illegible] & impropriè loquitur. *Tum deinde honore ac dignitate Patri ac Filio ſociatum tradiderunt Spiritum ſanctum. In hoc non jam manifeſtè diſcernitur, utrum natus ſit an innatus.* Verba ſunt Origenis, in proœmio librorum de principiis. Dionyſius de divinis nominibus cap. 2. [illegible], [illegible]. Sic Nonnus Paraphraſi in Johannem cap. 14. verſ. 63. [illegible]. [illegible] appellat. & quemadmodum cap. 2. verſ. 64. ſcripſerat, [illegible], ita cap. 3. verſ. 35. canit, [illegible]. In Methodii Sympoſio Orat. 10. ſub finem; [illegible]. Ibid.

51. *Cumque in eo jam res eſſet.*] MS. Carmel. *eſſet Saulus.* ubi *Saulus* nota eſt marginalis, ſumpta aut è re ipsâ, aut ex

& opprobriis atque increpationibus cœpit accendere, & velut furibundus ſingulos quoſque ad cædem concitare; dicens; Quid agitis? Quid ceſſatis? O ſegnes & deſides: cur non manibus noſtris invadimus, & diſcerpimus omnes hos? Et cùm hæc dixiſſet, primus rapto ex ara * torre robuſto, cædis fecit exordium. Tunc deinde & cæteri videntes eum, ſimili * efferebantur inſaniâ: fit omnium clamor, cædentium pariter & cæſorum; ſanguis plurimus funditur, fuga permiſta habetur: cùm interim ille inimicus homo Jacobum aggreſſus, de ſummis gradibus præcipitem dedit; quem cùm mortuum crediſſet, ultrà mulctare neglexit.

[* S. T. R. Carm. teu-ſto, cædis. Cand. P. 101-te uſto.]
[* Carm. P. ferebantur.]

LXXI. Noſtri verò ſublatum eum * colligebant: erant enim & numero plures quàm illi, & virtute majores: ſed propter reverentiam Dei, ipſi magis interimi ſe à paucioribus, quàm interimere alios patiebantur. Cùm autem veſpera adfuiſſet, templum quidem Sacerdotes claudunt: nos verò ad domum Jacobi regreſſi, & pernoctantes ibi in oratione, ante lucem * deſcendimus Hiericho ad quinque millia viri. Poſt triduum autem, venit ad nos ex fratribus quidam à Gamaliele, de quo ſuprà diximus, occultos nobis nuncios deferens, quòd inimicus ille homo legationem ſuſcepiſſet à Caipha Pontifice, ut omnes qui crederent in Jeſum, perſequeretur, & Damaſcum pergeret cum Epiſtolia ejus, ut etiam inibi auxilio uſus infidelium, fidelibus inferret exitium; idcirco autem præcipuè Damaſcum feſtinaret, quòd & illuc confugiſſe crederet Petrum. Et poſt dies ferè triginta digreſſus eſt per Hiericho, Damaſcum tendens; cùm per idem temporis progreſſi eſſemus nos ad ſepulcra duorum fratrum quorumdam, quæ ſponte ſua per annos ſingulos [52] dealbabantur: quo miraculo, multorum adverſum nos repreſſus eſt furor, videntium haberi noſtros in memoria apud Deum.

[* S. T. R. Cand. colle-gerunt. Carm. colle-gêre.]
[Patientia Chriſtianorum.]
[* S. T. a-ſcendimus]
[Act. 9. 1. & 22. 5.]

LXXII. Poſitis itaque nobis in Hiericho, ibique orationibus & jejuniis operam dantibus; Jacobus Epiſcopus accerſitum me, inde huc Cæſaream mittit, dicens; quia Zachæus de Cæſarea ſcripſerit ſibi, Simonem quemdam Samaræum magum plurimos noſtrorum ſubvertere, adſerentem [53] ſe eſſe quemdam Stantem, hoc eſt alio nomine, Chriſtum; & [54] Virtutem ſummam excelſi Dei, * quæ ſit ſupra Conditorem mundi: ſimulque mirabilia plurima oſtendens, alios dubitare, alios declinare fecerit ad ſe: cunctaque diligenter comperta ab his qui priùs * vel ſocii ejus, vel diſcipuli fuerant, & poſt hoc ad Zachæum converſi ſunt, indicavit. Multi ſunt ergo, inquit Jacobus, ô Petre, quorum ſalutis cauſsâ proficiſci te oportet, & arguere Magum, ac ſermonem veritatis docere: ſed nihil moteris, neque te contriſtet, quòd ſolus proficiſceris, ſciens comitem tibi & adjutorem Deum per Jeſum, & citò per ejus gratiam multos tibi ſocios & unanimes fore. * Dato ſanè operam, ut per ſingulos annos præcipua quæque ex dictis geſtiſque tuis ſcripta mittas ad me, & maximè per ſeptimanas annorum. Et his dictis, dimiſſus ab eo, ſex diebus perveni Cæſaream.

[Simon.]
[Act. 8. 10.]
[* S. T. R. qui. Sit & alii.]
[* Carm. ut ſocii P. ſocii.]
[* R. P. datos, Rogoque ut. Cand. datos. Sane operam da.]

LXXIII. Ingredienti autem mihi occurrit Zachæus dilectiſſimus frater noſter, & inhærens amplexibus meis, perduxit ad hoc, in quo ipſe commanebat, hoſpitium, requirens à me de ſingulis quibuſque fratribus, præcipuè tamen de honorabili fratre noſtro Jacobo. Cúmque audiſſet à me, quòd uno adhuc claudicaret pede: percontanti continuò cauſſam, omnia hæc quæ nunc tibi expoſuimus, ei enarravi, quo modo evocati eſſemus à Sacerdotibus & Pontifice Caipha ad templum: & Jacobus Archiepiſcopus ſtans in ſummis gradibus, per ſeptem continuos dies univerſo populo de Scripturis Dominicis adſignaverit, quòd Jeſus eſſet Chriſtus: quove modo omnibus jam adquieſcentibus, ut ab eo baptizarentur in nomine Jeſu, inimicus homo effecerit illa omnia, quæ ſuprà diximus; ut ne eadem iterum dicamus.

[Jacobus Archiepiſcopus.]

LXXIV. Quibus cognitis Zachæus, rurſus mihi, quæ à Simone agerentur, exponit: & inter hæc, neſcio unde cognito adventu meo, ipſe mandat ad me Simon: Audiente, inquit, populo die craſtinâ diſputemus. Cui ego; Fiat; inquam, ut libet. Et hæc pollicitatio mea univerſæ innotuit civitati; ita ut etiam tu qui ipſâ die adveneras, diſceres me die poſterâ cum Simone habiturum eſſe certamen; & requiſitâ manſione noſtrâ ſecundùm indicia, quæ à Barnaba acceperas, venires ad nos: ego verò ingreſſu tuo ita gratulatus ſum, ut neſcio unde motus, feſtinaverit animus meus exponere tibi cuncta velociter: præcipuè tamen, quod eſt in fide maximum, de vero Propheta: quod unum * ad totius doctrinæ fundamentum ſufficere poſſe non ambigo: tum etiam ſcriptæ legis per ſingula quæque capitula, quorum ratio poſcebat, ſecretiorem tibi intelligentiam patefeci; non occultans à te, nec traditionum bona. Quæ verò ſuperſunt, incipiens à die craſtinâ, ex his quæ in quæſtionibus cum Simone movebuntur, per dies ſingulos audies; uſquequo, Deo favente, perveniatur ad ipſam, quò iter noſtrum dirigendum credimus, urbem Romam. Cúmque ad hæc * ab eo dicta, omnem gratiam me ei debere profiterer; facturumque omnia me, quæ præciperet, * & promptiſſimè pollicerer; cibo ſumpto, quieſcere nos juſſit, ſibique ipſe quietem dedit.

[* S. T. ac. Sic Cand. & P.]
[* S. adeo]
[* Deeſt in T. R. Carm. & P.]

RE-

ex Abdia ſuppoſititio. Conferri autem debet totus locus cum his verbis cap. 43. *Septimana jam una ex paſſione Domini complebatur annorum.* ut ex comparatione intelligatur opinio Noſtri, quæ etiam aliorum quorumdam exſtitit, de converſione Pauli factâ poſt annum à Chriſti morte ſeptimum. COT.

52. *Dealbabantur.*] Matt. XXIII. 27. *Similes eſtis ſepulcris dealbatis.* Optatus Milevitanus lib. 3. *In loco Octavenſi occiſi ſunt plurimi, detruncati ſunt multi: quorum corpora uſque in hodiernum, per dealbatas aras aut menſas potuerunt numerari.* Ibid.

53. *Se eſſe quemdam Stantem.*] Lib. 2. cap. 7. 11. lib. 3. cap. 47. Clement. Homil. 2. cap. 22. 24. Hom. 18. cap. 6. 7. 12. 14. Epitom. num. 25. Intelligitur hinc quare Doſitheus & Simon Stantis nomen ſibi aſſumerent. De primo Origenes tom. 14. in Johannem p. 219. 220. ὥσπερ ἀπὸ Σαμαρέων Δοσίθεός τις ἐβούλετο πείθειν ἑαυτὸν εἶναι τὸν προφητευόμενον Χριστόν· ἀφ' οὗ εἰσὶ μέχρι νῦν οἱ Δοσιθηνοὶ, φέροντες καὶ βιβλία τοῦ Δοσιθέου, καὶ μύθους τινὰς περὶ αὐτοῦ διηγούμενοι, ὡς μὴ γευσαμένου θανάτου, καὶ ἔν τινι τῆς γῆς ἔτι ζῶντος. *Sic Doſitheus quidam exſtitit ex Samaritanis, qui ſeipſum diceret Chriſtum prophetatum: à quo uſque nunc Doſitheini ſunt, libros Doſithei circumferentes, & fabulas quaſdam enarrantes de eo, perinde quaſi mortem non deguſtârit, ſed alicubi in hac vita degat.* De altero Clemens Alexandrinus Variis Operis lib. 2. p. 383. οἱ δὲ ἀμφὶ τὸν Σίμωνα, τῷ ἑστῶτι, ὃν σέβουσιν, ἐξομοιοῦσθαι τρόπον βούλονται. *Simonis autem ſectatores, Stanti quem colunt, volunt aſſimilari moribus.* Qui Stromatei locus difficultatem peperit duobus Societatis Jeſu inſignibus Theologis, Dionyſio Petavio ad Epiphanium in Hæreſi Simonianorum, & Franciſco Vigero in Euſeb. Præparat. Evangel. lib. 11. c. 15. Ibid.

54. *Virtutem ſummam excelſi Dei.*] Miſeris modis deformati ſunt verſus Auctoris ψευδωνύμου & ἀνωνύμου, poſt Tertulliani Opera, lib. 1. adverſus Marcionem;

Infandos omni magica dementia plenos
Perſuaſit, ſeſe virtutem dicere ſummam;
Fingere cum meretrice, nefas peragrare, volare.

Sine dubio ſcribi debet;

Infando Simoni Magica dementia pleno
Perſuaſit, ſe ſe Virtutem dicere ſummam:
Fingere, cum meretrice, nefas, peragrare, volare. Ibid.

55. Cum-

RECOGNITIONUM S. CLEMENTIS

LIBER SECUNDUS.

Clement. I. Hom 2. c. 1. &c. Epit. c. 10. &c.

CUm autem dies, quæ ad diſceptandum cum Simone ſtatuta fuerat, illuceſceret; Petrus primis gallorum cantibus ſurgens, excitavit etiam nos: eramus enim in eodem cnnclavi cubitantes, ſimul omnes tredecim; in quibus primus poſt Petrum Zachæus; deinde Sophonias, Joſephus, & Michæas, * Elieſdros, & Phinees, Lazarus, & Heliſæus; poſt hos ego Clemens, & Nicodemus; deinde Niceta & Aquila, qui fuerant priùs diſcipuli Simonis, & docenre Zachæo converſi ſunt ad fidem Chriſti. Mulierum ſanè nulla prorſus aderat. [55] Cúmque adhuc veſpertinum lumen duraret, omnes reſedimus: & Petrus videns vigilare nos, ac ſibi intendere; ſalutatis nobis, continuò dat ſermonis exordium. Mirari me equidem fateor, fratres, humanæ naturæ vim, quam ad omnia aptam habilemque eſſe video. Hoc autem dicere in memoriam venit, ex his quæ rebus ipſis expertus ſum; ut cùm tranſierit medium noctis, ego ſponte jam ſuſcitor, & ultrà ſomnus nequaquam venit ad me: quod mihi accidit ex eo, quia in conſuetudine habui, verba Domini mei, quæ ab ipſo audieram, revocare ad memoriam; & pro ipſorum deſiderio, ſuſcitari animis meis & cogitationibus imperavi; ut evigilans ad ea, & ſingula quæque recolens ac retexens, poſſim memoriter retinere. Ex hoc ergo, dum omni cum dulcedine ſermones Domini verſare in meo corde deſidero, conſuetudo obtinuit vigilandi, etiam ſi nihil ſit quod cogitare velim. Ita ergo ineffabili quadam ratione, introductâ aliâ conſuetudine, vetus conſuetudo mutatur: & id revera, ſi non ſupra modum cogas, ſed quantum recipit menſura naturæ. Neque enim penitus ſomnn carere poſſibile eſt; alioqui nec facta nox fuiſſet ad quietem.

* R. Helieſdros. Carm. Eleazarus.

Conſuetudo.

* R. P. ego Clemens

II. Et * ego cùm audiſſem: Optimè, inquam, dixiſti Petre, quia conſuetudo conſuetudine commutatur. Nam & ego cùm navigarem, primò turbabar, & intra me mihi omnia vertebantur, ita ut ſuggillari viderer, nec ferre poſſem * [56] brumam & moleſtiam maris: poſt paucos autem dies, ubi conſuetudo facta eſt, tolerabiliter ferre cœpi; ita ut manè ſtatim unà cum nautis cibum ſumere delectarer, cùm priùs ante horam ſeptimam capiendi cibi conſuetudo non eſſet. Nunc ergo, ex iſta ſola conſuetudine, circa illud tempus, quo comedere cum nautis ſolebam, eſuries admonet me: quod tamen rurſus depellendum ſpero, cùm alia fuerit conſuetudo ſuſcepta. Credo ergo etiam tibi vigiliarum conſuetudinem, ut perhibes, inſtitutam: & opportunè hoc nobis exponere voluiſti, ut & nos aliquantulum ſomni à nobis abjicere atque effugare non pigeat; ut poſſimus doctrinæ viventis inſtituta ſuſcipere. Ubi enim decocti fuerint cibi, & mens acceperit nocturna ſilentia, opportuniſſimè quæ docentur inſident.

* S. T. bromum

III. Et Petrus libenter accipiens, quòd intellexerim præfationis ejus cauſam, ad utilitatem noſtram prolatam; collaudans me, adhortandi & incitandi ſine dubio gratiâ; conſequentem cœpit expedire ſermonem: Opportunum mihi nunc & neceſſarium videtur, de his quæ imminent, aliqua diſcutere; id eſt, de Simone. Scire enim velim, quibus ſit moribus, & quibus ſit actibus: quod mihi, ſi quis ſcit, indicare non ceſſet, refert enim iſta prænoſcere. Nam ſi in mandatis habemus, ut venientes ad civitatem, diſcamus priùs, quis in eâ dignus ſit, ut apud eum cibum ſumamus: quantò magis convenit noſcere, quis, qualiſve ſit is, cui immortalitatis verba credenda ſunt? Solliciti enim, & valde ſolliciti eſſe debemus, ne margaritas noſtras mittamus ante porcos.

Mat. 10. *Luc.* 10. Pſeudo-Clemens, ſub finem Epiſt. 5.

Mat. 7. 6.

IV. Sed & alias ob cauſſas utile eſt, viri hujus habere me notitiam. Si enim ſciam, quia in his, de quibus non poteſt dubitari quòd bona ſint, emendatus eſt, & inculpabilis; hoc eſt, ſi ſobrius, ſi miſericors, ſi juſtus, ſi mitis & humanus eſt; quæ utique bona eſſe nullus ambigit; tunc conſequens videbitur, ut ei qui obtinet bona virtutum, etiam quod deeſt, fidei & ſcientiæ conferatur; & in quibus maculari * videtur ejus vita, quæ eſt in reliquis probabilis, emendetur. Si verò in his, quæ palàm ſunt, peccatis involutus permanet & inquinatus; non me oportet ei aliquid de ſecretioribus & remotis divinæ ſcientiæ proloqui; ſed magis proteſtari, & convenire eum, ut peccare deſinat, & actus ſuos à vitiis emendet. Quòd ſi ingeſſerit ſe, & provocaverit nos dicere, quæ eum minùs rectè agentem, non oportet audire; prudenter eum debemus eludere: nam nihil omnino reſpondere auditorum cauſâ, utile non videtur; ne fortè exiſtiment, nos reſponſionis penuriâ declinare certamen; & fides eorum lædatur, non intelligentium propoſitum noſtrum.

* Carm. videbitur.

V. Cùmque hæc Petrus dixiſſet ad nos, Niceta rogat permitti ſibi dicere aliquid: atque indulgente Petro; Cum venia, inquit, obſecro te, Domine mi Petre, audias me valde ſollicitum tui, & verentem, ne fortè in certamine, quod tibi eſt cum Simone, ſuperari videaris. Solet enim frequenter accidere, ut qui veritatem defendit, non ſemper * obtineat: dum aut in * ali

* Cand. obtineat victoriam.

55. *Cúmque adhuc veſpertinum lumen duraret.*] MS Candeler. *caveret.* Ut Clementinorum Homil. 3. n. 1. [illegible] λύχνον ἔτι φαίνοντος. De more lucernam non extinguendi, ſed ſinendi donec ultrò conſumeretur, videndus Plutarchus in Quæſtionibus Romanis p. 281. F. Monachos etiam ſolitos ad lumen dormire, diſcimus ex eorum Regulis. COT.

56. *Brumam.*] Candel. & Carmel. quoque, *bromum.* quod eſt, *βρῶμα*. Ibid.

* S. T. C. C. aliud. R. P. aliquid *Simon.*

* aliquo præventi ſunt auditores, aut non grandem curam melioris ſententiæ gerunt. Super hæc autem omnia, & ipſe Simon vehementiſſimus eſt orator; in arte Dialecticâ, & ſyllogiſmorum tendiculis enutritus: quod autem eſt omnibus gravius, & in arte magicâ valde exercitatus: & ideo metuo, ne fortè tam validè ex omni parte monitus, apud eos qui ignorant eum, falſa allegans, putetur vera defendere. Neque enim vel noſipſi eum potuiſſemus effugere, & converti ad Dominum, niſi, dum adjutores ejus, & errorum ſocii ſumus, agnoviſſemus, quòd deceptor eſſet ac magus.

VI. Cúmque hæc Niceta dixiſſet; Aquila quoque rogans ſibi dicendi facultatem dari, hoc modo etiam ipſe proſecutus eſt: Suſcipe, quæſo, & mei erga te amoris curam, optime Petre; & ego enim valde ſollicitus ſum pro te. Nec reprehendas nos in hoc: quia curam gerere alicujus, ex affectu venit; negligere autem, non minus eſt, quàm odiſſe. Teſtem verò invoco Deum, quia, non ut ſegniorem te in certamine ſciens, metuo pro te; quippe qui nec umquam tibi præſtò fuerim diſputanti; ſed qui illius * impietates bene noverim, exiſtimationem tuam cogito, ſimul & * animos auditorum, & ipſius ante omnia veritatis ſtatum. Vehemens enim eſt hic magus ad omnia quæcumque voluerit, & ſupra modum ſceleſtus: in omnibus enim eum diligenter agnovimus; utpote qui à puero malorum ejus * auditores fuerimus & miniſtri; & niſi nos Dei amor * abrupiſſet ab eo, in eiſdem cum ipſo etiam nunc verſaremur malis; ſed ingenitus quidam nobis erga Deum affectus, ſcelera quidem ejus exoſa, cultum verò Dei amabilem fecit. Unde & arbitror opus fuiſſe divinæ providentiæ, ut nos primò familiares ejus effecti, notitiam caperemus, quo modo, vel quali arte, prodigia, quæ facere videtur, efficiat. Quis enim eſt, qui non obſtupeſcat ſuper his, quæ facit, mirabilibus; & non putet eum de cœlis Deum ad ſalutem hominum deſcendiſſe? Ego de meipſo fateor, niſi interiùs eum ſciſſem, & interfuiſſem actibus ejus, ſubripi mihi facilè potuiſſet: unde non fuit magnum nos ab ejus conſortio ſeparari, ſcientes eum magicis artibus, & commentis ſcelerum niti. Quòd ſi vis etiam ipſe de eo cuncta cognoſcere, quis ipſe ſit, qualiſve, & unde; vel qualiter patrentur quæ gerit; auſculta.

* T. impietatis ſecreta
* T. R. Cand. P. animas
* T. Cand. adjutores
* S. T. abripuiſſet

VII. Simon hic, patre Antonio, matre * Rachel natus eſt; gente Samaræus, ex vico * Gytthorum; arte magus, Græcis tamen literis * liberalibus adprimè eruditus; gloriæ ac jactantiæ ſupra omne genus hominum cupidus, ita ut excelſam Virtutem, quæ ſupra creatorem Deum ſit, credi ſe velit, & Chriſtum putari, atque Stantem nominari. Hac autem appellatione utitur, quaſi qui neget poſſe ſe aliquando diſſolvi; adſerens carnem ſuam ita divinitatis ſuæ virtute compactam, ut poſſit in æternum durare. Hinc ergo Stans appellatur, tamquam qui non poſſit ullâ corruptione decidere.

* Cand. Rachele.
* S. T. C. C. Gethonum. R. P. Getonum
* S. T. liberalibuſque. *Sic & Cand.*

VIII. Interfecto etenim, ſicut ſcis & ipſe, [57] Baptiſta Johanne, cùm Doſitheus Hæreſeos ſuæ iniſſet exordium, [58] cum aliis triginta principalibus diſcipulis, & unâ muliere quæ Luna vocitata eſt: unde & illi triginta quaſi ſecundùm lunæ curſum in numero dierum poſiti videbantur: Simon hic malæ, ut diximus, gloriæ cupidus, accedit ad Doſitheum; & ſimulatis amicitiis, exorat, ut ſi quando aliquis ex illis triginta obiiſſet, in locum defuncti ſe continuò ſubrogaret: quia neque ſtatutum numerum excedere apud eos fas erat, neque ignotum aliquem inſerere, aut nondum probatum: unde & cæteri ſtudentes digni loco ac numero fieri, ſecundùm Sectæ ſuæ inſtituta placere per omnia geſtiunt; quò poſſit unuſquiſque ex his, qui illum numerum ſequuntur, cùm fortè aliquis, ut diximus, deceſſerit, dignus videri, qui in locum defuncti ſubſtitui debeat. Igitur Doſitheus plurimis * ab hoc exoratus, ubi locus intra numerum factus eſt, introduxit Simonem.

Doſitheus. *Selene.* Clement. Hom. 2. cap. 24. &c. *Simon.*
* T. ad. *Sic & alii.*

IX. Sed hic non multò pòſt incidit in amorem mulieris illius, quam Lunam vocant; nobiſque utpote familiaribus ſuis omnia concredebat, quòd magus eſſet, & quòd amaret Lunam, quodque gloriæ cupidus, * noluit eâ inglorius frui; ſed * exſpectare patienter, donec honeſtè eâ uti liceret; ſi tamen etiam nos conſpiraremus ei ad omnia quæ velit: ſed & mercedem miniſterii hujus daturum ſe nobis pollicebatur, ſummis ut honoribus * affici, & Dii eſſe ab hominibus crederemur; tantùm ut mihi, inquit, Simoni deferatis primatus, qui poſſum magicâ arte multa ſigna & prodigia oſtendere, per quæ poſſit vel gloriæ, vel Sectæ noſtræ ratio conſtare. [59] Poſſum enim facere, ut volentibus me comprehendere, non appaream; & rurſus volens videri, palàm ſim: ſi fugere velim, montes perforem, & ſaxa quaſi lutum pertranſeam: ſi me de monte excelſo * præcipitem, tamquam ſubvectus ad terras illæſus deferar: vinctus memetipſum ſolvam, eos verò qui * vincula injecerint, vinctos reddam: in carcere colligatus, clauſtra ſponte patefieri faciam: ſtatuas animatas reddam; ita ut putentur ab his qui vident, homines eſſe: novas arbores ſubitò oriri faciam, & repentina virgulta producam: in ignem memetipſum injiciens, non ardeam. Vultum meum commuto, ut non agnoſcar: ſed & duas facies habere me, poſſum hominibus oſtendere. Ovis aut capra efficiar: pueris parvis barbam producam: in aërem volando invehar: aurum plurimum oſtendam: reges faciam, eoſque dejiciam. Adorabor ut Deus; publicè divinis donabor honoribus, [60] ita ut ſimula-

* S. T. Cand. nollet. R. P. nolit
* S. T. R. exſpectaret. *Sic & C. C.*
* S. T. Cand. afficiendi eſſe
Magica opera. l. Clement. Hom. 2. c. 32. Epit. c. 31.
* *Carn. & Abd.* præcipitem dedero.
l. Cedrenum, ſ. in Teſt. Vet. Pſeudo-Abdiam, lib. 1. ante medium. Leg. infrà lib. 3. c. 47.
* R. P. me in vincula

---

57. *Baptiſta Johanne.*] In Clementinis Homil. 2. n. 23. & Epitomes cap. 26. [illegible] Ἡμεροβαπτιστῆς. Quemadmodum Juſtino Martyri Dialogi p. 307. [illegible] dicuntur, qui cæteris Ἡμεροβαπτισταί. COT.

58. *Cum aliis triginta principalibus diſcipulis.*] Ad id fortè reſpiciebat Origenes, cùm tom. 6. in Celſum p. 291. ſcriberet, [illegible] Hoc eſt me [illegible] interpretante; *Doſithei verò nec ſuperiori tempore floruerunt: nunc ſanè omnino defecerunt, adeò ut totus illorum numerus referatur non eſſe in triginta.* Et tom. 1. p. 45. [illegible] *Nunc autem omnes Simonianos in orbe reperire non licet numero, opinor, triginta.* Ibid.

59. *Poſſum enim facere, & ſequ.*] Legendus quem Abdiam vocant; notandæque in illo variæ lectiones, corrigendæ falſæ. Notabilem quoque varietatem exhibet liber Carmel. *Aurum plumbum oſtendam.* ubi cæteri *Aurum plurimum oſtendam* [illegible] Cum quibus Theodorit ad II. Theſſal. II. 9. adjunge iſta gemina apud Athanaſium in Quæſtionibus ad Antiochum Reſponſ. 124. [illegible] In Opere imperfecto in Matthæum ad cap. 7. verſ. 16. ſeu ut dividunt, Homil. 19. *Volare per aerem, ſicut & Dominum Diabolus hortabatur; ſtatuas facere ambulare; aut commiſceri flammæ, & non comburi; & alia, qualia Simon fecit.* Ibid.

60. *Ita ut ſimulacrum mihi ſtatuentes.*] Rectè à S. Irenæo lib. 1. cap. 20. publica ſtatua Simonis Magi Romæ poſita, ſecernitur ab imagine privata Simonis ſpecie Jovis, quam Simoniani cum imagine Selenes ſeu Helenæ factâ ad figuram Minervæ adorabant. Id monui, quia B. Auguſtinus in libro de Hæreſibus videtur minùs diſtinctè loqui,

ſacrum mihi ſtatuentes, tamquam Deum colant, & adorent. Et quid opus eſt multa dicere? quidquid voluero facere, potero. Multa etenim jam mihi experimenti cauſâ conſummata ſunt. Denique aliquando, inquit, cùm mater mea Rachel juberet me exire ad agrum, ut meterem; ego falcem videns poſitam, præcepi ei ut iret & meteret; & meſſuit decuplo ampliùs cæteris. Multa jam nova virgulta produxi de terra, & * convaleſcere ea feci, & ſub momento temporis apparere * feci: & montem proximum, ego ſecundò perforavi.

* S. T. Abd. comare. Cand. Comare ea feci, ſub momento temporis, & apparere fructus; & montem. Carm. & contra naturam ego feci, ſub momento temporis apparere & montem.

X. Sed hæc cùm diceret de virgultis productis, & monte perforato; ſtupeſcebam pro eo, quòd etiam nos circumvenire velit, quibus ſe commendare & concredere videbatur: ſciebamus enim quod à proavis hæc fuiſſent, quæ à ſe nuper facta perhibebat. Hæc ergo nos ab eo flagitia audientes, & horum deteriora, ſequebamur tamen & ipſi ejus ſcelera, & alios ab eo decipi patiebamur; multa etiam mentientes pro eo: & hoc, priuſquam aliquid faceret eorum quæ promiſerat; ita ut nullis adhuc geſtis, à nonnullis tamen putaretur Deus.

* S. T. fructus. Deeſt in R. & in Pſeudo-Abdia.

De Doſitheo, & Simone.

XI. Interim in initio, cùm adhuc inter triginta Doſithei diſcipulos haberetur, cœpit ipſi Doſitheo derogare, tamquam qui non integrè, nec perfectè doceret: idque eum non invidiâ facere, ſed inſcientiâ. Verùm Doſitheus, ubi ſibi derogari ſenſit à Simone, verens ne opinio ſua obſcuraretur apud homines, qui eum putabant, ipſum eſſe Stantem, furore commotus, cùm ad ſcholam ſolitò conveniſſent, virgâ correptâ verberare Simonem cœpit; & repentè per corpus ejus, quaſi per fumum, viſa eſt virga tranſire: ſuper quo obſtupefactus Doſitheus, ait ad eum; Dic mihi, ſi tu es Stans, ut adorem te. Cùmque Simon reſpondiſſet; Ego ſum: Doſitheus, videns ſe non eſſe Stantem, cecidit, & adoravit eum; & Simoni quidem * cedit principatu ſuo, ipſique obedire omnem triginta virorum ordinem jubet; ſemetipſum verò in locum Simonis ſtatuit; & [61] non multò pòſt defunctus eſt.

* S. T. Cand. dedit principatum ſuum. Carm. ceſſit primatum ſuum. P. principatum.

Epit. cap. 27. &c. *Simon. Luna.*

XII. Igitur poſt obitum Doſithei, Simon accepit Lunam; cum qua uſque ad præſens circuit, ut videtis, decipiens turbas; & adſerens ſemetipſum quidem Virtutem eſſe quamdam, quæ ſit ſupra conditorem Deum, Lunam verò quæ ſecum eſt, eſſe de ſuperioribus cœlis deductam, eamdemque cunctorum genitricem adſerit eſſe ſapientiam: pro qua, inquit, Græci & Barbari confligentes, [62] imaginem quidem ejus aliquâ ex parte videre potuerunt; ipſam verò, ut eſt, * penitus ignorârunt: quippe quæ apud illum primum omnium, & ſolum habitaret Deum. Et hæc, atque alia his ſimilia cum verborum pompa proferens, decepit multos. Sed & hoc indicare debeo, quod ipſe ego vidiſſe me memini; cùm eſſet aliquando Luna illa ejus, in turre quadam, multitudo ingens ad eam convenerat pervidendam, & undique circa turrim ſtabat: at illa per omnes feneſtras turris illius, omni populo procumbere ac proſpicere videbatur. Et multa alia mirabilia fecit, & facit; ita ut ſtupentes pro his homines, putent eum ipſum eſſe ſummum Deum.

* S. T. Cand. primitus

XIII. Nam mihi aliquando, & Nicetæ rogantibus, ut exponeret quo modo hæc poſſint arte magicâ effici, & quæ eſſet hujus rei natura: Simon tamquam familiaribus ſuis, explanare ita cœpit: [63] Pueri, inquit, incorrupti, & violenter necati, animam adjuramentis ineffabilibus evocatam adſiſtere mihi feci; & per ipſam fit omne quod jubeo. Et ego: Eſtne, inquam, poſſibile animæ hæc facere? Ille reſpondit; Hoc vos ſcire volo, quia ſecundum locum poſt Deum obtinet anima hominis, cùm exuta fuerit à corporis ſui tenebris. Statim denique & præſcientiam habet; propter quod evocatur ad necromantiam. Et ego reſpondi; [64] Cur ergo interfectorum animæ non ulciſcuntur interfectores ſuos? At ille: Non meminiſti, inquit, quod dixi, quia cùm exierit de corpore, etiam præſcientiam habet? Memini inquam. Ob hoc, inquit, cum excedit è corpore, ſtatim prænoſcit futurum eſſe judicium, & unumquemque pro his, quæ hic egerit malis, pœnas daturum: & ideo nolunt ulciſci interfectores ſuos; quia & ipſæ pro ſuis malis, quæ hîc commiſerant, perferunt cruciatus; & illos ſciunt in judicio graviora manere ſupplicia. Super hæc autem omnia, nec permittitur eis exire, aut facere quidquam, ab Angelis qui eis præſunt. Et ego reſpondi; Si non permittitur eis ab Angelis huc venire, aut facere quod volunt; quo modo mago evocanti obtemperat anima? * Ipſis, inquit, animabus venire volentibus non indulgent: cùm vero hi qui præſunt Angeli, adjurati fuerint per majorem ſuum; excuſationem habent noſtræ, qui eos adjuramus, violentiæ; ut permittant exire animas quas evocamus: non enim illi peccant qui vim patiuntur, ſed nos qui inferimus neceſſitatem. Ad hæc Niceta;

Necromantia.

* Cand. Ipſi;

dicens de Simone; *Jovem ſe credi volebat, Minervam verò meretricem quamdam Selenen, quam ſibi ſociam ſcelerum fecerat: imaginesque & ſuam & ejuſdem meretricis diſcipulis ſuis præbebat adorandas, quas & Romæ tamquam Deorum ſimulacra auctoritate publicâ conſtituerat.* COT.

61. *Et non multò poſt defunctus eſt.*] Mortem Doſithei deſcribit poſt Epiphanium Hæreſi 13. Nicetas Choniates lib. 1. Theſauri cap. 35. Paullo aliter in Notis Abrahami Ecchellenſis Maronitæ ad Catalogum Hebedjeſu, p. 164. Ibid.

62. *Imaginem quidem ejus &c.*] Haud dubiam quin Simon commentum hoc de Luna ſeu Selene, dictâ etiam Helenâ, hauſerit ab Ethnicis; cùm Platonis inſignia verba extent, lib. 9. de Republica; [illegible] *De Helenæ imagine Steſichorus ait Trojanos veri ignoratione decertâſſe.* Item Sexti Empirici Adverſùs Mathematicos lib. 7. p. 124. 125. Ἑλένης εἴδωλον. [illegible] *Helenæ ſimulacrum, pro quo conflatum fuit bellum decem annorum.* Cæterùm quando Celſus apud Origenem Simonianis vult impoſitum fuiſſe nomen Helenianorum ab Helena, vel præceptore Heleno, in Heleno non jocatur, opinor, ſed errat. Ibid.

63. *Pueri incorrupti & violenter necati animam.*] Juſtinus Martyr Apologetico 2. pag. 65. [illegible] Παῖδας ἀφθόγγους, in Socrate lib. 3. cap. 13. Horatius Epod. V. *puer, impube corpus.* Apud Euſebium Hiſt. lib. 7. cap. 10. [illegible] lib 2. cap. 13. & de vita Conſtantini I. 36. [illegible] Chryſoſtomus Tom. 5. Concione 2. de Lazaro, [illegible] quem & vide Homiliâ xi. in Matthæum. Auguſtinus lib. 12. de civitate Dei cap. 53. *Puer anniculus occiſus, & dilaniatus, & ritu nefario ſepultus eſt.* Alii innumeri. Quis enim non memoravit quam vocant Pſychagogiam, Pſychomantiam, Necyomantiam, Necromantiam ſeu juxta Barbarorum filios Nigromantiam, peritiam ciendi animas ab Inferis, Manes ſepulcris eliciendi? Nec prætereiri debet de Simonianis locus Tertulliani cap. penult. lib. de anima; *Ecce hodie ejuſdem Simonis Hæreticos tanta præſumptio artis extollit, ut etiam Prophetarum animas ab Inferis movere ſe ſpondeant. Et credo quia mendacio poſſunt.* Quod autem doctiſſimus Gronovius Obſervatorum in Scriptoribus Eccleſiaſticis cap. 4. legit in Adhelmi loco ſupra relato cum Teſtimoniis Veterum; *atque Simoniæ leſiferas necromantiæ labruſcas radicitus extirpantem*, pro leſiferas necnon *Romana labruſcas*, vereor ut ſit neceſſarium: cùm Romana exponi poſſit Romana religio ſeu Ethnica, quemadmodum Simonia Hæreſis Simonis. Ibid.

64. *Cur ergo interfectorum animæ non ulciſcuntur interfectores ſuos?* Idem argumentum urget Tatianus Oratione contra Græcos p. 156. Ibid.

ceta, ultrà non ferens, præproperè reſpondit; quod & ego quidem facturus eram, ſed priùs eum expiſcari de ſingulis cupiebam: ſed, ut dixi, Niceta præveniens: Et tu, inquit, non times diem judicii, qui vim Angelis facis, & animas evocas, & homines decipis, & honorem tibi divinum ab hominibus mercaris? Et quo modo nobis perſuades quòd neque judicium erit, ut nonnulli Judæorum fatentur; neque animæ immortales ſint, quod videtur pluribus; cùm * ipſe oculis tuis videas eas, & * commonitionem divini judicii capias ex ipſis?

* T R. ipſis. Alii: ipſi.
* Cand. comminationem.

Simon magus.

XIV. His ab eo dictis, impalluit Simon; & tamen poſt paululum recolligens ſe, ita reſpondit: Ne putetis, inquit, quòd generis veſtri homo ſim, ego neque magus ſum, neque amator Lunæ, neque Antonii filius. [65] Antè enim quàm mater mea Rachel conveniret cum eo, adhuc virgo concepit me; cùm eſſet in poteſtate mea, vel parvum eſſe, vel magnum, & hominem inter homines apparere. Tentandi ergo gratiâ vos primos aſſumpſi amicos, ut in cœleſtibus & ineffabilibus locis meis primos vos collocem, cùm probavero. Humana ergo de meipſo mentitus ſum, ut vos manifeſtiùs comprobarem, ſi integrum erga me ſervatis affectum. Ego verò hæc audiens; ipſum quidem miſerum judicans, impudentiam tamen ejus admirans, & pro eo ipſe erubeſcens, ſimul & veritus ne quid in nos moliretur mali, innuo Nicetæ, pauliſper unà mecum ſimulare; & aio ad eum; Non nobis indigneris hominibus corruptibilibus, incorruptibilis Deus; ſed ſuſcipe magis affectum noſtrum, & animum volentem ſcire, * qui ſit Deus: nondum enim ſciebamus, quis eſſes; & nec advertebamus, quia tu es quem quærebamus.

* T.R. quid. Sic & C.C. ſed P. quis.

XV. Hæc & his ſimilia vultu pro * re aptato proſequentibus nobis, vaniſſimus credidit nos deceptos, & eò magis elatus addidit etiam hæc; Propitius vobis jam ſum, pro affectu quem erga me Deum geritis: me enim diligentes, neſciebatis; & me quærentes, ignorabatis. Sed nolo dubitetis, quia hoc eſt verè Deum eſſe, cùm poteſt quis parvus effici, vel magnus, ſi voluerit: nam quoquo modo apparere hominibus poteram. Nunc ergo incipiam vobis aperire quod verum eſt. Ego virtute meâ quodam tempore [66] aërem vertens in aquam, & aquam rurſum in ſanguinem, carnemque ſolidans, novum hominem puerum formavi; & opus conditore Deo multò nobilius protuli. Ille enim creavit hominem è terra: ego autem, quod eſt difficilius, ex * aëre: quemque rurſus reſolvens, aëri reddidi: ſpeciem tamen ejus, imaginemque depictam in interiore cubiculo collocavi, ut eſſet indicium ac memoria * operis mei. Hæc autem intelligebamus eum dicere, pro puero illo, cujus vi necati animâ, ad ea quæ volebat miniſteria utebatur.

* S T. ſe. Sic & Cand.

Clement. Hom. 2. c. 26.

* R. aëre formavi

* R. P. nominis

XVI. Petrus ergo hæc audiens, cum lacrymis ait; Miror admodum immenſam Dei patientiam; & è contrario in nonnullis humanæ temeritatis audaciam. Quæ enim ratio inveniri ultrà poterit, quæ Simoni ſuadeat, quòd Deus judices iniquos, cùm ipſe ſibi perſuadet, quòd animarum obedientiâ ad ſcelerum ſuorum utatur miniſterium? re autem vera à Dæmonibus illuditur: tamen cùm per hæc ipſa certus ſit, quod immortales ſunt animæ, & judicantur pro his quæ geſſerunt: & qui ſe putet re ipſa videre ea, quæ nos fide credimus, quamvis, ut dixi, illudatur à Dæmonibus, tamen arbitratur ſe ipſam animæ videre ſubſtantiam. Quando hic, inquam, fatebitur, vel male ſe agere, in tanto malo poſitus, vel judicandum ſe pro his quæ * gerit, qui ſciens, Dei judicium contemnit, & inimicum ſe exhibet Deo, & audet tam nefanda committere? Unde certum eſt, fratres mei, nonnullos veritati ac religioni Dei non ideo adverſari, quòd eis nequaquam ratio fidei conſtare videatur; ſed quia aut nimietate quadam peccatorum involuti, aut malis ſuis præventi, * & tumore cordis elati ſunt; ita ut nec ea quidem credant, quæ oculis ſuis ſe videre arbitrantur.

* R. P. egerit

* R. P. aut

XVII. Verùm quoniam ingenita erga conditorem Deum ſufficere ad ſalutem videbatur affectio, his qui diligerent eum; ſtudet Inimicus hanc affectionem in hominibus pervertere, & inimicos eos efficere, atque ingratos conditori ſuo. Teſtor autem cœlum ac terram, quòd ſi quantùm cupit Inimicus deſævire, permitteretur * etiam à Deo, olim omnes homines deperiſſent; ſed miſericordiæ cauſsâ, non ſinit Deus. Quòd ſi affectum ſuum homines converterent ad Deum, omnes ſine dubio ſalvarentur, etiam ſi pro aliquibus delictis ob juſtitiam corripi viderentur. Sed nunc plurimi hominum inimici effecti ſunt Dei; quorum Malignus corda penetravit; & affectum quem eis conditor Deus inſeruerat, ut erga ſe haberent, in ſemetipſum deflexit. Aliorum verò qui aliquantulùm vigilare videbantur; in phantaſia gloriæ & ſplendoris apparens, & magna quædam atque ingentia repromittens; evagari nihilominus à Deo vero mentem atque animum fecit: quæ tamen perpetrare, ei juſta quadam permittitur ratione.

Diabolus.

* T. R. et

XVIII. Ad hæc Aquila reſpondit; Quid ergo delinquunt homines, ſi Malignus transformans ſe in ſplendorem lucis, majora repromittit hominibus, quàm ipſe conditor Deus? Et Petrus: Puto, inquit, hoc injuſtius nihil eſſe: & quatenus injuſtum ſit, audi. Si filius tuus, qui à te omni diligentia eruditus eſt & nutritus, atque ad virilem perductus ætatem, ingratus tibi ſit; & relinquens te, ad alium, quem fortè ditiorem viderit, eat; & honorem quem tibi debebat, illi exhibeat; ac ſpe majoris lucri, naturam neget, & jura paterna defugiat; rectum tibi videtur, an impium? Et Aquila reſpondit; Omnibus palàm eſt, quòd impium ſit. Et Petrus: Si ergo in hominibus hoc impium dicis; quantò magis in Deo, qui ſupra omnes homines honore ab hominibus dignus eſt? cujus non ſolùm beneficiis fruimur; verùm & ope ac virtute eſſe cœpimus, cùm non eſſemus: cuique ſi placeamus, merebimur ab eo, ut etiam æterni in bonis ſimus. Ut ergo infideles à fidelibus, & pii diſcernantur ab impiis, permiſſum eſt Maligno, uti his artibus, quibus ſingulorum erga verum parentem probentur affectus. Quòd ſi verè eſſet aliquis Deus alienus; tamen ab eo qui nos creaverat, quique nobis pater & conditor fuerat, rectúmne erat, relicto proprio tranſire ad alienum? Et Aquila: Abſit, inquit. Tum Petrus: Quo modo ergo dicemus Malignum eſſe cauſſam peccati

Deus noſter.

1. Clement. Hom. 12. cap. 22.

65. *Antè enim quàm mater mea Rachel conveniret cum eo.*] Abutitur impius Simon loco Scripturæ Matth. I. 18 quia ſe eſſe Chriſtum credi voluit: quod & de ſeipſis dixerunt quidam poſt illum Hæreſiarchæ. Pari modo apud Socratem lib. 1. cap. 22. Terebinthus, ſeu Buddas natum ſe ex virgine affirmas: propter veterem, ni fallor, Buddam (Clementi Alexandrino Buttam, Strom. 1. p. 305.) de quo poſt alios Ratramnus libro de nativitate Chriſti cap. 3. Spicilegii Acheriani Tomo 1. *An certè Bragmanorum ſequentur opinionem, ut quemadmodum illi ſecta ſua auctorem Bubdam (l. Buddam) per virginis latus narrant exortum, ita nos Chriſtum fuiſſe prædicemus?* COT.

66 *Aërem vertens in aquam*] Clement. Homil. 2. c. 26. Hoc quoque è media Philoſophia Simon. Vide ſis Diogenem Laertium lib. 7. in Zenone, Clem. Alex. Strom. V. p. 599. Theodoritum Hæret. fabul. l. 1. c. 1. Ibid.

67. *Mal-*

cati noſtri, cùm hoc permiſſu Dei fiat, ut per ipſum probentur, * & in die judicii arguantur bi qui majoribus pollicitationibus invitati, veri patris & conditoris ſui reliquerint pietatem; hi verò qui fidem & caritatem proprii patris, etiam cum paupertate, ſi acciderit, & cum tribulatione ſervaverint, donis cœleſtibus in regno ejus, & immortalibus muneribus perfruantur? Sed hæc aliàs diligentiùs exponemus. Quid autem Simon egerit poſt hæc, ſcire cupio.

* R. ut

XIX. Et Niceta reſpondit; Ubi intellexiſſe eum ſenſimus, quòd deprehenſus eſſet à nobis, collocuti inter nos de ſceleribus ejus, reliquimus eum; & ad Zachæum venimus, hæc ipſa ei, quæ tibi nunc protulimus, indicantes. At ille benigniſſimè nos ſuſcipiens, & de fide Domini noſtri Jeſu Chriſti edocens, fidelium numero ſociavit. Cúmque hæc Niceta dixiſſet, Zachæus, qui paulò antè egreſſus fuerat, ingrediebatur, dicens; Tempus eſt, ut procedas ad diſputandum, Petre: turba enim multa, in atrio domûs congregata, te opperitur: quorum in medio, [67] multis fultus * ad * ſcelus aſſeclis, conſtitit Simon. Tum Petrus, ut hæc audivit, orationis gratiâ ſecedere me jubens; nondum enim eram dilutus à peccatis, quæ in ignorantia commiſeram; ait ad reliquos; Oremus, fratres, ut Deus per Chriſtum ſuum, pro ineffabili miſericordia ſua adjuvet me exeuntem pro ſalute hominum, qui ab ipſo creati ſunt. Et hæc cùm dixiſſet, oratione factâ, proceſſit ad atrium domûs, in quo erat multitudo plurima populi congregata: quos ubi omnes ſummo ſilentio ad ſe intentus vidit, & magum Simonem in medio eorum, velut ſigniferum, ſtantem; hoc modo cœpit.

Clement. Hom. 3. c. 29 &c. Epit. c. 34. &c. Pſeudo-Abdias, lib. 1. ante medium.
Diſputatio Petri cum Simone.
* *Deeſt in T. Su. & P.*

XX. Pax vobis ſit omnibus, qui parati eſtis dare dexteras veritati: quicumque enim obediunt ei, videntur quidem * aliquid gratiæ * referre Deo; porro autem ipſi ab eo donum ſummi muneris conſequuntur, juſtitiæ ejus * ſemitis incedentes. Propter quod primum eſt omnium, juſtitiam Dei, regnumque ejus inquirere: juſtitiam quidem, ut rectè agere doceamur, regnum verò, ut quæ ſit merces poſita laboris & patientiæ noverimus: in quo eſt bonis quidem, æternorum bonorum remuneratio; his autem qui contra voluntatem * Dei egerint, pro uniuſcujuſque geſtis, pœnarum digna reſtitutio. Hîc ergo, hoc eſt, in præſenti vita poſitos, oportet vos agnoſcere voluntatem Dei, ubi & agendi locus eſt. [68] Nam ſi quis velit antequam actus ſuos emendet, de his requirere, quæ non poteſt invenire; ſtulta & inefficax erit hujuſcemodi inquiſitio. Tempus enim breve eſt; & judicium Dei, geſtorum cauſsâ agetur, non quæſtionum. Ideoque ante omnia hoc quæramus, quid nos, aut qualiter agere oporteat, ut æternam vitam conſequi mereamur.

Pſeudo-Clemens, Epiſt. 3. poſt medium.
* S. T. R. alii, *Abd.* ſibi aliquid
* S. T. R. alii, *Abd. Cl.* conferrent
* S. T. C. C. *Abd. Cl.* ſemitas
Mat. 6. 33.
* *S. T. R.* alii, *Pſeudo-Abd. Pſeudo-Clem.* ejus
Pſeudo-Clemens, Epiſt. 1. in fine.

XXI. Nam ſi exiguum hoc vitæ tempus per inanes occupemus, & inutiles quæſtiones; inanes ſine dubio & vacui ab operibus bonis pergemus ad Deum; ubi judicium, ut dixi, operum noſtrorum fiet. Unaquæque etenim res, ſuum tempus habet & locum. Operum hic locus, hoc tempus eſt: meritorum ſæculum futurum. Ne ergo impediamur, ordinem locorum ac temporum permutantes; primò quæ ſit Dei juſtitia requiramus; ut tamquam iter acturi, abundanti viatico bonis operibus repleamur, quò poſſimus ad regnum Dei, tamquam ad urbem maximam pervenire. Deus enim his qui rectè ſentiunt, per ipſa opera mundi, quæ fecit, manifeſtus eſt, ipſius creaturæ ſuæ utens teſtimonio: & ideo, cùm de Deo * dubitatio eſſe non debeat, de ſola nunc ejus juſtitia requiramus & regno. Quòd ſi aliquid nobis de ſecretis & reconditis inquirendum ſuggerit mens noſtra, antequam de operibus juſtitiæ requiramus, rationem reddere nobiſmetipſis debemus; quia ſi bene agentes ſalutem conſequi meruerimus, tamquam caſti & mundi euntes ad Deum, Spiritu ſancto replebimur, & omnia quæ ſunt ſecreta & occulta, ſine ulla quæſtionum cavillatione noſcemus; quæ nunc, etiam ſi totum quis vitæ ſuæ tempus in inquirendo conſumat, non ſolùm non poterit invenire, ſed & majoribus ſe erroribus inſeret; quia non per viam priùs juſtitiæ incedens, ad portum vitæ pervenire contendit.

Pſeudo-Clemens, Epiſt. 3. ante finem.
Rom. 1. 20.
* R. P. diſputatio

XXII. Et propterea ſuadeo, primò juſtitiam ejus eſſe requirendam: ut per hanc iter agentes, & in via poſiti veritatis, verum Prophetam invenire poſſimus; non velocitate pedum, ſed operum bonitate currentes; ut ipſo duce uſi, nullum viæ hujus patiamur errorem. Si enim ipſum ſequentes, ingredi meruerimus illam, quò pervenire cupimus, civitatem; omnia jam de quibus quæritur, oculis videbimus, tamquam hæredes omnium facti. Intelligite itaque Viam, eſſe hunc vitæ noſtræ curſum: Viatores, eos qui bona opera gerunt: Portam, * verum Prophetam, de quo dicimus: Urbem, regnum eſſe, in quo reſidet omnipotens Pater, quem ſoli videre poſſunt hi qui mundo ſunt corde. Non ergo nobis difficilis videatur hujus itineris labor; quia in fine ejus requies erit: nam & ipſe verus Propheta ab initio mundi, per ſæculum currens, feſtinat ad requiem. Adeſt enim nobis omnibus diebus; & ſi quando neceſſe eſt, apparet, & corrigit nos, ut obtemperantes ſibi, ad vitam perducat æternam. Mea ergo iſta ſententia eſt, ſicut & vero Prophetæ viſum eſt, ut primò de juſtitia requiratur; ab his maximè, qui Deum ſe noſſe profitentur,

Pſeudo-Clem. ibid.
Vita, via. l. infrà, l. 5. c. 5.
* *S. T. R. P. Cand. Cl.* verò
Mat. 5. 8.
Pſeudo-Abdias, ibidem.

---

67. *Multis fultus ad ſcelus aſſeclis.*] Rectè abeſt à MSS. *ad ſcelus.* quod ex *adſeculis* formatum eſſe oſtendunt Codices Regius & Carmeliticus, dum pro *aſſeclis* ſcriptum habent, ille *à ſeculis*, hic *aſſeculis*. Conſulatur Pſeudo-Abdias COT.

68. *Nam ſi quis velit* &c.] Ex his obſervavi deſumptam fuiſſe Epiſtolam Nili ad Aſclepium Grammaticum, Poſſinianæ Editionis 183. Allatianæ 24. lib. 3. [illegible] Et infrà; [illegible] Pari modo Epiſtolam ad Xenonem acceptam fuiſſe à Baſilio edocti ſumus per Emericum Bigotium eximiæ eruditionis hominem. Sed & (ut pauca de multis dicam) Nili Epiſtola 32. lib. 1. eſt ſententia Gregorii Nazianzeni Orat. 21. p. 382. A. at 234. Epiſt. ejuſdem libri expreſſa eſt ex Irenæo lib. 1. cap. 1. p. 19. 21. apud Epiphanium Hær. 31. n. 16. 17. Epiſtolam verò 247. ad verbum leges in eodem Irenæi capite p. 33. B. Epiphan. n. 24. Jam libri 3. Epiſtola 6. formata fuit ex Baſilii loco quem in hiſce Notis protuli. Atque Epiſtola ad Chionium verba habet Baſilii ejuſdem 13. Homiliâ exhortatoriâ ad Baptiſmum, in fine. Nili certè non paucæ Epiſtolæ, Excerpta magis ſunt, quàm Epiſtolæ; forſan non ſine fraude, aut ſaltem errore Græculorum. Conferas etiam velim illam 190. lib. 2. cum § ult. Epiſtolæ 8. Dionyſii Pſeudo-Areopagitæ, de Carpo. Ibid.

69. Sa-

ſitentur. Si ergo habet aliquis, quod eſſe rectius putet, dicat: & cùm dixerit, audiat, ſed cum patientia & quiete. Propter hoc enim ab initio, [69] ſalutationis ſpecie, pacem cunctis precatus ſum.

Pax.

XXIII. Ad hæc Simon reſpondit; Nos pace tua opus non habemus: ſi enim pax ſit & concordia, ad inveniendam veritatem nihil proficere poterimus: habent enim inter ſe pacem & latrones, & ſcortatores; & omnis nequitia cum ſemetipſa concordat: & nos ergo, ſi ob hoc convenimus, ut pacis cauſsâ omnibus quæ dicuntur præbeamus adſenſum, nihil auditoribus conferemus; ſed è contrario illuſis eis, nos amici * diſcedemus. Propter quod noli invocare pacem, ſed magis pugnam matrem ejus; & ſi potes, expugna errores. Nec requiras amicitiam injuſtis adſentationibus * paratam: hoc enim te ante omnia ſcire volo, quia duobus inter ſe dimicantibus, tunc erit pax, cùm alter ceciderit ſuperatus: & ideo pugna ut potes, nec requiras pacem ſine bello, quod impoſſibile eſt; aut ſi poteſt fieri, oſtende.

* S.T. Cand. diſcedimus.
* R. P. partam

XXIV. Ad hæc Petrus: Attentiùs audite, ô viri, quæ dicimus. Ponamus mundum hunc campum eſſe aliquem magnum; & ex duabus civitatibus, quarum reges ſibi invicem ſint contrarii, miſſos eſſe ſingulos ad dimicandum duces; & illum quidem boni regis ducem, conſilium dare, ut uterque exercitus abſque ſanguinis profuſione, melioris in regis jura concedat, quò ſine periculo omnes ſalvi fiant; illum verò contrarium dicere; Non, ſed pugnetur; ut non qui dignus eſt, ſed quis fortior, ipſe cum his qui evaſerint regnet. Quæſo vos, quid magis eligeretis? Non dubito, quin, ut cum incolumitate omnium, regi meliori manus darentur. Et ego nunc non, ut Simon ait, pacis cauſsâ adſenſum volo commodari his quæ malè dicuntur; ſed ut cum quiete & ordine veritas requiratur.

De diſputatione.

XXV. Nonnulli enim in diſputationum certamine, ubi errorem ſuum ſenſerint confutari, cauſsâ perfugii conturbare continuò incipiunt, & movere lites; ne palàm fiat omnibus, quòd ſuperantur: & propterea ego frequenter exoro, ut cum omni patientia & quiete indago diſputationis habeatur; ut ſi fortè aliquid minùs rectè dictum videatur, repetere id, & apertius liceat explanare: ſolet enim interdum aliter dici quid, & aliter audiri; dum aut minùs lucidè profertur, aut minùs vigilanter advertitur: & ob hoc patienter cupio haberi ſermonem, ut neque ſubripiat alter alteri; neque ſermonem dicentis, intempeſtivus ſermo contradicentis * interrumpat: neque reprehendendi ſtudium geramus; ſed liceat, ut dixi, minùs * planè dicta repetere, ut examinatione juſtiſſimâ clareſcat veritatis agnitio. Scire enim debemus, quia ſi quis à veritate vincatur, non ipſe vincitur, ſed ignorantia quæ in ipſo eſt, quæ eſt Dæmon peſſimus; quam qui potuerit * effugare, ſalutis accipit palmam. Propoſitum namque nobis eſt prodeſſe auditoribus; non ut malè vincamus, ſed ut pro agnitione veritatis benè * vivamus. Si enim veritatis inquirendæ ſtudio ſermo moveatur, etiam ſi quid minùs plenè pro humana fragilitate dicemus, Deus pro ineffabili ſua bonitate, ea quæ deſunt, latenter auditorum ſenſibus adimplebit. Juſtus eſt enim; & ſecundùm uniuſcujuſque propoſitum, aliis quidem in promptu facit eſſe quod quæritur, aliis verò obſcurum reddit, etiam quod palàm poſitum eſt. Quia ergo via Dei, via pacis eſt; cum pace quæ Dei ſunt requiramus. Ad hæc ſi quis habet quod proſequatur, locus eſt; ſi verò nullus eſt qui reſpondere velit, ego dicere incipiam, & quæ mihi ab alio poſſunt objici, ipſe in medium prolata, diſſolvam.

* S.R. alii: irrumpat
* R.P. plenè
Ignorantia eſt Dæmon peſſimus.
* Carn. R. & P. effugere.
* S.R. Carn. vincamur. T. P. Cand. vincamus

XXVI. Cùm ergo Petrus cœpiſſet continuare ſermonem, Simon interruptâ oratione ejus: Cur, inquit, feſtinas * ipſe * tibi dicere, quæ tibi videntur? Intelligo verſutias tuas: vis enim tibi ea * ipſe proponere, quorum abſolutio bene tibi meditata eſt; ut ignorantibus turbis, videaris rectè aliquid dicere: ſed apud me non tibi erit horum locus. Nunc ergo, quoniam ut vir fortis polliceris, te omni volenti proponere reſponſurum, mihi interim primò reſpondeto. Et Petrus: Paratus, inquit, ſum; tantùm ut cum pace ſit ſermo. Tunc Simon: Non vides, inquit, imperitiſſime, quòd contraria agis Magiſtro tuo, pacem depoſcens; quod utique non convenit ei qui expugnaturum ſe promittit ignorantiam? Aut ſi tu rectè pacem ab auditoribus poſcis, non rectè Magiſter tuus dixit; *Quia non veni pacem mittere in terram, ſed gladium.* Mat. 10. 34. Aut enim tu bene dicis, & ille non bene: aut ſi Magiſter tuus bene, tu peſſimè, qui non intellexiſti contraria te proferre ei, cujus te diſcipulum profiteris.

* S. T. ipſa. Cand. ipſa tibi dicere quæ videntur.
* S. T. R. ipſa. Sic & alii.

XXVII. Ad hæc Petrus: Neque * qui miſit me, malè fecit, gladium mittere in terram: neque ego contraria ei ago, auditorum pacem requirens: ſed tu & imperitè & temerè reprehendis ea quæ non intelligis. Etenim quia pacem non venit mittere in terram Magiſter, audiſti: quòd autem dixerit; *Beati pacifici, quoniam ipſi filii Dei vocabuntur*, Mat. 5. 9. non audiſti. Propter quod non ego Magiſtro diverſa ſentio, pacem perſuadens, quam ille ſervantibus, beatitudinem poſuit. Et Simon ait; Pro magiſtro reſpondere cupiens, ô Petre, multò eum graviùs accuſâſti; ſi cùm ipſe non venerit pacem facere, hanc aliis ſervare præceperit. Et quo modo alius ille ejus ſermo conſtabit quem dixit; quia *ſufficit diſcipulo, ut ſit ſicut magiſter ejus?* Mat. 10. 25.

* Cand. qui venit malè.

XXVIII. Petrus ad hæc: Magiſter, inquit, noſter, qui erat verus Propheta, & ſui in omnibus memor, neque ſibi contraria locutus eſt, neque nobis ab his quæ ipſe gerebat diverſa mandavit. Quòd enim ait; *Non veni pacem mittere in terram, ſed gladium: & ex hoc videbitis ſeparari patrem à filio, filium à patre; virum ab uxore, & uxorem à viro; & matrem à filia, filiam à matre; fratrem à fratre, ſocrum à nuru, amicum ab amico:* Mat. 10. 34. 35. 36. Luc. 12. 53. hæc omnia continent doctrinam pacis: & quo modo, audi. Initio prædicationis ſuæ, utpote qui velit omnes invitare & adducere ad ſalutem; ac patientiam laborum, tentationumque habendam ſuaderet; pauperes beatificabat, eoſque pro * penuriæ tolerantia adepturos eſſe pollicebatur regna cœlorum; Mat. 5. 8. Luc. 6. ut ſub tanta ſpe æquanimiter paupertatis pondus, ſpretâ cupiditate, portarent. Eſt enim unum & maximum * ex pernicioſiſſimis peccatis, cupiditas. Sed & eſurientes, & ſitientes, æternis bonis juſtitiæ ſaturandos eſſe promiſit; ut egeſtatem tolerabiliter ferentes, nihil pro hac injuſti operis molirentur. Mundos quoque corde, ſimiliter beatos dicebat, & per hoc Deum viſuros, ut unuſquiſque adipiſci tantum cupiens bonum, ſemetipſum à peſſimis & pollutis cogitationibus contineret.

* R. P. penuria &
* R. & pernicioſiſſimum peccatum

XXIX. Sic

69. *Salutationis ſpecie, pacem cunctis precatus ſum.*] Ad Matth. X. 12. Hieronymus; *Occultè ſalutationem Hebræi ac Syri ſermonis expreſſit. Quod enim Græcè dicitur* χαῖρε, *& Latinè ave; hoc Hebræo Syroque ſermone appellatur* שלום לך, *Salom lach, ſive* שלום עמך, *id eſt, pax tecum.* Quo loci in Codice Regio 230 litteris ſolummodo Latinis exaratum habetur, *Chere & appellant Salomlach ſive Salamalach.* COT.

70. Epi-

* *Deeſt in R.* • S. T. *contemnentes.* *Sic & C. C.*

XXIX. Sic ergo Magiſter noſter diſcipulos ad patientiam * virtutis invitans, bonum pacis, etiam cum labore * parientiæ, ſuadebat eſſe ſervandum. E contrario verò eos qui in divitiis ac luxuria verſabantur, lugebat, qui nihil pauperibus largiebantur, arguens eos rationem redituros; quia proximos ſuos, quos diligere ſicut ſeipſos debuerant, ne in egeſtate quidem poſitos miſerati ſunt. Hæc autem dicens, alios quidem obedire fecit; alios verò reddidit inimicos. Credentibus ergo & obedientibus, pacem habere inter ſe invicem jubet, & ipſis dicit; *Beati pacifici, quia ipſi filii Dei vocabuntur.* His autem, qui non ſolùm non credidère, verùm & adverſarii doctrinæ ejus facti ſunt; bellum verbi & confutationis * indixit: *quia ex hoc videbitis ſeparari * filium à patre, & virum ab uxore, & filiam à matre, & fratrem à fratre, & nurum à ſocru; & inimici hominis domeſtici ejus.* In unaquaque enim domo, cùm inter credentem & non credentem cœperit eſſe diverſitas, neceſſariò pugna fit: incredulis quidem contra fidem dimicantibus; fidelibus verò in illis errorem veterem, & peccatorum vitia confutantibus.

• R. • S. T. R. *alii*: indicit, & ait; * R. P. *patrem à filio*

Mat. 23. *Luc.* 11.

XXX. Similiter quoque etiam erga Scribas & Phariſæos ultimo doctrinæ ſuæ tempore bellum gerit, arguens eos ſuper actibus non bonis, & non rectâ doctrinâ. & quòd clavem ſcientiæ, quam à Moyſe traditam ſuſceperunt, occultarent, per quam poſſit janua regni cœleſtis aperiri. Sed & nos ad prædicandum mittens Dominus noſter præcepit nobis, ut in quamcunque civitatem vel domum introierimus, dicamus; Pax huic domui: & ſi quidem, inquit, fuerit ibi filius pacis, veniet ſuper eum pax veſtra; ſi verò non fuerit: pax veſtra ad vos revertetur: exeuntes autem de domo, vel de civitate illa, ut etiam pulverem, qui adhæſerit pedibus noſtris, excutiamus ſuper eos. Tolerabilius autem erit terræ Sodomorum, & Gomorrhæorum in die judicii, quàm illi civitati vel domui. Quod utique ita demum præcepit fieri, ſi priùs in civitate vel domo, veritatis ſermo prædicetur, ex quo, vel recipientes veritatis fidem, filii pacis & filii Dei fiant; vel non recipientes, arguantur, quaſi inimici pacis & Dei.

Epiſt. c. 35. Pſeudo-Clemens, *ibid.* *Mat.* 10. 12. *Luc.* 10. 5.

XXXI. Ita ergo & nos, Magiſtri inſtituta * ſervantes. pacem primò proponimus auditoribus, ut abſque ulla perturbatione poſſit via ſalutis agnoſci. Quòd ſi quis pacis verba non ſuſcipit, neque acquieſcit veritati: ſcimus adversùm eum pugnam verbi movere, & arguere acriùs, confutando * ignorantiam, & redarguendo peccata. Neceſſariò igitur pacem proponimus; ut ſi quis eſt filius pacis, pax noſtra veniat ſuper eum: ab eo autem, qui ſe alienum pacis effecerit, regredietur ad nos pax noſtra. Non ergo, ut * putas, * conſenſu malorum pacem proponimus: nam utique continuò tibi dexteram dediſſemus: ſed ut per quietem & patientiam * diſſerentibus nobis, qui ſit ſermo verus, faciliùs ab auditoribus dignoſcatur. Si autem diſſideas & diſcordes à temetipſo, quo modo ſtabis? Neceſſe eſt ut cadat, qui in ſemetipſo dividitur. *Omne* enim *regnum in ſemetipſum diviſum, non ſtabit.* Ad hæc ſi quid videtur, dicito.

* C. C. & P. *ſectantes.* • *Cand.* avaritiam ac ignorantiam. • S. T. R. *alii*: an *Carm.* conſenſum. * R. aſſerentibus

Mat. 12. 25.

XXXII. Et Simon: Stultitiam tuam demiror. Sic nobis Magiſtri tui verba proponis, quaſi certum de eo habeatur, quòd Propheta ſit; quem ego perfacilè demonſtrare poſſum, multa ſibi contraria locutum. Denique ex his, quæ ipſe protuliſti, arguam te. Ais enim dixiſſe eum; *Omne regnum, vel omnis civitas diviſa in ſemetipſâ, non ſtabit.* Et alibi iterum ais eum dixiſſe, quia ipſe miſerit gladium, ut ſepararet eos qui in domo ſunt; ita ut dividatur filius à patre, & filia à matre, & frater à fratre; * ut ſi fuerint in una domo quinque, dividantur tres adversùm duos, & duo adversùm tres. Si ergo omne quod dividitur, cadit; iſte qui diviſiones facit, cadendi præſtitit cauſſas: & ſi talis eſt, utique malus eſt. Ad hæc reſponde ſi potes.

• S. T. P. R. & *Luc.* 12. 52.

XXXIII. Et Petrus: Non temere deroges, ô Simon, his quæ non intelligis. Primò ergo reſpondeam pro eo quod ais, me Magiſtri mei verba proponere, atque ex ipſis ea, de quibus dubitatur, abſolvere. Dominus noſter mittens nos Apoſtolos * ad prædicandum, præcepit nobis, ut doceamus omnes gentes, de his quæ mandata ſunt nobis. Neque ergo dicere ea, ut ab ipſo dicta ſunt, poſſumus. Non enim dicere, ſed docere ea in mandatis habemus; & ex ipſis oſtendere, quo modo unumquodque eorum, veritate ſubnixum ſit. Neque rurſus proprium nobis aliquid dicere permiſſum eſt. Sumus enim miſſi; & neceſſariò, qui miſſus eſt, illud quod juſſus eſt nunciat, & voluntatem mittentis exponit. Nam ſi aliud dicam, quàm præcepit mihi ille qui me miſit, falſus ero Apoſtolus; qui non illud dico quod juſſus ſum dicere, ſed quod mihi videtur: quod qui facit, utique ſe meliorem vult oſtendere, quàm eſt ille à quo miſſus eſt: & eſt ſine dubio prævaricator. Si verò ea quæ juſſus eſt, proſequatur, eorumque adſertiones * maniſeſtiſſimas proferat; Apoſtoli opus exſequi videbitur: quod ego nunc implere contendens, non tibi placeo. Non ergo reprehendas, quòd ejus qui me miſit, proferam verba: ſed ſi eſt in illis aliquid, quod non ſit integrè dictum; inde me ut arguas licet: quod tamen nullo modo fieri poteſt. * Aut ſi non putas eum Prophetam eſſe, hoc primò requiratur.

Mat. 28. 19, 20. * *Carm.* addit ſuos. *Apoſtoli officium.* • R. maniſeſtiſſimè • S. T. *alii*; Propheta enim eſt, & ſibi ipſi eſſe contrarius non poteſt. Aut *Prophetia.*

XXXIV. Et Simon: Non opus habeo hoc diſcere abs te: ſed quo modo ſibi iſta conveniant. Si enim inconſonans oſtendetur, ſimul etiam Propheta non eſſe docebitur. Tum Petrus: Sed ſi priùs, inquit, oſtendero eum Prophetam; hoc quòd videtur eſſe inconſonans, non erit: neque enim ex conſonantia quis Propheta eſſe probatur; quia hoc multis poſſibile eſt facere: quod ſi conſonantia Prophetam non facit, multò magis nec inconſonantia. Quia ergo multa ſunt, quæ videntur quidem inconſona eſſe nonnullis, habent tamen profundiore ratione in ſemetipſis conſonantiam; ſicut & * aliqua videntur habere conſonantiam, diſcuſſa diligentiùs, inveniuntur inconſona: hac de cauſſa aliam non puto * rectiorem eſſe viam ad horum diſcrimen, niſi ut priùs cognoſcamus, ſi is qui locutus eſt ea quæ videntur inconſona, Propheta ſit. Si enim invenitur Propheta eſſe, omnia illa quæ videntur ſibi eſſe contraria, conſtat habere conſonantiam, ſed non intelligi. De his ergo probamenta rectiùs requirentur. Nos enim Apoſtoli, illius qui nos miſit, verba exponere miſſi ſumus, & adfirmare ſententias: proprium verò dicere aliquid, non habemus in mandatis; ſed verborum illius, ut dixi, aperire veritatem.

• S. T. *aliis* alia quæ • R. P. certiorem

XXXV. Et Simon ait; Doce ergo nos, quo modo conveniat, ut is qui diviſiones facit, quæ diviſiones cadere faciant eos qui dividuntur; vel bonus videatur, vel ad hominum ſalutem veniſſe. Et Petrus: Audi, quo modo Magiſter noſter omne regnum, & omnem domum diviſam adversùm ſemetipſam, dixit ſtare non poſſe. Hoc autem cùm ipſe fecit, vide quo modo ad ſalutem cedat. In errore poſitum mundi regnum, vel unamquamque in eo domum, * verbo veritatis * dividit; proculdubio ut cadat error, & veritas regnet. Quòd ſi alicui accidat domui, ut error introductus per aliquem, dividat veritatem; cùm error obtinuerit, certum eſt veritatem ſtare

• R. P. verba • R. P. dividunt

non

non poſſe. Et Simon: Sed incertum eſt, utrum Magiſter veſter errorem dividat, * an veritatem. Et Petrus: Iſtud alterius quæſtionis eſt. Sed ſi conſtat apud te, quia omne quod diviſum fuerit, cadit: ſupereſt ut oſtendam, ſi * tantùm cum pace audire vis, quòd Jeſus noſter errorem diviſerit ac reſolverit, docendo veritatem.

* R. P. à veritate.
* R. T. P. tamen

XXXVI. Tum Simon: Omitte, inquit, ſermonem pacis frequenter iterare: quid vero ſit quod ſentis, aut credis, breviter expone. Et Petrus ait; Quid times crebrò audire de pace? An ignoras quia perfectio Legis pax eſt? Ex peccatis enim bella naſcuntur & certamina: ubi autem peccatum non fit, pax eſt animæ: ubi verò pax eſt, in diſputationibus * veritas, in operibus * juſtitia invenitur. Et Simon: Videris mihi non poſſe profiteri quod ſentis. Et Petrus: Dicam, ex arbitrio tamen, non tuis verſutiis coactus. Cupio enim, quod ſalutare & utile eſt, omnibus adduci in notitiam; & ideo proferre quam breviſſimè non morabor. Unus eſt Deus, * idem qui conditor mundi, juſtus judex, & unicuique pro actibus ſuis quandoque reſtituens. Jam verò pro adſertione horum, ſcio innumera poſſe verborum millia commoveri.

Pſeudo-Abdias, ibidem.
Perfectio Legis eſt Pax.
* R. P. veritatis
* R. P. juſtitiæ
l. 1. c. 25.
1 Clement. Hom. 2. c. 12.
* S. T. R. *alii*: idemque conditor

XXXVII. Et Simon ait; Miror quidem velocitatem ingenii tui; non tamen amplector errorem fidei tuæ: prudenter enim prævidiſti, quòd tibi contradici poſſet * è turba: ideo etiam ipſe profeſſus es, quòd pro adſertione horum, innumera verborum millia movebuntur: nulli enim concordat profeſſio fidei tuæ. Denique, quòd unus ſit Deus, cujus ſit opus mundus; hoc primùm quis recipiat? puto quia neque Paganorum quiſquam, quamvis ille ſit idiota: Philoſophorum autem omnino nullus: ſed ne Judæorum quidem imperitiſſimus quiſquam & miſerrimus; neque ego ipſe qui eorum Legem bene novi. Et Petrus: Omitte, inquit, opiniones abſentium: tibi quid videtur, præſens præſenti dicito. Tum Simon: Poſſum, inquit, exponere quod verè ſentio: ſed pigriorem me facit illa conſideratio; quia ſi dixero, quod neque ſit tibi conſonum, neque vulgo huic imperito rectum videtur; tu quidem quaſi obſtupefactus, aures continuò occludens, velut ne blaſphemiâ polluantur, vertéris in fugam, quia quod reſpondeas non invenies; populus autem irrationabilis, adſentatus tibi, te quidem amplectetur, quaſi ea docentem, quæ in uſu eis ſunt; me verò exſecrabuntur, veluti nova quædam atque inaudita profitentem, meumque errorem * alienis mentibus inferentem.

* S. T. R. C. C. & urbanè id etiam profeſſus
De Unitate Dei.
l. Cedrenum, ſ. in Teſt. Veter.
* T. R. aliorum. *Sic & alii.*

XXXVIII. Tum Petrus: Numquid non tu, in quo nos accuſabas, ipſe ambagibus uteris, nihil habens quod adſeras veritatis? Aut ſi habes, incipe abſque * circuitionibus, ſi * tantùm confidis: & ſi quidem non placuerint alicui auditorum quæ dicis, abſcedet; qui verò permanſerint, cogentur adſertionibus tuis, probare quod verum eſt. Incipe igitur quod tibi rectum videtur, exponere. Et Simon ait: Ego dico multos eſſe Deos; unum tamen eſſe incomprehenſibilem, atque omnibus incognitum, horumque omnium Deorum Deum. Tum Petrus: Hunc, inquit, quem dicis eſſe incomprehenſibilem, & incognitum omnibus Deum, ex Scripturis Judæorum, quæ in auctoritate habentur, probare potes; an ex aliis aliquibus, quas omnes ignoramus; an ex Græcis auctoribus; an ex tuis * ſcriptis propriis? Certè ex quibuſcumque vis, dicito; ita tamen ut oſtendas eas priùs, eſſe Propheticas: ita enim fiet, ut earum indubitata habeatur auctoritas.

* R. P. circumventionibus
* T. R. tamen. *Sic & alii.*
Clement. Hom. 3. c. 2.
* S. T. R. ſcripturis. *Sic & alii.*

XXXIX. Et Simon ait: Ex Lege Judæorum ſolà adſertiones adhibebo. * In omnibus enim, qui religionis curam gerunt, manifeſtum eſt initius eſſe auctoritatis hanc Legem: unumquemque tamen ſecundùm proprium ſenſum intelligentiam Legis hujus accipere. Ita enim ab eo qui mundum condidit ſcripta eſt, ut in ipſa rerum fides habeatur. Unde ſive quis vera, ſive etiam falſa proferre velit, abſque hac Lege nulla recipietur adſertio. Quia igitur * ſcientia mea pleniſſimè cum Lege concordat, rectè multos eſſe pronunciavi Deos; quorum unus eſt eminentior, & incomprehenſibilis; ipſe qui eſt Deus Deorum. Quòd autem multi ſint Dii, ipſa me edocuit Lex. Primò quidem ubi ex perſona ſerpentis dicitur ad Evam, primam mulierem; *Quacumque die manducaveritis de ligno ſciendi bonum & malum, eritis ſicut Dii:* hoc eſt, ſicut hi qui hominem fecère. Poſtea enim quàm guſtavère de ligno, ipſe Deus teſtatur dicens ad reliquos Deos; *Ecce Adam factus eſt ſicut unus ex nobis.* Sic ergo conſtat multos eſſe Deos, qui hominem fecerint; quia & initio ita dicit Deus ad cæteros Deos; *Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram.* Sed & quod ait; [70] *Ejiciamus eum.* Et iterum; *Venite * deſcendentes confundamus linguas eorum.* Omnia hæc multos eſſe indicant Deos. Sed & illud * ſcriptum eſt; *Deos non maledices, & principem populi tui non maledices.* Et rurſum quod ſcriptum eſt; *Dominus ſolus ducebat eos, & non erat cum illis Deus * alienus;* multos eſſe oſtendit Deos. Sunt & alia plurima, quæ proferri poſſunt ex Lege teſtimonia, non ſolùm obſcuriora, ſed & manifeſta, quibus multi eſſe doceantur Dii; ex quibus unus, ut Judæorum populo Deus eſſet, ſorte electus eſt. Ego autem non hunc adſero; ſed illum qui etiam hujus Deus eſt, quem ne ipſi quidem Judæi nôrunt: neque enim ipſorum eſt Deus, ſed eorum qui agnoverint eum.

Clement. Hom. 16. c. 5. &c.
* *Deeſt in mſſ.*
* Cod. ſententia.
Gen. 3. 5.
Gen. 3. 22.
Gen. 1. 26.
Gen. 3. 22.
Gen. 11. 7.
* R. & deſcendentes.
* S. R. P. quod ſcriptum
Exod. 22. 28.
Deut. 32. 12.
* Cod. & R. Deus alius.

XL. His auditis Petrus: Nihil, inquit, verearis, Simon: ecce enim neque aures claudimus, neque fugimus; ſed ad ea quæ falsò proſecutus es, veritatis ſermonibus reſpondemus: illud primò adſerentes, quia unus eſt Deus, hic ipſe Judæorum; qui eſt ſolus Deus, cœli creator ac terræ; qui & omnium, etiam quos dicis Deorum, Deus eſt. Si ergo oſtendero nullum eſſe hoc ſuperiorem, ſed ipſum eſſe ſuper omnia, fateberis errorem tuum eſſe ſuper omnia. Et Simon: Quid enim, inquit; etiam ſi ego nolim fateri; qui adſiſtunt auditores, nonne arguent me, nolentem quæ vera ſunt profiteri?

XLI. Auſculta ergo, ait Petrus, ut ſcias primò, quòd etiamſi multi ſunt Dii, ut dicis; Judæorum Deo ſubditi ſunt, cui neque æqualis quiſquam, neque major eſſe poteſt: ſcriptum eſt enim, quòd ita dicat ad Judæos Moyſes Propheta; *Dominus Deus veſter, hic eſt Deus Deorum, & Dominus Dominorum, Deus magnus:* ita, etiam ſi multi ſunt qui dicuntur Dii, unus eſt tamen major omnium, Judæorum Deus, qui & Deorum Deus dictus eſt. Neque enim quicumque dictus fuerit Deus, continuò Deus eſt. Denique & Moyſes Deus dicitur Pharaonis; & certum eſt,

Deut. 10. 17.
Ex. 7. 1.

---

70. *Ejiciamus eum.*] Clementin. III. 39. Epitom. 37. Cedren. p. 171. l. 20. Facilè mihi perſuaſerim, additum id fuiſſe loco Geneſ. III. 22. ob pendentem ſententiam: *Nunc ergo ne fortè mittat manum ſuam, & ſumat etiam de ligno vitæ, & comedat, & vivat in æternum.* Simile quippe additamentum complectitur Verſio Arabica: *Operiet ut exeat ex horto.* COT.

71. *Eſt*

Ex. 22. 28. eſt, eum hominem fuiſſe: & judices. Dii appellati ſunt; & conſtat, eos fuiſſe mortales. Simulacra quoque Gentium, Dii appellantur; & omnes ſcimus, quia non ſunt; ſed impiis quaſi pro pœna hoc datum eſt, ut quia verum Deum cognuſcere noluerunt, quæcumque eis forma & imago occurriſſet, haberetur ab eis Deus; quoniam unius, ut dixi, qui eſt omnium Deus, agnitionem ſuſcipere recusârunt: ideo ergo conceditur eis illos habere Deos, qui præſtare ſupplicantibus nihil poſſunt. Quid enim aut exanima ſimulacra conferre hominibus queant, aut animantia; cùm poteſtas omnium apud unum ſit?

XLII. Tribus igitur modis Deus quis dicitur; vel quia verè eſt; vel * quia ei qui verè eſt, miniſtrat; & ob honorem mittentis, ut plena ſit ejus auctoritas, hoc dicitur iſte qui miſſus eſt, quod eſt ille qui miſit: ut ſæpè factum eſt de Angelis; qui tamen cùm apparuerint homini, ſi ſit prudens, & eruditus vir, interrogat ejus qui apparuit nomen, ut ſimul & honorem miſſi, & auctoritatem mittentis agnoſcat. [71] Eſt enim uniuſcujuſque gentis Angelus, cui credita eſt gentis ipſius diſpenſatio à Deo: qui tamen cùm apparuerit, quamvis putetur & dicatur ab his quibus præeſt, Deus; tamen interrogatus, non ſibi dabit ipſe tale teſtimonium. Deus enim excelſus, qui ſolus poteſtatem omnium tenet, in ſeptuaginta & duas partes diviſit totius terræ nationes, eiſque principes Angelos ſtatuit: uni verò qui in Archangelis erat maximus, ſorte data eſt diſpenſatio eorum, qui præ cæteris omnibus excelſi Dei cultum atque ſcientiam receperunt. Sed & ſancti homines, ut diximus, impiorum efficiuntur Dii, tamquam qui poteſtatem acceperint in eos vitæ ac necis: ut de Moyſe, & judicibus ſuprà memoravimus. Propter quod ſcriptum eſt de eis;

Exod. 22. 28. *Deos non maledices, & principem populi tui non maledices.* Principes ergo ſingularum gentium Dii appellantur. Principum autem Deus, Chriſtus eſt, qui eſt omnium judex. Verè ergo neque Angeli, neque homines, neque ulla creatura, Dii eſſe poſſunt: quippe qui ſub poteſtate ſunt poſiti, tamquam creati & mobiles: Angeli quidem, ut qui non fuêre, & ſint; homines autem, ut mortales; omnis verò creatura, ut quæ ſolvi poſſit, ſed revera ſi * ſolverit ille qui fecit. Et ideo ille ſolus verus eſt Deus, qui non ſolùm ipſe vivit, ſed & aliis vitam præſtat, quam & auferre poteſt cùm vult.

* S. T. R. C. C. quia

Angeli.

* S. T. R. alii: voluerit

XLIII. Propterea ergo clamat Scriptura ex perſona Dei Judæorum, & dicit; *Videte, videte, quoniam ego * ſum Deus; & non eſt alius præter me. Ego occidam, & * vivere faciam; percutiam, & ego ſanabo, & non eſt qui * eripiat de manibus meis.* Vides ergo quo modo ineffabili quadam virtute, Scriptura occurrens futuris erroribus eorum qui alium Deum, præter eum qui eſt Judæorum, vel in cœlis eſſe, vel in terris, adfirmarent; pronunciat dicens; *Dominus Deus tuus, Deus unus eſt, in cœlo ſurſum, & in terra deorſum; & præter ipſum alius non eſt.* Quo modo ergo auſus es dicere alium eſſe Deum, præter eum qui Judæorum eſt Deus? Et iterum dicit Scriptura; *Ecce Domini Dei tui cœlum, & cœlum cœli, terra, & omnia quæ in * eis ſunt. Verumtamen patres tuos elegi, ut diligerem eos, & vos poſt ipſos.* Ita ex omni parte ab Scriptura munitur iſta ſententia; quia ipſe qui mundum creavit, verus & ſolus eſt Deus.

Deut. 32. 39.
* S. T. Cand. ſum, & non
* Cand. P. R. T. ego vivere
* T. de manu mea poſſit eruere.
Deut. 4. 39.
Deut. 10. 14.
* P. R. ea

XLIV. Quòd & ſi ſint alii, ut diximus, qui dicuntur Dii; ſub poteſtate ſunt Judæorum Dei; quia ita dixit Scriptura Judæis; *Dominus Deus * noſter, hic eſt * Deus Deorum, * & Dominus dominorum.* Hunc etiam ſolum colendum monet Scriptura, dicens; *Dominum Deum tuum adorabis, & illi ſoli ſervies:* &; *Audi Iſraël,* [72] *Dominus Deus tuus, Deus unus eſt.* Denique * & ſancti Spiritu * Dei repleti, & guttis miſericordiæ ejus irrorati exclamabant, dicentes, *Quis ſimilis tibi in Diis Domine, quis ſimilis * tibi?* Et iterum; *Quis Deus præter Dominum? * & quis Deus præter * Dominum noſtrum?* Itaque Moyſes, ubi proficere populum vidit, paulatim eos ad intelligentiam Monarchiæ, & fidem Dei unius * initiavit; ut in conſequentibus dicit; *Nomina Deorum aliorum non commemorabis;* recordatus ſine dubio, quali pœna damnatus ſit ſerpens, qui primus nominaverat Deos. Terram denique comedere condemnatur, & tali cibo dignum * judicatur, ob id, quod primum omnium, appellationem Deorum introduxit in mundum. Quòd & ſi tu multos Deos vis introducere, vide ne exitum ſerpentis ſimilem ſortiaris.

Deut. 10. 17.
* Cand. Cain S. T. veſter
* R. Dominus Deus
* S. T. R. & Dominus Dominorum. Sic & alii.
Mat. 4. 10.
Deut. 6. 4.
* T. & Spiritu ſancto repleti
* Cand. ſancto ſpiritu Dei repleta,
* S. Dii
Pſalm. 34. 10. & 85. 8.
* P. R. tibi glorioſus in ſanctis.
Pſal. 17. 32.
* S. Cand. aut R. Cand. P. Deum
* S. T. R. inſtituit.
Sic & alii.
Joſ. 23. 7. in LXX.
Gen. 3.
Serpens cur damnatus.

XLV. Certus autem eſto, quòd nos hujus * mali ſocios non habebis; nec decipi nos patiemur abs te. Neque enim proderit nobis ad excuſationem in judicio, ſi dicamus, quòd tu deceperis nos; quia nec primam mulierem excuſare potuit, malè crediſſe ſerpenti; ſed mortè, quia malè

* S. T. Cand. videbatur os quod. Carm. cum gloſſem digmas judicatur; juſta allegoriam vero peccatori, qui terra nuncupatur, in cibum ſerpenti datur. Pet. judicatus os quod.
* S. T. cauſæ. Sic & Carm.

71. *Eſt enim uniuſcujuſque gentis Angelus.*] Ad hæc & ſequentia obſervare oportet non pauca. I. quod Angeli ἐθνάρχαι hic dicantur Angeli boni, at lib. 2. cap. 51. 56. Angeli mali, id eſſe ex doctrina Origenis & Hieronymi, qui gentibus utroſque Angelos præponunt. Certè teſtantur LXX. Deuteron. XXXII. 8. ὅτε διεμέριζεν ὁ ὕψιστος ἔθνη, ὡς διέσπειρεν υἱοὺς Ἀδάμ, ἔστησεν ὅρια ἐθνῶν κατὰ ἀριθμὸν ἀγγέλων θεοῦ. *Quando dividebat Altiſſimus gentes, quando diſſeminavit filios Adæ; conſtituit terminos gentium ſecundum numerum Angelorum Dei.* ad quem in hoc capite reſpicitur, Maximus enarrans caput 9. Cœleſtis Hierarchiæ, cum aliis pluribus explicat de ſanctis Angelis; Auctor verò Operis imperfecti in Matthæum ad cap. 24. verſ. 9. ſeu Homiliâ 48. de malignis; nec multum diverſè Rufinus Expoſitione in Symbolum Apoſtolorum. II. de LXX. ſeu LXXII nationibus, (de quibus Horus Apollo lib. 1. cap. 14) totidemque Angelis præfectis, & linguis, veteres Chriſtianos & Judæos conſentire: Pacianum tamen Epiſtolâ 2. adverſus Novatianos, ponere linguas CXX. niſi ſi reſcribendum parvâ mutatione, LXX. Ephoro autem, vel Ephoro aliiſque multis Hiſtoricis apud Clementem Alexandrinum Strom. I. p. 332. gentes & linguas eſſe LXXV. III. unum illum in Archangelis maximum, cui data ſit diſpenſatio populi Dei, videri eſſe Michaelem: ex Daniele X. 13. 21. XII. 1 ac ex Dionyſio de cœleſti Hierarchia cap. 9. ὁ [illegible], inquit Michael Syncellus Laudatione in cœleſtes Virtutes. Et in Oratione Nicetæ de laudibus Michaelis & Gabrielis, vocantur illi, τῶν ἀρχαγγελικῶν ταγμάτων [illegible], καὶ [illegible] ἀγγέλων [illegible]. IV. verba citata è Deuteronomio, leviter depravata legi in Victorino ad Apocalypſim, Theodorito Hæret. Fabul. lib. 5. cap. 7. & Maximo ubi ſuprà. V. denique obſervari meretur fragmentum Regii Codicis 1648. de linguis & gentibus 72. & conferri cum Euſebio, Epiphanio, Chronico Alexandrino, Georgio Syncello, &c. Subjicio illud, levibus vitiis purgatum.

Κωνσταντῖνος ὁ χαρτοφύλαξ [illegible] τῆς [illegible] γλώσσας [illegible] τῶν [illegible] ἔθνη. Ἕλληνες ἄρα καὶ Βάρβαροι. Μακεδόνες καὶ Θετταλοί. [illegible] καὶ [illegible]. Ἀθηναῖοι καὶ Ἀργεῖοι καὶ Λάκωνες. καὶ οἱ [illegible] Θρᾷκες τε καὶ [illegible]. καὶ οἱ [illegible] Κιμμέριοι. Βιθυνοί τε καὶ Καππαδόκαι. Φρύγες καὶ Κᾶρες καὶ Λύκιοι. Γαλάται καὶ [illegible]. [illegible] καὶ Πισίδαι καὶ Πάμφυλοι. [illegible] τε καὶ Κίλικες. Σκύθαι καὶ Πέρσαι καὶ Βάκτριοι. Κόλχοι καὶ Ἀσσύριοι. Πάρθοι καὶ Μῆδοι καὶ Ἐλαμῖται. [illegible] τε καὶ [illegible]. Ἰνδοὶ καὶ Αἰθίοπες [illegible] καὶ Αἰγύπτιοι. [illegible] καὶ [illegible]. Κύπριοι καὶ Κρῆτες καὶ Ῥόδιοι. [illegible] καὶ Γότθοι. [illegible] καὶ Ἀ[illegible] τε καὶ Χαλδαῖοι. Φοίνικες τε καὶ Ἄραβες. [illegible] καὶ Ἰδουμαῖοι. [illegible] τε καὶ Ἀβασγοί. [illegible] καὶ [illegible] καὶ [illegible]. Κέλτοι τε καὶ Βανδῆλοι, Γότθοι. * [illegible] καὶ Μωαβῖται καὶ Ἀμμανῖται. Χαναναῖοι καὶ Χετταῖοι καὶ Ἀμορραῖοι καὶ Φερεζαῖοι καὶ [illegible] καὶ Γεργεσαῖοι καὶ [illegible]. καὶ [illegible] Βρεττανικὰ [illegible]. Ὅσας Μωϋσῆς ἔξεν. Leg. Conc. VII. Nicænum. 2. Act. 5. poſt med. COTEL.

Vandali
* f. Κεραῖται
Gen. X.

72. *Dominus Deus tuus, Deus unus eſt.*] Sic in Vulgatâ Marc. XII, 29. concordantibus Hieronymo, Auguſtino, &c. Al-

malè crediderit, condemnata eſt. Hac ergo de
cauſſa & Moyſes unius Dei fidem populo com-
mendans, ait; [71] *Obſerva tibi ipſi, ne ſeducaris à
Domino Deo tuo.* Vide quia eodem verbo utitur,
quo & prima mulier in excuſatione utebatur, ſe-
ductam ſe dicens: ſed nihil profuit. Super om-
*T.R etiam ſi. Sic & alii. nia autem, * ſi verus aliquis ſurgeret propheta,
qui ſigna & prodigia faceret; ſuadere autem velit,
ut coleremus Deos alios, præter Judæorum
Deum; numquam ei credere poſſemus. Sic enim
*S.T.Cand. prius nos docuit Lex divina, ſecretum ſermonem * pu-
riùs ex traditione commendans. Ait ergo; *Si*
Deut. 13. 1. *ſurrexerit in te propheta, aut ſomnians ſomnium;*
*S.T. & *& dederit ſigna * vel prodigia; & evenerint ſigna
illa, vel prodigia; & dixerit ad te; eamus & co-
lamus Deos alienos; quos neſcitis; non audietis ver-
ba prophetæ illius, neque ſomnium ſomniatoris illius;
quia tentans tentavit vos, ut videat ſi diligitis Do-
minum Deum veſtrum.*

XLVI. Propterea ergo & Dominus noſter,
ſigna & prodigia faciens, Deum prædicabat Ju-
dæorum: & ideo rectè prædicationi ejus credi-
tur. Tu autem, etiam ſi verè propheta eſſes; &
ſigna faceres ac prodigia, ſicut promittis; & alios
adnunciares Deos, præter eum qui verus eſt; ma-
nifeſtum eſſet, te ad tentationem populo Dei ſu-
ſcitatum: & ideo credi tibi omnino non poteſt.
Unus eſt enim verus, qui eſt Judæorum Deus.
Et ob hoc Dominus noſter Jeſus Chriſtus doce-
bat, quærendum eſſe; non Deum, quem bene
Mat 6.33. noverant; ſed regnum & juſtitiam ejus, quam
Mat. 23. Scribæ & Phariſæi, ſuſceptâ ſcientiæ clave, non
Luc. 11. concluſerant, ſed excluſerant. Nam ſi ignoráſ-
ſent verum Deum; numquam utique hujus rei
ſcientiam relinquens, quæ erat omnium caput,
culparet eos de parvis & minimis; id eſt, quòd
Luc. 14. 7. dilatarent fimbrias ſuas, & primos accubitus in
Mat 6. 5. convivus vindicarent; & quòd in * quadriviis
*S.T. plateis ſtantes orarent; & alia his ſimilia, quæ utique
ex comparatione magni hujus capitis, ignoran-
tiæ Dei, exigua videntur & parva.

XLVII. Et Simon ad hæc ait; Ex verbis
Magiſtri tui convincam te, quia etiam ipſe igno-
Clement. tum quemdam omnibus introducit Deum. Cùm
Hom. 17. enim & Adam creatorem ſuum ſcierit Deum,
c. 4. Hom. mundique conditorem: & Enoch; quippe qui
18. c. 4. ab eo tranſlatus eſt: & Noë; utpote ab eo juſſus
arcam conſtruere: cúmque & Abraham, & Iſaac,
& Jacob, & Moyſes, & omnes Patres, omniſ-
que populus, atque omnes gentes noverint con-
ditorem mundi, & fateantur Deum: Jeſus ve-
ſter, qui longè poſterior Patribus apparuit, di-
Mat. 11. 27. cit; *Nemo novit Filium, niſi Pater: neque Patrem
quis novit, niſi Filius, & cui voluerit Filius reve-
lare.* Ita ergo & Jeſus veſter alium eſſe Deum,
incomprehenſibilem omnibus & incognitum, fa-
tetur.

XLVIII. Tum Petrus: Contraria, inquit,
tibimetipſi te proferre non ſentis. Si enim & Je-
ſus noſter ſcit iſtum, quem dicis, incognitum
Deum; ergo jam non à te ſolo eſt cognitus. Imo
ſi Jeſus noſter eum novit; Moyſes quoque, qui
& Jeſum venturum eſſe prophetavit, ſine dubio
nec ipſe ignoravit eum: Propheta enim erat; &
qui de Filio prophetavit, ſine dubio cognove-
rat Patrem. Si enim in voluntate eſt Filii, reve-
lare Patrem cui voluerit; Filius, qui ab initio
& ſemper cum Patre fuit, per ſingulas quaſque
generationes, ſicut revelavit Moyſi Patrem, ita
& aliis Prophetis: quod ſi eſt; nulli Patrum
fuiſſe eum incognitum conſtat. Tibi verò qui Fi-
lium non credis, quo modo potuit revelari Pa-
ter, qui nulli notus eſt, niſi cui voluerit Filius
revelare? Revelat autem Filius Patrem his, qui Joh. 5. 23.
ita honorificant Filium, ſicut honorificant Pa-
trem.

XLIX. Tum Simon: Memento, inquit,
quia filium dixiſti habere Deum; quod eſt inju-
riæ: quo modo enim habere filium poteſt, niſi
ſimilia hominibus aut animalibus patiatur? * Sed *S.T. Tum Petrus: Sed
de his non eſt nunc tempus arguere profundam
ſtultitiam tuam: feſtino enim de immenſitate
ſummæ lucis exponere; * & jam nunc audi. Pu- *S.T. Et Simon. Etiam nunc
to eſſe aliquam Virtutem immenſæ & ineffabilis
lucis; cujus magnitudo incomprehenſibilis ha-
beatur; quam Virtutem, etiam mundi Conditor
ignoret, & legiſlator Moyſes, & Magiſter ve-
ſter Jeſus.

L. Tunc Petrus: Non tibi videtur amentiæ
res eſſe, adſerere velle quempiam, quòd ſit alius
Deus, quàm Deus omnium, & dicere; Puto
eſſe Virtutem quamdam; & priùs quàm ipſi cer-
tum ſit, quod loquitur, hoc velle aliis confir-
mare? Eſt ne aliquis ita præceps, qui verbis tuis
credat; in quibus teipſum videat dubitantem? &
admittat eſſe aliquam Virtutem incognitam crea-
tori Deo, & Moyſi, & Prophetis, & Legi, &
Jeſu etiam Magiſtro noſtro; quæ Virtus ita bona
ſit, ut nulli velit innoteſcere, niſi uni tantùm;
& hoc tibi tali? Tum deinde ſi nova eſt iſta Vir- I. Clement.
tus; quo modo nobis non dat novum aliquem Hom. 16.
ſenſum, præter hos quos gerimus quinque; ut c. 10.
ex ipſo * ab eo nobis largito novo ſenſu, ipſam *S.T. Cand.
quæ nova eſt, capere & intelligere poſſimus? Aut habeatur à
ſi non poteſt largiri; quo modo tibi largita eſt? nobis largitio, ut novo.
Aut ſi tibi revelavit; cur non & nobis? Si verò R. ab ea.
à temetipſo intellexiſti, quæ ne Prophetæ quidem Sic & P.
ſentire aut intelligere potuerunt; dic age nobis
nunc, quid unuſquiſque noſtrûm cogitat. Si
enim tantus eſt in te ſpiritus, ut ea quæ ſuper cœ-
los ſunt, incognita omnibus, & omnibus incom-
prehenſibilia cognoſcas; multò faciliùs cogitatio-
nes humanas, quæ in terris habentur, agnoſcis.
Quòd ſi cogitationes noſtras, qui hîc ſtamus, non
potes ſcire; quo modo ea quæ nullis eſſe cognita
adfirmas, ſcire te dicis?

LI. Crede autem mihi, quia numquam ſcires
quid eſt lux, niſi ab ipſa luce accepiſſes & viſum
& intellectum videndi: ſic & in cæteris. Hinc
acceptâ intelligentiâ, majus aliquid & ſublimius
ſomnii inſtar excogitas; occaſione tamen ex iſtis
quinque ſenſibus ſumptâ, quorum largitori in-
gratus es. Certus autem eſto, quòd donec non
invenis novum aliquem ſenſum, qui extra hos
quinque ſit, quibus omnes utimur, novum ad-
ſerere non poteris Deum. Et Simon: Cùm quin-
que ſenſibus conſtent omnia quæ ſunt; nihil no-
vum addere, Virtus illa cunctis eminentior, po-
teſt. Et Petrus ait; Falſum eſt. Eſt enim &
alius ſextus ſenſus, id eſt prænoſcendi: iſti enim
quinque ſenſus, ſcientiæ capaces ſunt; ſextus au- *Sextus ſenſus*
tem præſcientiæ eſt, quem habuêre Prophetæ. *præſcientia.*
Tu ergo quo modo potes Deum omnibus inco-
gnitum noſſe, qui nec Propheticum ſenſum, qui
eſt præſcientiæ, * meruiſti? Tum Simon cœpit *T.R. cognoviſti.
dicere: Hanc, quam dico, Virtutem incom- Sic & alii.
prehenſibilem, & eminentiorem cunctis, etiam
ipſo qui mundum condidit Deo; neque Ange-
lorum quiſquam, neque Dæmonum novit, ne-
que Judæorum, neque ulla omnino quæ à con-
ditore Deo ſubſiſtit creatura. Quo modo enim
* poterat, quam Creator ipſe non noverat, *T. ſcire
Lex poterat

&c. Alter ab Irenæo: aliter ab aliis, etiam in hoc Apoſto-
licorum Volumine. Videatur Fronto Ducæus ad Homiliam
Chryſoſtomi de Phoca Martyre. COT.

71. *Obſerva tibi ipſi, ne ſeducaris à Domino Deo tuo.*] Lege
Deut. VI. 12. VIII. 11. XI. 16. & XIII. 3. Ibid.

* T. Lex verò me ipſius Creatoris edocuit. *Carm.* edocuit. *Cand.* nec ipſum eam ſcire quæ doceret. * *Cand.* lege poſſe proferre; cùm neque aſſeras. * *Pet.* Deum.

* Lex me ipſius Creatoris edocere; cùm nec ipſa ſciret quod doceret?

LII. Et Petrus: Miror, inquit, quo modo tu ex Lege plùs potueris diſcere, quàm docere vel ſcire Lex poterat? & quo modo horum quæ adſerere vis, probationes dicas te ex * Lege proferre; cum neque Legem adſeras noſſe ea quæ dicis, neque * eum qui Legem dedit, id eſt, mundi creatorem. Sed & hoc miror, quo modo tu, qui ſolus hæc nôſti; hîc modò cum omnibus ſtes, brevis atrii hujus ambitu circumdatus. Et Simon, videns cum omni populo ridentem Petrum; Rides, inquit, Petre, cùm ſermo de tantis rebus, & tam eminentibus habeatur? Tum Petrus: Noli, inquit, indignari Simon: nihil enim præter promiſſionem noſtram gerimus; neque aures noſtras claudimus, ut dicebas; neque ſtatim ut audivimus à te ineffabilia proferri, in fugam verſi ſumus; ſed ne loco quidem moti. Neque enim veriſimilia ſaltem aliqua proferuntur abs te, quæ nos poſſint aliquatenus deterrere: aut certè aperi nobis intelligentiam dicti hujus; quo modo tu ex Lege didiceris Deum, quem Lex ipſa neſcit, & quem ipſe qui Legem poſuit ignoret. Et Simon: Si, inquit, ridendo ceſsâſti, evidentibus adſertionibus comprobabo. Et Petrus ait; Quin deſinam, ut poſſim diſcere à te, quo modo tu à Lege didiceris, quæ Lex neſcit, & quæ ipſe Deus Legis ignoret.

De duobus Diis Simonis.

LIII. Et Simon: Audi, inquit: manifeſtum eſt omnibus, & ineffabili quadam ratione compertum, unum eſſe Deum, qui ſit omnium melior; à quo omne quod eſt, ſumpſit exordium; unde & neceſſario ſubjecta ſunt ei omnia quæ poſt ipſum ſunt, velut principi omnium & eminentiori. Ego ergo, cùm cognoviſſem Deum hunc qui creaverat mundum; ſecundùm quod Lex docet, in multis eſſe infirmum: longè autem abhorret infirmitas à perfecto Deo: & hunc viderem non eſſe perfectum; neceſſariò alium eſſe intellexi, qui eſſet perfectus. Hic enim, ut dixi; ſecundùm quod ſcriptura Legis docet, in multis infirmus eſſe deprehenditur. Primò, quòd homo quem plaſmavit, non potuit permanere talis, qualem ipſe voluerat: & quia nec bonus eſt, qui primo homini poſuit legem, ut ab omnibus quidem ligni Paradiſi ederet, de ligno autem ſcientiæ non contingeret; ſed ſi guſtâſſet, moreretur. Cur enim vetaret eum veſci, * ut ſciret quid eſſet bonum, vel quid malum; ut ſciens, mala quidem vitaret, bona verò eligeret? Sed neque ipſe hoc conceſſit: & quia ille præter mandatum guſtavit, & agnovit quid eſſet * bonum, ac didicit honoris gratiâ verenda contegere: indecorum enim ſenſit revelatis pudendis ſtare ante creatorem ſuum: ille eum, qui honorem Deo deferre didicerat, morte condemnat; & ſerpenti, qui hæc oſtenderat, maledicit. Sed utique ſi lædendus ex hoc erat homo; cur omnino lædendi cauſſam in Paradiſo poſuit? Si verò bonum erat, quod in Paradiſo poſuit; non eſt boni, prohibere à bono.

Legendus Moſes Bar-Cepha, de Paradiſo, parte 3. c. 2.

* S. T. R. & ſcire. *Sic & aliі.*

* T. P. *Cand.* bonum vel malum

LIV. Sic ergo, cùm is qui hominem fecit & mundum, ſecundùm ea quæ Lex refert, imperfectus ſit; alium ſine dubio dat intelligi, qui perfectus ſit. Neceſſe eſt enim eſſe aliquem omnium præſtantiorem, propter quem & omnis * creatura ordinem ſuum ſervat. Unde & ego ſciens, quia omnimodo neceſſe * eſt aliquem benigniorem & potentiorem eo, qui Legem dedit imperfecto Deo; ex comparatione imperfecti, perfectum quid ſit intelligens; ex ipſa Scriptura Deum illum, de quo ſcriptum non erat, intellexi. Et hoc modo potui, ô Petre, ex Lege diſcere, quod neſciebat Lex. Quòd & ſi Lex non dediſſet indicia, quibus colligeretur imperfectus eſſe Deus qui condidit mundum, mihi poſſibile erat, etiam ex his quæ in hoc mundo geruntur malis, nec emendantur, colligere; vel quia impoſſibilis eſt creator ejus, qui malè geſta non corrigit, * ſi non poteſt; vel ſi non vult auferre mala, ipſe malus ſit: ſi verò neque poteſt, neque vult; nec potens, nec bonus ſit: & ex his neceſſe eſt colligi, quòd alius ſit Deus, omnium præſtantior, & potentior. Ad hæc ſi quid habes dicere, non moréris.

* *Carm.* creatura eſſe ſuum.
* S. T. R. alium; eſt eſſe

* *Cand.* vel ſi poteſt & non vult.

LV. Petrus reſpondit: Solent iſta, ô Simon, abſurda adversùm Deum meditari, hi qui Legem non magiſtris tradentibus legunt; ſed ſemetipſos doctores habent, & putant ſe intelligere poſſe Legem, quam ſibi non expoſuit ille, qui à magiſtro didicerit. Verumtamen nunc, ut & nos ſecundùm tuum ſenſum Scripturam Legis ſequi videamur; quia & impoſſibilem, & non bonum dicis oſtendi conditorem mundi; quo modo non vidiſti, quòd iiſdem ipſis reprehenſionibus ſuccumbit, & ſubjacet etiam iſta Virtus tua, quam dicis eſſe eminentiorem omnium? Eodem namque modo de ipſa dici poteſt; quia omnia quæ hic malè geruntur, aut impoſſibilis eſt, quæ non corrigit; aut ſi poteſt, & non vult, mala eſt: ſi verò neque poteſt, neque vult; & impoſſibilis, & imperfecta eſt. Unde non ſolùm ſimili culpæ Virtus iſta tua nova, ſed & deteriori invenitur obnoxia; ſi ſuper hæc omnia, etiam cùm non ſit, eſſe credatur. Nam is qui mundum creavit, hoc ipſum quòd ſubſiſtit, ex opere ejus, quo mundum condidit, palàm eſt; ſicut etiam ipſe confiteris: iſta verò Virtus, quam te ſolum ſcire dicis, nullum de ſe indicium præbet, per quod hoc ipſum ſaltem quòd eſt & ſubſiſtit, poſſimus advertere.

I. Clement. Hom. 16. cap. 10.

LVI. Quale eſt ergo, ut derelinquamus Deum, in cujus mundo vivimus; & omnibus ad vitam neceſſariis fruimur; & ſequamur neſcio quem, cujus non ſolùm nihil conſequimur boni; ſed ne hoc ipſum quidem, quòd ſit, ſcire poſſumus; ſcilicet quia nec eſt: ſive enim eum lucem appelles, & luce iſtâ quam cernimus clariorem; nomen ipſum à mundi conditore mutuaris: ſive ſubſtantiam dixeris ſuper omnia; intelligentiam hinc profers cum ſermonis augmento: ſive mentem, ſive bonitatem, ſive vitam, ſive aliud quid memoraveris; hinc vocabula mutuaris. Cùm ergo nihil novi de illa Virtute quam dicis, non ſolùm ad intelligendum, verùm ne ad nominandum quidem habeas; quo modo introducis novum Deum, cujus ne appellationem quidem invenis novam? Virtus enim non ſolùm creator mundi dicitur; ſed & miniſtri gloriæ ejus, omniſque militia cœleſtis. Non tibi ergo melius videtur eſſe, ut ſequamur factorem noſtrum Deum, tamquam patrem erudientem nos & imbuentem, ſicut ipſe novit? Quòd & ſi ſit aliquis, ut tu dicis, benignior omnium Deus; certum eſt, quia non iraſcetur nobis: ſi verò iraſcitur, malus eſt. Noſter autem Deus, ſi iraſcitur & vindicet; non eſt malus, ſed juſtus: proprios enim filios corripit & emendat. Ille verò qui nihil nobiſcum habet negotii, ſi vindicare velit in nos, quo modo bonus erit? ſupplicia ſumens * de nobis, * quòd non derelicto patre noſtro, ipſum ſecuti ſumus, inanibus ſuſpicionibus tracti: quo modo ergo iſte talis * bonus à te adſeritur, qui nec juſtus intelligi poteſt?

I. Clement. Hom. 12. cap. 12.

* R. bonis; qui

* R. P. bonus pater

LVII. Tum Simon: Tantúmne erras Petre, ut neſcias, quia animæ noſtræ à bono Deo ſunt, illo omnium præſtantiore; ſed captivæ deductæ ſunt in hunc mundum? Et Petrus: Ergo non eſt omnibus incognitus, ſicut paullò ante dicebas: & tamen quo modo indulſit bonus Deus captivitatem fieri animarum ſuarum, ſi erat

Animæ.

fu-

ſuper omnes potentior Virtus? Et Simon: Ipſe miſit creatorem Deum, ut conderet mundum: ſed ille mundo condito, ſemetipſum pronunciavit Deum. Et Petrus: Ergo non ignoratur ab eo qui condidit mundum, ut ſuperiùs dixeras: ſed neque animæ ignorant eum, ſiquidem ab ipſo * abductæ ſunt. Cui ergo jam erit incognitus, ſi & mundi creator novit eum, utpote ab ipſo miſſus, ſecundùm ea quæ tu dicis; & omnes animæ, tamquam ab ipſo huc violenter abſtractæ? Tum deinde dicas velim; qui mittebat * conditor mundi, non ſciebat eum, qui mittebatur, fidem non ſervaturum? Si neſciebat, præſcius non erat: ſi verò præſcit & paſſus eſt, facti hujus ipſe reus eſt, qui non vetuit: quòd ſi non potuit, omnipotens non eſt: ſi verò, quaſi bonum id ſciens, non prohibuit; invenitur ille eſſe melior qui præſumpſit facere id, quod ille qui * mittebat ignoravit bonum.

* Cod. adductæ ſunt. Quomodo ergo.
* S.T.R. alii: conditorem
* R.P. permittebat

LVIII. Et Simon: Volentes, inquit, ad ſe venire ſuſcipit, & ipſis benefacit. Et Petrus: Nec hoc novum eſt; hoc enim facit & hic, quem mundi creatorem fateris. Et Simon: Sed [74] bonus Deus, tantùm ſi agnoſcatur, ſalutem præſtat; mundi autem conditor exigit etiam Legem impleri. Et Petrus: Ergo & adulteros, & homicidas ſalvat, ſi cognoverint eum: bonus autem & ſobrios, vel miſericordes; ſi nullum de eo indicium capientes, ignoraverint eum; non ſalvat. Magnum bonum prædicas; qui non tam malos ſalvet, quàm qui bonis nullam miſericordiam præſtet. Et Simon: Magnus ſanè labor eſt agnoſcere eum homini in carne poſito. Omnibus enim tenebris tetrius, & omni luto gravius eſt corpus hoc, quo circumdatur anima. Et Petrus: Ergo bonus iſte Deus quæ difficilia ſunt, quærit. Qui autem verè Deus eſt, * faciliora expetit. Dimittat itaque nos quaſi bonus, apud patrem & creatorem noſtrum; & quando diſceſſerimus è corpore, & iſtas, quas dicis, tenebras reliquerimus, tunc eum faciliùs agnoſcemus: & tunc magis anima conditorem * ſuum eſſe intelliget Deum, & apud ipſum permanebit, nec ultrà diverſis cogitationibus fatigabitur; neque volet ad aliam confugere Virtutem, quæ nulli cognita eſt, niſi Simoni ſoli; quæ tantæ bonitatis eſt, ut niſi quis priùs impius extiterit in parentem ſuum, ad ipſam venire non poſſit. Neſcio quo modo hæc Virtus vel bona, vel juſta appellanda ſit; cui placere non poteſt, niſi * quis impiè ſe geſſerit in eum, à quo factus eſt.

* R. difficiliora
* S.T. ſuum ſolum. *Sic & C.C.*
* Cod. P. T. qui

LIX. Et Simon: Non eſt impium, utilitatis gratiâ, & lucri majoris, confugere ad eum qui opulentioris eſt gloriæ. Et Petrus: Si, ut tu ais, non eſt impium confugere ad alienum; multò magis pium eſt permanere apud proprium patrem, etiam ſi pauper ſit. Aut ſi non putas eſſe impium, ut relicto patre noſtro confugiamus ad alium, quaſi meliorem; neque indignari credis pro hoc creatorem noſtrum: multò magis bonus Deus non indignabitur, quòd cùm eſſemus ab eo alieni, non confugimus ad eum, ſed permanſimus apud creatorem noſtrum: & puto quòd ex hoc magis collaudabit nos, quia fidem ſervamus creatori noſtro Deo; conſiderans quia ſi ſuiipſius fuiſſemus, numquam relinquentes ipſum, ſeduci illecebris potuiſſemus alienis. Nam ſi quis opulentioribus illectus pollicitationibus, relicto proprio parente, confugiat ad alienum; poteſt fieri, ut iterum relicto eo, ad alium pergat qui majora promiſerit; eò magis quòd ipſius proprius non erat filius; quippe qui etiam eum, qui ei naturâ pater erat, relinquere potuit. [75] Et Simon: Quid ſi * ab illo ſint animæ, & ignorant eum, & ille eſt verè pater ipſarum?

* Cod. ab alio.

LX. Et Petrus: Satis, inquit, oſtendis eum invalidum. Nam ſi potentior, ut ſis, omnibus eſt; numquam potentiori invalidior ſpolia detraxiſſe credendus eſt: aut ſi potuit vi ab eo animas deducere in hunc mundum creator Deus; quo modo eas corpore emiſſas, & captivitatis vinculis reſolutas, bonus Deus vocabit ad pœnam, quæ per ipſius vel deſidiam, vel infirmitatem, abſtrahi ad hunc locum, & involvi corpore quaſi tenebris ignorantiæ potuerunt? Videris mihi ignorare quid ſit pater & Deus: verùm & animæ unde ſint; vel quando, & quo modo factæ, poſſem dicere; ſed hæc nunc tibi aperire fas non eſt, in tanto errore poſito de ſcientia Dei. Tum Simon: Erit, inquit, tempus cùm pœnitebit te, quòd * dicentem me de ineffabili Virtute, non * intellexeris. Et Petrus ait; Da ergo nobis, ut ſæpè jam dixi, tamquam novus Deus, * aut qui ab illo deſcenderis, ſenſum aliquem novum, per quem, novum quem dicis Deum poſſimus agnoſcere: iſti enim quinque ſenſus, quos nobis dedit creator Deus, creatori ſuo fidem ſervant, nec alium quemquam eſſe ſentiunt Deum, hoc eis ipsâ ſui præſtante naturâ.

Luc. 11. 22.
* S. T. dicebas. R. dicente. Cod. dicebam de Virtute & non intellexerat.
* S.T. intelligere
* R. ut

LXI. Ad hæc Simon: Adhibe, inquit, animum ad ea quæ dicturus ſum; & facito eum in-viſibilibus ſemitis incedentem, pervenire ad ea quæ tibi demonſtravero. Auſculta ergo nunc: Numquamne in cogitatione poſitus, extendiſti mentem tuam in regiones vel inſulas porrò poſitas; & ita in eis fixus animo manſiſti, ut ne præſentes quidem videre, aut temetipſum ſcire, ubi ſederes, præ ſuavitate eorum quæ habebantur in oculis, poſſes? Et Petrus ait; Verum eſt Simon: hoc mihi frequenter accidit. Et Simon: Ita & nunc ſenſum tuum extende in cœlum, & iterum ſuper cœlum; & vide quis debet eſſe aliquis locus qui ſit ultra mundum, vel extra mundum, in quo neque cœlum ſit, neque terra, * ne umbra horum etiam ibi tenebras operetur. Et ob hoc, cùm neque corpora aliqua in eo ſint, neque ex corporibus tenebræ; neceſſariò ſit lumen immenſum: & lumen conſidera cujuſmodi eſſe poſſit, cui tenebræ nullæ ſuccedunt. Nam ſi univerſum hunc mundum, ſolis hujus replet lux: quantum æſtimas eſſe illud incorporeum lumen, & infinitum? tantum ſine dubio, ut iſtud ſolis lumen, ad illud, tenebræ, & non lux eſſe videatur.

* S.T. neque. *Sic &* Cod. Carm.
Clement. Hom. 17. c. 7.

LXII. Hæc cùm diceret Simon, Petrus reſpondit; De utroque ergo patienter auſculta; id eſt, & de exemplo extendendi ſensûs, & de immenſitate lucis. Scio meipſum, ô Simon, aliquando in cogitatione poſitum, extendiſſe ſenſum meum in regiones, ut ais, & inſulas procul poſitas, eaſque mente, non minùs quàm oculis, perſpexiſſe. Cùm eſſem * Capernaum in captura piſcium poſitus, & ſederem ſupra ſaxum, hamum ſetæ innexum, & decipiendis piſcibus ſpectatum, habens in * manu; ita ut hærentem ei non ſenſerim piſcem, dum mens mea per deſiderabilem

* S. Kapharnaum T.R. alii: apud Capharnaum
* S. T. R. mari. *Sic &* Cod. P.

74. *Bonus Deus tantùm ſi agnoſcatur, ſalutem præſtat.*] Eadem docet Simon apud Irenæum lib. 1. cap. 20. COTELERIUS.

75. *Et Simon.*] Additur in Codice Carmelit. Scholium; *Creator mundi corpora condidit, in quibus animas quæ ſunt Dei magni violenter incluſit: & ideo animæ non ad alienum, ſed ad patrem ſuum dum redierint, ad iſtum redire non poſſunt.* Ibid.

76. Ca

rabilem mihi Hieruſalem diſtenta, percurreret; ad quam ſanè, oblationum gratiâ & nrationnm, vigilans frequenter aſcenderam. Verùm & Cæſaream banc mirari ab aliis audiens, & deſiderare ſolebam; & eam, in qua nondum fueram, videre mihi videbar; & cogitabam de ea, qnæ conveniret de civitate magnâ cogitari, portas, muros, lavacra, plateas, angiportus, fora, & horum conſequentia; ſecundùm ea ſcilicet quæ in aliis urbibus videram: & in tantum inter none hujuſcemodi intuitûs delectabar; ut verè, ſicut ipſe dixiſti, nec præſentem atque adſtantem viderem, nec ipſe nbi ſederem nôſſem. Et Simon: Modò, inquie, rectè dicis.

LXIII. Et Petrus: Denique cùm piſcem maximum qui hamo inhæſerat, mente occupatus, habere minimè ſentirem, & id qnidem, cùm hami lineam de manibus meis violenter abriperet; ſtupentem me videns frater meus Andreas, qui mecum ſedebat, ac pænè caſurum; latus ſodiens cubito, velnt dormientem excitat, dicens; Non vides, Petre, quàm magnum piſcem ceperis? Numquidnam mente excidiſti, quòd ſic attonitus ſtupes? quid eſt, quod pateris? dic mihi. Et ego indignatus ei paululùm, quòd me à dulcedine eorum quæ intuebar, abſtraxerit; reſpondi nihil me mali pati, ſed animn deſiderabilem mihi, intueri Hieruſalem, ſimulque Cæſaream; & corpore quidem cum ipſo eſſe, mente verò illuc penitus auferri. At ille, neſcio unde inſpiratus, reconditum & ſecretum veritatis protulit verbum.

LXIV. Deſine, inquit, Petre: quid eſt quod agis? hi enim qui Dæmone incipiunt repleri, vel

Phantaſiæ.

moven mente; hujuſcemodi initia habent: per phantaſias primò ad jucunda quæque & delectabilia transferuntur; deinde ad ea quæ non ſunt, vanis & inanibus motibus effunduntur. Hoc autem accidit ex languore quodam animæ, * quòd ea quidem quæ ſunt, non videt; deſiderat verò adducere ad conſpectus ſuos ea quæ non ſunt. Sed & illis ita accidit, qui phreneſin patiuntur, & videntur ſibi mnltas imagines videre; pro eo quòd nimietate frigoris vel caloris anima ipſorum convulſa & emota locis ſuis, errorem patitur miniſterii naturalis. Sed & hi, qui laborant ſiti; cùm in ſoporem venerint, flumina & ſontes videre ſibi videntur, ac bibere: hoc autem patiuntue, ariditate intemperati corporis laborantes. Prnpter qund certum eſt, hæc vitio quodam, vel animæ, vel corporis fieri.

* T R. quo. *Sic & Cand. P.*

LXV. Deuique, ne accipias rei fidem, de Hieruſalem, quam ſæpe * videram, dicebam fratri meo, quæ loca, quoſve conventus, viſus mihi ſuiſſem videre. Sed & de Cæſarea, quam numquam videram, nihilominus contendebam, quòd eſſet talis, qualem mente & cogitatinne conceperam. Cùm autem veniſſem huc, nihil omnino ſimile reſpiciens eorum, quæ per phantaſias videram, reprehendi memetipſum, & notavi valde, quia ex aliis quæ videram, portas ei, & muros, aliaſque ædes, reverâ ſimilitudinem ex aliis capiens, dederam. Neque enim quis poteſt novum aliquid, & cujus forma nulla umquam exſtiterit, cogitare. Nam & ſi velit aliquis tauros, cum qninis capitibus, ex ſua cogitatione formare; ex iſtis quos vidit cum ſingulis capitibus, illos quinis capitibus fingie. Et tu ergn nunc, ſi verè aliquid tibi vidéris tuâ cogitatione perſpicere, & ſupra cœlos intueri, non dubium quin ex his ea conſideres, quæ in terris poſitus vides. Aut ſi putas facilem mentis tuæ acceſſum eſſe ſuper cœlos, & conſiderare te poſſe quæ illic ſnnt, atque immanſæ illius lucis ſcientiam capere: puto ei, qui illa poteſt cnmprehendere, facilius eſſe ut ſenſum ſunm, qui illuc novit aſcendere, in alicujus noſtrûm qui adſiſtimus, cor & pectus injiciat, & dicat, quas in eo cogitationes gerat. Si ergo potes alicujus noſtrûm, qui tamen non ſit erga favorem tunm occupatus, enunciare cngitationes cordis, poterimus tibi fortaſſe credere, quòd & ea quæ ſuper cœlos ſunt, ſcire potueris, licèt illa multo ſint * celſiora.

* Cand. S.T. videre me

* P. R. meliora

LXVI. Ad hæc Simon: Qui verò, inquit, multas nenias eexuiſti, audi jam nunc. Impnſſibile eſt, omne quod ad cogitationem hominis venerie, non etiam re ipſâ ac veritate ſubſiſtere: quæ enim non ſubſiſtunt, nec ſpeciem habent; quæ antem ſpeciem non habent, neć cogitationi poſſunt occnrrere. Et Petrus: Si omne, inquit, quod ad cogitationem venire poteſt, ſubſiſtie; iſtum quem dicis extra mundum eſſe immenſitatis locum, ſi eum quis in corde ſun lnman eſſa cogitet, alius verò tenebras; qun modo poterit unus atque idem locus, ſecundùm eos qui diverſa de eo cogitârunt, & lumen eſſe, & tenebræ? Et Simon: Omitte nunc iſta quæ ego dixi; tu quid eſſe putes ſnper cœlos, dicito.

LXVII. Et Petrus: Si de vero, inquit, fonte luminis crederes, pnſſem te docere, quid, & quo modo eſſet quod immenſum eſt; & non phantaſiam vanam; ſed & conſeqnentem & neceſſariam rationem redderem veritatis; nec adſertionibns ſophiſticis, ſed Legis & naturæ teſtimoniis uterer, nt ſcires quia immenſitatis fidem pracipuè continet Lex. Qnòd ſi immenſitatis ratio non latee Legem, nihil profectò aliud eam latére poteſt: & ideo falſum eſt, quod putâſti, aſſe aliquid qnod ignnret Lex. Multò autem ampliùs nihil latebit eum, qui Legem dedit. Nec tamen poſſum tibi aliquid de immenſitate, & his qnæ ſine fine ſunt, loqui, niſi priùs de his, qui certo fine terminantur cœlis, rationem vel receperis noſtram, vel ipſe protuleris tuam. Quòd ſi de his, quæ certis finibus concluduntur intelligere non potes; multò magis de his quæ ſine fine ſunt, neque ſcire aliquid poteris, neque * diſcere.

* R. dicere. *Sic & Carm. P.*

LXVIII. Ad hæc Simon: Melius, ait, mihi videtur ſimpliciter credere, quia Deus eſt, & quia ſolum iſtud quod videmus ſit cœlum in univerſn mundn. Et Petrus: Non ita, inquie; ſed unnm qnidem confiteri convenit Deum, qui verè eſt; [76] cœlos autem eſſe, qui ab eo facti ſunt, ſicut & Lex dicit; qnorum unum cœlum ſie ſnperius, quo continetur etiam viſibila firmamentum: illud eſſe perpetuum & æternum, cum his qui habitant ibi; iſtud autem viſibile, in conſummatione ſæculi reſolvendum eſſe, & tranſire; ut illud cœlum, quod eſt antiquius & excelſius, poſt judicium ſanctis & dignis appareat. Ad hæc Simon reſpondit; Hæc ita eſſa ut tu dicis, credentibus poſſent videri: ei autem qui borum exſpectat rationes, impoſſibile eſt ex Lege proferri; & præcipuè de immenſitata lucis.

Duo cœli.

LXIX. Ee Petrus: Nnli, inquit, putare nos, quòd * ex fide ſolâ recipienda eſſe dicamus, ſed * ex ratione adſerenda. Neque enim tutum eſt, nudæ hæc fidei, abſque ratione com-

* S. T. R. *alii*: hæc

* S. T. R. *alii*: &

76. *Cœlos autem eſſe.*] De cœlo & cœlis multa ſancti Patres, atque contraria: ſed ea, ut & majorem Recogitationum partem, quòd ad humanas diſciplinas potiùs ſpectent, quàm ad Theologiam, Notis illuſtratum non imus. Ibid.

committere ; cùm utique veritas ratione non careat. Et ideo qui hæc ratione munita ſuſceperit, perdere eam numquam poteſt : qui verò abſque adſertionibus ea ſuſcipit, ſimplicis ſermonis adſenſu ; neque ſervare ea tutò poteſt, neque ſi vera ſint certus eſt : quia qui facilè credit, facilè & recedit ; qui autem rationem quæſivit eorum quæ credidit, & accepit, quaſi vinculis quibuſdam rationis ipſius colligatus, numquam ab his quæ credidit, divelli, aut ſeparari poteſt. Et ideo quantò quis propenſior fuerit in expetenda ratione, tantò erit firmior in * conſervanda fide.

* R. expetita

LXX. Ad hæc Simon : Magnnm eſt, inquit, quod repromittis, nt immenſæ lucis æternitas ex Lege poſſit oſtendi. Cúmque Petrus dixiſſet ; Quando volueris : Simon ait ; Quoniam hora jam multa eſt, craſtinò, adſtanti mihi & renuenti, ſi probare potueris, factum eſſe hunc mundum, & animas eſſe immortales, habebis me adjutorem prædicationis tuæ. Et cùm hæc dixiſſet, egreſſus eſt : ſecuta autem eſt eum, ex omni populo qui cum ipſo venerat, pars tertia, qui erant quaſi mille viri : cæteri verò * flexis genibus proſtrabant ſe Petro ; ſuper quos ille invocato Dei nomine, alios Dæmonia habentes curavit, alios etiam languentes ſanavit ; & ita lætantem populum dimiſit, mandans eis, ut in craſtinum diem maturiùs convenirent. Petrus verò cum receſſiſſent turbæ, ſterni juſſit humi * ſubere atrii nudo, ubi fuerat diſputatum ; & recubuit unà cum illis * undecim : ego verò cum aliis quibuſdam, qui & ipſi initia audiendi verbi Dei acceperant, & erant cariſſimi, recumbens ſumebam cibum.

* S. T. R. *alii* : fixis

* S. T. C. C. ſub aëre. P. R. ſub nudo

* *l. tertium libri Moſ.*

LXXI. Sed benigniſſimus Petrus, conſiderans, ne fortè triſtitiam mihi inferret iſta ſequeſtratio, ait ad me ; Non pro ſuperbia, ô Clemens, convivium non ago cum his, qui nondum purificati ſunt ; ſed vereor ne fortè mihi quidem noceam, ipſis autem nihil proſim. Hoc enim pro certo ſcire te volo, quia omnis qui Idola coluit aliquando, * & * eos quos Pagani nominant Deos adoravit, vel de immolatis eorum deguſtavit ; Spiritu immundo non caret : conviva enim factus eſt Dæmonum ; & participium ſumpſit ejus Dæmonis, cujus in mente ſua ſpeciem, vel timore, vel amore, formavit : & per hæc mundus non eſt à Spiritu immundo : & ideo purificatione indiget Baptiſmi ; ut exeat ab eo Spiritus immundus, qui * interiores animæ ipſius inſedit affectus, & quod eſt deterius, nec, quòd intrinſecùs lateat, indicatur, uti ne publicatus fugetur.

Citat Agobardus, l. de Jud. ſuperſt. c. 26.

* *Deeſt in mſſ. Reg. & in P.*

1. Cor. 10.

* *Carm.* in interiora animæ ipſius inſedit affectu.

LXXII. Amant enim iſti Spiritus immundi inhærere corporibus hominum ; ut ipſorum miniſterio cupiditates ſuas expleant ; & ad ea quæ ipſi deſiderant, inclinantes animæ motus, ſuis eos parére libidinibus cogant, ut efficiantur ex integro vaſa Dæmonum. Ex quibus unus eſt Simon hic ; qui tali quodam morbo comprehenſus, nec ſanari jam poteſt, quia voluntate & propoſito ægrotat. Nec contra voluntatem ejus habitat in eo Dæmon : & ideo ſi eum quis fugare velit & expellere ab eo ; cùm ſit inſeparabilis, &, ut ita dicam, anima jam ejus effectus ; videbitur magis necare eum, & homicidii crimen incurrere. Nemo ergo veſtrûm contriſtetur, à convivio noſtro ſeparatus ; tempore enim * aliquo obſervare debet unuſquiſque, ſanè quanto ipſe voluerit. Parvo enim tempore ſequeſtratur, qui citò voluerit baptizari : multo autem, qui tardiùs. Unuſquiſque ergo in ſua habet poteſtate, breve aut longum pœnitentiæ ſuæ tempus exigere : & ideo in vobis eſt, quando * velitis, ad noſtram convenire menſam ; & non in nobis, quibus permiſſum non eſt, ſumere cum aliquo cibum, niſi priùs fuerit baptizatus. Vos ergo magis nos prohibetis à veſtro convivio, ſi ad purificandum mores habeatis, & tardiùs baptizemini. His dictis, cùm benedixiſſet, cibum ſumpſit. Et poſt hæc, cùm gratias egiſſet Deo, ingreſſus quievit : ſimiliter autem & nos omnes : erat enim jam nox.

Citatur ab Agobardo, ibidem.

* *Carm.* aliquanto.

* *Carm.* volueritis

RECOGNITIONUM S. CLEMENTIS

LIBER TERTIUS.

I. INTEREA Petrus gallorum cantibus ſurgens, & excitare nos volens, invenit vigilantes, veſpertino adhuc lumine perdurante: cúmque ex more ſalutaviſſet, & reſediſſemus omnes, ita exorſus eſt: Nihil eſt difficilius, fratres mei, quàm de veritate apud permiſti populi multitudinem diſputare. Quod enim eſt, omnibus, ut eſt, dici non licet, propter eos qui malignè & inſidioſè audiunt: fallere verò non expedit, propter eos qui ſincerè audire deſiderant veritatem. Quid ergo faciet, cui ad indiſcretum populum ſermo eſt; occultet quod verum eſt? Et quo modo inſtruet eos qui digni ſunt? Sed ſi meram proferat veritatem his, qui ſalutem conſequi non deſiderent; illi à quo miſſus eſt, injuriam facit; à quo & mandatum accepit, ne mittat verborum ejus margaritas ante porcos & canes; qui adversùm eas, argumentis ac ſophiſmatibus reluctantes, ipſas quidem cœno intelligentiæ carnalis involvant; latratibus autem ſuis & reſponſionibus ſordidis, rumpant & fatigent prædicatores verbi Dei. Propter quod & ego in plurimis circuitu quodam verbi utens, tentare nitebar, ne principalem de ſumma divinitate intelligentiam, minùs dignis auribus publicarem; [* Et poſt hæc incipiens, de Patre, & Filio, & Spiritu ſancto, breviter nobis & evidenter expoſuit; ut omnes audientes miraremur, quo modo homines derelictâ veritate, converſi ſunt ad vanitatem.]

Difficile eſt apud promiſcuam plebem de veritate ducere.

Mat. 7. 6.

* *Hæc Pretiadm exſtat in libris editis, & in mſ. Reg. at in Sorb. & Th. transferuntur ad finem cap. 11. ubi eam vide.*

II. [* 77 Hæc Petro dicente, Aquila ait; Rectè dixiſti: propterea nobis dicito, quæ veritatis ſunt propria. Et Petrus: De quibus vultis, interrogate me. Et Aquila ait; De principio & principiis verbum diſputa; & de eo quod reprehendit Simon, quaſi inconveniens, Filium Dei dici Chriſtum, ne ſimilia plantationibus & cæteris * inanimatis pati videatur Deus. Petrus autem videns omnes hoc ipſum volentes audire, omnem rationem ita expoſuit.

De S. Trinitate.

* *Iſta uſque ad caput 12. deſunt in impreſſis; deſumpta autem ſunt ex Codd. Sorb. & Th.*

III. * Principii nomen in multis & diverſis nuncupatur rebus, ſenſibilibus ſcilicet & intelligibilibus. Sed ne ante experimentum ſenſibilium, ad intelligibilia declinare videamur, decet primò à viſibilibus incipere, ut de proximo ſumentes exemplum, iterum ad intelligibilium veniamus comprehenſionem. Quo modo ſol, verbi gratiâ, in principium vel principatum diei conſtitutus eſt, luna verò è contrario, noctis: hæc autem ut principatum gerant conſtituta ſunt, à quo etiam ut eſſent, in principio acceperunt. Qui autem hæc compoſuit, cœlum & terram priùs condidit: præter hæc autem, terreſtria & inaquoſa & volatilia animalia compoſuit; arbores quoque & herbas; & poſt hæc hominem; non * ut eſſent hæc tantùm principium ſumens, ſed etiam ut viverent ſecundùm mandatum Dei. Ita ergo multa quidem poſſunt eſſe * principia: ei autem qui eſt, principia non ſunt. Unum eſt enim principium, & unum ſine principio principium: quæ autem poſt hæc ſunt, abuſivè dicuntur (ſi quidem dicuntur) principia. Præveniens autem * expoſui cauſſam hujus exempli, à * ſenſibus ſcilicet ad intelligibilia; ut hac via uſi, firmam & certam de intelligibilium traditione poſſideamus tuitionem. Sine principio ergo dicimus Deum, ineffabili providentiâ demonſtrante: qui non à ſeipſo factus eſt, nec à ſeipſo genitus: eſt enim ſine principio & ingenitus: Ingeniti autem appellatio, non quid ſit, nobis intelligere dat, ſed quòd non eſt factus: * Autopatoran verò & * Autogeneton, hoc eſt, ipſum ſibi patrem, ipſumque ſibi filium, qui vocaverunt illud quod eſt ingenitum, contumeliam facere conati ſunt, dubiis deſervientes rationibus. Indigere enim nativitate illud * quod erat priùs quàm naſceretur, parvulorum more intelligentes, putaverunt; & illud quod fuerat pro eo quod fuerit ponentes, quaſi per ſeipſum factum, dicere, inſaniâ inſanierunt; & plantationibus comparare illud quod eſt ingenitum, ut dæmonioſi, auſi ſunt. Hæc autem omnia in impietate conſtituta, conſequentem habent ignorantiam. Non enim intellexerunt, hoc ipſum dicentes & fuiſſe & non fuiſſe. Quatenus eum genuit, fuit: quatenus verò natum eſt, non fuit. Non fuiſſe ergo eum conſtat, quatenus natum eſt; fuiſſe autem eum conſtat, quatenus genuit. Hæc autem utraque dicere ſimul eumdem ſuſtinuiſſe, non permittit pietatis profeſſio.

Lib. 2. c. 49.

* *ſ. animantis. ſ. animatis & inanimatis*

* *In marg. mſ. Th. Cautè legi oportet hanc ſcripturam; quia neſcientibus, facilè errorem ſubrepere poteſt. Uſque ad ſimile ſignum legere non.*

Gen. 1. 16.

Gen. 1. 28.

* *Cand. ut eſſet tantùm*

* *al. principalia*

* *al. expoſuit*

* *Cand à ſenſibilibus.*

l. Clement. Homil. 16. c. 15. &c.

* *al. αὐτοπάτορα*

* *al. αὐτογένητον*

* *Cand quod non fuerat.*

IV. Deinde etiam communes cogitationes * ſollicitatæ à ſe repellunt tantam blaſphemiam, dignum honorem Ingenito deferentes. Quidnam igitur quis interrogatus dicat eorum qui impiè appellaverunt? niſi quia fuit priùs quàm eſſet, ipſe ſibi pater, qui eſſe habuit, antè quàm ſibi ut eſſet præſtitiſſet. * Autopator, & * Autogenes, hoc eſt, ipſe ſibi pater, & ipſe ſibi filius, quâ ratione dicatur; & * cùm quidem non fuiſſet, quod eſſet, ante exſtaos intelligentiæ ſignum? Audes autem factum dicere à ſemetipſo illud quod ineffectum eſt? Putaverunt autem hujuſmodi, cum diſciplina ſe hoc dicere; ſicut ebrii, qui umbras pro foveis exiſtimant. Propter quod ante om-

* *Cand. ſollicitè.*

* *al. αὐτοπάτωρ*

* *al. αὐτογενής*

* *Cand. eum quidem non fuiſſe.*

77. *Hæc Petro dicente*] Codex Candelerianus hoc caput & ſequentia novem continet, quemadmodum Sorbonicus & Thuanus: Carmeliticus autem & ille Petri Petiti Regio ſimiles ſunt, libriſque impreſſis. Nec dubium, quin ad illa pertineant quæ Rufinus abſtulit, de ingenito Deo genitoque diſſerta, de Filio creato, de aliis nonnullis, periculoſa, obſcura, intruſa, Eunomiana; quæque Veteres Ebionitica cenſuerunt, Ariana, & additicia. Neſcio quis igitur quod à Rufino prætermiſſum fuerat, ſibi ſumpſit et interpretaretur. Vide Clementina Hom. 16. cap. 16. COTEL.

78. *Fa-*

omnis oportet nos immortalium ſcrutationem facientes, incipere à Dominicis traditionibus, ubi mortalium conditionem ab immortalibus ſeparans, docuit nos pericula & tentationes uſque ad ipſam mortem ſuſtinere, propter ſpem bonorum regni, dicens; *Nolite timere eos qui occidunt corpus, animam autem non poſſunt occidere; timete autem eum qui poteſt & corpus & animam perdere in Gehennam.* (*Matt.* 10. 28.) Et verè ſi non commoritur corpori anima, non utique dividitur, nec aliud aliquid patitur de his quæ patitur corpus: verbi gratiâ, influxionem vel defluxionem, tenuitatem aut craſſitudinem, ſanitatem vel infirmitatem, abſciſionem aut conjunctionem. Sed & in ipſa hominum procreatione, nihil * committit anima ſecundùm defluxionem; (* *f.* amittit) ſed in omni quidem motu ſtat, videlicet ſubſtantia immutabilis; diverſo autem motu ad aliud & aliud corpus incitat pati. Fluit ergo, & patitur ſubſtantialiter corpus, ſicuti experimento cognoſcitur, poſt illam natorum coagulationem exinanitione uteri factâ, propter crementum infantis impellentis & impulſi, velut in inſtamine, Verbo Conditoris. Quod enim coagulatum eſt, feſtinat egredi; quod autem coagulavit, cupit exponere. Cauſſa verò hæc transfert ipſas paſſiones ad ſucceſſionem ejuſdem rei: factâ autem paſſione, commune periculum ſæpius quàm ſpeciale contingit.

V. Sed & omne quod ſervit muliebribus deſideriis, promovetur & præmeditatur naturaliter ſecundùm uniuſcujuſque ætatem. Verbi cauſsâ, aliter puer, aliter verò adoleſcens, aliter autem vir. Nam infans quidem in virtute habet horum operationem, nondum autem in virtute habet etiam animæ motus: adoleſcens verò [78] paratus quidem ad deſtinum, nondum verò digeſtionis habet uſum: vir autem conſpirans poſſidet perfectionis propoſitum. Et non ex illis ſolis dicendum eſt, animam immortalem, corpus verò fluens; ſed etiam ex his quæ ad eam conſtant in communem perſonam mandatis, quæ ait Dominus: *Dictum eſt antiquis; Non mœchaberis; ego autem dico, nec in aſpectum deſiderio ſervies;* (*Mat.* 5. 27.) nimis cautè loquens. Si enim corpus naturaliter obligatum eſt femineis commiſtionibus, magis autem ſervire coactum his quæ accepit, ut eſſet, & in [79] ſchemate haberet quod & principale eſt carnalis * procreationis; (* *Cod.* propagationis.) quo modo quis ſuſpicetur corpori eſſe dictum; *Non * mœchaberis; ego autem dico; nec deſiderio ſervies;* (* *Cod.* mœchaberis, & non potiùs.) & non potiùs ei quæ libera eſt ſubſtantia, talium paſſionum poteſtatem habens, laxare vel refrenare ſecundùm operationem * corpus, (* *Cod.* corpus, *ego autem dico, nec deſiderio ſervies*, & hic) hîc melioria rei mandatum inſinuatur? Sic enim & futura ſperantes, non iraſcimur, & furorem cohibemus, & mulieres deſpicimus; ſpe futurorum, ſenſum ſublevantes, ut dixi; non omne quod ſumus, ſervile habentes femineis operationibus; ſed aliud quidem ſerviens naturæ, quod eſt corpus, ſicut oſtendimus; aliud verò liberum, mentium, quod eſt motus animæ immortalis.

VI. His igitur ita ſe habentibus, veſtigium optimum ad intelligibilium comprehenſionem invenimus, cum Deo dicente. Incedamus ergo per eum ſine periculo, utentes animæ immortali gubernaculo, ultrà non ſinentes irruere paſſionem carnalem illi immortali & intelligibili ſubſtantiæ; honorem tantum unicuique intelligibilium ſequeſtrantes, quantum ei is quem eſſe vel præeſſe conſtat * Deo permittit. (* *f.* Deus. *Sic Cod.*) Eſt enim primùm, quod eſt ingenitum, cui & Prophetæ teſtimonium perhibent: *Ego Deus primus, & ego poſt hæc, & præter me Deus non eſt:* (*Iſ.* 44. 6.) hoc verò ſubauditur eſſe ſine initio, & ingenitum.

VII. Clemens verò & cæteri interrogaverunt; quid eſt hoc Ingenitum, audire volentes. Et Petrus animadvertens, ait; Non modicum periculum eſt de Deo, quòd ſine principio eſt, loqui vel audire: vos verò pro deſiderio eorum quæ dicta ſunt, immenſitatem irruere periclitamini; & me hoc pati, ut video, captatis, qui putatis poſſe mihi de illo quod ineffabile eſt ſubripere. Moneo autem vos, fratres & conſervi, non quid ſit quærere; ſed quia eſt, tantummodo audire deſiderare. Et de hoc plus aliquid dicere non oportet. Eſt Ingenitum non ſolâ appellatione: honorandum eſt enim & ſine initio: hoc autem ſine initio & Ingenitum eſt Deus, quod à ſola opinione eorum quæ facta ſunt adnunciatur, à ſeipſo autem comprehenditur. Non enim inveniet aliquid ſui primò fuiſſe, & aliquid poſtea factum * conſpicere ſui; (* *Cod.* conſpicit ſui.) eò quòd ſine principio eum eſſe conſtet: hæc autem eorum quæ facta ſunt * viſitatio, (* *Cod.* eſt viſitatio.) propter quod illud quod eſt ineffabile, ad inquiſitionem ſui, quòd fuerit antè prævidere quàm fuerit, ſpatium non habet: non enim ſecundatur ab eo qui eſt ipſius eſſentiæ curioſitas. Novit igitur ſeipſum, qui non interrogat ſe de ſeipſo. Sed hæc quidem etiam plus quàm oportet diximus: amat enim illud quod eſt Ingenitum, ſilentio honorari tantummodo. (l. lib. 1 cap. 23.) Sine principio ergo hanc ſubſtantiam, ſecundùm quod ſentire potuimus, abſque periculo, ſuſcepiſtis.

VIII. Qui ergo eſſe non inchoavit, prædictus Deus, genuit primogenitum omnis creaturæ, ſicuti Deum decuit; non ſe immutans, non ſe convertens, non ſe dividens, non defluens, non extendens aliquid. (Lege Ruffinum, de adult. libr. Orig. ſuprà, in Teſt. Vet.) Mementote enim quia hæc corporum ſunt paſſiones, quas etiam animæ tribuere ſubterfugimus, timore ne fortè immortalitas ei his attributis auferatur. [80] Genuit ergo Deus; quod & facturam vocare didicimus: hoc ipſum ergo vocare & genituram, & facturam, & reliqua horum vocabulorum, illud quod ſine ſchemate conſtat genitoris ſpecimen, ponere * permittit. (* *Cod.* permittat) Quibus enim eſt differentis ſchematum, in ipſis neceſſe eſt obſervanda genitura & factura. Manendo ergo genuit Deus, non paſſus diviſionem aliquam. Non enim honorabilius eſt Deo, & hoc Ingenito, illud quod eſt, eo quod non eſt, velut * genitum. (* *Cod.* ingenitum.) Volens enim, non tardam habuit virtutem ad quod voluit; nec exceſſit virtus voluntatem; ſed ſecundùm menſuram, qualem voluit, talem & genuit. Si enim manendo, non patiendo, * neceſſitati craſſitudinis corpora ſervientia, umbras exſtare faciunt; (* *Cod.* neceſſitatem) quanto magis ingenitæ Virtuti ſubſequentem demus Unigenitum voluntate procedentem. Sicuti autem ſurſum præintelliguntur umbris corpora; ita & plus præintelligitur & ingenita ſubſtantia genitæ, etiam ſi ex eo quod erat, ut eſſet accepit. Idcirco igitur verè & genitura, & factura, & creatura competenter appellatur, quia ſubſtantia non eſt Ingenitum. Memor ſum ſanè, Simonem accuſâſſe nos blaſphemiæ, eo quòd diceremus;

78. *Paratus quidem ad deſtinum.*] Legendum videtur, *ad deſtinatum*, COT.

79. *In ſchemate.*] Id eſt, in ſexu. Suprà ad Conſtitut. VI. 11. Infrà cap. 8. Ibid.

80. *Genuit ergo Deus, quod & facturam vocare didicimus,* &c.] Sic Ariani γέννημα, ποίημα, κτίσμα confundebant, eaque nomina tribuebant Filio, quem & ſubſtantiam genitam ſolebant appellare. Atque obſervatum fuit à viris doctis, non abſtinuiſſe ante Arium quoſdam antiquos Patres tribus poſtremis locutionibus, & conſimilibus aliis. De ſubſtantia genita dicemus ad Ignatium. COTELERIUS.

81 Ge-

remus, Filium Dei, Chriſtum; tamquam hominibus & plantationibus Deum æquantes: vos verò ex deſiderio diſcere feſtinate.

IX. Omnibus autem libenter adnuentibus, ait Petrus; Manifeſta eſt hujus incredulitatis via, ô Aquila & cæteri. Qui enim pro certo neſcierit, opinionem autem uſque ad auditum ſuſceperit, credere timet, cùm facilè poſſit excuſationem ipſius incredulitatis à ſe abjicere, præ gaudio ejus quod promittitur; aſſumptus publicare illam quam habuit de eo quod quæritur incredulitatem, cupiditate diſcendi non dubitat. Sed * in ſecundo de hac re ſermonem; ne quando abſtrahens vos * incertam fidei ſpem excipiatur pro fide in inquiſitionem. Ubique autem præferatur nobis Deus, & de ipſo cogitatus. Ultro inviolabilis exſtans Deus ingenitus, * operationemque voluntate, virginaliter cuſtodivit. Quod autem non eſt Ingenitum, ultro virgo eſſe non poteſt. Factum eſt enim, tamquam ſub tactum genitoris & factoris adductum. Intelligatur autem qualiter Deum decuit Unigenitum generare, & primogenitum omnis creaturæ; ſed non quaſi ex aliquo: hæc enim animantium & inanimantium eſt ſervitus. Sed nec in operationem veniens, ipſe ſui aliquid genuit: non enim maneret inviolabilis & impaſſibilis, operatus in ſeipſo: impietatis autem plena ſunt, hæc de Ingenito ſuſpicari: periclitantur enim filii impiorum, piè ſe putantes intelligere, magnam blaſphemiam Ingenito ingerendo, Maſculofeminam eum exiſtimantes. Memor ſum ſanè ejus qui commonuit nos, fratres.

* Cand. omittamus in ſecundo.
* f. incerta fidei ſpes
* f. operationem quæ

X. Manendo ergo [81] genuit Deus voluntate præcedente, ſicut prædictum eſt. Propterea Unigenitus verè appellatus; ex Ingenito enim habet quod eſt: & Filius verè appellatur; ab innato enim natus eſt. Sed tamen voluntate controverſiam noxiam manſuerè paulatim relaxantes, eorum qui audent dicere infectum à facto appellatione ſolâ diſtare; & illud quod genitè diſtinctum eſt, adversùs innatum, eſſe * ſubſtantiam * ingenitum affirmare. Quod ſi ita dicitur; quod quidem dicitur, non eſt; quod autem eſt, non dicitur. Eſt enim infectum ſubſtantiâ: ſi autem dicitur factum, deteſtatur, quod non eſt appellatum; maximè autem ultro rationabili exſtante Deo, & ultro ſine principio; quo modo non ſit impoſſibile; magis autem impium eſt, * & id quod ultro eſt rationabile, ultroque ingenitum, non ſibi ipſi magis * vellet eſſe conjunctum, quàm dualitatis ſubire ordinem; honorabiliorem exiſtimans nativitatem, innatæ perſeverantiæ. Unum enim non eſt, neque ipſum ſibi præcipit dicens; *Sede à dextris meis, donec ponam inimicos tuos ſcabellum pedum tuorum.* Sed neque contendit adversùs ſeipſum; ut aliquid videlicet ejus permaneret ingenitum, aliquid verò nativitati ſubjiceretur: ſcire quoque atque præſcire ingenitè aliquid ſui naſciturum, aliquid verò generaturum; omnino videlicet honorabiliorem ſe ſibimet ipſi non ignorans eſſe futurum; aliquid quidem præcipientem, aliquid verò præceptum accipientem: illud verbi gratiâ, quod dictum eſt; *Sede à dextris meis*; vel etiam illud quod ad miſſionem pertinet; aut quod ipſe ſemetipſum præferens collaudaverit, dicens; *Et vidit Deus, quia bona*, poſtquàm ab Unigenito ſex diebus effecta ſunt quæ facta eſſe conſtat, immutabilem videns ſuam voluntatem in conſummationibus Unigeniti divinæ operationis.

* f. ſubſtantia
* f. ingenitam
* Cand. ut id
* Cand. velle.
Pſ. 109. 1.
Gen. 1. 31.

XI. Si autem ingenitus, non eſt factus pater, aut ſui ipſius factor, ſicut oſtendimus; quo modo utique faceret aut generaret ex ſeipſo aliquid, * quod nativitatem & facturam uſque ad appellationem non recepit? Non enim quod eſt, per hæc habet. Iſta autem de Deo dicere impium eſt. Manifeſta enim eſt his qui vel modicum quidpiam videre poſſunt, iſta Ingeniti, impaſſibilis, innata ſubſtantia. Si verò & poſt nativitatem ſubſtantia numquam ad diſſenſionem ſurrexit, & hoc numero diſtans: nec enim eſt * Autopator, hoc eſt, ſibi ipſi pater: quo modo non magis innaſcibili * conſenſu permanere diligeret, quod ingenitum quidem erat ſubſtantiâ, genitura verò in dualitatem * dinumeratâ. Hujus namque inconvenientiæ mater quidem eſt ignorantia de Deo, cooperatrix verò & ſoror negligentia de Spiritu ſancto. Spiritus autem ſanctus pignus ad conſervationem eorum quæ à Domino data ſunt nobis, (quem non poſt multos dies aſſumptionis ejus accepimus) habet quod eſt, ab Unigenito, pleniſſima declaratio virtutis ejus: ſicut Unigenitus & omnium primogenitus, imago eſt immutabilis ingenitæ Virtutis: imago ſcilicet unica, immaculata manens, viſionem Ingeniti, cùm ſit viſibilis, præſtat intelligibilibus & ſenſibilibus: quo modo ſi quis ſolem, verbi gratiâ, oſtendere volens, aut aliud aliquid, his qui non poſſunt per ſeipſos eum videre, ſit autem illis neceſſitas videre ſolem, temperans obtutibus ipſam neceſſitatem, per ſpeculum quidem ſolem oſtendere feſtinat, & non ſolem afferens injicit ſpeculo; ita & Unigenitus ipſe quidem Ingenitus non eſt, * Ingenitum verò totam in ſe demonſtrat virtutem, cùm ſit talis ac tantus Deitate: ab his verò qui non diligenter inquiſierunt, Ingenitus ſuſpicabatur; apud quos verò præcedit * ipſa inquiſitio timorem Dei, non ſolùm dicere aliquid tale recuſant, ſed etiam cogitare cavent. Cùm ergo unus ſit Ingenitus, & unus Genitus, Spiritus ſanctus Filius dici non poteſt, nec Primogenitus: [82] factus eſt enim per factum: ſubconnumeratur autem Patri & Filio, tamquam primum ſecundi * per factum virtutis, ſignaculum. Etenim ipſe Patris ferens æquiponderâ voluntate, innatæ perſeverantiæ in imagine operationem, poſt Ingenitum conſequenter bene connumeratus eſt. Multa autem & alia de Patre, & Filio, & Spiritu ſancto, breviter nobis & evidenter expoſuit; ut omnes audientes * miraremur, quo modo homines derelictâ veritate, converſi ſunt ab vanitatem.]

* Cand. qui.
* al. αὐτοπάτωρ
* Cand. ſenſu
* Cand dinumerato.
* f. Ingeniti. Sic Cand.
* f. ipſam inquiſitionem timor Dei. Sic Cand.
* Cand. perfectum.
I. f. in fine cap. 1.
* Cand. mirarentur.

XII. * Sed cùm illuxiſſet dies, ingreſſus eſt quidam, dicens; Multitudo plurima exſpectat in atrio; in quorum medio ſtat Simon, perſuaſionibus peſſimis prævenire aures populi cupiens. Et Petrus ſtatim egreſſus, ſtetit in loco in quo pridie diſputaverat: omniſque ad ipſum populus converſus, cum gaudio intendebat in eum. Simon verò, ubi ſenſit gaviſum eſſe populum de conſpectu Petri, & erga affectum ejus moveri, obſtupefactus ait; Miror hominum ſtultitiam, qui me magum dicunt, & Petrum diligunt: cùm utique olim habentes notitiam mei, me magis diligere deberent: & ideo ex hoc indicio, qui habent ſenſum, poſſunt intelligere, quia magis Petrus magus * videri * poteſt; cùm mihi, cui ex conſuetudine debitus propemodum eſt, non defertur affectus; illi autem, cui nullo uſu debetur, abundanter expenditur.

* In marg. mſ. Th. *Ab iſto loco ſecurè legere potes.*
* P. R. videtur eſſe

XIII. Et cùm multa hujuſcemodi Simon diceret,

81. *Genuit Deus voluntate præcedente.*] Dicere debuit, voluntate comitante, aut concomitante, ut loquuntur Theologi. Pari modo paullò poſt, rectè ſcripſiſſet, *Unus enim non eſt, neque ipſe ſibi præcipit.* pro, *Unum enim non eſt, neque ipſum ſibi præcipit.* COT.

82. *Factus eſt enim per factum.*] Forſan Græcè habebatur, [illegible]. quod melius verti potuiſſet; *Exſtitit enim per eum qui ortus eſt.* Ibid.

ceret, Petrus, ſalutato ex more populo, ita reſpondit: Sufficit unicuique, ô Simon, ad * confutandum, conſcientia ſua: quòd ſi hoc miraris, quòd noti non ſolùm te non diligunt, ſed & * oderunt; tui * cauſſam diſce à me. Cùm ſis ſeductor, veritatem te prædicare profiteris: ob hoc plures, deſiderium gerentes diſcendæ veritatis, amicos habuiſti. Sed hi, ubi contraria in te quàm profitebaris, viderunt; qui amatores erant, ut dixi, veritatis, non ſolùm non diligere te, ſed & odiſſe cœperunt. Non autem ſtatim ab eis deſertus es; quia vel pollicebaris adhuc, te eis oſtendere poſſe quod verum eſt. Donec ergo nondum aderat qui poſſet oſtendere, patiebantur te: ubi verò ſpes eis doctrinæ melioris adriſit; te contemnentes; quod melius intelligunt, * noſſe deſiderant. Et tu quidem nefariis artibus agens, ab exordio latére te poſſe credidiſti; ſed non lates: * urgeris enim, & contra ſpem publicaris; quia non ſolùm ignotâſti veritatem, ſed nec audire voluiſti ab his qui eam ſciebant. Si enim audire voluiſſes, innotuiſſet utique tibi ille ſermo ejus, qui ait; quia *nihil eſt occultum, quod non * agnoſcatur; neque opertum, quod non reveletur.*

* Cand. confitendum.
* Cand. P. T. R. oderunt tui,
* S. T. cauſſa
* Reg. & alii. eſſe deſiderant.
* Carm. P. R. argueris
Mat. 10. 26.

XIV. Hæc & his ſimilia dicente Petro, Simon reſpondit; Nolo me verbis occupes Petre: repeto abs te, * quæ * heſterno promiſeras: dicebas enim oſtendere te poſſe, quia Lex doceat de immenſitate lucis æternæ; & quòd duo tantùm ſint cœli, & ipſi creati; * ſed ſuperius eſſe lucis illius ſedem, in qua ſolus in æternum reſidet ineffabilis pater; ſed illius verò cœli ſimilitudinem, factum eſſe etiam iſtud viſibile cœlum, quod & tranſiturum confirmabas. Unum ergo dixiſti eſſe patrem omnium; quia non poſſunt duo eſſe immenſi; alioqui neuter eorum immenſus erit; quia in eo * quo alter ſubſiſtit, * alteri finem ſubſiſtendi facit. Si ergo hæc non tantùm polliceris, ſed & oſtendere potes ex Lege; omittens plura loqui, hinc incipe. Et Petrus: Si propter te, inquit, qui ad contradicendum tantummodo venis, rogarer de his dicere; numquam à me unum ſaltem poſſes audire ſermonem: ſed quoniam neceſſe eſt agricolam, qui vult bonam terram ſeminare, nonnulla ſemina perdere, aut in petroſis, aut in his quæ ab hominibus conculcanda ſunt, vel in dumoſis ac repletis ſentibus, locis; ſicut & Magiſter noſter expoſuit, diverſitatem propoſiti, uniuſcujuſque animæ per hæc indicans; non morabor.

* S. T. R. alii: agnoſcatur
* S. quod extremò. T. Carm. quod heſterno die
* S. T. Cand. & ſuperiorem locum eſſe Carm. P. R. ſed ſuperiorem locum eſſe
Unus immenſus.
* C. C. S. T. quòd
* P. R. alter
Luc. 8. 5.

XV. Tum Simon: Vidéris mihi, inquit, iraſci: quod ſi eſt, non neceſſe eſt inire conflictum. Et Petrus: Video te ſentire quòd arguendus ſis, & vis urbanè ſubterfugere certamen: nam quid vidiſti me iratum feciſſe in te hominem tantùm populum decipere cupientem? & cùm nihil habeas quod dicas, * modeſtiam ſimulantem; qui & auctoritate tuâ jubes, ut quo modo ipſe vis, & non quo modo ordo poſtulat, controverſia moveatur. Et Simon: Imperabo mihi ipſi * ſapientiâ uti ad imperitiam tuam; * ut oſtendam te quidem velle populum ſeducere, me autem docere quæ vera ſunt. Sed nunc omitto de immenſa luce diſcutere: quod interrogo te, hoc mihi reſponde. Cùm Deus fecerit univerſa, ut tu dicis; unde eſt malum? Et Petrus: Hoc modo interrogare non eſt adverſantis, ſed * interrogantis. Si ergo vis diſcere, confitere; * & priùs te doceam, quo modo debeas diſcere; & cùm didiceris audire, tunc jam te incipiam conſequenter docere. Si verò non vis diſcere, tamquam ſciens omnia, ego priùs expono fidem quam prædico: expone & tu, quod tibi * verum videtur: & cùm manifeſta fuerit utriuſque profeſſio, judicetur ab auditoribus, cujus noſtrûm ſermo ſit veritate ſubnixus. Et Simon ad hæc reſpondit; Riſus mihi eſt: ecce qui promittit quòd me doceat. Verumtamen patiar te, & imperitiam tuam atque arrogantiam feram. Confiteor, diſcere volo; videam quo modo me poteris docere.

* R. moleſtiam. P. modeſtia.
* S. T. R. alii: patientiâ
* S. T. &
I. Clement. Hom. 18 c. 23. &c.
* S. T. R. alii: diſcentis
* R. ut
* T. bonum

XVI. Et Petrus: Si, inquit, verè vis diſcere, diſce hoc primùm, quàm imperitè interrogaveris: ais enim; Cùm Deus univerſa creaverit, unde eſt malum? Antè enim quàm hoc rogares, tres interrogandi ſpecies præcedebant. Primò, ſi eſt malum. Secundò, quid ſit malum. Tertiò, cui ſit, * & unde. Ad hæc Simon: O imperitiſſime, inquit, & ineruditiſſime; eſtne hominum quiſquam qui non confiteatur, quia ſit in hac vita malum? Unde & ego putans te vel communem omnium habere ſenſum, interrogavi, unde ſit malum; non ut diſcere volens, qui omnia ſciam; abs te præcipuè, qui nihil noveris; ſed ut te oſtendam ignarum eſſe omnium: & ne putes quia iratus ſum, quòd ita tecum auſteriùs loquor; miſeratio me habet horum qui adſunt, quos tu decipere conaris. Et Petrus ait; Multùm malus es, ſi tantas injurias non iratus facis: ſed [83] impoſſibile eſt fumum * conſurgere, ubi ignis * non eſt. Verumtamen dicam; ne te verbis videat occupare, quò minùs ad ea quæ abs te inconvenienter ſunt dicta reſpondeam. Ais omnes fateri, quia ſit malum: quod utique falſum eſt: nam primò omnium, quia ſubſiſtat malum, univerſa Hebræorum negat gens.

De malo.
* S. T. R. alii & poſt hæc unde ſit.
* *f. hic pon.* non
* *Deeſt in R. & in P.*

XVII. Et Simon interrupto ſermone: Rectè, inquit, faciunt qui * dicunt non eſſe malum. Et Petrus: Non de hoc nunc propoſuimus dicere; ſed, quia non omnes dicunt eſſe malum. Secundum autem erat, interrogare te, quid eſt malum, ſubſtantia, an accidens, an actus? ſed & alia multa hujuſmodi. Et poſt hæc, erga quid, vel quo modo ſit, aut cui ſit malum; utrùm Deo, an Angelis, an hominibus; piis, an impiis; omnibus, an aliquibus; an ſibiipſi, an nulli. Et tunc interrogares, unde ſit; utrúmnam à Deo, an ex nihilo; ſemperne fuerit, an ex tempore cœperit; utile ſit, an inutile; & alia multa, quæ hujuſcemodi propoſitio exigit. Ad hæc Simon reſpondit; Ignoſce mihi, erravi de prima interrogatione; ſed puta me nunc primùm interrogare. Eſt malum, an non?

* *Cand.* dicunt eſſe.

XVIII. Et Petrus ait; Quo modo interrogas; quaſi diſcere volens, an docere, an quæſtionis movendæ gratiâ? Si quidem quaſi diſcere volens, habeo quod te priùs doceam, ut per conſequentiam & ordinem doctrinæ veniens, ex * teipſo intelligas, quid ſit malum. Si verò ut docens proponis, non indigeo abs te doceri; habeo enim Magiſtrum à quo omnia didici. Quòd ſi quæſtionis movendæ, & diſputandi gratiâ, uterque noſtrûm priùs quod ſibi videtur exponat, & ita certamen habeatur. [84] Neque enim verum eſt, ut interroges, quaſi diſcere volens, & contradicas, ut docens; ut poſt reſponſionem meam, in tuo judicio ſit, dicere, ſi bene, an malè dixerim. Propter quod non potes in loco contradicentis ſtans, judex eſſe eorum quæ dicimus: & ideo, ut dixi, ſi certamen habendum eſt, uterque noſtrûm quod ſentit exponat; & nobis in conflictu

* P. R. ipſo

83. *Sed impoſſibile eſt &c.*] Nilus Monachus Epiſt. 164. Editionis Poſſinianæ, Allatianæ verò lib. 3. Epiſt. 234. [illegible] (vel [illegible]) [illegible] (al [illegible]) [illegible]. COT.

84. *Neque enim verum eſt*] [illegible] pro [illegible], oratio Attica. *Verum eſt* pro *juſtum eſt*, *æquum eſt*, oratio Romana. Docent, adductiſque exemplis firmant Grammatici, veteres ac recentiores. Ibid.

85. *At-*

ctu poſitis, religioſi auditores * hi, * juſti judices erunt.

*S. hujuſcemodi. T hujuſcemodi rei

XIX. Et Simon: Non tibi videtur abſurdum, ut imperitus populus de noſtris dictis habeat judicium? Et Petrus: Non ita eſt; quod enim uni fortaſſe minùs liquet, inveſtigari à plurimis poterit: nam ſæpè etiam ſama vulgi, prophetiæ ſpeciem tenet. Super hæc autem omnia, præſens hic omnis populus, amore Dei conſtrictus, hîc adſtat, verique cognoſcendi gratiâ: & ideo omnes iſti, quaſi unus habendus eſt, pro uno eodemque erga amorem veritatis affectu; ſicut è contrario duo * inter ſe ſi diſſentiant, multi ſunt & diverſi. Si autem vis indicium capere, quo modo omnis hic populus qui adſtat, quaſi unus ſit homo; ex ſilentio ejus ipſo, & quiete conſidera; quo modo eum omni patientia, ut vides, etiam antequam * diſcant, veritati Dei honorem deferunt: nondum enim majorem cultum, quem ei deferre debeant, didicerunt. Propter quod ſpero de clementia Dei, quòd religioſum propoſitum mentis eorum amplectetur erga ſe; & veritatem prædicanti, victoriæ palmam dabit; ut manifeſtum eis * faciat veritatis * præconem.

Sæpe fama vulgi, prophetiæ ſpeciem tenet.

*Cand. S. T. intra

*Cand. diſcant veritatem, Deo honorem

*Cand. fiat.

*C.C. præconium.

XX. Tum Simon: De quo, inquit, vis haberi certamen? dic, ut & ego definiam, quod mihi videtur, & ita quæſtio incipiat. Et Petrus reſpondit; Si quidem ut * mihi videtur, facere vis, ego ſecundùm Magiſtri mei præceptum fieri volo, qui primò omnium Hebrææ genti; quam ſciebat habere cognitionem Dei, & quòd ipſe eſſet qui fecerit mundum; * præcipit, non ut eum quæreret quem ſciebat, ſed voluntatem ejus juſtitiamque perquireret: ſciens, quia in hominum arbitrio poſitum eſt, ut hoc quærentes inveniant; & faciant atque obſervent ea de quibus judicandi ſunt. Et ideo juſſit nos quærere, non unde ſit malum, ut tu paulò antè requirebas, ſed juſtitiam boni Dei, regnumque ejus; *& omnia*, inquit, *hæc adjicientur vobis*. Et Simon: Quoniam, inquit, Hebræis iſta mandantur, velut * rectè ſcientibus Deum, & opinantibus quòd unuſquiſque in ſuo arbitrio habeat, agere ea de quibus judicandus eſt; mihi autem ab illis diſcrepat * ſententia; unde vis ut incipiam?

*Carm. tibi.

*T R. alii: præcepit

Matt. 6. 33.

*P.R. certè

*Cand. ſcientia.

XXI. Tum Petrus: Ego, inquit, ſuadeo, primò quærendum eſſe, ſi in poteſtate noſtra eſt, ſcire unde judicandi ſimus. Et Simon: Non ita, inquit, ſed de Deo; unde & omnes qui præſto ſunt, audire cupiunt. Et Petrus: Conſtat ergo apud te, quia eſt aliquid in arbitrii * poteſtate facere? hoc tantùm ſi eſt; & requiramus, ut dicis, de Deo. Simon ad hæc reſpondit; Nequaquam. Et Petrus: Si ergo nihil eſt in noſtra poteſtate, ſuperfluum eſt nos quærere aliquid de Deo; cùm in poteſtate non ſit quærentibus invenire. Unde bene dixeram, hoc primò quærendum eſſe, ſi eſt aliquid in arbitrii poteſtate. Tum Simon: Non * poſſum, inquit, ne hoc ipſum quidem intelligere, quod dicis, Si eſt aliquid in arbitrii poteſtate. At Petrus, videns quod ad partem ſe contentioſiorem declinat, ſuperari metuens, ut quaſi in incertum confundat omnia; reſpondet; Quo modo ergo ſcis, quia non eſt in hominis poteſtate ſcire aliquid; cùm hoc * ipſe ſcias?

De libertate, & fato.

*Carm. S. T. poteſtate: Fatere hóc

*C.C. T.R. poſſumus

*T. R. alii: ipſum

XXII. Et Simon: Neſcio, inquit, ſi vel hoc ipſum ſciam: unuſquiſque enim, ſicut ei fato decernitur; vel * ſapit aliquid, vel intelligit, vel patitur. Tum Petrus: Videte, inquit, fratres, in quæ abſurda deciderit Simon: qui ante meum adventum docebat, quòd homines in poteſtate haberent, & ſapere, & facere quæ vellent; nunc in anguſtum redactus neceſſitate verborum, negat eſſe in hominis poteſtate, aut * ſciendi aliquid, aut agendi; & tamen audet ſe doctorem * profiteri. Sed dic, quo modo ergo Deus judicat ſecundùm veritatem unumquemque pro actibus ſuis, ſi agere aliquid in poteſtate non habuit? Hoc ſi teneatur, convulſa ſunt omnia: fruſtra erit ſtudium ſectandi meliora: ſed & judices ſæculi, fruſtra legibus præſunt, & puniunt eos qui malè agunt; non enim in ſua poteſtate habuerunt, ut non peccarent. Vana erunt & jura populorum, quæ malis actibus pœnas ſtatuunt: miſeri erunt & hi qui ſervant cum labore juſtitiam; beati verò illi, qui in deliciis poſiti, cum luxuria & ſcelere viventes, tyrannidem * tenent. Secundùm hæc ergo, nec juſtitia erit, nec bonitas, nec ulla virtus; &, ut vis, nec Deus. Sed hæc, ô Simon, cur dixeris ſcio: volens profectò effugere quæſtiones, ne poſſis manifeſtiùs confutari: & ideo ais non eſſe in poteſtate hominis ſentire aliquid, aut invenire. Si enim verè hoc ita ſenſiſſes, non utique etiam ante adventum meum, apud populum te profitereris doctorem. Ego igitur dico, ſui eſſe arbitrii hominem. Et Simon: Quid eſt ſui arbitrii? dic nobis. Petrus ad hæc: Si nihil * poteſt * diſci, cur & audire vis? Et Simon: Nihil habes ad hoc quod reſpondeas?

*C.C.S.T. agit. P. decernitur; aliquid.

*C C.S.T. R. ſentiendi

*Carm. profiteri; cùm dicat nihil à ſe unumquemque, vel perpetrare, vel noſſe. Sed

*P R. tenent pecudum.

*R. potes dicere. P. potes diſcere.

XXIII. Tum Petrus: Dicam, non à te compulſus, ſed ab auditoribus rogatus. [85] Arbitrii * poteſtas eſt ſenſus animæ, habens virtutem, quâ poſſit ad quos velit actus * inclinari. Tum Simon collaudans Petrum, ſuper his quæ dixerat: Verè, inquit, magnificè & incomparabiliter expoſuiſti; bene enim dicenti tibi debeo teſtimonium dare: hoc tamen quod te interrogo nunc, ſi expoſueris mihi, in cæteris omnibus obtemperabo tibi: quod ergo volo diſcere, hoc eſt; ſi quod Deus vult eſſe, eſt; & ſi quod non vult eſſe, non eſt? de hoc reſponde mihi. Et Petrus: Si ignoras quòd abſurdè & incompetenter interroges, ignoſcens tibi ipſe exponam: ſi autem ſcis quòd inconſequenter interrogas, non rectè facis. Tum Simon: Juro, inquit, ipſam, quæcumque illa eſt, ſummam Divinitatem, quæ habet judicium & vindictam in eos qui peccant; quia ignoro quid incompetenter dixerim, & quid in verbis meis habeatur abſurdum, in his dumtaxat quæ propoſui.

*R. libertas

Liberum arbitrium quid ſit.

*R. inclinari & ire.

XXIV. Ad hæc Petrus: Quoniam, inquit, te ignorare confeſſus es, diſce. Interrogatio tua, duobus ſibi invicem contrariis, unam ſententiam poſtulavit. Etenim omnis motus in duas partes dividitur; ut quædam neceſſitate, quædam voluntate moveantur: & ea quidem quæ neceſſitas movet, ſemper in motu ſunt; quæ verò voluntas, non ſemper: ut verbi gratiâ dicam; ſolis motus neceſſitate ducitur, ut * ſtatutum compleat curſum, omniſque ſtatus cœli, & miniſteria neceſſariis motibus conſtant: homo verò actuum ſuorum motus voluntarios gerit. Et ideo alia ſunt, quæ ob hoc creata ſunt, ut in miniſteriis ſuis neceſſitate deſerviant, nec facere aliud quidpiam poſſint, niſi quod eis ſtatutum eſt: cùm autem expleverint miniſterium, creator omnium, qui ita conſtituit ea; prout voluerit, conſervat ea. Alia verò ſunt, ubi poteſtas eſt voluntatis, & in quibus agendi quæ velint, liberum habetur arbitrium. Hæc, ut dixi, non ſemper in eo ordine, quo creata ſunt, permanent; ſed prout vo-

*R. ſtatutū

---

85. *Arbitrii poteſtas eſt ſenſus animæ, habens virtutem, quâ poſſit ad quos velit actus inclinari.*] Gregorius Nyſſenus; *αὐτεξούσιόν ἐστι ψυχῆς λογικῆς θέλησις, ἑτοίμως κινουμένη εἰς ὅπερ ἂν θέλῃ*; atque ex Græco Diadochus, de perfectione Spirituali. COT.

voluntas duxerit, & animi judicium declinaverit, ſive bonis, ſive malis ſtudebunt: & ideo * bene agentibus munera poſuit, malè agentibus pœnas.

* Cod. Deus bene.

XXV. Ais ergo tu; Si Deus vult aliquid eſſe, & eſt; & ſi non vult, non eſt? ſcilicet ut ſi reſponderem, quia quod vult, & eſt; quod autem non vult, non eſt; diceres, ergo ipſe vult eſſe mala, quæ in hoc mundo geruntur; quia omne quod vult, hoc & eſt; quod autem non vult, * non eſt: ſi verò reſpondiſſem, non eſſe hoc, ut quod vult Deus, ſit; & quod non vult, non fit; tum retorto ſermone diceres, ergo impoſſibilis eſt Deus, ſi quod vult, non poteſt; & exſiſteres petulantior, ut qui nihil rectum dixeris, viciſſe te crederes. Et ideo ignoras, ô Simon, & valde ignoras, quo modo in ſingulis quibuſque voluntas ſit Dei: quædam enim voluit, ut diximus, ita eſſe, ut aliud eſſe non poſſent, quàm id quod ab ipſo inſtituta ſunt; & his neque præmia, neque ſupplicia ſtatuit. Ea verò quæ ita eſſe voluit, ut in ſua poteſtate habeant, agere quod velint; his, pro actibus ac voluntatibus ſuis ſtatuit, ut aut remunerationes mereantur, aut pœnas. Cùm ergo in duas, ut edocui, partes dividantur cuncta quæ moventur, ſecundùm eam quam ſuprà diximus diſtinctionem, omne quod vult Deus, eſt; quod autem non vult, non eſt.

* Poſt non eſt, inſeritur in Carm. tu ex adverſo diceres, malefactores Dei voluntatem implere.

XXVI. Et Simon ad hæc: Nonne poterat nos omnes facere tales, ut eſſemus boni, & aliud eſſe non poſſemus? Petrus reſpondit; Et hoc abſurdè interrogas. Si enim nos inconvertibilis naturæ feciſſet, & immobiles à bono; non eſſemus verè boni; quia aliud eſſe non poſſemus: & non erat noſtri propoſiti, quòd eramus boni; nec noſtrum erat quod agebamus, ſed neceſſitatis naturæ. Quo modo ergo hoc bonum dicetur, quod ex propoſito non agitur? [86] Ob hoc autem & prolixioribus indiguit mundus iſte temporibus; donec animarum, quæ prædeſtinatæ ſunt, ad * expletionem ejus, numerus impleretur: & tunc iſtud quidem viſibile cœlum revolveretur, ut liber; illud verò quod eſt ſuperius, appareret: & animæ beatorum, corporibus * ſuis redditæ, inducerentur in lucem; impiorum verò animæ, pro immundis actibus ſuis, ſpiritu flammeo circumdatæ, in profundum ignis inexſtinguibilis mergerentur, per ſæculum expenſuræ ſupplicia. Hæc autem ita eſſe, verus nobis Propheta teſtatus eſt: de quo ſi vis agnoſcere, quia Propheta ſit; innumeris adſertionibus edocebo. Ex his enim quæ ab eo dicta ſunt, & nunc ſingula quæ dixit implentur; etiam ea, quæ futura dixit, creduntur implenda: fides enim futuris, ex his quæ jam geſta ſunt, datur.

Finis mundi.

* Cod. S. T. explanationem

Duo cœli.

* S. ſuis inducerentur ut luce. T. ſuis inducerentur in luce. Cod. ſuis inducerentur ut luce. Carm. ſuis inducerentur, ut luceant.

XXVII. At Simon, cui compertum erat, Petrum de Prophetiæ titulo dilucidè adſignare rationem, ex qua quæſtio omnis abſolvitur; ſermonem de hoc fieri declinavit. Et reſpondens ait; Ad ea quæ volo, reſponde mihi, & dic: Si viſibile iſtud, ut ais, cœlum reſolvetur, cur ex initio factum eſt? Reſpondit Petrus; propter hominum præſentem hanc factum eſt vitam; ut eſſet interjectio quædam & diviſio; ne quis fortè indignus, habitationem cœleſtium, & Dei ipſius ſedem videret; quæ his ſolis qui * mundi corde ſunt, videnda * præparantur. Nunc autem, id eſt agonis tempore, inviſibilia eſſe placuit, ea quæ vincentibus ad præmium deſtinata ſunt. Et Simon ait; Si Conditor bonus eſt, & mundus bonus; quo modo bonus bona diſſolvet aliquando? * Si autem quaſi malum reſolvit & deſtruit; quo modo non videbitur malus, qui malum fecit?

Mat. 5. 8.

* Carm. P. R. mundo

* T. præparatur. Sic & Carm.

* S. T. R. Si autem diſſolvit quod bonum eſt, quo modo ipſe bonus videbitur? Sic & alii.

XXVIII. Petrus ad hæc: Quoniam, inquit, ſpopondimus tibi, ne blaſphemantem te fugiamus; ipſe enim reddes pro his quæ loqueris rationem; patienter ferimus. Audi ergo nunc: Cœlum iſtud quod viſibile eſt, & pertranſit; ſi quidem propter ſemetipſum factum eſſet, haberet fortaſſe quod dicis aliquid rationis, quia reſolvi minimè deberet: ſi verò propter aliud quid factum eſt, & non propter ſe; neceſſariò ſolvetur; ut illud pro quo factum videtur, appareat. Sicut verbi gratia dixerim; teſta ovorum, quamvis pulcrè facta, & diligenter formata videatur, neceſſe eſt tamen eam frangi & reſolvi, ut inde pullus procedat, & illud * pro quo totius ovi forma expreſſa videtur, appareat. Ita ergo & hujus mundi neceſſe eſt tranſire ſtatum, ut ſtatus ille ſublimior regni cœleſtis effulgeat.

Comparatio.

* Cod. pro quo ovi.

XXIX. Et Simon: Non mihi videtur, quia reſolvi poſſit cœlum, quod à Deo factum eſt. Ab æterno enim æterna fiunt; à corruptibili * temporalia & caduca. Et Petrus: Non ita eſt; ſed à mortalibus quidem, omnimodis corruptibilia fiunt, & temporalia: ab æterno verò, non ſemper corruptibilia, neque ſemper incorruptibilia; ſed prout voluerit creator Deus, ita & erunt illa quæ creat. Neque enim ſub lege eſt virtus Dei, ſed lex creaturis ſuis voluntas ejus eſt. Reſpondit & Simon: Revoco te, inquit, ad primam quæſtionem: dixiſti Deum nunc quidem nulli eſſe viſibilem; cùm verò reſolutum fuerit cœlum iſtud, & ſupernus ille ſtatus regni cœleſtis obfulſerit, tunc eos qui mundi ſunt corde, etiam Deum viſuros: quæ ſententia contraria eſt Legi: ibi enim ſcriptum eſt, Deum dixiſſe; *Nemo videbit faciem meam & vivet.*

* R. corruptibilia.

Virtus Dei, ac voluntas.

1. Clement. Hom. 17. cap. 16.

Mat. 5. 8.

De viſione Dei.

Exod. 33. 20.

XXX. Et Petrus reſpondit; His qui Legem, non ex traditione Moyſi legunt, contrarius videtur ſermo meus: ſed audi quo modo non ſit contrarius. Deus videtur mente, non corpore; ſpiritu, non carne. Unde & Angeli, qui ſunt ſpiritus, vident Deum: & homines ergo, donec homines ſunt, Deum videre non poſſunt; ex reſurrectione autem mortuorum, cùm facti fuerint ſicut Angeli, videre poterunt Deum. Et hoc modo non eſt ſermo meus Legi contrarius: neque illud quod Magiſter meus dixit; *Beati mundo corde, quoniam ipſi Deum videbunt.* Futurum enim tempus oſtendit, in quo ex hominibus Angeli fient, qui in ſpiritu mentis Deum videbunt. Poſt hæc autem verba multaque alia his ſimilia, cum juramentis pluribus adfirmare Simon cœpit, dicens; De hoc mihi ſolo rationem redde, ſi immortalis eſt anima, & obſequar in omnibus voluntati tuæ; ſed craſtinò, inquit; nam hodie jam * tardum eſt. Ubi ergo cœpit * dicere Petrus, Simon egreſſus eſt, & cum ipſo perpauci ex ſodalibus ejus, & hoc præ verecundia. Cæteri verò omnes ad Petrum converſi, genibus poſitis proſternebant ſe ante eum: ex quibus aliquanti diverſis languoribus adſtricti, aut Dæmonibus incurſati, oratione Petri ſanabantur, & diſcedebant

Mat. 22. 30.

Mat. 5. 8.

* Cod. tardè.

* Idem. benedicere. Carm. Ubi ergo egreſſus eſt Simon, cœpit Petrus benedicere turbas & curare multas. Ubi. Scholium eſt.

---

86. *Ob hoc autem &c.*] Collectanea ſacra S. Damaſceni, quæ in multis diverſa ab excuſis, & auctiora ſervantur apud Patres Societatis Jeſu, capite [illegible] &c. Τοῦ ἁγίου Κλήμεντος [illegible] Διὰ τοῦτο [illegible] [illegible]. Vide ſuperius lib. 5. cap. 24. COT.

bant gaudentes, quaſi veri Dei doctrinam, ſimul & milericordiam conſecuti. Cùm ergo abſceſſiſſent turbæ, & ſoli familiares ejus remanſiſſemus cum eo; ſtratis humi * redditis accubuimus, ſolitum unuſquiſque recognoſcens locum: ſumptoque cibo, cùm gratias egiſſemus Deo, quievimus.

* S redditi Cand. humi accubuimus.

XXXI. Sequenti verò die, Petrus ex more ante lucem ſurgens, jam nos invenit vigilantes, & paratos ad audiendum. Atque ita is exorſus eſt: Deptecor vos, fratres & conſervi mei, ut ſi quis fortè veſtrûm non poteſt vigilare, non ſibi extorqueat, erubeſcens præſentiam meam; quia difficilis eſt ſubita permutatio: longo autem tempore, ſi paulatim adſuefiat, * labor non erit qood ex uſu venit. Non enim omnes ejuſdem inſtitutionis fuimus; licèt proceſſu temporis, in unam temperari conſuetudinem poterimus: aiunt enim, quòd ſecundum naturæ locum obtineat conſuetudo. Teſtem autem Deum invoco, quòd non indignor, ſi quis fortè non poteſt vigilare; ſed hoc magis, ſi cùm totam quis noctem * dormiat, per diem non replet id quod omiſit in nocte. Neceſſarium namque eſt, doctrinæ ſtudiis intentè & indeſinenter operam dare; ut mens noſtra Dei ſolius memoriâ repleatur: quia mentem quam repleverit memoria Dei, Maligno in ea non dabitur locus.

* Carm P. R. labori Conſuetudo.

* R. non dormiat Citat Auctor Operis imperfecti in Matth. ad 24. 42.

XXXII. Cùm hæc diceret ad nos Petrus, unuſquiſque noſtrûm ſollicitè ſatisfaciebat ei, quòd olim brevi ſomno ſatiati, vigilaremus; ſed vereremur excitare eum; quia nec deceret diſcipulos magiſtro imperare: quòd tamen pænè, ô Petre, auſi fueramus præſumere, dum cor noſtrum, nimio verborum tuorum deſiderio tripudians, ſomnum penitus fugaret ab oculis: ſed iterum affectus erga te noſter obſtitit, & violenter te à nobis non ſivit excitari. Tum Petrus: Quoniam igitur audiendi, inquit, deſiderio libenter vos adſeritis vigilare, volo vobis ea tantùm, quæ heſternò ſparſim dicta ſunt, repetens, diligentiùs & cum ſuo ordine * explicare. Quod & per ſingulas quaſque diſputationes diurnas facere diſpono: ut per noctem, ubi ſecretum loci & temporis datur, ſi quid fortè, utpote in certamine, minùs plenè dictum eſt, id integro ordine, & lineâ * directæ explanationis aperiam. Et poſt hæc cœpit nobis oſtendere, quo modo heſternò haberi debuerit diſputatio, & propter contentionem, * vel imperitiam contradicentis haberi non potuit: & ideo ſolâ profeſſione uſus ſit, atque ea quæ ab adverſario dicebantur, tantùm deſtruxerit; ſua verò neque omnia, neque manifeſtè expoſuerit: & ſingula nobis repetens, integro ordine, & plenâ ratione diſſeruit.

* R. replicare

* S. T. directâ. *Sic & alii.*

* Cand. & imperitiam.

XXXIII. Cùm verò jam albeſceret dies, egreſſus ad turbas poſt orationem, ſolito ad diſputandum conſtitit loco: & videns Simonem in mediis turbis ſtantem, ex more priùs ſalutato populo, ait; Dolori mihi eſſe fateor, de nonnullis hominibus, qui cùm ita ad nos * veniunt, ut diſcant aliqoid, ubi eos docere cœperimus, ipſi rurſus magiſtros ſe eſſe profitentur: & interrogant quidem, ut ignorantes, contradicunt autem ut ſcientes. Sed fortaſſe dicat aliquis, quia qui interrogat, ob hoc quidem, ut diſcat interrogat: ubi verò id quod audierit, non ei rectè dictum videtur, neceſſe eſt ut reſpondeat: & hæc * ei videtur eſſe contradictio, quæ non eſt contradictio, ſed rei interrogatio.

* T. R. alii: veniant

* *Deeſt in T.* R. hæc videtur.

XXXIV. Audi ergo ad hæc: Totius doctrinæ diſciplina, certum habet ordinem: & ſunt quædam quæ * prima tradenda ſunt, alia verò quæ ſecundo in loco, & alia * tertio; & ſic ſingula quæque per ordinem; quæ utique ſi per conſequentiam tradantur, manifeſta fiunt, extrà ordinem verò ſi proferantur, etiam contra rationem dicta videbuntur. Et ideo in primis ordo ſervandus eſt; ſi tamen hoc propoſito quæramus, ut poſſimus quod quærimus invenire. Etenim qui rectum initium viæ acceperit, etiam ſecundum locum conſequenter advertet; & ex ſecundo tertium faciliùs inveniet: & quantò ultra proceſſerit, tantò magis ei via agnitionis apertior fiet: uſquequo ad ipſam quò tendit & deſiderat urbem perveniat veritatis. Qui verò imperitus eſt, & quærendi viam neſcit, ſicut peregrinus viator, ignorans & errans, ſi cive & indigena nolit uti duce, ſine dubio cùm aberraverit à via veritatis, extra vitæ januas remanebit; & ita noctis atræ tenebris involutus, per ſemitas perditionis incedet. Quia ergo ſi per ordinem, quæ quærenda ſunt inquirantur, inveniri facillimè poſſunt; ordinem verò requirendi imperitus ignorat; rectum eſt ut ſcienti cedat ignarus, & primò quærendi ordinem diſcat; ut ita demum interrogandi, & reſpondendi inveniat diſciplinam.

* R. Carm. P. primo Ordo.

* Cand. tertia.

XXXV. Et Simon ad hæc: Non ergo omnium eſt veritas, ſed eorum tantummodo qui artem noverint diſputandi: quod utique abſurdum eſt, cum æqualiter ſit Deus omnium, non omnes æqualiter poſſe voluntatem ejus agnoſcere. Et Petrus: Æquales, inquit, omnes ab eo facti ſunt, & æqualiter cunctis dedit capaces eſſe veritatis. Verùm quòd nullus eorum, qui nati ſunt, eruditus natus ſit; ſed poſterior ſit nativitate eruditio; nulli dubium eſt. Cùm igitur nativitas hominum in eo teneat æquitatem, ut omnes ſimiliter percipiendæ diſciplinæ capaces ſint; non eſt in natura, ſed in eruditione diverſitas. Aut quis neſcit, quòd ea quæ unuſquiſque didicit, priuſquam diſceret, ignorabat? Et Simon: Verè, inquit, dicis. Tum Petrus: Si ergo in his artibus, quæ uſus communis habet, primò diſcitur, deinde docetur: quantò magis oportet eos qui eruditores ſe profitentur animarum, primò diſcere, & ita docere; ne cùm ſint ipſi imperiti, ridiculum videatur, ſi aliis ſe præſtituros ſcientiam repromittant? Tum Simon: In artibus, inquit, his * quæ uſus communis habet, verum eſt, quod unuſquiſque, niſi didicerit neſciat: in verbo verò ſcientiæ, ſtatim ut audierit quis, didicit.

* C. C. P. quas

XXXVI. Et Petrus: Si quidem per ordinem, & conſequenter audiat, poteſt ſcire quod verum eſt: ſed * qui emendatioris vitæ regulam converſationiſque caſtioris ſuſcipere recuſat; quæ utique ſequela eſt ſcientiæ veritatis; ſcire ſe, quod ſcit, non vult fateri. Sicut etiam nonnullos videmus, qui artibus, quas à puero didicerant, derelictis, ad alios ſe actus conferunt; & ut excuſatio ſit eis deſidiæ ſuæ, culpare incipiunt artem, velut infructuoſam. Et Simon: Deberent omnes audientes credere verum eſſe, quod audiunt. Tum Petrus: Qui audierint per ordinem ſermonem veritatis, contradicere omnino non poſſunt; ſed ſciunt verum eſſe quod dicitur; ſi tamen libenter etiam vitæ inſtituta ſuſcipiant. Hos verò, quos audientes ad bona opera conferre ſe piget, malè agendi libido acquieſcere his quæ recta judicant, non ſinit. Unde oſtenditur, poſitum eſſe in auditorum poteſtate, eligere utrum malint. Quòd ſi omnes qui audiunt, obedirent; naturæ magis eſſet neceſſitas, quæ unâ omnes ageret viâ. Sicut enim ſuaderi quis non poteſt, ut fiat brevior, aut longior; quia non ſinit vis naturæ: ita & ad veritatem, ſi omnes verbo converterentur, aut omnes non converterentur; naturæ * eſſet vis, quæ cogebat verbo omnes converti, aut nullum omnino converti.

* T. R quia *Bene vivere ſequela eſt ſcientiæ veritatis.*

Libertas.

* T. R. etat. *Sic & alii.*

XXXVII. Et Simon: Doce ergo nos, quid primò oportet diſcere eum, qui veritatem ſcire de-

deſiderat? Et Petrus: Ante omnia, inquit, quæri oportet, quid ſit homini quærenti invenire poſſibile? Neceſſe eſt enim judicium Dei in hoc ſtare, ſi potuit homo bonum facere, & non fecit: & ideo quærendum eſt hominibus, ſi habeant in poteſtate ſuâ quærentes, invenire quid eſt bonum; & cùm invenerint, facere; hoc enim eſt pro quo judicandi ſunt. Ampliùs autem his ſolum ſcire fas eſt Prophetam; & meritò: quid enim opus eſt hominibus ſcire, quo modo factus ſit mundus? Hæc enim diſcenda neceſſariò viderentur, ſi ſimile ineundum nobis eſſet artificium. Nunc autem ſufficit nobis ad cultum Dei, ut ſciamus, quis ipſe fecit mundum: quo modo autem fecerit, quærendum non eſt; quia ut dixi, non nobis imminet, tamquam ſimile aliquid facturis, artis ipſius ſcientiam diſcere. Sed neque pro hoc judicandi ſumus, * cùm non didicerimus quo modo factus ſit mundus; ſed pro hoc tantùm, ſi ignoremus conditorem ejus. Sciemus autem conditorem mundi juſtum & bonum Deum, ſi eum ſemitis juſtitiæ requiramus. Nam ſi hoc tantùm ſciamus de eo, quòd bonus eſt; hujuſmodi ſcientia non ſufficit ad ſalutem. In præſenti enim tempore, bonitate ejus & beneficiis perfruuntur, non ſolùm digni, ſed etiam indigni. Si verò non tantùm bonum, ſed etiam juſtum eum credamus; & ſecundùm hoc quod de * Deo credimus, in omni vita noſtra juſtitiam teneamus; etiam bonitate ejus in æternum fruemur. Denique Hebræis, qui de Deo ita opinabantur, quòd ſolùm bonus eſſet, dicebat Magiſter noſter, ut & juſtitiam ejus quærerent; hoc eſt, ut ſcirent eum præſenti quidem tempore bonum eſſe, ut omnes in bonitate ejus vivant; juſtum verò eum futurum in die judicii, ut dignis præmia æterna reſtituat, à quibus excludet indignos.

* T. R. *alii*: eum

Deus juſtus & bonus.

* P. R. eo

I. Clement. Hom. 18. cap. 18.

Mat. 6. 33.

XXXVIII. Et Simon: Quo modo poteſt unum atque idem, & bonum eſſe, & juſtum? Petrus ait; Quia ſine juſtitia, * bonum quodammodo videbitur: boni eſt enim, ſolem ſuum & pluviam, ex æquo juſtis & injuſtis præbere; ſed hoc videretur injuſtum, ſi bonos maloſque æquali ſemper ſorte cenſeret; & niſi frugum cauſâ hoc faceret, quibus perfrui æqualiter omnes qui in hoc mundo nati ſunt conveniret. Sed ſicut data à Deo pluvia, ex æquo & fruges nutrit, & lolium; meſſis autem tempore, frumenta quidem congregantur in horreum, paleæ verò vel lolium igni conſumuntur: ita in die judicii, cùm juſti introducentur in regnum Dei, injuſti autem abjicientur foras; tunc etiam juſtitia Dei oſtendetur. Nam ſi æqualis permaneret perpetuo malis & bonis; jam hoc non ſolùm bonum non eſſet, ſed & injuſtum atque iniquum videretur, ut juſti & injuſti uno apud eum haberentur ordine meritorum.

I. Clement. Hom. 18. c. 2. &c.

* S. T. R. *alii*: omnium, injuſtum

Mat. 5. 45.

Mat. 3. 12.

XXXIX. Et Simon: Unum eſt de quo mihi velim ſatisfieri, ſi immortalis eſt anima; non enim poſſum onus ſubire juſtitiæ, niſi priùs de immortalitate animæ ſciam; quæ utique ſi immortalis non eſt, nec prædicationis tuæ poterit ſtare profeſſio. Tum Petrus: Quæramus, inquit, priùs, ſi juſtus eſt Deus: quod ſi claruerit, integer profectò religionis ordo conſtabit. Et Simon: Vidêris mihi tu, qui te jactas diſputandi ordinem nôſſe, nunc contra ordinem reſpondiſſe: me enim rogante ut oſtendas, ſi immortalis eſt anima; tu ais; Primò nos quærere oportet, ſi juſtus eſt Deus. Et Petrus ait; Valde conſequenter, & rectè ſe habet. Simon: Velim diſcere.

De anima immortalitate.

XL. Petrus: Audi, inquit, nonnulli hominum blaſphemantes Deum, & omnem vitam ſuam, * injuſtitiæ voluptate ducentes, in lectulis ſuis defuncti ſunt, conſecuti finem vitæ inter ſuos, & honorabilem ſepulturam: alii vero Deum colentes, & cum omni juſtitia & ſobrietate vitam ſuam in parſimonia conſervantes, pro juſtitiæ obſervantia, in deſertis interiêre, ita ut ne ſepulturâ quidem haberentur digni. Ubi eſt ergo juſtitia Dei, ſi anima immortalis non eſt; quæ vel ſi impiè egerit, pœnas in futuro, vel ſi piè & juſtè, præmia conſequatur? Et Simon ait; Hoc utique eſt, quod nos incredulos facit, quia multi bene agentes, malè pereunt; & rurſum, multi impiè agentes, longi temporis cum beatitudine vitam finiunt.

I. Clement. Hom. 2. cap. 13.

* S. in injuſtitia & voluntate. T. in injuſtitia &. R. in injuſtitiæ. Cand. in injuſtitia ſua & voluptate ſua ducentes. Carm. in injuſtitiam & voluptatem.

XLI. Et Petrus: Hoc ipſum, inquit, quod te ad incredulitatem trahit, nobis certam fidem facit, quia judicium erit. Etenim cùm certum ſit, Deum juſtum eſſe; neceſſarium & conſequens eſt, aliud eſſe ſæculum, in quo unuſquiſque pro meritis recipiens, juſtitiam Dei probet. Quòd ſi nunc omnes homines pro meritis ſuis reciperent, verè nos fallere videbamur, dicentes futurum eſſe judicium: & ideo hoc ipſum, quòd in præſenti vita non redditur unicuique pro actibus ſuis, fidem indubitabilem facit, ſcientibus Deum eſſe juſtum, quia judicium erit. Et Simon: Cur ergo mihi non perſuadetur? Petrus ait; Quia verum Prophetam non audîſti, dicentem; *Quærite primo * juſtitiam ejus, & hæc omnia adponentur vobis.* Et Simon: Indulge, inquit, mihi nolenti primò juſtitiam quærere, antequam ſciam ſi immortalis ſit anima. Et Petrus: Et tu mihi hoc unum indulge, quia non poſſum facere aliter quàm me Propheta veritatis edocuit. Tum Simon: Certum eſt, inquit, non poſſe te adſerere, quòd immortalis ſit anima: & ob hoc cavillaris, ſciens quia ſi mortalis probetur, radicitus convellatur religionis iſtius, quam conaris adſerere, tota profeſſio: & ideo laudo quidem prudentiam tuam; non tamen probo perſuaſionem: multis enim perſuades ſuſcipere religionem, & libidinis ſubire continentiam; ſub ſpe futurorum bonorum: quibus evenit, ut neque præſentibus perfruantur, & decipiantur * futuris. Simul enim ut mortui fuerint, etiam anima pariter exſtinguetur.

Mat. 6. 33.

* P. R. regnum Dei & juſtitiam.

* R. & alii: à futuris

XLII. Petrus verò hæc audiens, dentibus frendens, frontemque adterens manu, & profundo dolore ſuſpirans, ait; Aſtutiâ ſerpentis antiqui, ad hominum decipiendas animas armatus adſiſtis; & ideo, ut ſerpens ſapientior cæteris beſtiis, ab initio doctorem te eſſe profeſſus es: & rurſus, ut ſerpens, multos introducere Deos volebas; ſuper quo confutatus, nullum omnino nunc eſſe adſeris Deum. Nam per occaſionem neſcio cujus ignoti Dei, conditorem mundi Deum negâſti: ſed eum vel malum eſſe, vel multos habere ſibi æquales; vel omnino, ut diximus, non eſſe Deum confirmabas. Poſt hæc cùm etiam in hoc ſuperatus fuiſſes, animam nunc adſeveras eſſe mortalem; uti ne futurorum ſpe rectè juſtéque vivatur. Nam utique ſi deſperantur futura; quid niſi abſcidatur miſericordia, luxuriæ indulgeatur & voluptatibus? ex quibus omnem conſurgere injuſtitiam conſtat. Et cùm tantæ impietatis doctrinam, * miſeræ huic introducas mortalium vitæ, teipſum pium, me impium vocas, quaſi qui homines non ſinam ſub ſpe futurorum bonorum, arma corripere, & impugnare ſe invicem, diripere ac ſubvertere univerſa, & moliri omnia quæ libido dictaverit. Et quis erit iſte vitæ ſtatus, qui à te introducitur, ut pugnent homines, & impugnentur, ut iraſcantur, & perturbentur, & ſemper in metu vivant? Neceſſe eſt enim eos qui aliis inferunt mala, etiam ipſos ſperare ſimilia. Vidéſne te ducem perturbationis, & non pacis, iniquitatis, & non æquitatis exſiſtere? Verùm ego, non quaſi qui oſtendere

* C. C. S. T. miſer

Sententia.

non

non poſſim immortalem eſſe animam, ſimulavi iracundiam; ſed miſereor * animas hominum, quas tu decipere conaris. Dicam ergo, ſed non quaſi te cogente: ſcio enim quo modo dicam; & ſolus eris, qui de hoc non tam perſuaſione indigeas, quàm commonitione: eos, * hoc qui verè ignorant, docebo ut convenit.

* al. animabus
*S.T.R. alii; autem

XLIII. Tum Simon: Si iraſceris, inquit, non interrogabo, nec audire volo. Et Petrus: Tu, ſiquidem nunc occaſionem quæris ſubterfugiendi, habes licentiam, & ſine occaſione cujuſquam. Omnes enim audierunt te nihil * rectè dicentem, nec potuiſſe aliquid confirmare; ſed ob hoc tantùm interrogâſſe, ut contradiceres; quod quivis facere poteſt. Quid enim difficile eſt poſt evidentes adſertiones reſpondere; nihil * dixiſti? Ut autem ſcias quia poſſum tibi uno ſermone oſtendere, quòd immortalis eſt anima; interrogo te verbum, quod omnes nôrunt: reſponde mihi, & uno ſermone immortalem eſſe comprobabo. Tum Simon, qui jam occaſionem ſibi viſus fuerat inveniſſe ex iracundia Petri, ut diſcederet, reſtitit, pro eo quòd mirum ei aliquid promittebatur, & ait; Interroga me, ut tibi reſpondeam quod omnes nôrunt, & audiam uno ut pollicitus es ſermone, quo modo anima immortalis ſit.

*P.R. recti
* Cand. S. T. dixiſſe

XLIV. Et Petrus: Dicam ita ut præ cæteris omnibus tibi magis probetur. Reſponde ergo mihi; Quid eſt quod incredulum magis ſuadere poteſt, viſus, an auditus? Et Simon: Viſus. Tum Petrus: Quo modo ergo à me vis diſcere verbo, quod tibi re ipſa probatur & viſu? Et Simon: Neſcio, inquit, quo modo dicas. Et Petrus: Si neſcis, perge nunc in domum tuam; & ingreſſus interius cubiculum, videbis imaginem poſitam, continentem pueri violenter necati effigiem, purpurâ coopertam; * ipſum interroga, & docebit te, vel reſponſione, vel viſu. Quid enim opus eſt audire ab eo ſi immortalis ſit anima, cùm adſtare eam videas præſentem? Si enim non eſſet, nec videri utique poterat. Quòd ſi neſcis quam dico imaginem; hinc è veſtigio cum aliis decem viris, ex his qui præſentes ſunt, eamus ad domum tuam.

* al. ipſam

XLV. At Simon hæc audiens, & conſcientiâ * percuſſus, colore mutato, exſanguis effectus eſt, extimuit enim ne fortè, ſi negaret, perſcrutaretur domus ejus; aut ne indignans Petrus, manifeſtiùs eum proderet; & omnibus, quis eſſet, innoteſceret: ita reſpondit; Obſecro te, Petre, per illum bonum Deum qui in te eſt, ut vincas malitiam quæ in me eſt; ſuſcipe me ad pœnitentiam, & habebis me adjutorem prædicationis tuæ. Nunc enim verè rebus ipſis didici, quia Dei veri propheta es; & ideo ſecreta hominum ſolus atque arcana cognoſcis. Et Petrus ait; Videtis fratres, Simonem pœnitentiam * quærentem: paulò pòſt videbitis eum rurſus ad infidelitatem ſuam reverti. Putans enim me prophetam eſſe, pro eo quòd publicavi mala ejus, quæ in ſecretis * habebat & in occultis, pœnitentiam ſe acturum promiſit: me enim mentiri fas non eſt; neque ut infidelis hic ſalvetur, aut non ſalvetur, ego fallere debeo. Teſtor enim cœlum & terram, quia non propheticè dixi, quæ dixi; vel quæ, quantùm poſſibile erat, turbis audientibus indicavi; ſed à quibuſdam, qui tunc ei ſocii fuerant in operibus ſuis, nunc autem converſi ſunt ad fidem noſtram, quid ei in ſecreto geſtum ſit, didici: cognita ergo, non præcognita locutus ſum.

* Cand. perculſus, corde
* R.P. petentem
* T. habeat
Mentiendum non eſt in gratiam proximi.

XLVI. Simon verò ut hæc audivit, maledictis his & conviciis adgreditur Petrum, dicens; O nefandiſſime omnium, & doloſiſſime, cui victoriam fortuna, non veritas dedit. Verùm ego non pro penuria ſcientiæ pœnitentiam petii; ſed ut tu, putans me per pœnitentiam diſcipulum tuum fore, omnia ſecreta profeſſionis tuæ concrederes mihi; ut ita demum te, cunctis agnitis, confutarem. Sed ut callidus, intellexiſti quam ob cauſſam pœnitudinem ſimulâſſem; & acquieviſti, tamquam meum non intelligens dolum; ut priùs me apud populum exponeres, quaſi imperitum: tum deinde prævidens, quòd ego ita populo expoſitus, neceſſe habeo indignari, & confiteri, me non verè pœnitudinem gerere, prævenisti, ut diceres, me ad infidelitatem meam, poſt pœnitentiam regreſſurum; ut omni ex parte viciſſe videreris, & ſi permanerem in pœnitentia quam profeſſus fueram, & ſi non permanerem: ut tu ſapiens crederêris, qui iſta prævideris; ego autem deceptus * viderer, quia tuum non prævidi dolum: tu verò meum prævidens, callidè uſus, circumſcripſiſti me. Sed ut dixi, fortunæ eſt, non veritatis iſta victoria: * ſcio tamen cur ego iſta non prævIderim; quia adſtans locutus ſum tibi per bonitatem meam, & patienter egi tecum. Nunc autem tibi oſtendam divinitatis meæ potentiam, ut repentè procidas, & adores me.

* *Carm* videor. *Su & Cand.*
* C.C.S.T. ſcito
Pſeudo-Abdias, ante medium lib. 1. *Simon.*

XLVII. Ego ſum prima Virtus, qui ſemper & * ſine initio ſum: ingreſſus autem uterum Rachel, natus ſum ut homo ex ea, quò ab hominibus videri poſſem: ego per aërem volavi; igni commiſtus unum corpus effectus ſum; ſtatuas moveri feci; animavi exanima; lapides panes feci; de monte in montem * volavi, tranſmeavi; manibus Angelorum ſuſtentatus, ad terras deſcendi. Hæc non ſolùm feci, ſed & nunc facere poſſum; ut rebus ipſis probem omnibus, quia ego ſum Filius Dei, ſtans in æternum; [87] & credentes mihi, ſimiliter ſtare in perpetuum faciam. Tua autem verba vana ſunt omnia, nec * ullum pores opus oſtendere veritatis; ſicut & ille qui miſit te Magus, qui nec ſeipſum potuit liberare de crucis pœna.

* *Deeſt in R.*
I. ſup. l. 2. c. 37. inf. c. 57. 60. lib. 10. c. 66.
I. Clement. Hom. 2. c. 32. Epit. c. 33.
* S.T.R. volatu tranſmeavi.
Pſeudo-Abdias, volatu
* R. unum

XLVIII. His dictis à Simone, Petrus reſpondit; Ne * agas aliena; tu enim quòd ſis magus, ex ipſis quæ geſſiſti, confeſſus es, & manifeſtatus: noſter autem Magiſter, qui eſt filius Dei & hominis, manifeſtè bonus eſt. Quòd autem verè ſit Filius Dei; quibus oportuit dictum eſt, & dicetur. Tu autem ſi non vis confiteri, quòd magus es; cum omni hac turba pergamus ad domum tuam, & tunc apparebit quis ſit magus. Hæc autem Petro dicente, Simon blaſphemiis & maledictis agere cœpit; ut ſeditione factâ, perturbatis omnibus, argui non poſſet; & Petrus, quaſi blaſphemiæ cauſſâ ſecedens, victus videretur. Sed perſtitit, * & arguere eum vehementiùs cœpit.

Pſeudo-Abdias, paullò pòſt.
* *Cand. P. & Abd* ne aliis aliena. *Carm.* ne aliis aliena applices.
* S.T. *alii:* Petrus, &

XLIX. Tunc populus indignatus, Simonem atrio ejectum, extra januam domûs pepulit; eumque depulſum, unus ſecutus eſt ſolus. Facto autem ſilentio, Petrus alloqui populum hoc modo cœpit: Patienter, fratres, malos ferre debetis; ſcientes, quia Deus, cùm poſſit eos excidere, patitur tamen durare uſque ad præſtitutam diem, in qua de omnibus judicium fiet: quo modo ergo nos non patiemur, quos patitur Deus? Cur autem non forti animo illatas ab eis toleramus injurias; cùm ſuas ille, qui poteſt omnia, non ulciſcatur? ut & ipſius bonitas, & malorum noſcatur

Mali tolerandi ſunt.

tur

87. *Et credentes mihi, ſimiliter ſtare in perpetuum faciam.*] Hinc Menander Simonis diſcipulus, eos qui Baptiſmum ſuum acceperant, dicebat immortales permanſuros. COTELERIUS.

88. *Mal-*

tur impietas. Verùm ſi non inveniſſet Simonem
Malignus miniſtrum ſibi, inveniſſet alium ſine
Mat. 18. 7. dubio. Neceſſe eſt enim ſæculo huic venire ſcan-
dala; væ tamen illi per quem veniunt. Et ideo
magis deflendus eſt Simon, quòd vas electionis
factus eſt Maligno: quod utique non fuiſſet, niſi
poteſtatem in eum pro peccatis prioribus accepiſ-
Act. 8. 13. ſet. Nam inde quid dicam, quòd & Jeſu no-
ſtro crediderat, & quòd immortales eſſe animas,
ſibi ipſe perſuaſit? Quamvis in eo ludatur à Dæ-
monibus, tamen perſuaſit ſibi, quòd pueri vio-
lenter necati habeat animam miniſtrantem ſibi ad
quæcumque voluerit: in quo verè, ut dixi, à
Dæmonibus illuditur; & ideo ego ſecundùm ea
quæ ipſi videbantur, locutus ſum ad eum: nam
& à Judæis didicit, quia ſit judicium, & ultio
proferenda adversùm eos, qui contra veram fi-
dem veniunt, nec pœnitudinem gerunt: ſed iſti
ſunt quibus Malignus, tamquam perfectis in ſce-
leribus, apparet, ut decipiat eos, ne aliquando
ad pœnitentiam convertantur.

L. Vos ergo, qui ad Dominum convertimini
per pœnitentiam, curvate ei genua. Hæc cùm
Pſeudo- dixiſſet, omnis multitudo genua flexit Deo. Et
Abd. ibid. Petrus reſpiciens ad cœlum, cum lacrymis orabat
ſuper eos, ut Deus pro ſua bonitate ſuſcipere eos
dignaretur, confugientes ad ſe. Et poſtquam
oravit, & præcepit ut poſterâ die maturiùs con-
venirent, [88] multitudinem miſſam fecit. Tum
deinde ſecundùm conſuetudinem, cibo ſumpto
quievimus.

LI. Igitur Petrus ſolitâ noctis horâ conſur-
gens, invenit nos vigilantes; & cùm ex more ſa-
lutans conſediſſet, primus Niceta ait; Si permit-
* Cand. S. tis, * mi Domine Petre, habeo quod rogem.
T. R. me Et Petrus, Permitto, inquit, non ſolùm tibi,
ſed & omnibus; & non ſolùm modò, ſed & ſem-
per; ut unuſquiſque quod eum movet, & par-
* Carn. S. tem * quam dolet in animo, fateatur, ut poſſit
T. quâ conſequi medicinam. Quæ enim ſilentio conte-
guntur, nec innoteſcunt nobis, velut multi tem-
poris vitia, difficilè curantur: & ideo quoniam
tacentibus non facilè poteſt medela opportuni &
neceſſarii ſermonis adhiberi, proferre debet unuſ-
quiſque, in quo animus per ignorantiam languet:
tacenti verò dare remedium, ſolius eſt Dei: poſ-
ſumus autem & nos, ſed circuitu multi tempo-
ris. Neceſſe eſt enim ut ſermo doctrinæ ab ini-
tio per ordinem currens, & ſingulis quibuſque
quæſtionibus obvians, cuncta aperiat, & cuncta
diſſolvat & perveniat etiam ad hoc quod unuſ-
quiſque in animo ſuo requirit: ſed hoc, ut dixi,
per multum tempus fieri poteſt. Nunc autem
quod deſideras roga.

LII. Et Niceta ait; Uberes tibi gratias ago,
* Cand. S. T. ô clementiſſime Petre: verùm hoc eſt quod * di-
R. diſcere cere cupio; Cur Simon, qui adverſatur, * fa-
* S. T. R. cere tanta hæc, & talia potuit? Non enim men-
alii: Deo, titus eſt aliquid ex his, quæ ſe feciſſe profeſſus
facere eſt. * Ad hæc beatus Petrus ita reſpondit: Deus,
* S. T. R. qui unus & verus eſt, * [89] primo germini ſuo
alii: Ad hæc amicos bonos & fideles inſtituit præparare: ſciens
Petrus autem, quia boni eſſe non poſſunt, niſi habeant
* S. T. pri- in poteſtate ſenſum, quo fiant boni, ut ex ſuo
mogenito propoſito hoc ſint quod volunt; alioqui non poſ-
Liberum arbitrium. ſunt eſſe verè boni, ſi non propoſito, ſed neceſ-
ſitate tenerentur in bono; poteſtatem dedit uni-
cuique arbitrii ſui, ut hoc eſſe poſſit, quod vult.
Et rurſum prævidens quia iſta poteſtas arbitrii,
alios quidem faceret eligere bona, alios verò ma-
la; & per hoc in duos ordines neceſſariò propa- *Duo ordines*
gandum eſſet hominum genus; * unicuique or- *hominum.*
dini conceſſit & locum, & regem, quem vellet, * Cand. uni-
eligere: bonus enim rex, bonis gaudet; & mali- cuique con-
gnus, malis. Et quamvis hæc tibi, ô Clemens, ceſſit.
in * hoc tractatu, quem de præfinitione & fine l. ſuprà, l.
diſſerueram, pleniùs expoſuerim; tamen & nunc 1. c. 24.
requirenti Nicetæ manifeſtare me convenit, quæ * T. R. alii:
ſit ratio, quòd Simon, qui contra Deum ſentit, eo
tanta facere mirabilia potuit.

LIII. Igitur primò omnium, malus eſſe ju-
dicatur apud Deum is, qui requirere non vult,
quod ſibi expedit. Quo modo enim talis iſte
alium diliget, qui ſemetipſum non diligit? Aut
cui non iſte inimicus erit, qui ſibiipſi amicus eſſe
non potuit? Ut ergo diſtinguerentur, qui bona
& qui eligunt mala; Deus quod utile eſt occulta-
vit hominibus, id eſt, poſſeſſionem regni cœlorum,
eamque velut theſaurum ſecretum repoſuit & abſ-
condit, ut ad * eam non facilè quis poſſit vir- * Cand. S. T.
tute & ſcientiâ pervenire propriâ: famam tamen eum
ejus, diverſis nominibus & opinionibus, per ge-
nerationes ſingulas ad * omnium perduxit * au- * R. ho-
ditum: ut ſi qui fortè eſſent amatores boni, au- minum
dientes quod ſibi eſſet utile & ſalutare, require- * R. vitam
rent & invenirent; requirerent autem non à ſe- *Unde requi-*
metipſis, ſed ab eo qui occultavit; darique ſibi *renda ſalus,*
accedendi aditum, & viam ſcientiæ precarentur, *& quo modo.*
quæ illis ſolis panditur, qui eam ſuper omnia mun-
di hujus * diligerent bona, nec alio quis pacto vel * S. T. dili-
intelligere eam poſſit, etiamſi prudentiſſimus vi- gunt
deretur: hi verò qui neglexiſſent, quod ſibi utile
& ſalutare eſſet, inquirere; tamquam ſeipſos odio
habentes, & ſibimetipſis inimici, fraudarentur
ejus bonis, velut qui diligerent mala.

LIV. Oportet ergo bonos diligere eam ſuper
omnia; id eſt, ſuper divitias, gloriam, re-
quiem, parentes, propinquos, amicos, & om-
ne quod in hoc mundo eſt. Qui verò perfectè
diligit poſſeſſionem hanc regni cœlorum, abjiciet
ſine dubio omnem malæ conſuetudinis uſum, ne-
gligentiam, deſidiam, malitiam, iram, cuncta-
que his ſimilia. Nam ſi quid horum prætuleris
ei; tamquam qui plùs dilexeris propriæ libidinis
vitia quàm Deum, ad poſſeſſionem regni cœle-
ſtis pervenire non poteris: quia & verè ſtultum
eſt, aliquid plùs amare quàm Deum. Sive enim
parentes ſunt, moriuntur; ſive propinqui, non
permanent; ſive amici, mutantur: ſolus eſt au-
tem Deus æternus, & indemutabilis * parens. * Cand. T.
Qui ergo non vult inquirere quod ſibi utile eſt, permanens
malus eſt; in tantum, ut malitiâ ſuâ ipſum im-
pietatis principem ſuperet: ille enim bonitate Dei
abutitur ad propoſitum malitiæ ſuæ, & ſibi pla-
cet; hic autem ſalutis ſuæ bona negligit, ut per-
ditione ſui Malo placeat.

LV. Propter hos ergo, qui ſalutis ſuæ negle-
ctu placent Malo, & eos qui ſtudio utilitatis ſuæ
placere cupiunt Bono; paria quædam ad tentatio- *Decem paria.*
nem præſenti huic ſæculo ſtatuta ſunt decem, l. infrà c.
ſecundùm numerum decem plagarum, quæ illa- 59. 61.
tæ ſunt Ægypto. Cùm enim Moyſes ſecundùm *Exod. 7.*
præ-

88. *Multitudinem miſſam fecit*] Riſum tenere non potui, cùm pro his, in impoſtore Pſeudo-Abdia legi, *Sacrificium fecit*. quaſi ſcriptum eſſet duntaxat, *Miſſam fecit*. COT.

89. *Primo germini ſuo.*] Ita Lib. Reg. & P. In Juſtino Martyre Apolog. 2. p. 66. λόγῳ, ὃ ἐστι πρῶτον γέννημα τοῦ θεοῦ. In Athenagora Legatione pro Chriſtianis p. 10. πρῶτον γέννημα εἶναι τῷ πατρί. At reliqui quatuor Codices, *primogenito ſuo*, id eſt, vel πρωτοτόκῳ, Coloſſ. 1. 15. vel πρωτογόνῳ, apud Juſtinum ubi ſuprà. vel πρωτογόνου, juxta Gregorium Thaumaturgum Panegyrico ad Origenem p. 53. Methodius de caſtitate Orat. 5. non multò poſt initium; τὸ πρωτόγονον τοῦ θεοῦ, καὶ πρῶτον βλάστημα καὶ μονογενῆ, τὴν σοφίαν. Et Orat. 10. extremâ; τὰς δύο πρωτογόνους δυνάμεις. Alius Methodius de Cruce apud Gretſerum; ὁ πρωτόγονος τοῦ θεοῦ. Clement. Alex. Strom. VI. p. 644. ibid.

præceptum Dei peteret à Pharaone, ut emitteret
populum; & ad teſtimonium cœleſtia imperii ſi-
* Carm. P. S. T. R. projecta gna oſtenderet, * projectam in terram * vir-
gam; * converſa * eſt in ſerpentem. Cumque
* S. T. R. virga. Sic & Carm. & P. ob * hæc Pharao non vellet adquieſcere, utpote
habens arbitrii libertatem: rurſum Magi ſimilia
ſigna facere viſi ſunt; permittente Deo, ut pro-
* Cand. R. & converſa poſitum Regis probaretur ex arbitrii libertate, ſi
* S. T. hoc Deeſt non in R. & P. magis crederet ſignis Moyſi, qui à Deo miſſus
eſt, quàm his quæ Magi videbantur potiùs face-
re, quàm faciebant: quos ipſo utique nomine in-
De ſignis. telligere debuerat, non eſſe operatios veritatis;
quòd non à Deo miſſi, ſed magi appellabantur;
* C.C. S.T. R. traditio ſicut & * ratio indicat. Denique uſque ad ali-
Exod. 8. quem locum, viſi ſunt habere certamen; & poſt
hæc confeſſi de ſe, ceſſère meliori. Inducitur
ergo plaga ultima, interitus primitivorum; &
Exod. 12. tunc Moyſes jubetur populum conſperſione ſan-
guinis conſecrare; atque ita magnâ cum prece,
oblatis etiam muneribus, cum populo rogatur
abſcedere.

LVI. Simili ergo modo, etiam nunc per me, video geri. Sicut enim tunc Moyſe hortante Regem, ut crederet Deo, obſiſtebant Magi, quaſi oſtentatione ſimilium ſignorum, & à ſalute incredulos prohibebant: ita & nunc cùm ego exierim docere omnes gentes, ut credant vero Deo; Simon magus reſiſtit, eadem agens adverſùm me, quæ & illi tunc egerunt adverſùm Moyſen; ut ſi qui ſunt ex gentibus, qui non recto judicio utuntur, appareant; ſalventur autem qui ſignorum rectum diſcrimen habuerint. Hæc dicente Petro, Niceta reſpondit; Obſecro te, ut ſi quid ad memoriam venit, permittas mihi proferre. Tum Petrus delectatus ſuper ſtudio diſcipulorum; Dic, inquit, quod vis.

LVII. Et Niceta ait; Quid peccavêre Ægyptii, ſi non crediderunt Moyſi; cùm & Magi ſimilia ſigna fecerint; etiamſi viderentur potiùs fieri, quàm veritate fierent? Nam & ſi ego fuiſſem tunc; ex eo quod Magi ſimilia faciebant, nonne aut Moyſen magum crediſſem; aut Magos quæ oſtendebant, divinitus facere putâſſem? quia non mihi veriſimile videretur; licèt per phantaſiam, eadem tamen effici à Magis poſſe, quæ ille qui à Deo miſſus eſt, perpetrabat. Et
nunc ergo quid peccant hi qui Simoni credunt,
l. ſ. c. 47. cùm videant eum tanta facere mirabilia? Aut non
eſt mirabile per aërem volare? igni admiſtum, unum corpus effici? facere ſtatuas ingredi? canes æreos latrare? & alia his ſimilia; quæ utique diſcretionem neſcientibus, ſatis mira ſunt? Sed & de lapidibus viſus eſt panes facere. Quòd ſi peccat, qui ſigna facientibus credit; quo modo non peccâſſe videbitur & is, qui Domino noſtro pro ſignis & virtutibus credidit?

LVIII. Et Petrus ait; Libenter accipio quòd de veritate ad amuſſim requiris, & impedimenta fidei in anima tua latére non pateris. Unde &
cap. 44. medelam conſequi facilè potes. Meminiſti, quòd
pejus omnium eſſe dixi, cùm quis negligit quod ſibi expedit diſcere? Et Niceta reſpondit; Me-
cap. 41. mini. Petrus: Et rurſum, quòd Deus occultavit veritatem ſuam, ut eam his qui ſe fideliter ſectantur, aperiat? Et Niceta: Ne hoc quidem oblitus ſum. Tum Petrus: Quid ergo putas, quia in terram defoſſam abſconderit Deus veritatem, & montes ei ſuperpoſuerit, ut ab his qui in profundum fodere valent, tantummodo inveniri poſſit? Non ita eſt: ſed ſicut montes & terram cœli ambitu circumdedit; ita & veritatem, caritatis ſuæ velamine contexit; ut ille ad eam ſolus pervenire poſſit, qui priùs januam dilectionis divinæ pulſaverit.

LIX. * Etenim quod priùs dicere cœperam, * l. ſuprà, c.
paria quædam huic mundo deſtinâſſe Deum: ille 55. infrà,
qui primus ex paribus venit, à Malo eſt; qui ſe- cap. 61. Vide Clem.
cundus à Bono. In quo unicuique hominum Hom. 2. c.
juſta occaſio judicii datur, ſive ſimplex ille ſit, 15. &c. 23,
ſive prudens. Nam ſi ſimplex eſt, & crediderit 33 Hom. 3.
illi qui primus venit: ſignis enim & prodigiis c. 16, 23, 59.
motus: neceſſe eſt eâdem ratione, ut etiam illi Hom. 8. c. 12.
qui ſecundò venerit, credat: ſignis enim & prodigiis ſuadebitur & nunc, ſicut priùs. Cùm verò crediderit huic ſecundo, diſcet ab eo quòd
primo illi qui à Malo venit, credere non * de- * Cand S.T.
beat: & ita prioris error, ſecundi emendatione debuerat
corrigitur. Si verò quia primo credidit, ſecundum recipere noluerit; meritò ut injuſtus condemnabitur: injuſtum enim eſt, ut cùm primo propter ſigna crediderit, ſecundo eadem aut etiam potiora ferenti ſigna, non credat. Si verò non credidit primo; conſequens eſt, ut vel in ſecundo moveatur ad credendum. Neque enim in tantum animo ſtertit, ut ingeminatis mirabili-
bus non valeat ſuſcitari. Si verò prudens eſt, diſ- Diſcretio
cretionem poteſt capere ſignorum. Et ſi quidem ſignorum.
primo credidit, augmentis virtutum movebitur ad ſecundum; & ex comparatione, quæ ſint potiora deprehendet; quamvis manifeſta habeantur indicia apud eruditos quoſque, ſicut per ordinis
conſequentiam * demonſtravimus. Si verò tam- * S. T. de-
quam ſanus quis, & qui medico non indigeat, monſtrabi-
non eſt commotus ad primum, rei ipſius perſe- mus
verantiâ ſuſcitabitur ad ſecundum; [90] diſtinctio-
nemque ſignorum & mirabilium faciet, * in * P R. in hoc
hunc modum; Ille qui à malo eſt, ſigna quæ fa- mundo. Au-
cit, nulli proſunt; illa verò quæ facit bonus, ho- ctor Operis
minibus proſunt. imperf. in

LX. Nam dic quæſo, quæ utilitas eſt oſten- Matt. ad 24. 24. Cl.
dere ſtatuas ambulantes? latrare æreos aut lapi- Hom. 2.
deos canes? ſalire montes? volare per aërem? & c. 33. &c.
alia his ſimilia, quæ dicitis feciſſe Simonem? Quæ l. 1. c. 47.
autem à Bono ſunt, ad hominum ſalutem deſe- l. Clement.
runtur; ut ſunt illa quæ fecit Dominus noſter, Hom. 1.
qui fecit cæcos videre, fecit ſurdos audire; de- c. 5.
biles, & claudos erexit, languores & Dæmones effugavit, mortuos fecit reſurgere, & alia his ſi-
milia, quæ etiam per me * fieri videtis. Iſta * Carm. in
ergo ſigna quæ ad ſalutem hominum proſunt, & ejus nomine
aliquid boni hominibus conferunt, Malignus fa- fieri.
cere non poteſt; [91] niſi in fine mundi tantùm. Auctor Operis im-
Tunc enim admiſcere ei conceditur aliqua etiam perf. in
de dextris ſignis, id eſt, ut vel Dæmones fuget, Matt. ad
vel ægritudines ſanet; & propter hoc, tamquam 24. 16, 24.
qui exceſſerit terminos ſuos, & in ſemetipſum Matt. 12. 25.
diviſus ſit, ac ſemetipſum impugnaverit, deſtruetur. Et propterea Dominus prædixit; in noviſ-
ſimis

---

90. *Diſtinctionemque ſignorum & mirabilium faciet, in hunc modum.*] Quem modum hinc hauſit Auctor Operis imperfecti in Matthæum ad VII. 16. & XXIV. 24. ſeu Homil. 19. & 49. Idemque profertur ab Origene II. in Celſum pag. 94. & à Procopio Gazæo ad Num. XXIV. 8. Nec aliud ſonant iſta Theodori Studitæ Catecheſi 119. [illegible Greek] COT.

91 *Niſi in fine mundi tantùm.*] Signa quæ ab Anti-Chriſto fient, verane an fallacia futura ſint dubitat Chryſoſtomus ad II. Theſſal II. 9. & Auguſtinus lib. 20. de civitate Dei cap. 19. Quidam vera putant: plures imaginaria. A noſtro alia inſiſtitur via: quam ſequitur Auctor Operis imperfecti in Matthæum ad VII. 16. XXIV. 16 24. Homil. 19 49. Ibid

Mat. 24. 24. ſimis temporibus tentationem futuram talem, in qua decipiantur, ſi fieri poteſt, etiam electi: confuſis ſcilicet indiciis ſignorum, perturbari neceſſe eſt, etiam eos qui in diſcernendis ſpiritibus, ac diſtinguendis virtutibus videntur eruditi.

Decem paria. l. ſupra, cap. 55. 59.

LXI. Decem ergo, quæ diximus, paria, huic mundo deſtinata ſunt ab initio ſæculi. Cain & Abel unum fuit par. Secundum verò Gigantum & Noë. Tertium Pharaonis & Abraham. Quartum Philiſtinorum & Iſaac. Quintum Eſau & Jacob. Sextum Magorum & legiſlatoris Moyſi. Septimum tentatoris & filii hominis. Octavum Simonis & meum, Petri. Nonum omnium gentium, & illius qui mittetur ſeminare verbum inter gentes. Decimum Antichriſti & Chriſti. De quibus paribus, aliàs vobis per ſingula latiùs exponemus. Et cùm hæc diceret Petrus, Aquila ait; Verè aſſiduâ doctrinâ opus eſt, ut de ſingulis poſſit quis ſcire rationem.

LXII. At Petrus: Quis eſt, qui aſſiduus ſit erga doctrinam, & ſtudioſè ſingula quæque perquirat? niſi qui animam ſuam * diligit ad ſalutem, & omnibus renunciat hujus mundi negotiis, ut ſoli verbo Dei vacet; quem ſolum prudentem judicat verus Propheta, vendentem omnia quæ ſua ſunt, & ementem unam veram margaritam; & intelligentem quæ ſit differentia temporalibus ad æterna, parvis ad magna, hominibus ad Deum. Intelligit enim quæ ſit æterna ſpes apud verum & bonum Deum. Quis autem eſt qui diligit Deum, niſi qui ſapientiam ejus cognovit? quomodo autem quis agnoſcere poterit ſapientiam Dei, niſi aſſiduus ſit ad audiendum verbum ejus? ex quo accidit, ut amorem ejus concipiat, & digno eum honore veneretur; hymnis & orationibus ad eum fuſis; & in his libentiſſimè requieſcens; ſummumque deputans detrimentum, ſi quando aliquid aliud vel ad momentum temporis loquatur, aut agat: quia revera nec poteſt anima, quæ Dei amore repleta eſt, aliud aliquid intueri, niſi quod ad Deum pertinet; nec ſatiari poteſt præ amore ejus, ea quæ ipſi ſcit eſſe placita, meditando. Hi verò qui affectum ejus minimè concepère, nec illuminatam * caritatem ejus gerunt * mente; velut in tenebris poſiti, lucem videre non poſſunt. Et ideo etiam priùs quàm incipiant requirere de Deo; quaſi labore oppreſſi, ſtatim deficiunt; ac tædio repleti, continuò à propria conſuetudine rapiuntur ad ea verba quibus delectantur. Nam de Deo audire aliquid, talibus tædioſum eſt & moleſtum, pro eo, ut dixi, quia mens eorum nullam dulcedinem divinæ caritatis accepit.

* T. dirigit

Matt. 13. 46.

* *Carm.* P. R. caritate
* *Carm.* P. R. mentem

Pſeudo-Abd. ibid. Simon.

LXIII. Hæc Petro dicente, dies exortus eſt; & ecce veniens quidam ex diſcipulis Simonis clamabat, dicens; Obſecro te Petre; ſuſcipe me miſerum, à mago Simone deceptum; cui ego velut cœleſti Deo intendebam, pro his quæ ab eo fieri mirabilibus videbam. Auditis tamen ſermonibus tuis, cœpit jam mihi homo videri, & quidem malus. Verumtamen cùm hinc exiret, ego eum ſubſecutus ſum ſolus: nondum enim * ad liquidum impietates ejus agnoveram. Cùm autem vidiſſet me ſubſequentem, beatum me dicens, perduxit ad domum ſuam: circa medium verò noctis ait ad me; Omnium te hominum faciam meliorem, ſi volueris uſque ad finem perſeverare mecum: cui cùm promiſiſſem, exigit à me juramentum perſeverantiæ; eoque accepto, impoſuit ſuper humeros meos polluta quædam & exſecrabilia ſecreta ſua, ut portarem; & ſequi me juſſit. Ubi verò ventum eſt ad mare, navigium quod fortè aderat, ingreſſus, id à cervicibus meis quod portare me juſſerat, ſumpſit: & paulò pòſt egreſſus, nihil extulit; certum quod in mare id jecerat. Rogabat autem me, ut cum ipſo proficiſcerer, dicens ſe Romam petere; ibi enim in tantum placiturum, ut Deus putetur, & divinis publicè donetur honoribus. Tunc, inquit, te omnibus divitiis repletum, ſi huc redire placuerit, & pluribus fultum miniſteriis, * mittam. Hæc ego audiens, & nihil in eo, ſecundùm hanc profeſſionem videns; ſed magum & deceptorem eſſe intelligens, reſpondi; Quæſo te, ignoſce mihi, quia pedes doleo, & propterea exire à Cæſarea non valeo: præterea eſt mihi uxor, ſunt parvuli liberi, quos relinquere omnino non poſſum. At ille hæc audiens, & ignaviæ me incuſans, profectus eſt contra * Doram, dicens; Cùm audieris quanta mihi gloria erit in urbe Roma, pœnitebit te. Et poſt hæc ipſe quidem, ut aiebat, Romam petiit; ego autem confeſtim redii huc, orans ut me ſuſcipias ad pœnitentiam, quia ab eo deceptus ſum.

* *Cod.* S. T. aliquid impietatis ejus

* *Cod.* T. dimittam. R. & Pſeudo-Abd. remittam. *Sic & Carm. & P.*

* *Cod.* S. T. Abd. Romam

LXIV. Cùm hæc dixiſſet is, qui à Simone regreſſus eſt, juſſit eum Petrus in atrio reſidere. Procedens autem ipſe, & turbas plurimas videns, multò plures quàm ſuperioribus diebus, ſtetit in loco ſolito; & oſtendens eum qui à Simone venerat, ſermonem facere hoc modo cœpit: Iſte, fratres, quem oſtendo vobis, paulò antè venit ad me, de Simonis mihi malis artibus nuncians; quo modo ipſam ſceleris ſui officinam projecerit in profundum; non quaſi pœnitentiâ ductus, ſed metuens ne deprehenſus, publicis legibus ſubjaceret. Rogabat autem hunc, ut dicit, munera immenſa pollicens, ſecum manere. Quem cùm ſuadere minimè potuiſſet, tamquam ignavum increpans, dereliquit; ipſe verò Romam petens. Cúmque hæc Petrus indicâſſet turbis, ipſe qui regreſſus à Simone fuerat, publicè ſtans, ſingula quæque cœpit populo exponere, de ſceleribus Simonis. Et cùm graviter ferrent, de his quæ audiebant per artes magicas geſta à Simone, ait Petrus.

LXV. Nolite fratres, graviter ferre de his quæ tranſacta ſunt; ſed obſervate de futuris: quæ enim tranſierunt, jam finita ſunt; quæ verò imminent, periculoſa ſunt his qui incurrerint: ſcandala enim numquam deerunt huic mundo, donec permittitur Inimico agere pro voluntate ſuâ, ut prudentes quique, & intelligentes aſtutias ejus, ſuſcitatos ſibi ab eo ſuperent agones; hi verò qui negligunt diſcere quæ ad ſalutem pertinent animæ ſuæ, juſtis ab eo deceptionibus capiantur. Quia ergo, ut ipſi audiſtis, Simon egreſſus eſt, aures Gentilium qui ad ſalutem * vocati ſunt, prævenire; neceſſe eſt & me veſtigia ejus inſequi, ut ſi quid fortè ab illo diſſipatum fuerit, corrigatur à nobis. Sed quoniam juſtum eſt de vobis majorem ſollicitudinem geri, qui jam intra muros vitæ continemini: quia quod acquiſitum eſt, ſi pereat, damnum infert; quod autem nondum, ſi quidem inveniri potuerit, lucrum eſt; ſi minùs, hoc ſolùm damni eſt, quod lucrum factum non eſt. Ut ergo & vos magis ac magis in veritate firmemini; & Gentes quæ ad ſalutem vocantur, non uſquequaque poſſint neqoitiâ Simonis præveniri; cogitavi Zachæum vobis ordinare paſtorem; ego verò ipſe tres vobiſcum permanere menſes, & ita proficiſci ad Gentes; ne ampliùs morantibus nobis, & ſceleribus Simonis uſquequaque graſſantibus, inſanabiles fiant.

Matt. 18. 7. Luc. 17. 1.

Clement. Hom. 3. c. 59. &c. Epiſt. c. 42. &c.

* *Carm.* vocandi.

Zachæus ordinatus Epiſcopus.

LXVI. Hæc illo dicente, univerſus populus flevit, audiens quòd profecturus eſſet. At Petrus compaſſus eis, etiam ipſe lacrymas fudit; & in cœlum reſpiciens, ait; Tibi Deus qui cœ-

lum

lum terramque feciſti, & omnia qoæ in eis ſunt, precem * ſupplicem fundimus, ot coofugientes ad te in tribulatione ſuâ ſoleris: propter affectum enim quem habent erga te, diligunt me, qui veriratem tuam adnunciavi eis: propter quod miſerationis tuæ dexterâ cuſtodi eos: non enim Zachæus, nec alius quiſquam hominum, cuſtos eſſe eis idoneus potiſt. Hæc autem & bis ſimilia cùm dixiſſet Petrus, manibus ſnperpoſitis Zachæo, oravit ut inculpabiliter Epiſcopatûs ſni ſervaret officium. Poſt hæc doodecim Presbyteros ordinavit, & Diacones quatuor; & ait; Zachæum hunc vobis ordinavi Epiſcopum, ſciens eum timorem Dei habere, & ernditum eſſe in Scripturis: qnem quaſi Chriſti * locum ſervantem honorare debetis, obedientes ei ad ſalotem veſtram; & ſcientes, quòd ſive bonor, ſive injuria, quæ ei defertur, ad Chriſtum redundat, & à Chriſto ad Deum. Audite ergo eum adtentiùs, & ab ipſo ſuſcipite doctrinam fidei: monita autem vitæ à Presbyteris; à Diaconibus verò ordinem diſciplinæ. Viduarum * religioſam curam gerite: pupillos enixiùs juvate: pauperibus miſericordiam facite: juvetes podicitiam docete: & ut breviter totum dicam, alterutrum vos in quibus res popoſcerit, ſoſtentate. Deum colite, qui creavit cœlum & terram: Chriſto credite: invicem diligite: miſericordes eſtote ad omnes, non verbo ſolo; ſed & opere & rebus implete caritatem.

* P. R. ſupplices

Epiſcopus. Presbyteri. Diaconi.

Clement. Hom. 3. c. 66. Pſeudo-Clem. Epiſt. 1. poſt init.

* S. T. loco ſervantes

* P. R. religioſarum

LXVII. Et cùm hæc atque bis ſimilia præcepiſſet, pronunciavit ad populom, dicens; Quoniam tres menſes ſtatui facere vobiſcum, ſi qois veſtrum deſiderat, baptizetur; ut exutus prioribus malis, de reliqoo pro bonis actibus hæres bonorum cœleſtium, ex geſtis propriis fiat. Accedat ergo qui vult ad Zachæum, & [92] ipſi det nomen ſuum, atque ab eo myſteria audiat regni cœlorum; jejoniis freqoentibus nperam impendat; ac ſemetipſum in omnibus probet; ut tribus his menſibus conſummatis, io die feſto poſſit baptizari. Baptizabitur autem unuſquiſque veſtrûm in aquis perennibus, nomine trinæ beatitudinis invocato ſuper ſe, perunctus primo oleo per orationem ſanctificato; nt ita demum per bæc conſecratus, [93] poſſit percipere de Sanctis.

Pſeudo-Clemens, Epiſt. 3. poſt init. *Baptiſmi ritus.*

LXVIII. Et cùm molta dixiſſet de ratione Baptiſmi, dimiſſis turbis, ad ſolitam ſe recepit manſionem: ibiqne adſtantibus ſibi dnodecim, id eſt, Zachæo & Sophonia, * Joſepho & Michæa, Eleazaro & Phinees, Lazaro & Heliſæo, me Clemente & Nicodemo, Niceta & Aquila, hoc modo prolocutus eſt: Conſideremus, fratres, quod juſtum eſt: debemus enim auxiliom aliquod ferre Gentibus, quæ ad ſalutem vocatæ ſnot. Ipſi aodiſtis quòd Simon præcedere volens iter noſtrum, profectus eſt; quem oportuerat & è veſtigio inſeqoi, ot ſicubi aliquos ſubvertere tentaret, continuò confutaretur à nobis. Sed quoniam injuſtum mihi videtur, ut derelictis his qui jam converſi ſunt ad Deum, eorum qui adhuc longè ſunt curam præferamus; rectum puto, tribus menſibus permanere me cum his, qui in hac civitate converſi ſunt ad fidem, & firmiores eos efficere; nec tamen illos, qui adbuc longè ſunt, penitus negligere, ne fortè ſi diu venenis peſſimæ doctrinæ inficiantor, difficiliùs revocentur. Et ideo volo, ſi tamen etiam vobis juſtum videtur, ut pro Zachæo, qnem hic ordinavimus Epiſcopum, ſubjiciatur in oumero, Benjamin filius Saba; & pro Clemente, quem decrevi mecum ſemper eſſe, quia ex Gentibus veniens, audiendi verbi Dei grande deſiderium gerit, Ananias filius Safra; Pro Niceta verò, & Aquila, qui ooper converſi ſunt ad fidem Chriſti, Rnbelus Zachæi frater, & Zacharias ſtructor. Iſtis ergo quatuor pro his quatuor ſubſtitutis, expleri volo duodecim numerum; * ut me in ipſis ſemper ſecum eſſe ſentiat Simon.

* S. Joſeppo

* Carm. ut cum ipſis me ſemper.

LXIX. Sequeſtratis igitor me Clemente, & Niceta, & Aquila, ad illos duodecim ait; Volo vos poſt diem craſtinum proficiſci ad Gentes, & veſtigia Simonis ioſequi; nt omnia quæ agit, maoifeſta mihi faciatis: ſed & propoſitum ſingulorum diligenter requirite; & me adſuturum ſine mora eis adnunciate; & ne multa vobis dicam, per omnia inſtruite Gentiles, exſpectare adventum meum. Cùmque hæc atqoe his ſimilia dixiſſet: Etiam vos, inquit, fratres, ſi quid vobis ad bæc videtur, dicite: ne fortè non ſit rectnm, qnod mihi ſoli placet. Tom omnes unâ voce collaudantes eum; Rogamus magis, aiebant, ut pro arbitrio tuo cuncta diſponas, & quod tibiipſi videtur jubeas: hoc enim putamus eſſe opus iotegrum pietatis, ſi quæ tu juſſeris, impleamns.

LXX. Igitur ſtatuto die, cùm ſteriſſent ante Petrum; Ne arbitreris, aiunt, Petre, parvom nobis indici mœrorem, quòd fraudamur, noo audientes te per menſes tres; ſed quoniam hoc expedit agere qood tu jubes, obediemus, promptiſſimè: ſemper ergo vultum toum io noſtro corde retinentes, ſicut juſſiſti, alacres proficiſcimur. At ille oratione pro eis ad Dominum fuſâ, emiſit eos. Et cùm profecti fuiſſent illi duodecim, qui præmiſſi ſuot, Petrus iogreſſus, ex more in loco diſputationis ſtetit. Convenerat autem populi multitudo, copioſior numerus quàm ſolebat; & omnes cum lacrymis intuebantùr eum, pro eo quòd pridie ab eo audiſſent, profecturum ſe Simonis gratiâ. Sed & ipſe lacrymantes eos videns, ſimilia patiebatur; licèt conaretur occultare & inhibere lacrymas: prodebatur tamen ex tremore vocis, & interrupcione ſermoois, quòd ſimili angeretur affectn.

LXXI. Verumtamen mano confricans frontem; Æquo animo, inqnit, eſtote, fratres, & miſericordes animas veſtras conſilii ratione ſolamini; referentes omnia ad Deum, cujus ſolius implenda, & * omnibus præferenda voluntas eſt. Nam ſi verbi gratiâ ponamus, quòd pro affectu qoem erga vos gerimos, contra voluntatem ejus agentes, reſideamus vobiſcum; numquid noo poteſt miſsâ in me morte, profectionem mihi à vobis * indncere longiorem? Et ideo melius eſt, ut hanc breviorem cum voluntate ipſius impleamus; utpote quibus definitum eſt, in omoibus obedire Deo: nnde & vos debetis

* P. R. in omnibus

* T. R. alii indicere

92. *Et ipſi det nomen ſuum.*] Qoi Chriſtiani fieri volebant, dabant ſuum nomen ad Baptiſmum, quod ſcriberetur à Clero; poſteaque [illegible Greek] & Subſcripti dicebantur. Celebrem ritum docent cum multis Siricius Papa Epiſt. 1. cap. 2. & Cyrillus Hieroſolymitanus Catecheſi 3. atque in [illegible Greek]. Ea Procatecheſis, ut id obiter moneam; velut Homilia S. Baſilii de Baptiſmo, [illegible Greek], exſtat, ſed multa cum diverſitate, in antiquis membranis Bibliothecæ Regiæ Cod. 1260. & 2403. ad cujus poſterioris Codicis marginem ſic notavit Criticus Græcus; [illegible Greek]. In Concilio Conſtantinopolitano ſub Mena; [illegible Greek]. COT.

93. *Poſſit percipere de Sanctis.*] Hoc eſt, corpus & ſanguinem Chriſti. Id verò magnâ ignorantiâ non intelligens concatenator tertiæ Decretalis Clementis, ſic Rufini verba interpolavit; *poſſit percipere locum cum Sanctis.* Ibid.

tis ſimili obedientiâ parére ei; quippe qui etiam me, non alia ex cauſſa, niſi pro ipſius amore diligatis. Ut ergo amici Dei, voluntati ejus obtemperate. Sed & vos ipſi probate quod juſtum eſt. Numquid non impium videbatur, ſi cùm vos Simon deciperet, ego non veniſſem ad vos, detentus à fratribus qui erant in Hieruſalem; & quidem cùm haberetis apud vos Zachæum, virum bonum, & in ſermone expeditum? Ita ergo & nunc impium judicate, ſi cùm exierit Simon ad Gentes impugnandas, quibus nullus omnino defenſor eſt, ego non ſubſequar, detentus à vobis. Propter quod obſervemus, ne fortè affectu injuſto, voluntatem Maligni faciamus.

LXXII. Interim tribus, ut dixi, menſibus permanebo apud vos: eſtote aſſidui ad audiendum verbum: & conſummatis his, ſi qui poſſunt & volunt ſequi nos, permittitur eis, ſalva pietate. Quod autem dico, ſalvâ pietate, hoc eſt; ne quem diſceſſu ſuo contriſtet qui contriſtari non debet; vel parentes relinquens, * quos non oportet, vel uxorem fidelem, vel ſi quæ ſunt hujuſmodi perſonæ, quibus propter Deum deferri ſolatium convenit. Interea per dies ſingulos diſputans & docens, propoſitum tempus in doctrinæ labore complevit. Et cùm adveniſſet dies feſtus, ſuper decem millia baptizati ſunt. * R. quod

LXXIII. In illis autem diebus, Epiſtola mittitur à fratribus qui præceſſerant, in qua Simonis ſcelera continebantur; quo modo per civitates deciperet turbas, & Petrum per ſingula laceraret, ut cùm fortè adveniſſet, nullus ei accommodaret auditum. Adſerebat enim eum magum eſſe, & ſine Deo, injurioſum, callidum, imperitum, & impoſſibilia profitentem. Mortuos enim reſurrecturos adſerit; quod eſt, inquit, impoſſibile. Si qui verò eum confutare velit, occultis ab eo inſidiis perimitur per ſatellites ejus: propterquod, inquit, & ego cùm eum ſuperâſſem, & triumphaſſem, inſidias ejus veritus, fugi; ne fortè maleficiis me perimeret, aut mortem meam per inſidias elocaret. Indicabant autem maximè eum apud Tripolim demorari.

LXXIV. Igitur Petrus Epiſtolam recitari populo jubet; & poſt lectionem allocutus eos, de omnibus pleniſſimè inſtruxit; præcipuè tamen ut obedirent Zachæo, quem eis ordinavit Epiſcopum. Sed & Presbyteros & * Diaconos populo; & ipſis nihilominus populum commendavit: ſimulque denuncians, quod apud Tripolim hyematurus eſſet; Commendo vos, inquit, gratiæ Dei, craſtinò cum voluntate Domini profecturus. Per totos autem tres menſes quos apud Cæſaream doctrinæ cauſſâ exegimus, quæcumque apud populum diſſerebat per diem, hæc nobis ſecretò lucubrantibus ſecum, pleniùs & perfectiùs explanabat, tamquam fidelioribus, ac ſibi liquidò probatis. Simul & imperat mihi; quia intellexit me ſtudioſiùs quæ audirem memoriæ commendare, libris ſingula quæque quæ memoratu digna videbantur comprehendere, & mittere ad te mi Domine Jacobe; ſicut & feci, parens ejus præceptis. * al. Diaconos

LXXV. [94] Primus ergo liber ex his quos priùs miſi ad te, continet de * verbo * Prophetæ, & de proprietate intelligentiæ Legis, ſecundùm id quod Moyſi traditio docet. Secundus, de principio continet, utrùm unum ſit principium, an multa; & quòd non ignoret Hebræorum Lex, quid ſit immenſitas. Tertius, de Deo, & his quæ ab eo inſtituta ſunt. Quartus, quòd cùm multi dicantur Dii, unus ſit verus Deus, ſecundùm teſtimonia Scripturarum. Quintus, quòd duo ſint cœli; quorum unum ſit iſtud viſibile firmamentum, quod & tranſibit; aliud verò, æternum & inviſibile. Sextus, de bono & malo, & quòd bono cuncta ſubjiciantur à Patre: malum autem quare; & quo modo, & unde ſit; & quòd cooperetur quidem bono, ſed non propoſito bono; & quæ ſint ſigna boni, quæ verò mali; & quæ ſit differentia * dualitatis & conjugationis. Septimus, quæ ſint quæ proſecuti ſunt duodecim Apoſtoli apud populum in templo. Octavus, de verbis Domini, quæ ſibi videntur eſſe contraria, ſed non ſunt; & quæ ſit horum abſolutio. Nonus, quia Lex quæ à Deo poſita eſt, juſta ſit, & perfecta, & quæ ſola poſſit facere pacem. Decimus, de nativitate hominum * carnalium, & de * generatione quæ eſt per Baptiſmum; & quæ ſit in homine * carnalis ſeminis ſucceſſio, & quæ animæ ejus ratio; & quo modo in ipſa eſt libertas arbitrii; quæ quoniam non eſt ingenita, ſed facta eſt, immobilis à bono eſſe non poterat. De his ergo ſingulis quæ apud Cæſaream diſſerta ſunt à Petro; jubente, ut dixi, ipſo, decem conſcripta ad te tranſmiſi volumina. Nos autem die poſterâ, ut ſtatutum fuerat, cum aliquantis qui Petrum ſequi decreverant fidelibus viris, * Cæſareâ proficiſcimur.

* Cod. P. S. T. R. vero Propheta
* Cod. vidualitatis. P. vidualitatis & conjugalitatis.
* Cod. P. S. T. R. carnali
* S. T. R. alii regeneratione
* Cod. Carnali.
* al. à Cæſarea

94 *Primus ergo liber ex his quos priùs miſi ad te, &c.*] Igitur decem illi libri antea ad Jacobum miſſi (ſi umquam in rerum natura extitêre) diſtingui debent ab iſtis decem Recognitionum libris, qui nunc ad eumdem Jacobum poſt eos ſcribuntur. Et tamen hoc loco in margine Codicis RR. PP. Carmelitarum legitur; *Diſtinctiones librorum decem præſentis Operis.* Eumdemque errorem ſecutus videtur tum ſcriptor MS. Sorbonici, toti namque Operi ea lemmata præponit; tum MS. Thuani exarator, qui ſimiliter illa præfixit, ac præterea ex iſto capite 75. libri tertii ſuſtulit. COT.

RECOGNITIONUM
S. CLEMENTIS
LIBER QUARTUS.

* al. à Cæſarea Clement. Hom. 8. c. 1. &c. Epit. c. 59. &c.

I. PROFECTI * Cæſarea, ut Tripolim pergeremus, apud Doram breve oppidum, primam fecimus manſionem; quia nec longè aberat; & omnes pæne, qui per ſermonem Petri crediderant, divelli ab eo ſatis ægrè habebant: ſed pariter incedentes, dum iterum videre, iterum complecti juvat, iterum conferre ſermonem, ad diverſorium pervenimus. Sequenti verò die venimus Ptolomaidem, ubi decem dies demorati, cùm aliquanti verbum Dei recepiſſent; * nonnulli eorum qui adtentiores videbantur, & diutiùs detinere nos doctrinæ gratiâ cupiebant, Tripolim, ſi hoc vellent, ut ſequerentur indicavimus. Similiter & apud Tyrum ac Sidonem & Berytum fecimus; & his qui pleniùs deſiderabant audire ſermonem, apud Tripolim nobis hyemandum denunciavimus. Igitur cùm ex ſingulis civitatibus * ſtudiosè quique comitarentur Petrum, electorum multitudo plurima ingredimur Tripolim. Continuò autem ante portas civitatis, fratres qui præmiſſi fuerant occurrunt, & ſuſcipientes nos abducunt per hoſpitia quæ præparaverant. Commotio autem & concurſus plurimus fiebat in civitate, deſiderantium videre Petrum.

* Carm. P. R T. nonnullis

* S. T. R. alii: ſtudioſi

II. Et cùm veniſſemus ad domum Maronis, in qua Petro fuerat præparatum; converſus ad turbas, poſt diem craſtinum ſermonem ſe ad eos promiſit facturum. Igitur qui præmiſſi fuerant fratres, omnibus qui nobiſcum venerant hoſpitia dividunt. Petrus verò Maronis domum ingreſſus, cùm rogaretur cibum ſumere, nequaquam ſe facturum reſpondit, niſi priùs ſciſſet, ſi omnes qui eum fuerant comitati, hoſpitiis requieſcerent. Comperit autem à fratribus qui præmiſſi ſunt, quia à civibus pro deſiderio quod erga Petrum conceperant, non ſolùm hoſpitiis, ſed & omni humanitate ſuſcepti ſint; in tantùm, ut & contriſtarentur aliquanti, quibus defuêre quos ſuſciperent: ita enim omnes paratos fuiſſe, ut ſi multò plures veniſſent, adhuc tamen ſuſcipiendos magis, quàm ſuſcipientes fuiſſe defuturos.

III. Super his Petrus valde delectatus, collaudavit, & benedixit eos, ac ſecum manere juſſit.
95 Ipſe verò cùm laviſſet in mari, cibo ſumpto, quievit in veſpera. Et ex mora, pullorum cantibus ſurgens, veſpertino adhuc lumine perdurante, cunctos invenit vigilantes: eramus autem omnes cum eo ſedecim, Petrus & ego Clemens, Niceta & Aquila, & illi qui præceſſerant duodecim. Salutans itaque, ut ſolebat, Petrus, ait; Hodie quia aliis occupati non ſumus, nobis ſimus. Et ego quidem vobis, quæ apud Cæſaream, poſt digreſſum veſtrum geſta ſunt, enarrabo: vos autem mihi quæ hîc à Simone perpetrata ſunt, indicate. Et cùm de his * ab alterutro ſermo * cæderetur, illuceſcente die, ingreſſi quidam de familiaribus, nunciant Petro, quòd Simon, ubi eum didiciſſet ingreſſum, per noctem profectus eſſet, Syriam tendens. Turbæ autem diem hanc, inquiunt, quam interpoſuiſti eis, deſiderio tui longiſſimum ſibi eſſe tempus opinantur: denique non ferentes ſtant ante januam, inter ſe invicem de his quæ audire cupiunt, conferentes; & te ante præfinitum tempus omnimodis ſe viſuros ſperant; quantóque magis dies clareſcit, multitudines colliguntur, & audituros ſe ſermonem tuum, neſcio unde præſumentes, certiſſimè confidunt. Nunc ergo quod tibi videtur, jube ut dicamus eis: abſurdum namque eſt tantam multitudinem conveniſſe, & diſcedere cum mœſtitia, quippe ſi reſponſa eis nulla reddantur. Non enim cogitabunt, quòd ipſi ſtatutum non expectaverint diem, ſed quòd à te magis videantur eſſe contempti.

§. Epiphan. Hær. 30. n. 15.

* R. ad alterutrum

* R ſerentur. Carm. cæderetur.

IV. Tum Petrus admirans ait; Videtis fratres, quo modo unuſquiſque ſermo Domini propheticè dictus, impletur. Memini enim dixiſſe eum; *Meſſis quidem multa, operarii autem pauci. Rogate ergo Dominum meſſis, ut * ejiciat operarios in meſſem ſuam.* Ecce ergo nunc, quæ in myſterio prædicta ſunt, adimplentur. Sed & quod dixit; *Multi venient ab oriente, & occidente, à ſeptentrione, & meridie, & recumbent * in ſinibus Abraham, & Iſaac & Jacob:* etiam hoc pariter, ut videtis, expletur. Propter quod deprecor vos conſervos & adjutores meos, ut diſcatis adtentiùs prædicandi ordinem, & abſolutionum vias; ut poſſitis ſalvare animas hominum, quæ occultâ Dei virtute, quem debeant diligere, priùs etiam quàm doceantur, agnoſcunt. Videtis enim eos, quaſi bonos ſervos, deſiderare eum quem ſibi ſperant adventum ſui Domini nunciare; ut poſſint voluntatem ejus, cùm didicerint, implere. Deſiderium ergo audiendi verbi Dei, & voluntatem ejus quærendi, ex * Deo habent: & hoc eſt initium doni Dei quod Gentibus datur; ut poſſint per hoc doctrinam recipere veritatis.

Mat. 9. 37.

* Cand. P. R. mittat Pſeudo-Clemens, in fine Epiſt. 1.

Mat. 8. 11. *Luc.* 13. 29.

* S. T. Cl. *cum Abraham*

* Cand. P. R. eo *Gratia*.

V. Sic

95. *Ipſe verò cùm laviſſet in mari.*] Vide omnino S. Epiphanium Hæreſi 30. num. 2. 15. 21. & ab eo monitus, Ebionitica hæc & ſimilia quæ non rarò occurrunt in Recognitionibus, Epitome & Clementinis, cautè legito. Alias lavare manus, faciem, os, pedes, totum corpus, certis diebus, aut ſingulis, aut ſæpius in die, ac definitis horis, idque poſt ſomnum, poſt concubitum, ante & poſt cibum, ante preces, ante reconciliationem in pœnitentia, ante ſumptionem Euchariſtiæ: hæc, inquam, omnia, ad conſuetudines ritusque gentium & Eccleſiarum pertinentia, quemadmodum notum eſt ſatis, pietatem non lædunt, immo adjuvare poſſunt, ſi ad bonum finem dirigantur, nec ſuperſtitiosè ac veluti ad ſalutem neceſſaria uſurpentur. COT.

96. *Quid*

* R intelligerent * S. T. R. unde & ſcriptum eſt; *Credidit populus Deo, & Moyſi famulo ejus.* Quod. *Sic & alii:* Pſeudo-Cl. ibid. & Ep. 3. ſub initium. *Libertas.* * *Carm.* P. S T. R. Cl. deſiderium verò habere erga doctorem veritatis, hoc Cand. deſiderium habere *Mat.* 7. 21. * R Deum * R. Magiſter noſter *Mat.* 11. 25.

V. Sic enim & Hebræorum populo ex initio datum eſt, ut * diligerent Moyſen, & crederent verbo ejus. * Quod ergo fuit proprii muneris à Deo erga Hebræorum gentem; hoc nunc videmus dari etiam his qui ex Gentibus convocantur ad fidem. Operum verò ratio, poteſtati & arbitrio uniuſcujuſque permittitur: & hoc ipſorum eſt proprium, * hoc à patre cœleſti donatum eſt. Sed ſalus in eo eſt, ut voluntatem ejus, cujus amorem & deſiderium, Deo largiente conceperis, facias: ne dicatur ad te ille ſermo ejus, quem dixit; *Quid autem dicitis mihi,* [96] *Domine Domine, & non facitis quæ dico?* Eſt ergo proprii muneris à Deo conceſſi Hebræis, ut Moyſi credant: Gentibus autem, ut * Jeſum diligant. Hoc enim indicabat & * Magiſter, ubi ait; *Confiteor tibi,* [97] *Pater, Domine cœli & terræ, quia occultâſti hæc à ſapientibus & prudentibus, & revelâſti ea parvulis.* Per quod utique declaratur, quia Hebræorum populus qui ex Lege eruditus eſt, ignoravit eum: populus eutem Gentium agnovit Jeſum, & veneratur; propter quod & ſalvabitur, non ſolùm agnoſcens eum, ſed & voluntatem ejus faciens. Debet antem is qui ex Gentibus eſt, & ex Deo habet, ut diligat Jeſum; proprii habere propoſiti, ut credat & Moyſi. Et rurſus Hebræus qui ex Deo habet, ut credat Moyſi; habere debet, & ex propoſito ſuo, ut credat in Jeſum. Ut unuſquiſque eorum habens in ſe aliud divini muneris, aliud propriæ induſtriæ, ſit ex utroque perfectus. De tali enim dicebat Dominus noſter viro divite, qui profert de * theſauris ſuis nove & vetera.

Mat. 13. 52. * P. R. Pſeudo Cl. theſauro ſuo

VI. Sed de his ſatis dictum: urget enim tempus; & populi religioſa devotio invitat nos, ad ipſos facere ſermonem. Et cùm hæc dixiſſet, requirebat ubi opportunus eſſet locus ad diſputandum. Et Maro ait; Eſt mihi ædes ampliſſima, quæ plus quàm quingentos recipiat viros: eſt & hortos intra domum: aut ſi in poblico aliquo placet loco, hoc magis omnes deſiderant: nemo enim eſt, qui non cupiat vel faciem tuam videre tantùm. Et Petrus: Oſtende mihi, inquit, ædem, vel hortum. Et cùm vidiſſet ædem, ingrediebatur, ut & hortum perſpiceret: & ſubitò omnis multitudo, quaſi ab aliquo evocata, cum feſtinatione ingreſſa eſt domum; atque inde ad hortum prorupit, ubi jam ſtabat Petrus, conſiderans, quis eſſet aptus ad diſputandum locus.

Clement. Hom. 8. c. 8. &c. Epiſt. c. 62. & Pſeudo-Abdias, poſt medium lib. 1. Clement. Hom. 9. cap 19. * T. per os. * P. R doloribus

VII. Ut antem vidit turbas, velut ingentis fluvii inundâſſe lenem meatum; aſcendens ſupra baſim quamdam, quæ fortè juxte horti parietem ſtabat; primò, religionis more, populum ſalutavit. Quidam eutem ex his qui aderant, & multo tempore à Dæmonibus fuerant fatigati, in terram proruunt; obſecrantibus Spiritibus immundis, ut vel uno die indulgeretur eis in obſeſſis corporibus permanere: quos Petrus increpans, ſterim juſſit abſcedere; & ſine mora diſceſſerunt. * Poſt * hos alii longis afflicti * languoribus, rogabant Petrum, ut reciperent ſanitatem: pro quibus ſe ſupplicaturum Domino pollicetur, cùm priùs ſermo doctrinæ fuiſſet expletus. Sed ſtatim ut promiſit, languoribus reſoluti ſunt; & juſſit eos ſeorſim reſidere cum his qui à Dæmonibus fuerant curati, quaſi poſt laboris fatigationem. Interea dum hæc aguntur, plurima multitudo convenit; quos non ſolùm deſiderium Petri, ſed & ſanitatum, quæ perpetratæ fuerant, fama pertraxerat. At Petrus manu quieſcere populum * docens, & turbas in tranquillitate componens, hoc modo * fecit exordium.

* *Carm.* S. T. dicens * *T. & R. inferunt ſermonis. Sic & alii.*

VIII. Incipienti de vero Dei cultu facere ſermonem, neceſſarium mihi videtur, eos qui nondum de hoc aliquid ſcientiæ confecuti ſunt, primò omnium docere, per omnia inculpabilem ponendam eſſe divinam providentiam, per quam mundus regitur & gubernatur. Hunc autem nobis exordii titulum dedit præſentis operis ratio, & eorum quos Dei virtus ſanevit occaſio; ut oſtendamus quòd rectâ ratione quamplurimi à diverſis Dæmonibus obtinentur, ut per hoc appareat juſtitia Dei. Invenietur enim omnium pæne malorum mater eſſe ignorantia. Sed jam veniamus ad cauſſam.

Primi homines. I. Clement. Hom. 3. c. 17. &c. 42. &c. Hom. 8. c. 10.

IX. Deus cùm feciſſet hominem ad imaginem & ſimilitudinem ſuam, operi ſuo ſpiramen quoddem, & odorem ſuæ divinitatis inſeruit; ut per hoc participes facti mortales Unigeniti ejus, per ipſum etiam amici Dei, & filii adoptionis exſiſterent: unde & quâ viâ id poſſint adipiſci, ipſe eos, ut Propheta verus, edocuit; ſciens quibus actibus hominum delectaretur pater. Unus itaque apud homines tunc Dei cultus erat, mens pura, & ſpiritus incorruptus. Et ob hoc, omnis creatura humano generi fœdus inviolabile conſervabat. Ob reverentiam namque Creatoris, nulla ægritudo in eos, nullum vitium corporis, nulla ciborum dominata corruptio eſt: ex quo fiebat, ut mille annorum ætas in fragilitatem non incideret ſenectutis.

X. Sed ubi vita laboris expers, bonorum perſeverantiam non putavit divinâ largitione, ſed rerum ſorte conceſſam; & ſine ullo ſudore, divinæ emœnitatis deliciis perfrui, neturæ debitum, & non Dei bonitatis munus accepit; in contrarias per hæc homines & impias cogitationes, otio docente, perveniunt; putantes Deorum ſibi vitam, nullis laboribus, nulliſque meritis natam. Hinc proficiunt in deterius; ut neque providentiâ Dei, mundum regi crederent; neque virtutibus eſſe aliquem locum; quandoquidem ſemetipſos ſcirent, nullis priùs bonis operibus adſignatis, otii ac deliciarum ſummam tenere, & amicos Dei abſque ullis laboribus haberi.

XI. Juſtiſſimo itaque Dei judicio, in hujuſmodi cogitationum vanitate languentibus, labores & adflictiones pro remedio conferuntur. Ubi ergo adfuit labor ac tribulatio, deliciarum & emœnitatis excluſi ſunt loco: terra eutem cœpit nihil eis ſine labore producere: & tunc converſa in hominibus cogitatio, creatoris ſui requirere commonetur auxilium, & orationibus ac votis præſidia invitare divina. Et ita factum eſt, ut cultum Dei, quem pro bonis neglexerant, recuperarent pro malis; & cogitationes in Deum, quas perverterat indulgentia, emendaret adflictio. Sic ergo divina providentia hoc eſſe utilius hominibus videns, vias benignitatis & abundantiæ, tamquam quæ læderent, ſubtrahit ab hominibus, & vexationis iter ac tribulationis inducit.

XII. Sed

---

96. *Quid autem dicitis mihi, Domine, Domine, & non facitis quæ dico?*] Lucæ VI. 46. τί δέ με καλεῖτε, κύριε, κύριε, καὶ οὐ ποιεῖτε ἃ λέγω; *Quid autem vocatis me Domine, Domine: & non facitis quæ dico?* ſeu ex alia verſione apud Cæſarium Arelatenſem Homil. 4. 9. & 12. earum quas curæ viri clariſſimi Stephani Baluzii debemus; *Quid prodeſt quòd dicitis mihi, Domine, Domine, & non facitis quæ vel ea quæ dico?* S. Auguſtinus Serm. 38. de Sanctis; *Illud valde timendum eſt, quod iterum Dominus dicit: Quid prodeſt quod dicitis, Domine, Domine, & non facitis quæ dico vobis?* COT.

97. *Pater, Domine cœli & terræ.*] Candelar. MS. *Domine, pater.* quo modo citatur ab Hilario, Hieronymo, aliis. Ibid.

98. Et

XII. Sed ut oſtenderet, quia hæc pro ingratis agerentur, unum quemdam ex illis, qui primitus cœperant * eſſe mortales, quòd eum gratiæ ſuæ non immemorem vidit, [98] & quia ſperavit invocare nomen Domini, ad immortales tranſtulit: cæteris, qui in tantum ingrati exſtitêre, ut nec laboribus * & tribulationibus emendari & corrigi poſſent, graviſſimâ morte damnatis. Invenit tamen & inter ipſos unum quemdam cum domo ſua juſtum; quem reſervaret, præcepto ei dato, ut fabricaret arcam, & in ea; cùm diluvio cuncta necarentur; ipſe cum his quibus præceptum fuerat, poſſet evadere: quò impiis inundatione aquarum peremptis, purificationem mundus acciperet; & is qui ad * proſperitatem generis fuerat reſervatus, per aquam mundus effectus, mundum denuò repararet.

Henoch. * R. invocare eum inter * R. nec *Noë.* l. Clement. Hom 8. c. 17. l. Chron. Alex. ſ. in Teſt. Vet. * Cand. P. S T. R. poſteritatem

XIII. Sed his omnibus geſtis, rurſus homines ad impietatem vertuntur: & propter hoc à Deo ponitur Lex, quæ vivendi modum doceret: ſed proceſſu temporis Dei quidem cultus & juſtitia, ab infidelibus & impiis corrumpitur; ſicut paulò pòſt apertiùs oſtendemus: perverſæ autem & erraticæ religiones introdncuntur; quibus ſe plurima pars hominum per occaſionem feriarum, & ſollennitatum * dederant: potus inſtaurantes, & convivia; tibiaſque ac fiſtulas, & citharas, ac diverſa genera muſicorum ſectantes; & ſemetipſos per omnia temulentiæ, ac luxuriæ propinantes. Hinc omnis error accepit originem: hinc lucos, & aras; hinc coronas & victimas reperêre; & poſt * ebrietatem, quaſi lymphaticis motibus * agi: ex hoc jam poteſtas Dæmoniis data, ingrediendi hujuſcemodi mentes; ut choros ducere inſanos, & Baccho furere viderentur: hinc fremere dentibus, & mugire de profundis viſceribus inventum: hinc terribilis vultus, & ferus in * hominibus aſpectus; ut is quem temulentia ſubverterat, ac Dæmon inſtigaverat, Numine repletus à deceptis & errantibus crederetur.

Idololatriæ origo. * Cand. R. dedunt Clement. Hom 9. c. 7. &c. * Cand. P. R ebrietatibus * T. agi cœperunt * S. T. homines

XIV. Unde cùm tam multæ in hunc mundum falſæ & erraticæ religiones eſſent introductæ; miſſi ſumus nos, deferentes vobis, tamquam boni negotiatores, à Patribus traditum & conſervatum * veri Dei cultum; cujus quaſi ſemina quædam vobis hæc verba reſpergimus; & in veſtro judicio ponimus quod rectum videtur eligere. Si enim recipiatis quæ noſtra ſont; non ſolùm ipſi incurſiones Dæmonis effugere, ſed & ex aliis eas effugare poteritis; ſimul & æternorum bonorum præmia conſequemini. Qui autem contempſerint recipere quæ dicuntur à nobis; in præſenti quidem vita diverſis Dæmonibus & ægritudinum vitiis ſubjacebunt; poſt exceſſum autem corporis, etiam animæ eorum cruciabuntur in perpetuum. Deus enim non ſolùm bonus, ſed & juſtus eſt: nam ſi ſemper bonus ſit, & numquam juſtus, ut * reddat unicuique pro geſtis ſuis; * bonum invenietur injuſtum: injuſtum namque eſt, ſi ita apud * eum habeatur impius, ſicut & pius.

* Cand P. T. R. verum * Cand & non reddat. R. non reddat *S T. R. *alii*: bonum hoc * R. Deum

XV. Igitur Dæmones, ſicut paullò antè diximus, cùm occaſionibus acceptis, ingerere ſe potuerunt per malos & turpes actus corporibus hominum; ſi multo tempore permaneant in eis per negligentiam ipſorum, quia animæ ſuæ quod eſt utile, non requirunt; neceſſariò cogunt eos habitantium in ſe Dæmonum de reliquo facere voluntates. Quod autem eſt omnium deterius; in conſummatione ſæculi, cùm Dæmon ille igni tradetur æterno, neceſſariò & anima quæ ei paruit, cum ipſo æternis ignibus cruciabitur, unà cum corpore ſuo quod polluit.

Dæmones.

XVI. Dæmones autem habere deſiderium immergendi ſe corporibus hominum, hæc cauſſa eſt. Spiritus ſunt, habentes propoſitum converſum ad malitiam: per cibos ergo & potus immoderatos, ac libidinem, perurgent homines ad peccatum: eos tamen qui peccandi propoſitum gerunt; qui dum videntur neceſſaria naturæ velle complere, non tenentes modum per nimietatem, ingrediendi in ſemetipſos Dæmonibus faciunt locum. Donec autem naturæ menſura ſervatur, & modus * legitimus cuſtoditur, Dei clementia ingrediendi in homines non eis tribuit facultatem. Ubi verò aut mens ad impietatem declinaverit, aut corpus immoderatis cibis ac potibus adimplebitur; tamquam voluntate & propoſito eorum qui ſe ita negligunt, invitati; quaſi adverſùm eos qui à Deo poſitam legem ſolverint, accipiunt facultatem.

* Cand. P. R. legitimè

XVII. Videtis ergo quantùm valeat agnitio Dei, & divinæ religionis obſervantia; quæ non ſolùm defendit credentes ab incurſionibus Dæmonii, verùm & imperare eos facit his qui cæteris dominantur. Et ideo neceſſarium vobis eſt, qui eſtis ex Gentibus, confugere ad Deum, & obſervare vos ab omni immunditia; ut expulſis Dæmonibus, Dei habitatio fiat in vobis. Simul & orationibus commendate vos Deo; & interpellate eum adverſùm impudentiam Dæmonum: credentes enim, quæcumque petieritis, accipietis. Sed & ipſi Dæmones, quantò viderint fidem creſcere in homine, tantò ab eo refugiunt; in ea ſolùm parte reſidentes, in qua adhuc aliquid infidelitatis reſederit: ab his verò qui plenâ fide credunt, abſque ulla remoratione diſcedunt. Anima enim, cùm venerit ad fidem Dei, cœleſtis aquæ virtutem conſequitur; per quam Dæmonem tamquam ſcintillam ignis exſtinguat.

Mat. 21. 22.

XVIII. Eſt ergo fidei menſura; quæ ſi integra ſit, ex integro de anima Dæmonem fugat; ſi verò minus aliquid habeat, reſidet adhuc aliquid de portione Dæmonis in portione infidelitatis: & eſt plurimus labor, ut intelligat anima, quando, aut qualiter; ſi plenè, aut minùs plenè, ex ſe fugatus ſit Dæmon. Si enim in aliqua parte reſederit, cùm tempus invenerit, cogitationes ſubjicit cordibus hominum; & illi neſcientes unde hæc veniant, ſuggeſtionibus Dæmonum, quaſi animæ ſuæ ſenſibus credunt: ſuggerunt ergo aliis, occaſione corporeæ neceſſitatis delicias ſequi; aliorum iracundiam excuſant per abundantiam fellis; aliorum inſaniam nigri fellis vehementiâ colorant; ſed & ſtultitiam quorumdam pro multitudine phlegmatis extenuant. Quod & ſi ita eſſet, tamen hæc ſingula moleſta corpori eſſe non poſſent, niſi ex ciborum potuumque nimietate; qui cùm juſto ampliùs ſumuntur, abundantia eorum, quam decoquere naturalis non ſufficit calor, crudeſcit in venenum quoddam; idque viſceribus veniſque omnibus ſentinæ in modum redundans, motus corporis inſanos reddit & turpes. Propter quod in omnibus eſt obtinenda parſimonia; ut neque Dæmonibus locus detur, neque anima ab eis obſeſſa, unà cum ipſis tradatur æternis ignibus cruicanda.

Sobriè vivendum.

XIX. Eſt & alius error Dæmonum, quem * ſubjiciunt ſenſibus hominum; ut putent ſe ab his qui dicuntur Dii, perpeti quæ patiuntur; quò per hæc, ſacrificia offerentes & munera, quaſi re-

Clement. Hom. 9. c. 13. * S. T. *aliis*: cui ſubjacent ſenſus hominum *Dæmonum præſtigiæ.*

98. *Et quia ſperavit invocare nomen Domini.*] Vel confundit Henochum cum Enoſo; ſeu potiùs illi applicat quod de hoc dictum fuerat Geneſ. IV. 26. juxta LXX. Interpretes. COT.

repropitiantes eos, cultum falſæ religionis adſirment; nos verò refugiant, qui pro ſalute eorum * ſatagimus, ut ab errore liberentur: ſed hoc, ut dixi, faciunt, ignorantes quòd Dæmones iſta ſibi ſuggerant, ne ſalventur. Eſt ergo in poteſtate uniuſcujuſque; quia liberi arbitrii factus eſt homo; utrùm nobis velit * audire ad vitam, an Dæmonibus ad interitum. Aliis etiam Dæmones in viſu per diverſas imagines apparentes, interdum minas * intendunt, interdum ſanitates incommoditatibus pollicentur; ut his quos decipiunt, Deorum nihilominus de ſe inſerant opinionem, & quòd ſint Dæmones ignoretur. Sed nos non latent, ſcientes myſterium creaturæ, & quam ob cauſſam Dæmonibus hæc agere in præſenti ſæculo permittatur; ut vel transformari eis liceat in quas volunt imagines, vel ſuggerere pravas cogitationes, vel inſerere ſe per cibos & potum ſibi conſecratum mentibus vel corporibus eorum qui ex eo ſumpſerint, vel ad Idoli alicujus venerationem ſomnia vana conſingere.

* T. R. ſatis egimus
* T. R. alii: obedire
* T. R. alii: intentant

XX. Et tamen quis ita ſine ſenſu invenitur, cui perſuaderi debeat, ut Idolum colat; ſive illud ex auro, ſive ex quolibet metallo factum ſit? * Cui non palàm eſt, id eſſe illud metallum, quod artifex * voluit? Quo modo ergo ineſſe ibi divinitas putanda eſt, quod, ſi * noluiſſet artifex, omnino non eſſet? aut quo modo inde futura ſibi adnunciari ſperant, ubi nec præſentium aliquis intellectus eſt? Quamvis etiamſi aliquid divinarent, non continuò Dii haberi poſſint: quia aliud eſt divinatio, aliud divinitas. Nam & Pythones divinare videntur; & non continuò Dii ſunt: denique [99] à Chriſtianis hominibus effugantur: & quo modo Deus eſt, qui fugatur ab homine? Sed dicis fortaſſe; Quid quòd ſanitates efficiunt, & quo modo quis curetur oſtendunt? Hac ratione colendi ſunt etiam medici, ut Dii: multos enim ſanant; & quantò quis peritior fuerit, tantò plures ſanabit.

In Idola.
* *Carm.* cui palàm eſt.
* T. fecit ut voluit
* *Carm.* P. T. R. voluiſſet
Clement. Hom. 9. c. 15.
Pythones.

XXI. Unde conſtat iſtos, cùm ſint * dæmoniaci ſpiritus, & multò citiùs ſcire aliqua, & multo perfectiùs: non enim ad diſcendum tarditate corporis * degravantur. Et ideo quæ medici longo tempore, & labore plurimo adſequuntur; hæc illi, tamquam Spiritus, abſque mora ulla, & abſque difficultate cognoſcunt. Non ergo mirum eſt, ſi plus aliquid quàm homines ſciunt: ſed hoc intuendum eſt, quòd ea quæ ſciunt, non ad ſalutem, ſed ad deceptionem proferunt animarum; ut per hæc eas cultum falſæ religionis edoceant. Sed Deus; ne tantæ deceptionis error lateret, & errantibus ipſe cauſſa videretur exſiſtere, qui tantum eis licere permiſit, ut per divinationes, per curationes, per ſomnia decipere homines poſſint; clementiæ ſuæ remedium providit hominibus; & diſtinctionem falſi verique ſcire cupientibus, in propatulo poſuit. [1] Eſt ergo iſta diſtinctio: Quod à vero Deo dicitur, ſive per Prophetas, ſive per viſiones diverſas; ſemper verum eſt: quod autem à Dæmonibus prædicitur, non ſemper verum eſt. Eſt ergo evidentis indicii, non à vero Deo dici ea, in quibus aliquando mendacium eſt: in veritate enim numquam mendacium eſt; in his autem qui mentiuntur, poteſt aliquando & veritatis aliquid admiſceri, per quod mendacia condiantur.

* *al.* dæmonici
* S. T. prægravantur
Prædictionum diſtinctio.

XXII. Quòd ſi dicat aliquis; Quid enim opus erat hoc ipſum ut eis permitteretur, vel aliquando verum dicere; & per hoc tantum errorem mortalibus introduci? * Audi ad hæc: Si eis numquam fuiſſet indultum, veri aliquid dicere, omnino nec prædicarent aliquid: non prædicentes autem, nec quòd eſſent Dæmones, cognoſcerentur. Quòd ſi ignorarentur eſſe Dæmones in hoc mundo; agonis noſtri & certaminis nos cauſſa latuiſſet, & pateremur palàm, quæ * geruntur in occulto: quippe ſi agendi tantùm adversùm nos, & nihil loquendi facultas eis conceſſa videretur. Nunc autem ubi aliquando vera, aliquando falſa dicuntur; debemus agnoſcere, ut ſuperiùs dixi, Dæmonum, & non Dei eſſe reſponſa, apud quem mendacium numquam eſt.

* *Carm.* P. S T. R. audiat hæc
* S. T. R. *alii*: gererentur

XXIII. Quòd ſi curioſiùs quis progrediens dicat; Quid enim opus erat, hujuſmodi mala à Deo fieri, quibus ad ſubvertendas mentes humanas tanta eſſet intentio? Hæc proponenti reſpondebimus; requirendum eſſe primò omnium, ſi eſt aliquid in ſubſtantia malum. Et quamvis ſufficeret dicere ad eum, quia non eſt conveniens, ut creatura judicet creatorem; ſed illius eſt judicare opus alienum, qui aut ſimilis artificii, aut ſimilis potentiæ eſt; tamen ne circuitionibus utamur, abſolutè dicimus in ſubſtantia nihil eſſe mali. Quod ſi ita eſt, ſubſtantiarum conditor fruſtra culpatur.

XXIV. Sed occurres mihi, & dices; Etiamſi ex arbitrii libertate in hoc ventum eſt; numquid ignorabat ille qui creabat eos, quòd in malum declinaturi eſſent quos creabat? Oportuit ergo nec creari eos, quos deviaturos ab itinere juſtitiæ prævidebat. Audiant ad hæc, qui ita proponunt, quòd hujuſcemodi adſertionibus illud volunt oſtendere; cur non * malitia eorum qui nondum erant, * bonitatem vicerit Creatoris. Si enim volens implere numerum & menſuram creationis ſuæ, extimuiſſet eorum qui futuri erant malitiam; & quaſi qui aliam nullam invenire viam remedii ac medicinæ potuiſſet, niſi hoc ſolùm, ut retraheret ſe à propoſito creandi, ne ſibi adſcriberetur malitia eorum qui futuri erant; quid aliud per hæc doceretur, niſi indigna paſſio, & indecora fragilitas Conditoris? * quia ita pertimuit eorum actus qui nondum erant, ut à propoſita conditione ceſſaret.

* *Carm.* malitiam
* *Carm.* bonitas
* S. R. *alii*: qui ita pertimuerit

XXV. Sed his procul amotis, illud animo contemplemur; quia Deus univerſitatis conditor, conditionis ſuæ futuras differentias prævidens, unicuique creaturæ ſecundùm proprios motus, quos ex arbitrii libertate proferebat, proſpexit; & * prævidit diverſos ordines, atque officia differentia; * & cùm unius eſſent ſubſtantiæ omnes ſecundùm creaturæ rationem, eſſet tamen diverſitas in ordinibus & officiis ſecundùm proprios animorum motus, ex arbitrii libertate proferendos. Prævidebat ergo futuras in creaturis culpas; & juſtitiæ ejus ratio poſcebat, ut emendationis cauſsâ culpas pœna ſequeretur. Oportuit ergo eſſe & pœnarum miniſtros, quos * tantùm libertas arbitrii in hunc ordinem traheret: præter hæc autem & debuerunt habere quos vin-

* R. *alii*: providit
* S. R. *alius* ut
* *Carm.* T. tamen. P. R. tamen & *Cand.* tamen ut *Dæmones erat*

99. *A Chriſtianis hominibus effugantur.*] Lege Actorum XVI. 16. & ſequ. ibique Interpretes. Ibid.

1. *Eſt ergo iſta diſtinctio*, &c.] Hinc Auctor Operis imperfecti in Matthæum, alius à Johanne Chryſoſtomo, Hom. 19. ad cap. VII. verſ. 22. *Ergo prophetant in nomine Chriſti, in ſpiritu autem Diaboli. Quales ſunt divinatores. Sed ſic diſcernuntur: quoniam Diabolus interdum verum dicit, Sanctus autem Spiritus numquam interdum mentitur. Conceſſum eſt autem Diabolo & interdum veritatem dicere, ut mendacium ſuum rarà veritate commendet. Si autem numquam diceret verum, nec ad tentationem poterat ſufficere, vel proficere ſeductio ejus.* Vide ſuprà in Hermæ Mandatum 10. COT.

2. De-

viocerent, hi qui agones ſuſceperant cœleſtium præmiorum. Sic ergo nec ea quæ putantur mala, vacant ab utilitate; dum victi, his à quibus vincuntur, licèt inviti, præmia æterna conquirunt. Sed de his iſta ſufficiant; proceſſu enim temporis, etiam ſecretiora pandentur.

Idololatria ergo.

* R. ignorantiæ colendi Idola

XXVI. Nunc ergo, quoniam nondum intelligitis quanta vos * ignorantiæ caligo circumſtet, interim vobis volo exponere, unde colendi Idola exordium mundo huic datum ſit. Idola autem dico, exanima ſimolacra quæ colitis; ſive lignea, ſive fictilia, ſive lapidea, vel ærea, vel ex quibuſcunque aliis ſumpta ſunt metallis: horum ergo initium tale eſt. Angeli quidam, relicto proprii ordinis curſu, hominom ſavere vitiis cœpêre, & libidini eorum quodammodo indignum præbere miniſterium; quò illorum operâ, ſuis magis * voluptatibus morem gererent: quique, ne ſponte inclinati viderentur ad indigna miniſteria, ² docuerunt homines, * quòd Dæmones artibus quibuſdam obedire mortalibus, id eſt, magicis invocationibus * poſſent; ac velut ex fornace quadam & officinâ malitiæ totum mundum, ſubtracto pietatis lumine, impietatis ſumo repleverunt.

* T. voluntatibus.

Clement. Hom. 8. c. 14.

* R. quos

* R. noſſent

XXVII. Pro his & aliis nonnullis cauſſis dilovium mundo introductum eſt, ſicut jam in aliis dictum eſt, & dicemus: & omnes qui erant ſuper terras, deleti ſunt; exceptâ Noë familiâ, qui cum tribus filiis, eorumque uxoribus ſuperfuit: ex quibus unus * Cham nomine, cuidam ex filiis ſois, qui Meſraim appellabatur; ³ à quo Ægyptiorum & Babyloniorum & Perſarum ducitur genus; malè compertam magicæ artis tradidit diſciplinam: hunc gentes quæ tunc erant ⁴ Zoroaſtrem

* R. Canaam

Clemens. Hom. 9. c. 3. &c.

Zoroaſtres.

---

2. *Docuerunt homines, &c.*] Ab Angelis deſertoribus inventam fuiſſe ante diluvium Magiam, cum aliis pariter vetitis ac ſupervacaneis artibus, diſerunt Patres poſt librum Henochi; quemadmodum colligere eſt ex fragmento illius Operis, & ex hoc Clementis Alexandrini teſtimonio in Hypotypoſibus p. 808. ᾧ δὴ καὶ Ἐνὼχ φησὶν. τοὺς παραβάντας ἀγγέλους διδάξαι τοὺς ἀνθρώπους ἀστρονομίαν, καὶ μαντικὴν. καὶ τὰς ἄλλας τέχνας. Addiderant nonnulli, quod Cham ſceleſtas artes, ne diluvio perirent, laminis & lapidibus inſculpſerit. Videſis Caſſianum Collat. 8. cap. 21. ibique Notas. Intelligeſque eam ob rem à Gilda in Conciliis Anglicanis Chamum appellari, *Magicæ artis Scriba̅m.* Ibid.

3. *A quo Ægyptiorum & Babyloniorum & Perſarum ducitur genus.* [illegible] Μεσραΐμ ὁ Αἰγύπτιος [illegible] Βάκτρων, τὴν [illegible] Περσίδος λέγεται [illegible] τῶν μεγάλων Ἰνδῶν. In Chronico Radersano ſeu Alexandrino p. 61. Ibid.

4. *Zoroaſtrem.*] Sic etiam Meſraimum & Zoroaſtrem pro eodem homine habet Auctor Chronici Alexandrini appellati, citatâ mox pag. Aſt ei qui compoſuit Hiſtoriam Scholaſticam in Geneſ. cap. 39. Zoroaſtres eſt Cham: Gregorio Turonenſi lib. 1. Hiſtor. cap. 5. eſt Chus: Scriptori Clementinorum IX. 4. Nemrod. Ab aliis autem apud Epiphanium initio Panarii p. 7. indeque apud Procopium Gazæum ad Geneſ. XI. Zoroaſter putatur eſſe Aſſur. Ab aliis alius. ὁ δὲ αὐτὸς, ait de Platone Clemens Alexandrinus Strom. 5. p. 598. 599. ἐν τῷ δεκάτῳ τῆς πολιτείας, Ἠρὸς τοῦ Ἀρμενίου, τὸ γένος Παμφύλου, μνημονεύει, ὅς ἐστι Ζωροάστρης. αὐτὸς γ᾽ οὖν ὁ Ζωροάστρης γράφει Τάδε συνέγραψεν Ζωροάστρης ὁ Ἀρμενίου, τὸ γένος Πάμφυλος. Quem locum ideo protuli, ut ex eo ac ex conſimili Plutarchi Sympoſ. IX 4. prout à viris doctis emendatus fuit, probabilior lectio reddatur, cùm Origenis lib. 2. contra Celſum pag. 72. tum Æneæ Gazæo in Theophraſto ante finem; τοῦ Ἀρμενίου, pro vulgata τοῦ Ἀρμονίου. Nam quid cogit dicere Platonem ab iis non fuiſſe intellectum: ſicut viderint Apuleius in Apologia malè accepiſſe verba ejuſdem Philoſophi Alcibiade 1. μαγείαν τὴν Ζωροάστρου τοῦ Ὠρομάζου. Hoc eſt, *Magiam Zoroaſtris, filii Oromazis.* quia dicit, *à Zoroaſtre & Oromaze.* Cogitent quoque harum litterarum periti de verbis Arnobii lib. 1. *Age nunc veniat quæſo per igneam Zonam Magus interiore ab orbe Zoroaſtres, Hermippo ut aſſentiamur auctori, Bactrianus: & ille conveniat cujus Cteſias res geſtas Hiſtoriarum exponit in primo, Armenius Zoſtriani* (malè corrigunt, *Oſtanes*, cùm Zoſtriani mentionem faciat Porphyrius in vita Plotini) *nepos, & familiaris Pamphylus Cyri.* num legi debeat; *Zoſtriani nepos & familiaris, Pamphylus Er.* Sed & conſtat multos vixiſſe Zoroaſtres, & confuſam fuiſſe illorum hiſtoriam. Nec ſolùm in homine Mago Magiæque inventore variatum, verùm & in nomine illius. Dicitur quippe etiam Zoroaſtres; Oxyartes Diodori Siculi; Zaras vel Nazaratus Alexandri Polyhiſtoris apud Cyrillum Alexandrinum IV. contra Julianum p. 133. Clementem Alex. Stromateo 1. p. 304. (cum cujus verbis operæ pretium fueris conferre locum Gregorii Barhebræi de Zoroaſtre, citatum in Notis Abrahami Ecchellenſis ad Catalogum Hebedjeſu, p. 167. 168.) Zabratus Malchi ſive Porphyrii in vitâ Pythagoræ p. 9. Zaratas Plutarchi περὶ τῆς ἐν Τιμαίῳ ψυχογονίας ſtatim ab initio, & Auctoris φιλοσοφουμένων quæ Origeni adſcribuntur; Zares Suidæ in voce Πυθαγόρας Σάμιος. Et (ut omittam fictum ex illis à fictitio Abdia Zaroem magum) Zoroadus & Zarades memoratus in Agathia lib. 2. Hiſt. & apud Theodoritum Serm. 9. De legibus Zarades dictus, Zaſrades verò forſan corruptè apud Photium Cod. 81. ex Theodoro Mopſueſteno: [illegible] τὸ μιαρὸν τῶν Περσῶν δόγμα. ὃ Ζαράδης εἰσηγήσατο, ἤτοι περὶ τοῦ Ζαρουάμ, ὃν ἀρχηγὸν πάντων εἰσάγει, &c. Unde ſuſpicor debere corrigi finem Epiſtolæ 325. S. Baſilii, de Maguſæis; Ζαρνούαν τινὰ ἑαυτῶν ἀρχηγὸν τοῦ γένους ἐπιφημίζοντες. ſcribendumque, Ζαραδὰν, vel Ζαράδην. Ad Zaradem redeo, qui fuit etiam per Manichæos celebratus, & appellatur à Victorino Afro adverſùs illos pugnante, Zoradis, à Petro Siculo Hiſtoriæ p. 30. Zarones, Ζαρώνης, ſed lege Ζαράδης, ut habetur in Euchologio Goariano p. 825. & in Anathematiſmis quos ſcriptos Manichæi quando reſiliebant ab Hæreſi, offerre Eccleſiæ tenebantur. Illos Anathematiſmos ut ad cognitionem totius Manichaicæ hiſtoriæ admodum utiles, tecum è Regia Librorum ſuppellectile, MS. 1818. communico.

Ὅπως χρὴ ἀναθεματίζειν ἐγγράφως τὴν αἵρεσιν αὐτῶν, τοὺς ἀπὸ Μανιχαίων προσιόντας τῇ ἁγίᾳ τοῦ Θεοῦ καθολικῇ καὶ ἀποστολικῇ ἐκκλησίᾳ.

Quo modo Hæreſim ſuam ſcripto oporteat anathematizare eos qui è Manichæis accedunt ad ſanctam Dei Catholicam & Apoſtolicam Eccleſiam.

Ἀναθεματίζω Μάνεντα τὸν καὶ Μανιχαῖον καὶ Κούβρικον. ὃς ἐτόλμησεν ἑαυτὸν παράκλητον ὀνομάσαι, καὶ ἀπόστολον Ἰησοῦ Χριστοῦ. ἀναθεματίζω Σκυθιανὸν, καὶ Τερέβινθον τὸν καὶ * Βουδᾶν. τοὺς Μάνεντος διδασκάλους. ἀναθεματίζω Ζαράδην, ὃν ὁ Μάνης θεὸν ἔλεγε πρὸ αὐτοῦ φανέντα παρ᾽ Ἰνδοῖς καὶ Πέρσαις, καὶ ἥλιον ἀπεκάλει. σὺν αὐτῷ δὲ καὶ τὰς Ζαραδείους ἐπονομαζομένας εὐχάς. ἀναθεματίζω πάντας οὓς ὁ Μάνης ἀνέπλασε θεούς. ἤγουν τὸν τετραπρόσωπον πατέρα τοῦ μεγέθους, καὶ τὸν λεγόμενον πρῶτον ἄνθρωπον, καὶ τὸν [illegible], καὶ τὸν ὀνομαζόμενον παρθένον τοῦ φωτὸς, καὶ τὸν * φεγγοκάτοχον, καὶ [illegible], καὶ τὸν [illegible], καὶ τὸν [illegible], καὶ τὸν βαστάζοντα τὴν γῆν. καὶ τὸν [illegible], καὶ πάντας [illegible] ὁ Μάνης [illegible] θεοὺς καὶ αἰῶνας [illegible] αἰώνων [illegible] γιγάντων καὶ [illegible] ἀναθεματίζω πάντας τοὺς εἰπόντας ἢ λέγοντας ἢ λεγομένους δύο ἀρχὰς ἀγεννήτους [illegible] ἀλλήλαις, τὴν μὲν ἀγαθὴν, τὴν δὲ πονηράν. ἀναθεματίζω Μαρκίωνα. καὶ Οὐαλεντῖνον, καὶ Βασιλείδην. καὶ πάντας ἀνθρώπους τοὺς τολμήσαντας ἢ τολμῶντας ἢ τολμήσοντας βλασφημεῖν κατὰ τῆς παλαιᾶς διαθήκης, ἢ τῆς καινῆς, καὶ ἀθετεῖν καὶ ὑβρίζειν Ἀβραὰμ, καὶ Ἰσαὰκ, καὶ Ἰακὼβ, καὶ Ἰησοῦν τὸν τοῦ Ναυῆ, καὶ Σαμουὴλ, καὶ Δαυὶδ, καὶ Ἠλίαν, καὶ τοὺς λοιποὺς πάντας προφήτας. καὶ τὰ παρ᾽ αὐτῶν συγγράμματα. καὶ ἁπλῶς ἀναθεματίζω τοὺς βλασφημοῦντας τὸν ἀληθινὸν τοῦ παντὸς ποιητὴν, καὶ μὴ ὁμολογοῦντας ἕνα εἶναι τὸν αὐ-

Anathemate ferio Manetem, ſeu Manichæum & Cubricum, qui ſe auſus eſt Paracletum, & Apoſtolum Jeſu Chriſti appellare. Anathematizo Scythianum, ac Terebinthum qui & Budas, Manetis præceptores. Anathematizo Zaradem, quem Manes Deum dixit ante ſe apparuiſſe apud Indos & Perſas, quemque ſolem vocavit: cum illo autem etiam anathematizo preces Zaradeas dictas. Anathematizo cunctos à Mane fabricatos Deos: videlicet quadriformem patrem magnitudinis, & eum qui primus homo dicitur, & Coronigerum, ac eum qui nominatur virgo lucis, tum lumine afflatum, & quinque intelligentiis præditos ſplendores, vocatumque Opificem, & ob hoc prolatum juſtum judicem, necnon bajulum qui portat terram, item Senem, cunctoſque prorſus quos Manes confingit Deos, Æones, ac Æonum Æones, quæcumque demum ab eo elaborata ſunt de Gigantibus & Abortivis. Anathematizo omnes qui dixerunt aut dicunt aut dictuii ſunt duo principia ingenita, ſibi invicem oppoſita; alterum bonum, alterum malum. Anathematizo Marcionem cum Valentino & Baſilide, omnemque hominem qui auſus fuit, audet, vel auſurus eſt blaſphemare adverſùs vetus aut novum Teſtamentum, & aſpernari ac contumeliâ afficere Abrahamum, Iſaacum, Jacobum, Jeſum filium Nave, Samuelem, Davidem, Eliam, cæteroſque omnes Prophetas, eorumque ſcripta. Ad ſummam, anathematizo eos qui obtrectant vero Univerſi conditori, neque confitentur unum

* l. Βουδᾶν

Cotel. p. 149. C.

* l. φεγγοκάτοχον

Yyy

eumdemque eſſe veteris ac novi Teſtamenti Deum, nec ſanctos Deique amicos eſſe credunt eos qui in utroque Teſtamento effulſerunt. Anathematizo omnem eum qui non confitetur unum ſolum eſſe verum Deum, bonum, & mundi opificem, atque omnipotentem, Domini noſtri Jeſu Chriſti Patrem, qui cum illo & cum Spiritu ſancto ex non exſtantibus, & nullo prorſus modo exſiſtentibus, nutu voluntatis produxit cœlum, terram, mare, cunctaque iis contenta, quique materiâ, quæ tempore nondum erat, non indiguit, nec pellibus, nervis, corporibus, ſudoribuſque malorum Principum, quos Manes commentus eſt. Anathematizo dicentes corpus à malo Principio editum fuiſſe, & mala naturâ eſſe. Anathematizo deliram Manetis fabulam, in qua dicit nequaquam ſimilem nobis à Deo formatum eſſe primum hominem, hoc eſt Adamum, ſed à Sacla ſtupri Principe, & Nebrodâ, quam ait eſſe materiam, factos fuiſſe Adamum & Evam; ac illum quidem creatum eſſe ferinâ formâ, hanc vero inanimam, atque Evam quidem à maſcula vocata Virgine vitam accepiſſe, Adamum autem per Evam ſervatæ liberatum. Anathematizo eos qui aſſerunt Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum opinione manifeſtatum fuiſſe mundo, nec profitentur ipſum verè carnem aſſumpſiſſe ex ſancta Virgine Maria à Davide ortâ, carnem humanam nobiſque conſubſtantialem, atque perfectè hominem factum eſſe, ab eaque Virgine genitum fuiſſe poſt tempus novem menſium, item ad trigeſimum annum cum hominibus verſatum fuiſſe, dein baptizatum in Jordane à ſanctiſſimo Præcurſore & Baptiſta Johanne, ac teſtimonium recepiſſe à cœleſti, vero bonoque Patre, quod ipſe ejus eſſet Filius, verus Deus atque ei conſubſtantialis, per Incarnationem ex Virgine factus homo, remanens tamen Deus. Anathematizo igitur, ut dictum eſt, eos qui contra hæc ſentiunt, & alium quidem volunt eſſe eum qui natus ſit ex Maria, quique baptizatus ſeu unctus ſit, immo ut ipſi delirant demerſus, alium verò eum qui ex aqua aſcenderit, teſtimoniumque acceperit, quem & ingenitum Jeſum ac Lumen nuncupant, qui in figura hominis apparuerit; atque illum quidem fabulantur eſſe à malo Principio, hunc autem à bono. Anathematizo eos qui aiunt Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum exiſtimatione ſolâ paſſum eſſe, & alium quidem eſſe eum qui in cruce, alium vero qui procul ab ea ſtabat, ridebatque tamquam alio pro ſe perpetiente. Anathematizo itaque illos qui non confitentur ipſum eſſe Verbum Deum è ſancta Deipara ſemperque virgine Maria incarnatum, & genitum, necnon revera carne crucifixum, verè carne mortuum, tertioque die ſuſcitatum, utpote Deum. Anathematizo eos qui affirmant Chriſtum eſſe ſolem, & ad ſolem, vel lunam vel aſtra preces deferunt, omninoque illis ut Diis attendunt, vocantque Deos lucidiſſimos: item eos qui non modo ad Orientem vero Deo ſupplicant, ſed juxta motum ſolis circumferunt ſe in ſuis inanimis orationibus. Anathematizo illos qui Zaradem & Budam & Chriſtum & Manichæum & ſolem, unum eumdemque eſſe dicunt. Anathematizo eos qui Paracletum quem Dominus miſſurum ſe promiſit, audent dicere miſerum Manetem, neque confitentur verum Paracletum Spiritum veritatis, qui in ſanctos Chriſti diſcipulos ac Apoſtolos deſcendit, die Pentecoſtes, per quem & totius orbis linguas notas habuerunt, ac mortuos ſuſcitarunt, aliaque miracula operati ſunt. Anathematizo eos qui humanas animas Deo conſubſtantiales dicunt, & à materia abſorberi, neceſſeque ſedere Deum ac eas haurire ab imo per ſolem & Lunam, quæ etiam navigia vocant. Anathematizo eos qui Metempſychoſim admittunt, quam ipſi nominant animarum de vaſe in vas migrationem; præterea eos qui herbas, plantas, aquam, cæteraque omnia putant eſſe animata, omneſque eorum ſectores aut collectores in illa transformandos; nos autem Chriſtianos, qui hujuſmodi fabuloſos ſermones minimè recipimus, appellant Simplices. Anathematizo eos tum qui inficiantur corporis reſurrectionem; tum qui inhumanitatem docent, nec concedunt quidquam dari pauperibus; tum qui tollunt liberum arbitrium, pronunciantque non eſſe in noſtra poteſtate ut boni aut mali ſimus; tum qui præcipiunt abſtinere cibis, quos Deus ut ſumantur creavit. Anathematizo eos qui ſe ſuâ urinâ ſordidant, nec ſuſtinent aquâ ſuas ſordes abluere, ne, inquiunt, aqua polluatur. Anathematizo eos qui naturæ contrariam turpitudinem perpetrant, non ſolum viros, ſed & feminas, nuptias verò rejiciunt, & legitimâ cum mulieribus conſuetudine abſtinent, ne liberos ſuſcipiant, inquiunt, animaſque ad curam humanarum animarum deducant. Anathemate & Catathemate percutio omnes Manichæos, eorumque ſententias & dogmata, cum ipſis animabus & corporibus, & abominanda, impura, præſtigiarumque plena myſteria, & vocatum illorum Bema, omniaque quæ impiè peragunt, quæ in Manichaicis, magis autem præſtigiatricis eorum libris continentur. Anathematizo omnes opiniones ac libros Manetis, atque Epiſtolarum illius volumen, cunctaque ſcripta Manichaica: velut mortiferum eorum Evangelium, quod vivum appellant; ac Theſaurum mortis, quem dicunt Theſaurum vitæ; & librum titulo Myſteriorum, in quo Legem ac Prophetas evertere nituntur; & librum Apocryphorum, & alium Commentariorum; item ab Ada & Adamanto conſcriptum adverſus Moyſem Prophetaſque alios, necnon librum Agapii Heptalogum nomine, Ariſtocritique Opus quod Theoſophiam, id eſt Dei ſapientiam inſcripſit, in quo oſtendere conatur, Judaiſmum, Paganiſmum, Chriſtianiſmum, & Manichaiſmum, unum eſſe idemque dogma; atque probabilia videatur dicere, Manetem quoque arguit tamquam malum. Anathema & catathema profero adverſus omnes Manichæos, omnes eorum libros, omnes preces, imo præſtigias, omnes eorum doctores, ma-

Nemrod.

* l. αὐτῶν

τὸ εἶναι παλαιᾶς καὶ καινῆς διαθήκης Θεὸν, καὶ τοὺς ἐν ἑκατέρᾳ διαλάμψαντας ἁγίους εἶναι πιστεύοντας καὶ φίλους Θεοῦ. ἀναθεματίζω πάντα ἄνθρωπον τὸν μὴ ὁμολογοῦντα ἕνα μόνον εἶναι Θεὸν ἀληθινὸν, ἀγαθόν τε καὶ δημιουργὸν καὶ παντοκράτορα, τὸν πατέρα τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, τὸν σὺν αὐτῷ καὶ τῷ ἁγίῳ πνεύματι ἐκ μὴ ὄντων καὶ μηδαμῆ μηδαμῶς ὄντων, τῇ ῥοπῇ τοῦ θελήματος παραγαγόντα τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν καὶ τὴν θάλασσαν καὶ πάντα τὰ ἐν αὐτοῖς, καὶ μὴ δεηθέντα ὕλης τῆς μηδέπω οὔσης, μήτε δερμάτων καὶ νεύρων καὶ σωμάτων καὶ ἱδρώτων τῶν πονηρῶν ἀρχόντων, ὡς ὁ Μάνης ἐμυθολόγησεν. ἀναθεματίζω τοὺς λέγοντας ὅτι τὸ σῶμα ἐκ τῆς πονηρᾶς ἀρχῆς ὑπάρχει, καὶ ὅτι φύσει ἐστὶ πονηρόν. ἀναθεματίζω τὴν ληρώδη Μάνεντος μυθολογίαν, ἐν ᾗ φησὶ μὴ ὅμοιον ἡμῖν διαπεπλάσθαι ὑπὸ τοῦ Θεοῦ τὸν πρῶτον ἄνθρωπον, τουτέστι τὸν Ἀδάμ, ἀλλ' ὑπὸ τοῦ Σακλᾶ τοῦ τῆς πορνείας ἄρχοντος, καὶ τῆς Νεβρώδ, ἣν εἶναι τὴν ὕλην φησί, γενέσθαι τὸν Ἀδὰμ καὶ τὴν Εὔαν, καὶ τὸν μὲν θηριόμορφον πεπλάσθαι, τὴν δὲ ἄψυχον· καὶ τὴν μὲν Εὔαν ὑπὸ τῆς ἀρρενωνύμου λεγομένης παρθένου μετειληφέναι ζωῆς, τὸν Ἀδὰμ δὲ ὑπὸ τῆς Εὔας ἀπηλλάχθαι τῆς δουλείας. ἀναθεματίζω τοὺς λέγοντας τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν δοκήσει πεφανερῶσθαι τῷ κόσμῳ, καὶ μὴ ὁμολογοῦντας αὐτὸν σεσαρκῶσθαι ἀληθῶς ἐκ τῆς ἁγίας παρθένου Μαρίας τῆς ἐκ Δαβὶδ κατηγμένης, σάρκα τὴν ἀνθρωπίνην καὶ ἡμῖν ὁμοούσιον, καὶ τέλειον ἐνανθρωπήσαντα, καὶ τεχθέντα ἐξ αὐτῆς ἐν ἐννεαμηνιαίῳ χρόνῳ, καὶ ἐπὶ τριακονταετῆ χρόνον ἀνθρώποις συναναστραφέντα, καὶ βαπτισθέντα ὑπὸ Ἰωάννου τοῦ ἁγιωτάτου προδρόμου καὶ βαπτιστοῦ ἐν τῷ Ἰορδάνῃ, καὶ ὑπὸ τοῦ οὐρανίου καὶ ἀληθινοῦ καὶ ἀγαθοῦ μαρτυρηθέντα πατρὸς, ὡς αὐτὸς εἴη ὁ υἱὸς αὐτοῦ ὁ ἀληθινὸς Θεὸς καὶ ὁμοούσιος αὐτῷ, σαρκωθεὶς τῇ ἐκ παρθένου γεννήσει ἄνθρωπος, μείνας δὲ Θεός. ἀναθεματίζω οὖν ὡς εἴρηται τοὺς ταῦτα μὴ φρονοῦντας, καὶ ἄλλον μὲν λέγοντας εἶναι τὸν γεννηθέντα ἐκ Μαρίας, καὶ βαπτισθέντα, μᾶλλον δὲ ὡς αὐτοὶ ληροῦσι βαπτισθέντα, ἄλλον δὲ τὸν ἐκ τοῦ ὕδατος ἀνελθόντα καὶ μαρτυρηθέντα, ὃν καὶ ἀγέννητον Ἰησοῦν καὶ Φέγγος ὀνομάζουσιν, ἐν σχήματι ἀνθρώπου φανέντα, καὶ τὸν μὲν εἶναι τῆς πονηρᾶς ἀρχῆς, τὸν δὲ τῆς ἀγαθῆς μυθολογοῦσιν. ἀναθεματίζω τοὺς λέγοντας δοκήσει παθεῖν τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν, καὶ ἄλλον μὲν εἶναι τὸν ἐν τῷ σταυρῷ, ἕτερον δὲ τὸν ἀπόθεν ἑστῶτα καὶ γελῶντα, ὡς ἄλλου ἀντ' αὐτοῦ πάσχοντος. ἀναθεματίζω τοίνυν τοὺς μὴ ὁμολογοῦντας αὐτὸν εἶναι τὸν ἐκ τῆς ἁγίας Θεοτόκου καὶ ἀειπαρθένου Μαρίας σαρκωθέντα Θεὸν λόγον, καὶ γεννηθέντα, καὶ τῇ ἀληθείᾳ σταυρωθέντα σαρκί, καὶ ἀποθανόντα ἀληθῶς σαρκί, καὶ τριήμερον ἀναστάντα ὡς Θεόν. ἀναθεματίζω τοὺς τὸν Χριστὸν λέγοντας εἶναι τὸν ἥλιον, καὶ εὐχομένους τῷ ἡλίῳ, ἢ τῇ σελήνῃ, ἢ τοῖς ἄστροις, καὶ ὅλως αὐτοῖς ὡς θεοῖς προσέχοντας, καὶ φανοτάτους θεοὺς ἀποκαλοῦντας· καὶ τοὺς μὴ μόνον πρὸς ἀνατολὰς μόνῳ τῷ ἀληθινῷ Θεῷ εὐχομένους, ἀλλὰ τῇ τοῦ ἡλίου κινήσει συμπεριφερομένους ἐν ταῖς ἀνοήτοις αὐτῶν προσευχαῖς. ἀναθεματίζω τοὺς τὸν Ζαραδῆν, καὶ Βουδᾶν, καὶ τὸν Χριστὸν, καὶ τὸν Μανιχαῖον, καὶ τὸν ἥλιον ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν εἶναι λέγοντας. ἀναθεματίζω τοὺς τὸν παράκλητον, ὃν ἐπηγγείλατο πέμψειν ὁ κύριος, τολμῶντας λέγειν τὸν δυσσεβῆ Μάνεντα, καὶ μὴ ὁμολογοῦντας τὸ ἀληθινὸν τῆς ἀληθείας πνεῦμα τὸ ἅγιον, τὸ ἐπὶ τοὺς ἁγίους Χριστοῦ μαθητὰς καὶ ἀποστόλους ἐπιφοιτῆσαν ἐν τῇ πεντηκοστῇ ἡμέρᾳ, δι' οὗ καὶ τὰς γλώσσας τοῦ παντὸς κόσμου ἔγνωσαν, καὶ νεκροὺς ἤγειραν, καὶ ἄλλα σημεῖα ἐποίησαν. ἀναθεματίζω τοὺς ἀνθρωπίνας ψυχὰς λέγοντας ὁμοουσίους εἶναι τῷ Θεῷ, καὶ ὑπὸ τῆς ὕλης καταποθῆναι, καὶ ἀναγκάζεσθαι τὸν Θεὸν ἐκεῖθεν ἐξαντλεῖν αὐτὰς διὰ τοῦ ἡλίου καὶ τῆς σελήνης, ἃ καὶ πλοῖα καλοῦσιν. ἀναθεματίζω τοὺς τὴν μετεμψύχωσιν δεχομένους, ἣν αὐτοὶ μεταγγισμὸν ὀνομάζουσι, καὶ τοὺς τὰς βοτάνας, καὶ τὰ φυτὰ, καὶ τὸ ὕδωρ, καὶ τὰ λοιπὰ πάντα ἔμψυχα εἶναι νομίζοντας, καὶ τοὺς τέμνοντας αὐτὰ ἢ συλλέγοντας εἰς αὐτὰ μεταβάλλεσθαι· ἡμᾶς δὲ τοὺς Χριστιανοὺς, μὴ παραδεχομένους τοὺς μυθώδεις αὐτῶν λόγους, ἁπλοῦς ἀποκαλοῦντας. ἀναθεματίζω τοὺς τὴν τῶν σωμάτων ἀνάστασιν ἀθετοῦντας, καὶ τοὺς ἀπανθρωπίαν διδάσκοντας, καὶ μὴ συγχωροῦντας διδόναι πένησι· καὶ τοὺς τὸ αὐτεξούσιον ἀναιροῦντας, καὶ λέγοντας μὴ εἶναι ἐφ' ἡμῖν τὸ ἀγαθοῖς ἢ κακοῖς εἶναι· καὶ τοὺς ἀπέχεσθαι παραγγέλλοντας βρωμάτων, ἃ ὁ Θεὸς ἔκτισεν εἰς μετάληψιν. ἀναθεματίζω τοὺς οἰκείοις οὔροις μιαινομένους, καὶ μὴ ἀνεχομένους ὕδατι τὸν ῥύπον ἀπονίψασθαι, ἵνα μὴ, φησὶ, τὸ ὕδωρ μιανθῇ. ἀναθεματίζω τοὺς τὴν παρὰ φύσιν ἀσχημοσύνην ἐργαζομένους, οὐ μόνον ἄνδρας, ἀλλὰ καὶ γυναῖκας, καὶ τὸν γάμον ἀποβαλλομένους, καὶ τῆς νομίμου μετὰ γυναικῶν συνουσίας ἀπεχομένους, ἵνα μὴ παιδοποιῶσι, φησὶ, καὶ ψυχὰς εἰς δεσμὸν καταγάγωσιν. ἀναθεματίζω καὶ καταθεματίζω πάντας τοὺς Μανιχαίους, καὶ τὰ τούτων φρονήματα καὶ δόγματα, αὐταῖς ψυχαῖς καὶ σώμασι, καὶ τὰ μυσαρὰ καὶ ἀκάθαρτα καὶ γοητείας μεστὰ αὐτῶν μυστήρια, καὶ τὸ λεγόμενον αὐτῶν Βῆμα, καὶ πάντα τὰ παρ' αὐτοῖς ἀσεβῶς τελούμενα, καὶ ἐν ταῖς Μανιχαϊκαῖς, μᾶλλον δὲ γοητευτικαῖς αὐτῶν βίβλοις ἐμφερόμενα. ἀναθεματίζω πάντα τὰ Μάνεντος δόγματα καὶ συγγράμματα, καὶ τὴν τῶν ἐπιστολῶν αὐτοῦ βίβλον, καὶ πάντα τὰ Μανιχαϊκὰ συγγράμματα· οἷον τὸ θανατηφόρον αὐτῶν εὐαγγέλιον, ὃ ζῶν καλοῦσι, καὶ τὸν Θησαυρὸν τοῦ θανάτου, ὃν αὐτοὶ Θησαυρὸν ζωῆς καλοῦσι, καὶ τὴν βίβλον τὴν ἐπιγραφομένην τῶν μυστηρίων, ἐν ᾗ τὸν νόμον καὶ τοὺς προφήτας ἀνατρέπειν πειρῶνται· καὶ τὴν τῶν ἀποκρύφων βίβλον, καὶ τὴν τῶν ὑπομνημάτων· καὶ τὴν ὑπὸ Ἀδδᾶ καὶ Ἀδειμάντου συγγραφεῖσαν κατὰ Μωσέως καὶ τῶν λοιπῶν προφητῶν, καὶ τὸ Ἀγαπίου βιβλίον τὸ καλούμενον Ἑπτάλογον, καὶ τὴν Ἀριστοκρίτου βίβλον, ἣν ἐπέγραψε Θεοσοφίαν, ἐν ᾗ πειρᾶται δεικνύναι τὸν Ἰουδαϊσμὸν, καὶ τὸν Ἑλληνισμὸν, καὶ τὸν Χριστιανισμὸν, καὶ τὸν Μανιχαϊσμὸν ἓν καὶ τὸ αὐτὸ εἶναι δόγμα, ἵνα δόξῃ πιθανὰ λέγειν, καὶ τὸν Μάνεντα ὡς πονηρὸν διαβάλλει. [illegible]

ſtrem appellaverunt; admirantes primum magicæ artis auctores; [ſ] cujus nomine etiam libri ſuper hoc

magiſtros, Epiſcopos, Presbyteros, electos, electas, auditores, diſcipulos, cum animabus & corporibus, impiaque traditione. Anathematizo patrem Manetis Patecium, ut mendacem & mendacii patrem, itidem ipſius matrem Caroſſam, & Hieracem, Heraclidem, Aphthonium, qui commentarios ac expoſitiones in illius libros conſcripſerunt, & reliquos ejus diſcipulos omnes, Siſinnium Manetis inſaniæ ſucceſſorem, Thomam qui Thomæ dictum Evangelium compoſuit, Budam, Hermam, Addam, Adimantum, Zaruam, Gabriabium, Agapium, Hilarium, Olympium, Ariſtocritum, Salmæum, Innæum, Paapim, Baræam, præterea que eos qui ultimis demum temporibus Hæreſi præfuerunt Paulum Johannemque Callinicæ filios, Conſtantinum qui & Silvanus, Symeonem qui & Titus, Geneſium qui & Timotheus, Zachariam, mercenarium Joſephum qui & Epaphroditus, Baanem ſpurcum, Sergium qui & Tychicus, ejuſque diſcipulos pariter & comites vocatos, Michaelem, Canacarium, Johannem, Theodotum, Baſilium, & Zoſimum; quorum ſcilicet ſuperiores gradu, Notarii nuncupati, abominabilium orgiorum ſive ſacrorum curam ſuſceperant. Præter hæc autem anathematizo ſceleratiſſimum Carbeam, & genere quidem ipſi affinem, in filia verò generum Chryſocherem. Anathema Manichæorum quæ dicuntur Eccleſiis: ſunt autem hæ; Macedonia, ſive Ciboſſa in Colonia; Achaia, [ſeu Manalis; Laodicea] ſive Argaus quæ in Lycia; Coloſſenſium, ſeu Cynochoritarum; Epheſiorum, ſive quæ Mopſueſtiæ eſt, & Eccleſia Philippenſium. Anathema negantibus Patrem omnipotentem factorem cœli & terræ, cunctorumque in illis viſibilium ac inviſibilium, dicentibus verò ſolum Patrem cœleſtem, qui habeat ſolam futuri ſæculi poteſtatem, tamquam præſens ſæculum atque univerſus orbis ab eo non ſint, ſed ab ei contrario malo Mundi principe. Anathema iis qui contumelia quidem afficiunt ſanctam Deiparam Mariam, ſimulant autem eam honorare; perque ea intelligunt ſupernam Hieruſalem, in quam inquiunt intravit ac è qua egreſſus eſt Dominus: iis etiam qui venerandam crucem infamant, fingunt verò illam colere, at pro ea intelligunt Chriſtum, qui inquiunt manus extendens, crucis figuram deſignavit: iis quoque qui faſtidiunt quidem pretioſi ſanguinis & corporis Chriſti communionem, approbare autem eam confingunt; & loco illius intelligunt verba Chriſti doctrinæ, quæ, inquiunt, tradens Apoſtolis, dixit, Accipite, manducate, bibite: ſimiliter iis qui quidem Baptiſma deteſtantur, ſimulant tamen illud plurimi facere; atque pro eo intelligunt Chriſtum, qui inquiunt dixit, Ego ſum aqua vitæ: tum iis qui Eccleſiam quidem Catholi-

l. Petri Siculi Hiſtoriam p. 72.

l. Pet. Sic. p. 64. & 66. Locus mutilus.

[illegible] καὶ τοὺς ἀρχηγοὺς αὐτῶν, καὶ διδασκάλους, καὶ ἐπισκόπους, καὶ πρεσβυτέρους, καὶ ἐκλεκτοὺς καὶ ἐκλεκτάς, καὶ ἀκροατὰς, καὶ μαθητάς, μετὰ τῶν ψυχῶν αὐτῶν καὶ σωμάτων, καὶ τῆς ἀθέου παραδόσεως. ἀναθεματίζω τὸν πατέρα Μανιχαίου, Πατέκιον, ὡς ψεύστην καὶ τοῦ ψεύδους πατέρα. καὶ τὴν αὐτοῦ μητέρα Κάροσσαν, καὶ Γέρακα, καὶ Ἡρακλείδην, καὶ Ἀφθόνιον, τοὺς ὑπομνηματιστὰς καὶ ἐξηγητὰς τῶν τούτου συγγραμμάτων, καὶ τοὺς λοιποὺς αὐτοῦ μαθητὰς ἅπαντας. Σισίννιον τὸν διάδοχον τῆς τούτου μανίας, Θωμᾶν τὸν συντεθεικότα τὸ κατ' αὐτὸν λεγόμενον εὐαγγέλιον, Βούδδαν, Ἑρμᾶν, Ἀδδᾶν, Ἀδείμαντον, Ζαρούαν, Γαβριάβιον, Ἀγάπιον, Ἱλάριον, Ὀλύμπιον, Ἀριστόκριτον, Σαλμαῖον, Ἰνναῖον, Πάαπιν, Βαραιάν. καὶ τοὺς ἐν τοῖς ἐσχάτοις ὕστερον χρόνοις [illegible] τῆς αἱρέσεως Παῦλον καὶ Ἰωάννην τοὺς Καλλινίκης παῖδας. Κωνσταντῖνον τὸν καὶ Σιλουανὸν, Συμεῶνα τὸν καὶ Τίτον, Γενέσιον τὸν καὶ Τιμόθεον, Ζαχαρίαν τὸν μισθωτὸν, Ἰωσὴφ τὸν καὶ Ἐπαφρόδιτον, Βαάνην τὸν ῥυπαρὸν, Σέργιον τὸν καὶ Τυχικὸν, καὶ τοὺς τούτου μαθητὰς τοὺς καὶ συνεκδήμους αὐτοῦ καλουμένους, Μιχαὴλ, Κανακάριον, Ἰωάννην, Θεόδοτον, Βασίλειον, καὶ Ζώσιμον, [illegible] τῶν βδελυκτῶν ὀργίων [illegible] ἀναθεματίζω [illegible] Καρβέαν, καὶ τὸν [illegible] Χρυσόχειρα. ἀνάθεμα ταῖς λεγομέναις τῶν Μανιχαίων ἐκκλησίαις. εἰσὶ δὲ αὗται ἡ Μακεδονία, ἤτοι ἡ ἐν Κολωνείᾳ Κίβοσσα· ἡ Ἀχαΐα, ἤτοι ἡ [illegible] Ἀργαοῦς, ἡ Κολοσσαέων, ἤτοι ἡ Κυνοχωριτῶν· ἡ Ἐφεσίων, ἤτοι ἡ ἐν Μοψουεστίᾳ, καὶ ἡ Φιλιππησίων. ἀνάθεμα τοῖς μὴ λέγουσι πατέρα παντοκράτορα ποιητὴν οὐρανοῦ καὶ γῆς καὶ τῶν ἐν αὐτοῖς ὁρατῶν τε πάντων καὶ ἀοράτων, ἀλλὰ μόνον πατέρα οὐράνιον, ἔχοντα μόνον τὴν τοῦ μέλλοντος αἰῶνος ἐξουσίαν. ὡς τὸν παρόντα αἰῶνα καὶ τὸν κόσμον πάντα οὐχ ὑπ' αὐτοῦ γενόμενον, ἀλλὰ ὑπὸ τοῦ ἐναντίου αὐτοῦ καὶ πονηροῦ κοσμοκράτορος. ἀνάθεμα τοῖς ὑβρίζουσι μὲν τὴν ἁγίαν θεοτόκον Μαρίαν, σχηματιζομένοις δὲ τιμᾶν αὐτὴν, καὶ νοοῦσιν ἀντὶ ταύτης τὴν ἄνω Ἱερουσαλὴμ, εἰς ἣν, φασὶ, εἰσῆλθε καὶ ἐξῆλθεν ὁ κύριος· καὶ τοῖς ἀτιμάζουσι μὲν τὸν τίμιον σταυρὸν, ὑποκρινομένοις δὲ τοῦτον [illegible], καὶ νοοῦσιν ἀντ' αὐτοῦ τὸν Χριστὸν, ὃς ἐκτείνας φασὶ τὰς χεῖρας τὸν τοῦ σταυροῦ τύπον διέγραψε· καὶ τοῖς ἀποστρεφομένοις μὲν τὴν τοῦ τιμίου αἵματος καὶ σώματος τοῦ Χριστοῦ κοινωνίαν, ἀποδέχεσθαι δὲ ταύτην σχηματιζομένοις, καὶ νοοῦσιν ἀντ' αὐτῆς τὰ ῥήματα τῆς τοῦ Χριστοῦ διδασκαλίας, ἅ φασι μεταδεδωκέναι τοῖς ἀποστόλοις λέγοντα, λάβετε, φάγετε, πίετε· καὶ [illegible] τὸ βάπτισμα, ὑποκρινομένοις δὲ τοῦτο [illegible], καὶ νοοῦσιν ἀντ' αὐτοῦ τὸν Χριστὸν τὸν λέγοντα, φασὶν, ὅτι ἐγώ εἰμι τὸ ὕδωρ τὸ ζῶν· καὶ τοῖς [illegible]

[illegible] τούτῳ. καὶ νοοῦσιν ἀντ' αὐτῆς τὴν ἰδίαν συνήθειαν καὶ [illegible], καὶ Ἰωάννην τὸν ἀδελφὸν Παύλου τοῦ τῆς αἱρέσεως αὐτῶν ἀρχηγοῦ. ἀνάθεμα τοῖς πᾶσι τοῖς εἰρημένοις, καὶ τοῖς τὰ ὅμοια φρονοῦσι καὶ [illegible] μὲν τὰς ἐκκλησίας τῶν Χριστιανῶν, οὓς αὐτοὶ καλοῦσι Ῥωμαίους, καὶ ὑβρίζουσι τὴν ἁγίαν θεοτόκον Μαρίαν, καὶ τὸν τίμιον σταυρὸν, καὶ τὰς ἱερὰς εἰκόνας, καὶ τὸ σωτήριον βάπτισμα· καὶ ἀποστρεφομένοις μὲν τὴν τῶν θείων μυστηρίων μετάληψιν, ὀμφαλοὺς δὲ βρεφῶν [illegible] εἰς καθαρμὸν [illegible] ψυχῶν, [illegible], καὶ τὰ [illegible] βρώματα τούτοις [illegible]. ἀνάθεμα τοῖς τῇ βρώσει τῶν θνησιμαίων μολυνομένοις· καὶ τοῖς [illegible] τῶν Χριστιανῶν νηστείαν [illegible], κατὰ δὲ τὸν καιρὸν τῆς δοκούσης αὐτοῖς τεσσαρακοστῆς, τυρῷ τε καὶ γάλακτι ἐμφορουμένοις. ἀνάθεμα τοῖς ἀρνουμένοις ἢ νοθεύουσι τὰ τέσσαρα τοῦ Χριστοῦ εὐαγγέλια, καὶ τὰς τοῦ ἁγίου Παύλου τοῦ ἀποστόλου ἐπιστολάς· καὶ ἀντὶ μὲν τοῦ δημιουργοῦ τῶν ἁπάντων θεοῦ, σεβομένοις τὸν λεγόμενον ἄρχοντα τοῦ κόσμου τούτου· ἀντὶ δὲ τοῦ ἀποστόλου Παύλου, τὸν τῆς Καλλινίκης υἱὸν Παῦλον τιμῶσι, καὶ τοὺς μὲν τέσσαρας αὐτοῦ μαθητὰς εἰς τύπον τῶν τεσσάρων εὐαγγελιστῶν δεχομένοις, τοὺς δὲ λοιποὺς τρεῖς τῷ τῆς τριάδος ἐπονομάζουσιν ὀνόματι. ἀνάθεμα τοῖς συμμιγνυμένοις ἀδελφαῖς [illegible] καὶ τοῖς κατὰ τὴν [illegible] τοῦ Ἰανουαρίου [illegible] εἰς ἑορτὴν [illegible], μετὰ δὲ τὴν ἑσπερινὴν μέθην ἀποσβεννῦσι τὰ φῶτα, συμμιγνυμένοις ἀλλήλοις [illegible], μηδεμίαν ὅλως φειδόμενοι φύσεως ἢ συγγενείας ἢ ἡλικίας. ἀνάθεμα τοῖς μηδέποτε δι' ὅρκου ἀληθεύουσιν, ἀλλ' ἐξεπίτηδες ἀεὶ ψευδομένοις καὶ ἐπιορκοῦσι, κατὰ τὴν τοῦ [illegible] Μανιχαίου διδασκαλίαν, ὅταν λέγῃ· οὐκ εἰμὶ [illegible] ὥσπερ ὁ Χριστός· οὐκ ἀρνήσομαι τὸν ἀρνησάμενόν με ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων, ἀλλὰ καὶ τὸν ψευσάμενον διὰ τὴν οἰκείαν σωτηρίαν, καὶ τὸν διὰ φόβον ἀρνησάμενον τὴν ἰδίαν πίστιν, μετὰ χαρᾶς ἀποδέξομαι. ἐὰν δὲ μὴ ἐξ ὅλης ψυχῆς ταῦτα φρονῶ καὶ λέγω, ἐγὼ ὁ δεῖνα, ἀλλὰ μεθ' ὑποκρίσεως ἐποίησα τοὺς ἀναθεματισμοὺς, ἀνάθεμα καὶ κατάθεμα εἴην ἐν τῷ νῦν αἰῶνι, καὶ ἐν τῷ μέλλοντι, καὶ κατακριθείη καὶ ἀπόλοιτο ἡ ψυχή μου, καὶ [illegible] ταρταρωθείη.

Ταῦτα τοῦ προσερχομένου λέγοντος ἐπ' ἐκκλησίας, ποιοῦμεν αὐτὸν Χριστιανὸν, εἴτ' οὖν ἔχομεν αὐτὸν ὡς ἀβάπτιστον Χριστιανὸν, οἷά [illegible] τῶν Χριστιανῶν παιδία τὰ μέλλοντα βαπτίζεσθαι· τῇ δὲ δευτέρᾳ ἡμέρᾳ τοῖς κατηχουμένοις συναριθμοῦμεν, λέγοντες ἐπ' αὐτοῦ τὴν εὐχὴν ἣν ἐπὶ τῶν κατηχουμένων παίδων φαμέν. καὶ τῇ ἑξῆς χρώμεθα ταῖς τῶν ἐξορκισμῶν εὐχαῖς, καὶ οὕτως ἀκολούθως ἐπιτελοῦμεν πάντα τὰ ἐπὶ τῷ βαπτίσματι [illegible].

cam averſantur, eam verò in pretio habere aiunt, intelliguntque pro illa conſeſſus ſuos atque conventus, [*] & Johannem fratrem Pauli Hæreſeos illorum ducis. Anathema ergo omnibus dictis, item iis qui ſimilia opinantur, & Chriſtianorum quos ipſi Romanos vocant Eccleſias rejiciunt, ſuntque contumelioſi in ſanctam Dei genitricem Mariam, in venerandam crucem, ſacras imagines, & ſalutarem Baptiſmum; denique ſumptionem quidem divinorum myſteriorum oderunt, umbilicis autem infantium combuſtis utuntur ad animarum purificationem, ſeu potius inquinamentum, atque ſunt cibos iis conſpurcant. Anathema iis qui eſu morticinorum ſe polluunt; quique omne quidem Chriſtianum jejunium reſpuunt, tempore verò ab ipſis exiſtimatæ Quadrageſimæ, caſeo & lacte ſe explent. Anathema iis qui aut negant, aut corrumpunt quatuor Chriſti Evangelia, ſanctique Apoſtoli Pauli Epiſtolas; quique loco quidem cunctorum opificis Dei colunt eum qui princeps hujus mundi dicitur, loco verò Apoſtoli Pauli Paulum filium Callinicæ honorant, & cùm quatuor ejus diſcipulos in figuram quatuor Evangeliſtarum ſuſcipiunt, tum cæteros tres Trinitatis nomine inſigniunt. Anathema iis qui concumbunt cum ſorore, & ſocru, & nuru; necnon iis qui primo menſis Januarii die ad feſtum congregati, poſt veſpertinam temulentiam extinguunt lumina, & inter ſe carnis laſciviunt, nec ulli omnino parcunt ſexui, propinquitati, ætati. Anathema iis qui nunquam in juramento vero prædicant, ſed de induſtria ſemper mentiuntur ac pejerant, juxta doctrinam maximè exſecrandi Manetis, qui ſic loquitur; Non ſum immiſericors, ſicut Chriſtus, nec negabo eum qui me coram hominibus negaverit, quinimo eum qui propriæ ſalutis cauſſa mentitus fuerit, eumque qui per timorem negaverit ſuam fidem, cum gaudio recipiam. Quòd ſi hæc toto ex animo non ſentio ac dico, ego ille, verum cum ſimulatione præpoſitus Anathematiſmos feci, mihi ſit Anathema & Catathema, tam in hoc ſæculo, quàm in futuro, animaque mea condemnetur ac pereat & perpetim in Tartaro puniatur.

Hæc dicente eo qui accedit coram Eccleſia, facimus eum Chriſtianum, ſivè habemus pro Chriſtiano nondum baptizato, quales ferè ſunt Chriſtianorum pueri qui baptizandi ſunt: ſecundà verò die annumeramus Catechumenis, pronunciantes ſuper eum orationem quam ſuper pueros Catechumenos ſolemus dicere: dein ſequenti die precibus Exorciſmorum utimur: ſicque ordine peragimus cunctos Baptiſmi ritus. COT.

[*] f. aliquid deeſt. Vide Petrum Siculum p. 50.

ſ. Cujus nomine etiam libri ſuper hoc plurimi habentur.] Verùm Pſeudepigraphi, ut & omnes alii qui Zoroaſtri tribui reperiuntur tum in Antiquorum ſcriptis, tum in MSS.

hoc plurimi habentur. [6] Hic ergo aſtris multum ac frequenter intentus, & volens apud homines videri Deus; velut ſcintillas quaſdam ex ſtellis producere, & hominibus oſtentare cœpit; quò rudes atque ignari, in ſtuporem * miraculi traherentur: cupienſque augere de ſe hujuſmodi opinionem, ſæpiùs iſta molitebatur; uſquequo ab ipſo Dæmone, quem importuniùs frequentabat, igni ſuccenſus concremaretur.

* S. T. miraculis

XXVIII. Sed ſtulti homines qui tunc erant, cum debuiſſent utique opinionem, quam de eo conceperant, abjicere; quippe quam pœnali morte ejus viderant confutatam; in majus * eum extollunt. Exſtructo enim ſepulcro ad honorem ejus, tamquam amicum Dei, ac fulminis ad cœlum vehiculo ſublevatum, adorare auſi ſunt; & quaſi vivens aſtrum colere. Hinc enim & * nomen poſt mortem ejus, [7] * Zoroaſter, hoc eſt, vivum ſidus appellatum eſt, ab his qui poſt unam generationem Græcæ linguæ loquelâ fuerant repleti. Hoc denique exemplo, etiam nunc multi eos qui fulmine obierint, ſepulcris honoratos, [8] tamquam amicos Dei, colunt. Hic ergo, cùm quartadecimâ generatione cœpiſſet, quintadecimâ defunctus eſt; in qua turris ædificata eſt, & linguæ hominum multipliciter diviſæ ſunt.

* T. R. alii: eam

* R. nomen ejus

* S. alii: Zoroaſtris. T. Zoaſtris. R. Zoroaſtres *Fulmine ictis.*

XXIX. Inter quos primus, magicâ nihilominus arte quaſi coruſco ad eum * delato, rex appellatur quidam * Nemroth, quem & ipſum [9] Græci Ninum vocaverunt; ex cujus nomine Ninive civitas vocabulum ſumpſit. Sic ergo diverſæ & erraticæ * ſuperſtitiones ab arte magicâ initium ſumpsêre. Etenim quoniam difficile erat humanum genus ab amore Dei abſtrahi, & * [ad] abſurda atque exanima ſimulacra deduci; idcirco excelſioribus uſi ſunt magi molitionibus, ut aſtrorum ſignis ac motibus, tamquam cœlitus & voluntate Dei delatis, ad ſuadendos cultus erraticos * verterentur. Et ejus, quem ſuprà diximus, indignatione Dæmonis, cui nimis moleſtus fuerat, conflagrâſſe; [10] buſti cineres, tamquam fulminei ignis reliquias colligentes hi qui erant primitus decepti, deferunt ad Perſas; ut ab eis tamquam divinus * è cœlo lapſus ignis, perpetuis conſervaretur excubiis, atque ut cœleſtis Deus coleretur.

* P. R. delata

* S. T. R. Nembroth *Nemrod. Ninus. Ninive.* Gen. 10. 8. I. Chron. Alex. ſ. in Teſt. Vet.

* R. religiones

* T. alii: ad ſurda

* *Carm.* uterentur

* *Carm.* P. & cœlo.

XXX. [11] Simili exemplo etiam per cætera loca reliqui homines his, quos vel in artibus aliquibus, vel in virtute fuerant admirati, vel certè in amore plurimo habuerant, templa conſtruere, imagines collocare, myſteria & cærimonias ac [12] ſacrificia * inſtituere, & per omnia Deorum de his famam poſteris tradere * geſtierant: eò præcipue quòd, ut ſuprà diximus, phantaſiis aliquibus magicæ artis * fulti videbantur; ut invocatione Dæmonum agi ab his aliquid ad deceptionem hominum, moverique videretur. His adjiciunt & ſollennitates quaſdam, ac temulenta convivia; quibus & homines libentiùs indulgerent, & Dæmones crapulis tamquam vehiculis illati, ipſis eorum viſceribus miſcerentur; in quibus collocati, ad omnem voluntatem ſuam actus hominum cogitationeſque deflecterent. Hujuſmodi igitur ex initio erroribus introductis; eiſque libidine & temulentiâ, quâ carnales homines maximè delectantur, adjutis; religio Dei, quæ per continentiam ſobrietatemque conſtabat, rareſcere inter homines, atque aboleri propemodum cœpit.

* *Cand.* R. inſtruere

* R. Cand. P. geſtierunt

* T. R. alii: falſa

XXXI. Nam cùm ex initio homines, utpote juſtum & omnia contuentem Deum colentes, neque peccare auderent, neque injuriam facere proximis ſuis; certi quòd uniuſcujuſque actus & motus aſpiceret Deus: ubi religionis cultus ad ſimulacra exanima converſus eſt; tamquam de quibus certi eſſent, quòd neque viderent, neque audirent, neque moverentur in aliquo; licenter peccare, & in omne facinus progredi cœpêre: quippe qui nihil pati vererentur ab his, quos colebant ut Deos. Hinc bellorum rabies exarſit; hinc prædæ, rapinæ, captivitates, & libertas in ſervitutem redacta, prout quiſque potuit, libidini & cupiditati ſuæ ſatisfecit; quamvis ſatisfacere cupiditati nulla vis poſſit. Sicut enim ignis quantò magis ligna acceperit, tantò ampliùs accenditur, & invaleſcit: ita & cupiditatis rabies, per ea quæ adipiſcitur, auctior & vehementior efficitur.

Cupiditas.

XXXII. Propter quod incipite jam meliore in-

codicibus. Confer locum Clementis Alex. lib. 1. Strom. p. 304. de Apocryphis Zoroaſtris Magi circumlatis in Gnoſtica Hæreſi Prodici, cum loco Porphyrii in vita Plotini de libro adulterino Zoroaſtris nomine inſcripto apud Gnoſticos. Addo ex recenti lectione, in Dictionario Latino-Perſico p. 6. mentionem fieri Exegeſeos Libri Zind dicti, quo religionis magicæ ſeu colendi ignis præcepta tradidit Zoroaſtres. COT.

6. *Hic ergo aſtris multum ac frequenter intentus* &c.] De Zoroaſtreo igne varii varia. Dio Chryſoſtomus Orat. 36. Nicolaus Damaſcenus in Collectaneis Conſtantini Porphyrogenetæ, Ammianus Marcellinus lib. 23. Auctor Clementinorum in margine citatus, Arnobius lib. 1. Qui Chronicum à Radero editum compoſuit p. 88. Gregorius Turonenſis Hiſtoriarum lib. 1. cap. 5. Suidas in Zoroaſtre, Cedrenus p. 13. & Glycas p. 129. Ibid.

7. *Zoroaſter, hoc eſt, vivum ſidus.*] Gregorius Turonenſis pari modo interpretatus, *viventem ſtellam.* Apud Laertium autem in Proœmio, Dinon Hiſtoriarum lib. 5. *ἀστροθύτην, aſtrorum ſacrificatorem.* In Clementinis IX. 5. Ζωροάστρην, *διὰ τὴν τοῦ ἀστέρος κατ' αὐτοῦ ζῶσαν ἐνεχθῆναι ῥοήν.* Mitto recentiores, qui more majorum in hujuſmodi nominum explicationibus, re omnino incertâ, mirum quantum ſibi indulgeant. Conſulere potes Scaligerum ad Euſebii Chronologica, ubi de Zoroaſtre, Crotum in quædam loca Origenis, Irenæi, Tertulliani, & Epiphanii, p. 31. illiuſque antagoniſtam Petavium Appendicis ad Syneſianas Notas cap. 4. Salmaſium de lingua Helleniſtica p. 368 & Bochartum Geographiæ ſacræ parte 1. lib. 4. cap. 1. Ibid.

8. *Tamquam amicos Dei colunt.*] In Clementinis, ὡς θεο- φιλεῖς. Artemidorus lib. 2. cap. 8. de fulminatis, λαμπρὰ δὲ ἱμάτια αὐτοῖς περιτίθεται, ὡς ὑπὸ Διὸς τετιμημένοις. *Splendida autem veſtimenta eis circumdantur, velut honore à Jove affectis.* & multis interpoſitis, οὐδεὶς κεραυνωθεὶς ἄτιμός ἐστιν· ὅθεν γε καὶ ὡς θεὸς τιμᾶται. *Nullus fulmine ictus infamis & ignominioſus exiſtit: unde etiam velut Deus colitur.* Feſtus: *Pullus Jovis dicebatur Q. Fabius, cui Eburno cognomen erat propter candorem, quod ejus natis fulmine icta erat. Antiqui autem puerum, quem quis amabat, pullum ejus dicebant.* Ibid.

9. *Græci Ninum vocaverunt; ex cujus nomine Ninive civitas vocabulum ſumpſit.*] Si jungatur iſte locus cum illo Clementinorum in Chronici Alexandrini p. 64 dicetur, Aſſyrios, ac poſtea Græcos, Nemrodum nomine Nini appellâſſe; ex eo autem nomine dictam fuiſſe urbem Ninivem, quam Aſſur condidit. Ibid.

10. *Buſti cineres, tamquam fulminei ignis reliquias* &c.] De ſuperſtitione Perſarum erga Zoroaſtris reliquias, & ignem è cœlo lapſum, præter Recognitiones & Clementina, Chronicum Alexandr. p. 88. 94. Suidas in Zoroaſtre, Cedrenus p. 13. 18. Glycas p. 159. 140. Tzetzes Hiſtor. Chil. 3. cap. 66. & Ammianum Marcellinus Rerum geſtarum lib. 23. Edit. Valeſ. p. 255. Ibid.

11. *Simili exemplo* &c.] Victorinus Maſſilienſis lib. 3. Commentariorum in Geneſim, à Nemrodo filium unicum amiſſum, ſtatuâ, aris, & divinis honoribus donatum fuiſſe canit. Ibid.

12. *Sacrificia inſtituere.*] Riduculè in Cedreno, ubi de Cecrope, ediderunt, ἄγαλμα ... pro ..., vel quemadmodum apud Euſebium, ... Ibid.

13 Im-

Clement. Hom. 9. c. 19. Epiſt. c. 66. — J. ſuprà, lib. 2. c. 24.

intellectu vobiſmetipſis reſiſtere; in his quæ non ſectè cupitis; ſi quo fortè modo reparare in vobis ac reſtituere poſſitis illam, quæ ex initio mortalibus à Deo tradita eſt, religionis puritatem, & innocentiam vitæ; ut per eam vobis etiam ſpes bonorum immortalium reparetur: & agatis gratias largitori omnium Patri, per eum quem poſuit regem pacis, & theſaurum ineffabilium bonorum: ut in præſenti quidem tempore diluantur peccata veſtra per aquam fontis, aut fluminis, aut etiam maris, invocato ſuper vos trino beatitudinis nomine: ut per hoc non ſolùm ſugentur, * ſi intra vos habitant, Spiritus maligni; verùm etiam, cùm deſtiteritis à peccatis, & totâ fide, totáque mentis puritate Deo credideritis, etiam ex aliis vos, malignos Spiritus & Dæmones effugetis; atque à paſſionibus & languoribus alios liberare poſſitis. Ipſi enim Dæmones ſciunt & agnoſcunt eos, qui ſe tradiderint Deo: & interdum ſolâ eorum præſentiâ propelluntur; ſicut paulò antè vidiſtis, quo modo cùm vocem tantùm ſalutationis feciſſemus ad vos, continuò Dæmones propter honorem religionis noſtræ, exclamare cœperunt, & ne parum quidem temporis potuerunt ferre præſentiam noſtram.

* S. T. R. hi qui C. C. P. Si qui.

cap. VII. Clement. Hom. 9. c. 19. &c.

Dæmones.

XXXIII. Numquid nos alterius ſumus naturæ ſuperioris alicujus; & propterea nos Dæmones timent? Unius ejuſdem vobiſcum naturæ ſumus; ſed religione differimus. Quod & ſi vos eſſe vultis, non invidemus: quin potiùs & hortamur; certoſque eſſe vos volumus, quòd cùm fuerit in vobis eadem quæ in nobis eſt fides & religio, ac vitæ innocentia; remunerante Deo fidem veſtram, erit par vobis atque eadem etiam contra Dæmones poteſtas & virtus. Sicut enim is qui acceperit ſub ſe milites; etiamſi ipſe inferior, & illi ſuperiores ſint viribus; tamen dicit huic, vade; & vadit: & alii, veni; & venit: & alii, fac hoc; & facit: hoc autem poteſt non propriâ virtute, ſed Cæſaris metu: ita & fidelis quiſque Dæmonibus imperat; etiamſi videantur illi multò eſſe hominibus fortiores; non propter ſuam virtutem, ſed propter Dei, qui eos ſubjecit * poteſtati. Nam & quod diximus, ut Cæſar apud omnes milites, & in omnibus caſtris, atque in omni regno timeatur; cùm ſit unus, & fortaſſis * exiguus viribus; non niſi poteſtate Dei agitur, qui timorem dat omnibus, ut uni obtemperent.

Matt. 8. 9.

* Cand. P. S. T. R. poteſtatem. Carm. eorum poteſtati.

* R. exiguis

XXXIV. Hoc ſanè ſcire vos volumus, quòd Dæmon, niſi quis voluntatibus ejus ſe ſponte ſubdiderit, poteſtatem adversùm hominem non habet. Unde & ipſe, qui eſt princeps malitiæ, ad hunc quem diximus à Deo deſtinatum regem pacis acceſſit, tentans; & polliceri ei cœpit omnem gloriam mundi: quod cùm aliis obtuliſſet decipiendi cauſsâ, adoratum ſe noverat. Impius & immemor ſui; quod eſt proprium & ſpeciale malitiæ; adorandum ſe ab eo præſumebat, à quo ſe noverat deſtruendum. Dominus ergo noſter, unius Dei cultum confirmans, reſpondit ei; *Scriptum eſt; Dominum Deum tuum adorabis, & illi ſoli ſervies:* quâ reſponſione deterritus, & metuens ne unius & veri Dei repararetur vera religio; * feſtinat continuò * emittere in hunc mundum pſeudoprophetas, & pſeudoapoſtolos, falſoſque doctores; qui ſub nomine quidem Chriſti loquerentur, Dæmonis autem facerent voluntatem.

Matt. 4. Clement. Hom. 8. c. 21. &c. Hom. 11. c. 15. lege ſuprà, l. 1. c. 24.

* S. T. feſtinabat

* R. alii: immittere

Clement. Hom. 11. c. 35.

XXXV. Propter quod obſervate cautiùs, ut nulli doctorum credatis, niſi qui Jacobi fratris Domini ex Hieruſalem detulerit teſtimonium, vel ejus quicumque poſt ipſum fuerit. Niſi enim quis illuc aſcenderit, & ibi fuerit probatus quòd ſit doctor idoneus, & fidelis ad prædicandum Chriſti verbum: niſi, inquam, inde detulerit teſtimonium; recipiendus omnino non eſt: ſed neque Propheta, neque Apoſtolus in hoc tempore ſperetur à vobis aliquis alius præter nos. Unus enim eſt verus Propheta, cujus nos, duodecim Apoſtoli, verba prædicamus: Ipſe enim eſt annus * Dei acceptus, nos Apoſtolos habens duodecim menſes. Quâ autem cauſsâ vel mundus ipſe factus ſit, vel diverſitates quæ ſunt in eo acciderint; & cur ad reparationem ejus veniens Dominus noſter, elegerit nos duodecim Apoſtolos, & miſerit; aliàs latiùs explanabitur. Interim nos juſſit exire ad prædicandum, & invitare vos ad cœnam regis cœleſtis, quam præparavit pater in nuptiis filii ſui; & ut demus vobis indumenta nuptialia, quod eſt gratia Baptiſmi: quam qui fuerit conſecutus, tamquam veſtimentum mundum, cum quo ei ingrediendum eſt ad cœnam regis; obſervare debet, ne peccato aliquâ ex parte maculetur; & ob hoc tamquam indignus & reprobus abjiciatur.

Chriſtus annus eſt, cujus 12. menſes ſunt Apoſtoli.

Luc. 4. 19.

* *Carm.* P. T. R. Domini

J. Clement. Hom. 2. c. 23.

Matt. 22.

Baptiſmus.

XXXVI. Cauſſæ autem quibus maculetur iſtud indumentum hæ ſunt; ſi quis recedat à patre, & conditore omnium Deo, alium recipiens doctorem præter Chriſtum, qui eſt ſolus fidelis ac verus Propheta, quique nos duodecim Apoſtolos miſit ad prædicandum verbum: & ſi * quis de ſubſtantia divinitatis, quæ cuncta præcellit, aliter quàm dignum eſt ſentiat: hæc ſunt quæ uſque ad mortem, Baptiſmi polluunt indumentum. Quæ verò in actibus polluunt, iſta ſunt; homicidia, adulteria, odia, avaritia, cupiditas mala. Quæ autem animam ſimul & corpus polluunt, iſta ſunt; participare Dæmonum menſæ, hoc eſt, immolata deguſtare, vel ſanguinem, vel morticinium, quod eſt ſuffocatum; & ſi quid * illud eſt quod Dæmonibus oblatum eſt. Hic ergo vobis ſit primus gradus ex tribus, qui gradus triginta ex ſe gignit mandata: ſecundus verò, qui ſexaginta, tertius, qui centum: ſicut aliàs vobis de his pleniùs exponemus.

* T. quid

* P. R. aliud

Mat. 13.

XXXVII. Et hæc cùm dixiſſet, ac præcepiſſet ut die poſterâ ad eumdem locum maturiùs convenirent, turbas dimiſit; quibus recedere nolentibus, ait Petrus; Donate mihi hanc gratiam, propter heſterni itineris labores; & nunc diſcedentes, die craſtinâ maturiùs convenite: & ita cum lætitia diſceſſêre. At Petrus, paululùm me ſecedere præcipiens, orationis cauſsâ, jubet poſt hæc in loco horti, quem umbra contegebat, accubitum ſterni: & unuſquiſque ex more recognoſcens proprii ordinis locum, cibum ſumpſimus. Tum deinde quia ſupererat adhuc aliquantulum diei, de mirabilibus Domini collocutus * nobis, cum veſpere facto ingreſſus in cubiculum, quievit.

* S. T. R. *alii* nobiſcum veſpere

RECOGNITIONUM S. CLEMENTIS

LIBER QUINTUS.

I. SEQUENTI autem die, paulò citiùs quàm ſolebat conſurgens Petrus, invenit nos dormientes: quod ubi ſenſit, quaſi ipſe adhuc dormire volens, ſilentium ſibi fieri juſſit, ut nobis quieſcendi facultatem deret. Ubi autem refecti ſomno exſurreximus, invenimus eum oratione factâ, intra cubiculum opperientem nos. Et cùm jam eſſet crepuſculum, ſalutans ex more, breviter allocutus eſt: & continuò ad conſuetum locum docendi gratiâ procedit: ubi cùm vidiſſet ad audiendum plurimos conveniſſe, primò religionis ritu pace eis invocatâ, dicere hoc modo cœpit.

Clement. Hom. 10. c. 3. &c. Pſeudo-Clemens, Epiſt. 3. poſt initium.

II. Deus creator omnium, ex initio ad imaginem ſuam hominem fecit, eique dominationem terræ, mariſque, & aëris ipſius dedit; ſicut & verus nobis Propheta narravit, & ipſa rerum ratio docet: ſolus enim eſt rationabilis; & conſequens eſt, ut ratio irrationabilibus dominetur. Hic ergo ab initio, cùm adhuc juſtus eſſet, cunctis vitiis, & omni fragilitate ſuperior erat: ubi autem peccavit, ſicut heſterno die docuimus, & factus eſt ſervus peccati; ſimul & fragilitati efficitur obnoxius. Quod idcirco ſcriptum eſt, ut ſciant homines, quia ſicut ex impietate paſſibiles facti ſunt, ita per pietatem poſſunt eſſe [13] impaſſibiles: * verùm & parvâ in Deum fide, aliorum paſſiones curantes. Ita enim verus Propheta nobis promiſit, dicens; *Amen dico vobis, ſi habueritis fidem ſicut granum ſinapis, dicetis monti huic, tranſi hinc, & tranſibit.* Hujus vocis etiam vos ipſi documenta accepiſtis: heſterno enim die vidiſtis quo modo adſtantibus nobis, Dæmones cum paſſionibus, quas hominibus invexerant, tranſierunt & fugati ſunt.

Lib. 4. cap. 9. &c.

* *In Th. aliis: & Pſeudo-Cl. præpon.* & non ſolum impaſſibiles,

Mat. 17. 20.

Clement. Hom. 9. c. 19. Lib. 4. cap. 7.

III. Quia ergo alii quidem homines patiuntur, alii patientes ſanant; cauſſa ſine dubio vel patiendi, vel curandi noſcenda eſt; quæ non alia eſſe, quàm patientibus quidem infidelitatis, curantibus verò fidei demonſtratur. Infidelitas enim, dum non credit futurum judicium Dei, peccandi licentiam præbet; peccatum verò hominem paſſionibus obnoxium facit: fides autem, futurum eſſe Dei judicium credens, continet homines à peccato; non peccantes verò non ſolùm liberi ſunt à Dæmonibus & paſſionibus, verùm & aliorum Dæmones & paſſiones fugare poſſunt.

IV. Ex his ergo omnibus colligitur, quòd origo totius mali ab ignorantia deſcendat, & ipſa ſit malorum omnium mater; quæ incuriâ quidem & ignaviâ gignitur, negligentiâ verò alitur & augetur, atque in ſenſibus hominum radicatur: quam ſi quis fortè doceat effugandam, velut antiquis & hæreditariis ſedibus moleſtè & indignanter avellitur. Et ideo paululùm laborandum nobis eſt, ut indagantes ignorantiæ præſumptiones, ſcientiæ ratione reſecemus; in his præcipuè qui in aliquibus minùs rectis opinionibus præventi ſunt; per quas, quaſi ſub ſpecie alicujus ſcientiæ, ignorantia in eis vehementiùs radicata eſt: nihil enim gravius, quàm ſi id quod ignorat quis ſcire ſe credat, & defendat verum eſſe quod falſum eſt: quod tale eſt, quale ſi quis ebrius ſobrium ſe putet; & agat quidem cuncta ut ebrius, ſobrium ſe tamen & ipſe putet, & dici à cæteris velit. Ita ſunt ergo & hi qui ignorantes quod verum eſt, ſpeciem tamen alicujus ſcientiæ tenent, & mala quaſi bona gerunt, atque ad perniciem quaſi ad ſalutem feſtinant.

Ignorantia mater omnium malorum.

V. Propter quod ante omnia properandum eſt ad agnitionem veritatis; ut poſſimus quaſi lumine nobis inde ſuccenſo, errorum tenebras depellere: grande enim malum eſt, ut diximus, ignorantia; ſed quia ſubſtantiam non habet, facilè ab his qui ſtudioſi ſunt effugatur. Non enim aliud eſt quidem ignorantia, niſi non agnoviſſe quod expedit: ubi autem agnoveris, perit ignorantia. Quæri ergo magnopere debet * agnitio; quam nemo alius poteſt adſignare, niſi verus Propheta. Hæc enim porta eſt vitæ, volentibus ingredi; & iter operum bonorum, pergentibus ad civitatem ſalutis.

* S. T. R. *alii: Pſeudo-*Cl. veritatis agnitio l. ſuprà, l. 2. c. 22.

VI. Si quis ſanè audiens ſermonem veri Prophetæ, * velit recipere aut nolit, & * amplexiones ejus, id eſt, mandata vitæ; habet in ſua poteſtate: liberi enim ſumus arbitrii. Nam ſi hoc eſſet, ut audientes eum, jam non haberent in poteſtate aliud facere quàm audierant, vis erat quædam naturæ, per quam liberum non eſſet ad aliam migrare ſententiam. Aut ſi rurſus ex audientibus nullus omnino reciperet; & hoc naturæ vis erat, quæ unum aliquid fieri cogeret, & alteri parti non daret locum. Nunc autem quia liberum eſt animo in quam velit partem de-

* *Carn.* utrum velit. * P. *Cand.* R. amplectionis. Pſeudo-Cl. amplectiones. *Sic & Carn.* *Liberum arbitrium.*

13. *Impaſſibiles.*] ἀπάθεια & ἀναμαρτησία, ſi ſtrictè ſumantur, ſunt *imperturbabilitas* & *impeccabilitas*, *imperturbatio* & *impeccantia*. Verùm laxiùs interdum uſurpantur à ſanctis Patribus; pro eo ſtatu, in quo poſitus vir ſanctus, per gratiam Dei minùs crebris minoribuſque tentationibus obnoxius eſt, nec gravioribus peccatis ſuccumbit. ἀπάθεια inquit Maximus de caritate Centuriâ 1. cap. 36. ἐστὶν εἰρηνικὴ κατάστασις ψυχῆς, καθ' ἣν δυσκίνητος γίνεται ψυχὴ πρὸς κακίαν. *Eſt* ἀπάθεια, *pacatus animæ ſtatus, ſecundum quem difficulter movetur anima erga malitiam.* δυσκίνητος, non ἀκίνητος. Reddi autem debet vox ἀπαθεῖς Clementi Alexandrino Strom. 7. p. 750. ubi [illegible] ediderunt, [illegible] correxerunt ac verterunt. [illegible] Porrò Auctor Recognitionum *impaſſibiles* eos appellat, qui propter innocentiam vitæ nec infeſtantur à Dæmonibus, nec morbis affliguntur. Ibid.

14 *Hoc*

declinare judicium ſuum, & quam probaverit eligere viam; conſtat evidenter ineſſe hominibus arbitrii libertatem.

Ignorantia. Cognitio.

VII. Igitur priuſquam audiat quis quod ei expedit; certum eſt quia ignorat; & ignorans vult & deſiderat quod non expedit agere; propter quod pro hoc non judicatur. Cùm verò audierit cauſſas erroris ſui, & rationem veritatis acceperit; tunc ſi permanſerit in his erroribus, quibus dudum * præventus, rectè jam vocabitur ad judicium, pœnas daturus, cur vitæ * ejus ſpatium, quod ad bene vivendum accepit, in ludibriis conſumpſit errorum. Qui verò audiens hæc, libenter accipit, & gratulatur bonorum ſibi doctrinam fuiſſe delatam; requirit intentiùs, & diſcere non deſinit, uſquequo cognoſcat, ſi eſt verè aliud ſæculum, in quo bonis præmia præparata ſunt: & cùm certus de hoc fuerit, gratias agens Deo, quòd ſibi veritatis lumen oſtenderit, de cætero dirigit actus ſuos in omnibus operibus bonis, quorum ſibi in futuro mercedem certus eſt præparatam; per omnia demirans & ſtupens cæterorum hominum errores, & quòd ante oculos poſitam veritatem nemo videat. Ipſe tamen gaudens ſuper divitiis ſapientiæ, quas invenit, inſatiabiliter eis perfrui cupit, & exercitio bonorum operum delectatur; feſtinans ad ſæculum futurum, mundo corde & purâ conſcientiâ, pervenire, ubi etiam videre Deum regem omnium poſſit.

* S. fuerit præventus. * T. R. Pſeudo Cl. fuerat præventus. *Sic & C. C. & P.* * S. T. R. Pſeudo-Cl. hujus

VIII. His autem omnibus carere nos & fraudari, ſola facit ignorantia. Dum enim ignorant homines quantum boni habeat ſcientia, ignorantiæ malum de ſe non patiuntur excludi: neſciunt enim quanta ſit in horum permutatione diverſitas. Propter quod conſilium do unicuique diſcentium, libenter præbere aurem verbo Dei, & cum amore veritatis audire quæ dicimus; ut mens optimo ſemine ſuſcepto, per bonos actus, lætos adferat fructus. Nam ſi me docente ea quæ ad ſalutem pertinent, recipere quis abnuit; & animo pravis opinionibus occupato, obſiſtere nititur: non ex nobis, ſed ex ſemetipſo habebit pereundi cauſſam. Debet enim juſto judicio examinare quæ dicimus, & intelligere quia verba loquimur veritatis: ut cognitis his quæ ſunt, ut ſunt, & in bonis actibus dirigens * vitam ſuam, regni cœlorum poſſit particeps inveniri; ſubjiciens ſibi carnis deſideria, & dominus eorum factus; ut ita demum etiam ipſe fiat dominatoris omnium jucunda poſſeſſio.

* R. Pſeudo-Clem. viam. *Sic & Cand. & P.*

IX. Nam qui permanet in malo, & ſervus eſt * Mali; non poteſt effici portio Boni, donec permanet in malo: quia ab initio, ut antè diximus, duo regna ſtatuit Deus; & poteſtatem dedit unicuique hominum, ut illius regni fiat portio, cui ſe ad obediendum ipſe ſubjecerit. Et quia definitum eſt apud Deum, non poſſe unum hominem utriuſque regni eſſe ſervum; omni ſtudio dare operam, in boni regis fœdus ac jura concurrere. Propter hoc denique verus Propheta, cùm eſſet præſens nobiſcum, & quoſdam ex divitibus negligentes erga Dei cultum videret, hujus rei ita aperuit veritatem; *Nemo poteſt*, inquit, *duobus dominis ſervire: non poteſtis Deo ſervire, & Mammona:* Mammona patriâ eorum voce divitias vocans.

* R. Maligni. P. maligno. Lib. 3. c. 42.

Mat 6. 24.

X. Hic ergo eſt verus Propheta, qui in Judæa nobis apparuit, ut audiſtis: qui ſtans publicè ſolâ juſſione faciebat cæcos videre, ſurdos audire; fugabat Dæmones, ægris ſanitatem reddebat, & mortuis vitam. Cúmque nihil ei eſſet impoſſibile, etiam cogitationes hominum pervidebat, quod nulli eſt poſſibile niſi ſoli Deo. Hic adnunciavit regnum Dei; cui nos de omnibus quæ dicebat, tamquam vero Prophetæ credidimus; firmitatem fidei noſtræ, non ſolùm ex verbis ejus, ſed & ex operibus adſumentes; quia & dicta Legis, quæ ante multas generationes de præſentia ejus expoſuerant, in ipſo conſignabantur; & imagines geſtorum Moyſei, & ante ipſum Patriarchæ * Jacob, ipſius per omnia typum ferebant. Tempus quoque adventûs ejus, hoc eſt, ipſum in quo venerat, prædictum ab eis conſtat: & ſuper omnia, quòd eſſet à Gentibus exſpectandus, ſacris literis comprehenſum eſt: quæ in eo pariter univerſa completa ſunt.

I. Clement. Hom. 1. c. 6. Epit. c. 6.

* *Coren.* Patriarchæ Abraham, Iſaac & Jacob.

XI. Quòd autem Judæorum Propheta prædixit, eum à Gentibus exſpectandum, ſupra modum in eo fidem veri confirmat. Si enim dixiſſet à Judæis exſpectandum; non aliquid eximium prophetaſſe videretur, quòd à contribuli populo, & à propria gente ſperaretur is, cujus adventus ad ſalutem mundi fuerat repromiſſus: videretur enim magis conſequentiæ ratio eſſe, ut hoc fieret, quàm magnificentia Prophetalis. Nunc autem cùm Prophetæ dicunt, omnem illam ſpem, quæ de ſalute mundi repromittitur, & novitatem regni, quæ * inſtituenda per Chriſtum eſt, atque omnia quæ de eo indicantur, ad Gentes eſſe tranſferenda; jam non ſecundùm conſequentiam rerum, ſed incredibili quodam vaticinationis eventu magnificentia Prophetica confirmatur. Judæi namque ex initio adſore aliquando hunc virum, per quem cuncta repararentur, veriſſimâ traditione ſuſceperant; & quotidie meditantes ac proſpicientes, quando ejus fieret adventus; ubi adeſſe eum viderunt, & ſigna ac prodigia, ſicut de eo ſcriptum fuerat, * adimplentem; invidiâ excæcati agnoſcere nequiverunt præſentem, in cujus ſpe lætabantur abſentis: intelleximus tamen pauci nos qui ab eo electi ſumus.

Gen. 49. 10.

* R. Pſeudo-Clem. inſtruenda

* R. adimplem

XII. Hoc autem providentiâ Dei factum eſt; ut agnitio boni hujus etiam Gentibus traderetur: & hi qui numquam de eo audierant, nec à Prophetis didicerant, agnoſcerent eum; illi verò qui quotidianis meditationibus * agnoverant, ignorarent. Ecce enim per vos nunc qui præſentes eſtis, & deſideratis audire doctrinam fidei ejus, & agnoſcere quis, & quo modo, & qualis ſit ejus adventus, Prophetica veritas adimpletur. Hoc eſt enim quòd prædixerunt Prophetæ, quia à vobis quærendus eſſet, qui de eo numquam audiſtis. Et ideo videntes in vobis ipſis Prophetica dicta compleri; huic uni rectè creditis, hunc rectè exſpectatis, de hoc rectè inquiritis; ut non ſolùm exſpecteris eum, ſed & hæreditatem regni ejus credentes conſequamini: ſecundùm quod ipſe dixit, quia unuſquiſque illius ſit ſervus, cui ſe ipſe ſubjecerit.

* R. T. Pſeudo Cl. evanuerant

Iſ. 65. 1.

Joh. 8. 34.

XIII. Propterea ergo evigilate; & Dominum Deumque noſtrum vobis adſcribite; Dominum, qui & cœli ac terræ Dominus eſt; & ad ipſius vos imaginem ac ſimilitudinem reformate: ſicut ipſe verus Propheta docet, dicens; *Eſtote * miſericordes, ſicut & pater veſter cœleſtis miſericors eſt; qui oriri facit ſolem ſuum ſuper bonos & malos, & pluit ſuper juſtos & injuſtos.* Hunc ergo imitamini, & hunc timete; ſicut mandatum datur hominibus; *Dominum Deum tuum * adorabis, & ipſi ſoli ſervies.* Expedit enim vobis huic uni Domino ſervire; ut per ipſum cognoſcentes unum Deum, à multis quos inutiliter timebatis, liberemini. Qui enim creatorem omnium non timet Deum; ſed eos timet quos ipſe manibus ſuis fecit; quid niſi vano & inutili ſemetipſum obnoxium facit timori? viliorémque ſe & abjectiorem reddit, quàm ſunt illa ipſa, quorum timorem mente concepit? Quin potiùs per bonitatem ejus qui vos invitat, redite ad priorem nobilitatem veſtram; & ex bonis actibus, quòd ipſius creatoris veſtri imaginem portetis, oſtendite; ut

Luc 6. 36.

* T. R. alii: Pſeudo-Cl. boni & miſericordes

Mat. 5. 45.

Clement. Hom. 10. cap. 5. &c.

Mat. 4. 10.

* R. alii & Pſeudo-Cl. timebit.

ut ex contemplatione ſimilitudinis ipſius, etiam filii ejus eſſe credamini.

XIV. Incipite ergo à ſenſibus veſtris abjicere vanas Idolorum ſpecies, atque inutiles & inanes timores; ut ſimul etiam conditionem poſſitis iniquæ ſervituris effugere. Domini etenim veſtri effecti ſunt illi, qui ne ſervi quidem utiles vobis eſſe potuiſſent. Quo modo enim ſimulacra exanima, vel ad ſervitutem vobis viderentur idonea; cùm neque audiant, neque videant, neque aliquid ſentiant? niſi quòd ipſa ſaltem materia ex qua * facti ſunt, ſive auri, ſive argenti, vel etiam æris aut ligni, cùm poſſit vobis ad uſus neceſſarios prodeſſe; vos ex ea formando Deos, otioſam per omnia eam atque inutilem reddidiſtis. Nos ergo adnunciamus vobis verum Dei cultum: ſimulque monemus & hortamur cultores; ut per bonos actus imitentur eum quem colunt; & ad imaginem ac ſimilitudinem ejus, ut ſuperiùs diximus, redire feſtinent.

In Idola.

* Carn. facta.

XV. Velim autem dicerent mihi hi, qui Idola colunt, ſi optant ſimiles fieri his quos colunt. Vult-ne aliquis veſtrûm ſic videre, quo modo illi vident? & ſic audire, quo modo illi audiunt? ſic habere ſenſum, quo modo illi habent? Abſit hoc ab unoquoque audientium: [14] hoc enim maledictum potiùs & convicium credendum eſt homini; qui imaginem Dei in ſe gerit, etiamſi ſimilitudinem perdidit. Quales ergo Dii habendi ſunt iſti, quos imitari exſecrabile ſit cultoribus ſuis? quorum ſimilitudinem habere contumelia eſt? Quid ergo? [15] Solvite ſimulacra inutilia, & facite vaſa utilia: ſolvite otioſam pigramque materiam, & facite humano uſui apta miniſteria. Sed non ſinunt, inquit, leges humanæ. Bene, quia humanæ leges, & non ipſorum virtus. Quo modo ergo Dii ſunt, qui humanis legibus, & non ſuis viribus defenduntur? Sicque & à furibus, canum vigiliis & clauſtrorum munitionibus conſervantur: & hoc ſi fuerint argentea, vel aurea, vel etiam ærea: nam lapidea, & fictilia, ipsâ ſui vilitate muniuntur: nemo enim lapideum, aut fictilem Deum furatur. Unde miſerabiliores videntur hi, quibus precioſius metallum pericula viciniora conquirit. Qui ergo furari poſſunt; qui ab hominibus * cuſtodiri; qui conflari, & appendi, & malleis cædi; iſti hominibus ſenſum habentibus Dii debent videri?

* Cand. P. R. cuſtodiuntur.

XVI. O in * quantam * miſeriam mortalium * decidit intelligentia. Nam ſi mortuos timere ſummæ ſtultitiæ ducitur; quid judicemus de his, qui deterius aliquid, quàm ſunt mortui timent? Iſta enim ſimulacra nec in mortuorum numero habenda ſunt; quia nunquam vixerunt. Præferenda ſunt eis etiam ſepulcra mortuorum; quoniam licèt nunc mortui ſunt, habuerunt * autem aliquando vitam: iſti autem quos colitis, nec eam quidem, quæ eſt * omnibus * teterrima, ranarum ac bubonum vitam aliquando geſſerunt. Sed quid opus eſt de his plura memorare, cùm ſufficiat dicere ei qui adorat ea; Non vides, quia quem adoras, non videt? * audi, quia quem adoras, non audit? & * intellige, quia non intelligit? opus enim mortalis manûs eſt; & neceſſariò ſenſu caret. Tu ergo adoras inſenſibilem; cùm unuſquiſque habens ſenſum, nec ea quidem credat adoranda, quæ à Deo facta ſunt, & [16] habent ſenſum; id eſt, ſolem, & lunam, vel ſtellas, omniaque quæ in cœlo ſunt, & ſuper terram. Juſtum enim putant, non ea quæ pro mundi miniſterio facta ſunt; ſed ipſorum, & mundi totius creatorem debere venerari: gaudent enim etiam hæc, cùm ille adoratur & colitur; nec libenter accipiunt, ut honor creatoris creaturæ deferatur. Exceptus enim eſt Dei ſolius cultus, qui ſolus increatus eſt; omnia autem cætera, factura ejus ſunt. Sicut ergo proprium eſt ejus qui ſolus non eſt factus, Deum eſſe: ita omne quod factum eſt, Deus verè non eſt.

* P. T. R. quantum miſera

* T. deſipit

* S. R. alii tamen

* Cand. S. T. deterrima in omnibus. Carn P. in omnibus deterrima.

* Carn. non audis.

* Idem. non intelligis, quia quem adoras non intelligit.

XVII. Ante omnia ergo intelligere debetis deceptionem ſerpentis antiqui, & callidas ejus ſuggeſtiones; qui quaſi per prudentiam decipit vos, & velut ratione quadam ſerpit per ſenſus veſtros; atque ab ipſo vertice incipiens, per interiores dilabitur medullas; lucrum magnum computans deceptionem veſtram. Interſerit ergo ſenſibus veſtris opiniones quorumcumque Deorum; tantùm ut vos ab unius Dei revocet fide; ſciens peccatum veſtrum, ſuum eſſe ſolatium. Ille enim pro nequitia ſua, ab initio terram edere condemnatus eſt; propter eum, quem de terra adſumptum, iterum reſolvi fecit in terram; uſque ad tempus, quo animæ * veſtræ per ignem traductæ reparentur; ſicut aliàs de hoc pleniùs edocebimus. Ex ipſo ergo ſunt omnes errores & ambiguitates, quibus ab unius Dei fide & credulitate * conturbamini.

Antiqui ſerpentis aſtutiæ.

* Carn. noſtræ

* S. conturpamini

XVIII. Et primò omnium ſubjicit cogitationibus hominum, ut ne audiant verba veritatis, per quæ malorum ignorantiam fugent. Et hoc facit quaſi occaſione alterius ſcientiæ: adſeverans eis illam opinionem, quâ utuntur plurimi; ut putent ſe reos futuros non eſſe, ſi in ignorantia fuerint; nec reddituros eſſe rationem pro his quæ non audierint; & ideo à verbo declinare eos ſuadet auditum. Sed accipite contra hæc: ipſa per ſemetipſam ignorantia, validiſſimum venenum eſt, quod ſufficiat animam, nullâ extrinſecùs quæſitâ adjectione, perimere. Et ideo nemo eſt, qui ignorans, per hoc quòd ignorat, evadat; ſed certum eſt quod intereat. Naturaliter enim peccatorum vis interimit peccatorem. Sed quoniam judicium rationabile erit; tam ignorantiæ, quàm uniuſcujuſque peccati cauſſa & origo requiretur. Is ergo qui ſcire noluit, quo modo poſſit venire ad vitam; ſed maluit ignorare, ne per hoc reus fieri videretur; ex hoc ipſo jam, quaſi qui ſcierit & habuerit ſcientiam, judicatur. Agnovit enim quid eſſet, quod nolebat audire: &

Ignorantia.

---

14. *Hoc enim maledictum potiùs & convicium credendum eſt.*] Qui ſolet appellari Euſebius Emiſenus Homiliâ quòd Idola coli non debeant; *Dic mihi, cum lignum veneraris ac lapidem, ſi tibi diceretur, Talis ſis qualis Deus tuus; nunquid non convicium crederes? nunquid non injurias computares? Et illum te non pudet venerari, cujus te nolles ſimilitudinem dici, cui te erubeſceres comparari? Et illi tribuis Dei cultum, cui te aſſimulari graviſſimum putares eſſe maledictum?* COT.

15. *Solvite ſimulacra inutilia, & facite vaſa utilia*] Huic germanus eſt locus Commodiani Inſtructione 20.

Et Deos audetis ex amine dicere fuſos.
Solveritis eos magis in vaſcula vobis.

16. *Et habent ſenſum*] Aſtra animata eſſe pauci Patrum exiſtimaverunt, ſecuti Philoſophos. Item pleriquæ Hebræorum. Contrà Conſtitutionum Scriptor lib. 8. cap. 46. & reliqui. Junge cum hoc loco loca Clementinorum X. 9. III. 35. Ac relege mecum inſignia hæc, Spicilegii 2. pag. 371. *Habemus ſanè libellos ſex ſancti Hilarii Epiſcopi Pictavienſis, quos de Græco Origenis in Latinum vertit; ſed non omnia ſecundum ordinem libri ſancti Job expoſuit. Et ſatis miror hominem doctiſſimum & ſanctum, ut de ſtellis novas Origenis transferret. Mihi, ſanctiſſime Pater, nullo pacto ſuaderi poteſt, ut credam aſtra cœli ſpiritus rationales, quæ neque cum Angelis, neque cum hominibus facta eſſe Scriptura ſancta declarat.* Sunt verba Liciniani Epiſcopi, ad Gregorium Papam. Ibid.

17. Quam

& nihil ei conferet ad excuſationem, ſerpentis artificio quæſita calliditas; cum eo enim erit ei ratio, quem non latet cor. Ut autem ſcias quia ignorantia per ſemetipſam generat interitum; anima cùm diſceſſerit à corpore, ſi talis exeat quæ ignoret eum à quo creata eſt, à quo in hoc mundo omnia quæ uſibus ſuis erant neceſſaria conſecuta eſt; tamquam ingrata & infidelis, à regni ejus luce projicitur.

Deus, Dii. XIX. Subjicit iterum nequiſſimus ſerpens aliam hominibus opinionem, quam plures veſtrûm proferre ſolent: Unum eſſe & nos dicimus Deum, qui eſt omnium Dominus: ſed & iſti, * inquiunt, Dii ſunt. (* Cand. T. R. *inquit*) Sicut enim unus eſt Cæſar, & habet ſub ſe multos judices; verbi gratiâ, præfectos, conſules, tribunos, & cæteras poteſtates: ſimili arbitramur modo, cùm unus ſit major omnium Deus, etiam iſtos ad ſimilitudinem earum, quas diximus, poteſtatum ordinatos eſſe in hoc mundo Deos; illi quidem majori ſubjectos, nos tamen & quæ in hoc mundo ſunt, diſpenſantes. Audite ergo ad hæc, quo modo in his ipſis quæ ad deceptionem proponitis, veritatis rationibus confutemini. Dicitis quia locum Cæſaris teneat Deus; judicum verò ejus & poteſtatum ſpeciem ſervent hi qui dicuntur Dii: ſervate ergo, ut propoſuiſtis, exemplum Cæſaris; & ſcitote quia ſicut nulli ex judicibus, vel adminiſtratoribus Cæſaris; id eſt, præfectis, vel proconſulibus, vel ducibus, vel tribunis, fas eſt Cæſaris nomen imponi; alioquin & ille qui ſuſceperit, & illi qui detulerint, pariter interibunt: ita & de hoc debetis advertere; quòd ſi quis nomen Dei alicui quàm præter ipſum impoſuerit, & ille receperit; unum eumdemque ſortientur interitum; multò deteriore ſorte quàm miniſtri Cæſaris. Hic enim qui deliquit in Cæſarem, interitum ſuſcipiet temporalem: qui verò in unum, qui ſolus & verus eſt Deus, delinquit, in ſæculum luet pœnas; & meritò, ut qui nomen quod eſt unicum, injurioſâ conditione violaverit.

Dei nomen. XX. [17] Quamvis hoc ipſum, Deus, non nomen ſit Dei; ſed hominibus interim vocabulum iſtud quaſi pro nomine ejus conceſſum eſt: quod tamen, ut dixi, cùm contumelioſè tractatur, ad veri ejus nominis refertur injuriam. Denique [18] veteres Ægyptiorum, qui de cœleſti curſu, & aſtrorum naturâ rationem ſibi viſi ſunt reperîſſe; obſidente ſenſus eorum Dæmone, omnibus nihilominus contumeliis nomen incommunicabile ſubjecerunt. (*Ægyptii de Diis.*) Nam alii eorum, bovem, qui Apis dicitur, colendum tradidêre; alii hircum; alii [19] * gattes; nonnulli ibin; quidam ſerpentem; piſcem quoque, & [20] cæpas, & cloacas, * crepitus ventris, pro Numinibus habendos eſſe docuerunt; & alia innumerabilia, quæ pudet etiam nominare. (* S. T. cattas) (* S. T. R *alii*: ſtrepitus)

XXI. Hæc dicente Petro, riſerunt omnes qui * audiebamus. Et Petrus: Ridetis, inquit, vos aliorum dedecora; quia longâ conſuetudine propria non videtis. (* Cand. Carn. S. T. R. audiebant. P. audierunt.) Nam Ægyptiorum quidem ſtultitiam meritò ridetis; qui muta animalia, ipſi cum ſint rationabiles, colunt. Audite tamen quo modo & illi vos irrideant: aiunt enim; Nos viventia colimus animalia, licèt moritura: vos verò quæ numquam omnino vixêre, hæc colitis & adoratis. Addunt præterea etiam illud; figuras eſſe & allegorias Virtutum quarumdam, quibus adjutricibus regatur hominum genus: ſed pudoris perfugio hæc & nonnulla his ſimilia connectentes, errorem ſuum velare nituntur. Sed non eſt nunc tempus Ægyptiis reſpondere; & derelictâ curâ præſentium, abſentium medicari languores. Certum namque indicium eſt, vos ab hujuſmodi ægritudine haberi alienos; qui eam non doluiſtis ut propriam, ſed riſiſtis ut alienam.

XXII. Sed redeamus ad vos, quibus placet haberi Deum, ut Cæſarem; Deos autem, ut miniſtros & procuratores Cæſaris: ſequimini me attentiùs; & modò vobis oſtendam latebras ſerpentis, in argumenti hujus curvis anfractibus collocatas. Certum apud omnes eſſe debet & indubitatum, Deo, quia à nullo factus eſt, ſed ipſe fecit univerſa, nihil ex facturis ſuis poſſe coæquari: neque enim ita quis irrationalis inveniri poteſt, qui putet quòd conferri poſſit factura factori. (Clemens, Hom. 10. c. 18. Epit. c. 67.) Si ergo humana mens non ſolùm ratione, ſed & naturali quodam motu, rectè hanc opinionem tenet; illud dici Deum, cui conferri aut exæquari nihil poteſt; ſed quod cunctis emineat, & cuncta * repellat: quo modo nomen illud quod ſuper omnia eſſe creditur, rectè his * cre- (*Deus quid?*) (* S. T. R. *alii*: præcellat)

17. *Quamvis hoc ipſum, Deus, non nomen ſit Dei.*] Deum Deique naturam nomine carere doctrina eſt Patrum & opinio Philoſophorum. Teſtimonia omittimus, ubique obvia. COT.

18. *Veteres Ægyptiorum, qui de cœleſti curſu, & aſtrorum natura rationem ſibi viſi ſunt reperiſſe.*] Sideralis ſcientiæ inventionem Ægyptiis multi, alii aliis aſſignant: uti ferè variatur in rerum repertoribus: quorum Enumerationes exhibent Codices Regii 919. 1769. 2216. duas:

Ὁ Ζεὺς ἐφεῦρε * ναυκληρικήν· Ποσειδῶν, κυβερνητικήν· Ἥφαιστος, χαλκευτικήν· Ἀσκληπιός, ἰατρικήν· Ἀπόλλων, μουσικήν· Ἀθηνᾶ, ὑφαντικήν· Ἄρτεμις, κυνηγετικήν· Ἥρα, στολισμόν· Δημήτηρ, γεωργίαν· Φοίνικες, γράμματα· Ὅμηρος, ποίησιν· Ζήνων ὁ Ἐλεάτης, διαλεκτικήν· Κόραξ ὁ Συρακούσιος, ῥητορικήν· Ἀρισταῖος, μελιττουργίαν· Τριπτόλεμος, σπόρον· Σόλων ὁ Ἀθηναῖος καὶ ὁ Σπαρτιάτης Λυκοῦργος, νόμους· Παλαμήδης, γραμμάτων σύνταξιν, ἀριθμούς, μέτρα καὶ σταθμούς· Αἰγύπτιοι, γεωμετρίαν· Χαλδαῖοι, ἀστρολογίαν καὶ γενεθλιαλογίαν· Ἄραβες καὶ Φρύγες, οἰωνοσκοπίαν· Μῆδοι καὶ Πέρσαι, μαγείαν καὶ γοητείαν καὶ φαρμακείαν· Τυρρηνοί, τειχίζειν πόλεις. (* f. ναυπηγικήν)

Jupiter adinvenit artem navigatoriam; Neptunus, gubernatoriam; Vulcanus, fabrilem; Æſculapius, medicam; Apollo, Muſicam; Minerva, textoriam; Diana, venaticam; Juno, veſtitum; Ceres, agriculturam; Phœnices, litteras; Homerus, Poëſim; Zeno Eleates, Dialecticam; Corax Syracuſius, Rhetoricam; Ariſtæus, apum fructum; Triptolemus, frumenti ſementum; Solon Athenienſis & Lycurgus Spartiata, leges; Palamedes, conſtructionem litterarum, numeros, menſuras & pondera; Ægyptii, Geometriam; Chaldæi; Aſtrologiam & Genethliologiam; Arabes ac Phryges, augurium; Medi & Perſæ, Magiam, præſtigias, atque veneficium; Tyrrheni, urbes muris cingere.

Alia.

Χαμαιλέων. τίνες γεγόνασιν ἀρχηγοὶ τεχνῶν καὶ ἐπιστημῶν. Ἀπελλῆς, βοτανικῆς· Δημοσθένης, ῥητορικῆς· Παπιανός, νομικῆς· Ἄντυος, (ἢ. Ἄντυλος) λογχοποιίας (ἢ. λογχοποιίας) Εὔρυμος, τοξικῆς (ἢ. τοξοποιίας)· Εὐρύδαμος Μεσσήνιος, θώρακος πολεμικοῦ· Εὔανδρος, κνημῖδος καὶ ἀσπίδος· Ὀππιανός, ἁλιευτικῆς· Τριπτόλεμος, σπορᾶς σίτου· Πάμφιλος, ζωγραφικῆς· Τῖφυς ναυτικῆς· Ἄργος, ναυπηγίας, ἐξ οὗ καὶ Ἀργοναῦται· Ἀρχιμήδης, μηχανικῆς. Ibid.

Nota, quinam exſtiterunt artium & ſcientiarum auctores. Apelles, Herbaria, Demoſthenes, Rhetorica; Papinianus, Juriſprudentia; Antinus vel Antylus, fabricationis lancearum; Eurymus, Sagittaria, Eurydamus Meſenius, bellici thoracis; Evander, ocreæ & clypei; Oppianus, Piſcatoria; Triptolemus, ſationis tritici; Pamphilus, Picturæ; Tiphys, Nautica; Argus, conſtructionis navium, à quo & Argonautæ; Archimedes, Mechanica.

19. *Alii gattas ſeu cattas.*] Fuit cultus felis, generalis Ægyptiorum omnium religio, teſte Strabone lib. 17. Fuit & peculiaris quorumdam: ut Bubaſtitarum. Βούβαστος enim ex Stephano, vox Ægyptiaca, αἴλουρον ſignificat: & in urbe Bubaſto ſive Bubaſti, ſepeliebantur feles, inquit Herodotus in Euterpe; nec non erat Dianæ templum, quæ & Bubaſtia nomen accepit, eſtque Luna. Fabulantur autem Dianam in Gigantomachia ſe in cattum transformâſſe, uti diſcere eſt ab Hygino. Leges etiam apud Plutarchum libro de Iſide & Oſiride, convenientias Phyſicas felem inter & Lunam. Ibid.

20. *Cepas, & cloacas, ac crepitus vel ſtrepitus ventris.*]

** T. R. videbitur*

* creditur dari, quos ad miniſterium & procurationem humanæ vitæ putaris eſſe diſpoſitos? Sed & illud addemus: Mundus hic ſioe dubio factus eſt, & eſt corruptibilis; ſicut etiam poſtmodum latiùs oſteodemus: interim & factum eum, & corruptibilem conſtat. Si ergo mundus, Deus dici non poteſt; & rectè non poteſt, quia corruptibilis eſt: quo modo partes mundi, Dei nomen accipient? quod enim totus oon poteſt eſſe mundus, multò magis non erit pars ejus. Igitur ſi redeamus ad exemplum Cæſaris, videte quàm longè erretis. Cæſari, ejuſdem licèt naturæ * hominem cujus ipſe eſt, conferri tamen neminem licet: Deo, qui hoc ipſo quòd à nullo factus, ſed ipſe fecit omnia, cuncta ſupereminet, conferri debere aliquem creditis? Sed Cæſaris quidem nomen nulli alii audetis imponere, quia reum ſuum ſtatim punit; Dei verò audetis, quia reum ſuum punire propter pœnitentiam differt.

** Carm. hominum.*

XXIII. Per alios item ſerpens ille proferre verba hujuſcemodi ſolet; Nos ad honorem inviſibilis Dei, imagines viſibiles adoramus: quod certiſſimè falſum eſt. Si eoim verè velitis Dei imaginem colere; homini beoefacientes, veram in eo Dei imaginem coleretis. [21] Io omni enim homine eſt imago Dei: non in omnibus verò ſimilitudo; ſed ubi beoigna anima eſt, & mens pura. Si ergo verè vultis honorare imaginem Dei; nos vobis quod * verum eſt aperimus; ut homini, qoi ad imaginem Dei factus eſt, benefaciatis; honorem & reverentiam deferatis; eſurienti cibum, ſitienti * poculum, nudo indumentum, ægro miniſterium, peregrino hoſpitium, & io carcere poſito neceſſaria miniſtretis: & hoc eſt quod verè Deo delatum reputabitur. Hæc autem in tantum ad honorem Dei imaginis cedunt; ut qui iſta non fecerit, contumeliam imagini divinæ intuliſſe credatur. Quis ergo iſte honor Dei eſt; per lapideas & ligneas formas diſcurrere, & inanes atque exanimes figuras tamquam Numina venerari; & hominem, in quo verè imago Dei eſt, ſpernere? Imò potiùs certi eſtote, quòd qui homicidium facit, aut adulterium, & quidquid io hominum pœnam, vel injuriam geritur; in his omnibus Dei imago violatur. Magna enim impietas in Deum eſt, lædere hominem: omne ergo quod ipſe pati non vis; cùm facis alii, imaginem Dei iniquis * mœroribus fœdas. Intelligite ergo, quia latentis intrinſecùs ſerpentis eſt iſta ſuggeſtio, quæ perſuadet pios vos videri poſſe, cùm inſenſibilia colitis; & non videri impios, cùm ſenſibiles & rationabiles læditis.

Verè colere imaginem Dei, eſt hominem benefacere.
Clement. Hom. 11. c. 4 &c. Hom. 17. c. 7. Hom. 3. c. 17.
** R. bonum*
** P. R. potum*
** Carm. moribus.*

XXIV. * Sed ad hæc alio nobis ſerpens ore reſpondet, & dicit; Si nolebat hæc eſſe Deus, utique non erant. Nondum vobis dico, quo modo ad uoiuſcujuſque mentis probationem, io hoc mundo permittuntur eſſe multa contraria: ſed illud eſt quod nunc interim convenit dici; ſi ſecundùm vos omne quod adoraodum erat, eſſe noo debuit, oihil pæne futurum erat in hoc mundo. Quid eoim eſt quod reliquiſtis, quod non * adoratis? ſolem, lunam, ſtellas, aquam, terram, montes, arbores, lapides, * homines; nihil horum eſt quod non adoràſtis. Oportuit ergo, juxta vocem veſtram, nihil horum fieri à Deo, ne haberetis quod poſſetis adorare: ſed ne homines quidem ipſos eſſe oportuit, qui adorarent. Verè hoc eſt quod deſiderat ille qui intra vos latet ſerpens; nulli veſtrûm parcit, nullum vult effugere de interitu: ſed non ita erit. Audite enim, quia non delinquit illud quod adoratur, ſed ille qui adorat. Juſtum namque eſt apud Deum judicium; & aliter injuriam patientem judicat, aliter inferentem.

** R. Sed hæc alius nobis ſerpentis ore. Carm. Sed hæc cum alio nobis ſerpentis ore. P. Sed hæc alio nobis, &c. In Idololatras.*
** S. T. R. alii: adoràſtis*
** In Reg. inſertur lignum. Sic & Cod. & P. Carm. ignem.*

XXV. Sed dicis; Oportebat ergo eos qui adorant quod non licet adorari, ſtatim perimi à Deo, ne & alius hoc faceret. Sed nonne es tu prudentior Deo, ut ei conſilia ſuggeras? Scit ille quid faciat. Omoibus etenim in ignorantia poſitis patientiam præſtat; quia miſericors & pius eſt; & prævidet, quia ex impiis multi efficiuntur pii; & ex ipſis qui impura figmenta & pollutas imagioes venerantur, nonnulli converſi ad Deum, & revocantes ſe à peccatis, & agentes bona opera, perveoiunt ad ſalutem. Sed debuimus, inquit, omnino nec ad cogitationem iſtam venire, ut hæc faceremus. Ignoratis quid eſt libertas arbitrii; & latet vos quia ille verè bonus eſt, qui ſuo propoſito bonus eſt: qui autem neceſſitate retinetur in bono, bonus non poteſt dici; quia non eſt ſuum, quod eſt. Quia ergo in unoquoque libertas eſt, in electione bonorum vel malorum, ipſe ſibi vel præmia vel interitum quærit. Imò, inquit, quidquid cogitamus, Deus nobis addocit ad mentem. Quid agitis ô homines? blaſphematis: ſi eoim omne quod cogitamus, ipſe nobis adducit ad mentem; ipſe ergo nobis cogitationes adulterii ſuggerit, & avaritiæ, & blaſphemiæ, omniſque luxuriæ. Deſinite, quæſo, ab hujuſmodi blaſphemiis, & qui ſit Deo dignus hooor intelligite. Nec dicatis, ut ſolent quidam veſtrûm, quia Deus mortalium honore non indiget. Ille quidem verè nullius indiget; ſed vos debetis agnoſcere: quia vobis prodeſt honor, quem Deo defertis. Quid enim tam exſecrabile, quàm ſi gratiam referre neſciat homo proprio conditori?

Rom. 11. 34.
I. Maximum Locorum communium Serm. 55.

XXVI. Sed melius, inquit, facimus nos; qui & ipſi, & omnibus cum ipſo gratias agimus. Io hoc ſubverſionem ſalutis veſtræ noo intelligitis.

De cepe, ſuperſtitio eſt longè notiſſima: quæ (ut diſcimus ex Hieronymo II. adverſus Jovinianum 6. & ad Eſaiæ caput 46. Luciano in Jove Tragœdo, ac Sexto Empirico Pyrrhoniarum Hypotypoſeon lib. 3. cap. 24.) propriè ad Peluſiotas pertinebat. De cloacis verò; ὀχετοὺς appellat Scriptor Clementinorum; nihil nunc ſuccurrit, quod ad Ægyptios ſpectet. Nam Cloacina Dea, & Deus Stercutus, aut Sterculus, Stercutius, Sterculius, ſive Sterces, Romanorum ſunt Numina. Denique circa ultimum notârunt Critici loca Feſti in *Prohibere comitia*, Theophili Antiocheni lib. 1. ad Autolycum, Minucii Felicis in Octavio, Origenis tom. 5. contra Celſum, Lactantii V. 20. Hieronymi ad Eſaiæ caput 46. & Cæſarii Dialogo 1. Reſponſ. ad Interrog. 19. Quibus addentur nunc Clementina lib. 10. cap. 16. COTELERIUS.

21. *In omni enim homine eſt imago Dei; non in omnibus verò ſimilitudo, ſed ubi benigna anima eſt & mens pura*] Clementin. X. 7. Juxta ſententiam B. Maximi Centuriâ 3. de caritate n. 25. κατ' εἰκόνα μὲν, πᾶσα φύσις λογικὴ ἐστι τοῦ Θεοῦ. καθ' ὁμοίωσιν δὲ, μόνοι ἀγαθοὶ καὶ σοφοί. A non paucis tamen imago & ſimilitudo Dei in homine, idem eſſe putantur. Emenda obiter Iſidorum Hiſpalenſem, libro de ordine creaturarum cap. ult. Tom. 1. Spicilegii Acheriani p. 306 *Si enim de ſemetipſo eam* (animam) *Deus feciſſet, nequaquam poſſibilis & mutabilis & miſera eſſet. Item ſi ex creaturis corporalibus illam creâſſet, & corporale aliquid in ſua natura haberet: aut ſiquam* (malè numquam) *calorem de ignea, aut flatum ex aerea, aut humorem ex aquatica, aut craſſitudinem & ſoliditatem ex terrena materia haberet: ſed quia his omnibus caret, incorpoream illam eſſe conditam convenit; & per ipſam incorporalitatem, & æternitatem, & mutabilitatem, & liberi arbitrii poteſtatem, eamdem cum Angelis habere ſubſtantiam creandique ordinem dignoſcitur. Hæc autem Dei imago non* (leg. imaginem) *in æternitate, ſimilitudinem in arbitrio libero* (ſic reſtitui) *poſſidet: de qua imaginis Dei ſimilitudine impreſſâ Propheta commemorat, dicens; Signatum ſuper nos lumen vultûs* tui. Ibid. *Pſalm. 41. 7.*

22. Quo

giſtis. Tale eſt enim hoc, quale ſi quis æger ad medelam ſui, medicum pariter & venenarios invitet: cùm illi nocere quidem poſſint, curare non poſſint; verus autem medicus, venenis illorum recuſet ſua medicamenta miſcere; ne aut pernicies bono, aut ſanitas nocentibus adſcribatur. Dicis; Ergo indignatur, aut invidet Deus, ſi cùm ipſe benefaciat, aliis gratiæ referantur? Etiamſi non indignetur, non vult tamen erroris auctor exſiſtere; ut ſui operis beneficio, inani Idolo fides detur. Quid certè tam impium, tam ingratum, quàm à Deo beneficium conſequi, & reddere lignis ac lapidibus gratiam? Propter quod expergiſcimini, & intelligite ſalutem veſtram; Deus enim nullius indiget, neque aliquid requirit, neque in aliquo læditur; ſed nos ſumus qui aut juvamur, aut lædimur, in eo * quo grati, aut ingrati ſumus. Nam Deo quid confertur ex laudibus noſtris? aut quid aufertur ex blaſphemiis? niſi quod Deus animam ſibi gratias agentem, proximam ſibi & familiarem facit; ingratam verò, malus poſſidet Dæmon.

*T. R. aliàs: quòd

l. infrà, l. 8. c. 47.

XXVII. Sed & illud ſcire vos volo, quòd adversùm hujuſmodi animas, non ipſe Deus per ſe ultionem profert; ſed univerſa creatura ejus inſurgit, & pœnas de impiis ſumit: & quamvis in præſenti ſæculo Dei bonitas æqualiter piis & impiis, mundi lucem ac terræ miniſteria largiatur; tamen non abſque dolore ſui, lucem ſol impiis præbet, cæteraque elementa exhibent ſervitutem. Denique interdum etiam contra bonitatem Conditoris, fatigata ſceleribus impiorum vincuntur elementa: & inde eſt quòd aut terræ fructus corrumpitur, aut aëris temperies * temeratur, aut ſupra modum ardor ſolis incenditur, vel imbrium ac frigorum vis immenſa * diffunditur. Inde lues & fames, & mortis facies diverſa percurrit: feſtinat enim creatura in impios movere vindictam. Dei tamen bonitas reprimit * ea, & ab indignatione impiorum refrenat; ac ſuæ miſericordiæ obedire cogit, magis quàm peccatis hominum & ſceleribus inflammari. Exſpectat enim patientia Dei, dum in hoc corpore ſunt, hominum converſionem.

*P. R. non temperatur

*Cand. defunditur.

*S. T. R. tam. Sic & alii.

XXVIII. Quòd ſi qui ad exitum vitæ in impietate perſtiterint, tum jam diſcedens anima quæ immortalis eſt, pro impietatis ſuæ perſeverantia luet pœnas. Immortales namque ſunt etiam impiorum animæ, [22] quas ipſi fortaſſe velint pariter cum corporibus ſuis finiri: ſed non ita eſt; * perfert enim ignis æterni ſine fine ſupplicia, & ad perniciem ſui naturam non * habet moriendi. Sed fortaſſe dicetis mihi; Terres nos Petre. Et quo modo vobis dicemus quæ in re ſunt? numquid tacentes adnunciare poſſumus veritatem? Quæ ſunt, aliter quàm ſunt proferre neſcimus. Quòd ſi taceamus, cauſſam vobis pernicioſæ ignorantiæ nos dabimus; & ſatisfaciemus latenti intra vos, & obſidenti ſenſus veſtros ſerpenti; qui hæc vobis callidè ſuggerit, ut ſemper vos inimicos faciat Deo. Sed nos ad hoc miſſi ſumus, ut prodamus vobis latebras ejus; & abſolventes inimicitias, reconciliemus vos Deo; ut ad ipſum convertamini, & placeatis ei in operibus bonis. Inimicitiæ namque ſunt homini ad Deum, irrationabilis & impius ſenſus, pravumque propoſitum; maximè cùm videtur ſibi ſcire aliquid, & eſt in ignorantia. Ubi autem abjectis his, ea-

*R. perferunt. T. perferent. P. profert enim ignis æternus.

*R. habens. Sic & P.

dem vobis placere cœperint, quæ Deo placent, & eadem diſplicere vobis; atque ea cœperitis velle, quæ vult Deus; tunc verè amici ejus dicemini.

XXIX. Sed fortaſſis aliqui ex vobis dicent; Nihil curæ eſt Deo de rebus humanis; & cujus ne ad notitiam quidem poſſumus pervenire, quo modo ad amicitias perveniemus? Quod Deus curam gerat humanarum rerum, ipſius mundi gubernatio teſtis eſt; cui ſol quotidie deſervit, cui imbres miniſtrant; cui fontes, flumina, ventique, & omnia famulantur elementa; quæ quantò potiora hominibus videntur, tantò curam Dei eſſe erga homines indicant. Niſi enim poteſtate Excelſi, numquam potiora inferioribus miniſtrarent: & per hoc non ſolùm curam Deus erga homines, ſed & grandem quamdam habere docetur affectum; quorum miniſterio tam præclara mancipavit elementa. Quòd autem etiam ad amicitias Dei perveniant homines, exemplo nobis ſunt hi quorum precibus tantùm indulſit, ut clauderet imbribus cœlum, cùm vellent, & rurſum, 3. Reg. 17. & 18.
cùm peterent, relaxaret: & multa alia voluntatem ſuam facientibus præſtitit, quæ non niſi Jac. 5. 17, 18.
amiciſſimis præſtarentur. Sed dices; Quid enim læditur Deus, ſi & iſta colantur à nobis? Si quis veſtrûm honorem patri debitum, à quo plurima beneficia conſecutus eſt, alii deferat; & alienum atque extraneum, quaſi patrem colat; non tibi videtur impius exſiſtere in patrem, & exhæredatione digniſſimus?

XXX. [23] Alii dicunt; Impium eſt ſi non colamus ea quæ nobis tradita ſunt à patribus noſtris, & religionem prævaricamur à majoribus datam. Hac ratione, ſi cujus pater latro fuit, aut ſi cujus leno; à patribus ſibi traditam conſuetudinem mutare non debet, nec ad meliorem viam à paternis erroribus revocari: & impium ducitur, ſi quis non cum parentibus peccet, * aut cum ipſis impius perſeveret. Alii dicunt; Non debemus moleſti eſſe Deo; & ipſum ſemper aut miſeriarum querelis, aut petitionum noſtrarum neceſſitatibus onerare. Quàm ſtulta & abſque omni ſale reſponſio! Moleſtum Deo putas, ſi ei pro beneficiis ſuis gratias agas; cui moleſtum non putas, ſi pro ipſius muneribus, lignis & lapidibus gratias referas? Et quo modo, cùm fortè imber longâ ſerenitate ſuſpenditur, omnes ad cœlum oculos tendimus, & ab omnipotente Deo pluviarum munera flagitamus; omneſque cum parvulis, ad Deum fuſis precibus, miſerationes ipſius exoramus? Sed revera ingratæ animæ cùm impetraverint, citò obliviſcuntur: collectis enim meſſibus aut vindemiis, continuò ad ſurda & muta ſimulacra primitias frugum deferunt; & pro his quæ Deus conceſſit, in templis aut lucis vota perſolvunt; & ibi ſacrificia Dæmoniis offerunt; atque acceptâ gratiâ, permutant gratiæ largitorem.

*T. R. alii; aut non

XXXI. Sed quidam dicunt; Hæc lætitiæ gratiâ, & ad relevandos animos inſtituta; & ad hoc inventa, ut humana mens aliquantulùm curis & mœroribus relaxetur. Videte quo modo ipſi accuſatores eſtis eorum quæ geritis. Si hæc levandi mœroris & lætitiæ capiendæ cauſsâ reperta ſunt, quo modo in lucis & ſylvis invocationes Dæmonum fiunt? quo modo inſani rotatus hominum, ſectioneſque membrorum, & abſci-

22. *Quas ipſi fortaſſe velint pariter cum corporibus ſuis finiri.*] Eleganter ut ſolet Minucius Felix; *Nec ignoro pleroſque conſcientiâ meritorum, nihil ſe eſſe poſt mortem magis optare quàm credere. Malunt enim extingui penitus, quàm ad ſupplicia reparari.* Ad quem locum doctus Interpres apponit conſimilem Hieroclis in Carmina Pythagorica. COTELERIUS.

23. *Alii dicunt; Impium eſt &c.*] Clementin. XI. 15. Videnda omnino Epiſtola S. Nili 32. libri 2. Ibid.

ſciſſiones verendorum? quo modo in his furor
rabidus concipitur? quo modo invitatur inſania?
quo modo mulieres ſparſis crinibus furibundæ ja-
ctantur? unde ſtridor & fremitus dentium? unde
mugitus cordis & viſcerum; & omnia illa quæ
vel ſimulata, vel etiam miniſterio Dæmonum
* Carm. ignorantiam. compaginata, ad terrorem ſtultorum & * igno-
rantium hominum proferuntur? Hæc levandi
animi gratiâ fiunt, an potius opprimendi? Non-
dum ſentitis neque intelligitis, latentis intra vos
ſerpentis hæc eſſe conſilia? qui vos per irrationa-
biles errorum ſuggeſtiones, à ratione veritatis ab-
ducit; ut vos libidinis & concupiſcentiæ, ac to-
tius dedecoris ſervos teneat ac miniſtros.

Clement. Hom. 11. c. 15. &c. Epit. c. 68. XXXII. Sed ego clarâ vos omnes prædica-
tionis voce conteſtor, quòd è contrario religio
Dei, ad ſobrietatem vos revocat & pudicitiam:
à luxuria ac furore jubet eſſe continentes; & per
patientiam ac manſuetudinem, reſecare lapſus ira-
cundiæ; propriis eſſe contentos; & virtute parſi-
moniæ, ne egeſtate quidem compulſos, aliena
diripere: ſed in omnibus ſervare juſtitiam; ab
Idolorum vos immolatione penitus removere:
per hæc enim invitatis Dæmones ad voſmetipſos,
& introeundi eis aditum ſponte præbetis; & ex
* Cand. R. clamoris hoc jam vel furoris cauſſas, vel illiciti * amoris
accipitis.

XXXIII. Hinc omnis impietatis origo de-
ſcendit; hinc homicidia, adulteria, furta; &
ſeminarium malorum omnium flagitiorumque
concipitur, dum profanis libaminibus & odori-
bus indulgetis, ac locum dominandi in vos & jus
quodammodo obtinendi malignis ſpiritibus datis.
Ingreſſi enim ſenſus veſtros, quid niſi quæ libi-
* Carm. incredulitatis. dinis, quæ injuſtitiæ, quæ * crudelitatis ſunt
operentur; & ad omnia vos, quibus ipſi dele-
ctantur, ſubigant obedire? permittente revera
hoc Deo pati vos ab eis, juſto quodam judicio;
ut ex ipſo dedecore actuum ſenſuumque veſtro-
rum, intelligatis quàm indignum ſit, Dæmoni-
bus & non Deo eſſe ſubjectos. Hinc & ad inde-
coros & fœdos actus per amicitias Dæmonum
pervenitur. Hinc uſque ad ipſius vitæ perniciem,
* S. accedi- vel per flammam libidinis * accenditur, vel per
tur. Carm. iracundiæ rabiem, aut nimietatem triſtitiæ perve-
attenditur. nitur; ut ſæpè notum eſt, etiam manus ſibi in-
tuliſſe nonnullos: quod, ut diximus, juſtâ qua-
dam Dei ſententiâ fieri ab his non prohibetur; ut
& quibus ſe ſubdiderint intelligant, & quem de-
ſeruerint recognoſcant.

XXXIV. Sed dicet aliquis; Paſſiones iſtæ in-
terdum accidunt etiam his qui Deum colunt.
Non eſt verum: etenim nos illum Dei dicimus
eſſe cultorem, qui voluntatem Dei facit, & Le-
Rom. 2. 28. gis præcepta cuſtodit. Apud Deum enim, non
Apoc. 2. 9. ille qui apud homines Judæus dicitur, Judæus
& 3. 9. eſt; neque qui Gentilis vocatur, ille Gentilis eſt:
ſed qui Deo credens Legem impleverit, ac vo-
Mat. 17. 20. luntatem ejus fecerit; etiamſi non ſit circumci-
Luc. 17. 6. ſus. Verus Dei cultor eſt is, qui non ſolùm
ipſe à paſſionibus liber eſt; verùm & alios ab eis
liberos reddit: etiamſi ſint ita graves, ut monti-
bus coæquentur; per fidem qua credit Deo, tranſ-
fert eas: ſed & montes verè cum arboribus ſuis,
ſi neceſſe ſit, per fidem transfert. Qui autem
videtur quidem colere Deum, ſed neque fide ple-
nâ, neque operibus mandatorum munitur, ſed
eſt peccator; pro peccatis locum dedit in ſemet-
ipſo paſſionibus, quæ ad pœnam peccantium con-
ſtitutæ ſunt à Deo; ut ab eis per illata ſupplicia,
exigant debita peccatorum, & purgatiores eos ad
judicium illud omnium generale perducant; ſi
tamen * caſtigationem eorum non deſerat fides. * Carm. caſtigatione
Nam infidelium caſtigatio in præſenti vita, * in- eorum non
dicium eſt, * quo alieni exſiſtere incipiunt à fu- deſerant
turis bonis: Deum verò colentium caſtigatio, fidem.
cùm pro peccatis quæ acciderint eis infertur, * S. T. R.
commiſſi ab eis exigit debitum: ut prævenientes judicium.
judicium, in præſenti ſæculo, peccati debitum Sic & Carm.
ſolvant; & liberentur vel ex parte media ab æter- & Cand.
nis, quæ illic præparatæ ſunt, pœnis. * Cand. P. R. quod

XXXV. Sed hæc ita eſſe non recipit, qui
non credit futurum eſſe judicium Dei; & ob hoc
præſentis ſæculi voluptatibus obligatus, ab æter-
nis excluditur bonis. Et ideo nos non negligi-
mus prædicare vobis, quæ ſaluti veſtræ ſcimus
eſſe neceſſaria; & qui ſit verus Dei cultus oſten-
dere; ut credentes Deo, per opera bona, poſſitis
unà nobiſcum futuri ſæculi hæredes exſiſtere.
Quòd ſi nondum apud vos certum eſt, vera eſſe
quæ dicimus; interim pro hoc primo non debe-
tis ægrè accipere & infeſti eſſe, quia quæ puta-
mus bona, hæc vobis adnunciamus; & quod * vo- * Carm. P.
bis ſalutare eſſe credimus, hoc etiam vobis con- & R. nobis.
ferre non invidemus; omni, ut dixi, ſtudio la-
borantes, quò cohæredes vos bonorum, quæ
ipſi nobis eventura credimus, * habeamus. U- * P. R. habeamini
trùm autem pro certo vera ſint quæ adnunciamus
vobis, non aliter ſcire poteritis, niſi ut obedientes
his quæ mandantur, ipſo rerum exitu, & beati-
tudinis certiſſimo fine doceamini.

XXXVI. Et ideo etiamſi latens intrinſecùs
ſerpens, ſenſus veſtros mille depravandi artibus
occupet, & impedimenta mille ſubjiciat, quibus
à ſalutari doctrinâ veſtrum declinet auditum; eò
magis obſiſtere ei debetis, & ſpretis ejus ſugge-
ſtionibus, ad audiendum à nobis verbum, ſuſci-
piendamque doctrinam frequentiùs convenire:
quia nemo poteſt diſcere aliquid, qui non doce-
tur. Cúmque hæc dixiſſet, juſſit ſibi eos qui Clement.
languoribus, vel Dæmonibus urgebantur, offer- Hom. 9.
ri; & impoſuit eis manus cum oratione; atque c. 23. Hom.
ita turbas dimiſit, admonens ut ad audiendum 10 c. 25.
verbum, diebus quibus * inibidem moraturus Epit. c. 66. 67.
eſſet, frequentarent. * Ideo ubi turbæ abſceſ- * S. T. inibi
ſêre, Petrus aquis quæ in horto fluebant, cor- demoraturus. Cand.
pus diluens, unà cum cæteris volentibus, humi ibi. Carm.
ſterni juſſit ſub arbore quadam, cujus umbra erat etiam ibi
plurima, & recumbere nos ſecundùm ordinem demoraturus.
apud Cæſaream ſtatutum, præcepit. Atque ita * S. T. R.
cibo ſumpto, Hebræorum ritu gratias agens Deo; alii: Igitur
quia adhuc aliquantulum diei ſupererat, jubet nos I. Epiphan.
de quibus velimus percontari. Cúmque eſſemus Hæreſ. 30.
omnes cum eo viginti, unicuique de quo quærere n. 23.
voluit explanavit; quorum ſingula quæque, li-
bellis comprehenſa, tibi ante jam miſi. Veſpere
autem jam facto, ingreſſi hoſpitium cum ipſo, ſuis
quique locis requievimus.

R E-

RECOGNITIONUM S. CLEMENTIS

LIBER SEXTUS.

I. UBi verò rareſcentibus tenebris primum dies cœpit proferre crepuſculum, Petrus orationis gratiâ hortum ingreſſus; exinde egrediens atque ingrediens, velut excuſare nobis videbatur, quòd tardiùs ſolito evigilans veniſſet ad nos. Aiebat ergo; Ubi veris tempus longiorem fecerit diem, neceſſe eſt ut nox brevior fiat: ſi quis ergo ſtudiorum cauſſâ, noctis aliquid occupare deſiderat; non in omni tempore eaſdem horas obſervare debet ad vigilandum; ſed eadem temporis ſpatia, ſive brevior ſive longior ſit nox, dormiendo * conſumere; & curare magnopere, ne præſumens ex his ſpatiis quæ habere ad ſtudendum ſolet, addat ſomno, & vigilandi tempus imminuat. Obſervandum namque & illud eſt, ne fortè ſi nondum decoctis cibis * interrumpantur ſomni, indigeſtum corpus adgravet mentem; & crudos adhuc exhalans ſpiritus, interiorem ſenſum confuſum reddat ac turbidum. Rectum ergo eſt, ut competenti etiam pars iſta quiete foveatur; quò poſſit, ſufficienter his quæ ſibi debentur corpus expletis, juſtum in reliquis menti exhibere miniſterium.

* Carn. conſumere eſcas.

* P.R. interrumpatur ſomnus

II. Et cùm hæc dixiſſet, plurimis jam conſueto in horti loco ad audiendum congregatis, proceſſit Petrus; & ſalutatis ex more turbis, dicere hoc modo cœpit: Quoniam quidem, ſicut terra, cultore neglecta, ſpinas & tribulos neceſſariò producit; ita ſenſus veſter, longi temporis incuriâ, multas & noxias opiniones rerum, & intelligentias falſæ ſcientiæ germinavit; opus eſt nunc multâ diligentiâ ad excolendum rus mentis veſtræ; ut id ſermo veritatis, qui eſt verus & diligens cordis colonus, aſſiduis excolat diſciplinis. Veſtrum ergo eſt præbere ei obedientiam, & occupationes ac ſollicitudines ſuperfluas amputare, ne bonum verbi ſemen enecet noxium germen. Poteſt enim fieri, ut multi temporis negligentiam, brevis & aſſidua reparet diligentia; incertum namque eſt uniuſcujuſque vitæ tempus; & ideo feſtinandum eſt ad ſalutem, ne fortè cunctantem mors repentina præveniat.

Clement. Hom. 11. c. 2. &c.

Pſeudo-Cl. Epiſt. 4. init.

III. Et ob hoc acriùs intendendum eſt, ut dum eſt temporis ſpatium, collecta malæ conſuetudinis vitia reſecentur. Quod non aliter facere poteritis, niſi ut iraſcamini quodammodo adversùm voſmetipſos, pro his quæ inutiliter geſſiſtis ac turpiter. Hæc enim eſt juſta & neceſſaria iracundia; quâ unuſquiſque in his, quibus erravit & perperam geſſit, * indignatur, & ſemetipſum incuſat: ex qua indignatione accenditur in nobis ignis quidam; qui velut agro ſterili immiſſus, conſumptis & excoctis radicibus peſſimæ * voluptatis, bono ſemini verbi Dei, fœcundiorem cordis præparat glebam. Puto autem quòd ſatis dignas habeatis cauſſas iracundiæ, ex quibus juſtiſſimus ignis iſte * coaleſcat; ſi conſideretis in quantos vos errores deduxit ignorantiæ malum, quantoſque lapſus & quanta præcipitia ad peccandum dedit, à quantis vos bonis abſtraxit, & in quæ præcipitavit mala; & quod eſt ſuper omnia gravius, quòd vos in futuro ſæculo æternis pœnis obnoxios fecit. Nonne pro his omnibus, ubi vobis veritatis lumen obfulſit, ignis juſtiſſimæ indignationis accenditur, & iracundiæ Deo placitæ intra vos conſurgit incendium? quo conſumatur, & radicitus intereat omne germen, ſi quod fortè intra vos malæ * concupiſcentiæ pullulavit.

Juſta iracundia.

* S. T. indignatur, ſemetipſum

* S. T. Pſeudo-Clem. voluntatis

* S. T. concaleſcat. Cand. R. caleſcat

* S. T. Pſeudo-Cl. conſcientiæ

IV. Unde & ipſe qui miſit nos; cùm veniſſet, & omnem mundum vidiſſet ad malitiam declinâſſe; non continuò pacem ei in erroribus poſito dedit, ne eum confirmaret in malis; ſed ignorantiæ ejus ruinis ſcientiam veritatis oppoſuit, ut * ſi fortè reſipiſcerent & lumen veritatis aſpicerent, deceptos ſe & in præcipitia erroris abſtractos meritò dolerent, & iracundiæ ſalutaris ignem adversùm deceptricem ſui conciperent ignorantiam. Ob hoc itaque dicebat; *Ignem veni mittere in * terram, [24] & quem volo ut accendatur.* Eſt ergo pugna quædam, quæ gerenda nobis eſt in hac vita: ſermo enim veritatis & ſcientiæ,

Clement. Hom. 11. c. 19. &c.

* S. T. alii & Pſeudo-Cl. ſi qui

Luc. 12. 49.

* S. T. Pſeudo Cl. *terram, quem*

24. *Et quàm volo ut accendatur.*] Hanc quippe lectionem Carmelitani Codicis, vel iſtam Candeleriani, *Et quid volo, ut accendatur*, prætulerim, ut cum Græco magis congruentes. Luc. XII. 49. Philaſtrius Hæreſi ult. *Ignem veni mittere in mundum, quàm volo ut accendatur ocius.* In Hilario ad Pſalmum 119. & Paulino Epiſtolâ 31. *Ignem veni mittere in terram, & quid volo ſi jam accenſus eſt?* Ex Hieronymo ſæpè; *Ignem veni mittere ſuper terram, & quàm volo ut ardeat.* vel *& quem volo ut ardeat*, vel *& quem volo ſemper ut ardeat.* Vulgata; *Ignem veni mittere in terram; & quid volo niſi ut accendatur?* Nec minor diverſitas apud Græcos: citantibus Methodio in Convivio Virginum Orat. 6. & Baſilio ad Eſaiæ IX. 19. καὶ τί θέλω: Marco Eremita de Baptiſmate, καὶ θέλω, ſicut in loco Methodii apud Photium Cod. 237. Macario Homiliâ 25. καὶ τί θέλω εἰ ἤδη ἀνήφθη. Origene in Philocaliæ capite 26. καὶ θέλω εἰ ἤδη. & ut videtur poſuiſſe Homil. 4. in Eſaiam & Homil. 5. in Ezechielem, καὶ θέλω ἤδη [illegible]: verſum enim prudens utrobique, *& utinam jam ardeat.* Baſilio denique ubi ſuprà, εἰ ἤδη [illegible]. Reliqua ex Interpretibus. Huc autem pertinet magna ſacrorum teſtimoniorum confuſio, facta tum per Marcionem apud Epiphanium in Hæreſi illius ſect. 5. ſic; [illegible] tum per ipſum Epiphanium Hæreſ. 69. ſect. 58 hoc modo; [illegible]. Quibus in locis duobus cernuntur veſtigia textuum permiſtorum, Lucæ XII. 49. 50. Matthæi XX. 22. Marci X. 38. Sed & non-

tiæ, neceſſariò ſeparat homines ab errore & ignorantiâ; ſicut ſæpè vidimus putrefactas & emortuas corporis carnes, à connexione viventium membrorum ferro ſecante ſeparari. Tale ergo aliquid eſt quod agit veritatis agnitio: neceſſe eſt enim, ut ſalutis cauſsâ filius, verbi gratiâ, qui ſermonem receperit veritatis, à parentibus ſeparetur incredulis: aut ſurſum, pater ſeparetur à filio, aut filia à matre. Et hoc modo inter propinquos & conſanguineos credentes atque incredulos, ſcientiæ & ignorantiæ, veritatiſque & erroris pugna conſurgit. Et ob hoc iterum dicebat qui nos miſit;

Matt. 10. 34. *Non veni pacem mittere in terram, ſed gladium.*

V. Quòd ſi dicit aliquis; Et quo modo juſtum videtur, * ſeparari à parentibus? Audi quo modo: quia ſi cum ipſis in errore permaneant; neque illis proderunt, & ipſi cum illis pariter interibunt. [25] Juſtum igitur, & valde juſtum eſt, ſeparari eum qui ſalvari vult, ab eo qui non vult. Sed & illud adverte, quia non ex illis qui rectius intelligunt, venit iſta ſeparatio; illi enim volunt eſſe pariter, & prodeſſe eis, & docere meliora: ſed eſt iſtud proprium ignorantiæ vitium, ut conſutantem ſe veritatis lucem non ferat habere de proximo; & ideo ex illis iſta naſcitur ſeparatio. Nam qui ſcientiam veritatis accipiunt; quia bonitatis plena eſt; tamquam à bono Deo * datam, cupiunt eam, ſi fieri poteſt, cum omnibus habere communem; etiam cum his qui oderunt eos & perſequuntur: ſciunt enim, quia peccari ipſorum cauſſa ignorantia eſt. Propterea denique ipſe Magiſter, cùm ab his qui ignorabant eum, duceretur ad crucem, orabat Patrem pro interfectoribus ſuis, & dicebat; *Pater, remitte eis peccatum; neſciunt enim * quid faciunt.* Imitantes quoque diſcipuli Magiſtrum, etiam ipſi cùm paterentur, ſimiliter pro interfectoribus ſuis orabant. Quòd ſi diſciplina nobis eſt, orare etiam pro interfectoribus & perſecutoribus noſtris; quo modo non etiam parentum & propinquorum perſecutiones ferre, & pro converſione eorum orare * debemus?

* S. T. R. alii & Pſeudo-Cl. ſeparari filios à
* S. T. data
Luc. 23. 34.
* C. C. quod
Act. 7. 60.
* S. T. Pſeudo-Cl. credimur.

VI. Tum deinde etiam illud diligentiùs conſideremus, quæ ſit nobis cauſſa parentes diligendi. Pro eo, inquit, quòd vitæ noſtræ * videntur auctores. Auctores quidem vitæ noſtræ parentes non ſunt, ſed miniſtri: non enim vitam præbent; ſed ingrediendi nobis ad hanc vitam exhibent miniſterium: auctor autem vitæ, unus & ſolus eſt Deus. Si ergo auctorem vitæ diligere voluerimus; illum nobis ſciamus eſſe diligendum. Sed illum, inquit, cognoſcere non potuimus; iſtos autem & novimus, & in affectu habemus. [26] Eſto, non potueris cognoſcere quid ſit Deus; quid tamen non ſit Deus, perfacilè ſcire potuiſti. Nam quo modo latére potuit hominem, quòd lignum, aut lapis, aut æs, vel alia hujuſmodi materia, Deus non ſit? Quòd ſi in his quæ facilè deprehendere potuiſtis, animum ad diſcutiendum noluiſtis intendere; certum eſt quia in agnitione Dei impediti eſtis, non impoſſibilitatis, ſed ignaviæ vitio: nam ſi voluiſſetis; ex his ipſis inutilibus ſimulacris, profectò accepiſſetis intelligentiæ viam.

Carm. credimus.
Parentes non auctores vitæ ſunt, ſed miniſtri.
* Cand. P. R. habentur

VII. Certum eſt enim quia per ferrum facta ſunt ſimulacra; ferrum verò per ignem confectum eſt; qui ignis aquâ exſtinguitur; aqua autem per ſpiritum movetur; ſpiritus autem à Deo initium habet: ſic enim dicit Moyſes Propheta; *In principio fecit Deus cœlum & terram; terra autem erat inviſibilis & incompoſita; & tenebræ erant ſuper abyſſum; & * ſpiritus Dei erat ſuper aquas:* [27] qui ſpiritus juſſu Dei, quaſi ipsâ Conditoris * manu, lucem ſeparavit à tenebris; & poſt illud inviſibile cœlum, iſtud viſibile produxit; ut ſuperiora quidem habitaculum faceret Angelis, inferiora verò hominibus. Propter te ergo Dei juſſu, aqua quæ erat ſuper faciem terræ, ſeceſſit; ut terra tibi produceret fructus: cui etiam humorum venas latenter inſeruit; ut tibi ex ea profluerent fontes, & flumina. Propter te producere juſſa eſt animantia, & omnia quæ tuo uſui voluntarique ſervirent. Aut non propter te venti ſpirant; ut ex ipſis concipiens fructus tibi terra parturiat? Non propter te imbres profluunt; & tempora viciſſitudines mutant? Non propter te ſol oritur, & occidit; & mutationes luna perpetitur? Propter te mare exhibet famulatum ſuum; ut tibi ingrato cuncta ſubjaceant. Nonne pro his omnibus, * iſta erit ultionis pœna; quia horum omnium largitorem, quem ante omnia & agnoſcere & venerari debuiſtis, ſolum præ cæteris ignorâſtis?

Gen. 1. 1. Citatur à Beda, de rat. tempor. 5.
* Carm. ſpiritus Domini ferebatur
* Cand. P. S. T. R. manum. Et ita Beda, ac Pſeudo-Clemens.
Propter hominem omnia creata ſunt.
* S. T. Raſſi & Pſeudo-Cl. juſta
* Cand. S. T. adhuc ad. R. ad hanc. Carm. ad intelligentiam Dei. P eoſdem vos ad hanc intelligentiam duco Pſeudo-Cl. adhuc in

VIII. Sed & nunc eiſdem vos * ad intelligentiam viis duco: videtis etenim quòd omnia gignuntur ex aquis; aquâ verò per Unigenitum ex initio facta eſt; [28] Unigeniti verò

---

nonnihil turbant Origenes, Ambroſius, Philaſtrius: dum à primo profertur Homil. 7. in Judicea; *Dicente Domino ad diſcipulos, Baptiſmum habeo baptizare* (l. *baptizari*) *quod vos neſcitis. Et quo modo urgeor, ut perficiatur.* à ſecundo ad Pſalm. CXVIII. 17. *Dicit Dominus Jeſus; Baptiſmo habeo baptizari, quod vos neſcitis.* à tertio in Hæreſi Novatianorum; *Audiant Salvatorem dicentem; Baptiſma habeo baptizari, & quam feſtino ſi ſciretis.* Scilicet ex Luc. XII. 50. *Baptiſma autem habeo baptizari, & quo modo coarctor uſque dum perficiatur!* βάπτισμα δὲ ἔχω βαπτισθῆναι, καὶ πῶς συνέχομαι ἕως οὗ τελεσθῇ; apud Irenæum lib. 1. cap. 18. *Aliud Baptiſma habeo baptizari, & valde propero ad illud.* καὶ ἄλλο βάπτισμα ἔχω βαπτισθῆναι, καὶ πάνυ ἐπείγομαι εἰς αὐτό. ac ea Johan. IV 32. *Ego cibum habeo manducare, quem vos neſcitis.* Conſultationum Zachæi Chriſtiani & Apollonii Philoſophi lib 2. cap. 18. Spicilegio 10. Acheriano; *Domino ad Apoſtolos ſic loquente:* Adhuc, inquit, habeo baptizari baptiſmate quod vos neſcitis. COT.

25. *Juſtum igitur, & valde juſtum eſt, ſeparari eum qui ſalvari vult, ab eo qui non vult.*] Non ſine felicitate nuper inveni ſic ſcriptum in Grimlaici Regula Solitariorum cap. 26. *Unde & Petrus Apoſtolus ait: Juſtum & valde juſtum eſt, ſeparari eum qui ſalvari vult, ab eo qui non vult.* Ibid.

26. *Eſto, non potueris cognoſcere quid ſit Deus; quid tamen non ſit Deus, perfacilè ſcire potuiſti.*] Eleganter ad rem magnus Athanaſius ferme principio Epiſtolæ ad Solitarios; [illegible] Ibid.

27. *Qui Spiritus juſſu Dei, quaſi ipſa Conditoris manu* (ita rectè etiam libri ſcripti. Clementinorum XI. 22. χειρὶ) *lucem ſeparavit à tenebris.* Mitius in Clementinis, [illegible] ſed fortè Rufinus legebat, [illegible] Apud Irenæum lib. 3. adverſus Hæreſes cap. 8. *Quoniam ipſe præcepit, & creata ſunt: ipſe dixit, & facta ſunt. Cui ergo præcepit? Verbo ſcilicet: per quod, inquit, cæli firmati ſunt, & Spiritu oris ejus omnis virtus eorum.* Idem legendus lib. 4. cap. 75. Libro autem 5. cap. 6. dicit; *Per manus enim Patris, id eſt, per Filium, & Spiritum, fit homo ſecundum ſimilitudinem Dei.* Sed memoriæ mandanda eſt Chryſoſtomi aurea obſervatio de Spiritu ſancto 1. Corinth. XII. 11. [illegible] *prout vult, non prout jubetur ac præcipitur.* Vide ſuprà. Ibid.

Pſalm 32. 9. 6.

28. *Unigeniti verò omnipotens Deus caput eſt.*] En verba Rufini Expoſitione in Symbolum Apoſtolorum; *Unicus ergo*

* Deeſt in S.T R. alii & Pſeudo-Clement.
Clement. Hom. 11. c. 24. &c. Epit. c. 17. &c.

verò omnipotens Deus capnt eſt; per qoem tali ordine, qoo ſuprà diximus, pervenitur ad Patrem: cùm autem perveneris * ad * Patrem; agnoſces hanc eſſe voluntatem ejus, ut [29] per aquas, quæ primæ creatæ ſunt, denuò renaſcaris. Qui enim regeneratus fuerit per aquam; bonis operibus adimpletis, hæres efficitur ejus à quo in incorruptione regeneratus eſt. Propter quod paratis animis accedite, quaſi filò ad patrem; ut peccata veſtra diluantur, & cauſſa eorum ſola ignorantia fuiſſe probetur apud Deum. Nam ſi poſt agnitionem horum, permanetis in incredulitate; vobis jam perditionis veſtræ cauſſa, & noo * ignorantiæ reputabitur. Nec putes quòd etiamſi omnem pietatem colas, omnemque juſtitiam; Baptiſmum verò noo accipias; ſpem poſſis habere apud Deum: imò potiùs majore pœnâ dignus erit, qui bona opera non bene operatur: confertur enim meritum homini ex bonis geſtis; ſed ſi ita geranrur, ſicut Dens jubet: Deus autem juſſit omnem colentem ſe, Baptiſmo conſignari: quòd ſi to reniteris, & tuæ voluntati magis quàm Dei obtemperas; contrarius ſine dubio & mimicus es voluntati ejus.

* Carm. cauſa ignorantia reputabitur.
Baptiſmus neceſſarius.

IX. Sed dices fortaſſe; Qnid confert aqoæ Baptiſmus ad Dei culrum? Primò quidem, quia quod Deo placuit impletur: ſecundò, quia regeneratu ex aquis, & Deo renato, fragilitas prioris nativitatis, qnæ tibi per homioem facta eſt, amputatur; & ita demom pervenire poteris ad ſalutem: aliter verò impoſſibile eſt. Sic enim nobis cum ſacramento verus Propheta teſtatus eſt, dicens; *Amen dico vobis; niſi quis * denuò renatus fuerit ex * aqua, non introibit in * regna cælorum.* Et ideo accelerate: eſt enim in aqnis iſtis, * miſericordiæ vis quædam; quæ ex initio ferebatur ſuper eas, & agnoſcit eos qui baptizanrur ſub appellatione triplicis ſacramenti, & eripit eos de ſupplicus * futuris; quaſi donum quoddam offerens Deo animas per Baptiſmum conſecraras. Confugite ergo ad aquas iſtas; ſolæ ſnot enim quæ poſſint vim ſoturi ignis exſtinguere: ad quas qni moratur accedere, conſtat in eo inſidelitatis adhuc Idolum permanere; & ab ipſo prohiberi ad aquas, qoæ ſalutem conſèrunt, properare. Sive enim juſtus ſis, ſive injuſtus; Baptiſmus tibl per omnia neceſſariua eſt: juſto quidem, ot adimpleatur in eo perfectio, & regeneretur Deo; injuſto veſò, ot peccatorum quæ geſſit in ignorantia, remiſſio concedator. Omnibua ergo feſtinandum eſt ſine mora renaſci Deo; quia incertus eſt uniuſcujuſque exitus vitæ.

Joh. 3. 5.
* Carm. S.T. Pſeudo Cl.
* P. demo natus.
aqua viva
* Cand. P.R. Pſeudo-Cl. regnum
* S. T. Pſcudo Cl. miſericordia ejus quædam
Gen. 1. 2.
* R. æternis

X. Cùm autem regeneratus fueris per aqoam, ex operibus bonis oſtende in te ſimilitudinem ejus, qni te gennit pstris. Agnoviſti enim Deum, honora patrem: honor autem ejus eſt, ut ita vivas, ſicnt ipſe vult: vult autem ita vivere; ut homicidium, adulterium neſcias; odium, avsritiam ſogias; iram, ſuperbiam, jactantism reſpuas; & exſecreris invidism; cæteraque his ſimilia penitus à re ducas aliena. Eſt ſanè propria quædam noſtræ religionis obſervantia; quæ noo tam imponitur hominibus, quàm propriè ab unoquoque Deum colente, cauſsâ puritatis expetitur. Caſtimoniæ dico * cauſſa: cujus ſpecies multæ ſunt; ſed primò ut obſervet unuſquiſque, ne menſtruatæ mulieri miſceator: hoc enim exſecrabile ducit Lex Dei. Qnod etſi Lex de his non admonuiſſet, nos ut esnthari libenter * volveremur in ſtercore? Debemus ampliùs aliquid habere animalibus; utpote rationabiles homines, & cœleſtium ſenſuum capaces; quibus ſummi ſtudii eſſe debet, ab omni inquinamento cordis, conſcientism cuſtodire.

Epit. c. 68. &c.
Caſtimonia.
* S. T. alii & Pſeudo-Cl. cautela
Levit. 18. 19.
* S. T. non volveremur. Cand. num volveremur.

XI. Bonum eſt autem & puritati conveniens, etiam corpos aquâ diluere. Bonum verò dico; non qoaſi principale illud, in quo mens purificatur, ſed qoòd ſequela ſit illius boni hoc in quo caro diluitur. Sic enim & Magiſter noſter quoſdam Phariſæorum & Scribarum, qoi videbantur eſſe cæteris meliores, & à vulgo ſeparati, increpabat; dicens eos hypocritas, quia ea ſolùm quæ hominibus videbantur purificabant; corda verò, quæ ſolus Deus aſpicit, inquinata relinqoebant & ſordida. Ad quoſdam ergo ex ipſis, oon ad omnes dicebat; *Væ vobis Scribæ & Phariſæi hypocritæ; quia mundatis calicis & paropſidis quod deforis eſt, intùs autem plena ſunt ſordibus. Phariſæe cæce, * emunda priùs quod intus eſt, & quod deforis eſt erit mundum.* Verè enim ſi meos mundetur luce ſcientiæ; cùm ipſa fuerit muoda ac ſplendida, tuoc etiam ejus qui deforis eſt hominis, ipſa neceſſario curam gerit; id eſt carnis ſoæ, ut & ipſa purificetur. Ubi autem iſta quæ deforis eſt purificstio carnis negligitur, certum eſt ibi neque de puritate mentis ac munditiâ cordis curam geri. Ita ergo ſit, ot is quidem qni intrinſecùs mundus eſt, mnndetur ſine dubio & extrinſecùs: oon ſemper autem is qui mundatur extrinſecùs, etiam intrinſecùs mondus eſt; videlicet cùm agit hæc, ot hominibus placeat.

Clement. Hom. 11. c. 29. &c.
Matt. 23. 25.
* S.T. Carm. Pſeudo Cl. munda.

XII. Sed & illa ſpecies caſtimoniæ obſervanda eſt; nt ne paſſim & libidinis ſolius cauſsâ ſeminis coëatur, ſed poſteritatis reparandæ gratiâ. Qnæ obſervantia cùm in nonoullis etiam pecudibus inveniatur, pudoris eſt ſi oon ab hominibus rationabilibus & Deum colentibus obſervetur. In tantum autem caſtimonia, vetum Dei cultum tenentibus, per has quas ſuprà diximus, aliaſqoe * horum ſimiles ſpecies, cooſervanda eſt; ut etiam apod

* Carm. harum.

---

ergo Filius eſt: & cùm ſit gloriâ, ſempiternitate, virtute, regno, poteſtate, hoc quod Pater eſt; omnia tamen hæc non ſine auctore, ſicut Pater, ſed ex Patre tamquam Filius, ſine initio & æqualis habet; & cum ipſe ſit omnium caput, ipſius tamen
1. Cor. 11. 3. *caput eſt Pater. Sic enim ſcriptum eſt; quia caput Chriſti Deus.* Prudenter tamen monemur à S. Ambroſio lib. 4. de fide cap. 2. non dixiſſe Apoſtolum, *Caput Chriſti*, Pater. ſed, *Caput Chriſti*, *Deus*. Conſulantur Interpretes ad locum Apoſtoli, itemque S. Baſilius in Pſalm. XXVIII. 6. COT.

29. *Per aquas quæ primæ creatæ ſunt.*] & paullò ante, *Omnia gignuntur ex aquis.* Clement. XI. 24. [illegible Greek] Equidem Ebionitæ Recognitionum corruptores, ab Epiphanio p. 33. aquam pro Deo coluiſſe dicuntur. De Sampſæis verò ſeu Elceſæis, quæ eadem Hæreſis eſt, idem Pater ſcribit p. 461. [illegible Greek] Hinc Hydrotheitæ, aquam minimè factam putantes: quam creavit Deus in principio unà cum cœlo & terra, & ut loquuntur Optatus lib. 6. atque Ambroſius in Lucæ caput 22. ante mundi natalem, hoc eſt, ante mundum ordine diſpoſitum, phraſi Tertullianeâ, ante mundi ſuggeſtum. Cyrillus Hieroſolymitanus Catecheſi 3. [illegible Greek] Lege Auguſtinum lib. 1. de Geneſi ad litteram cap. 13. Ibid.

30. Vi-

apud eos qui à Diabolo adhuc in erroribus detinentur, adtentiùs obſervetur: eſt enim apud illos nonnulla obſervantia caſtimoniæ. Quid ergo; quod errantes cuſtodiebatis, hoc non obſervabitis emendati?

XIII. Sed fortaſſe, dicet aliquis veſtrûm; Oportet ergo nos omnia, quæ fecimus dum coleremus Idola, cuſtodira? Non omnia; ſed quæcumque bene fiebant, hæc etiam nunc convenit * obſervari: quia ſi quid rectè fit ab his qui in errore ſunt, certum eſt id à veritate ſumptum. Quia & ſi quid in vera religione non rectè fit, non eſt dubium quin ab errore mutuatum ſit: bonum namque, etiamſi ab errantibus geſtum fuerit, bonum eſt; & malum, etiamſi ab his qui veritatem ſequuntur geſtum fuerit, malum eſt. Aut numquid ita deſipiemus, ut ſi videamus eum qui Idola colit, eſſe ſobrium; nos qui * Deum colimus, ſobrii eſſe recuſemus; ne eadem facere, quæ ille qui colit Idola, videamur? Non ita eſt: ſed ſit nobis ſtudium, ut ſi illi qui errant, homicidium non faciant; nos, ne iraſcamur quidem: & ſi illi adulterium non admittunt; nos, ne concupiſcamus quidem alienam mulierem: ſi illi amant proximos luos; nos, diligamus etiam inimicos noſtros: ſi illi mutuo dant his, qui habent unde reddant; nos, etiam his demus à quibus recipere non ſperamus. Et per omnia nos qui æterni ſæculi hæreditatem ſperamus, debemus præcellere eos qni præſens tantùm ſæculum nôrunt: ſcientes quia ſi opera illorum noſtris operibus collata in die judicii, ſimilia inveniantur ac paria; confuſio nobis erit; quòd æquales invenimur in operibus, his qui propter ignorantiam condemnantur, & nullam ſpem futuri ſæculi habuerunt.

* P. T. R. obſervare
Veritas.
Error.
Bonum.
Malum.
Pſeudo-Cl. Epiſt. 3. ſub fin.
* S. T. non
Mat. 5.
Luc. 6.

XIV. Et verè digna confuſio eſt, ubi nihil ampliùs geſſimus ab his, quibus ampliùs intelleximus. Quòd ſi confuſio nobis erit, æquales eis inveniri in operibus bonis; quid erit nobis, ſi inferiores nos ac deteriores examinatio futura reperiat? Audite ergo quo modo de his nos ipſe verus Propheta docuerit: ad eos enim qui negligunt audire verba ſapientiæ, ita ait; *Regina Auſtri ſurget in judicio cum generatione hac, & condemnabit eam; quia venit à finibus terræ, audire ſapientiam Salomonis; & ecce pluſquam Salomon hic, & non audiunt.* Ad eos verò qui de malis actibus gerere pœnitentiam detrectabant, ita ait; *Viri Ninevitæ ſurgent in judicio cum generatione hac, & condemnabunt eam; quia pœnitentiam egerunt in prædicatione Jonæ; & ecce plus quam Jona hic.* Vides ergo quo modo eos qui erudiebantur ex Lege, adductis ad exemplum illis qui ex Gentili ignorantia veniebant, & oſtendens eos nec illis æquales eſſe qui in errore poſiti videbantur, ex ipſa tantùm comparatione condemnat. Ex quibus omnibns ſermo quem propoſuimus adprobatur; nt caſtimonia, qnæ aliquatenus etiam ab his qui in errore ſunt poſiti cuſtoditur, multò puriùs & adtentiùs per ſingulas quaſque, ſicut ſuprà oſtendimus, ſpecies à nobis qui veritatem ſequimur teneatur; eò magis, quò apud nos obſervantiæ ejus præmia æterna poſita ſunt. *

Mat. 12. 42.
Luc. 11. 32.

XV. Hæc & his ſimilia cùm dixiſſet, turbas dimiſit; & ex more cum familiaribus ſuis cibo ſumpto, quievit. Hoc autem modo per tres continuos menſes, cùm verbum Dei doceret, & plurimos converteret ad fidem; ad ultimum jejunare me juſſit; & poſt jejunium, in fontibus qui contigui habentur mari, perennis aquæ mihi Baptiſmum dedit. Cúmque pro regenerationis gratia divinitus mihi collata, feriari cum fratribus & * laicis * læti egiſſemus; Petrus eos qui ad præcedendum fuerant ordinati, proficiſci Antiochiam jubet; atque ibi tres alios exſpectare menſes: quibus profectis, ipſe eos qui fidem Domini plenè receperant, deducens ad fontes, quos mari contiguos ſuprà diximus, baptizavit, & Euchariſtiam frangens cum eis, Meronem qui eum hoſpitio receperat, perfectum jam in omnibus, conſtituit eis Epiſcopum; & duodecim cum eo Presbyteros, ſimulque Diaconos ordinat. Inſtituit etiam ordioem Viduarum; atque * omnia Eccleſiæ miniſteria diſponit; univerſoſque admonet, Maroni Epiſcopo, * in omnibus quæ præciperet, obedire. Et ita cunctis competenter diſpoſitis; cùm trium menſium tempus fuiſſet expletum, valedicentes his qui erant apud Tripolim, Antiochiam proficiſcimur.

Clement. Hom. 11. c. 35. Epit. c. 69.
* S. T. lætitiam R. & alii: & læti
* *al.* omni
* *In T.* præpon. ſicut ſibi
Pſeudo-Abdias, lib. 1. poſt med.

RECOGNITIONUM S. CLEMENTIS

LIBER SEPTIMUS.

Clement. Hom. 12. c. 1. &c. Epit. c. 70. &c.

I. EGRESSI tandem etiam Tripolim Phœnices urbem, primam in Ortoſiade, haud procul à Tripoli, facimus manſionem: ubi ſequenti quoque die remorati; quia omnes pæne qui Domino crediderant, dum divelli à Petro nequeunt, illò uſque ſecuti ſunt: inde Antaradum venimus. Sed quòd multi nos comitarentur, ait Petrus ad Nicetam, ſimul atque Aquilam; Quoniam quidem plurimæ fratrum turbæ nobiſcum ſunt, & ingredientes ſingulas quaſque urbes, non parum invidiæ contrahimus; videtur mihi providendum, ut neque ipſis ingratum ſit, ſi prohibeantur ſequi, neque nobis pompæ alicujus excitet Malignus invidiam. Cenſeo itaque te Nicetam, atque Aquilam præcedere nos cum ipſis: ita ut etiam vos in duas partes diviſam multitudinem ducatis; ut ſparſim magis quàm ſub una congregatione iter agentes, ſingulas quaſque introëamus Gentium civitates.

II. Scio autem quia triſte vobis videtur, quòd videmini à me, duorum ſaltem dierum ſpatio ſeparari: credite mihi, quia quâ menſurâ diligitis me, decuplo amplior mihi quoque erga vos affectus eſt: ſed ſi pro affectu quem adinvicem gerimus, non faciamus quæ convenientia & honeſta ſunt; irrationabilis hujuſmodi amor videbitur. Et ideo nequaquam titulo caritatis imminuto, quæ utilia videntur ac neceſſaria procuremus; maximè cùm nullus dies poſſit intercedere, quo non diſputationibus meis intereſſe poſſitis. Per ſingulas enim quaſque nobiliores provinciarum civitates, propoſui, ſicut etiam vos (• S.T.R. & alii: ternos) ſcitis, * tres * uos docendi gratiâ reſidere menſes. Nunc ergo Laodiciam, quæ eſt urbs proxima, præcedite me; & ego poſt biduum aut triduum, quantùm ad propoſitum meum ſpectat, inſequar vos. Opperimini autem me ad proximum portæ civitatis ſtabulum: & inde iterum ſimiliter, cùm dies ibi aliquot tranſegerimus, præcedetis me ad ulteriores civitates: & hoc vos facere per ſingulas cupio, declinandæ (• S.T.R. & alii: nobis) quantum in * vobis eſt, invidiæ gratiâ; & ut fratres qui nobiſcum ſunt, veſtri providentiâ, per ſingulas civitates parata invenientes hoſpitia, minùs vagari videantur.

III. Hæc dicente Petro, neceſſariò acquieſcunt, dicentes; Non valde nos contriſtat hoc (• Cand. S.T. quod. P. quia.) agere * quæ à te jubemur; quia omnia & bene agere, & bene conſulere, per Chriſti providentiam electus es: ſed & unâ die, aut ſi multùm biduo, quamvis grande ſit, in hoc omni ſpatio non videre Dominum noſtrum Petrum, tamen tolerabile eſt. Conſideramus enim quid patiantur illi duodecim fratres noſtri, qui præcedunt nos, & menſem pæne integrum ex tribus menſibus, quibus per unamquamque urbem * reſides, tanto bono auditûs tui viſioniſque (• Carm. P. T. R. reſideas) fraudantur. Ut ergo jubes, quia rectè omnia jubes, agere non morabimur. Et bis dictis, præceſſêre; acceptis mandatis, ut extra urbem alloquerentur fratres qui ſecum iter agebant, ne conſtipati & quaſi cum tumultu, ſed ſparſim & in binos diviſi, ingrediantur civitates. (l. Luc. 10. 1.)

IV. [10] Verùm ubi illi profecti ſunt, ego Clemens valde gaviſus ſum, quòd me ſecum eſſe fecit; & aio ad eum; Deo gratias ago, quòd me non præmiſiſti cum aliis; nam triſtitiâ interiiſſem. Tum Petrus: Et quid fiet, inquit, ſi neceſſitas exegerit * mittere aliquò doctrinæ gratiâ; ſeparatus à me pro utilitate, morieris? nec tibimetipſi imperabis ferre patienter quæ neceſſitas impoſuerit? (• S. T. R. mitti te. Sic & Carm. & P.) Aut ignoras, quia amici ſemper ſimul ſunt; & licèt corporibus ſeparentur, memoriâ tamen junguntur? ſicut è contrario nonnulli corporibus unà poſiti, animis dividuntur. (Amich.)

V. Et ego reſpondi; Non putes, mi Domine, hæc me irrationabiliter pati; ſed certa & cauſſa & ratio eſt, hujus erga te affectûs mei. Te enim ſolum pro omnibus meis affectibus habeo; pro patre, pro matre, pro fratribus: ſuper hæc autem omnia eſt, quòd mihi ſalutis cauſſa, & agnoſcendæ veritatis tu ſolus exſiſtis. Sed & illud non mihi in poſtremo habetur loco, quòd juvenilis ætas quæ in me eſt, concupiſcentiarum inſidiis ſubjacet; & vereor eſſe ſine te, cujus ſolam præſentiam omnis luxuria, quamvis ratione careat, erubeſcit. Licèt confidam de miſericordia Dei; quòd etiam ſenſus meus, ex his quæ per doctrinam tuam concepit, aliud jam aliquid ad cogitationem recipere non poſſit. Præterea memini te apud Cæſaream dixiſſe; ut ſi quis vult me ſalvâ pietate comitari, comitetur. (Lib. 3. c. 72.) Salvâ autem pietate dicebas; ut neminem contriſtaret, cui ſecundùm Deum deberet adhærere: verbi gratiâ, ne uxorem fidelem relinqueret, vel parentes, vel alias hujuſcemodi perſonas; à quibus ego valde liber ſum, & ideo aptus ad ſequendum te: atque utinam mihi concedas, ut tibi etiam ſervi miniſterium exhibeam.

VI. Tum Petrus ad hæc ridens, ait; Et quid putas Clemens, quòd non te ipſa neceſſitas mihi faciat ſervum? Nam quis mihi poterit alius ſternere ſindones, & ſtragula pulcra componere? Quis ſervare anulos, & [11] indumenta, quæ aſſiduè

10. *Verùm &c.*] Præponuntur in Codice PP. Carmelitarum hæc intruſa; *In oct.* (pro *ſept.*) *ſancti Clementis. Ego Clemens dum eſſem cum beatiſſimo Petro Apoſtolo quodam die dixi ad eum; Gratias ago Deo, quòd me non permittas ſeparari à te; nam triſtitiâ interiiſſem.* COT.

11. *Indumenta, quæ aſſiduè mutare debeam.*] [illegible]

*S. T. præſtabit

duè mutare debeam, * præparabit? Quis etiam cocis imperabit; & diverſa atque electa pulmenta providebit, quæ arte ſcitiſſima & varia præparentur; & omnia illa, quæ hominibus molliter inſtitutis, imò potiùs cupiditati eorum, velut immaniſſimæ cuidam beſtiæ, injuſtis quæſita ſumptibus, convectantur? Sed fortaſſe quamvis mecum poſitus videaris, non agnoveris vitam meam: [32] panis mihi ſolus cum olivis, & raró etiam cum oleribus in uſu eſt: indumentum autem hoc eſt mihi quod vides, tunica cum pallio: & hæc habens, aliud nihil requiro; hoc mihi ſufficit; quia mens mea non ad hæc præſentia, ſed ad illa quæ æterna ſunt aſpicit; & ideo nihil me rerum præſentium, viſibiliumque delectat. Unde tuum quidem erga me bonum animum amplector & miror; ac te magis laudo, quo modo cùm ſis vir ex conſuetudine multæ abundantiæ veniens, tam citò transferre & aptare te potueris ad hanc vitam noſtram, quæ ſolis neceſſariis utitur. Nos enim à puero; id eſt, ego & frater germanus meus Andreas, non ſolùm orphani, ſed & valde pauperes crevimus; & neceſſitate, operarii eſſe conſuevimus: unde & nunc facilè vexationes itinerum ferimus. Sed potiùs, ſi mihi acquieſceres & permitteres, ego magis, homo operarius, faciliùs tibi poſſem ſervi implere miniſterium.

Petri frugalitas. — I. Epiphan. Hær. 30. n. 15. — *Petrus, & Andreas.*

VII. At ego hæc audiens, contremui; & lacrymæ mihi continuò proruperunt, quòd talem mihi ſermonem dixerit vir tantus, quo omnis mundus habetur inferior. Tum ille lacrymantem me videns, cauſſam percontatur. Cui ego reſpondi; Quid tantum in te peccavi, ut me tali ſermone onerares? Et Petrus: Si malum eſt, inquit, quod dixi, ut ſerviam tibi; tu prior peccâſti, hoc mihi dicendo. Et ego: Non eſt, inquam, ſimile: me enim decet hoc tibi facere; tu autem, qui Dei ſummi præco ad ſalvandas animas hominum miſſus es, grave eſt ut hoc mihi dicas. Et Petrus: Acquieſcerem tibi, inquit, niſi Dominus noſter, qui ad ſalutem totius mundi venit, & qui erat omni creaturâ nobilior, ſervire paſſus eſſet; ut nos ſuaderet, non erubeſcere fratribus noſtris ſervorum exhibere miniſterium. Tum ego: Si puto, quòd poſſim te vincere, valde ſtultus ſum: verumtamen ago gratias providentiæ Dei, quòd parentum loco habere te merui.

Mat. 20. 28.

VIII. Tum Petrus: Nemo enim, inquit, verè ex genere tibi ſupereſt? Reſpondi; Sunt quidem multi potentes viri [33] ex Cæſaris proſapia venientes: nam patri, utpote propinquo ſuo, & unà educato, nobilis adæquè familiæ Cæſar ipſe junxit uxorem; ex qua duos geminos ante me filios ſuſcepit, [34] non valde, ut aiebat pater ſibi invicem ſimiles; ego enim eos non adeò ſciebam. Sed ne matris quidem valde memor ſum; ſed quaſi per ſomnium, ita tenuiter vultûs ejus ſpeciem recolo. Mater ergo mea Matthidia, pater [35] Fauſtinianus vocitatus eſt; fratrum autem meorum alter Fauſtinus, alter Fauſtus dicebatur. Interea, cùm ego quinque vixdum eſſem annorum; mater, ſicut à patre didici, ſomnium vidit, quo moneretur, niſi cum duobus filiis ſuis geminis confeſtim urbem fuiſſet egreſſa, & abfuiſſet annis decem, ipſam pariter cum liberis interitu exitiabili perituram.

Clementis proſapia.

IX. Tum pater, qui tenerè diligeret filios; adjunctis ſervis & ancillis, ac ſumptibus ſufficienter præbitis, navi impoſitos cum matre filios, Athenas mittit erudiendos; me ſibi ſolum filium ad ſolatium retinens; & in hoc quidem [36] gratias agens, quia non etiam me imperavit ſomnium pariter cum matre diſcedere. Anno autem completo, pater miſit ad eos Athenas, homines & ſumptus; ſcire ſimul cupiens quid agant: nec tamen redeunt qui miſſi ſunt. Tertio rurſus anno, mœſtiſſimus pater mittit alios cum pecuniis; qui quarto anno regreſſi, nunciant neque matrem ſe, neque fratres vidiſſe; ſed neque Athenas eos omnino perveniſſe; neque uſquam alicujus ſaltem qui cum ipſis fuerant, veſtigium repertum.

X. Pater hæc audiens, & multâ triſtitiâ obſtupefactus, neſciens quò tenderet, aut ubi quæreret;

---

fortè aut [illegible], non [illegible], [illegible]. Clementin. XII. 6. Epit. 74. COT.

32. *Panis mihi ſolus cum olivis, & rarò etiam cum oleribus in uſu eſt.*] Ob conſimilem pariterque Apocryphum locum neſcio quem, Petro victus è lupinis tribuitur per Gregorium Nazianzenum, Carmine 15. [Greek illegible] & Oratione 16. [Greek illegible]. Ubi cur Nicetas [Greek illegible], nummulum, emendis lupinis vilis pretii mercimonio idoneum, meritatur decem nummis, quot [Greek illegible] leguntur aſſignata [Greek illegible]. Id verò clam me eſt. [Greek illegible], inquit, [Greek illegible], (Al. [Greek illegible]) [Greek illegible]. (vel [Greek illegible]) [Greek illegible]. Habet tamen forſan adſtipulatores nonnullos, in Catena, Matt. X. 29. dum [Greek illegible] Decalogum allegoricè interpretantur. A Gregorio diſſentire videtur Epiphanius Hæreſi 30 cap. 15. ac exiſtimare abſtinentiam Petri ab animatis & carne, figmentum eſſe Ebioniticarum, qui Periodos Petri depravârint. Atque hanc ſententiam aliquantum fortaſſis adjuvant quæ hic habentur lib. 8. cap. 48. lib. 9. cap. 6. & 20. Potuit nihilominus Apoſtolorum princeps carnibus animantium non veſci, inſtar Matthæi in Clemente Alexandrino Pædagogi 2. cap. 1. & inſtar Jacobi Juſti apud Euſebium Hiſtor. II. 23. Epiphanium Hæreſ. 78. n. 13. Hieronymum in Catalogo, ex Hegeſippo. Eſt quippe præter Ebioniticam aliorumque Hæreticorum, immo Pythagoræ abſtinentiam, ſuperbam, ſuperſtitioſam, Deo quaſi malorum auctori injurioſam, animæ ut in beſtiarum corpora devolubili contumelioſam, alia abſtinentia, pia, Chriſtiana, humilis, non Deo aut creaturis ſed concupiſcentiæ inimica. Ibid.

33. *Ex Cæſaris proſapia* &c.] Tiberii. Clementin. IV. 7. Epit. cap. 46. & 145. Hinc, hoc eſt ex Apocryphis & incertis, Clemens Eucherio ad Valerianum ſcribenti dicitur, *vetuſtâ proſapiâ Senatorum*, *atque etiam ex ſtirpe Cæſarum*. Conſentit Anonymus qui de certaminibus, peregrinationibus, vita & morte Petri & Pauli ſcripſit, citatus à Patricio Junio, in Clementinam Epiſtolam ad Corinthios, nec non Nicephorus lib. 2. cap. 35. & lib. 3. cap. 18. Sed fabulam produnt nomina Matthidiæ, Fauſti, Fauſtini, Fauſtiniani, quæ otioſi nugatoris ſomnium magis reſipiunt, quàm Cæſaream Romanamque nobilitatem, niſi ego fallor. Fundus fabulæ, Flavius Clemens Conſul patruelis Domitiani omnium non notus. Cui ſi Clemens noſter genere fuit conjunctus, cognatus erat Domitiani, non Tiberii. *In Bernardo Serm. de Clemente; *Acceperat B. Clemens nobile genus, amplas poſſeſſiones*, &c. Ibid.

34. *Non valde ſibi invicem ſimiles.*] Nulla varietas in Codicibus manu exaratis. quod mirum eſt, cùm Græca Clementinorum ac Epitomes contrarium planè habeant; & quidem eò probabilius, quò res eſt memoratu dignior, magna ſimilitudo gemellorum, quàm paullula. Ibid.

35. *Pater Fauſtinianus vocitatus eſt: fratrum autem meorum alter Fauſtinus, alter Fauſtus dicebatur.*] Ex ſimilitudine nominum originem ſumpſit diſſimilitudo ſcripturarum. Siquidem Græcè, ut & apud Nicephorum, Φαῦϛος. Φαυϛῖνος & Φαυϛινιανὸς ſunt pater cum duobus liberis Niceta & Aquila. Tantùm Clementinorum XIII. 21. Fauſtini nomen Aquilæ datur; itemque in Pſeudo-Abdia. At Rufinus Interpres fictitiam gradationem invertit, ab incremento nempe ad decrementum, faciendo Fauſtinianum, Fauſtinum, & Fauſtum ex Fauſto, Fauſtino & Fauſtiniano. Denique pater Cedreno, atque Monacho Altiſſiodorenſi Scriptori Chronologiæ eſt Fauſtus, Auctori Libri Pontificalis & falſo Abdiæ Fauſtinus; Nicetam verò idem impoſtor Fauſtum appellat. Ibid.

36. *Gratias agens.*] Legebat, [Greek illegible], pro [Greek illegible]. Ibid.

37. *In*

ret; unà mecum deſcendit ad portum; & requirere à nautis cœpit, ſicubi aliquis eorum * vidiſſet aliquando ante quatuor annos corpus mulieris cum duobus parvulis ejectum. Cùm multi multa dicerent, nec aliquid nobis rati eluceſceret, tam immenſum pelagus perſcrutantibus; pro multo tamen affectu pater, quem erga ſuos gerebat, paſcebatur vanis ſpebus; donec viſum eſt ei, ut me ſub procuratoribus ordinatum Romæ relinqueret; annorum cùm eſſem duodecim; & ipſe pergeret ad requirendum: flens itaque deſcendit ad portum, & navem conſcendens * profectus eſt. Ex eo uſque in hodiernum, neque literas ejus accepi, neque ſi vivat, aut defunctus ſit novi. Sed magis ſuſpicor, quia & ipſe obierit, aut triſtitiâ victus; aut naufragio: anni etenim viginti elapſi ſunt, quibus hæc geruntur; & ne nuncius quidem de eo ad me aliquis venit.

* S.T.R. & alii: vidiſſet aut audiſſet

* Carm. proſequutus eſt.

XI. Petrus hæc audiens, ex affectu lacrymas fudit; & ad eos qui aderant, familiares ait; Hæc ſi quis in Dei cultu poſitus pertuliſſet, quæ hujus pertulit pater; ſtatim homines religioni adſcriberent ærumnarum cauſſam: quæ cum accidunt miſeris Gentilibus, malorum cauſſam fato adſcribunt. Miſeros autem dico eos, quia & hic vexantur erroribus, & ab ſpe futurâ fraudantur: Dei enim cultores cùm hæc patiuntur, ad purgationem peccatorum cedit eis, quod perferunt patienter.

Pſeudo-Abd. lib. 2. poſt med.

XII. Poſt hæc dicta, unus ex adſtantibus Petrum rogare cœpit, ut die craſtinâ maturiùs [37] ad inſulam proximam, quæ ſex non ampliùs ſtadiis aberat, * Aradum nomine, pergeremus; videndi in eâ gratiâ mirum aliquod opus, columnas * vitreas magnitudinis immenſæ: cui Petrus, ut erat clementiſſimus, acquieſcit; ſed monuit nos, cùm navem deſcendiſſemus, non unà omnes concurrere ad videndum. Nolo enim, inquit, notari vos à turba. Cùm ergo die poſterâ, navi ſub momento horæ veniſſemus ad inſulam; continuò ad locum, in quo erant columnæ mirabiles, properamus. Erant autem in æde quadam poſitæ, in qua Phidiæ opera * permagnifica habebantur; quibus intento unuſquiſque noſtrûm detinebatur aſpectu.

* T. R. Antaradum. Sic & alii.

* l. viteas

* Carm. S. T. permagnifica pictura

XIII. Petrus verò ubi ſolas columnas miratus eſt * [38] vitreas, nequaquam raptus picturæ gratiâ, egreſſus vidit pro foribus mulierculam quamdam, ſtipem ab introeuntibus depoſcentem; quam attentiùs conſiderans ait; Dic mulier, quod tibi membrum corporis deeſt, quòd huic te injuriæ ſubjeciſti, ut ſtipem petas; & non potiùs manibus tuis, quas à Deo accepiſti, operans, cibum quæras? At illa ſuſpirans ait; Utinam mihi quidem eſſent manus quæ moveri poſſent, nunc autem ſpecies tantum ſervata eſt manuum; nam ipſæ ſunt emortuæ, & meis morſibus debiles & ſine * ſenſu redditæ. Et Petrus: Quæ, inquit, fuit cauſſa, ut hoc tibi tantum mali ipſa conferres? Ignavia, inquit, nec aliud quidquam: ſi enim fuiſſet in me aliquid virtutis, potui vel præcipitio uti, vel profundo maris injicere memetipſam, & finem dare doloribus meis.

* l. viteas

* R. effectu motûs

XIV. Tum Petrus: Ecquid putas, ait, mulier, quòd qui ſemetipſos perimunt, à ſuppliciis liberantur? niſi quia majoribus ſubjaceant pœnis animæ eorum, qui ſibiipſis intulerint manus. At illa: Utinam, inquit, iſtud mihi certum fieret, quia vivunt animæ in inferno; libenter amplecterer etiam pœnas ferre mortis illatæ, tantùm ut dulces mihi natos horam ſaltem unam viderem. Et Petrus: Quid tantum iſtud eſt, quod te tam gravi afficit triſtitiâ, ſcire velim. Si enim doceres me cauſſam, poſſem tibi & ego evidenter oſtendere, ô mulier, quòd in Inferno vivant animæ; & pro præcipitio vel profundo, poſſem tibi dare medicamentum aliquod, ut ſine cruciatu valeas vitam finire.

XV. Tunc mulier promiſſione hac gratanter acceptâ, cœpit dicere; Genus quidem mihi & patria quæ ſit, nec credi facile, nec dici neceſſarium puto; ſed cauſſam tantùm ſufficit doloris exponere, cur morſibus meis, meas ipſa debiles reddiderim manus. Ego generoſis orta parentibus, & potentis adæquè viri * ſortita * matrimonium, duos ſuſcepi geminos liberos, & poſt hos unum alium. Sed frater viri mei, illicito in me amore vehementer exarſit: mihi autem cùm ſuper omnia * cara eſſet pudicitia; & neque tanto ſceleri acquieſcere, neque viro vellem flagitium fratris aperire; cogitavi quatenus & ego impolluta evaderem, & fratrem inimicum & hoſtem non facerem fratri; ne genus omne, quod erat nobilis familiæ, in opprobrium darem. Patriâ ergo & urbe, cum duobus meis geminis diſcedere * ſtatui, donec inceſtus amor conquieſceret, quem fortè præſentiæ meæ palparet & inflammaret aſpectus: alius ſanè filius, quatenus patri maneret ad ſolatium, cogitavi.

* R. ſociata matrimonio

* S. T. R. alii: cura eſſet pudicitiæ

* R. ſtatui ad tempus, donec.

XVI. Sed ut hæc ita fieri poſſent, ſomnium finxi; quaſi adſiſtente mihi per viſum quodam Numine, & dicente, ut confeſtim cum geminis meis urbe diſcederem, & tamdiu abeſſem, donec redire me ipſe præciperet; quod ſi non facerem, cum liberis omnibus me pariter perituram. Et ita factum eſt. Statim enim ut ſomnium viro enarravi, extimuit; & ſociatis mihi duobus filiis, ſervis quoque & ancillis, pecuniâ etiam abundanti datâ, navigare Athenas jubet, ubi ſimul & erudire liberos poſſem: manſura, inquit, ibi uſquequo viſum fuerit ei qui præcepit exire, ut redeas ad nos. Interea navigans unà cum meis natis, ventorum violentiâ ad hos infelix nocturno naufragio depulſa ſum locos; & cùm omnes interiſſent, adreptam me crudelem, ſupra ſaxum quoddam vehementior fluctus ejecit: ubi cùm ſe-

37. *Inſulam proximam, quæ ſex non ampliùs ſtadiis aberat, Aradum nomine.*] In Clementinis ac Epitome abeſſe dicitur ſtadiis triginta non totis: quod propiùs accedit ad diſtantiam à Strabone notatam, viginti ſtadiorum. Quid ſi Rufinus loci ambitum, qui juxta illum Geographum & Plinium ſeptem eſt ſtadiorum, pro diſtantia acceperit? Jam Aradi & Antaradi voces librariorum vitio confuſas habes non ſolùm in his Operibus Clementi ſuppoſitis, ſed & alibi, ut apud Plinium lib. 5. cap. 20. & in Concilio Chalcedonenſi, ubi reperies Paulum modò Aradi, modo Antaradi Epiſcopum, cùm ibidem Alexander Antaradi Antiſtes memoretur. Tolle verò, ſuaſore me, duo menda: alterum ex Anshelmo Monacho in Deſcriptione terræ ſanctæ, Tom. 6. Antiquæ Lectionis Henrici Caniſii; *De Arathas* (immò *Marathos*. Geographias vide.) *uſque in Antheradum*) in marg. *Anteradum ſive Antaradum] ſunt octo leucæ*, ubi S. *Petrus prædicavit, dum iret Antiochiam.* Aliud ex Athanaſio Epiſtolâ ad ſolitariam vitam agentes p. 812. Κορμόνῳ ὁ ἐν Ταράδῳ. ubi corrigi malo, ἐν Ἀράδῳ, quàm ἐν Ἀνταράδῳ. quia in Apologia de fuga ſua, non multò poſt initium ſanctus Doctor Antaradi Epiſcopum facit Carterium. COT.

38. *Columnas viteas magnitudinis immenſæ*] Sic legendum etiam in Abdia, ex Græcis, & ex Nicephoro lib. 2 cap. 35. *Vites jure apud priſcos magnitudine quoque inter arbores numerabantur. Jovis ſimulacrum in urbe Populonia ex una conſpicimus, tot ævis incorruptum: item Maſſiliæ pateram. Metaponti templum Junonis vitigineis columnis ſtetit. Etiam nunc ſcalis tectum Epheſiæ Dianæ ſcanditur vite unâ Cypriâ, ut ferunt, quoniam ibi ad præcipuam amplitudinem exeunt.* Verba Plinii lib. 14. cap. 1. quæ & legatur lib. 16. cap. 40. Ibid.

ſederem; eâ ſolâ ſpe, quâ mens poſſem fortè natos invenire, in profundum me non præcipitavi, tunc cùm adhuc perturbata anima & doloribus ebria, ſcere hoc & audebat & poterat.

XVII. Verùm ubi dies exortus eſt, & ego cum clamore & ululatu, inſelicium natorum circumſpicerem, ſicubi vel ejecta poſſim videre cadavera; miſeratione commoti quidam ex his qui me viderant, primò per pelagus, tum etiam circa littora tequirunt, ſi quem fortè de meis infantibus invenirent. Sed ubi nuſquam ullus inventus eſt, miſerantes me mulieres loci, conſolari cœperunt; enarrantes ſingulæ ſuas quæque miſerias, ut ex ſimilitudine calamitatum, ſolatium caperem: quod me magis contriſtabat: non enim tale mihi erat ingenium, ut aliorum mala, mea eſſe ſolatia ducerem. Et cùm me multæ hoſpitio cuperent tecipere, una quædam paupercula hìc habitans, extorſit mihi tugurio ejus ſuccedete; dicens, fuiſſe ſibi virum nautam, eumque in mari adoleſcentem defunctum; ſibique ex eo die, cùm multi eam accipere in conjugium cuperent, amore viri, viduitatem fuiſſe cariorem. Erunt ergo, inquit, nobis communia, quæcumque manibus noſtris operantes, quærere poterimus.

XVIII. Et ne longâ ſc minùs utili narratione utar; libenter habitavi cum ea, propter * affectum fidei quam ſervaverat viro. Sed non multò pòſt, mihi infelici, laceratæ dudum morſibus, teſolutæ ſunt manus; & illa quæ me ſuſceperat, incurrit paralyſin, & domi in lecto jacet: illarum autem mulierum quæ priùs miſerabantur, refrixit affectus: nos ambæ debiles; ego, ut vides, ſeden ſtipem petens; & ſi quid fortè quæſiero, * ſit unus duarum infelicium cibus. Ecce jam quæ mea ſunt, ſufficienter audîſti: tu nunc, quid moraris implere quod promiſeras; * & dare medicamentum, quò poſſit abſque cruciatu, ut ais, utraque noſtrûm miſerabilis vitæ ſortem finire?

* Carn. P. S. T. R. affectûs fidem.
* S. T. R. alii: ſit
* S. T. te

XIX. Hæc dicente muliere, multâ Petrus cogitatione * diſtractus, velut attonitus ſtabat: & ego Clemens ſuperveniens; Dudum, inquam, per omnia diſcurrens, quærebam te; & nunc, quid facimus? At ille præcepit mihi ut ad naviculam præcederem: ibi me, inquit, opperire: & quia contradici ei non poteras, quod juſſit implevi. Ipſe verò, ut mihi cuncta poſteriùs enarravit, ſuſpicione quadam pulſatus, requirebat à muliere genus & patriam, ſimul & nomina filiorum: quæ ſi mihi, inquit, dixeris, dabo continuò medicamentum. At illa, quaſi vim ſuſtinens; quia neque fateri hæc * volebat, & medicamenti cupida erat; finxit alia ex aliis; & ait, ſe quidem eſſe Epheſiam, virum autem Siculum: ſed & filiorum nomina, ſimiliter immutavit. Tum Petrus, putans eam verum reſpondiſſe, ait; Heu mulier; putabam, inquit, grande aliquod gaudium hodiernâ nobis die oriturum: ſuſpicabar enim te eſſe quamdam mulierem, de qua ſimilia quædam nuper ad fidem didici. At illa adjurabat eum, dicens; Rogo te, ut indices mihi quæ iſta ſit; ut ſciam, ſi eſt ulla inter mulieres me infelicior.

* Cand. P. R. diſtentus
* R. audabat

XX. Tum Petrus, fallere neſciens, & miſeratione commotus, cœpit dicere; Eſt quidam adoleſcens inter eos, qui me ſequuntur religionis & ſectæ gratiâ, Romanus civis; qui mihi enarravit, quòd patrem habuerit, & duos geminos fratres; ex quibus nullus ei ſupereſt. Mater, inquit, mea, ſicut à patre didici; ſomnium, vidit, ut Romanâ urbe ad tempus excederet cum duobus geminis natis, ne fortè exitiali interitu deperirent: quæ cùm diſceſſiſſet, nuſquam terrarum ultrà comparuit. Pater verò ſuus, poſt hæc ad inquiſitionem uxoris ac filiorum profectus, nec ipſe invenitur.

XXI. Hæc cùm dixiſſet Petrus, mulier ſtupore * percuſſa corruit. Tum Petrus continere eam & conſolari cœpit, ac requirere quid eſſet cauſſæ, aut quid pateretur. At illa vix aliquando ſpiritum revocans; ac ſemetipſam ad gaudii, quod * ſperabat, magnitudinem reparans; ſimulque adfricans vultum; * Hic, inquit, eſt quem dicis adoleſcens? At Petrus, ubi rem intellexit; Dic, inquit, mihi tu prior; nam videre eum * non poteris. Tum illa: Ego, inquit, ſum adoleſcentis mater. Et Petrus: Quod ei nomen eſt? At illa; Clemens, ait. Petrus: Ipſe eſt; & ipſe erat, qui paulò antè mecum loquebatur, & quem juſſi ad navem præcedere. Tum illa, procidens ad pedes Petri, rogare cœpit, ut feſtinaret ad navem. Et Petrus; Si mihi, inquit, ſervas fidem, ut facias quod dico. At illa: Omnia, inquit, facio; tantùm mihi, inquit, oſtende unicum meum natum: * puto enim me per ipſum, & geminos meos videre. Et Petrus: Cùm videris, inquit, eum, * modò interim diſſimula paululùm, uſquequo egrediamur ab inſula. Ita, inquit, faciam.

* S. percuſſa
* R. ſuperabat
* S. T. Hunc, inquit, quem dicis adoleſcentem vellem videre. At. Carn. hic, inquit, quem dicis adoleſcens, quomodo vocatur?
* T. taſer. aliter
* Cand. P. S. T. potabo
* S. T. gaudebis, modò

XXII. Et tenens manum ejus Petrus, adducebat eam ad navem. Quem ego videns manum dantem mulieri, ridere cœpi: accedens tamen, honoris ejus gratiâ, pro ipſo cœpi velle ſubjicere manum meam, & ſuſtentare mulierem: ſimul autem, ut manum ejus contigi; ululatu ingenti reddito, in amplexus meos irruit, & maternis me conſectari oſculis cœpit. At ego ignorans omne negotium, quaſi inſanientem mulierem repellebam; ſimul &, cum verecundia licèt, indignabar tamen quodammodo adversùm Petrum.

XXIII. At ille: Deſine, inquit; quid agis, ô fili Clemens? noli repellere tuam matrem. Ego verò, ubi hæc audivi, continuò lacrymis ſuffuſus, concidi ſupra jacentem matrem, & oſculari eam cœpi. Simul enim ut audivi, paulatim vultum ejus revocabam ad memoriam, & notior mihi intuenti tantò magis fiebat. Multitudo interim conveniebat plurima; audiens quòd mulier quæ ad ſtipem petendam ſedebat, recognita eſſet à filio ſuo, viro quodam bono. Et cùm vellemus confeſtim enavigare ex inſula, mater ait ad me; Fili dulciſſime, rectum eſt, ut valedicam mulierculæ quæ me ſuſcepit; eſt enim egens, & paralytica, jacens in lectulo. Quibus auditis Petrus, & omnes qui aderant, admirati ſunt bonitatem ac prudentiam feminæ: & continuò juſſit Petrus abire quoſdam, & deferre mulierem in lectulo, * ubi jacebat. Cúmque fuiſſet allata, & in medio turbæ adſtantis poſita; in conſpectu omnium, Petrus ait; Si veritatis ego ſum præco, ad confirmandam fidem horum omnium qui adſiſtunt; ut ſciant, & credant, quia unus eſt Deus, qui cœlum fecit ac terram; in nomine Jeſu Chriſti filii ejus, ſurgat hæc mulier. Et ſtatim, ut hæc dixiſſet, ſurrexit ſana, & procidit ad pedes Petri; atque amicam ſuam ac familiarem oſculis petens, percontabatur ab ea, quid iſtud eſſet negotii. At illa breviter omnem ei ordinem agnitionis expoſuit, ita ut etiam turbæ adſtantes mirarentur.

Pſeudo-Abd. lib. 1. poſt medium.
* Cand. P. S. T. Pſeudo-Abd. ut

XXIV. [39] Tum Petrus, de fide Dei, ac religionis

39. *Tum Petrus.*] Ante hæc miraculum ſanatæ Matthidiæ videtur excidiſſe è codicibus: quod habes Clementin. XII. 23. Epit. 91. quodque lectum forſitan fuit à Pſeudo-Abdia. Ait enim lib. 1. *Tunc apprehenſis Petrus manibus ejus ſanavit eas*. COT.

ligionis inſtitutis, quod ad ſe pertinebat, in quantum tempus patiebatur, locutus ad turbas; addit etiam hoc, ut ſi quis vellet de his diligentiùs noſcere, Antiochiam veniret; ubi tribus, inquit, menſibus ſtatuimus reſidere; * ut quæ ad ſalutem pertinent, * diſcat. Si enim, inquit, negotiandi cauſsâ, aut militandi, patriam relinquunt homines, ac parentes; & longas peregrinationes ſubire non metuunt: pro vita æterna, tribus ſaltem menſibus peregrinari, cur oneroſum videatur ac difficile? Cúmque hæc & alia his ſimilia dixiſſet; ego mulieri quæ ſuſceperat matrem, & ſanitatem receperat per Petrum, mille drachmas donavi; & præſentibus cunctis, commendavi eam cuidam viro bono, primario illius oppidi; qui & libenter ſe facturum quod imperabamus ſpopondit. Sed & aliis quibuſdam aliquantulum pecuniæ diſtribui; & illis mulieribus, quæ aliquando ſolatæ dicebantur in miſeriis matrem meam, quibus & gratias retuli. Et poſt hæc, unà cum matre, * enavigabamus Antaradum.

* T. R. & * R. docere C. C. P. edocere

* S. T. R. *alii*: enavigavimus

XXV. Cúmque veniſſemus ad hoſpitium, mater requirere cœpit à me, quonam deveniſſet pater. Cui ego: Ad te, inquam, requirendam profectus, ultrà non rediit. At illa audiens, ſuſpiravit tantùm: grande enim pro me gaudium habens, reliquos ſolabatur mœrores. Die autem poſterâ ſedens unà [40] cum uxore Petri, iter agebat nobiſcum; & [41] venimus Balaneas; ubi triduo remorati, inde [42] acceſſimus * Patho; & poſt hoc [43] Gabala; & ſic Laodiciam pervenimus; ubi ante portas occurrunt nobis Niceta & Aquila, & oſculantes nos abducunt in hoſpitium. Petrus autem videns amplam civitatem & ſplendidam; Dignum eſt, inquit, remorari nos in hac diebus decem, aut etiam amphiùs. Tum Niceta cum Aquila requirebant à me, quæ eſſet mulier hæc ignota. Et ego reſpondi; Mater mea eſt, quam mihi redonavit Deus per Dominum meum Petrum.

Hieron. 1. in Jovin. 14. Clement. Hom. 13. c. 1. &c. Epit. c. 98. &c.

* S. T. R. Paltho. *ſ.* Palton. Cand Palto. Carm. P. Paltho.

XXVI. Hæc cùm ego dixiſſem, cuncta eis Petrus per ordinem cœpit exponere; & ait; Cùm veniſſemus * Aradum, & ego vos præcedere juſſiſſem; profectis vobis, eadem die Clemens, cùm incidiſſet ſermonis occaſio, genus ſuum mihi expoſuit ac familiam; & quòd parentibus eſſet orbatus, duoſque habuiſſet priores ſe geminos fratres: & ſicut mihi, inquit, pater enarravit, ſomnium vidit aliquando mater, quo juſſa eſt cum geminis ſuis, ex urbe Româ proficiſci, ne ſubitò & pariter interirent. Cúmque ſomnium patri indicâſſet, ille qui tenero filios diligeret affectu; ne quid fortè mali paterentur, uxorem pariter ac filios, navi cum omnibus neceſſariis impoſitos, emittit Athenas erudiendos. Poſt hæc miſit ſemel & iterum qui requirerent; nuſquam ullius ne veſtigium quidem reperit. Ipſe ad ultimum pater ad inquirendum proficiſcitur; & uſque ad præſens, ne ipſe quidem uſquam eſt. Hæc cùm mihi Clemens enarrâſſet; acceſſit ad nos quidam, rogans ut ad inſulam * Aradum, quæ vicina erat, accederemus; videndi gratiâ columnas * vitreas miræ magnitudinis: acquievi: ventum eſt ad locum: cæteri omnes interiora ædis * ingreſſi; mihi animus, neſcio ob quam cauſſam, ingrediundi ultrà non * dedit.

* S. T. R. *alii*: Antaradum

* T. & *alii*: Antaradum

* *l.* viteas

* S. T. ingreſſi ſunt

* S. T. ſuiſſe

XXVII. Sed dum illos foris opperior; mulierem hanc conſiderare cœpi, quâ parte membrorum eſſet debilis; ut non labore manuum victum quæreret, ſed * mendicitatis pudorem ſubiret: requiro ergo ab ea cauſſas. Illa, nobili ſe ortam genere, & nobili nihilominus viro in matrimonio fuiſſe junctam fatetur: cujus frater, inquit, in me illicito amore inflammatus, fraternum torum polluere cupiebat. Quod ergo abhorrens, & rurſum de tanto ſcelere viro indicare non audens; & ne bellum fratribus, & opprobrium generi indicerem; magis ex patriâ diſcedere * judicavi, cum duobus geminis filiis meis; juniore puero ad ſolatium patri relicto. Et ut hæc, inquit, honeſtâ ſpecie fierent, cogitavi ſomnium fingere, & dicere viro; adſtitiſſe mihi Numen quoddam per viſum, & dixiſſe, ut cum duobus geminis meis confeſtim ex urbe proficiſcerer, uſquequo ab ipſo audirem, quando redire deberem. Quibus auditis, credidiſſe aiebat virum, & Athenas ſe geminis cum liberis emiſiſſe, inibi erudiendis: ſed tempeſtate gravi ad hanc inſulam fuiſſe depulſos; ubi confractâ navi, ſe fluctu excuſſam ſupra ſaxum quoddam, & ob hoc ſolùm mortem diſtuliſſe; donec, inquit, infelicium natorum meorum ſaltem emortua membra complecterer, ac ſepulturæ mandarem. Sed cùm dies fuiſſet exortus, & turbæ conveniſſent; miſeratione moti, projecerunt mihi indumentum. At ego infelix, fletibus multis rogabam, ut requirerent, ſicubi infelicium natorum poſſent invenire corpuſcula. Ego autem omne corpus meum dentibus lanians, planctibus & ululatibus nihil aliud clamabam, niſi; Ubi mihi infelici Fauſtus eſt, ubi Fauſtinus?

* Cand. P. R. mendicantis

* S. T. curavi

XXVIII. Et cùm hæc diceret Petrus; Niceta & Aquila ſubitò adſurgunt, & ſtupefacti * perturbari cœperunt, dicentes; Dominator Domine & Deus omnium, veráne hæc ſunt; an ſomnium eſt, quod agitur? Tum Petrus: Niſi, inquit, nos inſani ſumus, hæc vera ſunt. At illi paululùm remorati, & confricantes faciem, aiunt; Nos ſumus Fauſtinus & Fauſtus. Sed & ab initio, cùm narrare cœpiſti, ſtatim in ſuſpicionem incidimus, ne fortè ad nos pertinerent, quæ dicebantur: rurſus tamen conſiderantes, multa ſimilia accidere in vita hominum, reticuimus; licèt cor noſtrum ſpe aliquâ pulſaretur: aſpiciebamus ergo ad finem ſermonis; ut ſi ad integrum de nobis eſſe conſtaret, tum fateremur. Et cùm hæc dixiſſant, lacrymantes ingrediebantur ad matrem:

* Cand. perſ. cunctari.

40. *Cum uxore Petri.*] Teſtatur Hieronymus contra Jovinianum ſcribens, legi in Periodis & uxorem Petri & filiam. Ea igitur Circuituum pars, in qua de Petri filia (Petronillam vocant) ſermo erat, nunc deſideratur. Uxorem autem memorant præterea Clemens Alexandrinus Strom. 7. p. 736. ubi martyrium illius refert verbis quæ citantur ab Euſebio Hiſtoriæ III. 30. Origenes ad Matth. XIX. 27. Epiphanius Hæreſi 30. n. 22. Hieronymus Epiſt. 34. atque Hincmarus Epiſtolâ ad Rodolfum & Frotarium ſect. 8. Appellatur in Martyrologiis Perpetua, in Chronico Symeonis Metaphraſtæ, loco ſuprà ad Conſtitut. III. 6. allato, Johanna, quod etiam nomen matri Petri tribunt Indiculus poſitus ad Conſtitut. II. 63. COT.

41. *Venimus Balaneas*] Balaneæ aut Balanææ notiſſimum oppidum eſt; cujus Epiſcopus Euphration laudatur à S. Athanaſio Apologiâ de fuga ſua, paullò poſt initium, & Epiſtolâ ad Solitarios p. 812. quamquam poſtremo in loco perperam ediderunt, ὁ ἐν Καλανεῖς. Lege ὁ ἐν Βαλανέαις. Ibid.

42. *Inde acceſſimus Palton.*] Palti quoque Epiſcopum celebrat magnus Eccleſiæ Magiſter locis citatis, necnon Epiſtolâ ad Antiochenſes. Sed apud Theodoritum Hiſtoriæ lib. 2. cap. 12. in verbis Athanaſii, & Epiſcopus & civitas non ſuo nomine appellantur. Ibid.

43. *Gabala*] Hinc, & per ſuperiora, nullo negotio corrigetur Sophronius de Petro & Paulo, Tomo 7. Bibliothecæ Patrum Pariſienſis, & apud Surium ad 29. Junii n. 5. Ibid.

* T. R. *alii*: quam cum
* T. *alii*: offerre. R. offerte
* P. T. R. excedat

trem : * cùm reperiſſent quieſcentem , & complecti vellent , probibuit Petrus , dicens ; Sinite me priùs præparare animos matris, & ita vos * afferre ei ; ne fortè multo & ſubito gaudio mente * excidat , & ſenſus ejus turbetur ; maximè quia nunc etiam ſomno occupata ſtupet.

Chriſtianorum religio.

XXIX. Igirur ubi mater exſurrexit è ſomno, alloqui eam Petrus cœpit, dicens ; Scire te volo, mulier , religionis noſtræ obſervantiam. Nos unum colimus Deum, qui fecit mundum : hujus & legem ſervamus , quâ mandat in primis, ipſum colendum , & nomen ejus venerandum ; parentes honorandos ; pudicitiam , juſtitiamque ſervandam. Sed & illud obſervamus , menſam cum Gentilibus non habere communem ; niſi cùm crediderint , & receptâ veritate baptizati fuerint, ac trinâ quadam * beati * nominis invocatione conſecrati ; & tunc cum eis cibum ſumimus. Alioquin etiam ſi pater aut mater ſint , aut uxor, aut filii, aut fratres ; non poſſumus cum eis menſam habere communem. Quia ergo religionis cauſsâ * præcipuâ hoc facimus ; non tibi injurioſum videatur, quòd non poteſt filius tuus unà tecum ſumere cibum , uſquequo eadem tibi ſit, quæ illi ſententia fidei.

* Cand. P. R. beatitudinis
* S. T. R. præcipuè

XXX. Quibus illa auditis ; Et quid , inquit, verat hodie me baptizari ? quæ etiam priuſquam te viderem , illos quos dicunt Deos, penitus averſata ſum ; quòd mihi frequenter & pæne quotidie ſacrificanti ſibi , præſtare potuerunt nihil. Nam de pudicitia quid dicam ? cum me neque tunc deliciæ deceperint , neque nunc egeſtas peccare compulerit. Satis autem puto innotuiſſe tibi, quantus mihi exinde fuerit amor pudicitiæ ; quæ ut evaderem illiciti amoris inſidias, ſomnium finxi , ut cum duobus meis geminis peregrinarer ; & hunc ſolum filium meum Clementem ad ſolatium patri reliqui. Si enim mihi duo vix ſufficiebant , quanto magis contriſtâſſet patrem, ſi nullum penitus habuiſſet ? Erat enim , miſer , grandi affectu erga filios ; ita ut vix ei ſomnii auctoritas extorqueret , Fauſtinum & Fauſtum Clementis hujus fratres mihi concedere , & ipſe * ſolus contentus eſſet Clemente.

* T. R. *alii*: ſolo. S. ſolo contentus eſſe

XXXI. Hæc illa cùm diceret ; ultrà non ferentes fratres mei , irruunt in complexus matris , cum multis lacrymis , & oſculantur eam. At illa : Quid vult , inquit, hoc eſſe ? Tum Petrus : Nolo turberis mulier , conſtans eſto : iſti ſunt Fauſtinus & Fauſtus filii tui , quos in profundo periſſe dicebas : quo modo autem vivant , & quo modo in illa horribili nocte de profundo evaſerint ; & quemadmodum alius ipſorum Niceta , & alius Aquila dicatur ; ipſi tibi exponere poterunt , & unà tecum etiam nos audiemus. Ubi hæc Petrus dixit , mater nimio gaudio intercepta corruit : & tandem aliquando reparata , atque in ſemetipſam regreſſa , ait ; Obſecro vos , dulciſſimi filii , dicite mihi , quæ acciderint vobis poſt illam feralem & crudeliſſimam noctem.

XXXII. Tum Niceta cœpit dicere : In illa nocte , ô mater, cùm navis fuiſſet reſoluta , & nos innitentes fragmento cuidam tabularum , per pelagus jactaremur ; viri quidam, quibus per profundum latrocinari artificium eſt , repertos impoſuerunt nos naviculæ ſuæ ; & remis undarum vortices ſuperantes , diverſis itineribus Cæſaream Stratonis perduxerunt : ibique adfligentes nos fame , verberibus , metu ; uti ne quod eſſet in vero , proderemus ; immutatis etiam noſtris nominibus , vendiderunt nos cuidam * viduæ , honeſtæ admodum feminæ , Juſtæ nomine : quæ cùm emiſſet, habuit loco filiorum , ita ut etiam Græcis nos literis & liberalibus adtentiſſimè erudiret. Ubi verò adolevimus , etiam Philoſophorum ſtudiis operam dedimus ; quò poſſemus religionis divinæ dogmata philoſophicis diſputationibus adſerentes , confutare Gentiles.

* Cand. P. S. R. Judææ

XXXIII. Simoni autem cuidam mago , qui nobiſcum unà educatus eſt , pro amicitiis & puerili conſuetudine adhæſimus ; ita ut pæne ab eo decipi poſſemus. Fertur enim in religione noſtrâ ſermo de Propheta quodam ; cujus ab omnibus , qui religioni huic deſerviunt , ſperaretur adventus , per quem immortalis & beata vita credentibus danda promittitur. Hunc ergo nos putabamus Simonem. Sed hæc tibi , mater , opportuniùs exponentur. Nos interim , cùm pæne jam deciperemur à Simone , quidam collega Domini mei Petri , Zacbæus nomine , monuit ne falleremur à Mago ; ſed obtulit nos advenienti Petro , ut ab ipſo quæ erant ſana & perfecta doceremur : quod & tibi optamus evenire ; ſicut & nobis conceſſit Deus ; ut poſſimus etiam cibum & menſam habere communem. Hinc ergo fuit, mater , quòd nos à piratis raptos, tu in mari defunctos eſſe credidiſti.

Baptiſmi ritus.

XXXIV. Cùm hæc dixiſſet Niceta ; mater noſtra procidit ad pedes Petri , rogans & obſecrans , ut & ſeipſam , & hoſpitam ſuam evocaret ſine mora , ac baptizaret ; uti ne unâ, inquit , die damnum patiar conſortii & ſocietatis natorum meorum. Similiter autem & nos filii ejus rogabamus Petrum. At ille : Quid putatis , inquit, quia ego immiſericors ſum ſolus, & nolo vos matris convivio ſociari ? Sed neceſſe eſt eam vel unâ die jejunare priùs , & ita baptizari : & hoc , quia ſermonem ab ea quemdam audivi , per quem mihi fides ejus claruit, & qui indicium dedit credulitatis ejus : alioqui multis eam diebus oportebat antè inſtrui & doceri.

XXXV. Et ego ; Quæſo te , inquam , Domine mi Petre , dic quis eſt iſte ſermo , quem dicis dediſſe tibi indicium fidei ejus. Et Petrus : Ille ſermo eſt , quo rogavit , ut & hoſpita ſua , cujus beneficiis vicem reddere deſiderat , ſimul baptizetur cum ipſa. Non autem rogaret , ut illi quam diligit præſtaretur hæc gratia , niſi credidiſſet quòd magnum aliquod in Baptiſmate munus eſſet. Unde & ego reprehendo plurimos , qui cùm ipſi baptizentur & credant , nihil tamen dignum fide agunt cum his quos diligunt , id eſt uxoribus , vel filiis , vel amicis ; quos non ad hoc hortantur , quod ipſi adſecuti ſunt ; ſi quidem verè crediderint , quòd æterna vita per hoc donatur. Denique ſi eos ægrotare videant , aut periculo alicui carnaliter ſubjacere , dolent & lugent , quia in hoc certi ſunt eis imminere perniciem. Ita ergo , ſi & de hoc certi eſſent, quòd qui Deum non colunt , manet eos pœna ignis æterni , quando ceſſarent , monentes & cohortantes ? Aut ſi obſiſterent , quo modo non lugerent eos & plangerent , certi æterna eis imminere ſupplicia ? Nunc ergo illam quidem mulierem evocabimus poſtmodum , & videbimus ſi amat fidem religionis noſtræ ; & prout conſequens fuerit , agemus. Hæc autem quoniam fideliter ſenſit de Baptiſmo , jejunet vel unâ die ante Baptiſmum.

XXXVI. At illa cum juramento ſatisfaciebat , præſente uxore Domini mei Petri , quia ex quo recognoverit filium , præ multo gaudio cibum capere omnino nequiverit ; niſi he-

l. Hieron. 1. in Jovin. 14.

hesternâ die calicem * aquæ ſolùm biberit. Teſtabatur autem & uxor Petri, dicens ita eſſe. Et Aqnila ait; Quid ergo obſtat, cur non baptizetur? Tum Petrus ſubridens: Sed non eſt, inquit, hoc jejunium Baptiſmi, quod non propter Baptiſmum jejunatum eſt. Et Niceta: Sed fortè, inquit, volens Deus matrem noſtram nec unâ die, agnitis nobis, ſeparari à conſortio menſæ noſtræ, præordinavit hoc, ut antè jejunaret. Sicut enim pudicitiam ſervavit in ignorantia, ut proficeret ei ad Baptiſmi gratiam; ita jejunavit antequam ſciret jejunii rationem, ut proficeret ei ad Baptiſmum, & ſtatim ab initio agnitionis noſtræ nobiſcum pariter menſæ conſortio frueretur.

* T. aquæ frigidæ

I. Clement. Hom. 11. c. 20.

XXXVII. Tum Petrus: Non * nos, inquit, vincat Malignus, occaſione acceptâ per affectum matris: ſed magis [44] vos & ego vobiſcum, hodie jejunemus cum ipſa; & craſtinò baptizabitur: neque enim juſtum eſt, ad gratiam perſonæ alicujus & amicitiæ, reſolvi & extenuari præcepta veritatis. Non ergo pigeat nos magis laborare cum illa: quia omne mandatum præterire, peccatum eſt. Doceamus autem ſenſus noſtros corporales, qui extrinſecùs ſunt, ſervire interioribus ſenſibus: & non interiores ſenſus, qui quæ Dei ſunt ſapiunt, cogamus ſequi exteriores, qui quæ carnis ſunt ſapiunt: Propter hoc enim & Dominus mandatum dedit, dicens; *Quicumque viderit mulierem ad concupiſcendam eam, jam mœchatus eſt eam in corde ſuo.* Et his addidit; *Si oculus tuus dexter ſcandalizat te, erue eum, & * abjice abs te: expedit enim tibi, ut unum * membrorum * tuorum pereat, quàm totum corpus tuum mittatur in gehennam ignis.* Non dixit, * *ſcandalizavit te*; ut poſteaquam peccaveris, tunc abjicias cauſſam peccati: ſed, *ſi ſcandalizat te*; hoc eſt, ut antequam pecces, cauſſam peccati provocantis te & irritantis abſcindas. Ne quis autem veſtrûm putet, fratres, quod membrorum amputationem mandaverit Dominus: propoſitum in hoc vult reſecari, non * membra; & cauſſas quæ ad peccandum illiciunt: quo cogitatio noſtra, aſpectûs vehiculo ſubvecta, ad amorem Dei ſenſibus corporeis * inviſa contendat; nec carnalibus oculis, velut laſcivientibus equis, & extra mandatorum viam * currum declinare cupientibus, * relaxet frena, & habenas indulgeat; ſed revocet aſpectum corporis ad arbitrium mentis; & oculos noſtros, quos Deus operis ſui inſpectores eſſe voluit & teſtes, non patiatur fieri lenones mali deſiderii. Et ideo cedant legi Dei, tam corporei ſenſus, quàm interna cogitatio; & illius voluntati miniſtrent, cujus ſe opera eſſe intelligunt.

* T. vos

Mat. 5. 28.

* R. projice

* T. R. alii: membrum tuum

* P. S T. R. ſi ſcandalizaverit. Cand. Carm ſcandalizavit.

* Cand. P R. membrum

* S. T. innixa. Cand. P R. immiſſa contendere

* Carm. curſum.

* Cand P. R. relaxare

XXXVIII. Igitur ut ordo myſterii poſcebat & ratio, die poſterâ baptizatur in mari; & regreſſa ad hoſpitium, omnibus conſequenter myſteriis religionis imbuitur. Aderamus autem & nos filii ſui, Niceta, & Aquila, & ego Clemens. Et poſt hæc ſimul cum ea prandimus, & ſimul glorificavimus Deum: referentes gratias ſtudiis & doctrinæ Petri; qui nobis oſtendit per occaſionem matris, quo modo pudicitiæ bonum non pereat apud Deum: ſicut è contrario impudicitia, inquit, etiamſi non ſtatim, tamen licèt tardè, non effugit pœnam. In tantum autem pudicitia, inquit, Deo placita eſt; ut etiam his qui in errore ſunt poſiti, * nonnihil gratiæ in præſenti conſerat vita. Nam futura beatitudo illis ſolùm repoſita eſt, qui per gratiam Baptiſmi, pudicitiam juſtitiamque ſervaverint. Denique exemplo eſt huic rei etiam hoc, quod erga matrem veſtram geſtum eſt; * cujus ſalus hæc omnis pro mercede pudicitiæ reparata eſt: ad quam cuſtodiendam & conſervandam, non ſufficit ſola continentia; ſed ubi ſenſerit quis inſidias, & deceptionem parari, continuò ſicut ab ignis impetu aut incurſu canis rabidi refugiat: nec confidat quòd hujuſmodi inſidias poſſit facilè aliquis philoſophando, aut * palpando cohibere; ſed, ut dixi, effugiendum eſt, & longè abſcedendum; ſicut fecit & veſtra mater, verè & integrè bonum diligens pudicitiæ. Propter quod & conſervata vobis eſt, ac vos illi; inſuper autem & æternæ vitæ agnitione donata. Cùm hæc & multa alia his ſimilia dixiſſet, veſpere facto, requievimus.

Pudicitia bonum.

Laudat Origenes, ad Matt 26. 6. &c. & Auctor Operis imperfecti in Matthæum, ad Matt. 10. 41.

I Clement. Hom. 13. c. 21.

* Carm. non parum gratiæ.

* Cand. P. R. cui

* Carm Philoſophando.

---

44. *Vos & ego vobiſcum hodie jejunemus cum ipſa, & craſtino baptizabitur.*] Sic lib. 10. cap. ult. Petrus patrem Clementis baptizaturus, indicit jejunium omni plebi. quo de ritu in Apologia 2. Juſtini Martyris p. 93. COT.

R E-

RECOGNITIONUM S. CLEMENTIS

LIBER OCTAVUS.

J. Epiphan. Hær. 30. n. 15.

I. POSTERA autem die, Petrus manè aſſumptis fratribus meis & me, deſcendit ad portum, ut in mari lavaremus; & poſt hoc ad locum quemdam ſecretiorem ſeceſſimus, orationis gratiâ. Senex autem quidam pauper, & ut apparebat ex habitu, operarius, curiosè ex occulto obſervare nos cœpit, ut videret quid ageremus in ſecreto poſiti. Cúmque nos orantes vidiſſet, exſpectavit donec exiremus; & ſalutans nos, ait; Si non ægrè accipitis, & quaſi curioſum me, aut importunum notatis; velim vobiſcum conferre ſermonem; quia habens miſerationem veſtri, ſub ſpecie veritatis errare vos nollem, & habere metum de his quæ non ſunt: aut ſi putatis eſſe aliquid veri, tradite etiam mihi. Si ergo patienter accipitis, poſſum vos paucis edocere, quæ recta ſunt: ſi verò moleſtum eſt, pergam, & meos actus agam. Cui Petrus reſpondit; Dic age, quod tibi videtur bonum; & libenter accipimus, ſive id verum, ſive etiam falſum ſit: amplectendus enim es; quia quod tibi bonum videtur, tamquam pater pro filiis ſollicitus, commonere voluiſti.

II. Tum Senint cœpit dicere; In mari vos laviſſe vidi, & poſt hoc ad ſecretum ſeceſſiſſe locum: obſervans ergo de occulto, quid in ſecreto ageretis, orantes inſpexi: miſeratus igitur errorem veſtrum, opperiri cœpi, uſquequo egreſſos alloquerer, & docerem ne erretis in hujuſmodi obſervantia; quia neque Deus eſt, neque cultus hîc aliquis eſt, neque Providentia in mundo; ſed fortuitus caſus, & Geneſis agunt omnia; ſicut ego ex meipſo manifeſtiſſimè comperi, in diſciplina Matheſeos præ cæteris eruditus. Nolite ergo errare: ſive enim oretis, ſive non oretis; quod Geneſis veſtra continet, hoc erit vobis. Et ego Clemens, neſcio quid corde pulſabar, multa quaſi nota mihi recolens in eo: bene enim ait quidam, quia quod ex aliquo natum eſt, etiamſi multo tempore abſuerit, numquam tamen ſcintilla propinquitatis exſtinguitur. Cœpi ergo interrogare ab eo; quis, & unde eſſet, vel quo modo ortus. At ille ad hæc reſpondere nolens: Quid, ait, hoc pertinet ad ea quæ dixi vobis? Sed primò, ſi videtur, ſermo de his quæ propoſuimus habeatur; & poſt hæc, ſi ita res popoſcerit, nomen, & genus, ac patriam, & cætera quæ hæc ſequuntur, invicem nobis, ut amici amicis, poterimus aperire. Mirabamur tamen omnes eloquentiam viri, & gravitatem morum, tranquillitatemque ſermonis.

Geneſis.

* T. R. perveniſſet

* T. ad receſſum. R. in receſſu quodam ſecreto. Cand. P. perveniſſet ad receſſum.

III. Petrus autem ſenſim ſermocinando incedens, opportunum ad colloquendum proſpicit locum. Et cùm * pervidiſſet juxta portum * receſſum quemdam ſecretum, reſidere nos fecit; & ita primus ipſe incipit; nec contemptum Senis habuit, neque deſpexit quòd vilis ei amictus eſſet & ſordidus. Ait ergo; Quoniam quidem videris mihi vir eruditus eſſe, & miſericors; ex eo quod adiſti nos, & quod tibi bonum videbatur, celatum nobis eſſe noluiſti; volumus & nos tibi quæ * nobis bona & recta creduntur exponere; quæ ſi tibi minùs vera videbuntur, etiam tu noſtrum erga te bonum propoſitum libenter ſuſcipe, ſicut & nos tuum. Et cùm hæc diceret Petrus, plurima multitudo convenit. Tum Senex: Fortaſſis, inquit, contriſtat vos præſentia multitudinis. Et Petrus: Nequaquam, inquit; niſi hoc ſolùm vereor, ne fortè diſputantibus nobis, cùm palàm facta fuerit veritas, tu verecundiam patiaris pro præſentia multitudinis cedere, & acquieſcere his quæ * vera dici intellexeris. Ad hæc Senex ait; Ego non ita * ſtultus * conſenui, ut intelligens quod verum eſt, abnuam id ad vulgi gratiam.

* P. R. à nobis

* Carm. P. T. R. verè

* R. ſenex conſuevi. P. ſeneх conſenui.

IV. Cœpit ergo Petrus dicere: Videntur mihi hi qui loquuntur verbum veritatis, & qui illuminant animas hominum, ſimiles eſſe radiis ſolis; qui ut proceſſerint, & apparuerint mundo, celari ultrà aut occultari nullatenus poſſunt, dum non tam videntur ab * hominibus, quàm videre omnibus præſtant. Unde & bene à quodam dictum eſt ad veritatis præcones; *Vos eſtis lux mundi:* & , *Non poteſt civitas abſcondi ſupra montem poſita: neque accendunt lucernam, & ponunt eam ſub modio; ſed ſuper candelabrum; ut omnibus luceat qui in domo ſunt.* Et Senex: Bene valde dixit, quiſquis ille eſt. Sed exponat aliquis veſtrûm, quod ſibi ſequendum videtur; ut ad certum proſpectum emittamus ſermones noſtros. Non enim ſufficit ad inveniendam veritatem, deſtruere ea quæ è diverſo dicuntur; ſed & ipſum proferre in medium, quod poſſit, qui è diverſo eſt, impugnare. Ut ergo partium ſit æqua congreſſio, rectum mihi videtur, ut priùs, quid uterque noſtrûm defendat, enunciet: & ſi placet, ipſe primus incipiam. Ego dico, non ſecundùm Dei providentiam gubernari mundum; quia multa in eo injuſtè & inordinatè geri videmus: ſed Geneſim dico eſſe, quæ omnia agit & continet.

Pſeudo-Cl. Epiſt. 3. ante finem.

* Cand. S. T. R. Pſeudo-Cl. omnibus

Matth. 5. 14.

De Providentia & Geneſi.

V. Ad hæc cùm Petrus reſpondere vellet, Niceta præveniens, ait; Indulgeat mihi Dominus meus Petrus ad hæc reſpondere; & non videatur protervum, quòd juvenis cum ſene * habear, ſed ut filius cum patre colloquar. Et Senex: Non ſolùm tu, inquit, fili, quod tibi videtur ut proſequaris volo; ſed & ſi qui ex ſodalibus tuis, ſi quis etiam de * adſtantibus videtur ſcire aliquid, incunctanter proferat, libenter accipimus: collatio enim plurimorum, faciliùs ea quæ ignorantur inveniet. Tum ergo Niceta reſpondit; Non me æſtimes, pater, temere feciſſe, quòd inſerui me ſermonibus Domini mei Petri; ſed magis pro honore ejus hoc mihi facere viſus ſum. Homo enim Dei eſt, plenus totius ſcientiæ, quem nec Græca quidem latet eruditio; quia ſpi-

* Cand. Carm. R. habeam. P. S. T. conflictum habeam

* R. aſtantibus turbis

ritu

* R. Dei vivo

ritu * Dei repletus eſt, quem nihil latet. Sed quia ipſi de cœleſtibus loqui convenit; ego de his quæ ad Græcorum loquacitatem pertinent, reſpondebo. Poſtea verò quàm à nobis Græcorum more fuerit diſputatum, atque ad id ventum, ubi exitus nullus appareat; tunc ipſe quaſi * ſcientiâ repletus, apertè & dilucidè rerum nobis omnium patefaciet veritatem; ut non ſolùm nos, ſed & omnes qui præſtò ſunt auditores, viam veritatis agnoſcant. Et ideo nunc ipſe quaſi arbiter ſedeat; ut cùm unus aliquis ex nobis ceſſerit, tunc ipſe ſuſcipiens, indubitatam ſententiam ferat.

* S. T. R. *alii*: ſcientiâ Dei.

VI. Hæc cùm dixiſſet Niceta, hi qui convenerant, inter ſemetipſos colloquebantur: Hícne eſt ille, quem audiebamus, Petrus; illius qui in Judæa apparuit, & ſigna ac virtutes plurimas fecit, diſcipulus probatiſſimus? Et intendentes in eum, cum timore ac veneratione ingenti ſtabant; tamquam boni ſervi honorem domino deferentes. Quod ubi Petrus ſenſit, ait ad eos; Attentiùs audiamus, rectum tenentes judicium de his quæ dicentur ab utroque; & poſt ipſorum conflictum, quod neceſſarium viſum fuerit addemus & nos. Et cùm hæc dixiſſet Petrus, gaviſæ ſunt turbæ. Niceta verò dicere hoc modo adgreſſus eſt. Definiſti, pater, quod non per Dei providentiam mundus regatur; ſed omnia Geneſi ſubjaceant, vel quæ ad mores uniuſcujuſque, vel quæ ad geſta pertinent. Ad quæ ſtatim quidem potui reſpondere: ſed quia juſtum eſt ſervare ordinem, definimus & nos quid teneamus, ſicut ipſe fieri rogâſti. Ego dico providentiâ Dei gubernari mundum, in his dumtaxat quæ gubernatione ejus indigent. Unus eſt enim omnia tenens, qui & mundum fecit, juſtus Deus, unicuique ſecundùm geſta ſua, quandoque redditurus. Ecce habes & noſtram definitionem: nunc quod vis proſequere, vel mea deſtruens, vel tua adſerens; ut & ego his, quæ à te proſequentur, occurram. Aut ſi me vis priorem dicere, non morabor.

1. Clement. Hom. 2. c. 12. Epit. c. 23.

VII. Et Senex reſpondit; Sive tibi placet, fili, priùs dicere, ſive hoc magis placet ut ego dicam, nihil intereſt; apud eos præcipuè, qui bonâ veniâ diſputant. Dic tamen tu prior, libenter accipio: atque utinàm poſſis etiam quæ à me dicenda ſunt proſequi, atque his quæ contraria ſunt objicere, & ex utrorumque collatione oſtendere veritatem. Niceta reſpondit: Si vis, inquit, poſſum etiam tuas partes dicere; & ad hæc reſpondere. Et Senex: Oſtende mihi priùs, quo modo potes ſcire ea quæ nondum locutus ſum; & ita tibi credam, quòd partes meas proſequi poſſis. Et Niceta: Secta, inquit, tua, & ſententia quam definiſti, manifeſta eſt his qui eruditi ſunt in hujuſmodi diſciplinis, certaque eſt ejus conſequentia. Et quia ego non ſum ignarus quæ ſint definitiones Philoſophorum; ex his quæ propoſuiſti, quid conſequatur agnoſco: maximè quia præ cæteris Philoſophis, Epicuri ſcholas frequentavi: frater autem meus Aquila, magis * Pyrrhonios ſecutus eſt; [45] alius autem frater noſter, Platonicos & Ariſtotelicos: itaque cum eruditis tibi auditoribus ſermo eſt. Tum Senex: Bene, inquit, & conſequenter docuiſti, quo modo ex his quæ propoſitæ ſunt definitionibus, etiam ea quæ conſequuntur adverteres. Sed ego ampliùs aliquid profeſſus ſum, quàm ſentit Epicurus: quia introduxi Geneſim, eamque cauſſam omnium geſtorum hominibus poſui.

Clement. Hom. 13. c. 7.

* Cand. P. R. Pythagoricos

VIII. Cúmque hæc Senex dixiſſet, ego Clemens aio ad eum; Audi, pater, ſi te frater meus Niceta obtinuerit, quia non ſine Dei providentia mundus agitur; in iſta parte quæ ſupereſt de Geneſi, ego tibi potero reſpondere: eſt enim mihi notitia hujus ſcientiæ. Et cùm hæc dixiſſem, frater meus Aquila: Quid neceſſe eſt, inquit, ut eum patrem vocemus, cùm in mandatis habeamus, neminem ſuper terram patrem vocare? Et poſt hæc reſpiciens ad Senem: Non injurioſè, inquit, accipias, pater, quòd fratrem meum culpavi, quia te patrem vocaret: habemus enim tale mandatum, ne aliquem nomine iſto vocitemus. Cúmque hæc dixiſſet Aquila, riſit omnium adſtantium cœtus unà cum Sene, & Petro. Aquilà autem requirente cauſſam, cur omnes riſerint; aio ad eum; Quòd tu in quo alios culpas, id ipſe facis, qui Senem appellaveris patrem. At ille negabat, dicens; Verè neſcio ſi eum patrem vocavi. Interea Petrus movebatur ſuſpicionibus quibuſdam, ſicut ipſe nobis enarravit poſtmodum; & reſpiciens ad Nicetam, Expedi, inquit, quod propoſuiſti.

Matt. 23. 9.

IX. Tum Niceta hoc modo exorſus eſt: Omne quod eſt, aut ſimplex eſt, aut compoſitum. [46] Quod ſimplex eſt, caret numero, diviſione, colore, differentiâ, aſperitate, lenitate, pondere, levitate, qualitate, quantitate, & ob hoc etiam fine. Quod verò compoſitum eſt, aut ex duobus, aut ex tribus, aut etiam ex quatuor compoſitum eſt, aut certè ex pluribus: & quæ compoſita ſunt, neceſſariò etiam dividi poſſunt. Et Senex audiens hæc: Optimè, inquit, & doctiſſimè dicis, fili. Et Niceta: Igitur illud quod ſimplex eſt, & his omnibus caret, quibus ſolvi quod ſubſiſtit poteſt; ſine dubio incomprehenſibile & immenſum eſt, neque initium ullum neque finem ſciens; & ideo unum & ſolum eſt, & ſine auctore ſubſiſtens. Quod autem compoſitum eſt, & numero, ac diverſitati, diviſionique ſubjacet; neceſſariò auctore aliquo compoſitum eſt, atque in unam ſpeciem diverſitas congregata. Quod ergo immenſum eſt; bonitate pater eſt, virtute conditor. Neque ergo condendi virtus * in immenſo ceſſare potuit, neque bonitas otiari: ſed ad ſubſtituenda ea quæ ſunt, bonitate; ad componenda & firmanda, virtute provocatur. Subſtituuntur ergo & componuntur

Deus.

* Carm. ab immenſo. P. immenſi

45. *Alius autem frater noſter, Platonicos & Ariſtotelicos.*] Elogia Clementis in litteris humanis hæc ſunt; *Clemens ex Philoſopho magnæ doctrinæ vir.* Commentario Epiſt. ad Philippenſes, in cap. 4. T. 8. Hieronymi. *Clemens omni ſcientiâ refertus, omniumque liberalium artium peritiſſimus.* Eucherius Paræneſi de contemptu mundi. *Acceperat B. Clemens ſcientiam quamplurimam, ita ut optimus quidem illius temporis philoſophus haberetur.* apud Bernardum Sermone de S. Clemente. *Κλήμης ὁ πολὺς ἐν σοφίᾳ καὶ γνώσει.* Anaſtaſius Hodegi cap. 1. Et Clementem philoſophum Dionyſio laudatum de divinis nominibus cap. 5. Maximus & Pachymeres hunc Romanum interpretantur. Verba S. Nili ſunt. lib. 2. Epiſt. 49. p. 140. *οὐκ Ἀπολλὼς ὁ Ἀλεξανδρεὺς λόγιος ὁ ποτιστὴς τῶν Χριστοῦ μαθητῶν, οὐ Κλήμης ὁ Ῥωμαῖος φιλόσοφος.* quæ ſic verto; *Non Apollo Alexandrinus vir eloquens, rigator diſcipulorum Chriſti; non Clemens, Romanus Philoſophus.* COT.

46. *Quod ſimplex eſt, &c.*] Ad hæc & ſequentia fortè reſpiciens Auctor Diſputationis contra Arium Tom. 2. Operum S. Athanaſii p. 135. ſcribit; *σὺ δὲ τί φὴς μοι (f. φῄς) αἰῶνα συντίθεσθαι τὸν Θεόν; οὐκ ἀκήκοας ... Κλήμεντος τοῦ ... Πέτρου τοῦ ἀποστόλου, ὃς ... Tu verò quid ais mihi, æternum illum Deum ex partibus conſtitui? An non audivisti Clementem Petri Apoſtoli ſectatorem, qui hujuſmodi opinionem ſubruit?* Lege Conſtitut. Apoſtol. VI. 11. ac Epitom. 17. Ibid.

tur quædam, ut diximus, ex duobus, vel ex tribus; quædam verò ex quatuor; alia ex pluribus. Sed quoniam nunc nobis de mundi ratione quæritur, & de ſubſtantia ejus, quam ex quatuor elementis eſſe compoſitam conſtat, cui omnes illæ decem differentiæ, quas ſuprà comprehendimus accidunt; ab his inferioribus incipientes gradibus, ad ſuperiora veniemus. Via enim nobis ad intellectualia & inviſibilia, ab his quæ videmus & contrectamus datur: ſicut continetur in Arithmeticis diſciplinis; ubi cùm de divinis quæritur, ab inferioribus ad ſuperiores numeros aſcenditur; cùm verò de præſentibus & viſibilibus ratio exponitur, de ſuperioribus ad inferiores numeros ordo dirigitur. Aut non ita eſt? (margin: Mundus)

X. Et Senex ait; Valde bene proſequeris. Et Niceta: De mundi nunc ergo ratione proſequendum eſt: cujus prima quæſtio in duas partes dividitur. Quæritur enim, utrùm factus ſit, an non: & ſi quidem non eſt factus, ipſe erit illud Ingenitum, ex quo omnia. Si verò factus eſt, de hoc rurſus quæſtio in duas partes ſcinditur: Utrumnam ex ſeipſo factus eſt, an ab alio. Et ſi quidem à ſemetipſo eſt, excluditur ſine dubio Providentia. Si Providentia non recipitur, fruſtra animus ad virtutem provocatur, fruſtra juſtitia cuſtoditur; quippe ſi non eſt qui juſto pro meritis aliquando reſtituat. Sed ne anima quidem ipſa immortalis videbitur; ſi eam, poſt abſolutionem corporis, nullius providentiæ excipiat diſpenſatio.

XI. * Nam ſi doceatur eſſe Providentia, & per ipſam factus eſſe mundus; alia rurſus quæ diſcutiantur occurrunt: requiretur enim, quo modo ſit Providentia; utrùm generaliter erga omnia; an ſpecialiter erga partes; an & generaliter erga partes; an & generaliter erga omnia, & ſpecialiter erga partes. Generalis autem intelligitur hoc modo; quaſi ab initio Deus faciens mundum, ordinem dederit rebus, & curſum ſtatuerit; & ultrà eorum curam quæ geruntur, habere ceſſaverit. Specialis verò erga partes, hoc modo eſt; ut quorumdam quidem vel hominum, vel locorum providentiam gerat; quorumdam verò non gerat. Generalis autem omnium, & ſpecialis partium ſimul, hoc modo eſt; quaſi & ab initio omnia fecerit Deus, & uſque ad finem per ſingulos quoſque providentiam gerat, & unicuique reddat pro actibus ſuis.

XII. Prima ergo illa propoſitio; quæ dicit, quia ab initio Deus fecerit omnia; & curſu atque ordine rebus impoſito, de reliquo nihil ad ſe revocet; ſecundùm Geneſim geri cuncta confirmat. Ad hoc ergo primò reſpondebimus, & his præcipuè qui Deos colunt, & Geneſim defendunt: qui utique cùm immolant Diis, & exorant eos; ſine dubio contra Geneſim ſe impetraturos aliquid ſperant; & per hoc Geneſim ſolvunt. Cùm verò rident qui ad virtutem provocant, & ad continentiam cohortantur; & dicunt, quia nemo poteſt facere aliquid, aut pati, niſi quod ei fato decretum eſt; omnem profectò cultum Divinitatis abſcindunt. Quid enim colas eos, à quibus promereri nihil poſſis, quod non patiatur ratio Decreti? Hæc interim adversùs illos dicta ſint. [47] Ego verò mundum dico à Deo factum, & ab ipſo quandoque eſſe ſolvendum; ut ille appareat, qui æternus eſt, & ad hoc factus, ut ſemper ſit, & dignos ſe, recipiat judicio Dei. Quòd autem ſit alius inviſibilis mundus, qui hunc viſibilem intra ſemetipſum contineat; poſteà quàm de viſibili mundo diſcuſſerimus, tunc & ad illum veniemus.

XIII. Nunc interim, quia factus ſit mundus iſte viſibilis, teſtantur etiam Philoſophorum plurimi ſapientes viri. Sed ne videamur quaſi egentes adſertionibus, uti voluiſſe teſtibus; de principiis ejus, ſi videtur, quæramus. Corporeum eſſe mundum hunc viſibilem, eo ipſo quòd eſt viſibilis, ſatis conſtat. Omne autem corpus duas recipit differentias: aut enim connexum eſt & ſolidum, aut diviſum & ſeparatum. Et ſi quidem connexum fuit & ſolidum corpus, ex quo mundus factus eſt; & per diverſas ſpecies parteſque ſecundùm differentias ſui, corpus illud partitum eſt & diviſum; neceſſe eſt intelligi, fuiſſe aliquem, qui corpus quod erat connexum & ſolidum dirimeret, atque in partes multas duceret, formaſque diverſas. Aut ſi ex diverſis diſperſiſque corporum partibus, omnis mundi hæc moles compoſita eſt & compaginata; neceſſe eſt nihilominus intelligi, fuiſſe aliquem qui in unum diſperſas colligeret, & diverſas rebus ſpecies * induceret. (margin: * Carm. P. R. induceret)

XIV. Equidem plures Philoſophorum hoc magis ſenſiſſe ſcio, quòd ex uno corpore, quam illi materiam vocant, diviſiones ac diſcretiones conditor fecerit Deus; quod tamen ex quatuor ſimplicibus, & in unum temperamento quodam divinæ providentiæ admiſtis, conſtaret elementis. [48] Nam illud ſuperfluò à quibuſdam dictum puto, quòd ſimplex corpus, id eſt abſque ulla conjunctione, ſit mundi; cùm conſtet nec corpus poſſe eſſe quod ſimplex eſt; neque miſceri poſſe, aut propagari, vel ſolvi: quæ omnia utique mundi corporibus videmus accidere. Quo modo enim ſolveretur, ſi eſſet ſimplex, nec haberet intra ſe aliud à quo reſolvi ac dividi poſſet? Quòd ſi ex duobus, aut tribus, vel etiam ex quatuor conſtare corpora videntur; cui non etiam exiguum habenti ſenſum manifeſtum ſit, quòd fuerit aliquis, qui in unum plura collegerit; & temperamenti moderatione ſervatâ, ex diverſis partibus ſolidum corpus effecerit? Hunc igitur nos conditorem mundi dicimus Deum: hunc agnoſcimus univerſitatis auctorem.

XV. Nam Græcorum Philoſophi de principiis mundi quærentes, alius aliâ inceſſit via. Deinique Pythagoras elementa principiorum, numeros eſſe dicit; [49] Calliſtratus qualitates; [50] Alcmæon contrarietates; Anaximandrus immenſitatem; [51] Anaxagoras æqualitates partium; Epicurus atomos; [52] Diodorus amere, hoc eſt, * ex * his (margin: Principia Physica.) (margin: * Non habet T.)

---

* *Nam.*] Legendum ſine dubio *nunc*, aut *jam*, ita ut fuerit in Græcis *νῦν*, quæ non raro eſt particula adverſativa, ut loquuntur Grammatici. CLER.

47. *Ego verò mundum* &c.] De duplici mundo remitto te ad Platonicos & Philonem: ex Noſtris verò ad Clementem Alexandr. Strom. 5. p. 595. 599. Origenem Homil. 3. in Canticum Canticorum & tom. 19. in Johannem, Euſebium Præparat. Evangel. lib. 11. cap. 23. 24. Auguſtinum I. Retractationum 3. & falſum Ambroſium in I. Corinth. VI. 2. COT.

48. *Nam illud ſuperfluò à quibuſdam dictum puto.*] A Xenophane, Parmenide ac Meliſſo. Ibid.

49. *Calliſtratus qualitates.*] In Sexti Empirici Pyrrhoniis Hypotypoſibus lib. 3. c. 4. id Stratoni Phyſico tribuitur. Ibid.

50. *Alcmæon contrarietates*] Ἀλκμαίων vulgò; qui Theodorito Ἀλκμαίων, eodem vel ſimillimo nomine. Philoſophi hujus ἐναντιότητας explicatas habes apud Ariſtotelem lib. 1. Metaphyſicorum cap. 5. Ibid.

51. *Anaxagoras æqualitates partium.*] ὁμοιομερείας, vel ὁμοιομερείας. Ibid.

52. *Diodorus Amere.*] Forrè ſcripſerat Rufinus Græcè ἀμερῆ. In Eclogis Phyſicis Stobæi cap. 23. Διόδωρος ἐπίκλην

* his in quibus partes non ſunt; [53] Aſclepiades oncos, quod nos tumores vel elationes poſſumus dicere; [54] Geometræ fines; [55] Democritus ideas; Thales aquam; * [56] Parmenides terram; Zenon, Empedocles, Plato, ignem, aquam, aërem, terram: [57] Ariſtoteles etiam quintum introducit elementum, quod acatonomaſton, id eſt incompellabile, nominavit; ſine dubio illum indicans, qui in unum quatuor elementa conjungens, mundum fecerit. Sive igitur duo, ſive tria, ſive quatuor, aut etiam plura ſint, vel innumera, ex quibus mundus conſtat; omni ex parte, qui plura in unum collegerit, & rurſus collecta in diverſas ſpecies duxerit, oſtenditur Deus: & probatur per hæc, non potuiſſe machinam mundi ſine opifice & proviſore conſtare.

* S T R. Heraclitus ignem; Diogenes aërem; Parmenides

XVI. Sed & hoc ipſo, quòd in * conjunctione elementorum, deficiente altero, aut abundante, cætera reſolvuntur & concidunt; oſtenditur ex nihilo * accepiſſe principium. Nam verbi gratiâ, ſi deficiat in aliquo humor, nec aridum ſtabit: humore enim paſcitur aridum; ſicut & frigus calido: in quibus, ut diximus, ſi alterum deficiat, penitus cuncta ſolvuntur; & in hoc originis ſuæ, * quæ ex nihilo facta ſunt, * produntur indicia. Quòd ſi materia ipſa probatur eſſe facta; quo modo partes ejus & ſpecies, ex quibus mundus conſtat, videbuntur infectæ? Sed de materia & qualitatibus, non eſt nunc dicendi locus; hoc ſolùm docuiſſe ſufficiat, Deum eſſe omnium conditorem; quia neque ſi ſolidum & connexum fuit corpus, ex quo mundus conſtat, dirimi & diſcerni ſine Conditore; neque ſi ex diverſis & diſcretis partibus in unum collectum eſt, congregari & miſceri ſine artifice potuit. Igitur ſi mundi conditor Deus * eſſe * à * me evidenter oſtenditur; qui erit Epicuro locus introducendi atomos, & adſerendi quòd ex corpuſculis inſenſibilibus, non ſolùm ſenſibilia corpora, ſed & mentes intellectuales ac rationales fiant?

* Cand. P. S. T. R. commiſtione.
* T. & R. inſerunt ea. Su. & alii.
* Carm. R. qua. Cand. quia.
* R. produnt
* Deeſt in P. & R.
* C. C. S. T. R. tam

XVII. Sed dices, ut Epicuro viſum eſt, continuationes atomorum indeſinenti curſu venientium, per immenſa & ſine fine tempora miſcentium ſe, atque in unum conglobantium, corpora ſolida efficiuntur. Non venio ad hæc, ut rem fabuloſam, & ineptè compoſitam dicam: videamus magis, ſi qualecumque iſtud eſt, poteſt ſtare quod dicitur. [58] Aiunt enim corpuſcula ipſa, quæ atomos appellant, diverſis eſſe qualitatibus: & alia quidem humida, & ob hoc gravia, ac deorſum tendentia; alia verò arida & terrena, atque ob hoc nihilominùs gravia; alia autem ignea, & ob hoc * rurſum ſemper nitentia; alia verò frigida, & ob hoc pigra & ſemper media. Quo modo ergo, cùm alia ſemper ſurſum tendant, utpote ignea; & alia ſemper deorſum, utpote humida * & arida; alia verò media; & non æquali curſu incedant; coire ſimul potuerunt, & unum corpus efficere? Si quis enim de ſuperioribus, verbi gratiâ, minutiſſimas paleas, & ad eamdem magnitudinem minutiſſimi plumbi particulas deorſum jaciat; * numquid poterant, quamvis æquales ſint magnitudine, leves paleæ partes, plumbi particulas conſequi? Longè enim velociùs ad imum graviora perveniunt. Ita ergo & atomi, etiamſi magnitudine æquales ſint, pondere tamen inæquales; numquam poterunt, quæ leves ſunt, conſequi graviores: quòd ſi conſequi non poſſunt, ſine dubio nec miſceri, nec corpus efficere.

In Atomos.
* P. S. T. R. ſurſum
* S. T. & alia arida
* T. R. alii: numquam poterunt

XVIII. Tum deinde ſi indeſinenter feruntur, & ſemper veniunt, & rebus quarum jam menſura integra conſtat adduntur; quo modo ſtare univerſitas poteſt, cùm tam immenſis ponderibus nova ſemper pondera cumulentur? Sed & illud requiro: Si paulatim coëuntibus corpuſculis, * exſtruebatur hic quem videmus ambitus cœli; quo modo non in eo illico, cùm conſurgeret, corruit? ſi quidem hians machinæ ipſius ſummitas, nullis ſuffulta repagulis ſtringeretur. Sicut enim qui ædificiorum tholos * in circulum * inſtruunt; niſi * concluſionem medii verticis ſtrinxerint, univerſum pariter ſolvitur: ita & mundi circulus, quem tam decorâ ſpecie collectum videmus; ſi non ſubitò & ſub uno divinæ virtutis rotatu, potentiâ Conditoris effectus eſt; ſed paulatim concurrentibus atomis & * inſtruentibus, non ut ratio * patebat, ſed ut fortuitus incidiſſet eventus; quo modo non priùs

* T. extrahebatur
* Carm. in circulos ſtruunt exſtruentibus. P. R. in circulo ſtruunt
* S. T. ferunt
* S. T. concluſione
* S. T. R. exſtruentibus
* S. T. R. Carm. pebat

[illegible] Κρόνος [illegible]. Dionyſius Alexandrinus Epiſcopus, in Opere de natura apud Euſebium Præparat. Evangel. lib. 14. cap. 23. [illegible]. Lege Sextum Empiricum Pyrrhoniarum Hypotypoſeon l. 3. c. 4. In Mathematicos lib. 8. p. 367. & Chalcidium in Timæum Platonis. COT.

53. *Aſclepiades oncos vel ὄγκους.*] Pergit Dionyſius Alexandrinus, poſt citata verba, ſic; [illegible] ὄγκους [illegible] Ἀσκληπιάδης ὁ ἰατρὸς [illegible] τὸ ὄνομα. Hoc eſt; *Nomine autem, aiunt, alio illis impoſito Heraclides vocavit ὄγκους, hoc eſt, moles ſeu maſſas; à quo & Aſclepiades medicus nomen velut hæreditate accepit.* Cætera apud Sextum Empiricum. Ibid.

54. *Geometræ fines.*] οἱ μαθηματικοὶ [illegible]. Sextus. Ibid.

55. *Democritus ideas.*] Primus enim Democritus, teſte S. Irenæo lib. 2. cap. 19. dixit, *multas & varias ab univerſitate figuras expreſſas deſcendiſſe in hunc mundum.* [illegible] Ἀθηναῖος [illegible] Μητρόδωρος [illegible]. Clemens Alexandrinus Protreptici p. 43. Id eſt, *opinor; Leucippus autem Mileſius, & Chius Metrodorus, duplicia, ut videtur, ipſi quoque reliquêre principia, plenum & inane. Adjecit autem mutuatus, duobus illis imagines Democritus Abderita.* Mitto Ciceronem, & Minucium Felicem, cum aliis. Ibid.

Heraclitus ignem, Diogenes aërem.] Ita ſex codices MSS. quibus uſi ſumus. Intellige vero Diogenem Apolloniatem. Ibid.

56. *Parmenides terram.*] Cum igne: ut materiam cum opifice. Diogenes Laertius, Clemens Alexandrinus, Theodoritus, Cicero. Ibid.

57. *Ariſtoteles etiam quintum introducit elementum, quod acatonomaſton (ἀκατονόμαστον) id eſt, incompellabile nominavit, &c.*] Cicero Tuſculan. Quæſt. lib. 1. *Ariſtoteles quintum genus adhibet, vacans nomine.* Apud Laertium & Illuſtrium, in Ariſtotele; [illegible]. Quibus ſimilia in Theodoriti ſermone de materia & mundo, in Juſtino Martyri attributis p. 143. & 197. ex Philoſopho lib. 1. de cœlo cap. 2. 3. in Stobæi Eclogis Phyſicis cap. 13. in Attici Platonici Opere adverſus Ariſtotelem apud Euſebium Præp. Evang. XV. 7. 8. in Sexti Hypotypoſibus ubi ſuprà, & Opere in Mathematicos p. 433. necnon in Plutarcho lib. 1. de placitis Philoſophorum cap. 3. Atque hæc poſui, cum ut illuſtrarem locum præſentem, ut exponerem ſententiam Ariſtotelis aliò per Noſtrum traductam, tum ut ab accuſatione docti Animadverſoris Deſiderii Heraldi defenderem verba Arnobii lib. 2. *Qui quintum elementum principalibus applicat cauſſis, non Ariſtoteli Peripateticorum patri credis?* Lege Philoſtratum III. de vita Apollonii 11. Strabonem lib. 15. paullò poſt medium, de Brachmanibus, & Julianum Imperat. Orat. 5. p. 303. item clariſſimum Huetium in Notis ad Origenem p. 121. Rufinus contra Hieronymum; *Neſciebam te ἀκατονόμαστον dici & incompellabilem nominari.* Ibid.

58. *Aiunt enim corpuſcula ipſa, quæ atomos appellant, diverſis eſſe qualitatibus, &c.*] Non hoc dicebat Epicurus: immò atomis tribuebat ſolummodo figuram, magnitudinem, & pondus. Ibid.

peiùs quàm colligi poſſet & concludi, dilapſus eſt & diſſolutus? Ad hæc etiam illud requiro, quod ſit munimen, ſuper quod tam immenſæ molis jacta ſint fundamenta? Et rurſus, illud ipſum quod dixeris munimen, ſuper quid jaceat? Et item illud aliud, ſuper quid? Et eo uſque interrogando progrediar, donec reſponſio ad nihil & inane perveniat.

XIX. Quòd ſi dicat aliquis, quia atomi igneæ qualitatis, conjunctæ ſibi corpus unum fecerunt: & quia ignis qualitas non deorſum, ſed ſurſum tendit; impoſitam mundi molem, ad ſuperiora ſemper nitens ignis natura ſubvectat. Ad hæc reſpondebimus: Quo modo potuerunt atomi igneæ qualitatis, quæ ſemper ad ſuperiora contendunt; in inferiora deſcendere, & in profundo ac ſub omnis demerſo inveniri loco? Cùm * itaque graviores quæque, id eſt, terrenæ vel humidæ qualitates præveniant, ut diximus, leviores; unde & cœlum, velut ſuperiorem fabricam, igneis atomis, quæ & leviores ſunt, & ſurſum ſemper fugiunt, adſerunt ſtructam. Neque ergo fundamenta ignis, aut alia ulla habere mundus poteſt; neque atomis gravioribus cum levioribus, id eſt, his quæ deorſum ſemper præcipitantur, & his quæ ſemper ſurſum fugiunt, ſocietas aut compaginatio ulla conveniat. Igitur quòd impoſſibile ſit ex atomorum conjunctione, corpora mundi ſolidari, ſufficienter dictum; & quòd non potuerint inſenſibilia corpora, etiamſi ullâ ratione coire & connecti potuiſſent, formas dare corporibus & menſuras, vel membra fingere, vel qualitates efficere, vel exprimere quantitates; quæ utique omnia modulatione, ſui manum teſtantur artificis, & opus rationis oſtendunt; quam rationem ego Verbum & Deum appello.

* al. utique

Natura.

XX. Sed dicet aliquis, hæc à Natura fieri. Jam in hoc, de nomine controverſia eſt. Cùm enim conſtet mentis eſſe & rationis opus, hoc quod tu Naturam vocas, ego Deum conditorem voco; conſtat nec potuiſſe nec poſſe vel corporum ſpecies tam neceſſariis diſtinctionibus inſtitutas, vel animorum ſenſus, irrationabili opere & quod ſenſu careat effici. Quòd ſi idonei tibi teſtes videntur Philoſophi, Plato de his teſtatur [59] in Timæo; ubi de mundi ſactura diſcutiens requirit, utrumnam ſemper fuerit, an initium ſumpſerit; & pronunciat, quia factus ſit: Viſibilis enim, inquit, eſt, & palpabilis, atque corporeus: omnis autem quæ hujuſmodi ſunt, facta eſſe conſtat: quod autem factum eſt, aliquem habet ſine dubio auctorem, à quo factum eſt: Hunc ergo, inquit, factorem parentemque omnium, & invenire difficile eſt; & inventum, vulgo enarrare, impoſſibile. Hæc quidem Plato dicit: ſed & ſi ipſe aliique Græcorum Philoſophi, de factura mundi ſilere voluiſſent; nonne omnibus intellectum habentibus, palàm eſſet? Quis enim eſt exigui ſaltem ſenſûs homo, qui cùm cernat domum, omnia quæ ad uſus neceſſaria ſunt habentem; cujus cameram in ſphæræ gyrum videat collectam; eamque vario ſplendore, & diverſis imaginibus depictam; luminaribus præcipuis & maximis adornatam: quis, inquam, eſt, qui hujuſmodi fabricam videns, non ſtatim pronunciet, à ſapientiſſimo & potentiſſimo artifice eſſe conſtructam? Et ita quis invenietur inſipiens; * cùm cœli opus inſpiciat, ſplendorem ſolis cernat ac lunæ; aſtrorum curſus, & ſpecies, & vias certis rationibus & temporibus videat definitas; non tam à ſapiente hæc artifice & rationabili, quàm ab ipſa ſapientia & ratione clamet effecta?

* S. T. R. alii: ut cùm

XXI. Quòd & ſi ſecundùm alios Græcorum Philoſophos audire vis, & * Mechanicis imbutus es diſciplinis; de excelſis quæ traduntur, non te ſine dubio latent. Ponunt enim ſphæram æqualiter ex omni parte collectam, & ad omnia ſimiliter reſpicientem, atque à centro terræ æquis ſpatiis * diſtinctam; ipſaque ſui æqualitate ita ſtabilem, ut eam in nullam partem declinare undique æqualitas collecta permittat: & ita à nullo fulcimento ſubvecta, ſuſtentatur ſphæra. Quòd ſi verè hanc habeat ſimilitudinem mundi machina; evidens eſt opus in ea divinum. [60] Si verò, ut aliis viſum eſt, ſuper aquas poſita ſphæra, vel ſuper ipſas fertur, vel in ipſis volvitur; etiam ſic magni in ea artificis opus declaratur.

* Cod. Mathematicis.

* Cod. P. R. deſtinatam

XXII. Sed ne de his quæ non omnibus palàm ſunt, incerta videatur adſertio; ad ea veniamus, quæ neminem latent. Quis aſtrorum curſus tantâ ratione diſpoſuit, ortuſque eorum & occaſus inſtituit, certiſque & demenſis temporibus unicuique tenere cœli ambitum dedit? Quis ad occaſum, * aliis etiam redire in ortum permiſit? Quis impoſuit modum curſibus ſolis; ut horas, & dies, & menſes, & temporum viciſſitudines, diverſis motibus ſignet; & nunc hyemem, inde ver, æſtatem pòſt & autumnum, certâ curſus ſui dimenſione diſcernat; & * ſemper * eiſdem vicibus, anni orbem inconfuſâ varietate conſtringat? Quis, inquam, tanti ordinis moderatricem, non ipſam * Dei pronunciet ſapientiam? Et hæc quidem ſecundùm illa nobis dicta ſint, quæ de excelſorum diſciplinis traduntur à Græcis.

Aſtra.

* S. T. aliis alius ſemper tendere, alius

* P. R. temperet, eiſ-, demque

* Deeſt in R.

XXIII. Quid autem & de his, quæ vel in terris vel in mari videmus; nonne evidenter edocemur, Dei in his non ſolùm opus eſſe, ſed & providentiam? Nam [61] quòd in terra montes excelſi, certis quibuſque habentur in locis; ut ex his velut compreſſus & coanguſtatus aër, ordinatione Dei cogatur & exprimatur in ventos; ex quibus & fructus germen * concipiunt, & æſtivus ardor temperiem ſumat, cùm [62] Pleiades ignitæ ſolis ardoribus incanduerint. Sed dices; Cur & ardor Solis, ut temperies requiratur? Et quo modo fruges humanis uſibus neceſſariæ maturaſcerent? Sed & illud adverte, quòd ad axem meridianum, ubi plus eſt caloris; non multa datur nubium conſtipatio, nec abundans copia imbrium funditur; ne morbus habitantibus generetur: humidæ enim nubes, ſi calore rapido coquantur, aërem corruptum & peſtiferum reddunt.

Venti.

* S. T. accipiat

Pluviæ.

---

59. *In Timæo*] Accipe integrum Platonis locum, non quidem ut citatur ab Euſebio, Theodorito, aliiſque, ſed quo modo legitur apud ipſum Platonem. [illegible] COTELERIUS.

60. *Si verò ut aliis viſum eſt, ſuper aquas poſita ſphæra, &c.*] Aquas intellige inter firmamentum & cœlum empyræum. Ibid.

61. *Nam quòd in terra montes excelſi, &c.*] Citatur à Beda, libro de natura rerum c. 26. ubi videndæ Gloſſæ incerti Auctoris. Ibid.

62. *Pleiades.*] Editio Baſileenſis, & libri R. & P. Pliades. quâ de lectione in Etymologico ſuo doctiſſimus Voſſius, voce *Vergiliæ*. Ibid.

dunt. Sed & terra calidum imbrem ſuſcipiens, non nutrimenta ſegetibus, ſed perniciem præbet: in quo quis dubitat opus eſſe divinæ providentiæ? Denique Ægyptus, quia Æthiopicis è vicino flagrat ardoribus; ne inſanabiles corruptelas aëris, imbrium neceſſitate ſuſciperet; campi ejus non pluviam nubibus miniſtratam, ſed [63] terrenum quodammodo imbrem Nilo inundante ſuſcipiunt.

Nilus.

Fluvii. Mare.

XXIV. Quid de fontibus dicemus, & fluviis? qui perenni in mare fluunt meatu: & per divinam providentiam, nec illis abundans deficit curſus; nec mare tantas aquarum recipiens copias, ullum ſentit augmentum; ſed in eadem menſura, & ea quæ conferunt, & ea * quæ ibi conſeruntur elementa perdurant. Sed dicis mihi; Salſa aqua naturaliter conſumit fluentum dulce, quod ei fuerit infuſum. Et in hoc ergo manifeſtum eſt Providentiæ opus, ut ſalſum faceret illud elementum, in quod curſus omnium aquarum, quas ad uſum hominibus præſtiterat, * declinavit; uti ne per tanta ſæculi ſpatia, repletus maris alveus, inundationem pernicioſam terris & hominibus redderet. Nec ita quiſquam inſipiens erit, ut hanc tantam rationem, tantamque providentiam, ab irrationabili naturâ arbitretur eſſe diſpoſitam.

* Cand. Carm S.T. quibus confertur. P.R. quibus conferuntur

* S.T. declinaverit

Virgulta. Animalia.

XXV. Quid autem de virgultis? quid de animalibus dicam? Nonne per Providentiam factum eſt, ut cùm ſenectâ temporis reſolverentur; virgulta quidem vel plantis, vel ſeminibus quæ ipſa dederint; animalia verò per progeniem repararentur? Et mirâ quadam diſpenſatione Providentiæ, naſcituro pecori lac præparatur in uberibus; ac ſtatim ut natum fuerit, nullo docente, ſcit ubi alimoniæ ſuæ horrea requirat. Gignuntur autem non ſolùm mares, ſed & feminæ; ut ex utroque poſſit rurſus conſtare poſteritas. Sed ne, ut putant homines, viderentur hæc Naturæ quodam ordine, & non diſpenſatione fieri Conditoris; pauca quædam ad indicium & documentum providentiæ ſuæ, mutato ordine genus ſervare juſſit in terris; verbi gratiâ, * [64] ut per os conciperet * corvus, & per aurem muſtela generaret: ut aves nonnullæ, * ſicut gallinæ, interdum [65] ova vel vento, vel pulvere concepta parerent: alia quædam animalia marem vicibus alternis in feminam verterent, & ſexum per annos ſingulos commutarent; ut lepores, & hyænæ, quas beluas vocant: alia etiam ex terra orirentur, atque inde ſumerent carnem; ut talpæ: alia ex cinere, ut viperæ: alia ex putrefactis carnibus; ut [66] veſpæ quidem equinis, apes autem bubulis: alia [67] ex fimo boum, ut * ſcarabei: alia ex herbis, ut [68] de ocimo ſcorpius: & rurſus herbæ ex animalibus; ut ex cornu cervi vel * capræ, apii & aſparagi.

* P.R. in vipera

* Deeſt in tribus Codd.

* C.C R.P. ſicut & Gallinæ

* Cand P. S.T.R. canthari

* Cand. P. R. capreæ

XXVI. Et quid opus eſt plura enumerare, in quibus divina providentia, mutato ordine eo qui à Natura * datus * putatur, multimodis differentiis * nativitatem animalium conſtare voluit; ex quibus non irrationabilis rerum curſus, ſed ipſius * diſpenſatus * ratione doceretur? Aut non & in hoc pleniſſimum demonſtratur opus divinæ providentiæ; ubi ex terra & aqua, ad vitam hominum ſemina jacta reparantur? quæ cùm terræ fuerint mandata; voluntate Dei, humorem quem ſuſceperit gleba, velut uberibus ſuis ſeminibus immulget: aquis enim ineſt quædam vis ſpiritûs à Deo dati ex initio; cujus opere, habitus futuri corporis, in ipſo ſtatim ſemine formari incipit, & per culmum ſpicamque reſtitui: turgefacto etenim ex humore ſeminum grano, per anguſtos quoſdam venarum meatus vis illa ſpiritûs, quæ ineſſe aquis data eſt; utpote incorporea, tranſcurrens; ad incrementum ſemina ſuſcitat, & creſcentium ſpecies format. Miniſterio igitur humidi elementi, cui vitalis ille ſpiritus inſitus ſemper & ingenitus eſt, efficitur ut non ſolùm reparetur, * ſed ut per omnia ſimilis ſpecies & forma his quæ jacta fuerint ſeminibus redeat. Quæ ratio, cui vel brevem ſenſum habenti; per irrationabilem naturam, & non per divinam ſapientiam conſtare videbitur? Denique etiam hæc ad ſimilitudinem humanæ nativitatis formata ſunt: videtur enim terra vulvæ locum tenere; cui ſemen injectum, per * aquæ & ſpiritûs vim, ſicut ſuprà diximus, & formatur, & alitur.

* P.R. datur

* T. R. *aliis* nativitates

* S.T. diſpenſator ratione Deus

Aqua & ſpiritus.

* R. ſed & *alia*:

* Cand. Carm. aquam.

XXVII. Sed & in hoc admiranda eſt divina pro-

63. *Terrenum quodammodo imbrem Nilo inundante ſuſcipiunt.*]

Cæloque vacante
Terreſtrem pluviam diffuſus porrigit amnis,

de Nilo Alcimus Avitus Poëmatum lib. 2. Apud Græcos verò Philo Judæus l. de vita Moſis p. 564. [illegible] libro de profugis p. 476. [illegible] & lib. 3. de vita Moſis p. 682. [illegible] Ad quæ reſpectum dubio procul ab Heliodoro in lib. 9. quando ſcribit, [illegible] (al. [illegible]) [illegible] (al. [illegible]) [illegible] (al. [illegible]) Inſignis quoque eſt locus Gregorii Nazianzeni Orat. 24. in ipſo ſtatim exordio; [illegible] ita antiquiſſimus codex Regius 133 cùm alii ſex ejuſdem Bibliothecæ habeant [illegible]. Adi ad Theodoritum Quæſt. 39. in Exodum. COT.

64. *Ut per os conciperet corvus, & per aurem muſtela generaret.*] Licèt iſta lectio confirmari poſſit per ea quæ in Ariſtotele III. de generatione animalium 6. Plinio lib. 10. cap. 12. & Martiali Epigrammatum XIV. 74. de corvo leguntur: quia tamen vox *corvus* abeſt à ſex libris MSS. quos cum editis contuli, videtur ſcripſiſſe Rufinus; *Ut per os conciperet, & per aurem muſtela generaret.* quâ de fabulâ dixi ad Barnabam. Sed nihil affirmo. Ibid.

65. *Ova vel vento vel pulvere concepta.*] [illegible] ventoſa, ſubventanea, urina & inania. Ut intelligunt *parvum ovum* in his S. Irenæi verbis lib. 3. cap. 15. *Si autem aliquis quaſi parvum ovum dederit, ſemetipſum ipſis præbeat imitationi illorum, & redemptionem illorum conſecutus eſt.* Quem ego locum aliter ſoleo legere: ad hunc modum; *Si autem aliquis quaſi pravum ovum ediderit, ſemetipſum ipſis præbeat, imitationi illorum* [illegible], juxta adagium [illegible]. *Mali corvi malum ovum.* Epiphanius Hæreſi 26. n. 1. de iiſdem Hæreticis de quibus Irenæus; [illegible] *A Nicolao velut ſubventaneo ſerpentis ovo ſcorpii, ſive aſpidibus prognati.* Ibid.

66. *Veſpæ quidem equinis.*] Sic vulgò. Sed turbant Servius ad Georgicon IV. & I Æneidos, atque Iſidorus Originum lib. 11. & 12. cap. ult. Ibid.

67. *Ex fimo boum.*] Eadem eſt ſententia Hori Apollinis lib. 1. Hieroglyph. cap. 10. atque Euſtathii in Hexaemeron p. 44. Alii ſcarabeorum ſeu cantharorum ortum ad aſini ſtercus & cadaver referunt: unde & [illegible] dictum volunt. Conciliari tamen in fimo poſſunt, ex Ariſtotele lib. 5. de Hiſtoria animalium cap. 19. ubi de [illegible] & [illegible]. Omitto Hiſpalenſem Iſidorum, qui crabrones cum ſcarabeis videtur confudiſſe. Apud S. Auguſtinum cap. 7. libri primi Retractationum, à multis ſtercorea hæc origo vocatur in dubium, à multis ignoratur. Ibid.

68. *De ocimo ſcorpius.*] Traditur quoque apud Plinium Naturalis Hiſtoriæ lib. 20. cap. 12. Mox de aſparagis (Codex Regius *arſaragi* [illegible]) lege idem magnum Opus lib. 19. cap. 8. Ibid.

69. *Por-*

providentia, quòd videre nos quidem & agnoſcere fecit, quæ fiunt: quo modo autem & qualiter fiant, in ſecreto poſuit & in occulto; ut non indignis ad agnitionem ſubjaceant, ſed dignis & fidelibus, cùm meruerint pateſiant. Ut autem rebus ipſis & exemplis probemus, nihil omnino ex terrena ſubſtantia ſeminibus dari; ſed totum ex elemento aquæ, & ſpiritûs qui ineſt ei virtute conſtare; pone mihi, verbi gratiâ, in cratere aliquo ampliſſimæ magnitudinis, injici terræ talenta centum; & ſeminentur in eo diverſæ ſpecies ſeminum, vel olerum, vel etiam virgultorum; his præbeatur ad rigandum aqua ſufficiens; & per annos plures habeatur iſta diligentia: congregentur autem ſemina quæ collecta fuerint; verbi gratiâ, frumenti, vel hordei, aliarumque ſpecierum, per ſingulos annos ſeorſim; donec uniuſcujuſque ſeminis acervus, ad centum talentorum pondus aſcendat: tum etiam arbores avulſæ radicitus adpendantur: & his omnibus ex cratere ſumptis, ſi adpendatur terra, centum ſua nihilominus talenta ſalva reſtituet. Unde ergo dicemus omne illud pondus, omnemque quantitatem ſeminum diverſorum atque arborum ſurrexiſſe? Nonne evidenter apparet, quia ex aquis? Terra enim quod ſuum eſt, integrum tenet: aqua verò quæ per ſingula injecta eſt, nuſquam prorſus eſt; ob potentem divinæ conditionis virtutem, quæ per unam aquæ ſpeciem, tantorum ſeminum virgultorumque & ſubſtantias reparat, & ſpecies format; & genus fœnore multiplicato cuſtodit.

XXVIII. Ex quibus omnibus ſatis abundeque patére puto; * artifici ſenſu, & non irrationabili naturæ opere cuncta effici, & univerſa conſtare. Sed veniamus adhuc, ſi videtur, etiam ad noſtram, id eſt ad hominis ſubſtantiam, * qui eſt * [69] parvus in alio mundus; & conſideremus, quantâ ſit ratione compoſitus: & ex hoc præcipuè ſapientiam Conditoris intelliges: qui cùm ex diverſis ſubſtantiis conſtet, id eſt, mortali & immortali; per artificem providentiam Conditoris, ſocietatem diverſitas non refugit; & quidem longè à ſe * ſubſtantiis. Alia namque de terra adſumitur, & à Conditore formatur: alia verò ex immortalibus ſubſtantiis datur; nec tamen ei per hujuſcemodi conjunctionem, honor immortalitatis infringitur; nec, ut quibuſdam videntur, * affectus, quibus ad hæc ſingula moveri poſſit. Nam corpus, quod ex oſſibus & carnibus conſtat, initium ſumit ex ſemine viri; quod è medullis calor eliciens, vulvæ quaſi terræ conſignat: cui inhærens, ex fonte ſanguinis paulatim rigatum, in carnem & oſſa producitur; atque in ſpeciem auctoris jacti ſeminis reformatur.

* T. R. *alii*: artificis *Homo*.
* P. R. qui homo
* S. T. alius in parvo. R. in parvo mundus
* S. T. *alii*: ſubſtantiis alienis & diverſis. R. ſubſtantiis alienis & diviſis
* S. T. R. ex rationabili & concupiſcibili & iraſcibili ſubſiſtit; ſed magis ineſſe ei tales quidam videntur affectus

XXIX. [70] Et vide in hoc Artificis opus: quo modo oſſa, velut columnas quaſdam, quibus caro ſuſtentetur ac portetur, inſeruit. Tum deinde æqualis ex utraque parte, id eſt, dexterâ ac lævâ, menſura ſervetur; ut congruat pes pedi, & manus manui, digiti quoque digitis; ut ſinguli ad ſingulos tota æqualitate concordent: ſed & oculus oculo, & auris auri: quæ non ſolùm conſona ſibi & concordantia, ſed & uſibus neceſſariis apta formantur. Manus quidem, ut operi commodæ ſint; pedes, ut greſſibus; oculi, ut viſibus ſerviant, ſuperciliorum excubiis cuſtoditi: aures ad audiendum ita formatæ, ut cymbalo ſimiles, ſuſcepti verbi repercuſſum ſonitum altiùs reddant, & uſque ad ſenſum cordis emittant: lingua autem ad loquendum illiſa dentibus, plectri reddat officium: ipſi verò dentes, alii ut incidant & dividant cibos, & interioribus tradant; interiores verò, ut in modum molæ conficiant & comminuant; quò opportuniùs ſtomacho traditi, coquantur; unde & molares appellati ſunt.

XXX. Sed & nares, commeandi flatus, & reddendi ac recipiendi gratiâ factæ ſunt; ut innovatione ſpiritûs, calor naturalis qui * ex corde eſt, vel accendi vel refrigerari, cùm res popoſcerit queat, pulmonis officio; qui pectori inhærere datus eſt, ut mollicie ſui, palpet & foveat cordis vigorem; in quo videtur vita conſiſtere: vita dico, non anima. Nam quid dicam de ſubſtantia ſanguinis? * quam velut fluvius ex fonte procedens, & uno priùs alveo invectus, tum deinde per innumeras venas, quaſi per * areas derivatus; totam humani corporis terram, vitalibus rigat fluentis, jecoris opere miniſtratus; quod ad efficaciam digeſtionis ciborum, atque in ſanguinem mutandorum in dextro latere jacet. In ſiniſtro verò, ſplenis eſt locus; qui trahere ad ſe & purgare quodammodo ſordes ſanguinis poſſit.

* S. T. R. *alii*: in
* S. T. R. *alii*: qui
* *Carn.* T. ſingulas areas

XXXI. Inteſtinorum quoque ratio quanta eſt? quæ idcirco longis nexibus in circulorum ordinata ſunt modum, ut ſuſceptas digeſtiones ciborum paulatim egerant; quò neque ad ſubitum inanes efficiant locos, & his qui ſuperadditi fuerint non impediantur cibis. Membranæ autem in modum idcirco * facta ſunt; ut ex ipſis ea quæ * intrinſecùs ſunt, humorem ſenſim ſuſcipiant; * quò neque ſubitò effuſus * exinaniſſet interna, neque denſiore cute prohibitus, arida quæ extrinſecùs habentur efficeret, & totam hominis fabricam ſitis neceſſitate turbaret.

* *Cod.* P. R. factæ
* S. T. R. *alii*: extrinſecùs
* *Carm.* S. T. qui
* S T R. *alii*: exinaniret

XXXII. Porro verò feminea poſitio, & vulvæ ſinus ad recipiendum germen, & confovendum vivificandumque commodiſſimus; quem non ratione & prudentiâ effecta eſſe, quæ facta ſunt, ſuadeat? quòd in ea ſolùm parte membrorum, à virili ſpecie femina diſcrepet, qua poſteritas ſata ſuſcipitur, & fovetur: & rurſus virilis habitus ea tantummodo membrorum parte immutetur, qua ei vis ſerendi & generandi hominis ineſt. Et in hoc magnum quidem teſtimonium Providentiæ datur, ex neceſſaria diverſitate membrorum: ſed ibi majus, ubi in habitus ſimilitudine, uſus diverſitas, & officii varietas invenitur. Nam mamillæ viris æquè ſunt, ac feminis: ſed feminarum ſolæ ſunt, quæ lactis munere replentur; ut ſtatim ubi genuerint, apta ſibi parvulus inveniat nutrimenta. Quòd ſi tantâ ratione videmus in homine membra diſpoſita; ut cùm in cæteris omnibus ſimilis habitus vi-

---

69. *Parvus in alio mundus.*] Codex Candelerianus, *Alius parvus mundus.* Carmeliticus, *Alius in parvo mundus.* Eodem ſenſu. *Phyſici* inquit Macrobius lib. 2. in Somnium Scipionis cap. 12. *mundum, magnum hominem, & hominem, brevem mundum eſſe dixerunt.* Quod ſic expreſſum eſt à Philone Judæo libro Quis rerum divinarum hæres, p. 502. conſtantiensis. *βραχὺν φασὶ κόσμον τὸν ἄνθρωπον, μέγαν δὲ ἄνθρωπον ἔφασαν τὸν κόσμον εἶναι.* De homine *microcoſmo*, minori mundo, *ἀνθρώπου κοσμικοῦ* ubique legas. COT.

70. *Et vide in hoc Artificis opus, &c.*] Totum locum confer cum Reſponſione ad Interrogationem 140. in Cæſarii Dialogis: nec dubitabis aſſerere, à Cæſario illo ſuppilatas fuiſſe Recognitiones. Minus commodè Arnobius lib. 3. *Nam quid in homine pulcrum eſt, quid quaſo admirabile, vel decorum, niſi quod & veternus* (legunt clarum è MS. Regio, cum etiam ſcribi potuiſſet verrino) *cum pecore neſcio quis auctor voluit eſſe commune?* Ibid.

71. Ecce

videatur, in his tantummodo diſcrepent, in quibus uſus diverſitatem requirit; & neque in viro aliquid ſuperfluum aut egens, neque in femina quod deſit videamus vel quod abundet; quis ex his omnibus non evidenter agnoſcat rationis opus, & ſapientiam Conditoris?

XXXIII. His adſtipulatur etiam cæterorum animalium rationabilis diverſitas; & ſuo quodque uſui miniſterioque conveniens. Hæc teſtatur & arborum varietas, herbarumque diverſitas, tam ſpecie variata, quàm ſuccis. Hæc adſerit & permutatio temporum, in quatuor diſtincta viciſſitudines; & certis horis, diebus, menſibus, annum circulus claudens, & ne unam quidem horam ſtatutæ rationis excedens: hinc denique etiam mundi ipſius ætas, certâ & ſtabili ratione, concepto annorum numero cenſetur.

Mundi creatio.

XXXIV. Sed dices; Quando mundus factus eſt, & quare tam tardè! Hoc poſſis obtendere etiamſi antè factus fuiſſet: diceres enim, cur non & ante hoc? & ita immenſa ſæcula tranſcendens, ſemper poſſis requirere, cur non & ante hoc? Sed nobis nunc ſermo non de eo eſt; * ſed ſi omnino factus eſt. Si enim factum conſtat; neceſſariò potentis & ſummi artificis opus eſt: quod ſi conſtat; quando eum facere voluerit, ſapientis artificis arbitrio judicioque relinquendum eſt. Niſi videatur tibi omnis hæc ſapientia, quæ tam immanem mundi machinam ſtruxit, & ſingulis quibuſque rebus formas & ſpecies dedit; quarum habitum non decori ſolùm convenientem, ſed & futuris uſibus aptiſſimum & neceſſarium poneret; hoc tam ſolum fugerit, * quo tam magnificæ conditionis opportunum tempus adſumeret. Eſt apud illum profectò certa ratio: ſunt evidentes cauſſæ; cur, & quando, & qualiter fecerit mundum: quas hominibus: quibus hæc quæ ante oculos poſita ſunt, & de ejus providentia conteſtantur, inquirere & intelligere pigrum fuit; aperiri utique non oportuit: quæ enim in occulto habentur; & intra ſapientiæ ſenſus, velut intra regios theſauros recondita ſunt; nemini patent, niſi his qui ab illo didicerint, apud quem ſignata ſunt hæc & repoſita. Deus ergo eſt qui fecit omnia, & ipſe à nemine factus eſt. Qui autem Naturam pro Deo nominant, & per naturam facta eſſe cuncta teſtantur; latet eos appellationis ſuæ error. Si enim Naturam irrationabilem putant; ſtultiſſimum eſt, rationabilem facturam ab irrationabili factore progredi. Si verò ratio eſt, id eſt, logos, per quam facta conſtat univerſa; ſuperfluò nomen immutant, ubi de Conditoris ratione profitentur. Ad hæc ſi quid habes, pater, proſequere.

* S T. R. *alii*: cur non ſit ante factus, quàm factus eſt; ſed

* *Carm.* S. T. quod

Natura.

XXXV. Hæc cùm Niceta dixiſſet, Senex ita reſpondit; Tu quidem fili, prudenter & fortiter proſecutus es, in tantum ut meliùs dici poſſe de Providentia non putem: ſed quoniam hora jam multa eſt, craſtinò ad hæc quæ * perſecutus es, reſpondere aliqua volo; de quibus ſi mihi ſatisfeceris, gratiæ me fateor debitorem. Et his à Sene dictis, ſurrexit Petrus. Quidam verò ex * adſtantium Laodicenſium * primas, rogabat Petrum & nos, ut Senis indumenta, quæ habebat ſordida & ſciſſa, mutaret: quem Petrus & nos amplexi, & collaudantes pro honeſta & optima voluntate ſua, dicebamus; quia nec nos ita inſipientes ſumus, & impii, ut cui tam precioſa verba concredimus, non multò magis etiam hæc quæ ad uſus corporeos ſunt neceſſaria præbeamus; quæ eum & libenter ſuſcepturum credimus, tamquam à filiis patrem; ſed & tectum nobis & vitam communem fore credimus. Hæc cùm nos diceremus; & ille primarius civitatis, ſummâ vi, & blandimentis plurimis avellere à nobis cuperet Senem; nos verò eò vehementiùs retineremus; omnis populus acclamavit, ut illud magis fiat, quòd ipſi placet Seni: & cùm ſilentium factum fuiſſet, Senex juramento prævenit, dicens; Hodie apud nullum manebo, neque ab aliquo quidquam ſuſcipiam; uti ne alterius * delectio, alterius triſtitia fiat: hæc enim poſtmodum, ſi viſum fuerit, fieri poſſunt.

* T. R. *alii* proſecutus

* S. T. R. *alii*: adſtantibus

* S. T. R. *alii*: primus

* S. T. R. *alii*: delectatio

XXXVI. Et cùm hæc dixiſſet Senex, Petrus ait ad primarium civitatis; Quoniam noſtri præſentiâ, bonam voluntatem tuam oſtendiſti; triſtem te non oportet abſcedere: ſed accipiemus abs te gratiam pro gratiâ; domum tuam nobis oſtende, & præpara eam, ut craſtinò diſputatio quæ futura eſt * habeatur; & ſi qui volunt adeſſe ad audiendum, permittantur. Quæ cùm audiſſet * primas civitatis, valde gaviſus eſt; ſed & omnis populus libenter audivit. Cúmque diſceſſiſſent turbæ, domum ſuam oſtendit: diſcedere autem & Senex cœpit. Ego tamen uni ex pediſſequis meis imperavi, clam ſubſequi veſtigium Senis, & diſcere ubi maneret. Nos autem cùm rediſſemus ad hoſpitium, enarravimus omnia fratribus, quæ nobis cum Sene habita ſunt; & ita ex more cibo ſumpto requievimus.

* T. R. *alii*s ibi habeatur

* S. T. R. *alii*: primus

XXXVII. Die autem poſterâ Petrus maturè ſurgens, ſuſcitavit nos; & perreximus pariter ad locum ſecretum, in quo & pridie orationis cauſſâ fueramus: atque inde poſt orationem, dum veniremus ad conſtitutam domum, in itinere monebat nos, dicens; Audite me conſervi dilectiſſimi: bonum eſt ut unuſquiſque veſtrûm, ſecundùm quod poteſt, proſit accedentibus ad fidem religionis noſtræ: & ideo non vos pigeat ſecundùm ſapientiam, quæ vobis per Dei providentiam collata eſt, differentes, inſtruere ignaros & docere; ita tamen ut his quæ à me audiſtis, & tradita ſunt vobis, veſtri tantùm ſermonis eloquentiam ſocietis. Nec aliquid proprium, & quod vobis non eſt traditum proloquamini; etiam ſi vobis veriſimile videatur: ſed ea, ut dixi, quæ ipſe à vero Propheta ſuſcepta vobis tradidi, proſequamini; etiam ſi minùs plenæ adſertionis eſſe videbuntur. Hinc enim ſæpe contingit declinare quoſdam à veritate, dum ſpeciem ſibi verioris & validioris veritatis, propriis cogitationibus repeiſſe ſe credunt.

Pſeudo-Clemens, Epiſt. 3. poſt initium.

XXXVIII. His à Petro dictis, libenter annuimus, dicentes ei, nihil nos acturos, niſi quod ipſi videretur. Tum ille: Ut ergo, inquit, ſine periculo exerceamini; me coram diſputate ſinguli, ita ut unus alii ſuccedat, ac ſuas unuſquiſque explicet quæſtiones. Nunc ergo quoniam heſterno die Niceta ſufficienter diſſeruit, hodie ſermonem faciat Aquila, & poſt Aquilam Clemens; inde ego, ſi tamen etiam me res popoſcerit aliquid addere. Interea dum hujuſmodi ſermones cædimus, ad domum ventum eſt: in qua ſuſcipiens nos paterfamilias, introducit ad locum quemdam, in ſimilitudinem theatri collectum, & pulcrè exædificatum; in quo turbas plurimas ex tempore noctis opperientes nos reperimus; inter quos & Senex qui pridie nobiſcum diſputaverat. Itaque medium habentes Petrum, ingredimur etiam nos, circumſpicientes ſicubi cerneremus Senem: quem prior Petrus videns in medio turbæ latitantem, evocavit ad ſe, dicens; Clariorem multis animam poſſidens, cur in occulto lates, & verecundiâ contegeris? accede huc magis, & quæ tibi videntur, exſequere.

XXXIX. Ubi hæc dixit Petrus, ſtatim tur-

bæ

bæ locum dare cœperunt Seni. Cúmque acceſſiſſet, ita cœpit: Eorum quæ die heſterno proſecutus eſt juvenis, etiamſi verba non memini, ſenſum tamen & ordinem teneo: & ideo neceſſarium puto propter eos qui heſternò non adfuerunt, Anacephalæoſin facere eorum quæ dicta ſunt, & breviter cuncta repetere; ut etiam ſi me aliquid affugerit, ab eo qui proſecutus eſt præſente commonear. Hic ergo fuit heſternæ diſputationis ſenſus: quòd omnia quæ videntur, quoniam certâ menſurâ & arte, formaque ac ſpecie conſtant, ſine dubio à ſapiente virtute ſacta eſſe; * ut rationis ipſius providentiâ mundus regatur, etiamſi nobis ea quæ geruntur in mundo, minùs rectè geri videantur. Conſequitur autem, ut ſi creator omnium Deus eſt ac mens, ſit etiam juſtus: quòd ſi juſtus eſt, neceſſariò judicat: ſi judicat, neceſſe eſt ut homines de ſuis actibus judicentur: & ſi de actibus ſuis unuſquiſque judicatur, erit ergo inter juſtos & peccatores juſtum quandoque diſcrimen. Hæc fuit, ut opinor, totius verbi continentia.

* S. T. R. *alii*: credenda ſunt: quòd ſi mens & ratio eſt quæ hæc condidit, conſequens eſſe, ut

XL. Si ergo oſtendi poteſt, quòd mens ac ratio cuncta condiderit; conſequens eſt, & ea quæ ſequuntur, ratione & providentiâ geri. Si verò Natura imprudens & cæca gignit univerſa; perimitur ſine dubio judicii ratio; nec diſcuſſio peccatorum, ac benefactorum remuneratio ſperabitur, ubi judex non eſt. Quia ergo omnia in hoc pendent, & huic capiti adhærent; non indignemini, ſi fortè paulò latiùs diſcuti hæc & * pertractari voluero. In hoc enim mihi ad omnia quæ proponuntur, velut prima janua clauditur: & ideo hanc mihi ante omnia aperiri volo. Nunc ergo audite quæ dico, & reſpondeat mihi ſi quis veſtrûm volet: non enim erubeſcam diſcere, ſi audiero quod verum eſt; & rectè dicenti acquieſcere. Igitur heſternò à te habitus ſermo, qui adſerebat quòd arte & menſurâ & ratione cuncta conſtârent; non valde me ſuadet, mentem rationemque eſſe quæ fecerit mundum: multa enim habeo, quæ oſtendam competenti menſurâ ac formâ & ſpecie conſtare, nec tamen per mentem condita ac rationem. Tum præterea video multa inconditè, inconſequenter, injuſtè geri in mundo: & ſine Geneſis curſu nihil fieri poſſe; quod poſt omnia etiam ex meipſo manifeſtiſſimè adprobabo.

* P. R. perſcrutari

De Providentia.

XLI. Hæc cùm Senex diceret, Aquila reſpondit; Quoniam ipſe propoſuiſti, ut ad ea quæ diceres haberet copiam reſpondendi qui velit; concedit mihi frater meus Niceta, hodie facere ſermonem. Et Senex: Proſequere, ait, fili, ut vis. Et Aquila reſpondit; Promiſiſti quòd oſtenderes multa eſſe in mundo quæ formam ac ſpeciem æquali ratione collectam gerant, quæ tamen conſtet non effici per conditorem Deum. Nunc ergo quod promiſiſti oſtende. Et Senex: [71] Ecce arcum videmus in cœlo, circulum tenere omni menſurâ collectum, & habere ſpeciem veri, quam fortaſſis nec mens condere, nec deſcribere ratio potuiſſet; nec tamen hic ab aliqua mente fit. Ecce in brevi totum propoſui; reſponde ad hæc.

XLII. Tum Aquila: Non continuò, inquit, ſi quid ex typo & formâ exprimitur; id intelligitur à ratione * eſſe, ac ſine mente non fieri poſſe: quoniam typus ipſe qui exprimit figuras ac formas, non ſine mente factus eſt. Verbi causâ, cera ſi adfigatur ſculpto anulo, imaginem quidem & figuram ſumit ex anulo, qui ſine dubio ſenſu caret: ſed anulus qui exprimit effigiem, manu artificis ſculptus eſt; & mens fuit ac ratio, quæ typum anulo dedit. Ita ergo & arcus exprimitur in aere: ſol enim nubibus rareſcentibus radios ſuos imprimens, & humori nubilo velut ceræ molli adfigens orbis ſui typum, arcûs ſpeciem reddit; & efficit hoc ipſa, ut dixi, repercuſſio ſplendoris Solis in nubibus, atque ex illis fulgorem circuli ejus reddens. Fit autem hoc non ſemper, ſed cùm opportunitatem ſui, humectæ nubes rareſcendo præſtiterint. Unde & rurſus cùm denſantur nubes & coëunt; arcûs forma reſolvitur, & exoleſcit: denique numquam ſine ſole & nubibus, arcus apparet; ſicut nec ſine typo & cerâ, * & aliâ hujuſmodi materiâ, exprimitur imago. Non ergo mirum eſt, ſi conditor Deus ex initio fecit typos, ex quibus nunc formæ exprimantur ac ſpecies. Simile autem hoc & illi, quòd ab initio Deus elementa inſenſibilia creavit, quibus ad reliqua omnia formanda & explicanda uteretur. Sed & qui ſtatuas formant, typum priùs * luti vel ceræ fingunt; & ex ipſo redditur ſtatuæ effigies: tum deinde & umbra redditur ex ſtatua; quæ umbra per omnia formam ac ſimilitudinem ſtatuæ gerit. Quid ergo dicemus, inſenſibilem ſtatuam formare umbram, tam diligenti, quàm ipſa ſtatua eſt, ratione collectam? an illi ſine dubio adſcribetur umbræ collectio, qui & ſtatuam finxit?

* S. T. R. *alii*: & mente non fieri: quoniam

* T. R. *alii* vel

* S. T. R. *alii*: luti,

XLIII. Si ergo tibi videtur hoc ita ſe habere, & ſufficit quod de hoc dictum eſt; ad alia inquirenda veniamus: aut ſi aliquid adhuc deeſſe putas, repetamus. Et Senex ait; Volo ut repetas de hoc: ſunt enim & alia multa quæ ſimiliter fieri video: nam & fructus arborum ſimili modo pulcrè formati, & in rotundum mire collecti naſcuntur; & foliorum ſpecies ingenti decore formatur, atque exquiſitâ arte viridis membrana contexitur: tum præterea pulices, mures, lacertas, & his ſimilia: numquid & hæc dicemus à Deo fieri? Unde ex his vilioribus, conjectura capitur meliorum; quòd nequaquam mentis arte formentur. Bene, inquit Aquila, * de foliorum textura, & de parvis animalibus colligis, quòd ex his fides etiam melioribus deroganda ſit: ſed non te iſta decipiant, ut putes quaſi duabus folia manibus operantem Deum, non poſſe univerſa complere quæ fiunt; ſed memento quo modo heſternò tibi frater meus Niceta reſpondit, & myſterium ante tempus aperuit, verè quaſi cum patre loquens; & cur & quo modo fiant hæc, quæ inutilia videntur, expoſuit.

* S. R. *alii*: quia de

XLIV. Et Senex: Cur iſta inutilia voluntate illius ſummæ mentis fiant, velim à te audire. Si, inquit, liquido apud te conſtat, quòd mentis & rationis opus in ipſis eſt; tum demum tibi etiam cur facta ſunt, dicere non pigebit, & quòd juſtè facta ſint edocere. Ad hæc Senex reſpondit; Non poſſum fili, ea quæ videntur ex arte formata, dicere per mentem fieri; propter cætera quæ injuſtè & inordinatè fieri videmus in mundo. Si ta, inquit Aquila, ea quæ inordinatè fiunt, dicere quòd per providentiam Dei facta ſint non ſinunt; cur non ea quæ ordinatè fiunt, dicere te quod à Deo facta ſint cogunt, & quia irra-

71. *Ecce arcum videmus in cœlo, &c.*] Græca ſi mavis; & cur non mavelis, dabit idem Cæſarius Interrogatione 113. [illegible Greek] Ad caput autem ſequens legito Reſponſionem ejuſdem Quæſtionis, & ſequentem Quæſtionem 114. COTELERIUS.

72. Se-

irrationabilis natura opus rationabile proferre non poſſit? Certum eſt enim, nec omnino negamus, quia in hoc mundo quædam ordinatè, quædam inordinatè fiant: ea ergo quæ rationabiliter fiunt, crede quòd per Providentiam fiant; quæ verò irrationabiliter & inordinatè, quia naturaliter eveniant & fortuitò accidant. Miror autem non advertere homines; quia ubi ſenſus eſt, poſſunt res ordinatè fieri & inordinatè; ubi autem nullus eſt ſenſus, neutrum omnino effici: nam ratio ordinem facit; ordinis autem curſus, ſi contrarium quid acciderit quod ordinem turbet, neceſſariò inordinatum aliquid profert. Et Senex: Hoc ipſum mihi à te oſtendi volo.

Aſtra.

XLV. Non, inquit, morabor, Aquila. Duo viſibilia ſigna monſtrantur in cœlo; unum ſolis, aliud lunæ: hæc ſequuntur & aliæ quinque ſtellæ, diverſos & proprios ſingulæ explicantes curſus. Hæc ergo Deus poſuit in cœlo, quibus aëris temperies pro ratione temporum diſpenſetur, & ordo viciſſitudinum permutationumque ſervetur. Horum autem ipſorum miniſterio, & ſi quando pro peccatis hominum * plaga * & correptio terris injicitur; perturbatur aër, lues animantibus, corruptio frugibus, peſtilens per omnia mortalibus annus inducitur: & ita fit, ut uno eodemque miniſterio, & ſervetur ordo & corrumpatur. Etenim palàm eſt * incredulis & imperitis, quòd curſus ſolis utilis & neceſſarius mundo, per Providentiam datus, ſemper ordinatus habeatur: lunæ verò, ad comparationem curſûs ſolis, in augmentis & detrimentis ſuis, apud imperitos, inordinati curſus videntur & incompoſiti. Nam ſol certis diſtinctionibus & ordinatis movetur: ex ipſo enim ſunt horæ; ex ipſo dies, cùm aſcenderit; ex ipſo etiam nox, cùm occiderit; ex ipſo menſes & anni numerantur; ex ipſo viciſſitudines temporum fiunt, dum ad ſuperiora conſcendens, ver temperat: ubi autem ad ſummum cœli venerit, æſtivos accendit calores: decidens rurſus, autumni temperiem reddit: ubi verò ad inferiorem redierit circulum; ex glaciali compage cœli, rigorem nobis hyberni frigoris derelinquit.

** S. T. placet*
Cur mala, & unde.
** In T. inſer. etiam. Sic & in aliis.*

XLVI. Sed de his aliàs latiùs diſſeremus. Nunc interim, * cùm * ſit * iſte miniſter bonus, ad viciſſitudines temporum moderandas; tamen ubi ſecundùm voluntatem Dei, correptio mortalibus datur, incandeſcit acriùs, & urit mundum vehementioribus flammis. Similiter autem & lunæ curſus, atque hæc quæ imperitis videtur inordinata permutatio; incrementis frugum, & pecudum, omniumque animantium commoda eſt: augmentis enim ejus detrimentiſque, mirâ quadam Providentiæ arte, omne quod gignitur, alitur & creſcit: de quibus latiùs proſequi poſſemus, & aperire de ſingulis rationem, niſi nos propoſitæ quæſtionis ordo revocaret. His tamen ipſis eiſdemque miniſteriis, quibus gignuntur, aluntur, augentur univerſa; cùm fuerit, juſtâ aliqoâ ex cauſâ, ordinis ioſtituti mutata temperies; corruptio oritur & intemperantia; ut in homines, ſicut ſuprà diximus, caſtigatio, Dei voluntate procedat.

** P. R. conſiſtit*
I. Clement. Hom. 11. c. 10. Vide ſuprà, l. 3. c. 27.

XLVII. Sed forſaſſe dices; Quid, quòd in iſta communi caſtigatione ſimilia impii patiuntur & pii? Verum eſt, etiam nos fatemur: ſed piis, caſtigatio ad profectum cedit; ut in præſenti vitâ adflicti, purgatiores veniant ad futuram, in qua perpetua eis requies præparata eſt: ſimul autem ut & impii aliquantulum ex ipſorum caſtigatione proficiant; aut juſta in eos feratur judicii futuri ſententia; cùm in eiſdem caſtigationibus, juſti quidem gratias egerint Deo, injuſti autem blaſphemaverint. Igitur cùm in duas partes rerum dividatur opinio, quòd alia per ordinem, alia contra ordinem fiant; ex his quidem quæ ſecundùm ordinem fiunt, oportuit credi eſſe Providentiam; de his verò quæ contra ordinem geruntur, cauſſas * requirere ab his, qui eas per doctrinam Propheticam didicêre: quibus enim innoteſcere potuit ſermo Propheticus; * ſciunt quando, & ob quam cauſſam ærugo, grando, peſtilentia, & horum ſimilia per ſingulas quaſque generationes exorta ſint, & ex quibus peccatis hæc ad vindictam data ſint; unde humano generi cauſſa triſtitiæ, unde gemitus ac dolores acciderint; unde etiam tremoris languor advenerit, & quòd hæc ab initio fuerit vindicta parricidii.

I. Clement. Hom. 11. c. 16.
** al. requiri*
** Carm. ſciant quid veniat de miſericordia, quid de juſtitia. & apud quem non eſt iniquitas requirendum eſt, ut probentur pii, corrigantur verò impii. Sicut verbi gratiâ in una domo vel in una navi, ſi immineant ruinæ vel naufragii caſus, ſine dubio periculum utroſque reſpicit: non quia ſimili detinentur actione rei, ſed quia eis communis iſtius vitæ curſus par eſt ut cùm juſtus ſit, adverſis non frangatur: injuſtus emendetur, vel de correptione vitam adeptus cum juſto, aut de obduratione ſupplicium recepturus.*

XLVIII. Nam ab origine mundi, nihil horum fuit; ſed ex impirtate hominom, initium mala iſta ſumpsêre; & inde * ſemper * creſcentibus iniquitatibus, & malorum numerus crevit. Sed idcirco divina providentia judicium erga omnes ſtatuit; quia præſens ſæculum non erat tale, in quo unuſquiſque poſſet pro meritis diſpenſari. Non ergo ex his, quæ pro peccatis hominum mundo acciderunt malis, illa contemplanda ſunt, quæ ab initio, cùm nullæ * malæ cauſſæ exſiſterent bene & ordinatè inſtituta ſunt. Denique ad indicium eorum quæ ab initio fuêre, inveniuntur nonnullæ gentes alienæ ab hujuſmodi malis. Nam [72] Seres, quia caſtè vivunt, expertes habentur horum omnium; quia neque poſt conceptum adiri ultrà apud eos feminam fas eſt, neque cùm purgatur; carnibus ibi immundis nemo veſcitur; ſacrificia nemo novit; ſecundùm juſtitiam omnes ſibiipſis judices ſunt. Idcirco igitur neque caſtigantur iſtis plagis, quas ſuprà diximus; & plurimum temporis in vita durantes, abſque ægritudine finiunt vitam. Nos autem miſeri, velut cum ſerpentibus peſſimis habitantes; cum hominibus dico iniquis; perferimus neceſſariò cum ipſis adflictionum plagas in hoc mundo; ſed ſpem gerimus, ex conſolatione futurorum bonorum.

quando Gen. 4. 12. in LXX.
** T. ſupercreſcentibus*
** P. T. malâ*
Seres.

XLIX. Si propter iniquitates, inquit Senex, aliorum, cruciantur etiam juſti; oportuit Deum, tamquam proviſorem, jubere hominibus, ut non facerent ea ex quibus neceſſe eſſet cum injuſtis adfligi etiam juſtos; * aut facerent emendationem aliquam; aut purificationem mundo * adhiberent. Juſſit, inquit Aquila, Deus hæc; & dedit præcepta per Pro-

I. Ezech. 2. 6.
** Carm. S. T. aut ſi*
** Carm. S. T. adhibere. R. adhiberet Sic & Cand. P.*

---

72. *Seres*] Quos ex lectione Strabonis, Plinii, Melæ, Solini, Luciani, Ammiani Marcellini, Origenis, Euſebii, Cæſarii, Cedreni, Euſtathii, &c. diſcimus celebres extitiſſe tum ſalubritate & vitæ diuturnitate ad trecentos annos productæ, tum laudibus lenitatis, quietis, frugalitatis, caſtimoniæ, juſtitiæ, ac pietatis. Quò magis mirandum ſcribi à S. Epiphanio in Expoſitione fidei n. 10. apud Seras, virorum conſuetudinem fuiſſe muliebriter vivere, feminarum verò viriliter. Scilicet attribuit Epiphanius Seribus quod ad Gelos pertinet: de quibus ſuprà lib. 9. cap. 22. COT.

Prophetas, quo modo homines vivere deberent: ſed & hæc contempſerunt; imò verò & eos, ſi qui fortè obſervare cupiebant, diverſis injuriis adflixerunt; donec etiam ipſos à propoſita obſervatione dejicerent, & ad incredulitatis nihilominus verterent turbam, ſibique ſimiles efficerent.

L. Propterea denique ab initio cùm fuiſſet omnia terra maculata peccatis, Deus diluvium mundo induxit; quod vos ſub Deucalione factum dicitis: & tunc unum quemdam juſtum cum filiis ſuis in arca reſervavit, & cum eo omnium ſeminum omniumque animantium genus. Et tamen etiam qui ex ipſis nati ſunt; tempore intercedente, rurſus ſimilia prioribus agunt: oblivioni enim, quæ acciderant data ſunt; ita ut poſteri ne hoc ipſum quidem crederent, quòd diluvium factum eſt. Unde & ſtatuit Deus, in præſenti ſæculo ultrà non fieri diluvium: alioqui ſecundùm rationem peccatorum, neceſſe erat etiam per ſingulas generationes hoc fieri, infidelitatis gratiâ: ſed magis indulſit per ſingulas gentes, Angelos quoſdam agere principatum, qui malis gaudent; quibus tamen eâ conditione poteſtas adversùm unumquemque mortalium data eſt, ſi priùs ſe ipſe quis peccando eis feciſſet obnoxium: donec adveniret ille qui bonis gaudet, & compleretur per ipſum numerus juſtorum; & per omnem mundum creſcente multitudine piorum, aliquâ ex parte reprimeretur impietas, & innoteſceret omnibus, quia omne quod bonum eſt, à Deo fit.

[Diluvium.] [I. Clement. Hom. 8. c. 17.]

LI. Ex arbitrii autem libertate unuſquiſque hominum, dum incredulus eſt de futuris, per malos actus incurrit in mala. Et hæc ſunt, quæ videntur in mundo contra ordinem geri; quibus cauſſas, ut eſſent, infidelitas dedit. Miranda igitur per omnia eſt divinæ providentiæ diſpenſatio; quæ his qui initio fuerint, bonam quidem viam vitæ incedentibus, bonis incorruptibilibus dedit perfrui: ubi verò peccaverunt, mali originem peccato pariente ſumpſerunt: & unicuique bono, quaſi quodam conjugii fœdere, ex parte peccati ſociatum eſt malum: quoniam quidem humano * ſanguine terra polluta eſt; & aræ Dæmonibus ſuccenſæ; aërem quoque ipſum inceſto ſacrificiorum fumo temerârunt: & ita demum corrupta priùs elementa, hominibus corruptelæ vitium, velut radices ramis ac fructibus tradiderunt.

[* P. R. ſemine]

LII. Vide ergo in hoc, ut dixi, quàm juſtè vitiatis rebus providentia divina ſuccurrit: ut quoniam bonis Dei, mala quæ ex peccato originem ſumpſerant, ſociata ſunt; duabus his partibus, duos principes poneret; & ei qui bonis gaudet, bonorum ordinem; qui ad fidem providentiæ ſuæ, credentes * adducere ſtatuit; ei verò qui malis gaudet, ea quæ contra ordinem & inutiliter geruntur, ex quibus ſine dubio etiam Providentiæ fides in dubium veniat: & habita eſt per hoc à juſto Deo juſta diviſio. Hinc ergo eſt, quòd cùm ordinatus aſtrorum curſus, fidem faciat manu artificis conditum mundum; rurſum conturbatio aeris, aura peſtilens, fulminum vagi ignes, Providentiæ opus refellant. Habent enim, ut diximus, ſingula quæque bona, contraria & conjuncta ſibi mala: ut fœcundis imbribus, grando inimica eſt; ut rori placido, rubiginis eſt ſociata corruptio; ut ventis lenibus, procellarum turbines juncti ſunt; fructuoſis arboribus, infructuoſæ; herbis utilibus, noxiæ; animalibus mitibus, fera & pernicioſa connexa ſunt. Hæc autem omnia poſita ſunt à Deo, pro eo quòd hominibus voluntas arbitrii à bonorum propoſito diſceſſit, & declinavit ad mala.

[I. ſuprà, l. 1. c. 24.] [* S. T. R. alios adduceret]

LIII. Igitur in omnibus mundi rebus habetur iſta diviſio: & ſicut ſunt pii, ita & impii, ut ſunt Prophetæ, ita & falſi Prophetæ: ſed & apud Gentiles ſunt Philoſophi, ſunt & falſi Philoſophi: Judæorum quoque circumciſionem Arabicæ gentes, aliæque plurimæ ad miniſterium ſuæ impietatis imitatæ ſunt. Sic & divino cultui eſt contrarius Dæmonum cultus, & Baptiſmo Baptiſmus, & legi leges, & Apoſtolis Pſeudo-Apoſtoli, & doctoribus falſi doctores. Et inde eſt unde apud Philoſophos, alii aſſerunt Providentiam, alii negant; alii unum Deum, alii plures defendunt. Uſque ad hoc res denique acceſſit, ut cùm verbo Dei fugentur Dæmones, per quod eſſe Providentia declaratur; invenerit ars magica, ad infidelitatem confirmandam, quo modo etiam hoc ex contrariis imitetur. Sic ſerpentum venena mitigare carminibus, inventum; & verbo ac poteſtati Dei contrarias inducere ſanitates. Angelis quoque Dei contraria reperit ars magica miniſteria; animarum ſuſcitationes contra hæc, & figmenta Dæmonum ponens. Et ne multa enumerando, ſermonem longiùs traham; nihil omnino eſt quod fidem Providentiæ faciat, & non habeat è contrario aliud ad infidelitatem paratum: & ideo qui ignorant iſtam diviſionem rerum; pro his quæ à ſemetipſis diſcordant in mundo, non putant eſſe Providentiam. Sed tu, pater, quaſi vir ſapiens, ex iſta diviſione elige partem quæ ordinem ſervat, & fidem Providentiæ facit; & non ſolùm ſequaris illam partem, quæ contra ordinem currit, & Providentiæ derogat fidem.

[*Circumciſio apud Gentiles.*] [*Magia.*]

LIV. Ad hæc Senex reſpondit; Da mihi viam, fili, quâ poſſim ex duobus iſtis ordinibus, quorum alter adſerit, alter refutat Providentiam, unum aliquem in meis ſenſibus confirmare. Rectum, inquit Aquila, habenti judicium facile diſcrimen eſt: nam & hoc ipſum, quod ais, ordo & inordinatio, ab artifice fieri poteſt *; nam verbi gratiâ, ponamus de excelſa rupe abruptum ſaxum in præceps ferri, idque illiſum ſolo in multa fragmenta comminui; numquid evenire ullo modo poteſt, ut in illa multitudine fragmentorum inveniatur unum ſaltem fragmentum, in quo perfecta aliqua ſpecies per omnia habeatur ac forma? Et Senex reſpondit; Non poteſt. Quod ſi adſit, inquit Aquila, ſignorum artifex, exciſum de monte ſaxum, manu artifici & ſenſu rationabili formare in quam velit ſpeciem poteſt. Et Senex: Verum, inquit, iſtud eſt. Ergo, ait Aquila, ubi ſenſus non eſt rationabilis, nulla ſpecies ex integro formari poteſt; ubi autem ſenſus eſt artifex, ibi & forma & informitas eſſe poteſt: verbi gratiâ, ſi excidat è monte ſaxum artifex, cui formam velit imponere; neceſſe eſt ut id primò informe cædat & barbarum; tum deinde paulatim excudens, & ad libram ſuæ artis exſculpens, * exprimat formam quam mente conceperit. Ita ergo ex informitate * vel * deformitate, artificis manu pervenitur ad formam; & utrumque ab artifice procedit: ſimili igitur modo, & ea quæ in mundo geruntur, per * artificis providentiam fiunt, * etiamſi minus ordinata videantur. Et ideo, quia tibi duæ iſtæ innotuerunt viæ, earumque accepiſti divi-

[* C. C. S. T. R. à natura verò inſenſibili non poteſt. Nam] [* *Deeſt in S. & T.*] [* P. R. artificem] [* S. T. R. etiam ſi ordinata,] [etiam ſi. P. etiam ſi inordinata videantur.]

l. ſuprà, lib. 1. cap. 24. — * Carm. malis hominum gaudet. P. malis omnibus.

diviſiones; fuge infidelitatis viam, ne fortè perducat te ad illum principem qui * malis gaudet; ſequere fidei viam, ut pervenire poſſis ad regem illum qui bonis * hominibus gaudet.

* Carm. P. S. T. R. hominum leg. Clem. Hom. 15. c. 23. &c. — * S. T. gaudeat Dæmones.

LV. Ad hæc Senex reſpondit; Cur autem & princeps ille qui malis * gaudet, factus eſt; & unde factus eſt: aut non eſt factus? Aquila ait; Alterius temporis eſt iſte tractatus: verùm ne expers abeas etiam hujus reſponſionis, pauca tibi de hoc quoque inſinuabo. Præſcius omnium Deus, ante conſtitutionem mundi, ſciens quia futuri homines, alii quidem ad bona, alii verò ad contraria declinabunt; eos qui bona elegerint, ſuo principatui & ſuæ * curæ ſociavit, atque hæreditatem ſibi eos propriam nominavit; eos verò qui ad mala declinarent, Angelis regendos permiſit, his qui non per ſubſtantiam, ſed per propoſitum cum Deo permanere noluerunt, invidiæ & ſuperbiæ vitio corrupti: dignos ergo dignorum principes fecit: ita tamen eos tradidit, ut non habeant poteſtatem in eos faciendi quod volunt, niſi ſtatutum ſibi ab initio terminum tranſeant. Hic eſt autem ſtatutus terminus; ut niſi quis priùs fecerit Dæmonum voluntatem, Dæmones in eo non habeant poteſtatem.

l. Deuteron. 32. 8. in LXX. — * Carm. curiæ

LVI. Et Senex ait; Magnificè proſecutus es, fili: ſupereſt nunc ut dicas, unde eſt ſubſtantia mali: ſi enim à Deo facta eſt, fructus malus radicem culpabilem docet; videtur enim & ipſa malæ naturæ: ſi verò coæterna fuit hæc ſubſtantia Deo; quo modo poteſt quod æqualiter ingenitum & coæternum eſt, alteri eſſe ſubjectum? Non ſemper fuit, inquit Aquila: ſed neque ſi ex Deo facta eſt; continuò neceſſe eſt, etiam conditorem ejus talem videri, quale eſt illud quod ab eo factum eſt. Nam ſubſtantias quidem Deus fecit omnium: ſed ſi rationabilis mens, quæ à Deo facta eſt, nequaquam conditoris ſui legibus acquieſcit, & modum ſtatutæ ſibi temperantiæ excedit; quid hoc ad conditorem ſpectat? [73] * vel * ſi aliqua eſt ratio hac ſuperior, * ignoramus: neque enim de ſingulis ad perfectum ſcire poſſumus, & de his præcipuè, pro quibus non ſumus judicandi, eur ignoremus. Ea vero pro quibus judicandi ſumus, facillima ſunt ad intelligendum, & pæne uno ſermone abſolvuntur. Omnis enim propemodum actuum noſtrorum in eo colligitur obſervantia, ut quod ipſi pati nolumus, ne hoc aliis inferamus: ſicut enim ipſe occidi non vis, caveas oportet ne alium occidas; & ſicut tuum non vis violari matrimonium, nec tu alterius macules torum; furtum pati non vis, nec ipſe facias: & intra hanc regulam humanorum geſtorum ſingula quæque concurrunt.

Unde malum. — * Cand P. R. vel quid — * S. T. quid ſi alia eſt ratio ac ſuperior — * S. T. R. alii & ignoramus — l. Clement. Hom. 7. c. 4. Epiſt. 54.

LVII. Tum Senex; Ne ægrè, inquit, accipias fili, quod dicturus ſum: ſermones tui quamvis validi ſint, non poſſunt tamen flectere me, ut credam fieri aliquid poſſe extra Geneſim. Scio enim omnia mihi neceſſitate Geneſis accidiſſe; & ideo ſuaderi mihi non poteſt, quia vel bene vel malè agere in noſtrâ poteſtate ſit: & ſi actus noſtros in poteſtate non habemus, non poteſt credi futurum eſſe judicium; per quod vel malis pœnæ, vel bonis præmia tribuantur. Denique quoniam te imbutum video in hujuſcemodi diſciplinis, pauca tibi ex ipſa arte proferam. Si, inquit Aquila, ex ipſa diſciplina adſtruere aliquid cupis; frater meus Clemens tibi diligentiùs reſpondebit, qui pleniùs ſcientiam Matheſis adtigit: ego enim aliis viis adſerere poſſum, quòd actus noſtri in noſtrâ ſint poſiti poteſtate: iſta autem quæ non didici, præſumere non debeo.

LVIII. Cùm hæc Aquila dixiſſet, ego Clemens, Craſtinò, inquam, dices pater, ut voles, & audiemus libenter: nam & te puto gratè habiturum, quòd cum his tibi erit ſermo, qui expertes non ſunt ejus quam protuleris diſciplinæ. Cùm ergo placuiſſet inter me & Senem, ut ſequenti die diſputatio nobis de ratione Geneſis haberetur; utrùm omnia ex ea fierent; an eſſet aliquid in nobis, quod non Geneſis, ſed animi judicium gereret; Petrus ſurrexit, & ſermonem facere hoc modo cœpit: Mirum mihi admodum eſt, quòd res quæ facilè inveniri poſſunt, homines exquiſitis cogitationibus ac verbis, difficiles faciunt; & hi maximè qui videntur ſibi ſapientes; quique volentes Dei voluntatem comprehendere, quaſi homine utuntur Deo, imò & ſi quid minus: nam hominis conſilium vel ſenſum ſcire nemo poteſt, niſi ipſe prodat qui cogitaverit; ſed neque artem quis diſcere poteſt, niſi multo tempore à magiſtro fuerit imbutus: quanto magis inviſibilis & incomprehenſibilis Dei, neque ſenſum, neque opus ſcire quis poteſt, niſi ipſe mittat Prophetam, qui enarret conſilium ſuum, & viam conditionis exponat, in quantum diſcere hominibus fas eſt? Unde ridiculum puto, cùm naturalibus viis de virtute Dei, homines judicant; & putant hoc quidem ei eſſe poſſibile, illud verò impoſſibile; aut hoc * majus, illud minus, ignari omnium: [74] qui cùm ſint homines injuſti, judicant Deum juſtum; artificem, imperiti; incorruptibilem, corrupti; factura factorem.

Verus Propheta. — * Carm. S. T. magis

LIX. Et nolo putetis, quia hæc dicens, judicandi de rebus perimo facultatem; ſed conſilium do ne per * divina quis incedens, ſine fine incurrat errores. Et ideo non ſolùm ſapientibus, ſed & omnibus hominibus qui deſiderium gerunt agnoſcendi quod ſibi expedit, ſuadeo, ut requirant verum Prophetam: quia ipſe ſolus eſt, qui novit omnia, & ſcit quid & quo modo unuſquiſque quærat. Ineſt enim intra uniuſcujuſque noſtrûm mentem: ſed in illis quidem, qui deſiderium Dei agnitionis, & juſtitiæ ejus nullum gerunt, otiatur; in his verò qui quod animæ ſuæ expedit

* S. T. R. alii: devia

73. *Vel ſi aliqua eſt ratio hac ſuperior.*] Vide nos infrà ad Clementinorum Hom. 19. num. 12. COT.

74. *Qui cùm ſint homines injuſti, judicant Deum juſtum: artificem, imperiti.*] Huc pertinet illud Tertullianeum; *Quanto magis hos Anacharſis denotâſſet, imprudentes de prudentibus judicantes, quam immuſicos de muſicis.* Apologetici cap. 1. ex dicto ejus Scythæ apud Laertium: *θαυμάζειν δὲ ἔφη πῶς παρὰ τοῖς Ἕλλησιν ἀγωνίζονται μὲν οἱ τεχνῖται, κρίνουσι δὲ οἱ μὴ τεχνῖται.* & apud Plutarchum in Solone: *ἔφη δὲ θαυμάζειν ὁ Ἀνάχαρσις, ἐκκλησίας παραγενόμενος, ὅτι λέγουσι μὲν οἱ σοφοὶ παρ' Ἕλλησι, κρίνουσι δὲ οἱ ἀμαθεῖς.* Rectè Julius Firmicus lib. 1. cap. 2. *Injuſti ſunt enim ſemper (ſicut novimus) judices, qui de incognitis ſibi pronunciant rebus. Non habent etiam judicandi auctoritatem, qui ad ſtatuendum aliquid imperitâ licentiâ temeritatis adducuntur.* Ibid.

dit quærunt, operatur, & ſcientiæ lumen accendit. Propter quod primò omnium hunc requirite; quem ſi non inveneritis, ab alio vos agnituros aliquid non ſperetis. Invenitur autem citò ab his qui veritatis amore perquirunt, & quorum anima præoccupata non tenetur in malitia. Adeſt enim his qui eum in innocentia ſpiritûs ſui deſiderant; qui per patientiam ſuſtinent; & ſuſpiria de profundo cordis, veritatis amore producunt: fugit autem malevolas mentes; quia ut Propheta, cognoſcit cogitationes uniuſcujuſque. Et ideo nemo putet eum per prudentiam ſuam invenire poſſe; niſi, ut ſuprà diximus, mentem ſuam omni nequitiâ vacuam effecerit, atque agnitionis ejus deſiderium purum & fidele conceperit. Ubi enim talem ſe quis præparaverit; ipſe, ut Propheta, videns præparatam mentem, ſponte ſe adhibet ad agnoſcendum.

Sap. 1. 4.

LX. Si quis igitur vult omnia diſcere; non per ſingula diſcutiens; neque enim poterit, cùm ſit mortalis, Dei inveſtigare conſilium, & ipſam immenſitatem perſcrutari; ſed ſi diſcere, ut diximus, omnia deſiderat, verum Prophetam requirat. Quem cùm invenerit; non quæſtionibus & diſputationibus, neque argumentis cum eo agat; ſed ſi quid reſponderit, ſi quid pronunciaverit, hoc certum eſſe non poteſt dubitari. Et ideo quæratur verus Propheta ante omnia, & ejus verba teneantur: in quibus illud tantummodo diſcutiendum unicuique eſt, ut ſatisfaciat ſibi, ſi verè Prophetica ejus verba ſunt; id eſt, ſi indubitatam fidem continent futurorum; ſi tempora definita conſignant; ſi rerum ordinem ſervant; ſi non quæ prima ſunt, noviſſima, & quæ in noviſſimis geſta ſunt, prima narrârunt; ſi nihil verſutum, nihil magicâ arte ad decipiendum compoſitum continent: aut ſi non quæ aliis revelata ſunt, ad ſe tranſtulerit, admiſtis mendaciis. Et cùm his omnibus recto judicio diſcuſſis, verba conſtiterit eſſe Prophetica; ita demum credi eis de omnibus * quibus dixerint & reſponderint debet.

* R. quæ

LXI. Etenim conſideremus diligentiùs opus divinæ providentiæ. Nam quòd Philoſophi introduxerunt verba ſubtilia quædam & difficilia; ita ut ne ipſa quidem vocabula ſermonum, nota eſſe omnibus poſſent & intelligibilia; Deus eos qui ſibi artifices verborum videbantur, per omnia imperitos eſſe erga agnitionem veritatis oſtendit. Simplex enim eſt & manifeſta ac brevis rerum ſcientia, quæ per verum Prophetam traditur; quam iſti per devia incedentes & ſcrupeas verborum difficultates, tutâ ignoraverunt * viâ. Igitur verecundis & ſimplicibus mentibus, cùm viderint fieri quæ prædicta ſunt, ſatis abundeque ſufficit, ut de certiſſima præſcientia certiſſimam * ſcientiam capiant; & de cætero requieſcant, evidenti agnitione veritatis adſumptâ: cætera omnia æſtimatione * tractantur, in quibus firmum nihil eſſe poteſt. Quis enim ſermo eſt, qui non recipiat contradictionem? & quæ argumentatio eſt, quæ non poſſit alia argumentatione ſubverti? Et inde eſt quod ad nullum finem ſcientiæ & agnitionis per hujuſmodi diſputationem pervenire homines poſſunt; priúſque finem vitæ inveniunt, quàm quæſtionum.

J. Clement. Hom. 17. c. 6.

* T. vitâ

* R. præſentiam. P. certiſſima præſentia ſcientiam.

* R. tractentur. Sic & Cand.

LXII. Et ideo cùm in his omnia habeantur incerta, ad verum Prophetam veniendum eſt: quem Deus Pater, volens ab omnibus diligi; hæc quæ homines induxerunt, in quibus nihil poteſt adprehendi, * voluit penitus extinguere; ut eò magis iſte quæreretur; & quam illi obcloſerant, hic hominibus viam veritatis aperiret. * Propter hunc enim Deus etiam mundum fecit; & ab ipſo mundus repletur; unde & quærentibus ſe adeſt ubique, etiamſi in ultimis terræ finibus quæratur. Si verò non purè eum quis, nec ſanctè, neque fideliter quærat; intra ipſum quidem eſt; quia ubique eſt, & intra ſenſus omnium invenitur; ſed, ut ſuprà diximus, infidelibus dormit, & abſens habetur his à quibus eſſe non creditur. Cùmque hæc & alia hujuſmodi Petrus de vero Propheta proſecutus eſſet, turbas dimiſit: Senem verò cùm rogaſſet plurimùm, permanere nobiſcum, obtinere non potuit; ſed & ipſe diſceſſit, aliâ die, ſicut placuerat, rediturus. Et poſt hæc nos unà cum Petro ingreſſi hoſpitium, cibo & quiete ſolità utimur.

* T. noluit

* Carm. S. T. per

Pſeudo-Cl. Epiſt. 3. ante finem.

RECOGNITIONUM S. CLEMENTIS

LIBER NONUS.

I. SEQUENTI die Petrus unà nobiſcum maturè ad locum, in quo pridie habita fuerat diſputatio, properavit; atque ibi cùm plurimas jam ad audiendum conveniſſe turbas, & Senem cum eis videret, ait ad eum; Heſterno die, ô Senex, cum Clemente placuerat ut hodie ſermo fieret; & aut tu oſtenderes nihil extra Geneſim fieri, aut Clemens doceret Geneſim non eſſe *. Ad hæc Senex reſpondit; Et quid placuerit memini; & tua verba teneo, quæ poſt pactiones locutus es; quibus docuiſti, impoſſibile eſſe homini ſcire aliquid, niſi à vero Propheta didicerit. Et Petrus: Neſcis, inquit, quo modo dixerim; ſed nunc te ego commonebo: de voluntate dixi, & conſilio Dei; quàm habuit priuſquam mundus eſſet; & quo conſilio fecerit mundum, tempora ſtatuerit, legem dederit; juſtis ad bonorum remunerationem futurum ſæculum promiſerit, injuſtis pœnas ex judicii ſententia ſtatuerit: hoc ego dixi conſilium, & hanc voluntatem Dei, ab hominibus inveniri non poſſe: quia nemo hominum poteſt ſenſum Dei, conjecturis & æſtimatione colligere, niſi Propheta ab eo miſſus enunciet. Non ergo de quibuſcumque diſciplinis aut ſtudiis dixi, quia inveniri ſine Propheta aut ſciri non poſſint: quippe qui ſciam & artificia & diſciplinas ſciri & exerceri ab hominibus; quas non à vero Propheta, ſed à magiſtris hominibus didicerint.

De Geneſ.
* S. T. R. alii: ſed in nobis & in noſtra poteſtate habere quæ gerimus. Ad

II. Quoniam ergo te profeſſus es gnarum eſſe poſitionis ſiderum, & ſtellarum curſûs; ex quibus convinceres Clementem, quòd Geneſi omnia ſubjaceant; aut ab ipſo diſceres, quòd per Providentiam reguntur univerſa, & eſt etiam aliquid in nobis; hoc expedire vos convenit. Ad hæc Senex reſpondit; Jam quidem neceſſarium non erat, hujuſmodi movere quæſtiones, ſi poſſibile eſſet nobis à vero Propheta diſcere, & audire definitâ ſententiâ, quia ſit aliquid in nobis & in arbitrii poſitum libertate: valde enim me ſermo tuus movit heſternus, in quo de virtute Propheticâ diſputâſti: unde & ego aſſentio, & confirmo ſententiam tuam, quia nihil poteſt ab homine certum indubitatumque cognoſci; cui & exiguum vitæ tempus eſt, & breve ac tenue ſpiramen, quo retineri videtur in vita. Verumtamen quoniam priuſquam de Prophetica virtute aliquid audirem, pollicitus videor Clementi, ut oſtenderem, quia omnia ſubjecta ſunt Geneſi; aut ab ipſo diſcerem, quia eſt aliquid & in nobis; præſtet mihi ipſe in hoc gratiam ut primus incipiat, & quæ objici poſſunt proponat & abſolvat: ego enim, ex quo paucis à te audivi de virtute Prophetiæ, magnitudinem præſcientiæ conſiderans, obſtupui fateor, nec omnino recipiendum quidquam cenſeo, quod conjecturis & æſtimatione colligitur.

III. Et cùm hæc Senex dixiſſet, ego Clemens dicere ita cœpi: Deus per Filium ſuum, creavit mundum, tamquam duplicem domum, interjectu firmamenti hujus, quod cœlum appellatur, diſtinctam; & in ſuperiori quidem Angelicas habitare virtutes, in iſto autem viſibili mundo naſci hominum multitudinem dedit; ex quibus eligeret amicos Filio ſuo, cum quibus lætaretur, & qui ei tamquam ſponſo, * dilecta ſponſa pararentur. Verùm uſque ad nuptiarum tempus; quod eſt præſentia ſæculi venturi; ſtatuit Virtutem quamdam, quæ ex his qui in hoc mundo naſcuntur eligat & cuſtodiat meliores, ac ſervet Filio ſuo, ſequeſtratos in loco quodam mundi, qui extra peccatum eſt; in quo jam ſunt aliquanti, qui ibi velut ſponſa, ut dixi, decora, ad ſponſi præſentiam præparantur. Nam mundi hujus, & præſentis temporis princeps, adultero ſimilis eſt, qui mentes hominum corrumpit ac violat, & à deſiderio veri ſponſi ſeducens illicit ad aliena deſideria.

* T. R. alii: ut dilecta

IV. Sed dicit aliquis; Quid ergo neceſſe erat iſtum principem fieri, qui à vero principe mentes hominum declinaret? Quoniam Deus, qui, ut dixi, Filio ſuo amicos voluit præparare, non eos tales eſſe voluit, qui neceſſitate naturæ, aliud quid eſſe non poſſent; ſed qui arbitrio ſuo & voluntate, boni eſſe deſiderarent: quia nec laudabile eſt, quod non eſt deſiderabile; nec bonum judicatur, quod non propoſito expetitur: nihil enim laudis eſt id eſſe, à quo te mutari naturæ neceſſitas non ſinat. Providentia ergo Dei, hominum multitudinem naſci in hoc mundo voluit; ut ex pluribus eligerentur qui juſtam diligerent vitam. Et quia præſentem mundum prævidit non aliter poſſe, niſi diverſitate & inæqualitate conſtare; ſecundùm præſentium rerum diverſitates, unicuique mentis libertatem motuum dedit; & hunc principem poſuit, quo ea quæ contraria videntur * agitante, * electio meliorum, virtutis * opere conſtaret.

Cur Diabolus?
l. Clement. Hom. 18. c. 23. &c. l. ſup. l. 1. c. 24.
* P. R. agitanta
* Cand P. R. electione
* R. opera

V. Sed ut planius fiat quod dicimus, per ſingula exponemus. Numquid omnes, verbi gratiâ, oportebat eſſe in hoc mundo reges, aut principes, aut dominos, aut pædagogos, aut legiſperitos, aut Geometras, aut aurifices, aut piſtores, aut fabros, aut Grammaticos, aut divites, aut agricolas, aut * olitores, aut piſcatores, aut pauperes? Hæc certum eſt, quia omnes eſſe non poterant. Omnia tamen hæc officia, & multò plura præſens vita hominum requirit, & ſine his tranſigi non poteſt: eſt ergo neceſſaria in hoc mundo inæqualitas. Non enim poteſt eſſe rex, niſi habeat quos regat, & quibus imperet: neque poteſt eſſe dominus, niſi habeat cui dominetur: & cætera ſimiliter.

* S. T. aratores

VI. Sciens ergo Conditor à nullo ſponte veniri ad agonem, dum refugitur labor, hoc eſt, ad exercendas artes iſtas quas ſuprà diximus, per quas vel juſtitia uniuſcujuſque, vel miſericordia manifeſtari poteſt, corpus homini fecit, quod

famem & ſitim & frigus reciperet; ut reficiendi corporis cauſsâ compulſi homines, ad omnes, quas ſuprà expoſuimus, artes, victûs neceſſitate deſcenderent. Cibi enim & potûs atque indumenti gratiâ, ſingulas quaſque artes expetere edocemur. Et hîc jam uniuſcujuſque mentis propoſitum declaratur; utrùm neceſſitatem * famis & frigoris, per furta & homicidia ac perjuria ſarciat, perque alia hujuſmodi ſcelera; an juſtitiam, miſericordiam, continentiamque cuſtodiens, artis ſtudio & manuum labore, imminentis neceſſitatis expleat miniſterium. Si enim cum juſtitia & pietate ac miſericordia, neceſſitatem corporis tranſigat; velut propoſiti agonis victor, amicus Filii Dei, & electus abſcedit. Si verò per fraudes, per iniquitates & ſcelera, concupiſcentiis deſeruit corporalibus; * principibus mundi, atque omnium Dæmonum amicus efficitur: à quibus etiam hoc edocetur, ut ſtellarum curſibus, malorum ſuorum adſcribat errores; * quod non niſi propoſito ac voluntate * delegit. Etenim artes cogente, ut diximus, cibi ac potûs voluptate diſcuntur & exercentur: quæ voluptas, cùm acceſſerit unicuique veritatis agnitio, infirmior efficitur, ſuccedente parſimoniâ: quantus enim ſumptus eſt, aquâ & pane utentibus, & hunc à Deo ſperantibus?

Carm. famis & ſitis & frigoris.
* Carm. Cand. S. T. R. principi hujus. P. principis hujus.
* Cand. P. S. T. R. quos
* S. T. diligit

VII. Eſt ergo, ut diximus, neceſſaria quædam in diſpenſatione mundi inæqualitas; dum omnes quidem homines non omnia poſſunt ſcire, vel implere artificia; uſu tamen & miniſterio omnium, pæne omnes indigent: & ob hoc neceſſe eſt alium operari, alium operanti præbere mercedem, alium ſervire, alium dominari; alium regi, alium regere. Sed hanc inæqualitatem quæ mortalium vitam neceſſariò ſubſecuta eſt, divina providentia in occaſionem juſtitiæ, miſericordiæ, humanitatiſque convertit; ut dum hæc inter homines aguntur, ſit unicuique cauſſa juſtè agendi cum eo, cui merces operis exſolvenda eſt, & faciendi miſericordiam cum eo, qui debilitate fortaſſis aut penuriâ intercedente debitum ſolvere non poteſt; ſed & humanè agendi cum his qui * conditione videntur obnoxii; manſuetudinem quoque conſervandi erga ſubjectos; & omnia prorſus gerendi ſecundùm legem Dei: dedit enim legem, juvans per hoc humanas mentes; ut faciliùs erga unumquodque qualiter agi deberet, * adverterent, quâ viâ effugerent malum, & quâ ad futura tenderent bona; & ut in aqua regenerati per opera bona, ignem vetuſtæ nativitatis exſtinguerent. Prima enim noſtra nativitas, per ignem concupiſcentiæ deſcendit: & ideo diſpenſatione divinâ, ſecunda hæc per aquam introducitur, quæ reſtinguat ignis naturam; [75] & cœleſti ſpiritu animi illuminata, metum primæ nativitatis abjiciat; ſi tamen ita de reliquo vivat, ut nullas omnino mundi hujus voluptates requirat, ſed ſit tamquam peregrinus & advena, atque alterius civitatis civis.

* Cand P. R. conditioni.
* T. R. *aliis* advertérent ſimulque agnoſcerent
Duæ Nativitates hominum.
1. *Pet.* 2. 11.

VIII. Sed fortaſſe dicas, quia in his quidem, in quibus naturalis neceſſitas exigit artium operumque miniſterium, poteſt unuſquiſque habere in poteſtate, ſervare juſtitiam, & modum vel deſideriis, vel actibus quem velit imponere; quid de ægritudinibus dicemus & infirmitatibus, quæ accidunt hominibus; & quòd Dæmonibus nonnulli urgentur, & febribus, & frigoribus; nonnulli etiam furore aguntur, & mente * excidunt; & omnia illa, quæ innumeris caſibus premunt mortalium genus? Ad hæc dicemus: ſi conſideret quis totius * miniſterii rationem, hæc illis quæ ſuprà expoſuimus, juſtiora eſſe pronunciabit. Deus enim hominibus naturam dedit, per quam & doceri poſſint de bono, & obſiſtere malo; id eſt, ut & artes poſſint diſcere, & obſiſtere voluptatibus, ac præferre in omnibus legem Dei: & ob hoc virtutes quaſdam contrarias, oberrare mundum hunc, & obluctari nobiſcum permiſit; propter cauſſas quæ jam ſuperiùs dictæ ſunt; ut ex earum certamine, oriatur juſtis palma victoriæ, & meritum præmiorum.

* *Carm.* excedunt.
* C. C. P. S. myſterii

IX. Ex iſtis ergo accidit interdum, ut ſi * qui incontinenter egerint, & non tam obſiſtere, quàm cedere, atque in ſemetipſis dare eis voluerint locum; noxiâ earum adſpiratione, generetur intemperata & vitioſa progenies. Dum enim totum libidini indulgetur, & obſervatio nulla coëundi eſt; illorum ſine dubio Dæmonum, quibus hæc perurgentibus fiunt, vitia & fragilitates ſuſcipit importuna generatio. Et ideo pro hujuſmodi vitiis natorum, obnoxii * erunt parentes, qui legem ſervare concubitûs noluerunt: licèt ſint & aliæ cauſſæ ſecretiores, quibus his malis obnoxiæ efficiuntur animæ; quas nunc proferre * temporis non eſt. Tamen oportet unumquemque agnoſcere legem Dei; ut ex ea generandi obſervantiam ſumat, & immunditiæ cauſſas declinet; ut poſſit mundum eſſe quod gignitur. Neque enim fas eſt, ut in plantandis quidem virgultis, vel in ſeminandis frugibus, opportunum tempus quæratur, terra purgetur, atque omnia quæ convenit præparentur, ne fortè ſemen jactum lædatur & pereat; & in ſolo homine, qui eſt ſuper hæc omnia, ferendi obſervatio nulla habeatur, nulla cautela.

* *Carm.* quid.
* *Carm.* erant.
* *Carm.* tempus.

X. Sed quid, quòd nonnulli, inquit, cùm in prima ætate abſque vitio fuerint corporali, proceſſu temporis incurrunt hæc mala; ita ut aliquanti etiam violenter præcipitentur in mortem? Etiam de his vicina, & pæne eadem ratio eſt: illæ enim, quas diximus contrarias humano generi poteſtates, ad uniuſcujuſque cor per multas & diverſas concupiſcentias invitantur quodammodo, & ingrediendi accipiunt locum; eſtque hæc in illis vis & poteſtas, quæ hortetur & incitet tantùm, non quæ cogat & perficiat. Si ergo quis acquieſcat eis, ut etiam agat ea quæ malè deſiderat; conſensûs ſui & actûs mercedem perditionis & peſſimæ mortis inveniet. Si verò futurum judicium cogitans, metu ipſo fuerit repreſſus, & revocaverit ſe, ne actu impleat quod malâ cogitatione concepit; effugiet non ſolùm perniciem præſentem, ſed & futura ſupplicia. Omnis enim cauſſa peccati, ſimilis videtur eſſe ſtuppæ pice oblitæ, quæ ubi calorem ignis acceperit, ſtatim inflammatur: hujus verò ignis incendium opera eſſe Dæmonum intelliguntur. Si ergo inveniatur quis, peccatis & concupiſcentiis, tamquam pice * oblitus; ignis ei facillimè dominatur. Si verò non peccati pice, ſed aquâ purificationis & regenerationis infuſa ſit ſtuppa; ignis in ea Dæmonum non valebit accendi.

Peccatum.
* S. T. obvolutus

XI. Sed dicet aliquis; Et quid faciemus jam nos, quos contigit peccatis ſicut pice * oblitos? Reſpondebo; nihil aliud niſi ut feſtinetis ablui; quò expurgetur à vobis ignis materia, per invocationem ſancti nominis; & de reliquo, futuri judicii metu, concupiſcentias refreneris; atque adverſarias poteſtates, cùm fortè ad ſenſus veſtros

* S. T. eſſe obvolutos. P. eſſe oblitos.

75. *Et cœleſti ſpiritu animo illuminata.*] Fortè ut, quemadmodum correctum cernitur in MS. Regis, atque habet Editio Colonienſis. COT.

76. Cùm

ſtros acceſſerint, totâ obſtinatione pellatis. Sed dieis; Si in amorem quis inciderit, quo modo ſe poterit continere, etiamſi ante oculos ſuos ipſum ignis fluvium, quem Pyriphlegethonta nominant, videat? Hæc excuſatio eſt eorum, qui converti ad pœnitentiam noluns. Denique nunc nolo Pyriphlegethonta adducas in medium: hominum tibi propone pœnas; & vide quantum valeas metus: poteſt-ne quiſquam; [76] cùm pro amoris crimine ad ſupplicium ducitur, & ad ſtipitem colligatur urendus; in illo tempore, ejus

* T. quem

* quam amavit, vel deſiderium capere, vel ſpeciem ante oculos proponere? Nequaquam, inquies. Vides ergo, quia præſens metus reſecat iniqua deſideria. Quòd ſi credentes Deo, & futurum judicium, pœnamque ignis æterni confitentes, non ſe continent à peccato; certum eſt quòd non plenâ fide creduns: ſi enim certa ſit

* C. C. P. R. ſit.

fides, certus ſis & timor: * ſi verò minus aliquid eſt in fide, relaxatur & metus; & tunc locum inveniunt introëundi contrariæ poteſtates; quarum perſuaſionibus cum acquieverint, neceſſe eſt ut & poteſtati earum obnoxii fians, & ipſis perſuadentibus agantur ad præcipitia peccati.

Contra Aſtrologos.

XII. Igitur Aſtrologi ignorantes hujuſmodi myſteria, putant ſtellarum curſibus iſta contingere: unde & his qui accedunt ad eos, ut de futuris aliquid conſulant, reſpondentes, falluntur in plurimis: nec mirum: non enim ſunt Prophetæ; ſed uſu multi temporis, auctores * eorum perfugium quoddam, in his quibus decipiebantur inveniunt; & climacteras quoſdam introducunt, ut de rebus incertis ſcientiam fingant. [77] Climacteras enim dicunt, quaſi periculi tempus; in quo interdum perimatur quis, interdum non perimatur: ignorantes quòd non ſtellarum curſus hæc, ſed Dæmonum gerit operatio; qui ad Aſtrologiæ errorem confirmandum deſervientes, calculis Matheſis decipiunt homines ad peccandum; ut cùm vel Deo permittente, vel legibus exigentibus, peccati dederint pœnas, verum dixiſſe videatur Aſtrologus. Et tamen falluntur etiam in hoc: ſi enim citò converſi fuerint ad pœnitentiam, & futuræ pœnæ recordationem conceperins ac metum; converſis ad Deum per gratiam Baptiſmi, reſolvitur pœna mortis.

* R. errorum

XIII. Sed dicet quis; Multi & homicidium, & adulterium, & alia ſcelera commiſerunt; & nihil mali paſſi ſunt. Hoc quidem rarò accidit hominibus; tamen neſcientibus conſilium Dei, frequenter videtur accidere: Deus autem qui novit univerſa, ſcit quo modo, & quare peccet qui peccat, & quæ unumquemque cauſſa ducat ad peccatum. Hoc tamen generaliter agnoſcendum eſt; quòd ſi qui non ita mente, * ut actibus mali ſunt, * propoſito * incitato ad peccandum devolvuntur, his velocior, & magis in præſenti vitâ redditur pœna; ubique enim & ſemper Deus, prout competere judicat, unicuique pro actibus ſuis reddit. Eorum verò qui propoſito exercent malitiam, ita ut interdum etiam in eos ſæviant, à quibus bona conſecuti ſunt, & nullam recordationem capiunt ad pœnitentiam; differt pœnas in futurum: non enim merentur iſti, ſicut illi de quibus ſuprà diximus, in præſenti vitâ ſcelerum ſuorum finire vindictam: ſed

* R. &

* S. T. R. *alii*: nec propoſito

* Cand. P. R. incitati

permittitur eis præſens tempus implere ut volunt; quia emendatio eorum non eſt jam talis, quæ temporalibus indigeat caſtigationibus, ſed quæ æterni ignis in Inferno exigat pœnas; quorum animæ ibi pœnitentiam quærent, ubi invenire non poterunt.

XIV. Quòd ſi in hac vita poſiti, illas quas ibi patientur pœnas, ante oculos poſuiſſent; refrenâſſent utique deſideria, & nullo pacto decidiſſent in peccatum. Multum enim poteſt ſenſus in anima, ad reſecandas omnes ejus cupiditates; maximè cùm cœleſtium ſcientiam ceperit; per quam lumine veritatis accepto, ab omni obſcuritate malorum actuum * declinavit. Sicut enim ſol omnes ſtellas ſplendore ſui fulgoris obſundit, & contegit; ita & mens per ſcientiæ lucem, omnes concupiſcentias animæ, inefficaces reddit & otioſas; futuri judicii memoriam ſuper eas tamquam radios ſuos emittens, ita ut ne apparere quidem ultrà in anima queant.

* Cand. P. T. R declinabit

XV. Quòd autem timor Dei multùm valeat ad * deprimendas concupiſcentias, cape humani timoris exemplum. Quotuſquiſque eſt, qui non inter homines concupiſcat aliena? & tamen metu pœnæ quæ legibus ſtatuta eſt, refrenatur, & continentiùs agis. Regi, propter metum gentes ſubjacent, & armatus paret exercitus. Servi, cùm ſint validiores dominis ſuis, propter metum tamen imperia perferunt dominorum. Beſtiæ ipſæ feræ, metu miteſcunt. Tauri validiſſimi, jugo colla ſubmittunt: & immanes elephanti, magiſtris obtemperant per timorem. Sed cur humanis utamur exemplis, cùm etiam divina non deſint? Nonne terra ipſa, ſub præcepti metu permanet; quod etiam motu ſui & tremore teſtatur? Mare ſtatutum terminum ſervat: Angeli pacem cuſtodiuns: ſtellæ ordinem tenent; & fluvii meatus: Dæmones quoque certum eſt timore in fugam verti. Et ne per ſingula ſermonem longiùs producamus, intuere quo modo * unumquemque timor Dei continens, cuncta in harmonia propriâ & ordinis ſui compage cuſtodiat. Quantò magis ergo certi eſſe debetis, quia & Dæmonum concupiſcentiæ, quæ in cordibus veſtris oriuntur, * admonitione timoris Dei exſtingui poſſunt, & penitus aboleri; cùm etiam ipſi incentores concupiſcentiæ, metu ſibi dominante diffugiant? Hæc ita ſe habere ſciens, ſi quid tibi reſpondendum videtur, incipe.

* S. T. R. *alii*: reprimendas

* S. R. *alii* unumquodque

* Cand. admotione.

XVI. Tum Senex: Sapienter, inquit, filius meus Clemens aptavit proſecutionem ſuam, ita ut nihil nobis ad hæc dicendum reliquerit: verùm omnis ejus ſermo, quem de natura hominis diſſeruit, hanc habet continentiam; quia cum eo quòd * ineſt libertas arbitrii, eſt extrinſecùs & aliqua cauſſa mali; ex qua per diverſas concupiſcentias incitantur quidem homines, non tamen coguntur ad peccatum: pro eo, inquit, quòd multò his validior eſt timor, qui obſiſtat, & impetus deſideriorum refrenet; ut cùm naturales motus * deciderint, effugatis his qui eos incitant & inflammant Dæmonibus, peccatum non poſſit admitti. Sed me hæc non adducunt ad fidem: conſcius enim mihi ſum quorumdam, ex quibus bene novi, quia compaginatione ſtellarum,

* C. C. P. R. ineſt ei.

* Carm T. acciderint. Cand. P. R. acceſſerint

76. *Cùm pro amoris crimine ad ſupplicium ducitur, & ad ſtipitem colligatur urendus.*] Julius Capitolinus de Macrino; *Adulteros reos ſemper vivos ſimul incendit, junctis corporibus.* Nota poſtea variam lectionem etiam Codicis Regii, quem, ad puerorum ſtuprum ſpectantem, de quo flammis vindicibus expiando Valentiniani lex exſtat in Codice Theodoſiano. COTELERIUS.

77. *Climacteras enim dicunt, quaſi periculi tempus.*] Vide quos hac in re citat doctiſſimus Savaro ad Sidonii Epiſt. 11. lib. 8. Necnon Nili Abbatis Epiſtolam 258. lib. 2. Ibid.

78. Glo-

rum, homines aut homicidæ, aut adulteri fiunt, cæteraque perpetrant mala. Similiter autem & honeſtæ ac pudicæ feminæ, ut bene agant, inde coguntur.

XVII. * Denique cùm Mars centrum tenens, in domo ſuâ ex tetragono reſpexerit Saturnum, cum Mercurio ad centrum, Lunâ veniente ſuper eum plenâ, in Geneſi diurnâ, efficit homicidas, & [78] gladio caſuros, ſanguinarios, ebrioſos, libidinoſos, [79] Dæmonioſos, ſecretorum perſcrutatores, maleficos, ſacrilegos, & ſi qua ſunt his ſimilia; præcipuè cùm bonarum ſtellarum nulla reſpexerit. [80] Sed & ipſe rurſus Mars ad Venerem ſchema tetragonum [81] habens, ex parte ad centrum non reſpiciente aliquo bonorum; adulteros efficit; & ſorores, & filias, & matres in conjugium adducit. Venus cum Luna in * finibus & domibus Saturni, cum Saturno ſi fuerit, [82] adſeſtante Marte; efficit mulieres quidem viragines; ad agriculturam, ad ſtructuram, & ad omne opus virile promptas; miſceri quibuſcumque voluerint, & non argui à viris pro adulterio; nullâ uti mollitie, non unguentis, non veſtibus, non calciamentis muliebribus; ſed virorum * forte agentes: viros autem eſſe ut feminas, nec quidquam virile gerere, * Cacodæmon Venus cum Marte ſi ſit in Ariete; efficit è contrario mulieres, * ſi ſit in * Capræcornu aut Aquario.

* Carm. in finibus Martis &c.

* Cand. fortes.

* S. T. R. Cacodæmonouſa Cand. P. cacodæmonioſe.

* S. T. vel ſi

* Cand. P. S. T. R. Capricorno

* *Cæſarius, Dialogo 2. interrogatione 109.*

Αὐτίκα γοῦν Ἄρης κέντρον λαβὼν, οἰκείῳ οἴκῳ ἐκ τετραγώνου ἐπιθεωρῶν Κρόνον, σὺν Ἑρμῇ ἐπὶ κέντρου, Σελήνης ἐπ' αὐτὸν πλήρους ἐρχομένης, (leg. ἐρχομένης) ἐπὶ ἡμερινῆς γενέσεως, ἀποτελεῖ ἀνδροφόνους καὶ κτεινομένους, ἐπιορκοῦντας, καὶ αἱμοπότας, μεθύσους, λάγνους, δαιμονῶντας, μυστηρίων ἀποκρύφων ἵστορας, μάγους, θύτας, καὶ τὰ τούτοις ἀκόλουθα, ἐξαιρέτως μηδενὸς τῶν ἀγαθοποιῶν ἀστέρων ἐπιθεωροῦντος. αὐτὸς δὲ πάλιν Ἄρης πρὸς Ἀφροδίτην σχῆμα τετράγωνον, μοιρικῶς ἐπὶ κέντρου μὴ ἐπιθεωροῦντος τινὸς ἀγαθοποιοῦ, μοιχοὺς ἀποτελεῖ, ἀδελφαῖς καὶ μητράσι μιγνυμένους. Κύπρις σὺν Μήνῃ ἐν ὁρίοις καὶ οἴκοις Κρόνου, σὺν Κρόνῳ, ἐπιμαρτυροῦντος τοῦ Ἄρεος, ἀποτελεῖ γυναῖκας γεωργὰς, καὶ οἰκοδόμους, καὶ πάντων ἀνδρείων ἔργων ἐπιστήμονας, καὶ κοινοῦσθαι καὶ συγκαθεύδειν οἷς δ' ἂν βούλοιντο, καὶ μὴ κωλύεσθαι ὑπὸ τῶν οἰκείων ἀνδρῶν. ἀνδρείους δὲ ἀποτελεῖ γυναῖκας ἐν αἰγοκέρῳ, ὑδροχόῳ, κακοδαίμονας ἐν Ἀφροδίτῃ· (l. κακοδαιμονοῦσα Ἀφροδίτη) ἐπ' ἀνδρῶν δὲ τοὐναντίον σὺν Ἄρει οὖσα, ἐν κριῷ. ὅθεν οὐκ εἶσται (f. οἷόν τε) φόβῳ ἢ τινος ἀπειλῇ ἢ μηχανῇ ἐπισχεῖν τὰς ἐπιθυμίας, διὰ τὴν τῶν ἄστρων ἀποκλήρωσιν.

Cùm igitur Mars centrum tenens, in domo ſuâ ex tetragono reſpexerit Saturnum, cum Mercurio ad centrum; Lunâ veniente ſuper eum plenâ, in Geneſi diurnâ, efficit homicidas & interfectores, crudeles ac ſanguinis avidos, ebrioſos, libidinoſos, dæmonioſos, abſconditorum myſteriorum gnaros, magos, ſacrificos, & quæ ſunt his ſimilia; præcipuè cùm beneficarum ſtellarum nulla reſpexerit. Sed & ipſe rurſus Mars ad Venerem ſchema tetragonum habens, ex parte ad centrum non reſpiciente aliquâ beneficâ, adulteros efficit, cum ſororibus ac matribus coëuntes. Venus cum Luna in finibus & domibus Saturni, cum Saturno, adſeſtante Marte, efficit mulieres agricolas, & ſtructrices, & omnium virilium operum peritas, atque miſceri ac dormire cum quibus voluerint, & a viris ſuis non prohiberi. Viragines itaque efficit feminas, in Capricorno, in Aquario Cacodæmon Venus: in viris autem è contrario, ſi cum Marte ſit in Ariete. Unde impoſſibile eſt, timere, aut cujuſquam minis, aut arte refrenare concupiſcentias, propter aſtrorum fatalem ſortem.

XVIII. Cúmque multa de his Senex proſecutus eſſet, & unumquodque ſchema Matheſis, ſtellarum quoque poſitiones enumeraſſet; volens per hæc oſtendere, quia timor non ſufficiat refrenare concupiſcentias; ego rurſus reſpondi; Verè, pater, doctiſſimè & eruditiſſimè proſecutus es; & ipſa me ratio invitat, aliquid ad ea quæ à te diſſerta ſunt, reſpondere; quoniam quidem ſcientia mihi Matheſis nota eſt, & libenter cum erudito viro habeo ſermonem. Accipe ergo ad ea quæ dixiſti, ut evidenter agnoſcas, Geneſim ex ſtellis omnino non eſſe; & quia poſſibile ſit obſiſti adversùm impugnationem Dæmonum, ab his qui confugiunt ad Deum; ac ſicut prædixi, non ſolùm per timorem Dei, naturales cohiberi concupiſcentias poſſe, ſed & per timorem hominum, ſicut jam nunc edocebimus.

XIX. [83] Leges ſunt in unaquaque regione vel regno ab hominibus poſitæ; ſive ſcripturâ, ſive etiam uſu * durantes; quas nemo facilè tranſgreditur. Denique primi [84] Seres, qui initio orbis terræ habitant, * neque homicidium, neque adulterium, neque ſcortum nôſſe, neque furtum committere, neque Idola venerari: & in illa omni regione, quæ eſt maxima, neque templum invenitur, neque ſimulacrum, neque meretrix, neque adultera; neque fur ad judicium deducitur; ſed neque occiſus ibi homo fertur aliquando: & tamen nullius libertas arbitrii * ſecundùm vos à ſtella Martis ignitâ, ut ferro uteretur

Vide Notas.

Mores gentium.

* *Carm.* currentes.

* S. T. R. *alii*: legem habent, neque

* S. T. R. *alii*: compulſa eſt ſecundùm

78. *Gladio caſuros.*] Malè videtur Rufinus accepiſſe vocem κτεινομένους in ſenſu paſſivo. Quid ſi *gladio caſuros*? Quod additur in Cæſario ἐπιορκοῦντας vel ἐπιορκοῦντας verti etiam poſſet *perjuros*. COT.

79. *Dæmonioſos.*] δαιμονιῶντας. qui Proclo, δαιμονιζόμενοι. Firmico, *laborantes Dæmonum incurſione homines*. Ibid.

80. *Sed & ipſe &c.*] Sic interpungo; *aliquo bonorum, adulteros efficit. Et ſorores adducit Venus Marte. Efficit* Similiter in Græco Cæſarii; ἀποτελεῖ. ἀδελφαῖς καὶ μητράσι μιγνυμένους Κύπρις Ἄρεος. ἀποτελεῖ ἀνδρῶν· ἀνδρείας &c. Ibid.

81. *Habens*] Adde in Græcis, ἔχων. Ibid.

82. *Adſeſtante Marte.*] ἐπιμαρτυροῦντος τοῦ Ἄρεος apud Cæſarium. Codex Candeleriaous *adſtante*, quod eòdem recidit. Infrà cap. 21. *adſeſtante Marte*. ubi Bardeſanes citatus in Præparatione Evangelica Euſebii lib. 6. cap. 10. ἐπιμαρτυροῦντος τοῦ Ἄρεος. vel ut duo Codices Regii [illegible]. vel ut tertius pariter Regius ἐπιμαρτυροῦντος. Hujus Recognitionum Operis lib. ult. cap. 7. *ſi adfuerit Mars.* Nimirum, ab Aſtrologis in ſimili ſenſu uſurpantur verba, μαρτυρεῖν, ἐπιμαρτυρεῖν, συμμαρτυρεῖν, [illegible], [illegible], ὑπόθεσις, [illegible], [illegible]. Conſule Ptolemæum & Proclum, quæque Vettii Valentis proferuntur à Seldeno in Syntagmate primo de Diis Syris cap. 1. & ad Marmora Arundelliana Ibid.

83. *Leges ſunt &c.*] Hoc caput, & ſequentia decem accepit Auctor vel Interpolator Recognitionum ex Bardeſanis Dialogis, loco qui legitur apud Euſebium Præparationis Evangelicæ lib. 6. cap. 10. Editionis Græco-Latinæ à p. 274. D. ad p. 280. A. Ex utroque autem opere ſua collegit Cæſarius Quæſtione 109. & 110. citatus etiam à Cedreno p. 126. 127. Edit. Baſil. Quæ omnia inter ſe conferre operæ pretium fuerit. Nos pauca ſubnotabimus, quia doctus Euſebii Interpres Cæſarianas lectiones ad Euſebianas appoſuit. Ibid.

84. *Primi Seres, qui initio orbis terræ habitant, legem habent, neque homicidium &c.*] In Cæſario, οἱ τὸ ἄκρον τῆς χώρας οἰκοῦντες. Itaque ſic intelligi debet illud Bardeſanis, *initio* τῆς ἀρχῆς. Hoc eſt, *à principio orbis.* non autem, *ab orbe condito*. Patet etiam ex Plinio & Mela. Ibid.

85. Re-

retur ad hominis necem; nec Venus cum Marte poſita, alienum matrimonium cumpulit vitiari: cùm utique apud eos, per ſingulos dies Mars medium cœli circulum teneat: ſed eſt apud Seres legum metus vehementior, quàm Geneſis conſtellatio.

XX. Sunt ſimiliter & apud Bactras in regionibus Indorum immenſæ multitudines Bragmanorum; qui & ipſi ex traditione majorum, moribus legibuſque concutidibus, neque homicidium neque adulterium committunt; neque ſimulacra colunt, neque animantia edere in uſu habent, numquam inebriantur, numquam malitioſè aliquid gerunt; ſed Deum ſemper timent: & quidem * cùm cæteri Indorum, & homicidia & adulteria committant, & ſimulacra colant, & inebrientur, atque alia hujuſmodi flagitia exerceant. Sed & in * ipſius Indiæ nihilominus occiduis partibus, [85] regio quædam eſt, ubi hoſpites cùm inciderint, capti immolantur & comeduntur: & neque bonæ ſtellæ vetuerunt eos ab hujuſmodi flagitiis, & ab exſecrandis cibis; neque malignæ ſtellæ compulerunt * Bragmanas, ut aliquid agerent mali. * Et rurſus mos apud Perſas, matres accipere in conjugium, & ſorores, & filias; & ſub illo omni axe, inceſta Perſæ ineunt matrimonia.

* S. T. hæc illi, cùm
* S. T. R. alii: ipſis
* P. R. Bragmanos. Carm. Bracmanos.
* Carm. S. T. R. Eſt

XXI. Ac ne fortè liceat his qui Matheſim ſequuntur, uti illo perfugio quo dicunt; certas quaſdam eſſe plagas cœli, quibus propria quædam habere conceditur; ex ipſa Perſarum gente aliquanti ad peregrina profecti ſunt, qui * [86] Maguſæi appellantur; ex quibus uſque in hodiernum ſunt alii in Media, alii in Parthia, ſed & in Ægypto nonnulli, plures autem in Galatia, & Phrygia; qui omnes inceſtæ hujus traditionis formam indeclinabilem ſervant, ac poſteris cuſtodiendam tranſmittunt: etiam cùm plagam cœli mutaverint, nec tamen eos Venus cum Luna, in finibus & domibus Saturni, cum Saturno, adſtante etiam Marte, [87] compulit habere inter cæteros Geneſim.

* S. Magoſæi. T. Magoſei

XXII. [88] Apud Gelos quoque mos eſt, ut mulieres agricolentur, ædificent, & omne opus virile perficiant; ſed & miſceri quibus volunt licet, nec incuſantur à viris, aut adulteræ appellantur; paſſim enim concubitus miſcent, & præcipuè cum hoſpitibus; unguenta neſciunt, non induuntur veſte fucatâ, non calceis: è contra viri Gelonum ornantur, pectuntur, indumentis mollibus & variis induuntur; auro compoſiti, unguentiſque deliburi; & hæc non pro diſſolutione virium, ſunt enim bellicoſiſſimi, & venatores acerrimi: nec tamen univerſæ Gelonum mulieres, in * Capræcornu aut Aquario * Cacodæmonem Venerem naſcentes habuêre; neque viri * eorum in Ariete cum Marte Venerem poſitam, per quod ſchema effeminatos & diſſolutos naſci adſerit viros Chaldaica diſciplina.

* Cand S. T. R. Capricorno
* S. T. R. Cacodæmonouſam. Cand. Cacodæmonouſam.
* Carm. P. R. earum

XXIII. Porro verò in Suſis, mulieres unguentis, & quidem optimis utuntur; ornamentis comptæ * ex lapidibus precioſis, miniſteriis quoque ancillarum fultæ procedunt; multò majore ambitione quàm viri; nec tamen pudicitiam colunt; ſed indifferens eis cum quibuſcumque voluerint uſus eſt, & ſervis & hoſpitibus; tali licentiâ à viris permiſſâ; & non ſolùm non culpantur pro hoc, ſed & dominantur in viros: nec tamen omnium Geneſis mulierum Suſidarum in medietate cœli, cum Jove & Marte Venerem in Jovis domibus habent. In ulterioribus Orientis partibus, ſi puer muliebri ſe ſubſternat injuriæ; cùm agnitum fuerit, à fratribus, aut parentibus, vel quibuſlibet proximis, interficitur, nec ſepulturâ donatur. Et rurſus [89] apud Gallos lex priſca conſtituit, nuptum tradi publicè pueros, nec opprobrium ex hoc aliquod duci: & numquid poſſibile eſt, ut omnes qui tam turpiter ſuccumbunt apud Gallos, Luciferum cum Mercurio in domibus Saturni & finibus Martis habuerint?

* Carm. S. T. &

XXIV. [90] In Britanniæ partibus, plures viri unam habent uxorem; in Parthia multæ mulieres unum habent virum; & utraque orbis pars, moribus ſuis atque inſtitutis obſequitur. Amazones omnes non habent viros; ſed ſicut animalia, ſemel in anno circa vernale æquinoctium proprios egreſſæ terminos, finitimæ gentis viris miſcentur, ſolennitatem quamdam per hoc obſervantes; ex quibus cùm conceperint, redeunt; & ſi marem pepererint, abjiciunt, feminas nutriunt. Cúmque unius temporis ſit omnium partus; abſurdum eſt, ut in maribus quidem putetur

85. *Regio quædam eſt.*] Ξενοθύτης Cæſario. ξενοθύται Epiphanio Expoſit. fid. n. 10. Cedrenus; ἐν δὲ τοῖς ἑσπερίοις μέρεσι τόπων, ἀλληλοφάγοι ... ὡς Κάβες. Quo loco unà cum Xylandro ignoro quinam ſint Cabes. Sed ex Georgio Hamartolo inedito Chronographo, qui manu ſcriptus exſtat in duobus Codicibus Regiæ Bibliothecæ, didici corrigendum eſſe, ὡς κα... Aliàs conjecerem Herodoti Callatias vel Padæos. Vide Glycam parte 2. p. 143. COT.

86. *Maguſæi.*] Nomen æquivocum. Significat inceſtam hanc Bardeſanis gentem: cujus mentionem quoque facit S. Baſilius Epiſtolâ 325. Significat omnes Perſas, apud Suidam in vocibus μαγεία Πέρσαι. & Μαγὼν. quo ultimo loco uno ductu legendum, Μαγών. ὁ Πέρσης. μαγεία ... ἀπὸ Μαγουσαίων ἤρξατο. οἱ γὰρ τοι Πέρσαι Μάγους ... ἐγχωρίως ὀνομάζοντες καὶ Μαγουσαίους, οἱ αὐτοί. Atque ita Cod. Reg. 2080. ubi alter 131. Μαγών ὁ Πέρσης. ὅτι μαγεία &c. Sed & Maguſæos ſive Maguſeus de Mago dicitur, in vita S. Epiphanii cap. 16. & à Baſilio Seleucienſi Orat. 38. pag. 202. ubi fruſtra corrigere tentat doctus Interpres. Ibid.

87. *Compulit habere inter cæteros Geneſim.*] Minùs commodè Græca convertit Rufinus. ἐν τοῖς τῶν πάντων γενέσεσιν εὑρίσκεται. Hoc eſt, *in omnium Maguſæorum genituris reperta eſt.* Apud Cæſarium, ἐν ταῖς πάντων αὐτῶν γενέσεσιν εὑρίσκεσθαι εἰσιν. Ibid.

88. *Apud Gelos.*] Corruptè in Glyca Annalium parte 2. p. 143. παρ᾽ Ἀγγέλοις. Scribi debet παρὰ Γήλοις, uti habetur in Bardeſane apud Euſebium P. E. p. 275. D. quo ex loco, & ex duobus Codicibus Regis emendandus venit Bardeſanes ibidem p. 280. A. παρὰ Βάκτροις & Γήλοις. non Γάλλοις. Indiligenter autem Bardeſanem ac Recognitiones hîc legit Cæſarius. Rufinus verò habebat in codice ſuo ἀνανδρείας. non ἀνδρείας. Corrige obiter Scylacis Periplum capite de Liburnis; οὗτοι γυναικοκρατοῦνται· & αἱ γυναῖκες ἀνδρῶν ἐλεύθεραι· μίσγονται δὲ τοῖς ἑαυτῶν δούλοις. καὶ τοῖς πλησιοχώροις ἀνδράσιν. Legendum, ἰδιώταις. *Hi muliebri imperio ſubjecti ſunt. & mulieres a viris ſunt liberæ; miſcentur autem cum ſuis ſervis, vicinarumque regionum viris.* Ibid.

89. *Apud Gallos.*] Id etiam teſtantur Diodorus Siculus lib. 5. & Athenæus lib. 13. Ibid.

90. *In Britanniæ partibus &c.*] De antiquis Britannis verba ſunt Cæſaris lib. 5. de bello Gallico cap. 5. *Uxores habent deni duodenique inter ſe communes, & maximè fratres cum fratribus, & parentes cum liberis.* De multò recentioribus autem ſui temporis ait Gildas, in Epiſtola de excidio Britanniæ; *Reges habet Britannia, ſed tyrannos: judices habet, ſed impios, ſæpè prædantes, & concutientes innocentes, vindicantes, & protegentes, ſed reos & latrones; quamplurimas conjuges habentes, ſed ſcortantes.* Apud Scotos verò gentem Britannicam, communes exſtitiſſe uxores diſcimus à Hieronymo lib. 2. adverſus Jovinianum cap. 6. Nec diſſimiliter Hiberni in Strabone lib. 4. Quòd ſpectat ad Parthos, uxores dulcedine variæ libidinis ſinguli plures habebant; ut verbis Juſtini Hiſtoriæ lib. 41. utar. Hoc porrò in loco, & Noſter paullulum deflexit à Bardeſane, & diligentia deſuit Cæſario. Ibid.

tetur Mars cum Saturno in tempore æquis eſſe portionibus, in feminarum verò Geneſi nunquam. [91] Sed neque Mercurium cum Venere habuiſſe in domibus propriis poſitum, ut vel pictores * ſibi, * vel ſculptores, vel trapezitas efficiat; aut in domibus Veneris, ut unguentarios, vel vocales, vel poëtas producat: apud Sarracenos, & ſuperiores Libes, & Mauros, & circa ora maris Oceani habitantes, ſed & in extremis Germaniæ partibus, & apud Sarmatas, * & Scythas, atque omnes quæ ſub axe Septentrionis jacent, Pontici littoris gentes, & in [92] Chryſea inſula, numquam invenitur trapezita, nec ſculptor, aut pictor, aut architectus, aut geometres, aut tragœdus, aut poeta: ergo deficit apud eos Mercurii, Venerisque conſtellatio.

* P.T.R. ibi
* Cand. pictores vel.
* T. R. aliis vel

XXV. Ex omni orbe terrarum [93] Medi tantummodo ſummâ obſervantiâ, adhuc ſpirantes homines, * canibus devorandos * abjiciunt: & non ob hoc Martem cum Luna per diurnam Geneſim in Cancro poſitos habent. Indi mortuos ſuos incendunt; cum quibus & uxores defunctorum, ſponte ſe offerentes exuruntur: ſed non ideo omnes quæ vivæ incenduntur Indorum mulieres, in nocturna Geneſi ſub terra habent Solem cum Marte in partibus Martis. Germanorum plurimi laqueo vitam finiunt: nec idcirco omnes Lunam cum hora, Saturno & Marte circumcinctas habent. Sed * non in omni gente, & in omni die, per omnem diverſitatem Geneſis, naſcuntur homines? Ex quibus omnibus apparet, quia metus legum in unaquaque regione dominatur; & arbitrii libertas, quæ eſt hominibus inſita per ſpiritum, obtemperat legibus: nec cogere poteſt Geneſis aut Seres homicidium committere, aut * Bragmanos carnibus veſci, aut Perſas inceſta vitare, vel Indos non exuri, aut Medos non à canibus devorari, Parthos non habere plures uxores, aut mulieres Meſopotamiæ non ſervare pudicitiam, Græcos non exerceri palæſtris, Gallorum pueros non pati muliebria, vel gentes barbaras Græcorum ſtudiis inſtitui: ſed ut diximus, unaquæque gens ſuis legibus utitur * pro libertatis arbitrio, & decreta Geneſis, legum ſeveritate depellit.

* Cand. canos.
* P R. objiciunt
* S. T. alii: &c. Deeſt in R.
* Cand. Brachmanos.
* S. T. ac pro

XXVI. Sed dicet aliquis eorum qui in diſciplina Matheſis * eruditi ſunt; [94] Geneſim in ſeptem partes dirimi, quæ illi climata appellant; dominari verò unicuique climati, unam ex ſeptem ſtellis; & iſtas quas expoſuimus diverſas leges, non ab hominibus poſitas, ſed ab iſtis principibus, ſecundùm uniuſcujuſque voluntatem; & hoc quod ſtellæ viſum eſt, legem ab hominibus obſervatam. Ad hæc ergo reſpondebimus; quòd primò quidem non eſt in ſeptem partes orbis terræ diviſus: tum deinde, & ſi ita eſſet, * in una parte & in una regione invenimus multas differentias legum: & ideo neque ſeptem ſunt ſecundùm numerum ſtellarum, neque duodecim ſecundùm numerum ſignorum, neque triginta & ſex ſecundùm numerum decanorum; ſed ſunt innumeræ.

Vide Notas.
* T. R. aliis attentiùs eruditi
* S. T. non in

XXVII. Meminiſſe autem debemus eorum quæ ſuprà enumerata ſunt; quòd in una Indiæ regione ſunt, & qui * hominum carnibus veſcantur, & ſunt qui etiam à pecudibus, vel avibus, omnibuſque animantibus abſtineant; & quia * Maguſæi non ſolùm in Perſide matres ac filias accipiunt in matrimonium, ſed & in omni gente, ubicumque habitaverint, majorum ſuorum inceſta inſtituta cuſtodiunt. Tum præterea & innumeras gentes memoravimus, quæ penitus ſtudia neſciunt literarum. Sed & * aliquanti ſapientes viri, ipſas leges in nonnullis commutaverunt locis: aliæ verò etiam ſponte pro ſui vel impoſſibilitate, vel inhoneſtate derelictæ ſunt. Certè quod in promptu eſt noſcere, quanti Imperatores, gentium quas vicerant leges & inſtituta mutârunt, & ſuis eas legibus ſubjecerunt? quod evidenter à Romanis factum docetur, qui omnem pæne orbem omneſque nationes propriis primò & variis legibus inſtitutiſque viventes, in * Romanorum jus & civilia ſcita verterunt. Superest ergo ut & ſtellæ gentium quæ à Romanis victæ ſunt, climata ſua parteſque perdiderint.

* S. T. omnibus
* S. Magoſæi. T. Magoſei. P. Maguſæi.
* S. T. R. alii: quanti
* S. T. R. alii: Romanum

XXVIII. Addam adhuc rem, quæ poſſit etiam valde incredulis ſatisfacere. [95] Judæi omnes, qui ſub lege Moyſi vivunt, filios ſuos octavâ die abſque ulla dilatione circumcidunt, & infantis teneri ſanguinem fundunt; à ſæculo autem nullus ex Gentibus hoc die octavâ perpeſſus eſt; & è contra Judæorum nullus omiſit. Quo modo

Judæi.

---

91. *Sed neque Mercurium* &c.] Hæc carent ſenſu, nec poſſunt conſtrui. Equidem re attentè conſideratâ, comparatiſque inter ſe tribus Auctoribus, Bardeſane, Pſeudo-Clemente, & Cæſario, arbitror in Græco hic ſcriptum fuiſſe [illegible], Rufinum verò tranſtuliſſe *Sed &*, aut ſi tranſtulerit *Sed neque*, perperam legiſſe [illegible]. Dein ut particulam eſſe concedentis exiſtimo. COT.

92. *Chryſea.*] De Chryſe conſule Geographos: necnon Salmaſii Exercitationes Plinianas. Ibid.

93. *Medi.*] Narrat hoc de Bactrianis Oneſicritus apud Strabonem lib. 11. De iiſdem Bactriis ſeu Bactris, & de Hyrcanis Porphyrius IV. [illegible] n. 21. ac poſt eum Euſebius Præparationis Evangelicæ lib. 1. cap. 14. & Hieronymus II. in Jovinianum 6. Qui poſtremus; ut id obiter moneam; minùs commodè Porphyrii [illegible] convertit *ſuſpendunt in patibulis*. uti etiam patet ex Theodoriti Sermone de legibus p. 615. Ab aliis autem refertur uſitatum fuiſſe apud Bactrianos, Hyrcanos, Perſas, Aſſyrios, Caſpios, Indorum aliquos, Parthos, aliosque, mortuorum cadavera canibus, beſtiis, vulturibus, volucribus devoranda projicere. Unde dictum Diogenis in Stobæi Sermone 120. [illegible]. Ita enim emendo in voce nihili [illegible]. adductus auctoritate Plutarchi, qui in libello an vitioſitas ad infelicitatem ſufficiat, hæc habet; [illegible]. Ibid.

94. *Geneſim in ſeptem partes dirimi, quæ illi climata appellant.*] Difficile eſt de hoc loco ſtatuere. Nam ſi exigatur ad Cæſarium, mutilus apparebit: ſi verò ad Bardeſanem, videbatur Rufinus legiſſe [illegible] pro [illegible]. Verba prioris ſunt; [illegible]. Poſterioris autem; [illegible]. Cæterum ſeptem quoque climata ponit Servius ad I. Georgicon, enumeratque Iſidorus Originum lib. 3. cap. 42. quæ tamen octo leges apud Martianum Capellam lib. 8. p. 296. Ibid.

95. *Judæi omnes.*] Idem argumentum vulgò urgent ſancti Patres. Quod autem hic dicitur nullum Gentilium umquam circumciſionem octavo die paſſum fuiſſe, confutari poſſe videtur per narrationem Philoſtorgii de Homeritis eâ die circumcidi ſolitis. lib. 3. cap. 4. Verùm forſan Homeritæ poſt tempora noſtri Auctoris ritum ſuum mutavêre, edocti à Judæis inquilinis. Etenim Arabes erant: circumcidebantur porrò Arabes anno 13. teſte Origene apud Euſebium Præparat. Evangel. lib. 6. cap. 11. p. 293. & in Philocaliæ cap. 22. p. 563. necnon Euſtathio in Hexaemeron ubi de Abrahamo. [illegible], *poſt decimum tertium annum*, inquit, Joſephus Antiquitatum lib. 1. cap. 13. quod eodem recidit, ut conſtat ex ejuſdem libri cap. 12. hoc eſt anno 13. completo. Certè Ambroſius lib. 2. de Abrahamo cap. 11. refert ab Ægyptiis circumciſos fuiſſe pueros annum agentes quartumdecimum. Atque ex his ſuſpectum habeo locum Procopii Gazæi ad Geneſ. I. 14. *Quare apud Iſmaelitas ſacerdotes ubi nati fuerint annos decem, circumciſione ſignantur?* [illegible] deſtina [illegible] transferit in [illegible]. Ibid.

96. *Ne:*

do ergo in hoc ratio Geneſis ſtabit? cùm per cunctas orbis terræ partes, omnes Judæi admiſti Gentibus vivant, & octavâ ferrum perferant die, unius in membri loco: & nemo Gentilium, ſed ipſi ſoli, ut dixi, hoc faciunt; non ſtellâ cogente, nec perfuſionem ſanguinis perurgente; ſed lege religionis adducti; & in quocumque orbis loco fuerint, hoc eſt eis inſigne vernaculum. Sed & quòd unum nomen omnibus ineſt, ubicumque fuerint; numquid & hoc per Geneſim venit? & quòd numquam apud eos infans natus exponitur: & quòd ſeptimo quoque die omnes, ubicumque fuerint, otium gerunt, nec iter incedunt, [96] nec igni utuntur. Quid eſt ergo, quòd nullum Judæorum in illa die cogit Geneſis, aut [97] iter agere, aut ædificare, aut vendere aliquid, aut emere?

XXIX. Quinimo & majorem fidem rerum præſentium dabo: ecce enim ex adventu juſti & veri Prophetæ, vixdum ſeptem anni ſunt; in quibus ex omnibus gentibus convenientes homines ad Judæam, & ſignis ac virtutibus quæ viderant, ſed & doctrinæ majeſtate permoti; ubi receperunt fidem ejus, abeuntes ad regiones ſuas, illicitos quoſque Gentilium ritus, & inceſta * ſprevêre conjugia. [98] Denique apud Parthos; ſicut nobis Thomas, qui apud illos Evangelium prædicat, ſcripſit; non multi jam erga plurima matrimonia diffunduntur: nec multi apud Medos canibus * objiciunt mortuos ſuos; neque Perſæ matrum conjugiis, aut filiarum inceſtis matrimoniis delectantur; nec mulieres Suſides licita ducunt adulteria: nec potuit ad crimina Geneſis compellere, quos religionis doctrina prohibebat.

* S. T. prohibuêre *Thomas apud Parthos.*

* R. abjiciunt

XXX. Ecce ex hoc ipſo conjice; & de his * de quibus ſumus locis, conjecturam cape; quo modo famâ tantùm perferente ad aures hominum, quòd Propheta in Judæa apparuit, qui ſignis & virtutibus doceret homines unum colere Deum; omnes paratis intentiſque animis exſpectabant, etiam ante adventum Domini mei Petri, ut ſibi aliquis quæ docuiſſet ille qui apparuit, nunciaret. Sed ne multa enumerare videamur, dicam quo debeant cuncta concludi: Cùm Deus juſtus ſit, & ipſe fecerit hominum naturam, quo modo poterat fieri, ut ipſe poneret Geneſim contrariam nobis, quæ nos cogeret ad peccatum, & rurſus ulciſceretur ipſe peccantes? Unde certum eſt, quòd non aliam ob cauſſam Deus ſive in præſenti, ſive in futuro ſæculo peccatorem punit, niſi quia ſcit eum potuiſſe vincere, ſed neglexiſſe victoriam: infert enim & in præſenti ſæculo vindictam in homines; ſicut in eos fecit, qui diluvio perierunt; qui utique omnes unâ die, imò unâ horâ exſtincti ſunt; cùm certum ſit non eos eſſe ſecundùm Geneſis ordinem, unâ horâ natos: abſurdiſſimum eſt autem dicere, quia ex natura nobis accidat pati mala, ſi non priùs peccata præceſſerint.

* S. T. R. alus in

XXXI. Et ideò ſi ſalutis curam gerimus, ante omnia ſcientiæ debemus operam dare; certi quòd ſi mens noſtra in ignorantia perſeveret, non ſolùm Geneſis mala, ſed & alia extrinſecùs quæcumque Dæmonibus viſa fuerint perferemus; niſi metus legum & futuri judicii, obſiſtat omnibus deſideriis, & impetum peccandi refrenet. Nam & humanus timor multa bona, multa etiam mala agit; quæ Geneſis neſcit; ſicut ſuprà oſtendimus. Triplici igitur modo mens noſtra erroribus ſubjacet; ex his quæ per malam conſuetudinem veniunt, vel ex his quæ corpus naturaliter ſuggerit deſideriis, vel ex his quæ contrariæ poteſtates perurgent: ſed his ſingulis obſiſtere & repugnare habet in natura ſua mens, cùm ei obſulſerit veritatis agnitio; per quam ſcientiam timor futuri judicii datur, qui ſit idoneus animæ gubernator, & qui eam poſſit à concupiſcentiarum præcipitiis revocare. Quia ergo ſint hæc in noſtra poteſtate, ſufficienter dictum eſt.

Tres errorum fontes.

XXXII. Nunc & tu Senex, ſi quid habes quod ad hæc reſpondeas, incipe. * Pleniſſimè, ait, oſtendiſti, fili: ſed ego, ſicut dixi ex initio, omni huic incomparabili adſertioni tuæ, à propria conſcientia prohibeor accommodare conſenſum. Novi enim & meam Geneſim, & conjugis meæ, & ſcio ea quæ unicuique noſtrum dictabat Geneſis accidiſſe; & ab his quæ rebus & operibus comperta ſunt mihi, nunc verbis transferri non poſſum. Denique quoniam te ad prime imbutum video in hujuſcemodi diſciplinis, audi conjugis meæ thema; & invenies ſchema, cujus exitus accidit: habuit enim Martem cum Venere ſuper centrum, Lunam verò in * occaſum * in domibus Martis, & finibus Saturni: quod

* P. S. T. R. Senex ad hæc: Pleniſſimè oſtendiſti. Cand. Carm. Senex ad hæc. pleniſſimè, ait, Clement. Hom. 14. c. 6. &c. Epit. c. 115. &c.

* Cand. P. S. T. R. occaſu in domo

* Carm. domibus & finibus.

96. *Nec igni utuntur*] Propter legem Dei Exod XXXV 3. *Non ſuccendetis ignem in omnibus habitaculis veſtris per diem Sabbathi.* Quo factum ſuſpicari quis poſſit, ut Rutilius Itinerarii lib. 1. verſu 389. Sabbatha Judæorum *frigida* appellaverit.

Cui Sabbata frigida cordi.

Atque hinc etiam fortè originem ſumpſit celebris Paganorum opinio de Sabbathico jejunio Judæorum. Facilè enim ſibi perſuadebant eos jejunare, apud quos focum igne lucentem cernere non erat. COT.

97. *Iter agere.*] Arbitror ſcriptum fuiſſe in Græco ex Bardeſane [illegible], quod perperam apud Euſebium per verbum demoliri interpretantur. Rem verbo ſignificatam illuſtrârunt multi, præſertimque ſacræ Scripturæ Interpretes ad Act. 1. 12. Sed neſcio an à quoquam expenſa fuerint iſta Suidæ: [illegible] Quæ videntur ex Theophylacto & Oecumenio hoc pacto concinnanda; [illegible] (ſic MS. Reg. 130.) [illegible] Hoc eſt; *Sabbati viam habens: via erat bis mille cubitorum. Tanto enim intervallo arca caſtra præcedebat: & à tanto ſpatio tentoria figebant: quod licebat, ad adorandum tabernaculum, in Sabbato ybire.* Conſuetudines autem huic & ſuperiori conſimiles irrepſiſſe aliquando inter Chriſtianos diſcimus ex Canone 28. Concilii Aurelianenſis 3. & 14. Vernenſi. Ibid.

98. *Denique apud Parthos, ſicut nobis Thomas, qui apud illos Evangelium prædicat, ſcripſit.* Antiqua traditio eſt apud Euſebium Hiſt. Eccl. lib 3. cap. 1. & opinio communis, Thomæ Parthiam in qua Chriſti fidem annunciaret ſortitò obtigiſſe. Addunt alii ab eodem Apoſtolo Evangelium prædicatum etiam Indis, Medis, Perſis, Hyrcanis, Bactris, Magis, Germanis ſeu potiùs Carmanis, & Æthiopibus, necnon incolis extremæ Orientis oræ ac ultimi Oceani inſulæque Taprobanes. Sed notari præcipuè debet verſus S. Paulini Natali XI.

Parthia Matthæum complectitur, India Thomam.

quia Thomæ Indiam peculiariter aſſignant quoque Gregorius Nazianzenus Oratione 25. Hieronymus Epiſtolâ 148. Metaphraſtes, & Abdias; Matthæum verò Parthos etiam prædicatione ſuâ illuſtrâſſe memoriæ traditum eſt. Obſervatu quoque dignus eſt locus Hippolyti, libello de duodecim Apoſtolis, prout jacet in MS. Regio 1789. [illegible] (ſic etiam ex Cod. Reg. 1026.) [illegible] in marg. eadem manu [illegible]) [illegible] (pro [illegible]) [illegible] Inde enim apparet cur in alio Codice & in Editione Combefiſiana exhibeatur, [illegible]. Scilicet [illegible] corruptum ex [illegible] in textum irrepſit, quod ad marginem deſignabat variam lectionem [illegible]. Significat autem [illegible] *laceratus eſt.* Ibid.

quod ſchema adulteras facit, & ſervos proprios amare, in * peregrinatione & in aquis deſungi; quod & ita factum eſt: incidit namque in amorem ſervi; & periculum ſimul atque opprobrium metuens, fugit cum ipſo; & peregre profecta, ubi amori ſuo ſatisfecit, periit in mari.

* Carm. P. S T. R. peregre

XXXIII. Et ego reſpondi; Unde ſcis quia peregre ſervo ſuo ſociata eſt, & in ejus conſortio poſita defungitur? Et Senex: Certiſſimè, inquit, ſcio, revera non quia nupſerit ſervo, quippe qui neque hoc quidem quòd eum amaret agnoveram: ſed poſtquam profecta eſt, frater meus mihi enarravit, dicens, quòd primò quidem ipſum adamâſſet; ſed ille qui erat honeſtus, utpote frater, noluit torum fratris, inceſti maculâ polluere. Sed illa me verens, & opprobrium non ferens infelix, (neque enim imputandum ei eſt, quod eam Geneſis facere compulit) finxit ſomnium, & ait ad me; Adſtitit mihi quidam per viſum, qui juſſit me cum duobus geminis meis ſine mora ex urbe proficiſci. Hæc ergo cùm audiſſem, pro ſalute ejus filiorumque ſollicitus, confeſtim ipſam & liberos exire feci; unum qui erat junior, mihi retinui: hoc enim eum qui reſponſa in ſomnis dederat, permiſiſſe dicebat.

XXXIV. Tum ego Clemens, intelligens quòd ipſe fortaſſis eſſet pater meus, lacrymis oppletus ſum: fratres quoque meos, volentes proſilire, & aperire rem, prohibuit Petrus, dicens; Quieſcite quoadnſque mihi placuerit. Reſpondens ergo Petrus, ait ad Senem; Quod nomen erat juniori filio tuo? At ille ait; Clemens. Et Petrus: Si tibi, inquit, hodie conjugem tuam caſtiſſimam conſignavero, cum tribus filiis tuis; credis quia poteſt pudica mens motus irrationabiles ſuperare, & quòd omnia quæ à nobis dicta ſunt, vera ſint, & Geneſis nihil ſit? Et Senex: Sicut impoſſibile eſt, inquit, te exhibere quod promiſiſti; ita impoſſibile eſt extra Geneſim fieri aliquid. Tum Petrus: Teſtes, inquit, habere volo omnes hos qui præſentes ſunt, me tibi hodie conjugem tuam, cum tribus veſtris liberis, viventem pudiciſſimè, traditurum: & jam nunc accipe fidem rerum, ex eo quod omnem cauſſam multo diligentius ſcio, quàm tu; cunctaque tibi per ordinem quæ geſta ſunt enarrabo, ut & tu cognoſcas, & qui præſentes ſunt diſcant.

XXXV. Et cùm hæc dixiſſet, converſus ad turbas, ita cœpit: Hic quem videtis, ô viri, in hac veſte paupertima, Romanæ urbis eſt civis, ex genere ipſius Cæſaris deſcendens; nomen ei Fauſtinianus; uxorem quoque nobiliſſimam Matthidiam nomine ſortitus eſt, ex qua tres filios ſuſcepit; quorum duo gemini, unus autem qui erat junior, cui nomen Clemens, hic eſt. Et cùm hoc dixiſſet, digito me oſtendit. Gemini autem filii ejus, ſunt iſti, Niceta & Aquila; quorum alius Fauſtinus vocabatur priùs, & alius Fauſtus. Simul autem ut nomina noſtra enunciavit Petrus; Senex reſolutis membris omnibus, quaſi interceptus, concidit. Nos autem filii irruentes ſuper eum, complectebamur & oſculabamur; verentes ſimul, ne ſpiritum revocare non poſſet. Et cùm hæc fierent, populus quidem admiratione ipſâ obſtupefactus eſt.

XXXVI. Petrus autem ſurgere nos à complexibus patris, ne eum necaremus jubet: & ipſe adprehenſâ manu ejus; quaſi de ſomno quodam profundo * elevans eum, & paululùm recreans; omnia quæ geſta fuerant, ſecundùm veritatem cœpit exponere: quo modo frater ejus in amorem inciderit Matthidiæ; & illa cum eſſet pudiciſſima, illicitum fratris amorem viro indicare noluerit; ne vel bellum fratribus, vel opprobrium generi indiceret; ſed ſapienter ſomnium finxerit, quo ex urbe juberetur excedere cum geminis filiis, juniore apud patrem relicto: utque navigantes, naufragium vi tempeſtatis incurrerint, & ad inſulam Antaradum nomine expulſi, Matthidia quidem ſupra ſaxum quoddam fluctu jactante projecta ſit, gemini verò liberi rapti à piratis & Cæſaream perducti, religioſæ cuidam feminæ venumdati ſint, quæ eos in filiorum loco habens, liberaliter * edocuerit & erudiri fecerit; eorumque nomina piratæ immutaverint, & Nicetam alium, alium Aquilam vocitaverint: utque poſt hæc ſtudiorum & conſuetudinis cauſsâ Simoni adhæſerint; atque ab eo, ubi magum & deceptorem viderunt, averſi acceſſerint ad Zachæum; & ut poſt hæc ſociati ſunt ſibi: ſed & Clemens quo modo ex urbe agnoſcendæ veritatis cauſsâ profectus, per Barnabæ notitiam Cæſaream venerit, ſibique innotuerit & adhæſerit; utque ab eo ſit de fide religionis edoctus: ſed & qualiter apud Antaradum mendicantem repererit & recognoverit matrem, utque omnis inſula in ejus recognitione gaviſa ſit; & de pudiciſſimæ hoſpitæ contubernio, atque ejus per ſemetipſum collatâ ſanitate; & de liberalitate Clementis in eos, qui erga matrem benefici exſtiterant: utque poſt hæc Niceta & Aquila requirentes quænam eſſet peregrina mulier, cùm audiſſent à Clemente omne negotium, ſe eſſe geminos ejus filios Fauſtinum exclamaverunt & Fauſtum, omnemque hiſtoriam quæ eos egerit patefecerint; utque poſt hæc matri cautiùs, ne ſubito gaudio interciperetur, ipſo inſinuante, oblati ſint, Petro.

* P. R. evigilans

* Carm. P. S. T. R. educaverit

XXXVII. Sed cùm hæc, in auditu Senis, narratione gratiſſimâ turbis exponeret Petrus; ita ut audientes geſtorum miraculis, & humanitatis miſeratione lacrymarent; neſcio unde audiens mater de recognitione patris, curſu concito irruit in medium noſtri, cum clamore dicens; Ubi eſt meus vir, meus Dominus Fauſtinianus, qui tam multis temporibus adfligitur, ambulans per urbes ſingulas, & me quærens? Hæc cùm illa quaſi amens clamaret, & circumſpiceret; Senex accurrens cum multis lacrymis, amplecti & conſtringere eam cœpit. Et cùm hæc gererentur, Petrus rogavit turbas, ut diſcederent, dicens inverecundum eſſe ultrà perſiſtere, ſed dandum eis locum familiariùs invicem ſe videndi: Craſtinò autem hic, inquit, ſi qui veſtrûm volunt, conveniant ad audiendum verbum.

XXXVIII. His à Petro dictis, receſſerunt turbæ: & cùm vellemus nos quoque ire ad hoſpitium, dominus domûs ait ad nos; Turpe eſt & impium tales ac tantos viros manere in ſtabulo, cùm ego omnem pæne domum vacantem habeam, lectoſque ſtratos quamplurimos, & quæ neceſſaria ſunt parata. Sed Petro contradicente, uxor patrisfamilias unà cum liberis ſuis proſtrabat ſe ante eum, & exorabat dicens; Obſecro te, * mane apud nos. Sed ne ſic quidem acquieſcebat Petrus, donec filia eorum qui rogabant, ab immundo ſpiritu temporibus multis vexata, & catenis vincta, quæ fuerat intra conclave clauſa, effugato à ſe Dæmone, & oſtiis patefactis, cum catenis ſuis veniens, procidit ad pedes Petri, dicens; Rectum eſt, mi Domine, ut agas ho-

Pſeudo-Abdias, lib. 1. poſt med.

* P. R. maneto

die hic [99] Salutaria mea, & non contriſtes neque me, neque parentes meos. Petro autem requirente catenarum ſermonumque ejus cauſſam, parentes præter ſpem læti effecti de filiæ ſanitate, & velut ſtupore quodam attoniti, ipſi quidem dicere nequeunt, adſtantes autem famuli aiunt; Hæc à ſeptimo ætatis anno Dæmone occupata, omnes qui accedere tentâſſent ad eam, ſcindere, dilaniare morſibus, etiam diſrumpere, & hoc per viginti annos uſque ad præſens facere numquam deſtitit; nec ab aliquo potuit curari, ſed ne accedere ad eam quiſquam * valebat: multos enim inutiles reddidit, alios & peremit; omnibus enim viris validior erat, ſine dubio viribus Dæmonis niſa. Nunc autem ut vides, ex præſentia tui Dæmon quidem fugit; oſtia verò quæ ſummo cum munimento clauſa fuerant, aperta ſunt; & ipſa ſana ſtat ante te, rogans ut diem Salutarium ſuorum lætum & ipſi & parentibus facias, & maneas apud eos. Hæc cùm ita unus ex famulis enarraſſet, & ipſæ catenæ de manibus ejus ac pedibus fuiſſent ſponte reſolutæ; Petrus certus quòd per ipſum * ſanitas hæc reddita ſit * puellæ, acquievit manere apud eos. Sed & illos qui remanſerant in hoſpitio, unà cum uxore ſuâ tranſire juſſit: & unuſquiſque acceptis ſeorſum cubiculis manſimus; atque ex more cibo ſumpto, redditiſque laudibus Deo, ſuis ſinguli requievimus locis.

* Cand. P. R. audebat

* Cand. P. R. ſanitati

* Cand. P. R. puellæ

Hieron. 1. in Jovin. 14.

RECOGNITIONUM S. CLEMENTIS

LIBER DECIMUS.

I. MANE autem exorto ſole, ego Clemens & Niceta atque Aquila unà cum Petro, venimus ad locum in quo pater ſimul cum matre requieſcebat; & cùm adhuc eos dormientes reperiſſemus, pro foribus conſedimus; ubi Petrus talibus apud nos ſermonibus utitur: Audite me * dilectiſſimi conſervi; ſcio quia grandem habetis affectum erga patrem veſtrum; vereor ergo ne ante tempus eum perurgeatis jugum religionis ſuſcipere, nondum ad id paratum; ad quod fortè pro veſtri gratia videatur acquieſcere; ſed hoc non eſt firmum: quod enim propter homines fit, probabile non eſt, & citò dilabitur. Ideoque videtur mihi, ut concedatis ei anno uno vivere pro arbitrio; in quo poteſt iter agens nobiſcum, dum nos alios docemus, etiam ipſe ſimpliciter audire; & audiens, ſi quidem agnoſcendæ veritatis rectum propoſitum gerit, ipſe rogabit ut ſuſcipiat religionis jugum; aut ſi non placet ei recipere, permaneat amicus. Hi enim qui non id ex corde ſuſcipiunt, cùm cœperint ferre non poſſe, non ſolum abjiciunt quod ſuſceperant, ſed quaſi pro excuſatione infirmitatis ſuæ, incipiunt viam religionis blaſphemare, & malè loqui de his quos nequaquam ſequi aut imitari potuerunt.

* Carm. dulciſſimi.

II. Ad hæc Niceta reſpondit; Non contradico, Domine mi Petre, rectis & bonis conſiliis tuis; ſed dicere aliquid volo, ut per hoc diſcam quod neſcio. Quid ſi intra annum hunc, quo differri eum jubes, moriatur pater noſter? deſcendet in Infernum vacuus, & cruciandus in æternum. Tum Petrus: Amplector, inquit, benignum erga patrem propoſitum tuum, & ignoſco tibi de his quæ ignoras. Quid enim cenſes, quia ſi quis putatur juſtè vixiſſe, iſte continuò ſalvabitur? Non putas eum diſcutiendum ab eo qui occulta hominum novit, quo modo juſtè vixerit; ne fortè [1] ritu gentilium, inſtitutis eorum & legibus parens, vel pro amicitiis hominum, aut pro ſola conſuetudine, aut qualibet alia ex cauſſa, vel neceſſitate, & non propter ipſam juſtitiam, neque propter Deum? Qui enim propter ſolum Deum, & juſtitiam ejus juſtè vixerint, ipſi ad æternam requiem venient, & perpetuitatem regni cœleſtis accipient. Salus enim non vi acquiritur, ſed libertate; nec per hominum gratiam, ſed per Dei fidem. Tum præterea cogitare * debes, quia Deus præſcius eſt, & novit ſi hic ſuus eſt: quòd ſi novit eum non eſſe, quid faciemus ad ea quæ ex initio ſtatuta ſunt ab eo? In quo autem poſſum, conſilium do; cùm evigilaverit, & ſederimus, vos quaſi aliquid diſcere volentes, proponite, ex his dumtaxat quæ illi expedit diſcere; & dum nos loquimur inter nos, ille inſtruetur. Sed tamen primò quieſcite, ut ſi fortè * ipſe videatur aliquid interrogare: quod ſi fecerit, aptior erit ſermonis occaſio: ſi verò ipſe nihil quærit; nos ab alterutro, ſicut dixi, diſcere aliquid volentes, rogemus viciſſim: mihi ita videtur, etiam vobis quid placeat dicite.

Prædeſtinatio.

* S. T. alii debes

* Carm. S. T. ipſi

III. Cúmque collaudaſſemus ejus rectum conſilium, ego Clemens aio; In omnibus rebus plurimâ ex parte ad initium reſpicit finis, ſimiliſque principiis rerum exitus datur: ſpero ergo etiam circa patrem noſtrum, quoniam per te Deus bona initia dedit, his congruum ſeque dignum largiatur & finem. Verumtamen etiam illud ſuggero, * ſi, ut dixiſti, * cœperimus præſente patre, quaſi inter nos aliquid tractandi, vel diſcendi gratiâ loqui; tu, mi Domine Petre, non debes eum locum agere, quaſi qui diſcere aliquid debeas; hoc enim ſi videat, fortaſſe magis offendetur; certus eſt enim, te omnia ſcire diligenter, ſicut & verè eſt: quale ergo erit, ſi te videat ignorantiam ſimulantem? hoc eum, ut dixi,

* Cand. P. R. ſicut

* Cand. P. R. cùm cœperimus

99. *Salutaria mea.*] *vel aurigas.* Res ſatis nota vel mediocriter eruditis. COT.

1. *Ritu gentilium.*] non *Gentilium.* ὁμοφύλων, non Ἑλλήνων. Ibid.

 2. *Eſt*

xi, magis lædere poterit, neſcientem conſilium tuum. Sed nos quidem fratres, inter nos habentes; ſi in aliquo dubitemus, à te quæſtioni noſtræ finis congruus detur: nam & ſi te cunctantem videat, aut dubitantem; tunc verè putabit, quòd apud nullum erit ſcientia veritatis.

IV. Et Petrus ad hæc reſpondit; Omittamus hæc: & ſi quidem dignum eſt, ut ingrediatur januam vitæ, Deus occaſionem competentem dabit; eritque initium ex Deo, & non ex homine. Et ideo ſicut priùs dixi, permittite eum iter agentem nobiſcum, audire nos * aliquid diſputantes: ſed quoniam feſtinantes vos vidi, idcirco dixi opportunitatem quærendam; quam cùm dederit Deus, vos quoque ad ea quæ dixero obtemperate mihi. Hæc nobis ſermocinantibus, venit puer dicens vigilare jam patrem: & cùm vellemus ingredi ad eum, ipſe venit ad nos; & oſculo nos ſalutans, cùm reſediſſemus, ait; Licetne percunctari, ſi quid volet quis; an ſecundùm Pythagoricos, tacendum ſemper eſt? Et Petrus: Nos nec ſilere ſemper, neque percunctari cogimus accedentes ad nos; ſed relinquimus ipſorum libertati, facere ut volunt; ſcientes quòd qui curam gerit ſalutis ſuæ, ſi in parte aliquâ ſentit animæ ſuæ dolorem, tacere non patitur. Qui verò negligit ſalutem ſuam, ſi interrogare cogatur, nihil ex hoc utilitati ejus confertur; niſi hoc ſolum, ut ſtudioſus eſſe videatur & diligens. Quamobrem tu ſi quid diſcere vis, require.

* Carm. P. S. T. R. cum aliis

De Bono & Malo.

l. Clement. Hom. 4. c. 10. &c.

V. Et Senex ait; [2] Eſt quidam ſermo apud Græcorum Philoſophos vehemens valde, qui dicit, in vita hominum reipſa neque bonum eſſe aliquid, neque malum; ſed quæ videntur hominibus, uſu & conſuetudine * præſentis * vitæ, hæc aut mala * dicunt, aut bona. Nam neque homicidium revera malum eſt, quia animam vinculis carnis abſolvit: denique, aiunt, & juſti quique judices, peccantes periment: quòd ſi homicidium ſcirent malum eſſe, non utique id juſti homines facerent. Neque adulterium malum eſſe dicunt: ſi enim ignoret vir, aut non curet; nihil, aiunt, mali eſt. Sed neque furtum malum eſſe: quod enim deeſt alicui, aufert ab alio qui habet; quod quidem oportebat liberè ſumi & publicè; ſed quia occultè fit, in hoc magis illius à quo clam aufertur inhumanitas redarguitur. Communis enim uſus omnium quæ ſunt in hoc mundo, omnibus eſſe hominibus debuit; ſed per iniquitatem alius hoc ſuum dicit eſſe, & * alius illud; & ſic inter mortales diviſio facta eſt. Denique [3] Græcorum quidam ſapientiſſimus hæc ita * ſciens eſſe, ait; Communia debere eſſe amicorum omnia: in omnibus autem ſunt ſine dubio & conjuges: & ſicut non poteſt, inquit, dividi aër, neque ſplendor ſolis; ita nec reliqua quæ communiter in hoc mundo data ſunt omnibus ad habendum, dividi debere, ſed habenda eſſe communia. Hæc autem * dicere volui; quoniam quidem cupio me inclinare ad bene agendum; & non poſſum bene agere, niſi priùs didicero quid ſit bonum: quod ſi intelligere potuero; ex ipſo etiam quid ſit malum, hoc eſt, huic contrarium, advertam.

* S. T. præventis. R. præſenti

* S. T. dicuntur. Cand. ducunt.

Pſeudo-Clemens Epiſt. 5.

* Carm. alius aliud.

* S. T. ſcribens

* S. T. diſcere

VI. Verùm ad hæc quæ dixi, unum è vobis reſpondere volo, non Petrum: non enim dignum eſt, ab illo verba & doctrinam cum quæſtionibus capere; ſed ille ſi quid pronunciaverit, hoc abſque aliqua retractatione teneatur. Et ideo ipſe nobis ſervetur quaſi arbiter; ut ſicubi diſputatio noſtra exitum non invenerit, ipſe quod ſibi viſum fuerit pronuncians, indubitatum finem rebus dubiis imponat. Et nunc ergo poſſem ſolâ ejus ſententiâ contentus credere, ſi quid ei videretur; quod & ad ultimum faciam: volo tamen priùs videre, ſi eſt poſſibile diſputando invenire quod quæritur. Placet ergo ut Clemens primus incipiat, & oſtendat ſi eſt aliquid in ſubſtantia & actibus bonum vel malum.

VII. Ad hæc ego reſpondi; Quoniam quidem à me vis diſcere, ſi eſt aliquid naturâ aut actu bonum vel malum, an potiùs uſu * prævenientis hominibus bona quædam & alia videntur mala; pro eo quòd diviſionem inter ſe rerum fecêre communium; quæ deberent, ut ais, ita eſſe communia, ut aër, & ſplendor ſolis; puto quòd non debeam tibi aliunde adſertiones adhibere, niſi ex his diſciplinis quibus ipſe uteris, & quas ipſe confirmes; ut indubitata tibi ſint quæ dicuntur. Omnium elementorum & ſtellarum certos ponitis fines: quaſque ſtellas dicitis in quibuſdam abſque noxia coire, ſicut in conjugiis; & in aliis vero noxiè miſceri, ſicut in adulteriis; & dicitis quædam generalia eſſe omnium; quædam verò non omnium, neque generalia. Sed ne prolixa diſputatio fiat, breviter & de re dicam. Terra quæ arida eſt, conjugio & admiſtione indiget aquæ, ut poſſit generare fructus, * qui ſine vita hominibus non eſt: eſt ergo hæc legitima conjunctio. E contra ſi aut pruinæ frigus, terræ miſceatur, aut calor aquis; hujuſmodi conjunctio corruptelam facit: & hoc in talibus adulterium eſt.

* Carm. R. præſenti

Conjugia & adulteria in Natura.

* S. quis. R. alii · ſine quibus

VIII. Et Pater reſpondit; Sed ſicut elementorum vel ſtellarum inconſonæ conjunctionis ſtatim proditur noxa; ita deberet & adulterium ſtatim oſtendi * quàm malum eſt. Et ego aio; Hoc mihi primò confirma; ſi, ut etiam ipſe confeſſus es, ex incongrua & inconſona admiſtione efficiuntur mala; & iſtud in conſequentibus requiretur. Et Pater ait; Ut ſe habet rei natura, ita ais fili. Tum ego reſpondi; Quia ergo diſcere cupis de his, vide quanta ſint quæ mala eſſe apud neminem dubitantur. Non tibi videtur malum eſſe, febris, incendium, ſeditio, ruina, cædes, vincula, ſupplicia, dolores, luctus, & his ſimilia? Et Pater: Verum eſt, inquit, fili, hæc mala eſſe, & valde mala: aut certè qui negat hæc eſſe mala, patiatur ea.

* S T. R. quia

IX. Et ego reſpondi; Quis ergo cum eo mihi ſermo eſt, qui in Aſtrologica diſciplina eruditus

---

2. *Eſt quidam ſermo apud Græcorum Philoſophos.*] Archelaum, Cyrenaicos, Theodorum ἄθεον, & Pyrrhonios: quorum inſaniam ſecuti ſunt poſtea Gnoſtici. Atque huc pertinebit elegans Apophthegma Hieroclis relatum in Agellii Noctibus lib. 9 cap 5. his verbis; *Taurus autem noſter quoties facta mentio Epicuri eſſet, in ore atque in lingua habebat verba hæc Hieroclis Stoici, viri ſancti & gravis:* ἡδονὴ τέλος· πόρνης δόγμα· οὐκ ἔστι πρόνοια· οὐδὲ πόρνης δόγμα. dummodo ex mea opinione ita legatur; ἡδονὴ τέλος· πόρνης δόγμα. οὐκ ἔστι πορνεία οὐδὲ πόρνης δόγμα. *Voluptas finis: meretricis dogma. Stuprum nihil eſt: meretricis dogma.* At viro magni ingenii magnæque doctrinæ Johanni Pearſono in Prolegomenis ad Hieroclem videtur corrigi debere; ἡδονὴ τέλος· πόρνης δόγμα. οὐκ ἔστι πρόνοια οὐδὲ πόρνης δόγμα. Ejuſque lectionem firmat Codex Tornæſianus. COT.

3. *Græcorum quidam ſapientiſſimus.*] Socrates apud Platonem in Opere de Republica. Quos ideo arguunt plurimi: defendere verò conantur alii, ut diſcere eſt ex lectione Clementis Alexandrini Strom. 3. p. 430. 431. Arriani in Epicteto lib. 2 cap. 4. Luciani in Fugitivis, Euſebii Præp. Evang. lib. 13. cap. 19 Theodoriti Sermone de legibus, ac Nicetæ Choniatæ lib. 4. Theſauri cap. 10. Ibid.

4. *He-*

tus eſt, ſecundùm ipſam tecum agam; ut de his quæ tibi in uſu ſunt, accipiens rationem, citiùs acquieſcas. Audi nunc ergo. Confeſſus es mala eſſe ea quæ ſuprà diximus, id eſt, febres, incendia, & his ſimilia: hæc ſecundùm vos à malitioſis ſtellis fieri dicuntur, id eſt, ab [4] humido Saturno, & calido Marte: horum verò contraria, à benignis fieri ſtellis, id eſt, à temperato Jove, & humida Venere: aut non ita eſt? Et Pater reſpondit; Ita eſt, fili, nec aliter fieri poteſt. Tum ego: Quia ergo à bonis ſtellis, Jove dico & Venere, bona fieri dicitis; videamus unaquæque malarum ſtellarum cùm admiſta fuerit bonis, quid eſt quod efficit: & illud eſſe intelligamus malum. Etenim nuptias facere Venerem ponitis: quæ ſi Jovem habet in ſchemate ſuo, pudicas efficiat: * Jove autem non reſpiciente, ſi adſuerit Mars, corrumpi nuptias per adulterium pronunciatis. Et Pater: Ita ſe, inquit, habet. Ego reſpondi; Ergo malum eſt adulterium, quandoquidem ex malarum ſtellarum admiſtione committitur: & ut compendioſiùs explicemus, omnia quæ dicitis ex malarum admiſtione ſtellarum bonas perpeti ſtellas, mala eſſe ſine dubio pronuncianda ſunt. Iſtæ ergo ſtellæ quarum admiſtione diximus febres, incendia, & cætera his ſimilia effici mala; ipſæ ſecundùm vos etiam homicidia, adulteria, & furta operantur, * propter vos etiam & ſtolidos ipſæ efficiunt.

* S. T. Jovem autem non reſpiciens. Carm. non reſpicientem.

* Carm protervos.

X. Et Pater: Verè, inquit, breviter & incomparabiliter oſtendiſti, quia ſint mala in actibus: ſed * hoc adhuc * velim, quo modo juſtè judicat Deus eos qui peccant, ſicut vos dicitis; ſi peccare eos * Geneſis cogit? Tum ego reſpondi; Vereor dicere tibi aliquid, pater; quia in omni te honore haberi à me decet; alioquin erat quod poſſim dicere, ſi deceret. Et Pater ait; Dic quod tibi occurrit, fili, etiamſi injurioſum videtur: non enim tu, ſed quæſtionis ratio injuriam facit; ſicut pudica mulier intemperanti viro, ſi pro ſalute indignetur & honeſtate. Et ego reſpondi; Si prima quæque inter nos confirmata & confeſſa, non bene retineamus, ſed ſemper quæ definita ſunt reſolvantur per oblivionem; videbimur telam texere Penelopes, ea quæ texuimus reſolventes: & ideo debemus aut non facilè acquieſcere, priùs quàm diligenter examinetur ſermo propoſitus; aut ſi jam acquievimus, & confirmata ſententia eſt, ſervare ſemper quod ſemel definitum eſt, ut poſſimus & de aliis quærere. Et pater ait; [5] Bene dicis, fili; & ſcio quam ob cauſſam dicis; quia heſterno die de naturalibus diſputans cauſſis, oſtendiſti quia Virtus quædam maligna, transformans ſe in ordinem ſtellarum humanas concupiſcentias exagitat; diverſis modis provocans ad peccatum, non tamen cogens aut efficiens peccatum. Cui ego reſpondi; Bene, quia & meminiſti; & cùm memineris, erràſti. Et Pater: Ignoſce, inquit, fili, nondum enim uſum multum in his habeo: nam & heſterni ſermones tui veritate ipſâ concluſerunt me, ut tibi acquieſcerem; in conſcientia tamen mea ſunt, quaſi quædam reliquiæ febrium, quæ paululum me à fide quaſi à ſanitate retrahunt; diſcrucior enim, quia ſcio multa mihi, imò pæne omnia accidiſſe ſecundùm Geneſim.

* Deeſt in R.
* T. R. alii: velim diſcere
* S. T. R. alii: neceſſitas Geneſis.

Adagium.

Citantur iſta ab Origene. Vide Teſt. Vet. & Notas.

XI. Et ego reſpondi; Audi ergo, pater, quæ ſit Matheſis natura, & facito ſecundùm ea quæ dico

In Mathematicos.

4. *Humido Saturno.*] Idem de Saturno, humidam ſtellam eſſe, ſentiunt Clemens Alexandrinus Strom. 5. p. 564. Nonnus *Διονυσιακῶν* lib. 18. p. 500. Servius ad Georgic. I. 10. 13. & Platonici quidam apud Macrobium lib. 1. in Somnium Scipionis cap. 11. Verùm Julio Firmico lib. 2. cap. 10. eſt *Saturnus naturâ quidem frigidus & ſiccus, ex accidenti verò quandoque humidus.* Eidemque Κρόνῳ tribuit ξηρὸν ψυκτικὸν Proclus lib. 1. in Tetrabiblum Ptolemæi cap. 4. Ibid.

5. *Et Pater.*] Tota [illegible], ex lib. 14. Periodorum laudata ab Origene tomo 3. Explanationum in Geneſim, ad Geneſeos I. 14 exſtat Philocaliæ cap. 22. Et quidem citantia verba protuli in Teſtimoniis Veterum: ubi rectè legebam, [illegible], quod reperi poſtea in duobus Regiis Codicibus. Nunc verò ut intelligatur faciliùs quid hoc loco uno uſquequaque Græco reſpondeat, utque Notis ſequentibus veluti fax præferatur, placet etiata ab Origene & Rufinianam verſionem noſtram ſub unum conſpectum dare.

Καὶ ὁ πατήρ· σύγγνωθί μοι, ὦ τέκνον· οἱ μὲν γὰρ χθιζινοὶ λόγοι ἀληθεῖς ὄντες [illegible]

Et Pater, Ignoſce, inquit, fili, nondum enim uſum multum in his habeo: nam & heſterni ſermones tui veritate ipſâ concluſerunt me, ut tibi acquieſcerem; in conſcientia tamen mea ſunt quaſi quædam reliquiæ febrium, quæ paululum me à fide quaſi à ſanitate retrahunt; diſcrucior enim quia ſcio multa mihi, imò pæne omnia accidiſſe ſecundùm Geneſim. Et ego reſpondi; Audi ergo pater, quæ ſit Matheſis natura, & facito ſecundùm ea quæ dico tibi. Vide Mathematicum, & dic ei primò, quæ talia quædam mihi acciderunt mala in illo tempore; unde ergo, aut quo modo, aut per quas mihi acciderint ſtellas, diſcere volo. Reſpondebit tibi ſine dubio, quia temporis tui malitioſus ſuſcepit Mars, aut Saturnus, aut aliquis eorum apocataſtaticus fuit; aut aliquis eorum tuum aſpexit ex diametro, aut conjunctus, aut in centro, vel alia his ſimilia reſpondebit, addens quia in his omnibus aliquis aut aſyndetus fuit cum malo, aut inviſibilis, aut in ſchemate, aut extra hæreſim, aut deficiens, aut non contingens, aut in obſcuris ſtellis; & multa alia his ſimilia, ſecundùm rationes proprias reſpondebit, & de ſingulis aſſignabit. Poſt hæc alium adito Mathematicum, & dicito contraria, quia illud mihi boni contigit in illo tempore; tempus autem hoc idem dicito; & require ex quibus partibus Geneſis hoc tibi evenerit boni, & tempora, ut dixi, eadem quæ de malis interrogaveras, cuſtodito: cumque te feſellerit de temporibus, vide quanta tibi inveniet ſchemata, per quæ oſtendat quid tibi in illis ipſis temporibus evenire debuerit bona: impoſſibile enim eſt hominum Geneſim tractantibus, non in omni quam dicunt regione ſtellarum ſemper invenire quaſdam bene poſitas ſtellas, & quaſdam malè: circulus enim eſt æqualiter ex omni parte collectus ſecundùm Matheſim, diverſas & varias accipiens cauſſas, ex quibus occaſionem capiant dicendi quod volunt. Sicut enim fieri ſolet ubi ſomnia obliqua viderint homines, & nihil certi intelligunt, cùm aliquis occurrerit exitus rerum, tunc ad ea quæ acciderunt aptant etiam ſomnii viſum; ita eſt & Matheſis: antequam aliquid fiat, certi nihil pronunciatur; poſtea verò quam aliquid acciderit, res jam geſta colligunt cauſſas. Denique frequenter cùm erraverint, & aliter res acciderit, ſemetipſos increpant, dicentes quia illa

[illegible]

dico tibi. [6] Vide Mathematicum, & dic ei primò, quia talia quædam mibi acciderunt mala in illo tempore; unde ergo, aot quo modo, sut per quas mihi acciderint ſtellas, diſcere volo. Reſpondebit tibi ſine dubio, quia tempora tus malitioſus ſuſcepit Mars, aut Saturnus; aut aliquis eorum * [7] spoſtaticus ſuit; aut aliquis annum tuum [8] aſpexit ex diametro, sut conjunctus, aut in centro; vel alia his ſimilia reſpondebit; addens, quia [9] in his omnibus aliquis aut * aſyndetus ſuit cum malo, aut inviſibilis, aut in ſchemate, aut extra bæreſim, [10] aut deficiens, sut non cootingens, aut in obſcuris ſtellis; & multa alia his ſimilia, ſecundùm rationes proprias reſpondebit, & de ſingulis sdſignabit. Poſt hunc alium adito Marhematicum, & dicito contraris; quia illod mihi boni contigit in illo tempore; tempus autem hoc idem dicito, & require ex quibus partibus Geneſis hoc tibi evenerit boni; & tempora, ut dixi, eadem quæ de malis interrogaveraa, cuſtodito. Cúmque tu ſeſelleris de temporibus, vide qoanta tibi inveniet ſchemata, per quæ oſtendat quòd tibi in illis ipſis temporibus evenire debuerinr bona: impoſſibile eoim eſt hominum Geneſim tractantibus, non [11] in omoi quam dicunt regione ſtellarum ſemper invenire quaſdam bene poſitas ſtellas, & quaſdam malè: circulus enim eſt æqualiter ex omoi parte collectus ſecuodùm Matheſim, diverſas & varias accipieos cauſſas, ex quibus occaſionem capiant dicendi quod voluot.

* Carm. S. apocataſticus. R. apoſtaſtaticus

* R. ſyndetos. S. T. ſyndetus fuerit

XII. Sicut enim fieri ſolet ubi ſomnis * aliqua viderint homines, & nihil certi intelligunt; cùm aliquis occurrerit exitus rerum, tunc ad ea quæ acciderint aptant etiam ſomoii viſum; ita eſt & Matheſis: antequam aliquid fiat, certi nibil prontunciatur; poſtea verò quàm aliquid acciderit, rei jam geſtæ colligunt cauſſas. Denique frequenter cùm * enarraverior, & aliter rei acciderit; ſemetipſos increpant, dicentes, quia illa fuit ſtella quæ impedivit, quæ occurrit; & non * videmos, ignorantes quia error eorum non ex artis * imprudentia, ſed ex totius cauſſæ inconvenientia deſcendit: ignorant enim quæ fiot, quæ facere qoidem concupiſcamus, noo tamen indulgeamus coocupiſceotiis. Nos autem qui myſterii bujus didicimus rationem, ſcimos & cauſſam: quia libertatem hsbentes arbitrii, interdum concupiſcentiis obſiſtimus, interdum cedimus: [12] & ideo homanorum geſtorum incertus eſt exitus; quia in libertate pendet arbitrii. Nam concupiſcentiam quidem, * qnam operatur maligna Virtus, poreſt indicare Mathematicus: ſed ſi concupiſcentiæ hujus actus vel exitus impleri poſſit, oec oe; quia in arbitrii libertate eſt, ſciri ante effectum rei à oullo poteſt: & hoc eſt quod ignorantes Aſtrologi inveneruot ſibi, [13] ot climacteras dicerent, rei ſcilicet incertæ perfugia, ſicut heſternò pleniſſimè oſtendimus.

* Carm. S. T. obliqua. R. alia

* S. T. R. alii: erraverint

* S. T. R. alii: vidimus

* Cand. P. imperitia

* Carm. quæ in nobis operatur maligna virtus.

XIII. Ad hæc ſi quid tibi dicendum videtur

λέγοντες ὅτι τόδε ἦν τὸ κωλῦσαν, καὶ οὐκ εἴδομεν [illegible] ... * αἴτια [illegible] ... καὶ ὁ [illegible]

* Al. αἰτίᾳ

* Al. καὶ ὁ [illegible]

fuit ſtella quæ impedivit quæ occurrit, & non vidimus; ignorantes quia error eorum non ex artis imprudentia, ſed ex totius cauſſæ inconvenientia deſcendit: ignorant enim quæ ſint, quæ facere quidem concupiſcamus, non tamen indulgeamus concupiſcentiis. Nos autem qui myſterii hujus didicimus rationem, ſcimus & cauſſam: quia libertatem habentes arbitrii, interdum concupiſcentiis obſiſtimus, interdum cedimus: & ideo humanorum geſtorum incertus eſt exitus, quia in libertate pendet arbitrii. Nam concupiſcentiam quidem, quam operatur maligna Virtus, poteſt indicare Mathematicus: ſed ſi concupiſcentiæ hujus actus vel exitus impleri poſſit, nec ne; quia in arbitrii libertate eſt, ſciri ante effectum rei à nullo poteſt: & hoc eſt quod ignorantes Aſtrologi invenerunt ſibi, ut climacteras dicerent, rei ſcilicet incertæ perfugia, ſicut heſternò pleniſſimè oſtendimus. Ad hæc ſi quid tibi dicendum videtur, dicito. Et pater; Nihil verius, inquit, fili, his quæ proſecutus es. COT.

6. *Vide Mathematicum*, &c.] Expreſſit iſta Scriptor Actorum S. Sebaſtiani, meâ quidem ſententiâ alius à S. Ambroſio. *Præcipe hodie, inquit, ad te Matheſis venire doctorem; cui dicas, illo tempore te aſperis caſibus laboràſſe; & inquire per quas ſtellas hoc tibi evenerit mali. Reſponſa ejus erunt proculdubio talia; quòd tempus tuum à malitioſo Marte ſuſceptum eſt, aut Saturnus * apocataſtaticus fuit, aut annus tuus ex diametro ſuſceptus eſt, aut climacterica tibi in centro fuit nata, aut ſyndetus fuit cum malo, aut inviſibilis, aut in ſchemate, aut immobilis circa te exſtitit curſus in ſtellis. Hæc & his ſimilia cùm dixerit, rationes tibi veriſimile aſſignare altius aliquid & probare. Age nunc, interroga alterum Mathematicum, cui ipſas horas, ipſumque tempus in bonis tibi exuberàſſe caſibus dicas: illicò videbis eum tibi rationabilia ſchemata infinita aſſerere, quibus approbet, quia in ipſis tibi temporibus evenire debuerint bona. Circulum etenim tenet ex omni parte collectum, in quo diverſas & varias cauſſas aſcripſit, ex quibus occaſionem capiat dicendi quod voluerit. Nam futura penitus prævidere non poſſunt, climactericas dicunt, id eſt, naturæ rei incertæ profugia.* Lege ſi lubet Notas ſequentes. Ibid.

* Al. apocataſticus & Apoſtaticus

7. *Aut aliquis eorum apocataſtaticus fuit.*] Sic enim legendum. Nec mirandum ſi aliter ignotam vocem ſcripſerint librarii, tum hîc, tum in Geſtis S. Sebaſtiani, tum apud Sidonium lib. 8. Epiſt. 11. tum denique loco Philocaliæ ſuperiùs allato; in quo e Regiis MSS. teſtatur ἀποκαταστατικὸς pro ἀποκαταστατικὸς vulgato. Sed Sidonii verba non debeo prætérire. *Illud ſanè non ſolùm culpabile in viro fuit, ſed peremptorium; quòd Mathematicos quondam de vita ſua ſim conſuluit, urbium cives Africanarum; quibus ut eſt regio, ſic animus ardentior: qui conſtellatione percunctantis inſpecta, pariter annum, menſem, diemque dixerunt, quos (ut verba Matheſeos utar) climactericos eſſet habiturus: utpote quibus themate oblato, quaſi ſanguinaria genitura ſchema patuiſſet quia videlicet amici naſcentis anno, quemcumque elementem planeticorum ſiderum globum in diaſtemate Zodiaco proſper ortus erexerat, hunc in occaſu cruentis ignibus rubeſcentes, ſeu ſuper diametro Mercurius aſyndetus, ſeu ſuper tetragono Saturnus retrogradus, ſeu ſuper centro Mars apocataſticus exacerbâſſent.* De ἀποκαταστάσει, hoc eſt reditu planetæ ad idem ſignum cœleſte, agunt Maximus in caput 8. libri de divinis nominibus, Columella lib. 3. cap. 6. & alii. Ibid.

8. *Aſpexit.*] Græcè ἐπιθεώρησε. Igitur in Actis Sebaſtiani, *ſuſceptus* corruptum eſt ex *ſuſpectus*. Ibid.

9. *In his omnibus aliquis aut aſyndetus fuit cum malo.*] Legebat, ἀσύνδετος, quod ſenſu idem eſt ac ἀσύνδετος. Qui autem hîc & in Geſtis Sebaſtiani *ſyndetus* ſcripſerunt, dum corrigere conantur, ob imperitiam lapſi ſunt. Neque verò omitti debuit à Rufino vox ἀχρημάτιστος. Ibid.

10. *Aut deficiens.*] ἢ ἐν ἐκλείψει. Manilius lib. 4. Aſtronomicon;

Percipe nunc etiam, quæ ſint Ecliptica Graio
Nomine, quæ certos quaſi delaſſata per annos
Nonnunquam ceſſant ſterili torpentia motu.

Atque hinc patet cur in Actis Sebaſtiani habeatur; *aut immobilis circa te exſtitit curſus in ſtellis.* Ibid.

11. *In omni quam dicunt regione ſtellarum.* χώρᾳ, non ὥρᾳ. Ibid.

12. *Et ideo humanorum geſtorum* &c.] Hîc Rufinus Rufinum agit, hoc eſt laxum malumque præſertim in obſcurioribus interpretem. Ibid.

13. *Ut climacteras dicerent, rei ſcilicet incerta perfugia.*] Hinc ſcribi fortè debeat in S. Sebaſtiani Actis; *climacteras dicunt, id eſt, naturæ rei incerta perfugia.* Aliud ſonant Græca; τὰς κλιμακτῆρας ἐπινόησαν, ὡς ἀδηλότερον καλύπτοντα τὸ ἀμφίβολον. nempe, *Climacteras commenti ſunt,* libe-

tur, dicito. Et pater: [14] Nihil verius, inquit, fili, his quæ proſecutus es. Cúmque hæc loqueremur inter nos, nunciavit quidam plurimum ſtare populum foris, qui audiendi gratiâ convenerint; & Petrus juſſit his ingrediendi copiam dari: erat enim locus opportunus & amplus. Cúmque ingreſſi fuiſſent, ait ad nos Petrus; Si quis vult veſtrûm, faciat ad populum ſermonem, & de Idololatria diſſerat. Cui ego Clemens reſpondi; Multa benignitas tua, & erga omnes lenitas, ac patientia indulget nobis, ut audeamus loqui coram te, & rogare quæ volumus: & ideo, ut dixi, morum tuorum manſuetudo invitat omnes, & adhortatur ſalutaris doctrinæ præcepta ſuſcipere: hoc ego uſque ad præſens apud nullum alium vidi, niſi apud te ſolum; apud quem invidia nulla eſt, neque indignatio: aut quid tibi videtur?

XIV. Et Petrus: Non ſolùm hæc ex invidia aut indignatione veniunt; ſed interdum ineſt * aliquibus * verecundia, ne fortè de his quæ proponuntur, plenè reſpondere non poſſint, & refugiunt imperitiæ notam. Sed non debet pro hoc quis verecundiam pati; quia nec eſt aliquis hominum, qui profiteri debeat omnia ſe ſcire: unus enim eſt qui ſcit omnia, ipſe qui & fecit omnia. Si enim Magiſter noſter diem & horam, cujus etiam ſigna prædixit, neſcire ſe profeſſus eſt; ut totum revocaret ad patrem: quo modo nos turpe ducemus, ſi aliqua nos ignorare fateamur? cùm Magiſtri in hoc habeamus exemplum. Hoc tamen unum profitemur * ſcire, quæ à vero Propheta didicimus: ea autem à vero Propheta nobis eſſe tradita, quæ ſufficere humanæ ſcientiæ judicavit.

* R. plerumque aliquid verecundiæ. P. aliquid verecundiæ.

Unus ſcit omnia, qui fecit omnia. Mat. 24. Marc. 13. Luc. 21.

* S. T. R. *alii*: ea nos ſcire

XV. Tum ego Clemens dicere ita cœpi: Apud Tripolim cùm contra Gentiles diſputares, Domine mi Petre, valde miratus ſum te, qui à patribus * Hebræo ritu, & obſervantiis propriæ legis imbutus, Græcæ eruditionis ſtudiis in nullo inquinatus es; quo modo tam magnificè, & tam incomparabiliter proſecutus ſis; ita ut etiam quædam de hiſtoriis Deorum, quæ in theatris decantari ſolent, contingeres: verùm quoniam ſenſi tibi ipſas fabulas, & blaſphemias eorum minùs eſſe notas; de his ſi placet, aliqua in auditu tuo repetens, ab ipſa origine diſſeram. Et Petrus: Dic, inquit; bene facis juvare prædicationem noſtram. Tum ego: Dicam igitur, quia jubes; non ut docens, ſed quàm ſtultas de Diis ſuis opiniones habeant Gentiles, in medium proferens.

* *Carm.* R. Hebræorum

XVI. Cúmque vellem dicere, Niceta labrum mordicus ſtringens, innuebat mihi ut tacerem: quem cùm vidiſſet Petrus, ait; Cur ingenium liberale, & generoſam lædere vis naturam; ut in honorem mei, qui nullus eſt, tacere eum velis? Aut neſcis quia ſi omnes gentes, poſtquam audierint à me prædicationem veritatis, & crediderint, velint ſe ad docendum conferre; mihi majorem pariunt gloriam, ſi quidem gloriæ me cupidum putas? Quid enim tam glorioſum, quàm Chriſto diſcipulos præparâſſe; non qui taceant, & ſoli ſalvi fiant, ſed qui loquantur quæ didicerunt, & multis proſint? Utinam quidem & tu Niceta, ſed & tu dulciſſime Aquila, juvaretis me ad prædicandum verbum Dei; eò magis quò ea in quibus errant Gentiles, bene vobis comperta ſunt: & non ſolùm vos, ſed & omnes qui audiunt me, opto, ut dixi, ita audire & diſcere, ut & docere poſſint: multis namque adjutoribus indiget mundus, quibus homines ab errore revocentur. Cúmque hæc dixiſſet, ait ad me; Tu ergo Clemens exſequere quæ cœpiſti.

XVII. Et ego continuò ſubjunxi: Quoniam, ut dixi, apud Tripolim diſputans, multa de Diis Gentium utiliter, & neceſſariò diſſeruiſti; cupio de origine eorum ridicula, te coram exponere; ut neque te lateat vanæ hujus ſuperſtitionis commentum, & * auditores qui adſiſtunt erroris ſui probra cognoſcant. Aiunt ergo qui ſapientiores ſunt inter Gentiles, primò omnium Chaos fuiſſe: hoc per multum tempus exteriores ſui ſolidans partes, * fines ſibi & * fundum quemdam feciſſe, tamquam in ovi immanis modum formamque collectum; intra quod multo nihilominus tempore, quaſi intra ovi teſtam, fotum vivificatumque eſſe animal quoddam; diſruptoque poſt hæc immani illo globo, proceſſiſſe ſpeciem quamdam hominis duplicis formæ, quam illi Maſculo-feminam vocant: hunc etiam * [15] Phanetam nominârunt, ab apparendo; quia cùm apparuiſſet, * inquiunt, tunc etiam lux effulſit; & * ex hoc dicunt progenitam eſſe Subſtantiam, * Prudentiam, * Motum, * Coitum: * ex his factum Cœlum & Terram: ex Cœlo ſex progenitos mares, quos & [16] Titanas appellant; ſimiliter & de Terra ſex feminas, quas Titanidas vocitârunt: & ſunt nomina, eorum quidem qui ex Cœlo orti ſunt, hæc, Oceanus, * Coeus, Crios, Hyperion, Iapetos, Cronos, qui apud nos Saturnus nominatur: ſimiliter & earum quæ è Terra ortæ ſunt nomina ſunt

Epit. c. 55.

* R. Gentiles

De origine Deorum. Clement. Hom. 6. c. 3. &c.

* Cand. P. R. finem

* R profundum

* P. R. Phaneta

* T. R. *alii*: inquit

* *Deeſt in R.* Cand. P. effulſit ex hoc

* R. prudenti admodum coitu. P. cogitata

* S. T. ex: hinc

Clement. Hom. 6. cap. 2.

* Cand. P. S. T R. Cocous

---

liberam hominis voluntatem in incerto ponentes, aut in rem incertam commutantes. COT.

14. *Nihil verius, inquit, fili, his quæ proſecutus es.*] Alicujus momenti eſt lectio Græca duorum Regiorum Codicum, [illegible]. ibid.

15. *Phanetam.*] Phanes [illegible] Orpheo in Hymnis, [illegible] apud Athenagoram Legatione pro Chriſtianis; quia maſculofemina, ideo (opinor) in Orphicis Carminibus inducebatur habens [illegible], teſte Elia Cretenſi ad Gregorii Nazianzeni Orat. 3. (ubi malè legunt ac interpretantur [illegible]) & 37. Nonno ad eamdem Orationem 3. & Suida in Lexico. Cùm autem nomen Φάνης deducatur à verbo φαίνω, diverſa à diverſis Etymologiæ ratio affertur. Orpheus initio Argonauticorum, [illegible]. Hymno [illegible],

[illegible]

In Clementinis; [illegible]. Lactantius lib. 1. cap. 5. *Quòd, cum adhuc nihil eſſet, primus ex infinito apparuerit & extiterit.* Proclus in Timæum; [illegible]. Macrobius denique lib. 1. Saturnal. cap. 17. *Phanetа appellant* ἀπὸ τοῦ φαίνειν, *&* Φαναῖον, [illegible]. & cap. 18. *Phaneta* [illegible]. Hæc ad iſtius loci illuſtrationem. Ibid.

16. *Titanas.*] *Titanidas* Animadverſione dignus eſt locus Tertulliani lib. 2. ad Nationes cap. 2. *Æquè Aleſilaus trinam formam divinitatis ducit, Olympios, Aſtra, Titanios; de Cœlo & Terra: ex his, Saturno & Ope Neptunum, Jovem, & Orcum, & cæteram ſucceſſionem. Xenocrates Academicus biſariam facit, Olympios & Titanios, qui de cœlo & terra.* Etenim Gothofredus edidit, *Aleſilaus*, correxit autem in Notis, *Arceſilaus*. Adeòque emendatio placuit Rigaltio, ut eam in textum inſereret; pravo ſanè exemplo: cùm longè veriſimilior lectio ſit, *Acuſilaus*. Colligo id ex Etymologici magni verbis: [illegible]. Tradita hæc ab Acuſilao in celebri Opere [illegible]. Vide, ſi lubet, diligentiſſimum Voſſium de Hiſtoricis Græcis. Ibid.

* al. Thya. Cand. S. T. Thia. Carm. R. Thya. P. Tia

ſunt hæc, * Theia, Rhea, Themis, Mnemoſyne, [17] Thetys, [18] Hebe.

* S. T. alterum
* R. Et
* Deeſt in MSS.
* al. accepit Clemens. ibid.
* Cand. P. R. ea

XVIII. Ex his omnibus qui primus fuerat è Cœlo natus, primam Terræ filiam accepit uxorem; ſecundus, ſecundam, & cæteri ſimiliter per ordinem. Primus ergo qui primam duxerat, propter eam deductus eſt deorſum: ſecunda verò propter * cum cui nupſerat, aſcendit ſurſum: & ita ſinguli per ordinem ſacientes, manſerunt in his qui eis nuptiali ſorte obvenerant locis. * Ex iſtorum conjunctionibus, alios quoque innumeros adſerunt progenitos. Sed de illis ſex maribus, unus qui dicitur Saturnus, * qui in conjugium * acceperat Rheam; & cùm reſponſo quodam communitus eſſet, quòd qui ex * eo naſceretur, fortior ipſo futurus eſſet, regnoque eum depelleret, omnes qui ei naſcerentur filios devorare inſtituit. Huic ergo primus naſcitur filius, quem Aiden appellârunt, qui apud nos Orcus nominatur; quem pro cauſſis, quibus ſuprà diximus, adſumptum devorat pater. Poſt hunc ſecundum genuit, quem Neptunum dicunt, quemque ſimili modo devoravit. Noviſſimum genuit eum, quem Jovem appellant: ſed hunc mater miſerans Rhea, per artem * devoratori ſubtrahit patri; & primò quidem ne vagitus pueri innoteſceret, Corybantas quoſdam, cymbala fecit ac tympana percutere; ut obſtrepente ſonitu, vagitus non audiretur infantis.

* S T. devoraturo

Clementina ibidem.

* P. R. ipſum lapidem
* R. aliter
* P. R. primos
* Cand. P. R. detruditur
* R. magis

XIX. Sed cùm ex uteri imminutione intellexiſſet pater editum partum, expetebat ad devorandum: tunc Rhea lapidem ei offerens magnum; Hunc genui, inquit. At ille * accipiens abſorbuit; * & lapis devoratus, eos quos * primò abſorbuerat filios truſit, & coëgit exire. Primus ergo procedens deſcendit Orcus; & inferiora, hoc eſt, inferna occupat loca. Secundus, utpote illo ſuperior, ſuper aquas * detruditur; is quem Neptunum vocant. Tertius, qui arte * matris Rheæ ſuperfuit, ab ipſa capræ ſuperpoſitus, in cœlum emiſſus eſt.

In Deos.

Jovis flagitia.

Clement. Hom. 5. c. 12. &c. Hom. 6. c. 2.

XX. Hactenus anilis Gentilium fabula & genealogia proceſſerit: ſine fine enim eſt, ſi velim omnes generationes eorum quos Deos appellant, & impia geſta proferre. Sed exempli gratiâ, omiſſis cæteris, unius quem maximum & præcipuum habent, quemque Jovem nominant, flagitioſa geſta replicabo. Hunc enim cœlum dicunt tenere, tamquam cæteris meliorem: qui ſtatim ut adolevit, ſororem propriam, quam Junonem dicunt, duxit uxorem; in quo utique ſtatim fit ſimilis pecudi. Juno Vulcanum parit; ſed, ut tradunt, non ex Jove conceptum. Ex ipſo autem Jove * Medeam genuit: quam reſponſo accepto, quòd qui ex ea naſceretur fortior ipſo eſſet, & regno eum depelleret, aſſumens etiam ipſe devorat: & rurſum genuit, de cerebro quidem Minervam, de femore verò Liberum. Poſt hæc Thetidem cùm adamâſſet, aiunt Prometheum pronunciâſſe ei, quòd ſi concubuiſſet cum ea, qui ex ea naſceretur, fortior eſſet patre; & ob hoc veritus, Peleo cuidam dat eam in matrimonium: dehinc Perſephonæ, quæ ei ex Cerere fuerat ſuſcepta, miſcetur; ex qua Dionyſium genuit, qui à Titanis diſcerptus eſt. Sed recordatus, inquit, ne fortè pater ſuus Saturnus alium filium generaret, qui etiam ſe fortior naſceretur, regnoque depelleret; oppugnare adgreditur patrem unà cum fratribus ejus * Titanis: quibus * oppreſſis, ad ultimum etiam patrem in vincula conjecit; deſectaque ejus genitalia in mare * projicit: ſed cruor qui defluxit ex vulnere, ſuſceptus fluctibus & frequenti colliſione in ſpumam verſus, procreavit eam quam dicunt Aphroditen, quamque apud nos Venerem appellant: ex * cujus concubitu, quæ erat utique ſoror, hunc ipſum Jovem ferunt genuiſſe Cyprin; * ex qua aiunt & Cupidinem natum.

* Carm. S. T. Mediam
* P. R. uterinis
* P. R. repreſſis
* T. R. alii projecit
Ibid. Hom. 6. c. 2.
* T. R. alii hujus
* Carm. quem aiunt ex cupidine.

XXI. Hæc quidem de inceſtis ejus: [19] audi nunc & de adulteriis. Europam Oceani conjugem vitiat, ex qua naſcitur [20] Dodonæus: Helenam Pandionis, ex qua naſcitur Muſæus: Eurynomen Aſopi, ex qua naſcitur * Ogygias: [21] Hermionen Oceani, ex qua naſcuntur Charites, Thalia, Euphroſyne, Aglaia: Themin ſororem ſuam, ex qua naſcuntur Horæ, [22] Eurynomia, Dice, Irene: [23] Themiſto Inachi, ex qua naſcitur Arcas: Ideam Minois, ex qua naſcitur Aſterion: Phæniſſam Alphionis, ex qua naſcitur Endymion: Io Inachi, ex qua naſcitur Epaphus: Hippodamiam & Iſionen Danai filias; quarum unam Hippodamiam Olenus, Iſionen verò Orchomenus ſive Chryſes habuit: [24] Carineam Phœnicis, ex qua naſcitur Critomaris, quæ fuit ſodalis Dianæ: Calliſto Lycaonis, ex qua naſcitur Arcas: [25] Lybeen Munanti, ex qua naſcitur Belus: Latonam, ex qua naſcitur Apollo, & Diana: Leanidam Eurymedontis, ex qua naſcitur Coron: Lyſitheam Eueni: ex qua naſcitur Helenus: [26] Hippodamiam Bellorophontis, ex qua naſcitur Sarpedon: Megacliten Macarei, ex qua naſcitur Thebe, & Locrus: Nioben

* S. T. Ogygia

---

17. *Tethys.*] Ita ſcribendum. Græcè Τηθύς. Sed frequenter in hoc nomine labuntur operæ. Sic in Theophilo Antiocheno lib. 2. ediderunt Τηθύν, Θέτιν, *Thetym.* Tzetzes extremâ Chiliade 6.

Ὡς Ἀχιλλεὺς ὁ Θέτιδος καὶ τοῦ Πηλέως γόνος.
Οὐ τῆς θαλάττιος Θέτιδος ἄλλα ποῦ γυναικός.

Mare non eſt Thetis, ſed Tethys. Scripſit ergo aut ſcribere debuit, θαλάττιος Τηθύος. COT.

18. *Hebe.*] Legendum videretur mihi, *Phœbe*, ex Orpheo, Heſiodo, Diodoro Siculo, & Apollodoro; niſi ſcirem Dearum in genealogia nihil eſſe fixum ac ſtabile. Quocirca in Clementinis locum hujus feminæ occupat Ceres. Ibid.

19. *Audi nunc & de adulteriis.*] In Catalogo ſequenti præter vulgaria, multa ſunt nomina ignotiora: non pauca (quod etiam lectionum varietas indicat) depravata: quædam forſan quæ non exſtant alibi. Ego verò difficiliorum nonnullis illuſtratis & correctis, cætera doctioribus & minùs occupatis hominibus reliqui expendenda quærendaque. Ibid.

20. *Dodonæus.*] ἀπὸ Δωδώνης τῆς Διὸς καὶ Εὐρώπης. Stephanus de urbibus, in Δωδώνη. Ibid.

21. *Hermionen.*] Sine dubio ſcribi debet, *Eurynomen.* Ibid.

22. *Eurynomia.*] Codex Regius & Petiti Liber *Eunomia*: ex quo facio *Eunomia.* Ibid.

23. *Themiſto.*] Stephanus in Ἀρκάς. Ἴστρος δὲ φησι, Θεμιστοῦς καὶ Διὸς ὁ Ἀρκὰς ἐγένετο. Ibid.

24. *Carineam Phœnicis, ex qua naſcitur Critomaris, quæ fuit ſodalis Dianæ.* Emendo, *Carmen*, & *Britomartis.* Etenim Diodorus Siculus & Pauſanias Britomartin Dianæ ſociam, filiam faciunt Jovis è Carme Eubuli filia: Virgilii verò in Ciri verſus eſt;

Quam ſimul Ogygii Phœnicis filia Carme.

Sanè in Supplemento Theſauri Critici ſcriptum invenio à Jacobo Nicolao Loenſi lib. 8. cap. 26. *Clemens Romanus Britomartin Charmes & Jovis filiam fuiſſe dicit.* Et Critomartis pro *Britomartis* errorem eſſe librariorum idem Auctor obſervat. pejuſque apud Cœlium Rhodiginum lib. 18. cap. 26. *Cretomartin*, Χρητόμαρτιν legere eſt. Ibid.

25. *Lybeen.*] Malim, *Libyen.* Ibid.

26. *Hippodamiam*] Alii Laodamiam. Diodorus Siculus Λαοδάμειαν. Ibid.

27. *Olym-*

ben Phoronei, ex qua naſcitur Argus, & Pelaſgus: [27] Olympiadam Neoptolemi, ex qua naſcitur Alexander: [28] Pyrrham Promethei, ex qua naſcitur [29] Helmetheus: Protogeniam & Pandoram Deucalionis filias, ex quibus genuit [30] Aethelium, & Dorum, & Meleram, & Pandorum: Thaicruciam Protei, ex qua naſcitur Nympheus: [31] Salaminam Aſopi, ex qua naſcitur Saracon; Taygeten, Electram, Maiam, [32] Plutiden, Atlantis filias; ex quibus genuit, ex Taygete quidem Lacedæmonem, ex Electra Dardanum, ex Maia Mercurium, ex Pluide Tantalum: [33] Pthiam Phoronei, ex qua genuit Achæum: Chalceam Nympham, ex qua naſcitur Olympus: Charidiam Nympham, ex qua naſcitur Alchanus: [34] Chlorida, quæ fuit Ampegi, ex qua naſcitur Mopſus: * Cotoniam Lesbi, ex qua naſcitur * Polimedes: Hippodamiam Aniceti: Chryſogeniam Penei, ex qua naſcitur * Thiſſæus.

* Cand. P. P. Thoniam
* Carm. Polymedis. R. Polides.

XXII. Sed & alia ſunt plurima * ejus adulteria, ex quibus nec progeniem ſuſcepit, quæ enumerare ſatis longum eſt. Verùm ex his omnibus quas enumeravimus, nonnullas transformatus, * utpote * magus, vitiavit. Denique Antiopen Nyctri, verſus in Satyrum corrupit; ex qua naſcuntur Amphion & Zethus: Alcmenam, mutatus in virum ejus Amphitryonem; ex qua naſcitur Hercules: Æginam Aſopi, mutatus in aquilam; ex qua naſcitur Æacus. Sed & Ganymedem Dardani, mutatus nihilominus in aquilam, ſtuprat: Mantheam Phoci, mutatus in urſum; ex qua naſcitur Arctos: Danaën Acriſii, mutatus in aurum: ex qua naſcitur Perſeus: Europen Phœnicis, mutatus in taurum; ex qua naſcitur Minos, & Rhadamantus, Sarpedonque: [35] Eurymeduſam Achelai, mutatus in formicam; ex qua naſcitur Myrmidon: [36] Thaliam Ætnam Nympham, mutatus in vulturem; ex qua naſcuntur apud Siciliam Paliſci: [37] Imandram Geneam apud Rhodum, mutatus in imbrem: * [38] Caſſiepiam, ex qua naſcitur Anchinos: [39] Ledam Theſi, mutatus in cycnum; ex qua naſcitus Helena: & iterum eamdem, mutatus in ſtellam; ex qua naſcuntur Caſtor & Pollux: Lamiam, mutatus in * upupam: Mnemoſynen, mutatus in paſtorem; ex qua naſcuntur Muſæ novem: Nemeſin, mutatus in anſerem: Semelen Cadmiam, mutatus in ignem; ex qua naſcitur Dionyſius. Ex filia autem ſua Cerere, genuit Perſephonen; quam & ipſam corrupit, mutatus in draconem.

* Cand. S. T. Cryſeus. Carm. P. R. Criſeus.
* S. T. Juvia
* Deeſt in P. R.
* al. Caſſiepeiam
* Cand. Epopen. P. Epopam.

XXIII. Sed & Europam patrui ſui Oceani uxorem, & ſororem ejus Eurynomen adulterat; & patrem punit: & Pluten Atlantis filii ſui adulterat filiam; ex qua natum ſibi filium Tantalum damnat. Ex [40] Lariſſe etiam Orchomeni, genuit Tityonem, quem & ipſum * ſuppliciis tradidit: [41] Dianam Ixionis filii ſui diripiens uxorem, ipſum perennibus ſubjicit pœnis: & pæne omnes quos ex adulteriis genuit filios, violentæ mortis conditione damnavit: quorum & ſepulcra pæne omnium manifeſta ſunt. [42] Ipſius denique paricidæ, qui & patruos peremit, & uxores eorum vitiavit; ſororibus ſtuprum intulit, multiformis magi ſepulcrum evidens eſt apud Cretenſes: qui tamen ſcientes & confitentes infanda ejus atque inceſta opera, & omnibus enarrantes; ipſi eum confiteri Deum non erubeſcunt; unde mirum mihi, & valde mirum videtur, quo modo is qui ſuper omnes mortales ſcelere & flagitiis eminet; ſanctum, & quod eſt ſuper omne bonum, nomen acceperit, ut pater Deorum atque * hominum vocaretur: niſi fortè ille qui malis * hominum gaudet; eum quem ſceleribus eminere ſupra cæteros vidit, ſupra cæteros ei honorem conferre infelices animas ſuaſit; ut ad imitationem malorum, invitaret univerſos.

* S. T R. alii: ſuppliciis perpetuis
l. Clement. Hom. 5. c. 23. Hom. 6. c. 22.
* Cand. omnium creator vocaretur.
* Cand. hominibus.

XXIV. Sed & filiorum ejus, qui apud eos Dii putantur, ſepulcra ſingulis quibuſque in locis manifeſtiſſimè demonſtrantur: [43] Mercurii, apud Hermopolim; [44] Cypriæ Veneris, apud Cyprum; [45] Martis in Thracia; [46] Liberi, apud Thebas, ubi diſcerptus traditur; [47] Herculis, apud Tyrum, ubi igni cre-

Ibid.

27. *Olympiadam.*] Pro *Olympiadem*. Ὀλυμπιάδα. COTELERIUS.

28 *Pyrrham Promethei.*] Al. *Erimethei* pro *Epimethei*. Apollodorus lib. 1. Πύῤῥαν τὴν Ἐπιμηθέως καὶ Πανδώρας. Ibid.

29. *Helmethius.*] Conſule varias lectiones.] Videtur iſte eſſe Hellen, à quo Ἕλληνες dicti. Ibid.

30. *Aethelium.*] Optima ſcriptura, *Aethlium*, Ἀέθλιον. Ibid.

31. *Salaminam Aſopi.*] Σαλαμῖνα. Pauſanias in Atticis. Ibid.

32. *Plutiden.*] *Plutide*. Infrà capite 23. *Pluten*. Ταντάλου τε καὶ Πλουτοῦς. Pauſanias in Corinthiacis. Ibid.

33. *Pthiam.*] Mecum lege *Phthiam*. Ibid.

34. *Chloridam, quæ fuit Ampegi, ex qua naſcitur Mopſus.*] Reſcribo *Ampyci*. Ibid.

35. *Eurymeduſam Achelai.*] Ex Clementinis, *Achelai*. At Clementi Alexandrino, Κλίτορος: indeque Arnobio, Clitoris Ibid.

36. *Thaliam Ætnam.*] Palicorum, non Paliſcorum, matrem dictam fuiſſe ab aliis Thaliam, ab aliis Ætnam didicimus ex Stephano in Παλική, & Servio ad Æneid. IX. Quare videtur hoc loco alterutrum ſolummodo nomen ad textum pertinere, aliud verò eſſe gloſſema marginale. Certè Gallica Interpretatio ſolius Thaliæ mentionem facit. Ibid.

37. *Imandram Geneam.*] Codd. Sorb. & Th. *Mandam Gegneam*. Reg & Pet. *Imandam Geneam*. Candel. *Imandam Gegeneam*. Clementinorum V. 13. Εἴμαν τὴν γηγενῆ. Ex quibus ſuſpicor Rufinum audientem à lectore ſuo Εἴμαν τὴν γηγενῆ, vertiſſe *Imandam Gegeneam*, cùm debuiſſet, *Imam terrigenam*. Ibid.

38. *Caſſiopeiam.*] Addunt Codd. noſtri ſex; *mutatus in virum ejus Phœnicem*. rectè: ut patet ex Clementinis, ac ex Scholiaſte Apollonii ad Argonaut. lib. 2. verſ. 178. Ibid.

39. *Ledam Theſi*] Scrib. *Theſtii*. Ibid.

40. *Ex Lariſſe*] Tityonis, ſeu potius Tityi matrem alii Elaram vocant. Ibid.

41. *Dianam.*] Codd. Sorb. & Th. *Dinam*. Cand. *Didam*. Vera lectio, *Diam*. Ibid.

42 *Ipſius denique paricida &c.*] Cæſarii locus Dialogo 2. Reſponſ. ad Interrogat. 112. qui ea hoc formatus videtur, peſſimè acceptus fuit à librariis. ὁ Ζεὺς αὐτὸς αὐτοῖς ἀγνοεῖται. διὰ τὸ πατραλοίαν, καὶ τῶν οἰκείων τέκνων τοὺς γάμους φθείραντα, καὶ ἐν τάφῳ παρὰ Κρησὶ θαπτόμενον, ὅπερ οὐκ ἔστι θεοῦ. Adeo ne difficile erat videre, παρὰ Κρησί. *Non Deum ſed cinerem adorant, in parricida, eo qui liberorum ſuorum matrimonia corrupit, atque in ſepulcro apud Cretenſes computruit: id quod non eſt Dei.* Sed & forſan legendum Διὸς pro διά. Ibid.

43. *Mercurii, apud Hermopolim*] Hinc Cæſarius loco citato; ἐν μὲν τῇ Ἑρμουπόλει τὸν ἐπὶ τὸ χεῖρον αἰσχρουργοῦντα Ἑρμῆν αὐτοὶ διαλύονται. *Hermopoli quidem Mercurium, cujus exponi oratione flagitia nequeunt, reſolutum in pulverem*. Ibid.

44. *Cypriæ Veneris apud Cyprum.*] Cæſarius ibidem; ἐν δὲ Κύπρῳ τὴν Κύπριν. ὅπερ ἐν τάφῳ κεκήδευται. Martyrium S. Ignatii; Ἀφροδίτης ὁ τάφος ἐν Πάφῳ δείκνυται. Ibid

45. *Martis in Thracia.*] Pergit Cæſarius; ἐν δὲ Θρᾴκῃ Ἄρεα. τὸν τῆς ὀργῆς ἐπώνυμον. In Chronico Alexandrino p. 88. καὶ Ἄρην ἐν τῇ Θρᾴκῃ οὐκ πλάνητας ποιεῖς. Ibid.

46. *Liberi apud Thebas.*] Cæſarius; ἐν Θήβαις Διόνυσον. Vide Clementina Hom. 5. cap. 23. Ibid.

47. *Herculis, apud Tyrum, ubi igni crematus eſt.*] In Vita S. Ignatii apud Bollandum; *Hercules igne conſumptus eſt in Tyro*. Arnobius lib. 1. *Thebanus aut Tyrius Hercules; hic in finibus ſepultus Hiſpaniæ, flammis alter concrematus Oetæis*.

crematus eſt; [48] In Epidauro, Æſculapii: quique omnes, non ſolùm ut homines defuncti, ſed ut nequam homines puniti pro ſceleribus docentur: & tamen ab ſtultis hominibus ut Dii adorantur.

XXV. Quòd ſi argumentari volunt; & magis hæc loca ortûs eorum, quàm ſepulturæ vel mortis adfirmant; ex vicinis & adhuc recentibus geſtis, priora & vetera convincentur; cùm docuerimus adorari ab eis eos, quos etiam ipſi homines * & defunctos, * vel * potiùs punitos eſſe profitentur: verbi gratiâ, ut [49] Syri Adonem, Ægyptii Oſirin, [50] Ilienſes Hectorem, [51] apud * Leuconeſſum Achillem, [52] apud Pontum Patroclum, [53] apud Rhodum Alexandrum Macedonem: multoſque alios per diverſa loca, ſinguli ut Deos colunt & adorant, quos homines mortuos fuiſſe non dubitant. Unde conſequens eſt etiam priores ſimili errore prolapſos, mortuis hominibus, qui fortè vel potentiæ aliquid, vel artis * habuerunt, maximeque ſi phantaſiis * magicis in ſtuporem ſtolidos homines adduxerant, honorem contuliſſe divinum.

*S.T.R. alii: fuiſſe, & * R. & etiam. P. vel etiam. Clement. Hom. 6. cap 22. * Carm. Leucones.

* Cand. T. R. habuerant * P. R. maximis

XXVI. Jam hinc additum eſt, ut & Poëtæ elegantiâ verborum, commenta erroris ornarent; & ſuavitate dicendi, immortales effectos eſſe ex mortalibus perſuaderent: imò & ampliùs aliquid; ex hominibus aiunt ſtellas fieri, & arbores, & animalia, & flores, & aves, fonteſque, ac fluvios: & ni verboſitas videretur, omnes pæne ſtellas, quas ex hominibus effectas adſerunt, enumerare, vel arbores, vel fontes, ac fluvios poſſem: exempli tamen cauſâ, ſingula ſaltem ex ſingulis memorabo. Andromedam Cephei, in ſtellam dicunt eſſe converſam; [54] Dauaën Ladonis fluvii filiam, in arborem commutatam; Hyacynthum Apollonis dilectum, in florem; Calliſto, in ſidus quod Arcton vocant; [55] Prognen & Philomelam cum Tereo, in aves; Thiſben apud Ciliciam, in fontem, & Pyramum mihi in fluvium reſolutos: omneſque pæne, ut dixi, vel ſtellas, vel arbores, fonteſque, ac fluvios, floreſque, & animalia, vel aves, aliquando homines fuiſſe confirmant.

Metamorphoſes.

XXVII. At Petrus hæc audiens, ait; Ergo ſecundùm ipſos, antequam homines mutarentur in ſtellas, vel cætera quæ enumeras; & cœlum ſine ſtellis erat, & terra ſine arboribus & animalibus; nec fontes, nec flumina, nec aves erant: & quo modo ipſi homines vixerunt ſine his, qui in hæc poſtmodum mutati ſunt; cùm conſtet nec potuiſſe prorſus ſine his vitam ducere homines in terris? Et * ego reſpondi; Sed ne ipſum quidem cultum Deorum ſuorum obſervare conſequenter nôrunt: unuſquiſque enim eorum quos colunt, habet aliquid ſibi dicatum, à quo debent ſe continere cultores; utputa Minervæ olivam, Jovi capram ferunt dicatam; Cereri ſemina, Libero vinum, [56] Oſiri aquam, Hammoni arietem, Dianæ cervum, Syrorum Dæmoni piſcem & columbam, Vulcano ignem: & unicuique, ut dixi, eſt aliquid propriè dicatum; à quo oportebat abſtinere ſe cultores, ad honorem eorum quibus * dicati ſunt. Nunc autem ſinguli ab uno aliquo ſe obſervantes, pro unius honore cæteros omnes iratos habent: quos utique ſi placare velint, pro honore omnium abſtinere ſe ab omnibus oportebat; ut ante diem judicii juſtâ à ſemetipſis ſententiâ condemnati, morte miſerrimâ per inediam deperirent.

* Cand. P. R. ego Clemens

* S T R. *alii* dicata

XXVIII. * Verùm ad propoſitum revertamur. Quæ, malum! ratio eſt; imò quæ amentia mortalium poſſidet mentes; ut hominem quem impium, ſceleſtum, profanum, Jovem dico, inceſtum, patricidam, * paricidam, non ſolùm ſciunt eſſe, ſed & publicè in theatris cantant; hunc ut Deum colant & adorent? Aut ſi pro his geſtis Deus eſſe meruit; ergo & ſi quos audiunt homicidas, adulteros, paricidas, inceſtos, etiam nunc debent ut Deos adorare. Sed quod in aliis exſecrantur; ſcire omnino non poſſum, cur in illo venerentur. Et Petrus reſpondit; Quoniam te neſcire dicis, diſce à me cur in illo facinoroſa geſta venerentur: primò quidem, ut cùm ipſi ſimilia egerint, acceptos ſe ei futuros ſciant, utpote quem imitantur in flagitiis. Secundò, quòd hæc literis ſcitè recondita, & verſibus eleganter inſerta Veteres reliquerunt: & nunc puerilis eruditionis obtentu, cùm eorum notitia teneris & ſimplicibus adhæſerit mentibus, revelli ex eis atque abjici difficulter poteſt.

* C. C.P.R. Ut ad propoſitum.

* Carm P. T parricidam, adulterum. Cand. R. adulterum.

XXIX. Hæc cùm dixiſſet Petrus, Niceta reſpondit; Non putes, Domine mi Petre, non habere eruditos quoſque Gentilium veriſimilitudines quaſdam, quibus adſtruant hæc quæ culpabilia videntur & probroſa: quæ quidem ego non ut confirmans errores eorum dico; abſit enim à me, ut hoc vel ad cogitationem meam veniat; ſed tamen ſcio eſſe apud prudentiores ipſorum, defenſiones quaſdam, quibus adſtruere & colorare ſolent hæc quæ videntur abſurda. Et ſi tibi placet, ut aliqua ex his proferam, quæ ex parte aliquâ retineo; ut jubes faciam. Cúmque Petrus permiſiſſet, Niceta hoc modo cœpit.

XXX. Om-

Apud Cæſarium; ἐν Τύρῳ Ἡρακλῆς, [illegible] δὲ Ἡρακλῆς [illegible] [illegible] [illegible]. [illegible] [illegible]. qui locus, modò ſanus ſit, ita ex Etymologico magno intelligendus videtur, quòd Ἡρακλῆς potius ſit [illegible] ſeu [illegible], *in terra gloriatus*, quàm [illegible] ſeu [illegible], *terræ gloria*. COT.

48. *In Epidauro, Æſculapii.*] ἐν Ἐπιδαύρῳ Ἀσκληπιός. Cæſarius. Lege Pauſaniæ Corinthiaca. Ibid.

49. *Syri Adonem. Ægyptii Oſirin.*] Cæſario, καὶ Σύροι [illegible] [illegible]. [illegible] Ἄδωνιν [illegible] [illegible]. Αἰγύπτιοι δὲ [illegible] καὶ [illegible] Ὄσιριν. Ibid.

50. *Ilienſes Hectorem*] Id quoque tradit ab Athenagora in Legatione pro Chriſtianis; & à Cæſario. Sed apud hunc τὸν Νίκτορα pro τὸν Ἕκτορα perperam ediderunt. Ibid.

51. *Apud Leuconeſſum Achillem*] In Clementinis, Ἀχιλλέα ἐν Λευκῇ τῇ νήσῳ. Notiſſima eſt hæc Achillis inſula Leuce, ſeu Achillea, & Macaron, [illegible]. Non intelligo autem quid ſit [illegible] in his Cæſarii, οἱ ἐν Λευκῇ τῇ νήσῳ τὸν [illegible] Ἀχιλλέα. Subſtitui poſſet, [illegible]. Ibid.

52. *Apud Pontum Patroclum.*] Simili modo legebat Cæſarius. Πόντιοι, inquit, τὸν [illegible] Πάτροκλον [illegible]. Sed malim, *Opuntem* aut *Opuntem*, ex Clementinis, Πάτροκλον Ὀπούντιοι. Opuntius enim erat Patroclus. Ibid.

53. *Apud Rhodum Alexandrum Macedonem.*] Joculariter apud Cæſarium, Ῥόδιοι τὸν [illegible] Μακεδόνα, verterunt, *Rhodii Icemachum Macedonem.* Tolerò, *temeratum pugnatorem* intellige. Ibid.

54. *Dauaën.*] Propiùs ad veram lectionem accedit Codex Sorbonæ noſtræ, cum illo Petiti, qui habent, *Danen* & *Daven.* legendum enim omnino *Daphnen.* Ibid.

55. *Prognen & Philomelam cum Tereo.*] Legatur velim elegans Epiſtola Gregorii Nazianzeni, prima numero; noteturque eam Epiſtolam in Codice Vindobonenſi, Lambeciano 75. Theologicorum Græcorum, tribui Baſilio, perperam: MS. autem Regis 1474. titulum habere, [illegible] [illegible], [illegible] ἐν [illegible] (f. τῇ [illegible] ex Epiſt. 99.) [illegible]. Ibid.

56. *Oſiri aquam.*] Quia per Oſiridem aquam intelligebant. [illegible]. τὸ μὲν Ὄσιριν εἰς ὕδωρ. τὴν δὲ Ἶσιν εἰς γῆν. Origenes V. in Celſum p. 65. Seu τὸ ὑγρόν, in Salluſtio philoſopho de Diis & mundo cap 4. Seu Nilum, teſte Heliodoro lib. 9. poſt Ælianum lib. 10. de natura animalium cap. 46. Plutarchum de Iſide ac Oſiride, atque Eu-

Orpheus. Heſiodus. Fabularum litera & Allegoria.

XXX. Omnis ſermo apud Græcos, qui de antiquitatis origine conſcribitur, cùm alios multos, tum duos præcipuos auctores habet, Orpheum & Heſiodum. Horum ergo ſcripta in duas partes intelligentiæ dividuntur, id eſt ſecundùm literam, & ſecundùm allegoriam: & ad ea quidem quæ ſecundùm literam ſunt, ignobilis vulgi turba confluxit: ea verò quæ ſecundùm allegoriam conſtant, omnis Philoſophorum & eruditorum loquacitas admirata eſt. [57] Orpheus igitur eſt, qui dicit primò fuiſſe Chaos ſempiternum, immenſum, ingenitum, ex quo omnia facta ſunt: hoc ſanè ipſum Chaos non tenebras dixit eſſe, non lucem; non humidum, non aridum; non calidum, non frigidum; ſed omnia ſimul miſta, & * ſemper * unum fuiſſe informe; aliquando tamen quaſi ad ovi immanis modum, per immenſa tempora * effectum, peperiſſe, ac protuliſſe ex ſe duplicem quamdam ſpeciem, quam illi Maſculo-feminam vocant, ex contraria admiſtione hujuſmodi diverſitatis ſpeciem concretam: & hoc eſſe principium omnium, quod primum ex materia puriore proceſſerit, quodque procedens diſcretionem quatuor elementorum dederit; & ex duobus quæ prima ſunt elementis, fecerit cœlum, ex aliis autem terram; ex quibus jam omnia participatione ſui invicem naſci dicit & gigni. Hæc quidem Orpheus.

Clement. Hom. 6. c. 3. &c.

** Cand P. R. ſempiternum*

** R. alii: effectam*

XXXI. Subjungit autem his & Heſiodus; poſt * Chaos ſtatim Cœlum dicens factum eſſe, & Terram: ex quibus ait progenitos illos [58] undecim, quos interdum & duodecim dicit ex quibus ſex mares, quinque feminas ponit: nomina autem dat maribus, Oceanus, * Coeus, * Crius, Hyperion, Japetus, Cronus, qui & Saturnus: item feminas, * Thya, Rhea, Themis, Mnemoſyne, Thetys: quæ nomina per allegoriam hoc modo interpretantur: Numerum quidem undecim vel duodecim, ipſam dicunt primam naturam, quam & Rheam à fluendo dictam volunt; reliquos autem decem accidentia ejus dicunt, quas & qualitates appellant; duodecimum tamen addunt & Cronum, quem apud nos Saturnum dicunt; hunc pro tempore accipiunt. Saturnum ergo & Rheam, tempus ponunt & materiam; quæ ubi cum * humido, & arido, & calido, & frigido tempore fuerint admiſta, omnia * generat.

** Cand. P. R. hæc*

** S. T. Coeos. Cand P. R. Coeous*

** S. T. Crios*

** Carm. S. T. Thia.*

J. Clement. Hom. 4. c. 24.

** Cand. humido arido. T. humido, calido, & tepore fuerint*

** Carm T. generant*

XXXII. Hæc ergo, inquit, primò omnium, tempore multo concretam genuit quamdam quaſi * bullam; quæ ex ſpiritu qui in aquis erat, paulatim collecta intumuit; & aliquanto tempore circumacta per ſuperficiem materiæ, ex qua quaſi ex vulva proceſſerat; rigore frigoris obdurata & glacialibus augmentis ſemper increſcens, abrupta tandem demergitur in profundum; ac pondere ipſo pertracta, in infernum deſcendit: & quia inviſibilis facta eſt, * Aides appellata eſt; qui & Orcus, vel Pluto nominatur. Cúmque de ſuperioribus * mergeretur in inferna, locum confluendi humido præbuit elemento; & pars craſſior, quæ eſt terra, aquis cedentibus patefacta eſt. Hanc ergo aquarum libertatem, quæ priùs * bullâ obtegente premebatur; poſtquam illa inferni ſortita eſt locum, Neptunum eſſe * appellatum. Poſt hoc cùm elementum frigidum per concretionem glacialis * bullæ, ad inferiora fuiſſet abſorptum, & aridum fuiſſet humidumque diſcretum; nullo jam impediente, * elementum calidum ignis, utpote vigore & levitate ad ſuperiora convolavit aëris, ſpiritu & procellâ ſubvectum. Hanc ergo procellam, quæ καταιγὶς Græcè appellatur, ægam, id eſt, capram dixerunt; & ignem qui ad ſuperna conſcendit, Jovem: & ideo eum caprâ ſubvectum, conſcendiſſe Olympum dicunt.

** Carm. vulvam.*

** S. T. Adis*

** Carm. P. R. vergeretur*

** Carm. vulva*

** Carm. P. S T. R. appellatam*

** Carm. vulvæ.*

** S. T. elemento*

XXXIII. Ipſum vero Jovem, Græci quidem à vivendo, vel vitam dando; noſtri à juvando nominatum volunt. Hanc ergo eſſe viventem ſubſtantiam ferunt; quæ in ſuperioribus poſita, vi caloris velut cerebri ambitu, ad ſe trahens cuncta, & cujuſdam temperamenti moderatione componens; de capite dicitur genuiſſe ſapientiam, quam Minervam vocant; quæ à Græcis * [59] Ἀθήνη, propter immortalitatem nominata eſt: quæ quia pater omnium per ſapientiam ſuam cuncta condidit; & ex ipſo capite ejus, & principali * omnium genita dicitur loco; & temperatâ admiſtione elementorum, univerſum formâſſe mundum, & adornâſſe perhibetur. Igitur ſpecies quæ materiæ inditæ ſunt, ut fieret mundus; quia vi caloris conſtringuntur, Jovis viribus contineri dicuntur. Quæ quoniam ſufficienter ſe habent, nec ultrà addi ſibi indigent aliquid novi, ſed unumquodque ſeminis ſui poſteritate reparatur; vinctæ eſſe à Jove Saturni manus dicuntur; quia nihil novi jam, ut dixi, ex materia tempus producit; ſed calor ſeminum, ſecundùm ſui ſpeciem cuncta reſtituit: nec ultrà Rheæ partus, hoc eſt, propago materiæ fluentis aſcendit; & ideo ipſam primam elementorum diviſionem, abſciſionem Saturni nominant, quaſi qui ultra mundum generare non poſſit.

Ζεύς. Jupiter.

Minerva. Ἀθήνη.

** S. T. R. alii: Athena*

** Cand. hominum*

XXXIV. Nam de Venere hoc modo allegoriam tradunt: ubi, aiunt, ætheri ſubjectum eſt pelagus, cùm repercuſſus aquis ſplendor cœli gratior refulſiſſet; [60] venuſtas rerum, quæ ex aquis pulcrior apparuerat, Venus nominata eſt; quæ Ætheri tamquam fratri ſuo ſociata, quod concupiſcibile decus effecerit, Cupidinem genuiſſe memorata eſt. Hoc ergo modo per allegoriam Cronum quidem, qui eſt Saturnus, tempus eſſe, ut diximus, tradunt; Rheam, materiam; * Aiden, id eſt, Orcum, inferni profundum; Neptunum, aquam; Jovem, ætherem, id

Venus. Dis.

** S. T. Adis*

Euſebium Præpar. Evang. lib. 3. cap. 11. Videantur Clementina Hom. 6. n. 9. COT.

57. *Orpheus igitur.*] De Orphei doctrina inter alia lege Græcum fragmentum Timothei Chronographi in Euſebii Chronicis paullo poſt initium. atque ex eo corrige Cedrenum pag. 46. ubi pudendo ſcripturæ errato Orpheus dicitur ὁ Βρωντῆς, qui Ὀρφεὺς erat. Ibid.

58. *Illos undecim, quos interdum & duodecim dicit.*] Theogoniæ verſ. 133. &c. Ὠκεανὸν. Κοῖον. Κρεῖον. Ὑπερίονα, Ἰαπετόν, Θείαν. Ῥείαν. Θέμιν. Μνημοσύνην. Φοίβην, Τηθύν. Κρόνον. Suprà cap. 17. & Clementinorum Homil. 6. n. 2. duodecim ponuntur. Diodorus Siculus lib. 5. enumerat undecim, Κρόνον. Ὑπερίονα, Κοῖον. Ἰαπετόν, Κρεῖον. Ὠκεανὸν, Ῥέαν. Θέμιν. Μνημοσύνην, Φοίβην Τηθύν. Apollodorus lib. 1. tredecim, Ὠκεανόν, Κοῖον, Ὑπερίονα. Κρεῖον Ἰαπετόν, Κρόνον, Τηθύν, Ῥέαν. Θέμιν. Μνημοσύνην, Φοίβην, Διώνην, Θείαν. Orpheus denique quatuordecim, Θέμιν, Τηθύν, Μνημοσύνην, Θείαν. Διώνην. Φοίβην Ῥέαν. Κοῖον, Κρεῖον. Φόρκυν, Κρόνον Ὠκεανόν. Ὑπερίονα. Ἰαπετόν. Ibid.

59. *Ἀθήνη, propter immortalitatem.*] Fulgentius; *Minerva denique & Ἀθήνη Græcè dicitur, quaſi ἀθάνατος παρθένος id eſt, immortalis virgo.* Ibid.

60. *Venuſtas rerum, quæ ex aquis pulcrior apparuerat, Venus nominata eſt.*] Habes hîc quoque Rufinianæ Clementinis, Græca Latinis non inſcitè, audaci licèt in Interpretatione facinore permiſta. Ut enim Venus à venuſtate dicatur, quod etiam tradit Firmicus, refellit vero Cicero; Ἀφροδίτη alterius originis eſt, ab ἀφρῷ *ſpuma*, ut vulgò ſentiunt, utque colligitur ex cap. 20. hujus libri. Macrobius I. Saturnal. 8. *Venerem: quæ a ſpuma unde coaluit, Afrodite nomen accepit.* Vide Clementina Hom. 6. cap. 13. Ibid.

id eſt, caloris elementum; Venerem, venuſtatem rerum; Cupidinem, concupiſcentiam, quæ ineſt rebus omnibus, per quam poſteritas reparatur; vel etiam rerum ratio, quæ ſapienter inſpecta, delectat. Hera, id eſt Juno, aër iſte medius qui de cœlo uſque ad terram deſcendit, ponitur. * Diana, * quam * ipſam Proſerpinam dicunt, aërem * infernè tradunt. Apollinem, ipſum etiam ſolem dicunt, circumeuntem polum: Mercurium, verbum, quo ratio de ſingulis quibuſque reddatur; Martem, intemperatum ignem, qui cuncta conſumat. Sed ne ſingula enumerando immoremur; ad hanc allegoriæ ſpeciem; de unoquoque eorum quos colunt, * in quibus ſecretior de talibus ineſt peritia, honeſtas ſibi videntur & juſtas reddere rationes.

Hera. Juno. * Carm. Dianæ * T. R. alii: quia ipſam & * S. T. R. alii: inferni * S. T. R. alii: hi

XXXV. Hæc cùm Niceta dixiſſet, Aquila reſpondit; Valde mihi videtur, quiſquis ille eſt auctor & inventor horum, impius exſtitiſſe; ſi hæc quæ grata & honeſta videntur abſcondit, & ſuperſtitionis ſuæ ritum in dedecoroſis & turpibus obſervantiis collocavit; cùm ea quæ ſecundùm literam ſcripta ſunt, * manifeſta inhoneſta ſint & turpia; & tota religionis eorum obſervantia in ipſis conſtet, ut per hujuſmodi ſcelera & impietates Deos ſuos quos colunt * doceant imitari. Nam in iſtis allegoriis quæ eis utilitas erit? quæ quamvis * honeſta finguntur, nullus tamen ex eis aut uſus ad cultum pervenit, aut ad mores emendatio.

Contra allegorias Gentilium. l. Clement. Hom. 4. c. 25. Hom. 6. c. 17. &c. * S. T. R. alii: manifeſtè * S. T. R. alii: doceantur * P. R. honeſtæ

XXXVI. Unde magis conſtat, quòd prudentes viri, cùm viderent communem ſuperſtitionem tam probroſam eſſe, tam turpem; nec tamen corrigendi modum aliquem, vel ſcientiam didiciſſent; quibus potuerunt argumentis & interpretationibus conati ſunt res inhoneſtas honeſto ſermone velare; & non, ut dicunt, honeſtas rationes inhoneſtis ſabulis occultare; quod ſi eſſet, numquam utique ipſa eorum ſimulacra, atque ipſæ de eis picturæ, cum ſuis vitiis & criminibus formarentur: nec cycnus adulter Ledæ, nec taurus formaretur Europæ; & in mille monſtra eum, quem putant meliorem omnibus, verterent. Quod utique ſi magni & ſapientes, qui ſunt apud eos viri, fictum ſcirent eſſe, non verum; nonne impietatis arguerent & ſacrilegii eos, qui ad injuriam Deorum, hujuſmodi aut picturam ponerent, aut ſculperent ſimulacra? Denique regem temporis ſui, depingant in bovis forma, vel anſeris, vel formicæ, vel vulturis; & ſcribant ſuper, regis ſui nomen; atque hujuſmodi vel ſtatuam, vel imaginem collocent; & injuriam facti ſentient, & vindictæ magnitudinem.

XXXVII. Sed quoniam vera hæc magis ſunt, quæ publica turpitudo teſtatur; & ad excuſationem à viris prudentibus, ſermonibus * honeſtis quæſita ſunt & concinnata velamina; idcirco non ſolùm non prohibentur; ſed & * ipſis myſteriis, Saturni filios devorantis, & occultati pueri per Corybantum & cymbala & tympanorum ſonitus, exprimuntur imagines. De abſciſione verò Saturni, quæ major erit probatio veritatis, quàm ut in honorem Dei ſui, ſimili infelicitatis ſorte abſcindantur etiam cultores? Cùm ergo hæc manifeſtè cernantur, quis tam exigui ſenſus, imò tam ſtolidi invenietur, cui non palàm ſit, hæc magis vera eſſe de infelicibus Diis, quæ infeliciores cultores etiam corporum ſuorum vulneribus, & abſciſione teſtantur?

* R. honeſta. Cand. Carm. ſermonis honeſti. P. ſermonis honeſta * S. T. R. alii: in ipſis

XXXVIII. Quòd ſi, ut dicunt, hæc ita honeſtè & piè geſta, tam inhoneſto ritu miniſtrantur & impio; ſacrilegus profectò eſt, quiſquis ille, vel ex initio hæc tradidit, vel nunc malè tradita perſiſtit implere. Quid autem & de libris dicimus Poëtarum? Nonne oportuerat eos, ſi honeſta & pia Deorum geſta, turpibus ſabulis infamarunt, abjici protinus, atque in ignem dari; ne perſuaderent teneræ adhuc ætati puerorum, Jovem ipſum Deorum principem, parricidam erga parentes, inceſtum erga ſorores & filias, impurum etiam in pueros exſtitiſſe; Venerem cum Marte, adulteros; & omnia illa quæ jam ſuperiùs dicta ſunt? Aut quid tibi videtur, Domine mi Petre?

XXXIX. Tunc ille reſpondit; Certus eſto, * dulciſſime Aquila, quia omnia per bonam Dei providentiam geſta ſunt; ut non ſolùm infirma & * fragilis, verùm & turpis eſſet cauſſa, quæ futura erat contraria veritati. Si enim validior & veriſimilior fuiſſet erroris adſertio; haud facilè quiſquam qui in eo deceptus eſſet, ad iter veritatis rediret. Si enim nunc, cùm tam multa probra & dedecora de Diis Gentium proferuntur, vix aliquis turpem derelinquit errorem; quantò magis, ſi eſſet ibi aliquid honeſtum & veriſimile? Difficulter namque transfertur * anima ab his, in quibus à prima ætate præventus eſt: & ob hoc, ut dixi, divinâ providentiâ factum eſt, ut erroris ſubſtantia & infirma eſſet & turpis. Sed & cætera omnia ſimili modo, competenter & commodè diſpenſat divina providentia; licèt nobis ignorantibus rerum cauſſas, honæ & optimæ diſpenſationis divinæ non liqueat ratio.

* P. R. dulciſſime fili * S. T. gracilis * S. T. R. alii: animus

XL. Cùm hæc Petrus dixiſſet, ego Clemens Nicetam rogabam, ut aliqua de allegoriis Gentilium, quas diligenter adtigerat, agnoſcendi gratiâ exponeret: utile enim eſt, ut quando cum Gentilibus diſputamus, etiam iſta nos minimè lateant. Et Niceta: Si, inquit, permittit Dominus meus Petrus, poſſum dicere. Tum Petrus: Hodie, inquit, permiſi vobis dicere adversùm Gentiles, ut noſtis. Et Niceta ait; Dic ergo Clemens, de quibus audire velis. Cui ego aio; Quo modo tradunt de Deorum cœna Gentiles, quam in Pelei nuptiis habuerunt, & Thetidis, quem dicunt eſſe Paridem paſtorem; & quas ponunt * in Junone, Minerva, & Venere, quæ apud eum judicantur; quemve Mercurium; vel quod malum; & cætera quæ per ordinem conſequuntur, enarra nobis.

Clement. Hom. 6. c. 2. * S. T. R. alii: Junonem, Minervam, & Venerem

XLI. Tum Niceta: Cœnæ Deorum cauſſa hoc modo ſe habet. Convivium mundum tradunt: diſcombendi ordinem Deorum, ſtellarum poſitionem: quos Heſiodus cœli & terræ primos filios nominat, in quibus ſex mares, & ſex feminas; ad duodecim Signorum numerum referunt, quæ univerſum circumeunt mundum: dapes autem convivii, rationes eſſe & cauſſas rerum tradunt, dulces & concupiſcibiles; quæ, qualiter regatur & gubernetur hic mundus, ex Signorum poſitione & aſtrorum curſibus colliguntur. Ad libertatis tamen convivii modum, dicunt iſta conſtare; pro eo quòd poteſtatem habeat uniuſcujuſque ſenſus, ſi velit deguſtare aliquid ex hujuſmodi ſcientia, aut ſi nolit: & ſicut in convivio nemo cogitur, ſed veſcendi libertas penes unumquemque eſt; ita & philoſophandi ratio, pendet in voluntatis arbitrio. Diſcordiam, concupiſcentiam cænis dicunt; quæ inſurgit adverſùm propoſitum mentis, & philoſophandi impedit ſtudium: ideo denique & tempus illud eſſe aiunt, in quo de nuptiis agitur. Peleum verò & Thetidem nympham, aridum & humidum ponunt elementum, ex quorum admiſtione ſubſtantia corporum conſtat. Mercurium, verbum eſſe tradunt, per quod ſenſui doctrina con-

Ibid. &. c. 14. *Allegoria cœnæ Deorum in nuptiis Pelei.*

ſertor.

fertur. Junonem, pudicitiam; Minervam, fortitudinem; Venerem, libidinem dicunt; Paridem ſenſum. Si ergo, aiunt, accidat in homine barbarum eſſe & imperitum ſenſum, & rectum judicium neſcientem; ſpreta * pudicitiâ, & virtute, libidini palmam, quod eſt malum, dabit: per quod non ſolùm ſibi, ſed & civibus & univerſæ genti ſubverſio & pernicies aderit. Hæc ergo licet illis componere ex qualibet materia viſum ſit; tamen aptari ad omnem hominem poſſunt: quia ſi quis paſtoralem & ruſticum atque imperitum habeat ſenſum, nec velit erudiri; ubi corporis calor de libidinis ſuavitate ſuggeſſerit, continuò ſpretis ſtudiorum virtutibus, & ſcientiæ bonis, ad voluptates * corporum, animum confert: & hinc eſt, unde impacata bella conſurgunt, urbes ruunt, patriæ conciduntur: ſicut & Paris, raptâ Helenâ, ad mutuum Græcos & Barbaros armavit exitium.

* Cand. P. R. pudicitiæ virtute.

* S. T. R. alii: corporis

Pſeudo-Clement Epiſt. 5.

Scriptura quo modo tractanda.

XLII. Et Petrus, collaudans proſecutionem ejus, ait; Multas, ut video, ingenioſi homines, ex his quæ legunt, veriſimilitudines capiunt; & ideo diligenter obſervandum eſt, ut Lex Dei cùm legitur, non ſecundùm proprii ingenii intelligentiam legatur. Sunt enim multa verba in Scripturis divinis, quæ poſſunt trahi ad * ſuum ſenſum, quem ſibi unuſquiſque ſponte præſumpſit: quod fieri non oportet. Non enim ſenſum, quem extrinſecùs attuleris, alienum & extraneum debes quærere, * quem ex Scripturarum auctoritate confirmes; ſed ex ipſis Scripturis ſenſum capere veritatis: & ideo oportet ab eo intelligentiam diſcere Scripturarum, qui eam à majoribus, ſecundùm veritatem ſibi traditam ſervat; ut & ipſe poſſit ea quæ rectè ſuſcepit, competenter aſſerere. Cùm enim ex divinis Scripturis integram quis ſuſceperit, & firmam regulam veritatis; abſurdum non erit, ſi aliquid etiam ex eruditione communi ac de liberalibus ſtudiis, quæ fortè in pueritia attigit, ad adſertionem veri dogmatis conferat; ita tamen, ut ubi vera didicit, falſa & ſimulata declinet.

* S. T. R. alii: Pſeudo-Cl. eum

* Carm quomodo ex eo Scriptura rum auctoritates P. R. quomodo.

Eruditio ſæcularis.

XLIII. Et cùm hæc dixiſſet; ad patrem noſtrum reſpiciens, ait; Tu ergo Senex, ſi quidem ſaluti animæ tuæ conſulis; ut cùm corpore fuerit reſoluta, pro brevi hac converſione, requiem inveniat ſempiternam; require de quibus vis, & conſule, ut poſſis ſi quid in te eſt dubitationis abjicere: incertum enim eſt, etiam juvenibus vitæ tempus; ſenibus autem, jam nec incertum eſt: non enim dubitatur, quin quantumcumque eſt quod putatur ſupereſſe, breve ſit. Et ideo tam juvenes quàm ſenes oportet de converſione, & pœnitentia valde eſſe ſollicitos, & * ſatagere ut de reliquo ornent animam ſuam ornamentis digniſſimis, id eſt, dogmatibus veritatis, decore pudicitiæ, ſplendore juſtitiæ, candore pietatis, aliiſque omnibus, quibus comptam decet eſſe rationabilem mentem: tum præterea declinare à conſortiis inhoneſtis & infidelibus, & ſocietates habere fidelium; atque illos frequentare conventus, in quibus de pudicitia, de juſtitia, de pietate tractatur: orare ſemper Deum ex corde, & ab ipſo petere quæ decet à Deo poſci; ipſi gratias agere; veram pœnitudinem gerere præteritorum geſtorum: aliquantulum etiam, ſi poſſibile eſt, per miſericordias pauperum, juvare pœnitentiam; per hæc enim facilior venia dabitur, & indulgenti, citiùs indulgebitur.

Juvenes. Senes. Pſeudo Cl. ibid. & Epiſt. 2.

* T. R. alii: ſatis agere. *l. Pſeudo-Cl.*

XLIV. Quòd ſi provectioris ætatis ſit is, qui ad pœnitentiam venit; eò magis gratias agere debet Deo, quòd poſtquam fractus eſt omnis impetus concupiſcentiæ carnalis, ſcientiâ veritatis acceptâ, nulla ei imminet pugna certaminis, per quam inſurgentes adversùm animam reprimat corporis voluptates. Supereſt ergo in agnitione veritatis, & miſericordiæ operibus exerceri, ut adferat fructus dignos pœnitentiæ: nec putet quis in temporis longitudine documentum converſionis oſtenditur, & non in devotionis ac propoſiti firmitate: Deo enim manifeſtæ ſunt mentes, qui non temporum rationem colligit, ſed animorum: ipſe enim probat, ſi quis agnitâ veritatis prædicatione non diſtulit, neque tempus negligendo conſumpſit; ſed ſtatim, &, ſi dici poteſt, eodem momento, præterita perhorreſcens, futurorum deſiderium cœpit, & in amorem regni cœleſtis exarſit.

XLV. Propter quod nemo veſtrûm ultrà diſſimulet, nec retrò reſpiciat; ſed ad Evangelium regni * Dei * libenter accedat. Non dicat pauper; quia cùm dives factus fuero, tunc convertar: non requirit à te Deus pecuniam; ſed animum miſericordem, & piam mentem. Neque dives converſionem ſuam differat, pro ſollicitudine ſæculari; dum cogitat, quo modo diſpenſet abundantiam frugum: neque dicat intra ſemetipſum; *Quid faciam, ubi recondam fructus meos?* neque dicat animæ ſuæ; *Habes multa bona repoſita in annos multos, epulare, lætare:* nam dicetur ei; *Stulte, hac nocte auferetur abs te anima tua, & quæ præparâſti cujus erunt?* Itaque feſtinet ad pœnitentiam omnis ætas, omnis ſexus, omniſque conditio; ut vitam conſequatur æternam. Juvenes quidem in eo grati ſint; quòd in ipſo impetu deſideriorum, cervices ſuas jugo ſubjiciunt diſciplinæ. Senes & ipſi laudabiles; quia multi temporis conſuetudinem, in qua malè præventi ſunt, pro Dei * timore commutant.

Luc. 9. 62.

* P. R. diligenter

Luc. 12. 17.

* Carm. amore

XLVI. Nemo ergo differat, nemo cunctetur: quæ enim cauſſa cunctandi eſt ad bene agendum? Aut times, ne cùm bene feceris, ibi remunerationem non invenias, ut putâſti? Et quid ſenties detrimenti, ſi bene feceris gratis? Nonne etiam ſola in his ſufficeret conſcientia? Quòd ſi inveneris, ut præſumis; nonne pro parvis magna, & pro temporalibus æterna recipies? Verùm ego hæc propter incredulos dixi. Nos autem quæ prædicamus, ita ſe habent: quia nec aliter eſſe poſſunt, quæ Propheticâ voce promiſſa ſunt.

XLVII. Si quis verò cupit examuſſim veritatem noſtræ prædicationis agnoſcere; conveniat ad audiendum, & * quid ſit verus Propheta cognoſcat; & tunc demum omnis in eo ceſſabit ambiguitas: ſi tamen non obſtinatis animis reſiſtat his, quæ vera eſſe * compererit. Sunt enim quidam qui quolibet modo, ad hoc tantùm reſpiciunt, ut vincant; & laudem pro hoc magis quàm ſalutem quærant: quibus non eveniat vel dici aliquid; ne & ſermo nobilis patiatur injuriam, & injuriæ ſuæ reum æternâ morte condemnet. Quid enim eſt in quo adverſari prædicationi noſtræ quis debeat? aut in quo contra veri honeſtique fidem ſermo prædicationis noſtræ deprehenditur? qui dicit honorandum eſſe Deum, & Patrem, omnium conditorem; ejuſque Filium, qui ſolus eum & voluntatem ejus novit, cuique ſoli de omnibus credendum eſt, quæ præcepit: ſolus enim eſt lex, & legiſlator, & judex juſtus: cujus lex decernit, honorandum eſſe Deum Dominum omnium, per vitam ſobriam, caſtam, juſtam, miſericordem; & in ipſo ſolo omnem collocandam ſpem.

* Carm. quis R. qui.

* Cand. Carm. R. conceperit

l. Clement. Hom. 7. c. 8. Hom. 13. c. 4. Epit. c. 101.

Inter Philoſophorum & Chriſti præcepta quid interſit

XLVIII. Sed dicet aliquis, etiam à Philoſophis hujuſmodi præcepta dari. Nihil eſt ſimile; nam de juſtitia quidem ab eis, & ſobrie-

l. Clement. Hom. 15. c. 5.

tate

tate mandatur: ſed remuneratorem Deum, geſtorum bonorum malorumque non nôrunt: & eò leges & præcepta eorum, accuſatorem tantummodo publicum vitant; conſcientiam verò purificare non poſſunt. Quid enim timeat in occulto peccare, qui occultorum eſſe arbitrum & judicem neſcit? Addunt præterea Philoſophi in præceptis ſuis; etiam Deos, qui ſunt Dæmones, honorandos: quod ſolum; etiamſi in aliis probabiles viderentur; graviſſimæ eos poteſt impietatis arguere, & propriis condemnare ſententiis: qui unum quidem eſſe pronunciant Deum; pro adſentatione tamen erroris humani, plures mandent colendos. Aiunt autem & illud Philo-

De Dei ira. ſophi; Deum non iraſci; neſcientes quid dicant. Ira enim mala eſt, ubi mentem turbat, ut rectum conſilium perdat: illa verò quæ malos punit, perturbationem menti non infert: ſed unus, ut ita dixerim, idemque affectus eſt, qui & bonis præmia, & malis retribuit pœnam: nam ſi bonis & malis bona reſtituat, & ſimili remuneratione erga pios utatur & impios; injuſtus potiùs quàm bonus videbitur.

I. Clement. Hom. 18. cap. 2. *Malum unde.* * T. R. *alii:* fecit

XLIX. Sed ais; Nec Deus debuit facere malum. Verum dicis: neque * facit: ſed qui ab eo creati ſunt, dum judicandos ſe eſſe non credunt; indulgentes voluptatibus ſuis, à pietate & juſtitia devoluti ſunt. Sed dices; Si juſtum eſt punire malos, ſtatim ut malè agunt puniri debent. Tu quidem bene feſtinas: ſed ille qui æternus eſt, & quem nihil latet; quantò nullus

Patientia Dei. ei finis, tantò & prolixa patientia eſt; & non ad velocitatem vindictæ, ſed ad ſalutis reſpicit cauſſas: delectatur enim non tam morte, quàm con-

Ezech. 18. & 33. verſione peccantis. Ideo denique ſanctum Baptiſma largitus eſt hominibus; ad quod ſi quis venire feſtinet, & de reliquo maneat emendatus, delentur ex eo omnia peccata, quæ per ignorantiam commiſſa ſunt.

Contra Philoſophos. I. Clement. Hom. 4. c. 12. 13. Epit. c. 49.

L. Nam Philoſophi quid contulerunt vitæ mortalium, dicendo hominibus non iraſci Deum? nempe, ut docerent eos, nullum habere vindictæ alicujus, vel judicii metum; & per hoc tota peccantibus frena laxarent. Aut quid illi humanum genus juvârunt, qui dixerunt non eſſe Deum; ſed caſu omnia, & fortuitò agi? nonne ut hæc audientes homines, & arbitrantes nullum eſſe judicem, nullum proviſorem rerum; ad omne facinus, quod vel furor, vel avaritia, vel libido

* *Carn.* agerent. * *Idem:* non juverunt.

dictâſſet, neminem verendo præcipites * agerentur? Nam illi multùm revera * juverunt mortalium vitam, qui dixerunt nihil poſſe ſine Geneſi fieri: ſcilicet ut unuſquiſque peccati ſui cauſſam Geneſi adſcribens, ſemetipſum in ſceleribus ſuis pronunciaret innoxium; dum crimen ſuum non pœnitendo diluit, [61] ſed factum culpando congeminat. Nam de illis quid dicam Philoſophis, qui Deos colendos eſſe introduxerunt, & tales Deos, quales paulò antè audiſtis? Quid fuit aliud decernere; niſi ut vitia, niſi ut crimina, niſi ut flagitia colerentur? Pudet, miſeretque me veſtri, ſi creditis, quòd indigna hæc eſſe & impia atque execrabilia, aut non deprehendiſtis hactenus, aut deprehenſa & intellecta, mala pro bonis & optimis coluiſtis.

LI. Tum præterea & illud quale eſt, quod præſumpſerunt nonnulli Philoſophorum, vel de Deo loqui, cùm ſint mortales; & opinione ſolâ de inviſibilibus * dicere; vel de mundi origine, * *Carn.* ubi non aderant cùm fieret; vel de fine ejus, vel *Cand.* S. T. & incomprehenſibilibus dicere de animarum in infernis diſpenſatione & judicio? neſcientes quia præſentia quidem & viſibilia nôſſe, hominis eſt rationabilis; [62] præterea verò, & futura, & inviſibilia ſcire, ſolius Propheticæ præſcientiæ eſt. Non ergo hæc conjecturis & opinionibus colligenda ſunt; in quibus valde falluntur homines; ſed fide Propheticæ veritatis; ſicut ſe habet hæc noſtra doctrina. Nos enim nihil ex nobis loquimur, nec humanâ æſtimatione collecta adnunciamus; hoc enim decipere eſt auditores: ſed veri Prophetæ auctoritate nobis tradita, & manifeſtata prædicamus. De cujus præſcientia & virtute Prophetica, ſi quis, ut dixi, ad liquidum vult documenta ſuſcipere; ſollicitus conveniat, & impiger ſit ad audiendum; & evidentes dabimus probationes, quibus vim Propheticæ præſcientiæ, non ſolùm auribus audire, ſed & oculis etiam videre ac manu contrectare ſe credat. De quo cùm certam fidem conceperit; jugum juſtitiæ & pietatis abſque ullo *Mat. 11. 30.* labore ſuſcipiet; tantamque in eo ſentiet ſuavitatem, ut non ſolùm nihil ei laboris ineſſe cauſſetur, verùm & ampliùs aliquid addi ſibi deſideret & imponi.

LII. Cúmque hæc & alia his ſimilia dixiſſet, & nonnullos ex his qui aderant infirmos, & Dæmonibus obſeſſos curâſſet; gratulantes, & Deum collaudantes turbas dimiſit; præcipiens eis ut ad eumdem locum, etiam conſequentibus diebus audiendi gratiâ convenirent. Cúmque domi jam inter nos eſſemus, ac præpararemus ad edendum; ingreſſus quidam nunciat [63] * Appionem Pliſto- Epit. cap. 133. &c. nicenſem, cum Anubione nuper veniſſe ab An- * P. Apionem. tiochia, & hoſpitari cum Simone. Tum pater audiens, gaviſus eſt, & ait Petro; Si permittis, volo ire & ſalutare Appionem, & Anubionem; quia valde amici mihi ſunt: fortaſſis autem Anubionem etiam ſuadere potero diſputare cum Clemente de Geneſi. Et Petrus: Permitto, inquit; & laudo quòd amicos colis: verumtamen conſidera, quo modo per providentiam Dei, omnia tibi ex ſententia concurrunt: ecce enim non ſolùm affectio tibi propria, Deo præſtante, reparata eſt; ſed

61. *Sed factum culpando congeminat.*] Præclaram lectionem aſſerunt Codices duo, Regius, & P. Petri, *Sed fatum culpando congeminat.* COT.

62. *Præterea verò & futura.*] In Regis MS. *Præterita verò & futura.* Optimè. Ibid.

63. *Appionem Pliſtonicenſem*] Epitomes cap. 133. Ἀπίων ὁ Πλειστονίκης. Clementinorum IV. 6. Ἀππίωνα τὸν Πλειστονίκην. Inſigni tamen iſti Grammatico, qui à Tiberio cymbalum mundi dicebatur, proculdubio nomen fuit Ἀπίων, Apion: ut interdum exhibent Codices MSS. quibus uſi ſumus, utque ferè ſemper in Græcis libris ſcriptum invenies. Sed errârunt aliquando Græci etiam antiquarii. Unde in Tatiano rectè quidem p. 164. legitur Ἀπίων, at perperam p. 172. excuſum eſt Ἀππίων, cùm apud Euſebium Præpar. Evang. lib. 10. cap. 11. in eodem Tatiani loco Ἀπίων cernatur. Quod ad Latinos ſpectat, *Appion* poteſt eſſe Auctorum error, poteſt eſſe Librariorum. Certè in Plinio *Apion* ſcribitur. Item in Adonis Chronico, in Honorii Auguſtodunenſis Catalogo, & in quibuſdam MSS. ac Editionibus Hiſtoriæ Euſebianæ à Rufino tranſlatæ, lib. 3. cap. 38. Apud Senecam verò, Agellium, Tertullianum, Hieronymum, Joſephum Ruſini, Haymonem, alioſque, cum duplici p ediderunt. Hactenus de nomine. Nunc de cognomento. Πλειστονίκην non verterim *Pliſtonicenſem*, quaſi ex patria; ſed *Pliſtonicem*, ſecutus Plinium & Agellium. Sic autem Apionem cognominârunt, quod in certamine literario ſæpe victor extitiſſet; quæ eſt multorum ſententia: vel à patre Pliſtonice; juxta doctiſſimum Salmaſium ad Inſcriptionem Regillæ p. 90. & Præfationem in librum de Homonymis Hyles Iatricæ p. 40. ex his, opinor, Suidæ, Ἀπίων, ὁ Πλειστονίκου. Verùm cum Suida Salmaſium refellunt Juſtinus Martyr Cohortatione ad Græcos p. 9. & Africanus apud Euſebium cùm lib 10. Præparat. Evangel. cap 10. tum Χρονικῶν λόγῳ πρώτῳ p. 26 dum Apioni patrem dant Poſidonium. Ibid.

ſed & amicorum præſentia procuratur. Et pater: Verè, inquit, adverto ita eſſe ut dicis. Et cùm hæc dixiſſet, abiit ad Anubionem.

LIII. Nos autem cum Petro poſiti, per totam noctem interrogando de diverſis, & diſcendo ab eo; delectatione ipſâ doctrinæ, & ſuavitate verborum pervigiles manſimus. Et cùm jam * auroreſceret, Petrus intuens me ac fratres meos, ait; Miror quid viſum ſit patri veſtro. Cúmque hæc diceret, ſupervenit pater, & invenit Petrum nobis de ſe loquentem. Cúmque ſalutâſſet, ſatisfacere cœpit, & cauſſam exponere, ob quam foris manſiſſet. Nos autem reſpicientes ad eum expavimus, [64] vultum in eo Simonis videntes, vocem tamen patris noſtri audiebamus. Cúmque refugeremus eum & exſecraremur, ſtupebat pater quòd tam auſterè cum eo ageremus & barbarè. Solus tamen Petrus erat, qui vultum ejus naturalem videbat; qui & ait ad nos; Cur exſecramini patrem veſtrum? Cui nos unà cum matre reſpondimus; Hic nobis Simon videtur, vocem habens patris noſtri. Et Petrus: Vobis quidem vox ejus, quæ maleficiis mutata non eſt, ſola nota eſt; mihi autem etiam vultus ejus, qui aliis arte Simonis mutatus apparet, Fauſtiniani patris veſtri notus eſt: & intuens patrem ait; Cauſſa quæ conjugem tuam conturbat, ac filios, hæc eſt; ſpecies vultûs in te non videtur illa, quæ fuit; ſed facies exſecrandi Simonis in te apparet.

* Cand. aurora ſuccreſceret. P. aurora creſceret.

l. Hincmarum, & Cedrenum, in Teſt. Ver.

Transformatio Magica.

LIV. Et cùm hæc diceret, * ingreſſus quidam ex his qui Antiochiam præceſſerunt, dicebat ad Petrum; Scire te volo Domine mi Petre, quia Simon apud Antiochiam publicè multa faciens ſigna & prodigia, nihil aliud populo perſuaſit, niſi quæ ad tui odium pertinent; magum te nominans, maleficum, homicidam; & in tantum eos adversùm te odium concitavit, ut magnopere deſiderent, ſi te uſquam invenire queant, etiam carnes tuas devorare: & ob hoc nos qui præmiſſi ſumus, videntes valde commotam contra te civitatem, occultè in unum convenientes, conſiderabamus quid fieri oporteret.

* S. T. R. *alii*: regreſſus

LV. Cúmque nullum videremus exitum rei, ſupervenit Cornelius centurio, miſſus à Cæſare ad præſidem Cæſareæ, publici negotii gratiâ: hunc accerſimus ad nos ſolum, cauſſamque * ei qua mœſti eſſemus exponimus; ac ſi quid poſſet, ut juvaret, hortamur. Tum ille promptiſſimè repromiſit, ſe eum protinus fugaturum, ſi tamen conſilio ejus etiam nos adniteremur: cúmque nos polliceremur impigrè cuncta geſturos, ait; Cæſar in urbe Roma, & per provincias maleficos inquiri juſſit ac * perimi; ex quibus plurimi jam perempti ſunt. Ego igitur divulgabo per amicos; me, ut iſtum magum caperem, veniſſe; & ob hoc miſſum à Cæſare, quò etiam hic cum cæteris ſuis ſociis puniatur. Veſtri ergo qui cum ipſo ſunt occultè quaſi undecumque audierint, * dicent ei, quòd ego ad ipſum capiendum miſſus ſim: & certum eſt, quòd cùm audierit, fugiat: aut ſi vos aliquid melius videtis, dicite. Quid plura? ita factum eſt à noſtris, qui cum ipſo erant, explorandi gratiâ ſimulati. Ubi didicit Simon ventum eſſe ad ſe; tamquam ingens ſibi beneficium collatum ab eis accipiens, in fugam verſus eſt. Diſcedens igitur ex Antiochia, cum Athenodoro huc venit, ſicut audivimus.

De quo Act. 10.

* R. è

* Carm. puniri.

* S. T. R. *alii*: indicent

LVI. Hoc ergo viſum eſt nobis omnibus qui præceſſimus; ut interim * nunc aſcendas Antiochiam; uſquequo videamus, ſi illo diſcedente, odium quod de te populo ſeminavit, aliquâ ex parte vacuetur. Cùm hæc inſinuâſſet is qui de Antiochia venerat, Petrus reſpiciens ad patrem noſtrum, ait; * Fauſtiniane, à Simone mago transformatus eſt vultus tuus, ſicut apparet: putans enim quòd à Cæſare quæreretur ad pœnam, [65] tertius fugit; & ſuum vultum tibi impoſuit, ſi fortè tu pro ipſo capereris, & ad mortem duci poſſis; ut filiis tuis triſtitiam moveret. Pater verò ubi hæc audivit, cum lacrymis exclamans; Rectè, inquit, æſtimâſti Petre; nam & Anubion, quia mihi valde amicus erat, ſub myſterio quodam mihi indicare cœperat de inſidiis ejus; ſed infelix non credebam, quia nihil in eum commiſeram mali.

* S. T. non. R. *alii*: nunc non

* T. R. Audi Fauſtiniane

* S. T R. territus

LVII. Cúmque omnes unà cum * patre triſtitiâ & lacrymis * ageremur; interea & Anubion venit ad nos, indicans nobis Simonem fugiſſe per noctem, Judæam petentem. Videns autem * patrem noſtrum plangentem & lamentantem ſe, ac dicentem; Infelicem me, qui eum magum audiens non credebam: quid mihi miſero accidit, ut unâ die recognitus ab uxore & filiis, lætari non potuerim cum eis; ſed ad priores miſerias quas in errore pertuli, revolutus ſim? Mater autem multò gravius ſparſis & laceratis crinibus plangebat: nos quoque in permutatione vultûs patris ſtupentes, * nec quid rei eſſet intelligere poteramus. Sed & Anubion omnes nos ita videns adfligi, velut mutus ſtabat. Tunc Petrus nos intuens filios ejus, ait: Mihi credite, quòd hic ipſe eſt pater veſter: propter quod & moneo vos, ut quaſi patrem * ſervetis eum: dabit enim Deus occaſionem aliquam, quâ depoſito Simonis vultu, evidentem patris veſtri, id eſt ſuam recuperare poſſit effigiem.

* S. T. matre. Cand. Petro

* Carm. T. angeremur

* Cand. Petrus patrem.

* S. T. R. *alii*: quaſi attoniti eramus & amentes, nec

* Cand. Carm S. T. R. obſervetis

LVIII. Et ad patrem converſus ait; Ego tibi permiſeram ſalutare * Appionem, & Anubionem, quos tibi amicos à puero fuiſſe dixeras; non tamen ut cum Simone loquereris. Et Pater: Peccavi, inquit, fateor. Tum Anubion: Et ego, inquit, cum ipſo rogo & deprecor te, ut ignoſcas ſeni, viro bono & generoſo: ſeductus eſt infelix, & ludibrio factus à nominato mago: dicam enim quo modo res geſta eſt: Ubi venit ad ſalutandos nos, contigit ut in ipſa hora circumſtaremus Simonem, audientes eum dicentem, quòd fugere velit, in ipſa nocte; audiſſe enim ſe, quòd venerint quidam etiam ad hanc Laodiciæ civitatem, qui eum ex præcepto Imperatoris comprehenderent; velle autem ſe in hunc, qui nuper ingreſſus eſt, Fauſtinianum, omnem convertere furorem. Et ait ad nos: Tantùm, inquit, vos facite eum cœnare nobiſcum; & ego unguentum quoddam componam, quo cœnatus perungat faciem ſuam, ut ex eo meum vultum omnibus habere videatur; vos autem herbæ cujuſdam ſucco facies perungemini priùs, ut non * fallimini de immutatione vultûs ejus; ita ut exceptis vobis, aliis omnibus Simon eſſe videatur.

* R. Apionem

* S. T. R. *alii*: fallamini

LIX. Et cùm ille hæc diceret, aio ad eum; Et quid tibi ex hoc facto confertur lucri? Tum Simon: Primò, inquit, ut ipſum comprehendant qui me quærunt, & me deſinant quærere: ſi verò punitus fuerit à Cæſare, ut luctum maximum habeant filii ſui, qui me derelicto confugerunt

64. *Vultum in eo Simonis videntes*, &c.] Indiligens eſt in hujus loci & fabellæ commemoratione Hincmarus, relatus in Teſtimoniis Veterum. Lege etiam Cedrenum p. 173. & Anaſtaſium Quæſt. 20. p. 242. COT.

65. *Tertius fugit.*] Omnino cum vet. Codd. legi debet *territus*. φεύγει apud Cedrenum. Ibid.

runt ad Petrum, & ſunt modò adjutores ipſius. Ego autem confiteor tibi, Petre, quod verum eſt; timui tunc Fauſtiniano indicare hæc; ſed neqoe ſpatium nobis ipſe Simon dedit, ot poſſemus ſecretiùs loqui, & pleniùs ei conſilium Simonis aperire. Interea circa mediam noctem, Simon * in Judæam petens * aufugere; dedoxit antem eum Athenodorus & * Appion; ego autem ſimulavi inæqualitatem corporis, ut * dormire * manens, facerem hunc velociùs ad vos redire, ſi fortè poſſit aliqno modo occultari apud vos; ne ab his qui Simonem quærunt comprebenſus, ad Cæſarem perducatur, & pereat gratis; & nunc ſollicitus pro ipſo, veni videre eum, & redire antequam ſuperveniant illi qoi deduxerunt Simonem. Et converſus ad nos Anubion ait; Ego Anubion, patris veſtri verum vultum video revera; quia perunctus ſum priùs ab ipſo Simone, ſicut * narravit nobis, ut oculis meis vera Fauſtiniani facies appareret: unde ſatis ſtupeo & admiror artem Simonis magi, quòd vos ſtantes modò non agnoſcitis patrem veſtrum. Flentibus autem patre & matre, ac nobis omnibus pro his quæ acciderant, motus miſeratione etiam Anubion flebat.

* In al. deeſt.
* S. T. fugit. R. alii: aufugit
* Cand. P. R. Apion
* Carm. T. domi remaneus. Cand. P. R. domi remanerem, &
* Carm. P. S. T. R. narravi vobis

LX. Tum Petrus miſericordiâ permotus, reſtituturum ſe promittit faciem patris noſtri, dicens ad eum; Audi Fauſtiniane; Cùm nobis priùs utilitatis aliquid contulerit error iſte transformati vultûs tui, & miniſtraverit ad ea quæ volumus; tunc ego veram tibi vultûs tui imaginem reddam; ſi tamen priùs quæ à me tibi fuerint imperata, profligaveris. Cúmque pater meus impleturum ſe cuncta quæ juberet, * omni promitteret * pacto, tantùm ut propriam recuperaret effigiem; Petrus ita cœpit: Ipſe auribus tuis audîſti, * quod unus ex his qui præmiſſi fuerant, regreſſus ex Antiochia, nunciaverit, quo modo Simon ibi poſitus, turbas adversùm me concitaverit, atque in odium mei totam inflammaverit civitatem; magum me & homicidam, ac deceptorem confirmans; in tantùm ut deſiderent, ſi me videant, etiam carnes meas devorare. Fac ergo quod ego dico tibi; relinquens apud me Clementem, præcede nos Antiochiam cum conjnge tua, & Fauſto ac Fauſtino filiis tuis. Sed & alios mittam tecum, quos mihi videbitur, qui obtemperent his quæ præcepero.

* Carm. P. R. omnino
* Cand. S. T. niſu.
Deeſt in R, P. Carm.
* T. R. alii: quid

LXI. Cùm ergo unà cum ipſis Antiochiam veneris; quandoquidem Simon videris, publicè ſtans prædica pœnitentiam tuam, & dic; Ego Simon denuncio vobis & confiteor, me omnia feſelliſſe de Petro: ille enim neque ſeductor eſt, neque magus, neque homicida, neque horum aliquid quæcumque contra eum locutus ſum; ſed dixi illa omnia furore commotus. Obſecro ergo vos ipſe ego, qui dudum cauſſas odii vobis contra eum dederam, ut nihil tale de eo ſentiatis; ſed deponite odium, ceſſate ab indignatione; quia verè à Deo ad ſalutem mundi miſſus eſt, diſcipulus veri Prophetæ & Apoſtolus. Propter quod ſuadeo, hortor, & moneo, ut ipſum audiatis, ipſi credatis prædicanti vobis veritatem; ne fortè ſi ſpreveritis eum, ipſa etiam ſubitò civitas veſtra pereat. Quam verò ob cauſſam hæc nunc vobis confitear, indicabo. Hac nocte Angelus Dei corripuit me impiom, & cur inimicus eſſem veritatis præconi, [66] vehementiſſimè flagellavit. Deprecor ergo vos, ut etiam ſi ego ipſe, poſt hæc veniens ad vos, aliquid tentavero adversùm Petrum dicere; ne ſuſcipiatis, nec credatis. Confiteor enim vobis; ego magus, ego ſeductor, ego deceptor fui; ſed pœnitentiam ago; licet enim per pœnitentiam priora malè geſta delere.

LXII. Cùm hæc Petrus intimaret patri, ille reſpondit; Scio quid velis, ne labores ultrà; intellexi enim & novi, quid oporteat, cùm ad locum venero, proſequi. Et Petrus iterum ſuggerebat ei, dicens; Cùm ergo veneris ad locum, & videris populum ex ſermone tuo converti, & depoſitis odiis recipere deſiderium noſtri; mitte & manda mihi, & ſtatim veniam. Cùm autem venero, ſine mora alienum hunc à te vultum effugabo, & tuum proprium qoi tuis omnibus notos eſt reddam. Et his dictis fratres meos proficiſci cum ipſo jubet, ac Matthidiam matrem noſtram, & qooſdam ex familiaribus ſimul. Sed mater recuſabat proficiſci ſimul, & aiebat; Quaſi adultera mihi futura videor, ſi vultui Simonis conjuncta ſim: quòd etſi cogar ſimul ire, impoſſibile tamen eſt ut in eodem * lectulo cum ipſo jaceam; ſed neſcio * ſi proficiſci ſimul acquieſcam. Et cùm valde renueret, Anubion hortari eam cœpit, dicens; Crede mihi & Petro: ſed & ipſa vox non tibi Fauſtinianum eſſe perſuadet conjugem tuum? quem verè non minus ego diligo quàm tu. Denique etiam ego ipſe vobiſcum veniam. Et cùm hæc dixiſſet Anubion, promiſit mater ſimol ſe profecturam.

* Carm. hoſpitio cum ipſo maneam
* Cand. P. R. vel ſi. Carm. ſi vel;

LXIII. Tum * ego; Competenter, aio, Deus negotia noſtra componit: habemus enim nobiſcum & Anobionem Aſtrologum, cum quo, ſi Antiochiam venerimus, de Geneſi attentiùs diſputabimus. Cúmque poſt medium noctis pater noſter, cum his quos juſſerat Petrus, & Anubione profectus eſſet; * manè, priuſquam procederet ad diſputandum Petrus, regreſſi ſunt illi qui deduxerunt Simonem, id eſt, * Appion & Athenodorus, & venerunt ad nos, reqoirentes patrem meum. Petrus verò ubi cognovit, juſſit eos introire. Et cùm conſediſſent; Ubi eſt, aiunt, Fauſtinianus? Petrus reſpondit; Neſcimus: veſperè enim poſtquam ad vos venit; ultrà nulli ſuorum viſus eſt: heſterno tamen die manè Simon venit, quærens eum; & quia nihil illi reſpondimos, neſcio quid ei viſum ſit, Fauſtinianum ſe eſſe dicebat: quod còm ei nemo crederet, flens & dolens comminabatur peremprurum ſemetipſum; & poſt hæc abiit ad mare versùs.

* Cand. P. R. ego Clemens.
* S. T. R. alii: maturè
* P. R. Apion

LXIV. Hæc cùm audîſſet * Appion & qui com ipſo erant, ululatum dederunt grandem, dicentes; Quid hoc feciſtis, cur non recepiſtis eum? Et cùm vellet Athenodorus dicere mihi, quia ipſe erat Fauſtinianus pater tuus; * Appion præveniens eum: Comperimus, inquit, à quodam quia cum Simone profectus eſt, ipſo Fauſtiniano deprecante eum, pro eo quòd nollet filios ſuos videre, [67] quia Judæi erant. Nos ergo cùm audîſſemus hæc, venimus eum hîc requirere: ſed quia hîc non eſt, apparet qoia verè dixit, qui nunciavit eum cum

* Cand. P. R. Apion
* R. Apion

66. *Vehementiſſimè flagellavit.*] Conferri poteſt hæc flagellatio cum illa famoſa Hieronymi. COT.

67. *Quia Judæi erant*] Ut benignè exponi poteſt per ſatis cognitum errorem, quo Ethnici primis temporibus in nomine Judæorum Chriſtianos quoque comprehendebant: ita & ſuſpectum eſſe queat Ebioniticæ labis Apocryphis Clementinis inſperſæ. Confundebant enim Ebionæi Chriſtianiſmum cum Judaiſmo. Quocirca prudenter factum à Simeone Metaphraſte in Vita Clementis Romani, ſeu Clementinâ Epitome, cùm quatuor loca Homiliæ quartæ Clementinorum mutavit & correxit. Primus locus extſtat cap. 7. Ibi de Clemente dicitur, [illegible] Πέτρῳ. [illegible] Metaphraſtes verò poſuit Epitomes cap. 46. [illegible] Secundum locum habes cap. 13. [illegible] Ἰουδαίων λόγῳ. è quo vocem Ἰουδαίων Symeon abſtulit,

cum Simone profectum: hoc ergo nunciamus vobis. Ego autem Clemens * ubi intellexi conſilium Petri, quia * voluerit * eis ſuſpicionem dare, quòd ab ipſis quærendus eſſet ſenex, ut timerent & fugerent; cœpi juvare conſilium ejus, & aio ad Appionem; Audi cariſſime Appion, nos quod bonum credimus, etiam patri tradere * volumus: quòd ſi noluerit recipere, ſed magis, ut dicis, exhorreſcens nos fugit; aſperum ſit fortaſſe quod dico; nec nos de eo curamus. Et cùm hæc dixiſſem, quaſi exſecrantes crudelitatem meam diſcedunt; veſtigia Simonis, ut ſequenti die comperimus, inſequentes.

LXV. Interea cùm Petrus ex more quotidie populum doceret, & virtutes multas ac ſanitates efficeret; poſt dies decem venit quidam noſtrorum ab Antiochia, miſſus à patre, adnuncians nobis, quo modo publicè ſtaret pater, Simonem quidem qui in * vultu videbatur, accuſans, Petrum verò immenſis laudibus * præferens, & omni populo commendans, ac deſiderabilem faciens; ita ut omnes ex ejus ſermone mutati, deſiderarent eum videre; multos autem tantum in Petri amorem veniſſe, ut ſævirent in patrem, quaſi in Simonem, & manus ei velint injicere, velut qui tantùm mali commiſiſſet in Petrum: propter quod, aiebat, adpropera, ne fortè perimatur: in timore enim magno poſitus, velociter miſit me, ut ſine mora venias, quò viventem eum occupes, ſimul & creſcenti erga tui deſiderium civitati [68] opportunus appareas. Aiebat etiam, quo modo mox ut urbem Antiochiam pater ingreſſus eſſet, quaſi ad Simonem, omnis populus ad eum collectus eſt; & cœpit omnibus confiteri publicè ſecundùm ea quæ populi reſtauratio flagitabat: nam * quicumque omnes ſimul nobiles, * & diverſi ſimul divites ac pauperes conveniſſent, ſperantes aliqua ab eo more ſolito prodigia poſſe fieri, omnes hac voce alloquitur.

LXVI. Diu eſt quòd me Simonem infeliciſſimum hominum, patientia divina ſuſtinet: nam quidquid in me mirati eſtis, non veritatis * myſterio, ſed Dæmonum mendaciis & artibus geſtum eſt; ut veſtram fidem * everterem, & meam animam * condemnarem. Confiteor me omnia de Petro fuiſſe mentitum: ille enim neque magus, neque homicida umquam fuit; ſed à Deo ad ſalutem veſtram * omnium miſſus eſt: quem ſi ex hac hora contemnendum putaveritis, certum ſit apud vos, quòd poſſit ipſa civitas veſtra repentè deperire. Quæ autem cauſſa ſit, ut hæc vobis ultro confitear: ab Angelo Dei hac nocte vehementer correptus ſum; & cur ei inimicus exſtiterim, vehementiſſimè flagellatus. Deprecor ergo vos, ut ſi ego ipſe ex hac hora aperuero os meum contra eum; projiciatis me ab aſpectu veſtro: ille enim immundus Dæmon, ſaluti hominum inimicus, per os meum contra ipſum loquitur; ne per eum vos pertingatis ad vitam. Quid enim ars

* P. ſubintelleat.
* Id. voluimus.
* S. ei
* S. T. curavimus
* Cand. P. S. T. noluit
* T. R. *alii*: vultu ejus
* S. T R. *alii*: efferens
* Cand. Carm. S. T. R. cum. P. námque cum.
* S. T. R. & ignobiles, & divites ſimul ac
* S. T. R *alii*: miniſterio
* S. T. perverteret. R. *alii*: perverterem
* S. T. condemnaret
* Cand. P. S. T. R & omnium. Carm. veſtrûm omnium

magica per me vobis potuit virtutis oſtendere? Canes feci æreos latrare, & ſtatuas * movere, figuras * mutare hominum, & ſubitò ab aſpectibus hominum abſentari: & per hæc debuiſtis artem magicam exſecrari, * quæ ut vobis miraculum inane prætenderem, animas veſtras diabolicis laqueis * innodabat; ne crederetis Petro; qui & languentes, in nomine ejus à quo miſſus eſt curat, & Dæmonas fugat, ac cæcos illuminat, & paralyticis ſalutem reddit, & mortuos ſuſcitat.

LXVII. Hæc & his ſimilia multa * proſequente, exſecrari cœpit populus; & dabant fletum & gemitum, quòd peccâſſent in Petrum, credentes eum eſſe magum & impium. Eodem verò die ad veſperam reſtituta eſt in Fauſtiniano facies propria, & abſceſſit ab eo aſpectus Simonis * magi. Audiens autem Simon vultum ſuum in eo ad Petri gloriam proſeciſſe, feſtinus prævenit Petrum, & agere cupiens * arte ſuâ, ut * Fauſtiniano ejus ſimilitudo recederet, cùm jam hoc juxta verbum Apoſtoli ſui Chriſtus implêſſet. Videntes autem Niceta & Aquila, poſt prædicationem neceſſariam, paternam faciem reſtitutam; gratias agentes Deo, non eum permiſerunt ulteriùs alloqui populum.

LXVIII. Simon autem cœpit, licèt occultè, per amicos ſuos, & familiares ambulare, & ampliùs Petro derogare quàm antea. Tunc omnes exſpuentes in faciem ejus, expulerunt eum de civitate, dicentes; Tu eris reus mortis tuæ, ſi ulteriùs * locutus contra Petrum, huc tibi credideris eſſe veniendum. Quibus cognitis, Petrus poſterâ die convenire populos jubet; & uno ex his qui ſequebantur eum, ordinato eis Epiſcopo; aliis etiam, Presbyteris; baptizatis quoque plurimis; & omnibus qui erant vexati languoribus, vel Dæmonibus, ſanitati redditis; demoratus ibi aliud triduum, cunctis ritè compoſitis, valedicens eis, proficiſcitur à Laodicia, multùm * deſiderabilis Antiochenſium plebi: & cœpit per Nicetam & Aquilam tota civitas audire, quòd Petrus adventaret. Omnis autem populus Antiochiæ civitatis, * audiens Petrum venire, occurrerunt ei, * & pæne omnes majores natu, & nobiles, cinere aſperſi in capite, pœnitentiam agentes, quis contra prædicationem ejus, magum Simonem ſuſcepiſſent.

LXIX. Hæc & his ſimilia proſequentes, offerunt ei vexatos languoribus, & * Dæmoniis fatigatos, paralyticos quoque, & diverſa pericula patientes; & erat infinita multitudo ſimul languentium. Quos videns Petrus non ſolùm pœnitudinem agere, quòd de eo malè ſenſiſſent per Simonem, verùm etiam & jam integram fidem exhibere * jubebat Deo, ut etiam omnes, diverſas ægritudines patientes, crederent per eum poſſe ſalvari; expandit ad cœlum manus ſuas, & cum lacrymis orationem effundens, gratias referens Deo, dicebat; * Benedicte Pater prædicande, qui omne verbum

l. ſ. l. 3. c. 47.
* Cand. R. movera
* S. T. mutari
* R. quòd.
P. per quam vobis dum miraculum
* S. T. R innodabam. *Sic & Cand. & P.*
* R. proſequentem
* *Carm.* magi. Furebant eum omnes, credentes eum eſſe magum & impium.
* Cand. R. agit arte ſua. P. egit.
* R. *alii*: à Fauſt.
* P. S. T. R. locuturus
* *Carm.* P. R. factus deſiderabilis cunctæ.
* R. *alii*: audientes
* *Carm.* S. T. etiam
* *Carm.* vexatos à Dæmonibus, & languoribus fatigatos
* *Deeſt in MSS.*
* S. T. R. *alii*: benedico te

lit, cap. 50. Tertium cap. 13. quem ſimili modo circumcidit, cap. 51. In quarto denique loco cap. 24. Apion notat Clementem [illegible] [illegible]. at ex emendatione breviantis cap 55. Χρηματοῖς. Lege Homil. 11. cap. 16. & alibi. COT.

68. *Opportunus appareas. Aiebat etiam, &c.*] Hæc & ſequentia cap. 66. 67. 68. admodum perturbata ſunt, depravata & tranſpoſita in manu ſcriptis Codicibus. Sorbonicus & Thuaneus; *Opportunus appareas. Quibus cognitis* &c. p. 595. col. 2. C. 68. *à Laodicia multùm deſiderabilis. Proficiſcente autem Petro, eodem die occurrerunt qui miſſi fuerant cum Fauſtiniano hæc adnunciantes ei, quia hoc ordine quæ geſta ſunt enarravit. Statim, inquit, ut urbem Antiochiam ingreſſi ſumus, omnis populus ad eum collectus eſt; & cœpit omnibus confiteri publicè ſecundùm ea quæ populi quem Simon perverterat reſtauratio flagitabat. Nam cum omnes ſimul* &c. p. 523. col 2. B. 3. *credideris eſſe veniendum Interea dum hæc aguntur, Petrus faciens multas ſanitates, & cunctis ritè compoſitis, & Eccleſiam Chriſti conſtituens, valedicens à Laodicia proficiſcitur, deſiderabilis cunctæ Antiochenſium plebi. Et cœpit* &c. p. 595. col. 1. C. 65. Regius, & Petri Petiti; *Opportunus appareas. Quibus* &c. *deſiderabilis. Statim inquit* &c. ut in Sorb. & Th. Candeleetanus; *Opportunus appareas. Quibus* &c. juxta Reg Carmeliticus; *Opportunus appareas. Quibus* &c. *deſiderabilis. Proficiſcenti autem Petro, eâdem die occurrerunt qui miſſi fuerant cum Fauſtiniano hæc annunciantes ei. Statim, inquiunt, ut urbem* &c. quemadmodum Sorbon. Ibid.

 69. Theo-

verbum & promiſſum Filii tui adimplere dignaris, ut cognoſcat omnis creatura, quia tu ſolus Deus in cœlo & in terra.

LXX. Hæc & his ſimilia dicens, aſcendit in eminentiori loco, & juſſit ante ſe poni omnem multitudinem ægrotantium; quos omnes hac voce allocutus eſt: Similem vobis hominem me eſſe videntes, nolite putare quòd à me poſſitis recuperare ſalutem veſtram; ſed per eum qui de cœlo deſcendens, oſtendit credentibus ſibi, integram animæ & corporis medicinam: * unde vox veſtra teſtem * habeat hunc omnem populum, quia ex toto corde creditis in Domino Jeſu Chriſto; ut ſciant etiam ſeipſos ab ipſo poſſe ſalvari. Cúmque omnis multitudo infirmantium unâ voce clamaret, hunc eſſe verum Deum, quem Petrus adnunciat; ſubitò immenſum lumen gratiæ Dei in medio plebis apparuit: & cœperunt paralytici currere ad pedes Petri, ſani; cæci, recuperato viſu clamare; claudi, reſtaurato greſſu gratias agere; languentes, receptâ ſanitate gaudere: nonnulli etiam ſolo flatu viventes, jam ſine ſenſu & ſine voce, recuperati ſunt: omnes quoque lunatici, & pleni Dæmoniis, liberati ſunt.

Clement. Hom. 7. cap. 6.

* P. unde veſtra dilectio teſtem

* R. habeat conſcientia

LXXI. Tantam itaque Spiritus ſanctus in illa die gratiam ſuæ virtutis oſtendit; ut omnes à minimo uſque ad maximum, unâ voce confiterentur Dominum: & ne multis immorer; intra ſeptem dies, plùs quàm decem millia hominum credentes Deo, baptizati ſunt, & ſanctificatione conſecrati; ita ut omni * aviditatis deſiderio [69] Theophilus qui erat cunctis potentibus in civitate ſublimior, domûs ſuæ ingentem Baſilicam, Eccleſiæ nomine conſecraret; in qua * [70] Petro * Apoſtolo conſtituta eſt ab omni populo cathedra: & omnis multitudo quotidie ad audiendum verbum conveniens, credebat ſanæ doctrinæ, quam ſanitatum efficacitas adfirmabat.

* Cod. avidiate.

* Deeſt in R.

Cathedra Petri.

LXXII. Tum ego Clemens, cum fratribus meis & matre, patrem alloquimur, utrùm aliquæ infidelitatis in eo reliquiæ remanſiſſent. At ille: Venite, ait, & videbitis coram Petro, quantum in me fidei * creverit incrementum. Tunc accedens Fauſtinianus, procidit ad pedes Petri, dicens; Semina verbi tui, quæ ager meæ mentis accepit, jam nata ſunt; atque ita ad fœcundam maturitatem provecta ſunt; ut nihil deſit, niſi ut à paleis me * ſpiritali illâ tuâ deſeces falce, & reponas me in horreo Dominico, * faciens me menſæ * divinæ participem. Tum Petrus cum omni alacritate adprehendens manum ejus, tradidit eum mihi Clementi, & fratribus meis, dicens; Sicut tibi patri filios reſtituit Deus; ita * & patrem filii reſtituunt Deo. Indixit autem je junium omni plebi; & veniente die Dominicâ, baptizavit eum: atque in medio populo, ex converſione ejus materiam ſumens, omnes caſus ejus expoſuit; ita ut omnis civitas quaſi Angelum eum * ſuſciperet, & non minorem ei gratiam quàm Apoſtolo exhiberet.

* S. T. accesserit

* Carm. ſpirituali allatum deſeces.

* Cod. P. S. T. R. facias

* Cod. P. R. divinitatis

* S. T. te. R. & te

* al. ſuſpiceret. T. aſpiceret. C. C P. te aſpiceret.

---

69. *Theophilus.*] Qui magnâ temporum confuſione ſeptimus Antiochiæ Epiſcopus eſſe putatur à Guillelmo Tyrio lib. 4. Hiſtoriæ Belli ſacri cap. 9. & à Jacobo de Vitriaco cap. 32. Hiſtoriæ Hieroſolymitanæ. COT.

70. *Petro Apoſtolo conſtituta eſt ab omni populo cathedra.*] De hac Antiochena Petri cathedra, ejuſque feſto agunt Martyrologia ad 22 Februarii, Legenda Sanctorum cap. 44. Gemma animæ lib. 3. cap. 16. Ivo Carnotenſis, aliique. In Itinerario Willebrandi ab Oldenborg; *In hac Eccleſia* Antiochiæ *monſtratur Cathedra B. Petri.* Inveni quoque hunc titulum in Catalogo MSS. Eccleſiæ S. Petri Bellovacenſis; *Sermo S. Clementis Papæ in Petri Apoſtolorum principis ſeſſione quâ Cathedram inſtauravit Antiochiæ.* Eum autem Catalogum debeo viro natalibus ac virtutibus illuſtri Antonio Vioni Herovallio, cujus indefeſſum pro re litteraria promovenda & pro demerendis litteratis ſtudium omnes hodie prædicant, omnes mirantur, nulla ætas non celebrabit atque demirabitur. Ibid.

FINIS.

ΤΑ ΚΛΗΜΕΝΤΙΑ.
CLEMENTINA.

OPUS NUNC PRIMUM EDITUM
EX BIBLIOTHECA
CHRISTIANISSIMI REGIS.

ΤΑ ΚΛΗΜΕΝΤΙΑ.

CLEMENTINA.

Βίβλος ἔχουσα ὁμιλίας διαφόρους ἀπὸ φωνῆς τοῦ ἁγίου Πέτρου τοῦ ἀποστόλου, συγγραφεῖσα ὑπὸ τοῦ ἁγίου Κλήμεντος· ἡ λεγομένη Κλημέντια, τουτέστι Κλήμεντος συγγράμματα. περιέχει δὲ ἡ αὐτὴ βίβλος ταῦτα, προλόγους τρεῖς, ὁμιλίας εἴκοσι.

Liber continens multos diverſoſque ſermones, à Sancto Petro Apoſtolo prolatos, conſcriptus per Beatum Clementem, & Clementina appellatus, hoc eſt Clementis Scripta. Complectitur autem iſta, Prologos tres, atque Homilias viginti.

TESTI-

TESTIMONIA VETERUM
DE
CLEMENTINIS.

S. Athanaſius, ſive quis alius, in Synopſi ſacræ Scripturæ, ſub finem.

Τῆς νέας πάλιν διαθήκης ἀντιλεγόμενα ταῦτα· &c. Κλημέντια· ἐξ ὧν μετεφράσθησαν ἐκλεχθέντα τὰ ἀληθέστερα καὶ θεόπνευστα. ταῦτα τὰ ἀναγινωσκόμενα. &c.

Iterum volumina novi Teſtamenti quibus contradicitur, ſunt hæc; &c. Clementina. Ex quibus veriora & à Deo inſpirata, electa atque tranſlata ſunt. Hæc ſunt quæ leguntur. &c.

Chronicum quod Alexandrinum vocant, Editionis Raderi p. 64.

Λέγει δὲ περὶ τούτου Πέτρος ὁ ἀπόστολος ἐν τοῖς Κλημεντίοις, *& cætera, quæ poſuimus ſupra in teſtimoniis veterum de Recognitionibus; ubi etiam vide alium locum.*

Dicit autem de hoc (Nembrodo) Petrus Apoſtolus in Clementinis, &c.

Nicephorus Calliſti, Hiſtoria Eccleſiaſtica lib. 3. cap. 18.

Παραγράφεται δὲ ὁ Παμφίλου καὶ τὰ μικρὰ (l. μακρὰ) τούτου συγγράμματα, ἃ φησι Πέτρου καὶ Ἀπίωνος διάλογον εἶναι, ἃ μηδὲ σώζειν τὸν ἀκραιφνῆ τῆς ὀρθοδοξίας χαρακτῆρα φησίν. ἐγὼ δὲ, εἰ μὲν τὰ νῦν παρ' ἡμῖν Κλημέντια ὀνομαζόμενα λέγει, οὐ πείθομαι. ταῦτα γὰρ τῇ ἐκκλησίᾳ καὶ ἀποδεκτέα· εἰ δ' ἕτερα εἰσὶ παρὰ ταῦτα, λέγειν οὐκ ἔχω.

Reprobat autem Euſebius Pamphili etiam longa hujus (Clementis) ſcripta, quæ Petri & Apionis ait eſſe Dialogum; quæ nec ſervare accuratum rectæ fidei characterem dicit. Ego verò, ſi quidem ea intelligit quæ nunc apud nos Clementina nominantur, non aſſentior: ea enim Eccleſiæ multùm accepta ſunt: ſi verò præter ea ſint aliqua alia, non habeo dicere.

Auctor Collectaneorum de dogmatibus fidei ex Scriptoribus Eccleſiaſticis, MS. in celeberrima Bibliotheca Claremontana, etiam memoratus à doctiſſimo viro Philippo Labbe, in conſpectu novæ Editionis S. Damaſceni; caput 1. περὶ τῆς ἐν τριάδι καὶ ἐν μονάδι θεολογίας *incheat per teſtimonium Clementinorum, hoc pacto;*

Τοῦ ἁγίου Πέτρου τοῦ κορυφαίου τῶν ἀποστόλων, ἐκ τῶν Κλημεντίων.

Sancti Petri principis Apoſtolorum; ex Clementinis.

Ἐπειδὴ δὲ φθάσας εἶπον χειραγωγίαν εἶναι τῶν νοητῶν, τὰ αἰσθητὰ, πρὸς τὸ οἷον ὁδῷ χρησαμένους ἀσφαλῆ καὶ βεβαίαν τὴν τῆς θεολογίας ἔκθεσιν ποιήσασθαι· φέρε διαβαίνοντες χρησώμεθα τῇ εἰκόνι πρὸς εὕρεσιν τοῦ ἀρχετύπου. ὁ λογικὸς ἄνθρωπος κατ' εἰκόνα γεγονὼς Θεοῦ καὶ καθ' ὁμοίωσιν, φέρει ἐν ἑαυτῷ συμβολικῶς τοῦ ποιήσαντος τὴν μίμησιν. ἔχει γὰρ ἐν ἑαυτῷ πατέρα καὶ υἱὸν καὶ πνεῦμα. καὶ λέγω πῶς. ὁ μὲν νοῦς, πατρὸς λόγον ἐπέχει· υἱοῦ δὲ, ὁ ἐξ αὐτοῦ τικτόμενος λόγος· καὶ ἡ ἔνηχος φωνὴ τῆς προφορᾶς, τὸ πνεῦμα παρίστησι. καὶ ὥσπερ οὐ προϋπάρχει ποτὲ τοῦ ἐνδιαθέτου λόγου ὁ γεννήσας αὐτὸν νοῦς, οὕτως οὐδὲ τοῦ Θεοῦ λόγου ὁ γεννήσας αὐτὸν πατήρ. καὶ πάλιν ὥσπερ οὐ προϋπάρχει τῆς αἰσθη-

Quandoquidem verò jam dixi, ſenſibilia manuductionem eſſe ad intelligibilia, ut quaſi viâ uſi, tutam firmamque Theologiæ expoſitionem faciamus; age, obiter utamur imagine ad inveniendum Archetypum. Rationalis homo, factus ad imaginem & ſimilitudinem Dei, fert in ſeipſo ſymbolicè factoris ſui imitationem. Habet enim in ſe Patrem, & Filium, & Spiritum. Et aio quo modo. Mens quidem locum Patris obtinet; Filii verò, qui ex mente gignitur ſermo *interior*; at quæ auditur vox prolationis, Spiritum repræſentat. Et ſicut numquam exſiſtit ante ſermonem internum mens quæ illum gignit; ita nec ante Deum Verbum, qui genuit illud Pater. Et iterum, Sicut ſermo

mo ſenſibilis non exſiſtit ante ſenſibilem noſtrum ſpiritum; ita nec Deus Verbum, ante divinum ac vivificum Spiritum; ſicut & ſuperius exemplum demonſtravit. *Pauciſque interjectis:* Si enim, lux quidem, cùm ſit ſolis progenies; ſimiliterque ſplendor, oculi; aut fons, id quod fluvium producit; numquam tamen exſtitit, neque ſol ante lucem, neque oculus ante ſplendorem, neque ante fluvium fons; ſimul enim ac intellexeris ſolem, ſimul & cum illo intelliges ex eo progenitam lucem; & ſimul ac intelliges oculum, ſimul & cum eo intelliges ex ipſo procedentem ſplendorem; quemadmodum & fluvium unà cum fonte intelligimus: eodem quoque modo cogitandum eſt de Patre, Filio, & Spiritu ſancto.

τοῦ ἡμῶν πνεύματος ὁ αἰσθητὸς λόγος, οὕτως οὐδὲ τοῦ θείου καὶ ζωοποιοῦ πνεύματος ὁ Θεὸς λόγος· καθὼς καὶ τὸ πρότερον ἀπέδειξε παράδειγμα. Καὶ μετ' ὀλίγα· Εἰ γὰρ φῶς μὲν ἡλίου γέννημα, ὁμοίως καὶ ὀφθαλμοῦ αὐγή, ἡ πηγὴ ποταμοῦ πρόβλημα, οὐ προϋπῆρχεν δὲ ποτέ, οὔτε δὲ φωτὸς ἥλιος, οὔτε τῆς αὐγῆς ὀφθαλμός, οὔτε δὲ ποταμοῦ ἡ πηγή· ἅμα γὰρ ἐπινοήσεις ἥλιον, ἅμα συνεπινοήσεις αὐτῷ καὶ τὸ ἐξ αὐτοῦ τικτόμενον φῶς· καὶ ἅμα ἐπινοήσεις ὀφθαλμόν, ἅμα συνεπινοήσεις αὐτῷ καὶ τὴν ἐξ αὐτοῦ προϊοῦσαν αὐγήν· ὡς καὶ τῇ πηγῇ τὸν ποταμὸν συνεπινοοῦμεν· οὕτως νοητέον καὶ ἐπὶ πατρὸς καὶ υἱοῦ καὶ ἁγίου πνεύματος.

Reliqua vide in Notis noſtris.

J. B. COTELERII JUDICIUM
D E
C L E M E N T I N I S.

INTER multa Apocrypha, quæ Clementi Romano Veteres tribuerunt, quorumque cauſâ eum videtur primum Hiſtoricorum Eccleſiaſticorum conſtituere Sozomenus lib. 1. cap. 1. non incelebre iſtud eſt: excerpitur enim à Joh. Damaſceno; nominatim verò memoratur in Synopſi Athanaſianâ, Chronico Alexandrino, Hiſtoriâ Eccleſiaſticâ Nicephori, Anaſtaſii Presbyteri vel alterius Collectaneis, & Niconis Pandectæ inferiùs citando ad Hom. 12. cap. 25. atque in Epitomen per Metaphraſtem redactum eſt. Conſpectum autem fuiſſe ab Epiphanio, Anaſtaſio Antiocheno, Maximo, & Cedreno colligetur ex eorum locis, Epiphanii Hæreſi 26. n. 16. Anaſtaſii Quæſtione 20. p. 242. Maximi Sermone 53. & 55. Cedreni Compendio Hiſtoriarum p. 170. 171. 172. 173. ſi cum Clementinis noſtris conferantur Homiliâ 4. n. 16. Hom. 2. n. 32. Hom. 4. n. 4. Hom. 15. n. 11. & 8. Hom. 3. n. 38. & ſeq. Quinetiam Clementina fortè nominaverat Nicephorus CP. in Stichometria ſeu Canone Scripturarum; & ubi nunc legitur, apud Scaligerum & Croium, Κλήμεντος λϛ'. in Criticis autem ſacris Tom. 8. Κλήμεντ. λϛ'. hoc eſt Anaſtaſio Bibliothecario interprete, *Clementis* [XXXII.] ibi primitus ſcriptum erat, Κλημέντια λϛ'. aut Κλημέντια κϛ'. Etenim Synopſis dicta, quam Nicephorus ſequitur, Κλημέντια habet. λϛ'. autem ſi retineas, vel dices variam olim fuiſſe hujus Operis, ut Recognitionum, diviſionem; fretus auctoritate Franciſci Turriani, qui illud nactus manu ſcriptum, in Epiſtola ad Hoſium Cardinalem præliminari Defenſionis, pro Canonibus Apoſtolorum & Epiſtolis Pontificum, citat ex libro 8. locum quem hîc leges Homil. 17. cap. 15. & Defenſionis lib. 5. cap. ult. è lib. 6. & 8. loca Homil. 11. cap. 22. Hom. 16. cap. 12. in Explanationibus verò ad Conſtitut. Apoſtol. lib. 2. cap. 36. laudat è libro 7. verba Homiliæ 12. cap. 29. & in iiſdem Explanat. ad lib. 6. cap. 10. è libro 8. locum Hom. 18. cap. 4. Vel dices, cum hocce Volumine conjunctum fuiſſe alium ſimilis farinæ Librum, verbi gratiâ illum qui Petri & Apionis diſputationes complectebatur. Quòd ſi malis corrigere κϛ'. intelligere poteris viginti Homilias, Epiſtolam Petri ad Jacobum, cum Conteſtatione, ac Epiſtolam Clementis ad eumdem Jacobum. Poteris etiam Epiſtolam Petri ſeparando à Conteſtatione, credere omiſſam fuiſſe Epiſtolam Clementis. Certè ex Epiphanio Hæreſi 30. n. 15. Rufino Præfatione ad libros Recognitionum, & libello de adulteratione librorum Origenis, Photio Cod. 112. 113. & Sylloge hac noſtrâ, conſtat Clementi adſcripta Apocrypha de peregrinationibus, ſermonibus, actibus, & diſputationibus Petri, deque recognitione Clementis ejuſque parentum ac fratrum, variè conſcripta fuiſſe, interpolata, corrupta, atque permiſta; & quibuſdam libris præfigi ſolitam Epiſtolam Petri ad Jacobum, aliis Clementis ad eumdem, aliis utramque, cùm tamen idem Opus ſequeretur, incipiens, ἐγὼ Κλήμης. Quo etiam fit, ut triginta duo Nicephoriani libri complexi forſan fuerint cum hiſce libros decem Recognitionum. Et verò quæ damus Clementina, licèt nugis, licèt erroribus ſcateant, à ſemichriſtiana Philoſophia, & Hæreſi, præcipuè Ebioniticâ, profectis; non ſine fructu tamen legentur, tum propter elegantiam ſermonis, tum multiplicis doctrinæ cauſâ, tum denique ad meliùs cognoſcenda primarum Hæreſeon dogmata. In multis autem ſimilia ſunt Clementina Recognitionibus: unde probabiliter exiſtimatum Turriano, ea eſſe aliam editionem ἀναγνώσεων, de qua Rufinus in Præfatione: quamquam auctor Synopſeos Periodos Petri à Clementinis diſtinguit. Sed & interpolationem factam eſſe in Homiliis iſtis, idque non ſemel, conjicio ex his. 1. è ſimili ſorte congenerum Apocryphorum. 2. quòd ea quæ in Chronico Alexandrino & à Maximo proferuntur, non parum diverſa ſint: necnon quæ à Damaſceno interdum. 3. ex corruptela hac Eunomianorum; ἐν ἀρχῇ ἔκτισεν ὁ θεὸς τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν, ἔκτισε καὶ τὸν υἱόν: quam Turrianus in præfatione Græca ad Conſtitutiones Apoſtolicas adducit ex Ammonio. 4. quia locus è MS. Bibliothecæ Claromontanæ relatus inter Teſtimonia Veterum, alium à noſtro Scriptorem, magiſque pium ſapit, eum fortè cujus fragmentum de Spiritu ſancto habes ſuprà ad I. 24. Recognitionum. 5. denique quia Nicephorus Eccleſ. Hiſt. lib. 3. cap. 18. Κλημέντια dicit eſſe τῇ ἐκκλησίᾳ ἀποδεδεγμένα. id verò laudis nequaquam tribuiſſet Κλημεντίοις, niſi incidiſſet in ea repurgata. Idem judicium fero de Scholiaſte vetere, cujus mentio fit in Annotationibus V. Cl. Henrici Valeſii ad Euſeb. Hiſt. lib. 3. cap. 38. Sed fortaſſis Nicephorus & Scholiaſtes ille viderant tantùm Simeonis Metaphraſtæ Epitomen, aut aliam ei ſimilem. Cæterùm quòd in Synopſi Athanaſii, Clementina referantur cum libris novi Teſtamenti quibus contradicitur, apud Nicephorum verò CP. cum Apocryphis, ratio eſt, lacuna manifeſta Athanaſiani codicis. Eam tu & ex contextu facilè agnoſces, & per Nicephorum ac Anaſtaſium complebis.

Ὁμιλίαι idem ſunt atque κηρύγματα, & διαλέξεις, colloquia, ſermones, prædicationes, diſſertationes. Epiſt. ad Jacobum cap. 2. Epitom. num. 145. Clementinorum I. 20.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΠΕΤΡΟΥ
ΠΡΟΣ JAKΩBON.

[1] EPISTOLA PETRI
AD JACOBUM.

Ut ſcripta ejus nulli Ethnico det, propter adulteratores.

Petrus Jacobo, Domino, & ſancta Eccleſia Epiſcopo, ab omnium rerum Patre, per Jeſum Chriſtum, in pace perpetuò.

I. CUm ſciam te, frater mi, ad id quod communiter omnibus nobis conducibile eſt, alacriter feſtinare, rogo & precor, ut mearum Prædicationum quos ad te miſi libros, nulli ex Gentilibus tradas, neque etiam tribuli, ante experimentum: ſed ſi quis probatus, dignus repertus fuerit, tunc ipſi tradas; ſecundùm eum modum, juxta quem Moyſes Septuaginta viris cathedræ ſuæ ſucceſſoribus tradidit. Idcirco enim cautionis fructus in hunc uſque diem apparet. Eamdem quippe de unitate Dei & de vitæ inſtitutione normam obſervant omnes ubicumque ſint ejus nationis homines; nec ullo modo poſſunt per Scripturas, quæ multa innuunt, extra viam abripi, ut aliter ſentiant. Nam ſecundùm traditam ipſis regulam, Scripturarum diſſona nituntur reformare; ſi quis fortè ignarus traditionum, ad Prophetarum varia ſignificantes voces obtorpeſcit. Propter quod nemini docere permittunt, niſi priùs quo pacto Scripturis ſit utendum didicerit. Ideo apud illos eſt unus Deus, una lex, ſpes una.

II. Quò igitur ſimili modo apud nos fiat noſtris fratribus, ac illis Septuaginta; libros Prædicationum mearum pari cum ratione myſterii trade, ut inſtruant eos qui ſuſcipere munus Doctrinæ, atque inſtruere volunt. Quandoquidem ſi ita non fiat, veritatis ſermo noſter multas in opiniones dividetur. Porro illud non quaſi ſim Propheta ſcio; ſed quòd jam initium mali ipſius viderim. Siquidem nonnulli ex Gentibus, Legalem meam rejecerunt prædicationem; inimici hominis, Legi contrariam quamdam & nugacem doctrinam amplexi. Atque hæc ſuperſtite me tentaverunt aliqui; variis interpretationibus verba mea transformare, ad everſionem Legis; quaſi ego etiam ita quidem ſentiam, non audeam tamen prædicare: quod abſit. Id enim repugnare eſt Dei Legi, à Moſe prolatæ, & à Domino no-

Περὶ τοῦ μὴ ἐκδιδόναι τὰ συγγράμματα αὐτοῦ τινὶ τῶν ἀπὸ τῶν ἐθνικῶν. διὰ τοὺς παραχαράκτας.

Πέτρος Ἰακώβῳ, τῷ κυρίῳ, καὶ ἐπισκόπῳ τῆς ἁγίας ἐκκλησίας, ὑπὸ τοῦ τῶν ὅλων πατρὸς, διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ, ἐν εἰρήνῃ πάντοτε.

ΕΙΔΩΣ σε, ἀδελφέ μου, εἰς τὸ κοινῇ πᾶσιν ἡμῖν συμφέρον σπεύδοντα προθύμως, ἀξιῶ καὶ δέομαι, τὰς τῶν ἐμῶν κηρυγμάτων ἃς ἔπεμψά σοι βίβλους, μηδενὶ τῶν ἀπὸ τῶν ἐθνῶν μεταδοῦναι, μήτε ὁμοφύλῳ, πρὸ πείρας· ἀλλ' ἐάν τις δοκιμασθεὶς, ἄξιος εὑρεθῇ, τότε αὐτῷ κατὰ τὴν ἀγωγὴν παραδοῦναι, καθ' ἣν καὶ τοῖς ἑβδομήκοντα ὁ Μωϋσῆς παρέδωκε, τοῖς τὴν καθέδραν αὐτοῦ παρειληφόσι. διὸ τοῦτο καὶ ὁ καρπὸς τῆς ἀσφαλείας μέχρι τοῦ δεῦρο φαίνεται. τὸν γὰρ αὐτὸν οἱ πανταχῇ * ὁμοεθνεῖς τῆς μοναρχίας καὶ πολιτείας φυλάσσουσι κανόνα· κατὰ μηδένα τρόπον ἄλλως φρονεῖν, ὑπὸ τῶν πολλὰ νοουσῶν γραφῶν ἐξαχθῆναι δυνηθέντες. κατὰ γὰρ τὸν παραδοθέντα αὐτοῖς κανόνα, τὰ τῶν γραφῶν * σύμφωνα πειρῶνται μεταρρυθμίζειν, εἰ δή τις τυχὸν μὴ εἰδὼς τὰς παραδόσεις, ναρκᾷ πρὸς τὰς τῶν προφητῶν πολυσήμους φωνάς· οὗ ἕνεκεν οὐδενὶ διδάσκειν ἐπιτρέπουσιν, ἐὰν μὴ πρότερον μάθῃ, πῶς δεῖ ταῖς γραφαῖς χρῆσθαι. διὰ τοῦτο παρ' αὐτοῖς εἷς Θεὸς, εἷς νόμος, μία ἐλπίς.

* Ἵνα τὸ ὅμοιον καὶ παρ' ἡμῖν γένηται τοῖς ἑβδομήκοντα, ἡμῶν ἀδελφοῖς, τὰς βίβλους μου τῶν κηρυγμάτων δὸς μετὰ τοῦ ὁμοίου τῆς ἀγωγῆς μυστηρίου, * καὶ τοὺς βουλομένους τὸ τῆς διδασκαλίας ἀναδέξασθαι μέρος, [2] ἐφοδιάζειν, ἐφοδιάζωσιν. ἐπεὶ ἐὰν μὴ οὕτως γένηται, εἰς πολλὰς γνώμας ὁ τῆς ἀληθείας ἡμῶν διαιρεθήσεται λόγος. τοῦτο δὲ οὐχ * ὡς ὁ προφήτης ὢν ἐπίσταμαι· ἀλλ' ἤδη αὐτοῦ τοῦ κακοῦ τὴν ἀρχὴν ὁρῶν. τινὲς γὰρ τῶν ἀπὸ ἐθνῶν, τὸ δι' ἐμοῦ [3] νόμιμον ἀπεδοκίμασαν κήρυγμα, τοῦ ἐχθροῦ ἀνθρώπου ἄνομόν τινα καὶ φλυαρώδη προσηκάμενοι διδασκαλίαν. καὶ ταῦτα ἔτι μου περιόντος ἐπεχείρησάν τινες, ποικίλαις τισὶν ἑρμηνείαις τοὺς ἐμοὺς λόγους μετασχηματίζειν, εἰς τὴν τοῦ νόμου κατάλυσιν· ὡς καὶ ἐμοῦ αὐτοῦ οὕτω μὲν φρονοῦντος, μὴ ἐκ παρρησίας δὲ κηρύσσοντος· ὅπερ ἀπείη. τὸ γὰρ τοιοῦτο, ἀντιπράσσειν ἐστὶ τῷ τοῦ Θεοῦ νόμῳ, τῷ διὰ Μωϋσέως ῥηθέντι, καὶ ὑπὸ

τοῦ

* al. ὁμοεθνεῖς
* f. ἀσύμφωνα
* al. ὅπως γοῦν
* al. ὅπως καὶ
* al. ὡς προφήτης

1. Epist. Petri ad Jacobum.] Rectè obſervat Photius Epiſtolam Petri ad Jacobum pertinere non poſſe ad Opus cujus initium ſit, ἐγὼ Κλήμης, ſive quod Clementis nomen præferat. Ego verò exiſtimo præſentem Epiſtolam aliam eſſe ab illa Photio memorata, quoniam illa erat de actibus Petri, à Petro ipſo & ſcriptis, & ad Jacobum poſtulantem miſſis: hæc verò ſuperiori poſterior eſt, nec de poſtulatione Jacobi mentionem facit, ſed per eam Jacobus monetur, ut Prædicationes Petri à Petro miſſas, cautè tradat. Varias lectiones appoſui ex Turriano Pro Epiſtolis Pontificum lib. 4. init. & lib 5. cap. 23. COT.

2. Ἐφοδιάζειν ἐφοδιάζωσιν.] Importunum illud ἐφοδιάζειν videtur in textum irrepſiſſe è margine, ubi notatum fuerat à non incurioſo lectore, tamquam inſigne verbum. Vide cap. 38. Hom. 2. Ibid.

3. Νόμιμον κήρυγμα, &c.] Cave tibi ab Ebioniſmo. Ibid.

4. Ἀνα-

τῆς κυρίας ἡμῶν μαρτυρηθέντος, περὶ τῆς ἀϊδίου αὐτοῦ διαμονῆς. ἐπεὶ οὕτως εἶπεν· Ὁ οὐρανὸς καὶ ἡ γῆ παρελεύσονται, ἰῶτα ἓν, ἢ μία κεραία οὐ μὴ παρέλθῃ ἀπὸ τοῦ νόμου. Τοῦτο δὲ εἴρηκεν, ἵνα τὰ πάντα γίνηται. οἱ δὲ οὐκ οἶδα πῶς τὸν ἐμὸν νοῦν ἐπαγγελλόμενοι, οὓς ἤκουσαν ἐξ ἐμοῦ λόγους, ἐμοῦ τοῦ εἰπόντος αὐτοὺς, φρονιμώτερον * ἐπιχειροῦσιν, λέγοντες τοῖς ὑπ᾽ αὐτῶν κατηχουμένοις, τοῦτο εἶναι τὸ ἐμὸν φρόνημα, ὃ ἐγὼ οὐδὲ ἐνεθυμήθην. εἰ δὲ ἐμοῦ ἔτι περιόντος, τοιαῦτα τολμῶσι καταψεύδεσθαι· πόσῳ γε μᾶλλον μετ᾽ ἐμὲ ποιεῖν, οἱ μετ᾽ ἐμὲ * ποιήσουσιν;

* al. ἑρμηνεύουσιν ἑρμηνεύειν

* al. τολμήσουσιν

Ἵνα οὖν μὴ τοιοῦτόν τι γένηται, τούτου ἕνεκα ἠξίωσα καὶ ἐδεήθην, τὰς τῶν ἐμῶν κηρυγμάτων ἃς ἔπεμψά σοι βίβλους, μηδενὶ μεταδοῦναι, μήτε ὁμοφύλῳ, μήτε ἀλλοφύλῳ, πρὸ πείρας. ἀλλ᾽ ἐάν τις δοκιμασθεὶς ἄξιος εὑρεθῇ, τότε αὐτῷ κατὰ τὴν Μωϋσέως ἀγωγὴν παραδοῦναι, καθ᾽ ἣν τοῖς ἑβδομήκοντα παρέδωκεν, τοῖς τὴν καθέδραν αὐτοῦ παρειληφόσιν· ἵνα οὕτως τὰς πίστεις φυλάξωσιν, καὶ πανταχῇ τὸν τῆς ἀληθείας κανόνα παραδῶσιν· ἑρμηνεύοντες τὰ πάντα πρὸς τὴν παράδοσιν ἡμῶν· καὶ μὴ αὐτοὶ ὑπὸ ἀμαθίας κατασυρόμενοι, ὑπὸ τῶν κατὰ τὴν ψυχὴν στοχασμῶν εἰς πλάνην ἑλκόμενοι, ἄλλους εἰς τὸ ὅμοιον τῆς ἀπωλείας ἐνάγωσιν βόθυνον. καὶ τὰ μὲν ἐμοὶ δόξαντα, καλῶς ἐσήμανά σοι· τὸ δὲ σοὶ δοκοῦν, κύριέ μου, πρεπόντως ἐπιτέλει. ἔρρωσο.

ſtro teſtimonium habenti de perpetuâ ſuâ duratione: quoniam ſic dixit; *Cœlum & terra tranſibunt: Iota unum, aut unus apex non præteribit a Lege.* Marc. 13. 31. Mat. 5. 18. Illud autem dixit, ut omnia evenirent. At illi neſcio quo modo ſenſum meum repromittentes, quæ ex me audierunt verba, meliùs me qui ea locutus ſum, aggrediuntur interpretari; dicentes iis quos inſtituunt, id eſſe ſententiam meam, quod ego ne quidem cogitavi. Si autem me adhuc vivo, talia ementiri audent; quanto magis poſt me idem audebunt facere, qui poſt me erunt?

III. Ne igitur quid hujuſmodi contingat, eapropter oravi & deprecatus ſum, mearum Prædicationum quæ ad te miſi volumina nemini ante periculum factum tradas, neque tribuli, neque alienigenæ; verùm ſi quis poſt probationem dignus repertus fuerit, tunc ipſi ex inſtitutione Moyſis concedas, juxta quam Septuaginta viris qui cathedram illius exceperunt, dedit: ut ſic fidem ſervent, & ubique veritatis canonem tradant; cuncta interpretari ad traditionem noſtram; & ne ipſi ab imperitiâ pertracti, ab animi conjecturis in errorem inducti, alios in eamdem perditionis foveam adducant. Et quidem quæ mihi videbantur, pulcrè tibi ſignificavi: quod verò tibi placebit, Domine mi, decenter exſequere. Vale.

[4] ΔΙΑΜΑΡΤΥΡΙΑ ΠΕΡΙ ΤΩΝ τοῦ βιβλίου λαμβανόντων.

Ἀναγνοὺς οὖν ὁ Ἰάκωβος τὴν ἐπιστολὴν, μετεκαλέσατο τοὺς πρεσβυτέρους, καὶ αὐτοῖς ἀναγνοὺς ἔφη· ἀναγκαίως καὶ πρεπόντως περὶ τῆς ἀληθείας ἀσφαλίζεσθαι ὁ ἡμέτερος ὑπέμνησε Πέτρος, ὅπως τὰς τῶν αὐτοῦ κηρυγμάτων διαπεμφθείσας ἡμῖν βίβλους, μηδενὶ μεταδώσωμεν ὡς ἔτυχεν, ἢ ἀγαθῷ τινὶ καὶ εὐλαβεῖ, τῷ καὶ διδάσκειν αἱρουμένῳ, [5] ἐμπεριτόμῳ τε ὄντι πιστῷ. καὶ ταῦτα μὴ πάντα ὁμοῦ, ἵνα ἐὰν ἐν τοῖς πρώτοις ἀγνώμων φανερωθῇ, τὰ δεύτερα μὴ πιστευθῇ. διὸ μὴ ἔλαττον ἔτεσιν ἓξ δοκιμαζέσθω· καὶ οὕτως, κατὰ τὴν Μωϋσέως ἀγωγὴν, [6] ἀγαγέτω αὐτὸν ἐπὶ ποταμὸν, ἢ πηγὴν, ὅπερ ἐστὶ ζῶν ὕδωρ, ἔνθα ἡ δικαίων γίνεται ἀναγέννησις, μὴ ὀμόσαι, ἐπεὶ μὴ ἔξεστιν, ἀλλὰ στῆναι αὐτῷ κελεύσει πρὸς τῷ ὕδατι, καὶ διαμαρτύρασθαι. ὡς καὶ αὐτοὶ ἀναγεννώμενοι κελευσθέντες ἐποιήσαμεν, τοῦ μὴ ἁμαρτεῖν χάριν.

Λεγέτω δέ· μάρτυρας ἔχοιμι, οὐρανὸν, γῆν, ὕδωρ, ἐν οἷς τὰ πάντα περιέχεται, πρὸς τούτοις δὲ ἅπασιν καὶ τὸν διὰ πάντων διήκοντα ἀέρα, οὗ ἄνευ οὐκ ἀναπνέω, ὡς ἀεὶ ὑπήκοος ἔσομαι τῷ τὰς βίβλους μου τῶν κηρυγμάτων διδόντι, καὶ αὐτάς μοι τὰς βίβλους, ἃς ἂν μοι δῷ, οὐ μὴ μεταδῶ τινὶ κατ᾽ οὐδένα τρόπον· οὐ γράψας, οὐ γεγραμμένον δοὺς, οὐ γράφοντι ἀναδιδοὺς, οὐκ αὐτὸς, οὐ δι᾽ ἄλλου, οὐ δι᾽ ἄλλης τινὸς ἀγωγῆς, ἢ δόλου, ἢ μηχα-

CONTESTATIO PRO IIS QUI *Librum accipiunt.*

I. ITaque Jacobus, lectâ Epiſtolâ, convocavit Presbyteros; cúmque illis legiſſet, ait; Neceſſariò & congruenter de veritate ſtabiliendâ noſter admonuit Petrus, ut Prædicationum ſuarum nobis miſſos libros nemini temere concedamus, tantùm viro bono & religioſo, quique docere voluerit, ac ſit fidelis circumciſus; eoſque non cunctos ſimul; quò, ſi in prioribus improbus inventus fuerit, poſteriores in fidem ſuam non accipiat. Quare non minùs annis ſex comprobetur: ſicque poſtea, ſecundùm Moyſis inſtitutionem, qui libros traditurus eſt adducat eum ad flumen, aut fontem; quod eſt aqua viva, ubi juſtorum fit regeneratio; & non quidem ad jusjurandum adigat, quoniam non licet; ſed jubeat ipſum adſtare juxta aquam; & conteſtari; ſicut & cum renaſceremur, juſſi fecimus, nos non peccaturos.

II. Dicat autem; Teſtes habeam, cœlum, terram, aquam, quibus omnia continentur; atque inſuper his omnibus, aërem quoque qui univerſa pervadit, ac ſine quo non reſpiro; quòd ſemper obediens ero illi qui hos meos Prædicationum libros largitur; quódque hos meos libros, quos mihi dederit, nemini ullo pacto tradam; non ſcribam, non ſcriptos dabo, non ſcripturo dedam; non ipſe, non per alium, nec per aliam quamdam rationem, vel fraudem, vel machinam; aut

4. Διαμαρτυρία.] Redolet meâ quidem ſententiâ, hujuſmodi Conteſtatio ἀγωγὴν primorum Hæreticorum, quam illi didicerant à Paganis, & à Judæis Eſſenis. Videſis præcipuè Irenæum lib. 1. cap. 21. Tertullianum initio Operis adverſùs Valentinianos, Porphyrium de abſtinentia lib. 4. cap. 13. & Vettium Valentem citatum à Seldeno ſuo in Marmoribus Arundellianis p. 151. tum de Diis Syris p. 35. itemque Julium Firmicum, in Præfat. Lib. VII. Matheſeos COT.

5. Ἐμπεριτόμῳ τε ὄντι πιστῷ.] Quaſi incircumciſus non poſſet eſſe fidelis & Chriſtianus: quem errorem Ebionitæ aliique Hæretici errabant. Ibid.

6. Ἀγαγέτω αὐτὸν ἐπὶ ποταμὸν ἢ πηγήν.] In Hæreſi Ebionæorum S. Epiphanius cap. 17. ὅταν γάρ τις ἐξ αὐτῶν ἐν νόσῳ περιπέσῃ, ἢ ὑπὸ ἑρπετοῦ δηχθείη, κάτεισιν εἰς τὸ ὕδωρ. καὶ ἐπικαλεῖται τὰς ἐπωνυμίας τὰς ἐν τῷ Ἠλξαὶ, τό τε οὐρανοῦ καὶ τῆς γῆς, τοῦ τε ἁλὸς καὶ τοῦ ὕδατος. τῶν τε ἀνέμων καὶ ἀγγέλων τῆς δικαιοσύνης φασί. καὶ τοῦ ἄρτου καὶ ἐλαίου· καὶ ἄρχεται λέγειν. βοηθεῖτέ μοι, καὶ ἀπαλλάξατε ἀπ᾽ ἐμοῦ τὸ ἄλγημα. *Quoties enim aliquis illorum in morbum incidit, aut à ſerpente morſus eſt, ad aquas deſcendit; & appellationes omnes quas Elxai complexus eſt, invocat, cœli videlicet ac terræ, ſalis & aquæ, ventorum, & Angelorum, ut vocant, juſtitiæ, panis item & olei: tuncque ita dicit; Adeſte mihi; ac dolorem à me depellite.* Qui & legendus Hæreſi 19. Oſſenorum, cap. 1. conferenduſque cum iis quæ hîc habentur num. 2. & 4. Ibid.

aut indiligenter cuſtodiam, aut aliquid addam, aut adulterabo; aut alio quocumque modo vel conſilio, ea ſcripta alteri concedam. Niſi ſi aliquem probavero dignum, quemadmodum ipſe judicatus ſum, vel adhuc magis exploravero, certè non minùs annis ſex: tunc pio & bono, docendi munus capeſſenti, ſicut accepi tribuam; idque ex Epiſcopi ſententiâ faciam.

III. Aliter neque ſi filius ſit, aut frater, aut amicus, aut alio quolibet modo ad genus meum pertinens, ſi indignus exſtiterit; eorum ergo non tradam, uti non decet. Nec verò inſidias formidabo; non muneribus deliniar. Sed & ſi aliquando, donata mihi Prædicationum volumina, non eſſe vera mihi videbuntur, neque ſic largiar, ſed reddam. Cùm autem peregrè profectus fuero, ipſa portabo mecum, quæcumque poſſedero. Quòd ſi noluerim ea mecum circumferre, in domo meâ eſſa non permittam; ſed Epiſcopo meo, eamdem fidem profitenti, & ab iiſdem proficiſcenti commendabo. Si verò contigerit me ægrotare, ac mortem vereri; ſi abſque liberis fuero, ſimiliter agam. Sed & ſi moriar, filium habens indignum, aut nondum capacem, pariter faciam. Scilicet committam meo Epiſcopo: ut ſi puer adultus, fide dignus fuerit, ille tamquam paternum depoſitum filio reddat, juxta modum Conteſtationis.

IV. Quòd autem ita facturus ſim, iterum ſecundò conteſtor, cœlum, terram, aquam, quæ omnia complectuntur; inſuperque his omnibus, cuncta pervagantem aërem, ſine quo non ſpiro; quòd perpetuò obtemperabo ei qui libros meos Prædicationum tribuit; & obſervabo ſecundùm univerſa quæ conteſtatus ſum, aut adhuc magis. Itaque mihi pacta ſervanti, pars erit cum ſanctis: agenti verò contra ea quæ pactus ſum, inimica mihi ſit rerum univerſitas, & cuncta peragrans æther, quique eſt ſuper omnia Deus, quo melior, quo major nullus. Si etiam in ſuſpicionem veniam alterius Dei, hunc quoque nunc juro, me aliter non acturum, ſive ille exſiſtat, ſive non exſiſtat. Ad hæc omnia, ſi fallam, ero exſecrandus, vivens & mortuus, atque æterno puniar ſupplicio. Et poſt hoc panem ac ſal cum largitore ſumat.

V. Hæc Jacobo dicente, Presbyteri timore impalluerunt. Conſpicatus ergo Jacobus quòd vehementer metuerent, ait; Audite me, fratres & conſervi. Si libros unicuique temere præbuerimus, illique à viris quibuſdam confidentibus corrumpantur, aut interpretationibus pervertantur, ſicut jam quoſdam feciſſe audiſtis, reſtabit ut qui planè veritatem quærunt, ſemper errent. Quocirca præſtat, ut libri apud nos maneant, tradamuſque eos cum omni ſupradictâ cautione, iis qui vivere alioſque ſalvos facere cupiunt. Ac ſi aliquis poſt hanc conteſtationem, aliter agat, meritò in æternum ſupplicium incidet. Quâ enim ratione qui aliorum perditionis cauſſa exſtitit, ipſe non peribit? Cùm ergo Presbyteri ſententiâ Jacobi delectati fuiſſent, atque dicerent; Benedictus ſit qui te, ut cunctorum præſcius, pulcrè nobis conſtituit Epiſcopum; hæc inquam cùm dixiſſent, ſurgentes precati ſumus univerſorum Patrem ac Deum; cui gloria in ſæcula. Amen.

νῆς, ἢ ἀμελῶς φυλάσσειν, ἢ τι θεῖναι, ἢ νοθεύειν, ἢ ἄλλῳ οἱῳδήποτε τρόπῳ, ἢ ἐπινοίᾳ ἑτέρῳ αὐτὰ μεταδοῦναι. πλὴν εἰ δοκιμάσω τινὰ ἄξιον, ὡς αὐτὸς ἐκρίθην, ἢ καὶ πλεῖον δοκιμάσας, πλὴν οὐκ ἔλαττον ἔτεσιν ἕξ· ὅτι εὐλαβεῖ καὶ ἀγαθῷ, διδάσκειν ὑποτασσομένῳ, ὡς παρέλαβον παραδώσω· καὶ ταῦτα ἐπὶ τῇ τοῦ ἐπισκόπου γνώμῃ ποιούμενος.

Ἄλλως δὲ οὐδ' ἂν τέκνον, ἢ ἀδελφὸς, ἢ φίλος, ἢ ἄλλος πῶς κατὰ γένος μοι ἀνήκων, ἐάνπερ ἀνάξιος ᾖ, τοῦδε μὴ μεταδοῦναι χάριν, ὡς οὐ προσῆκεν. ὑπὸ ἐπιβουλῆς φοβηθήσομαι· οὐ δώροις κολακευθήσομαι. ἀλλ' εἰ καὶ δόξειέ μοί ποτε τὰ δεδομένα μοι τῶν κηρυγμάτων βιβλία μὴ ἀληθῆ εἶναι, οὐδ' οὕτως μεταδώσω, ἀλλ' ἀποδώσω. ἀποδημῶν δὲ, σὺν ἐμοὶ αὐτὰ κομίσω, ἅπερ ἂν τύχω κεκτημένος. εἰ δὲ μὴ βουληθῶ μεθ' ἑαυτοῦ αὐτὰ περιφέρειν, ἐπὶ τῆς οἰκίας μου εἶναι αὐτὰ οὐκ ἐάσω. ἀλλὰ τῷ ἐπισκόπῳ μου, τῷ τὴν αὐτὴν ἔχοντι πίστιν, καὶ ἀπὸ τῶν αὐτῶν ὁρμωμένῳ παρακαταθήσομαι. εἰ δὲ καὶ τύχοι με * νομίσαι, καὶ τὸν θάνατον ὑπο- *l. νοσῆσαι
πτεῦσαι, ἐὰν ἄτεκνος ὦ, ὁμοίως ποιήσω. ἀλλ' εἰ καὶ τελευτῶ, τέκνον ἔχων οὐκ ἄξιον, ἢ μηδέπω δυνάμενον, ὁμοίως ποιήσω. τῷ γὰρ ἐπισκόπῳ μου παρακαταθήσομαι· ἵνα εἰ μὲν τύχοι ἐφ' ἡλικίας γενόμενος, ἄξιος εἶναι τῆς πίστεως, ὡς πατρῴαν παρακαταθήκην, τῷ τέκνῳ ἀποδώσῃ, κατὰ τὸν τῆς διαμαρτυρίας λόγον.

Ὅτι δὲ οὕτως ποιήσω, πάλιν τὸ δεύτερον διαμαρτύρομαι οὐρανὸν, γῆν, ὕδωρ, ἐν οἷς τὰ πάντα περιέχεται· πρὸς τούτοις ἅπασιν καὶ τὸν διὰ πάντων διήκοντα ἀέρα, οὗ ἄνευ οὐκ ἀναπνέω· ὡς ἀεὶ ὑπήκοος ἔσομαι τῷ τὰς βίβλους μου τῶν κηρυγμάτων διδόντι, καὶ φυλάξω κατὰ πάντα ὅσα διεμαρτυράμην, εἰ καί τι πλεῖον. φυλάσσοντι μὲν οὖν μοι τὰς συνθήκας, μέρος ἔσται μετὰ τῶν ὁσίων· ποιοῦντι δὲ παρ' ἃ συνεθέμην, ἐχθρὸν εἴη μοι τὸ πᾶν, καὶ ὁ διὰ πάντων διήκων αἰθὴρ, καὶ ὁ ὑπὲρ τὰ ὅλα Θεὸς, οὗ κρείττων, οὗ μείζων οὐδ' εἷς. ἀλλ' εἰ καὶ εἰς ἑτέρου Θεοῦ ὑπόνοιαν γένωμαι, κἀκεῖνον νῦν ὄμνυμι, ὡς οὐκ ἄλλως ποιήσω, εἴτ' ἔστιν, εἴτ' οὐκ ἔστιν· πρὸς τούτοις δὲ ἅπασιν εἰ ψεύσομαι, κατάθεμα ἔσομαι ζῶν καὶ θανὼν, καὶ αἰωνίῳ κολασθήσομαι κολάσει. καὶ μετὰ τοῦτο ἄρτου καὶ ἅλατος μετὰ τοῦ παραδιδόντος μεταλαβέτω.

Ταῦτα δὲ Ἰακώβου εἰπόντος, ὠχρίασαν ἀγωνιάσαντες οἱ πρεσβύτεροι. συνιδὼν οὖν ὁ Ἰάκωβος, ὅτι λίαν πεφόβηνται, ἔφη· ἀκούσατέ μου, ἀδελφοὶ καὶ σύνδουλοι. ἐὰν τὰς βίβλους πᾶσιν ὡς ἔτυχεν παράσχωμεν, καὶ αὐτοὶ ὑπὸ τολμηρῶν ἀνδρῶν ποιῶς νοθευθῶσιν, ἢ ταῖς ἑρμηνείαις διαστραφῶσιν, ὡς ἤδη τινὰς ἠκούσατε πεποιηκότας, ἔσται λοιπὸν καὶ τοῖς ὄντως τὴν ἀλήθειαν ζητοῦσιν, ἀεὶ πλανᾶσθαι. διὸ ἄμεινον παρ' ἡμῖν αὐτὰς εἶναι, καὶ μεταδιδόναι μετὰ πάσης τῆς προειρημένης ἀσφαλείας τοῖς θέλουσι ζῆν καὶ ἄλλους σώζειν. εἰ δέ τις μετὰ τὸ οὕτως διαμαρτυρηθῆναι, ἄλλως ποιήσει, εὐλόγως αἰωνίῳ ὑποπεσεῖται κολάσει. τίνι γὰρ λόγῳ ἄλλων ἀπωλείας αἴτιος γενόμενος, αὐτὸς οὐκ ἀπολεῖται; τῶν οὖν πρεσβυτέρων ἐπὶ τῇ τοῦ Ἰακώβου γνώμῃ ἡσθέντων, καὶ εἰπόντων· εὐλόγηται ὁ σὲ, ὡς πάντων προειδὼς, καλῶς ἡμῖν καταστήσας ἐπίσκοπον· καὶ ταῦτα εἰπόντων αὐτῶν, ἐγερθέντες προσηυξάμεθα τῷ τῶν ὅλων πατρὶ καὶ Θεῷ· ᾧ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας. ἀμήν.

7 2 ΠΙ.

διὰ Ῥώμης.

[7] ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΚΛΗΜΕΝΤΟΣ πρὸς Ἰάκωβον.

• al. τοῦ κυρίου ἀδελφῷ
* Deeſt in al.
• al. εἰς

Κλήμης Ἰακώβῳ * τῷ κυρίῳ, καὶ [8] ἐπισκόπων ἐπισκόπῳ, διέποντι δὲ τὴν Ἱερουσαλὴμ ἁγίαν * Ἑβραίων ἐκκλησίαν, καὶ τὰς πανταχῇ Θεοῦ προνοίᾳ ἱδρυθείσας καλῶς, σύν τε πρεσβυτέροις, καὶ διακόνοις, καὶ τοῖς λοιποῖς ἅπασιν ἀδελφοῖς, εἰρήνη * εἴη πάντοτε.

• f. πέτρος vel ὁμαλός

ΓΝΩ'ΡΙΜΟΝ ἔστω σοι, κύριέ μου, ὅτι Σίμων, [9] ὁ διὰ τὴν ἀληθῆ πίστιν, καὶ τὴν ἀσφαλεστάτην αὐτοῦ τῆς διδασκαλίας ὑπόθεσιν, τῆς ἐκκλησίας * [10] θεμέλιος εἶναι ὁρισθείς. καὶ δι' αὐτὸ τοῦτο ὑπ' αὐτοῦ τοῦ Ἰησοῦ ἀψευδεῖ στόματι μετονομασθεὶς Πέτρος· ἡ ἀπαρχὴ τοῦ κυρίου ἡμῶν· ὁ τῶν ἀποστόλων πρῶτος, ᾧ πρώτῳ ὁ πατὴρ τὸν υἱὸν ἀπεκάλυψεν· ὃν ὁ Χριστὸς εὐλόγως ἐμακάρισεν· ὁ κλητὸς καὶ ἐκλεκτὸς, καὶ συνέστιος, καὶ συνοδοιπόρος· ὁ καλὸς καὶ δόκιμος μαθητής· ὁ τῆς δύσεως τὸ σκοτεινότερον τοῦ κόσμου μέρος, ὡς πάντων ἱκανώτερος, φωτίσαι κελευσθεὶς, καὶ κατορθῶσαι δυνηθείς. καὶ δὴ μέχρι τοῦ μηκύνειν τὸν λόγον, μὴ βουλόμενος σημᾶναι τὰ λυπηρὰ, ἃ ἐξ ἀνάγκης, κἂν βραδὺ, πάντως εἰπεῖν με δεῖ: οὗτος αὐτὸς, διὰ τὴν ἄμετρον πρὸς ἀνθρώπους στοργὴν, σαφῶς δημοσίᾳ, [11] ἐπὶ τοῦ ἐνεστῶτος πονηροῦ, τὸν ἐσόμενον ἀγαθὸν ὅλῳ τῷ κόσμῳ μηνύσας βασιλέα, μέχρις ἐνταῦθα τῇ Ῥώμῃ γενόμενος, θεοβουλήτῳ διδασκαλίᾳ σώζων ἀνθρώπους· [12] αὐτὸς τοῦ νῦν βίου βιαίως τὸ ζῆν μετήλλαξεν.

Πρὸς αὐταῖς δὲ τῶν ἡμέραις αἷς ἤμελλεν τελευτᾶν, συνηθροισμένων τῶν ἀδελφῶν, αἰφνιδίως λαβόμενός μου τῆς χειρὸς, ἐγερθεὶς, ἐπὶ τῆς ἐκκλησίας ἔφη· ἀκούσατέ μου ἀδελφοὶ καὶ σύνδουλοι· ἐπεὶ, ὡς ἐδιδάχθην ὑπὸ τοῦ με ἀποστείλαντος κυρίου τε καὶ διδασκάλου Ἰησοῦ Χριστοῦ, αἱ τοῦ θανάτου μου ἠγγίκασιν ἡμέραι, Κλήμεντα τοῦτον ἐπίσκοπον ὑμῖν [13] χειροτονῶ, ᾧ τὴν ἐμὴν τῶν λόγων πιστεύω καθέδραν, τῷ ἀπαρχῆς μοι μέχρι τοῦ τέλους συνοδεύσαντι, καὶ οὕτως πασῶν μου τῶν ὁμιλιῶν ἐπακούσαντι· συνελὼν

EPISTOLA CLEMENTIS ad Jacobum.

E Roma.

Clemens Jacobo Domino, & Epiſcoporum Epiſcopo, regenti autem Hieroſolymam, ſanctam Hebræorum Eccleſiam, omneſque quæ ubique Dei providentiâ pulcre fundatæ ſunt; cumque Presbyteris, ac Diaconis, & cæteris omnibus fratribus, pax ſit ſemper.

I. NOTUM tibi ſit, Domine mi; quòd Simon, qui propter veram fidem & firmiſſimam doctrinæ ſuæ baſim, Eccleſiæ fundamentum eſſe definitus eſt; atque ob id ab ipſo Jeſu ore non fallaci tranſnominatus eſt Petrus; primitiæ Domini noſtri; Apoſtolorum primus; cui primo Pater Filium revelavit; quem Chriſtus meritò beatum prædicavit; vocatus, & electus; & convictor, & comes; bonus ac probatus diſcipulus; qui Occidentis obſcuriorem mundi plagam, ut omnium magis idoneus, illuſtrare præceptus eſt, nec non inſtaurare potuit. Sed quouſque ſermonem protraho, nolens ſignificare quod triſte eſt; quod neceſſariò, licèt tardè, omnino dicere me oportet? Hic ipſe, ob immenſam erga homines caritatem, clarè palàm, repugnante licèt Malo, futurum bonum toti mundo indicans Regem; huc uſque Romam veniens, & Deo placitâ doctrinâ ſalvans homines: ipſe præſentem vitam per vim cum morte commutavit. I. Clement. Hom. 17. c. 19.

II. In ipſis autem diebus, quibus brevi moriturus erat, congregatis fratribus, ſubitò apprehenſâ manu meâ conſurgens, coram Eccleſia dixit: Audite me fratres & conſervi: Quoniam, ſicut edoctus ſum ab eo qui miſit me Domino & Magiſtro Jeſu Chriſto, dies mortis meæ appropinquat, Clementem hunc Epiſcopum vobis ordino; cui meam ſermonum Cathedram credo; qui mihi ab initio uſque ad finem comes extitit, ſicque omnes ſermones meos audivit: breviter di-

7. Duplex eſt circa hanc Epiſtolam opinio Veterum. Prima Rufini Præfatione ad Recognitiones, eam poſt Recognitionum libros fuiſſe ſcriptam: altera Photii Cod. 112. 113. eſſe dedicationem Operis quod actus Petri, & diſputationes cum Simone, necnon recognitionem Clementis ejuſque patris ac fratrum complectebatur. E quibus duabus ſententiis poſteriorem malim amplecti: partim ex auctoritate MS. hujuſce noſtri Clementinorum, & alterius Codicis de quo infrà: partim ob RR. PP. Carmelitarum excalceatorum Librum, in quo inter Rufini Præfationem & Recognitiones collocatur Epiſtola: tum denique quia declaratur ad finem Epiſtolæ, poſt eam ſequi librum de Clemente differentem, ejuſque peregrinationibus cum Petro, aliiſque uſque ad pueritiæ cogitationes, ac de ſermonibus atque actibus Petri, ut ſuſcriptum, Κλήμεντος τῶν Πέτρου ἐπιδημιῶν κηρυγμάτων ἐπιτομή. Latinè Rufino, *Clementis Itinerarium prædicationis Petri*. idem autem hoc habent argumentum Recognitiones & Clementina, idemque titulus præfigitur, Græcus, Clementinorum Homiliis, Latinus, Recognitionibus Cod. Thuan. Sed objici poteſt pro Rufino: Epiſtolæ num. penult. præcipitur Clementi, ut Jacobo narret etiam mortem Petri, quâ de morte nihil dicitur in Recognitionibus. Reſpondeo, de Recognitionibus, nos habere Opus imperfectum, ſive eo modo relictum ab Auctore, ſeu potiùs injuriâ temporum amiſſum. Quod verò ad Clementina ſpectat, ſimiliter aio, abeſſe à MS. Regio finem Operis, ibique forſan actum fuiſſe de morte Apoſtoli Petri. Addi poteſt quod horum Apocryphorum Scriptor vel plura promiſerit, quàm peregerit, vel promiſſis ſatisfecerit alio libro, fortè Periodis Petri. COT.

8. Ἐπισκόπων ἐπισκόπῳ] Conſule Savaronem ad Sidonii Epiſtolam 1. libri 6. in qua Lupus Epiſcopus Tricaſſinus appellatur Pater Patrum & Epiſcopus Epiſcoporum & alter ſæculi ſui Jacobus. Sed & Arnobio in Pſalmum 138. Petrus eſt Epiſcopus Epiſcoporum; Rufino Hiſtoriæ Euſebianæ lib. 2. cap. 1. Jacobus, Apoſtolorum Epiſcopus; Græcis Abbatibus & Monachis multis in Concilio Lateranenſi ſub Martino 1. Secretario 2. Martinus Papa, Sacerdos Sacerdotum & Pater Patrum; Auctori Quæſtionum ad Orthodoxos apud Juſtinum, cap. 119. Paulus, ποιμὴν ποιμένων, & Gregorius Nyſſenus Concilio Nicæno 2. Actione 6. & Clemens noſter Anaſtaſio Sinaitæ Quæſt. 96. p. 526. Denique à Maximo in Diſputatione cum Pyrrho, Clemens Alexandrinus, Philoſophus Philoſophorum dicitur. Ibid.

9. Ὁ τὴν ἀληθῆ πίστιν.] Supple ex Vita S. Clementis, prout habetur in Codice Regio 804. ὁ διὰ τὴν. Ex vita illo ex Codice ſæpius à nobis citabitur: continet autem tum Clementinam Epitomen, impreſſâ auctiorem, additis non paucis ex Opere Clementinorum, ſed innoxiis, tum plurima ex Epiſtola hac, tum Martyrium Clementis quod edendum curavimus. Ibid.

10. Θέμεθλος.] Legendum cum eodem MS ac ex Rufino, & Clementinorum Homil. 17. cap. 19. θεμέλιος. Ibid.

11. Ἐπὶ τοῦ ἐνεστῶτος πονηροῦ.] Rectè Codex 804. addit αἰῶνος. quod & legit Rufinus, ſed perperam ad ſequentia retulit, non ad πονηροῦ. Verto; *in præſenti malo ſæculo*. Suſpicor etiam ſcribendum mox, ἐσομένου, *futuri ſæculi*, atque ita lectum à Rufino, dum interpretatur, *omnium ſæculorum*. Ibid.

12. *Αὐτὸς δὲ τοῦ νῦν βίου βιαίως τὸ ζῆν μετήλλαξεν.*] Secutus eſt Auctor Epiſtolæ errorem eorum qui Petro Jacobum ſuperfuiſſe arbitrabantur: quales extitiſſe conſtat ex Chronico Alexandrino, in quo Jacobi mors confertur ad annum primum Veſpaſiani. Ibid.

13. Χειροτονῶ] Epitom. 145. χειροτονῶ ὑμῖν. Verſio Rufini, *ordino*, ubi tamen qui dicitur Abdias *ordinabo* videtur legiſſe, χειροτονήσω in futuro 1. Ibid.

14. Πο-

dicam, qui in omnibus tentationibus meis particeps, in fide perſeverans inventus eſt: quem plus cæteris expertus ſum religioſum, humanum, caſtum, eruditum, temperantem, bonum, juſtum, patientem, & ſcientem fortiter ferre nonnullorum Catechumenorum ingratum animum. Quocirca ipſi trado ligandi & ſolvendi poteſtatem; ut quodcumque in terris ordinaverit, ſit decretum in cœlis. Ligabit enim quod ligari oportet, & ſolvet quod oportet ſolvi; tamquam qui Eccleſiæ regulam noverit. Ipſum ergo audite, ut ſcientes quòd qui contriſtaverit veritatis præſidem, peccat in Chriſtum, & univerſorum Patrem irritat: quapropter non vivet. Cæterùm ipſum præſidem oportet medici locum tenere, non autem feræ beſtiæ furorem habere.

Clementina, Hom. 3. c. 66.

III. Hæc illo dicente, ego procidens rogabam eum, Cathedræ honorem & poteſtatem deprecans. At ille reſpondit; Hac de re noli me orare: hoc enim fieri ſtatutum eſt; eóque magis quòd excuſas: quia hæc Cathedra non opus habet temerario ſedendi in ea cupido, ſed viro moribus ſancto & in Doctrina erudito. Porro da mihi præſtantiorem, qui plus te mecum peregrinatus fuerit, & ſermones meos audierit, ac Eccleſiæ adminiſtrationem didicerit; & non cogam te, nolentem bene agere. Sed non poteris nunc meliorem quàm tu es exhibere. Tu namque inter eos qui per me ex Gentibus ſervati ſunt, locum optimarum primitiarum obtines. Sed & aliud reputa; quòd ſi peccati periculum metuens, Eccleſiæ gubernationem non ſuſcipis; certus eſto te amplius peccare; qui cùm poſſis Dei cultoribus, velut navigantibus & periclitantibus, ſuccurrere, id facere recuſas; quod ſuum eſt dumtaxat conſiderans, & non quod in commune omnibus expedit. Quòd autem periculum omnino ſuſcipere te oporteat, me id rogare non ceſſante in cunctorum ſubſidium, optimè novi. Quantò ergo citiùs mihi aſſenſus fueris, tantò me triſtitiâ levabis.

Ibid. c. 65.

Ibid. c. 61.

IV. Novi autem etiam ipſe, ô Clemens, quòd tibi conciliem moleſtias, & mœrores, & pericula, & probra, ab ineruditâ plebe importanda; quæ fortiter poteris ferre, reſpiciens ad patientiæ magnam mercedem tibi à Deo reddendam. Sed & illud mecum juſtè conſidera; quando tuo auxilio opus eſt Chriſto, nunc cùm Malus adversùs ſponſam illius bellum ſuſcepit, an in ſequenti tempore, quando victoriâ partâ regnabit, nullo ampliùs ſubſidio indigens? Nonne etiam exigui ingenii viro claret, quòd in præſenti tempore? Omnibus ergo animi viribus, in hoc præſentis neceſſitatis tempore feſtina opem ferre bono Regi, magnas remunerationes poſt victoriam reddere ſolito. Læto igitur animo Epiſcopatum ſuſcipe, opportunè eò magis quòd Eccleſiæ diſpoſitionem à me didiciſti, ad fratrum qui ad nos confugerunt ſalutem.

Ibid. c. 64.

V. Verumtamen & breviter curam omnibus & propter omnes, quæ ad eam diſpoſitionem pertinent volo commemorare. Te quidem oportet irreprehenſibiliter vivere, & maximo ſtudio omnes vitæ occupationes abjicere; ut non ſis fidejuſſor,

Sermo Petri ad Clementem, & præcepta moriturus.

ἐμοῦ, ὃς ἐν πᾶσι πειρασμοῖς μου κοινωνήσας, τῇ πίστει προσκαρτερῶν εὑρέθη· ὃν πλείω πάντων πεπείραμαι θεοσεβῆ, φιλάνθρωπον, ἁγνόν, πολυμαθῆ, σώφρονα, ἀγαθόν, δίκαιον, μακρόθυμον, καὶ γενναίως εἰδότα φέρειν τὰς ἐνίων τῶν κατηχουμένων ἀχαριστίας. διὸ αὐτῷ μεταδίδωμι τὴν ἐξουσίαν τοῦ δεσμεύειν καὶ λύειν, ἵνα περὶ παντὸς οὗ ἂν χειροτονήσῃ ἐπὶ γῆς, ἔσται δεδογματισμένον ἐν οὐρανοῖς. δήσει γὰρ ὃ δεῖ δεθῆναι, καὶ λύσει ὃ δεῖ λυθῆναι, ὡς τὸν τῆς ἐκκλησίας εἰδὼς κανόνα. αὐτοῦ οὖν ἀκούετε, ὡς γνόντες ὅτι ὁ τὸν ἀληθείας προκαθεζόμενον λυπῶν, εἰς Χριστὸν ἁμαρτάνει, καὶ τὸν πατέρα τῶν ὅλων παροργίζει· οὗ ἕνεκεν οὐ ζήσεται. καὶ αὐτὸν οὖν δεῖ τὸν προκαθεζόμενον, ἰατροῦ τόπον ἐπέχειν, οὐ θηρίου ἀλόγου θυμὸν ἔχειν.

Αὐτοῦ ταῦτα λέγοντος, ἐγὼ προσπεσὼν ἐπεδεόμην αὐτοῦ, παραιτούμενος τὴν τῆς καθέδρας τιμήν τε καὶ ἐξουσίαν. ὁ δὲ ἀπεκρίνατο· περὶ τούτου μή με ἀξίου· τοῦτο γὰρ γενέσθαι δέδοκταί μοι, καὶ ταύτῃ μᾶλλον εἰ παραιτῇ· ὅτι ἡ τοιαύτη καθέδρα οὐ φιλοκαθεδριῶντος τολμηροῦ χρείαν ἔχει, ἀλλ' εὐλαβοῦς τὸν τρόπον καὶ [14] πολυμαθοῦς τὸν λόγον· δὸς δὲ τὸν κρείττονα, ὃ ἐμοὶ σοῦ πλεῖον συναπεδήμησε, καὶ τῶν λόγων ἐπήκουσε, καὶ τὴν διοίκησιν τῆς ἐκκλησίας ἐκμεμάθηκε, καὶ οὐκ ἀναγκάσω σε, καλῶς ποιεῖν οὐ θέλοντα. ἀλλ' οὐ δυνήσει νῦν τινὰ σοῦ κρείττονα παρασχεῖν· σὺ γὰρ δι' ἐμοῦ τῶν σωζομένων ἐθνῶν [15] ἡ κρείττων ἀπαρχή. πλὴν καὶ τὸ ἕτερον λόγισαι, ὅτι * τὸν κίνδυνον τῆς ἁμαρτίας φοβούμενος, οὐκ ἀναδέχῃ τῆς ἐκκλησίας τὴν διοίκησιν, σὺ ἴσθι εἰδώς, ὅτι πλεῖον ἁμαρτάνεις, ὅσοις τοῖς θεοσεβοῦσιν, ὥσπερ πλέουσι καὶ κινδυνεύουσι, βοηθεῖν δυνάμενος, οὐ θέλεις, διασκοπῶν μόνον τὸ ἴδιον, καὶ οὐ τὸ κοινῇ πᾶσι συμφέρον. ὅτι δὲ τὸν κίνδυνον πάντως ἀναδέξασθαί σε δεῖ, [16] ἐμοῦ τοῦτο ἀξιοῦν μὴ παυομένου εἰς τὴν τῶν πάντων βοήθειαν, ὀρθῶς ἐπίσταμαι. ὅσῳ οὖν μοι ταχύτερον συνθήσεις, τοσοῦτόν με τῆς ἀθυμίας κουφίσεις.

* Deest εἰ

Οἶδα δὲ καὶ αὐτός, ὦ Κλήμης, λύπας, καὶ ἀθυμίας, καὶ κινδύνους, καὶ ψόγους, τοὺς ἐξ ἀπαιδεύτων ὄχλων σοι δεησόμενος, ὡς δυνήσῃ γενναίως φέρειν, ἐνορῶν τὸν τῆς ὑπομονῆς τὸν ἐκ Θεοῦ σοι μέγαν ἀποδιδόμενον μισθόν. ἀλλὰ καὶ δικαίως συνενθυμήθητί μοι, πότε σου τῆς συμμαχίας χρείαν ἔχει ὁ Χριστός, νῦν ὅτε ὁ πονηρὸς κατὰ τῆς αὐτοῦ νύμφης πόλεμον ἤρατο, ἢ εἰς τὸν ἐπιόντα χρόνον, ὅτε νικήσας βασιλεύσει, μηδεμίας τοῦ λοιποῦ χρείαν ἔχων βοηθείας; οὐχὶ καὶ τῷ βραχὺ νοῦν ἔχοντι δῆλον, ὅτι νῦν; πάσῃ οὖν προαιρέσει ἐν τῷ τῆς παρούσης ἀνάγκης χρόνῳ τάχυνον συμμαχῆσαι βασιλεῖ ἀγαθῷ, μισθοὺς μεγάλους μετὰ νίκην ἀποδιδόναι πεφυκότι. χαίρων οὖν ἐπισκόπευσον, εὐκαίρως ταύτῃ μᾶλλον ὡς διοίκησιν ἐκκλησίας παρ' ἐμοῦ μεμαθηκώς, εἰς τὴν τῶν ἡμῖν προσφυγόντων ἀδελφῶν σωτηρίαν.

Πλὴν καὶ * [17] βραχείας ἐπὶ πάντων διὰ πάντας, τὰ τῆς διοικήσεως ὑπομνῆσαι θέλω. σὲ μὲν χρὴ ἀνεπιλήπτως βιοῦντα, σπουδῇ μεγίστῃ πάσας τὰς βίου ἀσχολίας ἀποσείεσθαι, μήτε ἐγγυητὴν γινόμενον, μήτε συνήγορον, μηδὲ ἑτέραν τινὰ

διαλέξεις Forte σοὶ Κλήμεντα, καὶ αὐτολαλεῖ μάλλοντο πλάτει.

* f. βραχέα

14. Πολυμαθοῦς τὸν λόγον.] Eodem modo Turrianus Proœmio Latino ad Conſtitutiones Apoſtolicas. At in Prolegomenis Græcis in eaſdem, φιλομαθοῦς τὸν λόγον, quemadmodum Codex Regis. COT.

15. Εἰ κρείττων ἀπαρχή.] Lectio εἰ Turriani eſt, Pro Epiſtolis Pontificum lib. 2. cap. 14. Nam duo Regii Libri habent ἡ. Mox εἰ quod deeſt, oſtendit MS. 804. Ibid.

16. Ἐμοῦ τοῦτο ἀξιοῦν μὴ παυομένου εἰς τὴν τῶν πάντων βοήθειαν.] Clarum eſt hæc ad preces Sanctorum mortuorum non ſpectare: ſed Ruſinus obſcurius convertit. Ibid.

17. Βραχείας] MS. 804. βραχέα. bene. Et pòſt, ἀποσείεσθαι. ſed in Codice Clementinorum, qui eſt Regius 1648. ſemper cum ſimplici Jota ſcribitur: circa quod conſuli debet πολυμαθέστατος Salmaſius Notis ad Inſcriptionem Herodis p. 64. 65. Ibid.

18. Ἀυτ-

περὶ βιωτικῶν περιεσπασμένον πραγμάτων. οὐ γὰρ κριτὴν ἢ δικαστὴν χρημάτων ἢ ἀσχολημάτων καθεστάναι σε θέλει τῶν νῦν βιωτικῶν πραγμάτων ὁ Χριστός· ἵνα συνεχόμενος εἰς τὰς νῦν τῶν ἀνθρώπων φροντίδας, μὴ εὐσχολῇς χωρίζειν λόγῳ ἀληθείας, ἀνθρώπων τοὺς κρείττονας ἀπὸ τῶν χειρόνων. ἀλλὰ ταῦτα μὲν οἱ μανθάνοντες ἀλλήλοις παρεχέτωσαν, καὶ ἀπὸ τῶν σώζειν δυναμένων λόγων μὴ [18] ἀποσχολήτωσαν. ὡς γάρ σοι ἀσεβές ἐστι, τὰς βιωτικὰς φροντίδας ἀναδέξασθαι, καταλείψαντα ποιεῖν ὃ ἐκελεύσθης· οὕτως ἑκάστῳ λαϊκῷ ἁμαρτία ἐστίν, ἐὰν μὴ ἀλλήλοις καὶ ἐν ταῖς βιωτικαῖς χρείαις παρίστωνται. καὶ σε δὲ περὶ ὧν χρὴ ἀμέριμνον εἶναι οἱ πάντες ποιεῖν ἐὰν μὴ νοῶσι, παρὰ τῶν διακόνων μανθανέτωσαν· ἵνα μόνης τῆς ἐκκλησίας τὴν φροντίδα ἔχῃς, πρός τε τὸ διοικεῖν αὐτὴν καλῶς, καὶ τὸ τοὺς τῆς ἀληθείας λόγους παρέχειν.

Εἰ γὰρ ἐὰν βιωτικαῖς μερίμναις ἀσχοληθῇς, καὶ σεαυτὸν καὶ τοὺς ἀκροατὰς ἐνεδρεύσεις· τὰ γὰρ συμφέροντα ἐφοδιάζειν, διὰ τὴν ἀσχολίαν οὐ δυνηθεὶς, καὶ σὺ ὡς μὴ διδάξας τὸ συμφέρον, κολασθήσῃ, οἱ δὲ μὴ μαθόντες, ἀγνοίας αἰτίᾳ ἀπολοῦνται. διὸ σὺ μὲν [19] αὐτοῖς * εὐσχολῶς προκαθέζου, πρὸς τὸ εὐκαίρως παρέχειν τοὺς σώζειν αὐτοὺς δυναμένους λόγους· καὶ οὕτως ἐπακουέτωσάν σου, εἰδότες ὅτι ὁ τῆς ἀληθείας πρεσβεύτης, ὃ ἂν δήσῃ ἐπὶ γῆς, δέδεται καὶ ἐν οὐρανῷ, ὃ δ' ἂν λύσῃ, λέλυται. [20] σὺ δὲ δήσεις ἃ δεῖ δεθῆναι, καὶ λύσεις ἃ δεῖ λυθῆναι, καὶ τὰ μὲν κατὰ σὲ τὸν προεστῶτα ταῦτά ἐστι, καὶ τὰ τούτοις ὅμοια.

*l. ἀσχολῶς

περὶ γάμου τῶν νέων.

Τὰ δὲ κατὰ τοὺς πρεσβυτέρους ἔστω τάδε. πρὸ πάντων [21] τοὺς νέους πρὸς γάμον ζευγνύτωσαν ἐν τάχει, προλαμβάνοντες τῆς νεαζούσης ἐπιθυμίας τὰ παγιδεύματα. ἀλλὰ μὴν δὲ τῶν ἤδη γερόντων, περὶ γάμου ἀμελείτωσαν· ἐνίοις γὰρ καὶ γηράσκουσιν, ἀλκαία ἔνεστιν ἐπιθυμία. ἵνα δὲ μὴ ἡ πορνεία τελείαν λαβοῦσα καθ' ὑμῶν, εἰς ὑμᾶς τὸν αὐτῆς ἐμβάλῃ λοιμόν, προασφαλίζεσθε, καὶ ἐρευνᾶτε, μή πως τὸ τῆς μοιχείας λανθανόντως ἐν ὑμῖν ἀναφθῇ πῦρ. πολὺ γὰρ δεινὸν ἡ μοιχεία, τοσοῦτον ὅσον τὰ δευτερεῖα ἔχειν αὐτὴν τῆς κολάσεως· ἐπεὶ τὰ πρωτεῖα τοῖς ἐν πλάνῃ οὖσιν ἀποδίδοται, κἂν σωφρονῶσιν. διὸ ὑμεῖς, ὡς ἐκκλησίας πρεσβύτεροι, ἐξασκήσατε τὴν Χριστοῦ νύμφην εἰς σωφροσύνην. νύμφην δὲ λέγω, τῆς ἐκκλησίας τὸ σύστημα. ἐὰν γὰρ σώφρων καταληφθῇ ὑπὸ νυμφίου βασιλέως, τιμῆς μεγίστης τεύξεται, καὶ ὑμεῖς μεγάλης εὐφροσύνης, ὡς κλητοὶ γάμου, ἀπολαύσετε. ἐὰν δὲ ἡμαρτηκυῖα φωραθῇ, αὐτὴ μὲν ἔκβλητος ἔσται, ὑμεῖς δὲ δίκην [22] δώσετε, μή πως παρὰ τὴν ὑμετέραν ἀμέλειαν γέγονεν ἡ ἁμαρτία.

Διὸ πρὸ πάντων περὶ σωφροσύνης φροντίζετε. λίαν γὰρ παρὰ τῷ Θεῷ χαλεπὸν ὥρισται ἡ πορνεία. πορνείας δὲ εἴδη πολλὰ, ὡς καὶ αὐτὸς Κλήμης ὑμῖν διηγήσεται. πλὴν πρώτη μοιχεία ἐστὶν, τὸ ἄνδρα μὴ ἰδίᾳ μόνῃ χρήσασθαι γυναι-

neque advocatus, neque ullo alio implicitus ſæculari negotio. Non enim judicem & cognitorem pecuniarum vel negotiorum rerumque ad hanc vitam pertinentium conſtituere te vult Chriſtus; ut præſentibus hominum curis detentus, tempus non habeas ad ſeparandos juxta veritatis modum homines bonos à malis. Verùm illa quidem ſibi invicem exhibeant qui diſcunt, & te à ſermonibus ſalvos facere valentibus non avocent. Quemadmodum enim tibi impium eſt, ſæculares curas ſuſcipere, relicto eo quod facere juſſus es: ita ſingulis Laicis peccatum eſt, ſi ſibi invicem etiam in mundanis neceſſitatibus præſtò non ſint. Equidem ſi cuncti non cogitent facere uti tu, in rebus in quibus id decet, ſecurè & tranquillè vivas; à Diaconis edoceantur; quò ſolius Eccleſiæ ſollicitudinem geras, tum ad ſcitè eam adminiſtrandam, tum ad tradendos ſermones veritatis.

Conſtitut. Apoſt. l. 2. c. 6. Can. Apoſt. 16.

VI. Nam ſi curis ſæcularibus occupatus fueris, & teipſum & auditores decipies. Conducibilia enim præbere, per occupationem non valens, & tu quaſi qui utilia non docueris punieris, & qui non edocti erunt, ignorantiæ ergo peribunt. Quocirca tu quidem fac ut abſque occupatione præſideas, quò tempeſtivè ſermones quibus illi ſalvari poſſint præbeas: ſicque te audiant, ſcientes, legatus veritatis quodcumque ligaverit ſuper terram, ligatum eſſe & in cœlo, & quodcumque ſolverit, ſolutum eſſe. Tu autem ligabis quæ ligari oportet, & ſolves quæ ſolvenda ſunt. Atque ad te quidem qui præes, quæ pertinent, iſta ſunt, & his ſimilia.

VII. Quæ verò ad Presbyteros ſpectant, iſta ſint. Ante omnia, juvenes nuptiis citò jungant, laqueos ferventis in juventâ cupiditatis præveniendo. Sed nec de conjugio jam ſenum, curam abjiciant: nam in nonnullis, etiam cùm ſenuerint, valida ineſt cupiditas. Ne igitur fornicatio, adversùm vos graſſandi occaſione acceptâ, peſtem in vos invehat, præcavete; & conquirite, ne fortè in vobis occultè adulterii ignis fuerit accenſus. Multùm quippe grave peccatum eſt, adulterium; in tantum ut ſecundum in pœnis obtineat locum; quandoquidem primus debetur iis qui in errore degunt, quamvis temperanter vivant. Quare vos, velut Eccleſiæ Presbyteri, Chriſti ſponſam ad caſtitatem exercete. Sponſam autem dico, Eccleſiæ corpus & congregationem. Si enim pudica inventa fuerit à ſponſo Rege, maximum honorem conſequetur; vuſque grandi lætitiâ, velut invitati ad nuptias, fruemini. Si verò in peccato deprehenſa fuerit, ipſa quidem ejicietur; vos autem pœnas dabitis, ne fortè per veſtram negligentiam peccatum commiſſum fuerit.

De ſenibus. Clement. Hom. 3. c. 68. Conſt. Apoſt l. 4. c. 11.

VIII. Quocirca ante omnia de pudicitia ſolliciti eſtote. Quippe apud Deum admodùm grave quid cenſetur fornicatio. Cæterùm ſpecies fornicationis multæ ſunt, ut & ipſe Clemens vobis enarrabit. Attamen primum adulterium eſt, virum

18. Ἀποσχολήτωσαν.] Liber 804. ἀσχολείτωσαν. Et paullò pòſt, προκαθέζου. COT.
19. Αὐτοῖς] Idem, αὐτοῦ. Ibid.
20. Σὺ δὲ δήσεις &c.] Citatur ex τῶν Κλημεντίων MS. Regio 940. Lege cap. 2. In Epiſtola Niconis Tom. 3. Bibliothecæ ſanctorum Patrum & apud Balſamonem; *Magnus quoque Petrus ad Clementem; Tu quidem ea ligabis quæ ligare oportet, & ſolves quæ ſolvenda ſunt.* Martyrium S. Dionyſii Areopagitæ; [illegible] Πέτρον [illegible] Κλήμεντα [illegible] Χριστοῦ [illegible] Ibid.


Καὶ πάλιν ἀπορούμενος ἔλεγον ἐμαυτῷ, τί ματαιοπονῶ, σαφοῦς ὄντος τοῦ πράγματος; ὅτι εἰ μὲν θανὼν οὐκ εἰμί, νῦν ὄντα με λυπεῖ-

CLEMENTIS DE PRÆDICATIONIBUS
Petri inter peregrinandum, Epitome.

HOMILIA PRIMA.

I. EGo Clemens, civis Romanus, primam ætatem pudicè ac temperanter vivere valui, cùm à pueritia mens mea atque cogitatio inhærentem mihi cupiditatem avocaret ad mœrores & moleſtias. Inerat enim conſideratio, neſcio unde oborta, quæ crebrò mortis commonebat; quòd utique poſt mortem non ero, neque uſquam mei mentionem quiſquam facturus eſt, ſcilicet, immenſo tempore, cunctorum cuncta in oblivionem adducente? Ero autem non exſiſtens, eos qui ſunt non cognoſcens; nec cognoſcens, nec cognitus; quique aliquando non fuerim, & tunc non ſim? Et an factus ſit mundus; & antequam fieret, quidnam erat? Nam ſi ſemper exſtitit, ſemper erit: ſi autem factus eſt, etiam diſſolvetur: & poſt diſſolutionem, quid erit iterum, niſi fortè ſilentium & oblivio? Et forſan erit aliquid, quod nunc cogitare eſt impoſſibile.

De cogitationibus Clementis obortis in juventute. Epitom. c. 1. &c. Recogn. l. 1. c. 1. &c.

II. Hæc atque his ſimilia, neſcio unde, indeſinenter cogitans, acerbam adeò cepi triſtitiam, ut pallerem ac tabeſcerem: & quod moleſtiſſimum, ſi quando eam ſollicitudinem tamquam inutilem repellere cogitarem; vehementior multò me urgebat affectus: eamque rem ægrè ferebam, neſciens quòd contubernalem præclaram haberem eam cogitationem, quæ mihi bonæ immortalitatis exſtitit cauſſa, quemadmodum poſtea experientiâ agnovi, & Deo cunctorum Domino gratias egi. Cùm enim me ab initio illa conſideratio premeret, ad rerum inquiſitionem & inventionem venire coactus ſum: tuncque miſeros judicavi, quos principiò per ignorantiam beatos prædicare auſus fueram.

III. Igitur cùm à puerili ætate in hujuſmodi degerem cogitationibus; quò aliquid certi addiſcerem, ad Philoſophorum adventabam ſcholas; nihilque aliud cernebam, quàm dogmatum deſtructiones & adſtructiones, item lites & contentiones, & ſyllogiſmorum artificia, necnon ſumptionum excogitationes: & interdum quidem prævalebat, verbi gratiâ, animam eſſe immortalem, interdum autem mortalem eſſe. Si quando igitur ſermo de illius immortalitate, obtinebat, lætabar; cùm verò ſermo de mortalitate, triſtis eram: magis autem rurſus animum deſpondebam, quòd neutrum poſſem menti meæ infigere: verùm reputabam mecum, ſententias controverſiarum, pro viribus propugnatorum, veras aut falſas exiſtimari, non autem tales videri, quales revera ſunt. Jam igitur animadvertens, comprehenſionem non oriri ex rebus ad agitandum propoſitis, ſed pro ingenio diſputantium ſtatui dogmata; adhuc magis hiſce de rebus perplexus hærebam: quare ex animæ profundo gemebam; neque enim poteram firmi aliquid decernere, neque de iſtis ſollicitudinem valebam depellere; etſi, quemadmodum dixi antea, id vellem; quoniam cùm mihi frequenter quierem imperarem, neſcio quo modo latenter horum cum voluptate ſubibat me cogitatio.

De dogmatibus eorumque defenſoribus.

IV. Et iterum hæſitans dicebam apud me; Quid inaniter laboro, cùm manifeſta ſit res? Quòd ſi quidem poſt mortem non ero; nunc, quando ſum,

De cogitationibus quas volutavit, quaſque ſtatuit.

---

1. Αἱ δόξαι τῶν ὑποθέσεων.] Regiv Codice 1500.
Τοῦ ἁγίου Κλήμεντος Πάπα Ῥώμης.
Αἱ γὰρ δόξαι τῶν ὑποθέσεων, παρὰ τὸν συλλογιζόμενον ἀληθεῖς ἢ ψευδεῖς ἀποφαίνονται, καὶ οὐχ ὡς ἔχουσιν αὐταὶ ἀφ' ἑαυτῶν ἀληθείας προσλαμβάνονται. COTELERIUS.

2. Ἀποφέρονται.] Hic quoque legendum eſt, ἀποφαίνονται, Ut Epitomes cap. 3. Suprà. Ibid.

3. Ὅτι

ſum, contriſtari me non oportet. Quocirca triſtitiam ad illam diem reſervabo, in qua, cùm futurus non ſim, non contriſtabor. Si autem ero, cur nunc mihi ſuperfluò ineſt triſtitia? Statimque poſtea, alia me ſubiit cogitatio. Dicebam quippe; An non illic pejus quidpiam eo quod me nunc cruciat, paſſurus ſum, ſi piè non vixero; ac ſecundùm quorumdam Philoſophorum ſermones, Pyriphlegethonti tradendus ſum & Tartaro, quemadmodum Siſyphus, vel Tityus, vel Ixion, vel Tantalus; atque in Inferno æternùm puniar? Iterumque replicabam, dicens; Sed iſta non ſunt. Rurſuſque aiebam; At ſi ſunt. Cùm igitur, inquiebam, incerta res ſit, multò magis extra periculum eſt, piè me vivere. Et quo pacto juſtitiæ gratiâ, ad incertam reſpiciens ſpem, potero corporis voluptates comprimere? Sed nec quidnam ſit juſtum Deoque acceptum, plenè certóque novi, nec utrùm anima immortalis ſit cognoſco, utrùm mortalis: neque ulla certa ratio invenitur; nec hos mentis motus ſedare poſſum.

Quæ delibe-ravit facere, ut de animæ ſtatu edoce-retur.

V. Quid igitur me facere oportet? niſi hoc: in Ægyptum proficiſcar, & adytorum Hierophantis ac Prophetis amicus efficiar; magoque quæſito & invento, multâ pecuniâ perſuadebo, ut animæ evocationem, quam Necromantiam vocant, faciat, tamquam videlicet ego de aliquo negotio ſciſciter: erit autem interrogatio, ut diſcam utrùm anima ſit immortalis. At reſponſio animæ de ſua immortalitate, non ex loquela ipſius, aut mea auditione erit mihi comperta, ſed ex ſola viſione; ut his ipſis oculis illam videns, ſufficientem ac idoneam habeam declarationem quòd exſiſtat, ex eo ſolo quòd apparuerit; nec ampliùs incerta auditûs verba, oculorum poterunt firmitatem evertere. Attamen hanc quoque deliberationem, cuidam Philoſopho, neceſſario meo ediſſerui; qui conſilium mihi dedit, id ne auderem, multas ob rationes. Sive enim, inquit, Mago non obtemperabit anima; tu, tamquam qui legibus iſta facere prohibentibus repugnaveris, malè tibi conſcius vives: ſin verò obedierit; præter quàm quòd malâ in conſcientiâ vives, non ampliùs tibi bene ceſſura exiſtimo ea quæ ad pietatem pertinent, cujus ergo iſta auſus es. Nam Deum aiunt odio eos proſequi, qui animas mortuorum à corporibus ſeparatas divexant. Ego autem his auditis, ſegnior quidem ad illud aggrediendum effectus ſum, à conſilio tamen quod initio ceperam non deſtiti, ſed velut ab impetu deſiderii retardatus dolebam.

De fama Evangelii.

VI. Ac ne iſta tibi longo ſermone explicem, cùm in talibus cogitationibus & negotiis ego verſarer; ſub imperio Tiberii Cæſaris, fama quædam ſenſim, à verna tempeſtate initio ſumpto paſſimque crevit, & revera bonus Dei nuncius mundum peragravit, Dei voluntatem ſilere ac tegere non valens. Ubique igitur amplior & major fiebat, referens, quòd quidam in Judæa, principio ſumpto à verno tempore, æterni Dei regnum Judæis annunciat, quo fruiturum eſſe ex illis dicit eum qui vitam rectam emendatamque ducet: quò autem credatur ipſum divinitatis plenum hæc loqui ac inſpirare, multa mirabilia, ſigna & prodigia edit ſolâ juſſione, quaſi qui à Deo acceperit poteſtatem: ſurdos enim facit audire, cæcos videre, pedibus debiles ambulare, claudos rectà incedere; omnem morbum depellit, omnem Dæmonem fugat: ſed & leproſi ſcabri, eo eminùs tantùm viſo, ſanati abeunt, mortui verò oblati ſuſcitantur, nihilque eſt quod facere nequeat. Atque quò plus temporis præteribat, eò major firmiorque per complures advenientes exſiſtebat, non ampliùs, inquam, fama, ſed rei veritas. Jam verò & cœtus per loca fiebant, conſultationis & deliberationis cauſſâ, quiſnam eſſet qui apparuiſſet, & quid vellet dicere.

De operibus mirabilibus Jeſu.
l. Rec. l. 5. n. 10. l. 1. n. 60.

οὐ προσήκει. διὸ τηρήσω τὸ λυπεῖσθαι εἰς τὴν τότε, ὅτε οὐκ ὢν οὐ λυπηθήσομαι. εἰ δ' ἄρα εἰμί, τί νῦν ἐκ περισσοῦ μοι προσέστιν τὸ λυπεῖσθαι; καὶ εὐθέως μετὰ τοῦτο ἕτερός με εἰσῄει λογισμός. ἔλεγον γάρ, εἰ μή τι γε τοῦ νῦν με λυποῦντος ἐκεῖ χεῖρον παθεῖν ἔχω, μὴ βεβιωκὼς εὐσεβῶς, καὶ παραδοθήσομαι κατ' ἐνίων φιλοσόφων λόγους Πυριφλεγέθοντι, καὶ Ταρτάρῳ, ὡς Σίσυφος, ἢ Τιτυός, ἢ Ἰξίων, ἢ Τάνταλος, καὶ ἔσομαι ἐν ᾅδου τὸν αἰῶνα κολαζόμενος; πάλιν τι ἀνθυπέφερον λέγων, ἀλλ' οὐκ ἔστι ταῦτα. καὶ πάλιν ἔλεγον, εἰ δὲ ἔστιν. οὐ δήλου οὖν ὄντος τοῦ πράγματος, ἔλεγον, ἀκινδυνότερόν ἐστι μᾶλλον εὐσεβῶς βιῶσαί με. καὶ πῶς δυνήσομαι τοῦ δικαίου χάριν, εἰς ἄδηλον ἐλπίδα ἀφορῶν, τὰς τοῦ σώματος κρατεῖν ἡδονάς; ἀλλ' οὐδὲ τί ποτε ἐστὶν δίκαιον, καὶ ἀρέσκον Θεῷ πεπληροφόρημαι, οὔτε εἰ ἡ ψυχὴ ἀθάνατος, ἢ θνητὴ γινώσκω, οὔτε τις λόγος βέβαιος εὑρίσκεται, οὔτε τῶν τοιούτων λογισμῶν ἡσυχάζειν δύναμαι.

Τί οὖν χρὴ ποιεῖν; ἢ τοῦτο, ὡς Αἴγυπτον πορεύσομαι, καὶ τοῖς τῶν ἀδύτων ἱεροφάνταις καὶ προφήταις φιλιωθήσομαι, καὶ μάγον ζητήσας καὶ εὑρών, χρήμασι πολλοῖς πείσω, ὅπως ψυχῆς ἀνάπεμψιν, τὴν λεγομένην νεκρομαντείαν ποιήσῃ, ἐμοῦ ὡς περὶ πράγματός τινος πυνθανομένου· ἡ δὲ πεῦσις ἔσται, περὶ τοῦ μαθεῖν εἰ ἀθάνατός ἡ ψυχή. ἡ δὲ τῆς ψυχῆς ἀπόκρισις, ὅτι ἀθάνατός ἐστιν, οὐκ ἐκ τοῦ λαλῆσαι, ἢ καὶ ἀκοῦσαι ἔσται μοι γνῶναι, ἀλλ' ἐκ τοῦ ὀφθῆναι μόνον, ἵνα αὐτοῖς ὀφθαλμοῖς ἰδὼν αὐτήν, αὐτάρκη καὶ ἱκανὴν ἀπόφασιν ἔχω, ἐκ τοῦ μόνον φανῆναι, ὅτι ἐστίν. καὶ οὐκ ἔτι δυνήσεται τὰ τῶν ὀφθαλμῶν ἴδια τὰ τῆς ἀκοῆς ἀνατρέψαι ἄδηλα ῥήματα. ὅμως καὶ αὐτὴν ταύτην τὴν σκέψιν ἀνέβαλλόν τινι συνήθει φιλοσόφῳ, ὃς συνεβούλευσέν μοι, τοῦτο μὴ τολμᾶν, κατὰ πολλοὺς τρόπους. εἰ τι γὰρ οὐχ ὑπακούσεται, φησίν, ἡ ψυχὴ τῷ μάγῳ, σὺ τοῖς ταῦτα ποιεῖν ἀπαγορεύουσι νόμοις ὡς ἀντιπράξας, δυσσυνειδήτως βιώσεις· εἰ δὲ ὑπακούσεται, μετὰ τοῦ δυσσυνειδήτως σε βιοῦν, οἶμαι τὰ τῆς εὐσεβείας σοι μηκέτι προχωρεῖν, οὗ εἵνεκεν καὶ ἐτόλμησας. ἐχθραίνειν γὰρ τὸ θεῖον λέγουσιν ἐπὶ τοῖς τῇ λύσει θανόντων σωμάτων σκύλλουσι τὰς ψυχάς. ἐγὼ δὲ ταῦτα ἀκούσας, ὀκνηρότερος μὲν πρὸς τὸ τοιοῦτον ἐγχειρῆσαι ἐγενόμην, τῆς δὲ ἀπ' ἀρχῆς μου οὐκ ἐπαυσάμην βουλῆς, ἀλλ' ὡς ἐμποδισθεὶς τὴν ὁρμήν, ἠθύμουν.

Ὅπως αὐτοῦ πεύσεται ὡς τὰ περὶ ψυχῆς μαθεῖν λόγια.

Καὶ ἵνα μή σοι τὰ τοιαῦτα μακρῷ διηγήσωμαι λόγῳ, ἐν τοσούτοις λογισμοῖς καὶ πράγμασιν ὄντος μου, φήμη τις ἠρέμα, ἐπὶ τῆς Τιβερίου Καίσαρος βασιλείας, ἐξ ἐαρινῆς τροπῆς τὴν ἀρχὴν λαμβάνουσα, ηὔξανεν ἑκάστοτε, καὶ ὡς ἀληθῶς ἀγαθὴ Θεοῦ ἄγγελος διήρχετο τὸν κόσμον, τὸ τοῦ Θεοῦ βούλημα σιγᾶν, στέγειν, μὴ δυναμένη. ἑκάστοτε οὖν πλείων καὶ μείζων ἐγίνετο, λέγουσα, ὥς τις ποτε ἐν Ἰουδαίᾳ, ἐξ ἐαρινῆς τροπῆς λαβὼν τὴν ἀρχήν, Ἰουδαίοις τὴν τοῦ αἰδίου Θεοῦ εὐαγγελίζεται βασιλείαν, ἧς ἀπολαύειν λέγει ἐάν τις αὐτῶν προκατορθώσῃ τὴν πολιτείαν. τοῦ δὲ πιστευθῆναι αὐτὸν χάριν, ὅτι θεότητος γέμων ταῦτα πνεῖ, πολλὰ θαυμάσια σημεῖά τε καὶ τέρατα διαπράττεται κελεύσει μόνῃ, ὡς παρὰ Θεοῦ εἰληφὼς τὴν ἐξουσίαν· κωφοὺς γὰρ ποιεῖ ἀκούειν, τυφλοὺς ἀναβλέπειν, κυλλοὺς ποιεῖ περιπατεῖν, χωλοὺς ἀνορθοῖ, πᾶσαν νόσον ἀπελαύνει, πάντα δαίμονα φυγαδεύει· ἀλλὰ καὶ λεπροὶ ψωροὶ ἐκ διαστήματος μόνον ἐνορῶντες αὐτῷ, ἰώμενοι ἀπαλλάσσονται, νεκροὶ δὲ προσφερόμενοι ἐγείρονται, καὶ οὐδέν ἐστιν ὃ ἀδυνατεῖ ποιεῖν· καὶ ὅσῳ γε μᾶλλον ὁ χρόνος προέκοπτεν, πολὺ μείζων διὰ πλειόνων τῶν ἐπιδημούντων βεβαιοτέρα ἐγίνετο, οὐκ ἔτι φήμη λέγω, ἀλλὰ τοῦ πράγματος ἡ ἀλήθεια. ἤδη γάρ ποτε καὶ συστήματα κατὰ τόπους ἐγίνετο, βουλῆς καὶ σκέψεως, τὸ τίς ἂν εἴη ὁ φανείς, καὶ τί βούλεται λέγειν.

Περὶ τῆς φήμης τοῦ εὐαγγελίου.

Περὶ τῶν θαυμασίων ἔργων τοῦ Ἰησοῦ.

Καὶ

Καὶ δή ποτέ τις πρὸς αὐτῷ τῷ ἔτει ἐν φθινοπωρινῇ τροπῇ δημοσίᾳ πῃ ἑστὼς λέγων· ἄνδρες Ῥωμαῖοι, ἀκούσατε· ὁ τοῦ Θεοῦ υἱὸς ἐν Ἰουδαίᾳ πάρεστιν, ἐπαγγελλόμενος πᾶσι τοῖς βουλομένοις, ζωὴν αἰώνιον, ἐὰν τὰ κατὰ γνώμην τοῦ πέμψαντος αὐτὸν πατρὸς βιώσωσι. διὸ μεταβάλλεσθε τὸν τρόπον, ἀπὸ τῶν χειρόνων ἐπὶ τὰ κρείττονα, ἀπὸ τῶν προσκαίρων ἐπὶ τὰ αἰώνια· γνῶτε ἕνα Θεὸν εἶναι τὸν ἐπουράνιον, οὗ τὸν κόσμον ἀδίκως οἰκεῖτε ἔμπροσθεν τῶν αὐτοῦ δικαίων ὀφθαλμῶν· ἀλλ' ἐὰν μεταβάλλησθε, καὶ κατὰ τὴν αὐτοῦ βούλησιν βιώσητε, εἰς ἕτερον αἰῶνα ἐνεχθέντες, καὶ ἀΐδιοι γενόμενοι, τῶν ἀποῤῥήτων αὐτοῦ ἀγαθῶν ἀπολαύσητε· ἐὰν δὲ ἀπειθήσητε, αἱ ψυχαὶ ὑμῶν μετὰ τὴν τοῦ σώματος λύσιν, εἰς τὸν τόπον τοῦ πυρὸς βληθήσονται, ὅπου ἀϊδίως κολαζόμεναι ἀνωφέλητα μετανοήσουσιν. ὁ γὰρ τῆς μετανοίας καιρὸς, ἡ νῦν ἑκάστου ζωὴ τυγχάνει. ἐγὼ μὲν οὖν ταῦτα ἀκούων ἠχθόμην, ὅτι οὐδεὶς ἐκ τοσούτου ὄχλου τηλικαύτην ἀγγελίαν ἀκούσας εἴρηκεν, εἰς Ἰουδαίαν πορεύσομαι, ἵνα ἴδω εἰ τοῦθ' οὗτος λέγων ἀληθεύει, ὡς ὅτι υἱὸς Θεοῦ ἐπιδεδήμηκεν τῇ Ἰουδαίᾳ, ἀγαθῆς καὶ αἰωνίας ἐλπίδος χάριν, τὴν τοῦ ἀποστείλαντος πατρὸς βούλησιν ἐκφαίνων· καὶ ὅπερ λέγουσιν αὐτὸν κηρύσσειν, οὐκ ἔστι μικρόν· ὧν μὲν γὰρ τὰς ψυχὰς διαβεβαιοῦται αἰωνίους οὔσας, αἰωνίων ἀπολαύσειν ἀγαθῶν· ὧν δὲ ἐν πυρὶ ἀσβέστῳ ῥιφθείσας, τὸν αἰῶνα κολασθήσεσθαι.

VII. Cæterùm eodem anno, autumni tempore, quidam publicè ſtans clamavit, dicens; Viri Romani, audite; Dei Filius in Judæa adeſt, cunctis volentibus promittens vitam æternam, ſi vitam duxerint ex voluntate Patris qui miſit illum. Quocirca mores mutate, à deterioribus ad meliora tranſite, à temporalibus ad æterna: agnoſcite unum eſſe Deum, qui in cœlis eſt, cujus mundum injuſtè habitatis ante juſtos illius oculos: verùm ſi convertamini, & juxta voluntatem ejus vivatis; in aliud ſæculum ſublati, æternique effecti, ineffabilibus ipſius bonis perfruemini; ſin verò morem non geſſeritis, animæ veſtræ poſt diſſolutionem à corpore, in ignis locum conjicientur, ubi æternùm punitæ, inutili ducentur pœnitentiâ. Nam tempus pœnitentiæ, præſens eſt iſta ſingulorum vita. Porrò his ego auditis, moleſtè ferebam, nullum ex tanta hominum multitudine, tam magno accepto nuncio, dixiſſe; In Judæam proficiſcar, ut cognoſcam utrùm iſte hæc proferens, vera loquatur; nempe Dei Filium in Judæam adveniſſe, propter bonam æternamque ſpem, qui voluntatem Patris à quo miſſus eſt manifeſtet: & certè quod eum aiunt prædicare, non eſt exiguum: quorumdam enim animas affirmat, utpore immortales, immortalibus bonis fruituras; aliorum verò, in ignem inexſtinctum projectas, æternùm puniendas eſſe.

Ταῦτα ἐγὼ λέγων περὶ ἄλλων, καὶ ἐμαυτῷ ὡμίλησα λέγων, τί ἄλλους μέμφομαι, ἐν τῷ αὐτῷ τῆς ἀμελείας ὑπάρχων ἐγκλήματι; ἀλλ' εἰς Ἰουδαίαν ὁρμήσω, πρότερον τὸν ἐμὸν διαθεὶς βίον. καὶ δὴ οὕτως βουλευσαμένου μου, πολὺς ὁ τῆς ἀναβολῆς ἐγένετο χρόνος, τῶν βιωτικῶν πραγμάτων δυσεκλύτων ὄντων. πέρας γοῦν συνοήσας ὁ δή ποτε τὴν τοῦ βίου φύσιν, ὅτι ἐλπίδι ἐκπλέκων τοὺς σπεύδοντας ἐνεδρεύει, ὁ μὲν ἀλλὰ καὶ οὖν ποτε εἰσπλεόντων χρόνον ἐλπίσιν ἀπονοούμενος, καὶ ὅτι οὕτως ἀσχολούμενοι οἱ ἄνθρωποι ἀποθνήσκομεν, τὰ πάντα μου ὡς ἔτυχεν ἀφεὶς, εἰς πόντον ὥρμησα, καὶ εἰς τὸν λιμένα ἐλθών τε καὶ ἀναχθεὶς, ἀνέμων ἐχθραῖς ἀντὶ τοῦ εἰς Ἰουδαίαν, εἰς Ἀλεξάνδρειαν ἐνηνέχθην· καὶ ἀνέμων ἀπειρίᾳ ἐπισχεθεὶς, ἐκεῖ συνεφοίτων τοῖς φιλοσόφοις, καὶ τὰ τῆς φήμης, μετὰ τοῦ ἐν Ῥώμῃ φανέντος ἔλεγον τοὺς λόγους. οἱ δὲ ἀπεκρίναντο, ὅτι μὲν ἐν Ῥώμῃ φανέντα οὐκ ἴσμεν, περὶ δὲ τοῦ ἐν Ἰουδαίᾳ γινομένου, καὶ υἱοῦ Θεοῦ ὑπὸ τῆς φήμης λεγομένου, καὶ παρὰ πολλῶν τῶν κἀκεῖθεν ἐληλυθότων ἠκούσαμεν, καὶ περὶ πάντων ὧν λαλῶν ἐπιτελεῖ θαυμασίων ἐμάθομεν.

Πότε καὶ διὰ τί εἰς Ἰουδαίαν ἀπελθεῖν ὡρμημένος, ἐξεῤῥίφη εἰς Ἀλεξάνδρειαν.

VIII. Hæc de aliis cùm dicerem, mecum etiam his verbis locutus ſum: Quare alios vitupero, qui in eodem crimine negligentiæ verſor? Verùm ad Judæam properabo, poſtquam res meas compoſuero. Ita verò cùm ſtatuiſſem, multum in dilatione tempus præteriit, hujuſce vitæ negotiis vix explicari valentibus. Tandem itaque conſideratâ vitæ ipsâ naturâ, quòd ſpe implicans feſtinantibus inſidietur; quin etiam quantum temporis abreptum fuerit mihi ſpebus jactato; quódque ſic occupati, homines morimur; cuncta mea, prout erant relinquens, ad mare properavi, & in portum veniens, atque in altum ſubvectus, ventis adverſantibus pro Judæa Alexandriam appuli; ubi ventorum importunitate detentus, ad Philoſophos ventitabam; atque eum rumorem, ſermoneſque illius qui Romæ viſus fuerat referebam. At illi reſponderunt; Eum quidem qui Romæ apparuit, neſcimus; de illo autem qui in Judæa degit, ac Filius Dei à fama dicitur, & audivimus à multis qui illinc veniunt, & de omnibus miraculis quæ loquendo facit accepimus.

Quando & quare in Judæam iter proponens, Alexandriam profectus eſt.

Ἐμοῦ δὲ εἰπόντος, ἤθελόν τινι συντυχεῖν τῶν ἑωρακότων αὐτὸν, εὐθὺς ἦγόν με λέγοντες, ἔστι τις ἐνταῦθα, οὐ μόνον ἱστορήσας αὐτὸν, ἀλλὰ καὶ τῆς ἐκεῖθεν γῆς ὑπάρχων, ἀνὴρ Ἑβραῖος, ὀνόματι Βαρνάβας, ὃς καὶ ἕνα τῶν αὐτοῦ μαθητῶν ἑαυτὸν εἶναι λέγει, καὶ ἐνταῦθά που καθεζόμενος, τῆς ἐκείνου ὑποσχέσεως τοὺς λόγους τοῖς βουλομένοις ἑτοίμως λέγει. καὶ δὴ συνῆλθον αὐτοῖς. καὶ ἐλθὼν, σὺν τῷ παρεστῶτι ὄχλῳ, ἔστην ἐπακούων τῶν λόγων, καὶ συνενόουν, τὰ ἀληθῆ οὐ διαλεκτικῇ τέχνῃ λέγοντος, ἀλλὰ ἀκάκως καὶ ἀπαρασκευάστως ἐκτιθεμένου ἅ τε ἤκουσεν καὶ ἑώρακεν, τοῦ τοῦ Θεοῦ φανέντος υἱοῦ πεποιηκέναι τε καὶ εἰρηκέναι. πολλοὺς δὲ μάρτυρας τῶν ὑπ' αὐτοῦ λεγομένων θαυμασίων τε καὶ λόγων, καὶ ἐξ αὐτοῦ τοῦ παρεστῶτος ὄχλου παρεῖχεν.

Ὅπως συνέτυχεν ἐν Ἀλεξανδρείᾳ Βαρνάβᾳ.

Περὶ τῆς πρὸς τοὺς ὄχλους ὁμιλίας Βαρνάβα, καὶ ὡς ἐχλεύαζον οἱ φιλόσοφοι διὰ τῶν ἐρωτήσεων.

IX. Cúmque dicerem; Cuperem incidere in aliquem qui eum vidiſſet; ſtatim duxerunt me, aientes; Eſt hîc quidam, qui non ſolùm vidit eum, ſed & eâ ex regione oriundus eſt, vir Hebræus, nomine Barnabas, qui ſe quoque ait unum eſſe ex illius diſcipulis; & hîc ſedens, rerum ab ipſo promiſſarum ſermones volentibus, ultrò refert. Et quidem cum iis progreſſus ſum. Ac veniens, cum adſtante multitudine ſteti ſermones audiens; atque intellexi, vera eum non Dialecticâ arte dicere, ſed ſine malitia & præparatione exponere, quæ audierat & viderat à Dei Filio, qui conſpectus fuerat, facta & dicta. Multos autem teſtes miraculorum ac ſermonum, ab ipſo editorum, ex ipſa etiam aſſiſtente plebe producebat.

Quo modo Alexandriæ occurrerit Barnabæ.

De ſermone Barnabæ ad plebem, utque Philoſophi per interrogationes irridebant.

Ἐπειδὴ δὲ πρὸς τὰ ἀπανούργως λεγόμενα ἡδέως οἱ ὄχλοι διετίθεντο, οἱ ἐκ παιδείας κοσμικῆς ὁρμώμενοι φιλόσοφοι, γελᾶν αὐτὸν καὶ χλευάζειν ἐπεβάλλοντο, σκώπτοντες καὶ διασύροντες θράσει ἀμέτρῳ, ὡς μεγάλοις ὅπλοις κεχρημένοι τοῖς συλλογισμοῖς. ὁ δὲ ἀποσειόμενος αὐτῶν τὸν λῆρον, οὐ συνέτρεχεν αὐτῶν τῇ περιέργῳ πευθοῖ, ἀλλὰ ἀκαταπλήκτως ὃν ἔλεγεν οὐκ ἀφίστατο. καί ποτέ τις αὐτοῦ ἐπύθετο, διὰ τί κώνωψ ἐγένετο, καὶ βραχύτατον ὂν, ἓξ πόδας ἔχει, ἔτι καὶ πτερ-

X. Quandoquidem verò ad dicta minimè ſubdola populus libenter attendebat; ex eruditione ſæculari prodeuntes Philoſophi, ridere eum ac ſubſannare aggrediebantur, immodicâ audaciâ cavillantes atque probris inceſſentes, & quaſi armis validis utentes ſyllogiſmis. At ille ineptias eorum repellens, verſutæ ipſorum interrogationi non occurrebat; ſed intrepidè à ſermone ſuo non deſiſtebat. Et aliquando quidam rogabat eum, cur ita factus eſſet culex, ut cùm minimum quid ſit, & ſex pe-

des habeat, inſuper & alas gerat; elephas verò, animalium maximum, cùm careat alis, quatuor tantùm pedes habeat. Ille autem poſt interrogationem, abruptum reſumens ſermonem, quaſi ad percontationem reſpondiſſet, propoſitum ſibi ab initio ſermonem repetiit, hoc ſolo utens proœmio per ſingulas interpellationes; Nobis demandatum ſolummodò eſt, ut vobis ſermones, & mirabilia geſta illius qui miſit nos, referamus; ac pro Logicâ demonſtratione, teſtes vobis producimus eorum qui ex vobis hîc adſtant complures, quorum ego facies recordor, velut vivas imagines, idonea teſtimonia. Cæterùm in veſtra poteſtate ſitum eſt, obſequi, vel fidem non habere. Ego certè non ceſſabo vobis exponere quod utile eſt: quoniam mihi quidem damnum eſt, tacere; vobis verò, non credere, noxa. Sed & futilium veſtrarum quæſtionum demonſtrationes dare poteram, ſi veritatis ſtudio interrogaſſetis. Verùm cauſſam diverſæ creationis culicis & elephanti, nunc vobis aperire intempeſtivum eſſet, qui Deum omnium rerum ignoratis.

XI. Hæc eo dicente; quaſi ex communi conſenſu petulantem riſum emiſerunt, illum nitentes ad ſilentium & ad anguſtias redigere, tamquam barbarum quemdam inſanum. Quæ cùm ego intuerer, zelo neſcio quâ ratione correptus, per iram piam, ampliùs tacere non ſuſtinui; ſed cum fiducia clamavi, dicens; Jure Deus voluntatem ſuam incomprehenſibilem vobis eſſe voluit, indignos præſciens, ſicut ex præſentibus dat plenè intelligere iis qui mentis judicio utuntur. Quia enim nunc ejus voluntatis præcones miſſi ſunt, non Grammaticam profitentes artem, ſed ſimplicibus & ſinceris verbis conſilium ipſius demonſtrantes (adeo ut quilibet qui audierit, intelligat quæ dicuntur) neque cum affectu quodam invido, ſeipſum cunctis præbere nolente; adeſtis vos ad non intelligendum quod vobis expedit, utque damno veſtro veritatem rideatis, quæ apud barbaros ad veſtram condemnationem verſatur, quamque ad vos advenientem non vultis hoſpitio recipere propter libidines veſtras, & verborum illius vilitatem, ne arguamini, quòd nempe Philologi eſtis ſeu amatores ſermonum, non autem veritatis amatores Philoſophi. Quouſque ergo diſcitis loqui, qui loqui neſcitis? Multa quippe verba veſtra, unius verbi precio non ſunt æſtimanda. Quid autem dicet Græca veſtra multitudo, unanimis facta, ſi judicium futurum eſt, ut iſte ait? Quare, Deus, voluntatem tuam non prædicâſti nobis? Nullatenus audiemini; vel hujuſmodi reſponſionem accipietis; Ego cùm omnes futuras voluntates, ante conſtitutionem mundi cognoſcerem, unicuique pro merito ſuo latenter prævius occurri; quod autem id ipſum ita ſe habeat volens iis qui ad me confugerunt, plenè manifeſtare, cur ab initio, à primis generationibus voluntatem meam palàm non ſiverim prædicari; nunc circa ſæculi finem, præcones mei conſilii miſi, qui & irridentur, & contumeliis affecti deluduntur ab iis qui nequaquam volunt adjuvari, quique meam amicitiam vehementer repudiarunt. O magnam injuriam! invidiæ etiam periculum ſubeunt prædicatores; idque per eos homines, qui ad ſalutem vocantur.

XII. Porrò illud injuſtè factum adverſùs præcones meos, à principio apud omnes futurum erat, ſi à principio ad ſalutem vocati fuiſſent qui indigni ſunt. Quod enim nunc ab iis injurioſè fit, in defenſionem fit juſtæ meæ providentiæ; quòd præclarè doctrinam honore dignam nolui inutiliter ab

Quænam ad Philoſophos Barnabam irridentes, zelo motus dixerit.

Clementis ad Philoſophos ſermones.

ἐλέφας δὲ, τὸ μέγιστον τῶν ζώων, ἄπτερος ὢν, τέσσαρας μόνους ἔχει πόδας. ὁ δὲ μετὰ τὴν πεῦσιν, τὸν ἐμποδισθέντα ἀναλαβὼν λόγον, ὡς πρὸς τὴν πεῦσιν ἀποκρινόμενος, τὸν αὐτὸν ἀπ' ἀρχῆς προκείμενον ἀνελάμβανε λόγον, τούτῳ μόνῳ προοιμίῳ χρώμενος καθ' ἑκάστην ἐγκοπήν· ἡμεῖς δὲ τοῦ πέμψαντος ἡμᾶς τοὺς λόγους καὶ τὰς θαυμασίας πράξεις, εἰπεῖν ὑμῖν μόνον ἔχομεν ἐντολὴν, καὶ ἀντὶ τῆς λογικῆς ἀποδείξεως μάρτυρας παρέχομεν ὑμῖν τῶν ἐξ ὑμῶν περιεστώτων πολλοὺς, ὧν ἐγὼ τὰ εἴδη μνημονεύω, ὡς ἐμψύχους εἰκόνας, ἱκανὰς μαρτυρίας. λοιπὸν ὑμετέρας ἐστὶν ἐξουσίας, ὑπακοῦσαι ἢ ἀπειθεῖν. ἐγὼ δὲ λέγειν ὑμῖν τὸ συμφέρον οὐ παύσομαι, ὅτι ἐμοὶ μὲν ζημία τὸ σιωπᾶν, ὑμῖν δὲ τὸ ἀπειθεῖν βλάβη. ἀλλὰ καὶ τῶν εἰκαίων ὑμῶν προβλημάτων τὰς ἀποδείξεις ἀποδοῦναι ἐδυνάμην, εἰ φιλαλήθως ἐπυνθάνεσθε. κώνωπος δὲ καὶ ἐλέφαντος τὴν αἰτίαν τῆς διαφόρου δημιουργίας, νῦν ὑμῖν εἰπεῖν οὐκ ἔστιν εὔκαιρον τοῖς τὸν ὅλων ἀγνοοῦσι Θεόν.

Ταῦτα αὐτοῦ λέγοντος, ὡς ἐκ συμφωνίας ἄτακτον ἠφίεσαν γέλωτα, κατασιωπᾶν καὶ ἀπορεῖν αὐτὸν πειρώμενοι ὡς βάρβαρόν τινα δαιμονῶντα. ἐγὼ δὲ ταῦτα ὁρῶν, ζήλῳ οὐκ οἶδ' ὅπως ληφθεὶς, εὐσεβεῖ θυμῷ τὸ λοιπὸν σιγᾶν οὐκ ἐκαρτέρουν, ἀλλὰ μετὰ παρρησίας ἐβόων, λέγων· Εὐλόγως ὁ Θεὸς ὑμῖν ἀκατάληπτον τὴν αὐτοῦ βούλησιν ἔθετο, ἀναξίους προειδὼς, ὡς ἐξ ὧν νῦν τοὺς κρεῖττον νοῦν ἔχοντας πληροφορεῖν φαίνεται. ἐπεὶ γὰρ νῦν τῆς αὐτοῦ βουλήσεως κήρυκες ἐξαπεστάλησαν, οὐ γραμματικὴν ἐπαγγελλόμενοι τέχνην, ἀλλὰ ἁπλοῖς καὶ ἀπονήροις τὴν αὐτοῦ βούλησιν ἐκφαίνοντες, ὡς πάντα ὁντιναοῦν τὸν ἀκούοντα νοεῖν τὰ λεγόμενα, καὶ οὐ μετὰ ἐξουσίας τινὸς φθονερᾶς, παρέχειν πᾶσιν ἑαυτὴν μὴ βουλομένης· πάρεστε ὑμεῖς πρὸς τὸ μὴ νοεῖν τὸ ὑμῖν συμφέρον, ἐπὶ τῇ ὑμετέρᾳ βλάβῃ γελᾶν τὴν εἰς τὴν ὑμετέραν καταδίκην ἐν βαρβάροις πολιτευομένην ἀλήθειαν, ἣν καὶ ὑμῖν ἐπιδημήσασαν ξενίσαι οὐ βούλεσθε, διὰ τὰς ἀσελγείας ὑμῶν, καὶ τὸ λιτὸν τῶν λόγων αὐτῆς, ἵνα μὴ ἐλεγχθῆτε, [3] ὅτι οἱ καὶ φιλόλογοί ἐστε, καὶ οὐ φιλαληθεῖς φιλόσοφοι. μέχρι μὲν οὖν πότε λαλεῖν μανθάνετε, οἱ τὸ λαλεῖν οὐκ ἔχοντες; πολλὰ γὰρ ὑμῶν ῥήματα, ἑνὸς οὐκ ἄξια λόγου. τί ἄρα ἐρεῖ ὑμῶν τὸ ἑλληνικὸν πλῆθος, μία ψυχὴ γενόμενον, εἴπερ ἔσται κρίσις, ὡς οὗτος λέγει; διὰ τί ὦ θεὲ τὴν σὴν βούλησιν οὐκ ἐκήρυξας ἡμῖν; οὐ πάντως ἀκούσεσθε, εἴπερ ἀπεράντως καταξιωθήσεσθε, τὸ διότι· ἐγὼ πάσας τὰς ἐσομένας πρὸ καταβολῆς κόσμου εἰδὼς προαιρέσεις, * εἰδὼς ἑκάστῳ πρὸς τὸ αὐτοῦ ἄξιον λανθανόντως προαπήντησα, τοῦτο δὲ αὐτὸ ὅτι οὕτως ἔχει, βουληθεὶς τοὺς προσπεφευγότας μοι πληροφορῆσαι, διὰ τί ἀπ' ἀρχῆς ἐκ προτέρων γενεῶν τὴν ἐμὴν βούλησιν δημοσίᾳ οὐκ εἴασα κηρυχθῆναι, νῦν πρὸς τῷ τέλει τοῦ βίου κήρυκας ἐμῆς βουλῆς ἀπέστειλα, οἳ καὶ γελῶνται, καὶ ὑβριζόμενοι χλευάζονται ὑπὸ τῶν μηδὲν ὠφεληθῆναι θελόντων, καὶ ἐπιτεταμένως τὴν ἐμὴν φιλίαν ἀθετησαμένων. ὢ μεγάλης ἀδικίας, μέχρι φθόνου κινδυνεύουσι κήρυκες, καὶ ταῦτα ὑπὸ τῶν εἰς σωτηρίαν καλουμένων ἀνδρῶν.

Τοῦτο δὲ τὸ ἀδίκως γενόμενον κατὰ τῶν ἐμῶν κηρύκων, ἀπ' ἀρχῆς ἂν εἰς πάντας ἐγένετο, εἴπερ ἀπ' ἀρχῆς εἰς σωτηρίαν ἐκαλοῦντο οἱ ἀνάξιοι. τὸ γὰρ νῦν γενόμενον ὑπ' αὐτῶν ἀδίκως, εἰς ἀπολογίαν τῆς ἐμῆς δικαίας γίνεται προνοίας, ὅτι καλῶς τὸν τιμῆς ἄξιον λόγον, ἀπ' ἀρχῆς δημοσίᾳ εἰς ὕβριν

Τίνα πρὸς τοὺς διασύροντας φιλοσόφους τὸν Βαρνάβαν, ζήλῳ κινηθεὶς ἐφθέγξατο.

Κλήμεντος πρὸς φιλοσόφους λόγοι.

* l. τάχα.

3. Ὅτι οἱ καὶ φιλόλογοί ἐστε.] In Epit. cap. 11. ὅτι εἰκῇ φιλόλογοί ἐστε. Itaque hic legerim, εἰκαῖοι, *temerarii*, *futiles*. Paullo antea repone, εἰκαίων καὶ [illegible]: aut ſupple, vel ſaltem ſubintelligo, λόγων. COT.

ὑβρίζειν θεῖναι οὐκ ἐβουλήθην ἀνωφελῶς, ἀλλὰ σιγᾶσθαι αὐτὸν ὡς τίμιον ἐβουλευσάμην, οὐκ ἀπὸ τῶν ἀπ' ἀρχῆς ἀξίων, οἷς καὶ μετέδωκα, ἀλλὰ ἀπὸ τούτων καὶ τῶν τοιούτων, ὡς ὁρᾶτε ἀναξίων, τῶν ἐμὲ μισούντων, καὶ ἑαυτοὺς φιλεῖν μὴ βουλομένων. καὶ νῦν γε παρέντες γελᾶν τὸν ἄνδρα τοῦτον ἐμοῦ, πρὸς τὸ τούτου ἐπάγγελμα πιστωθήσεσθε, ἢ πυνθανομένων ὁ βουλόμενος ἀποκρινάσθω. καὶ ὡς ἀσελγεῖς κύνες ὑλακτεῖτε, ψόφῳ ἀτάκτῳ μύοντες τῶν σώζεσθαι θελόντων τὰς ἀκοάς, ἄδικοι καὶ θεοστυγεῖς, καὶ τὸν σώζοντα λογισμὸν εἰς ἀπιστίαν ἀπασχολοῦντες. πῶς συγγνώμης τυχεῖν δυνήσεσθε, τὸν τὴν θειότητα τοῦ Θεοῦ ἐπαγγελλόμενον ὑμῖν εἰπεῖν, ὑβρίζοντες, καὶ ταῦτα ἄνθρωπον ὃν ἐχρῆν εἰ καὶ μηδὲν ἀληθεύοντα, τὴν ἀγαθὴν αὐτοῦ πρὸς ὑμᾶς ἀποδέξασθαι προαίρεσιν;

Κλήμεντος πρὸς Βαρνάβαν λόγοι περὶ τοῦ συνηγορῆσαι αὐτῷ εἰς τὸ εὐαγγέλιον.

Ταῦτά μου λέγοντος καὶ τὰ τούτοις ἀκόλουθα, πολὺς τῶν ὄχλων ἐγένετο θρύλλος. καὶ οἱ μὲν ὡς τὸν Βαρνάβαν ἐλεοῦντες συνήρεσκόν μοι· οἱ δὲ ἠλίθιοι ὄντες, δεινῶς κατ' ἐμοῦ ἔβρυχον τοὺς ὀδόντας. ἐπεὶ δὲ ἤδη ποτὲ ἑσπέρα κατειλήφει, τῆς χειρὸς λαβὼν τὸν Βαρνάβαν, μὴ θέλοντα, βίᾳ εἰς τὴν ἐμὴν ἦγον οἰκίαν, ἔνθα καὶ μένειν αὐτὸν ἐποίησα, ἵνα μή τις αὐτῷ χεῖρας ἐπιβάλῃ. καὶ ἡμερῶν ὀλίγων διατρίψας, καὶ τοῦ ἀληθοῦς λόγου βραχέα κατηχήσας με ὀλίγον, [4] ὡς ἐν ὀλίγαις ἡμέραις ἀπεδίδου ἔλεγεν εἰς Ἰουδαίαν τῆς κατὰ τὴν θρησκείαν ἑορτῆς χάριν, καὶ τὸ λοιπὸν τοῖς ἑαυτοῦ ὁμοεθνέσιν συνεῖναι θέλων.

Φανερὸς δὲ ἦν μοι ἀποταξάμενος. ἐμοῦ γὰρ εἰπόντος· σύ μοι μόνον τοὺς τοῦ φανέντος ἀνδρὸς ὡς ἤκουσας ἔκθου λόγους, κἀγὼ τῷ ἐμῷ κοσμήσας λόγῳ, τοῦ Θεοῦ κηρύξω τὴν βούλησιν, καὶ εἶθ' οὕτως ἐντὸς ὀλίγων ἡμερῶν συμπλεύσω σοι· λίαν γὰρ ποθῶ ἐπὶ τὴν τῆς Ἰουδαίας γενέσθαι γῆν· τάχα δὲ καὶ συνοικήσω ὑμῖν τὸν πάντα μου τῆς ζωῆς βίον· ὁ δὲ ταῦτα ἀκούσας ἀπεκρίνατο· σὺ εἰ μὲν ἱστορῆσαι τὰ ἡμέτερα καὶ μαθεῖν τὸ συμφέρον θέλεις, ἐξ αὐτῆς μοι σύμπλευσον· ἐπεί γε τὰ σημεῖα τῆς οἰκήσεώς μου, [5] καὶ ὧν θέλεις ἐγώ σοι σήμερον ἐρῶ, ἵνα ὅτε βούλει ἐλθὼν ἐπιτύχῃς ἡμῶν. ἐγὼ γὰρ αὔριον πορεύσομαι ἐπὶ τὰ ἐμαυτοῦ. καὶ δὴ ἀδυσώπητον ἰδὼν, συνῆλθον αὐτῷ μέχρι τοῦ λιμένος· καὶ μαθὼν παρ' αὐτοῦ ἅπερ ἔλεγε σημεῖα τῆς οἰκήσεως, ἔφην αὐτῷ· εἰ μή τι αὔριόν τι ἀπαιτῶ ὀφειλόμενόν μοι, ἐξ αὐτῆς ἂν σοι συνέπλευσα· πλὴν ταχέως σε καταλήψομαι. καὶ ταῦτα εἰπὼν, καὶ παραθέμενος αὐτὸν τοῖς τοῦ πλοίου ἡγουμένοις, ὑπέστρεφον λυπούμενος, μεμνημένος τοῦ καλοῦ καὶ συνήθους φίλου.

Ἡμερῶν δὲ διατρίψας, καὶ τὸ χρέος οὐχ ὅλον λαβεῖν δυνηθεὶς, τάχους ἕνεκα ἀμελήσας τοῦ ὀφειληθέντος, ὡς ἐμποδὼν ὄντος, καὶ αὐτὸς εἰς Ἰουδαίαν ἀπέπλευσα, καὶ [6] * δεκαπέντε ἡμερῶν εἰς Καισάρειαν κατῆλθον τὴν Στράτωνος. ἐπιβάντος δέ μου τῆς γῆς, καὶ ξενίαν θηρωμένου, ἔμαθον ὅτι Πέτρος τις λεγόμενος, τοῦ ἐν Ἰουδαίᾳ φανέντος ἀνδρὸς, τοῦ σημεῖα καὶ τέρατα πεποιηκότος, ὁ δοκιμώτατος ὑπάρχων μαθητὴς, αὔριον Σίμωνι τῷ ἀπὸ Γιτθῶν Σαμαρεῖ ζητήσεις ποιήσασθαι λόγων. ἐγὼ δὲ ταῦτα ἀκούσας ἐδεήθην τὴν τούτου μοι μηνυθῆναι μονήν. καὶ ὅμως ἔμαθον, καὶ τῷ πυλῶνι ἐπέστην. * ἀντιβαλλόντων τίς τε ὢν, καὶ πόθεν ἥκω. καὶ ἰδοὺ Βαρνάβας ἐκβὰς, ἅμα τῷ ἰδεῖν περιεπλάκη μοι, πολὺ χαίρων καὶ δακρύων· καὶ λαβόμενός μου τῆς χειρὸς, εἰσήφερεν ἔνθα ἦν ὁ Πέτρος, λέγων μοι, οὗτός ἐστιν Πέτρος, ὃν μέγιστον ἐπὶ τῇ τοῦ Θεοῦ σοφίᾳ

* f. deeſt διὰ

Ὅπως ἀπὸ Ἀλεξανδρείας εἰς Καισάρειαν ἀπαντήσας ὁ Κλήμης περιέτυχε τῷ Βαρνάβᾳ.

* f. aliquid deeſt Vide Epitomen.

initio ad contumeliam publicè exponere; ſed eam ſtatuit, ut venerandam, ſilentio tegi; non quidem apud eos qui principiò digni erant, quibus & tradidi, ſed apud iſtos, & conſimiles, ut cernitis, indignos, odio me proſequentes, ſeque nolentes diligere. Et verò nunc omittentes hunc meum hominem irridere, ad ipſius repromiſſionem auſcultate, vel qui volet ex audientibus reſpondeat. At velut petulantes canes latratis, incompoſito ſtrepitu, aures ſalvari deſiderantium obſtruitis, injuſti ac Deo exoſi, & ſervatricem cogitationem avocantes ad incredulitatem. Quo pacto veniam conſequi poteritis; eum qui vobis naturam Dei referre promittit, contumeliâ afficientes; idque hominem, quem oportuerat, etſi nihil verè loquentem, & bonam ipſius erga vos voluntatem, gratè ſuſcipere?

l. Infrà, hom. 19. n. 8.

XIII. Quæ cùm dicerem, aliaque his conſentanea, multum in plebe ortum eſt murmur: atque alii quidem tamquam Barnabam miſerantes, mihi favebant: alii verò qui erant ſtolidi, graviter in me ſtridebant dentibus. Cúmque jam veſpera adveniſſet, Barnabæ manu apprehensâ, eum nolentem vi ad meam duxi domum; ubi & feci manere, ne quis ei manus injiceret. Paucoſque dies commoratus, nonnulla veræ religionis mihi tradidit rudimenta, quòd paucis pòſt diebus properare ſediceret ad Judæam propter feſtum, velletque deinceps cum ſuis popularibus degere.

Clementis ad Barnabam verba, quòd cum eo in Evangelio ſit operatus.

XIV. Videbatur autem mihi ampliùs ſuſtinere non poſſe. Cùm enim ego dicerem; Tu mihi tantùm hominis illius qui apparuit, quos audiiſti expone ſermones, & ego oratione meâ illos exornans, Dei conſilium prædicabo, ſicque poſtea unà navigabo intra paucos dies: admodum enim cupio ad Judææ regionem pervenire: ac fortè vobiſcum per totam vitam habitabo. At ille his auditis, reſpondit; Tu, ſi quidem videre noſtra, & quod expedit vis diſcere, mecum ſtatim navigato; alioquin ſigna domicilii mei, & quorum volueris tibi hodie dicam, ut quando volueris venire, nobis occurras: ego enim cras ad mea me recipiam. Videns itaque inexorabilem eſſe, comitatus ſum eum uſque ad portum; acceptiſque ab eo ſignis quæ dixerat domiciliorum, dixi illi; Niſi cras aliquid quod mihi debetur repetiturus eſſem, jamjam tecum navigarem; citò tamen te aſſequar. Et his dictis, commendatoque eo navis ductoribus, reverſus ſum triſtis, memor boni & concordis amici.

XV. Aliquot autem dies moratus, ac totum debitum recipere non valens; propter feſtinationem reliquo neglecto, quòd impedimento eſſet; ipſe quoque in Judæam enavigavi, & quintodecimo die Cæſaream Stratonis adveni. Cúmque terram tetigiſſem, & hoſpitium inveſtigarem; accepi, quemdam nomine Petrum, viri illius qui in Judæa conſpectus eſt, quique ſigna & prodigia fecit, probatiſſimum diſcipulum, craſtino die cum Simone ex Gitthis Samaritano eſſe diſputaturum. Quibus auditis, rogavi illius manſionem mihi indicari: & ſimul atque didici, præſto fui ad fores. At illi inter ſe conferebant, quiſnam eſſem, ac unde venirem. Et ecce Barnabas egreſſus, ſtatim ut vidit, complexus eſt me, multùm gaudens ac lacrymans; apprehenſaque manu meâ, introduxit in locum ubi erat Petrus, dixitque mihi; Hic eſt Petrus, quem maximum in Dei ſapientia tibi denun-

Quo pacto ab Alexandria Cæſaream veniens Clemens, Barnabam nactus eſt.

4. Ὡς ἐν ὀλίγαις ἡμέραις.] Liber Regius 804. de quo ad p. 515. C. ὅσον ἐν ὀλίγαις ἡμέραις. Hoc eſt, *quantum in paucis diebus licuit*. Et referri debuit ad præcedentia, non ad ſequentia, ut conſtat ex Recognitionibus ac Epitome. COT.

5. Καὶ ὧν θέλεις.] Meliùs verti Epitomes capite 15. Ibid.

6. Καὶ δεκαπέντε.] Etiam Cod. 804. καὶ διὰ δεκαπέντε. Deinde in C. ſupple ex eodem Exemplari, οἱ δὲ ἐν τῷ οἴκῳ ἀντέβαλλον. Ibid.

nuociabam, cui aſſiduò de te loquebar. Ultrò igitur ingredere; qooniam quæ in te bona ſunt, verè illi enarravi, ſimolque manifeſtum feci propoſitum tuum, ita ut ipſe etiam te videre aveat. Magnum ergo ei munus te manibus meis offero. Quod cùm dixiſſet, oblato me, ait; Hic eſt Clemens, Petre.

XVI. At bonus Petrus, ſimul ac nomen audivit, proſiluit & oſculatus eſt, ac ſedere me fecit, ſtatimqoe dixit; Rectè feciſti, præconem veritatis Barnabam hoſpitem excipiendo, magno animo, furorem imperitæ mulötudinis non veritus. Beatus eris. Quemadmodum enim tu veritatis legatum ita cum omoi honore excepiſti hoſpitio; ipſa quoque te veritas hoſpitem, ſuæ urbis civem conſtituet: tuncque magnopere lætaberis: quia enim ounc parvam fœneratus es gratiam; bonorum, dico, ſermonum voluntatem; bonorum æternorum, quæque auferri nequeunt, hæres efficieris. Nec verò laborem ſubeas refereodi mihi mores tuos: ſiquidem omnia tua nobis ediſſeruit qui mentiri oeſcit Barnabas, ferè qootidie bonam eorum mentionem faciens. Utque tibi, tamquam ſiocero amico, id qood res eſt, breviter dicam; niſi tibi aliquid impedimento eſt, iter nobiſcum habe, ac percipe ſermonem veritatis, quem per ſingulas civitates, ipſam uſque Romam, habiturus ſum. Tu porrò, ſi aliquid cupis, effare.

XVII. Ego quid ab initio propoſiti geſſerim expoſui, & quo modo in quæſtiones inexplicabiles exhauſtus fuerim, cæteraque quæ tibi principiò antea declaravi, oti ne eadem iterum ſcribam. Dixi autem; Paratus quidem ſum tecum proficiſci: hoc enim neſcio quo modo cupio lætus: verùm priùs volo certior de veritate fieri, ot ſciam utrùm anima mortalis ſit, an immortalis; & ſi ſempiterna ſit, an ob ea quæ hic geſſit, judicari debeat: item an & quid ſit juſtum, ac Deo gratum: præterea factuſne ſit mundus, & quare factus; & utrùm non diſſolvetur, vel diſſolvetur, & an melior futurus, an nec futurus omnino: ac ne ſingula proſequar, hæc atqoe conſequentia, dixi me velle edoceri. At ille ad ea reſpondit; Breviter tibi, ô Clemens, rerum ſcientiam exhibebo; & jam nunc audi.

Clementis ad Petrum interrogatio de anima, & de aliis rebus.

Petri ad Clementem doctrina, quo modo homines à voluntate Dei deflexerint.

XVIII. Dei voluntas multas ob rationes occulta fuit. Primùm quidem prava inſtitutio, convictus vitioſus, conſuetudo pernicioſa, mala colloquia, oon recta opinionum anticipatio, & eapropter error; dein contemptus, incredulitas, fornicatio, avaritia, inanis gloria, aliaque ſimilia innumera mala, velut ingens fumus, unam domom mundum incolentia, intus habitantium hominum viſum offuſcârunt, oec ſiverunt aſpicere, atqoe mondi creatorem Deum intelligere ex iis in qnibus ipſe ſe pinxit, neque cognoſcere quod ei placet. Quocirca oportet ut veritatis ſtudioſi intus ex pectore clament, auxiliumque advocent, ratione ſtudium veritatis decente; quò aliquis intra domum fumo plenam conſiſtens, accedat foreſque aperiat, ut lumen ſolis extrà poſitum in domom poſſit intromitti, ignis verò fumus, qui intrò eſt, ejici.

Quòd ante omnia, de Propheta ſit diſcendum.

XIX. Hunc igitur adjutorem hominem, verum Prophetam dico, qui ſolus animas hominom poteſt illuminare, qoò ipſis oculis viam æternæ ſalotis inſpicere poſſimus. Aliter enim fieri nequit, ut noſti, tuque paolo ante dicebas, quòd nempe omne argumentum deſtruitur & adſtruitur, atque

ἀπηγγελκότος σοι, ᾧ ἀπαντήσας σε ἀντέβαλον. [7] ὡς εἴσιθι ἐν τάχει· ὅτι τὰ κατὰ σὲ καλὰ ὄντα ἀψευδῶς ἀντέβαλον, ἅμα καὶ τὴν προαίρεσιν ἐξέφανον, ὡς αὐτὸν γλίχεσθαι καὶ ἰδεῖν σε. μέγα οὖν αὐτῷ δῶρόν σε διὰ τῶν ἐμῶν προσφέρω χειρῶν. καὶ τοῦτο εἰπὼν, προσενέγκας ἔφη, οὗτός ἐστι Κλήμης, Πέτρε.

[8] Ὁ δὲ ἀγαθὸς προσπηδήσας ἅμα τῷ ἀκοῦσαι τὸ ὄνομα, κατεφίλησεν, καὶ καθεσθῆναί με ποιήσας, ἐξ αὐτῆς ἔφη. καλῶς ἐποίησας τὸν τῆς ἀληθείας κήρυκα ξενίσας Βαρνάβαν, ὡς τιμῶν τοῦ ὄντος Θεοῦ, μεγαλοφρόνως, οὐκ αἰδεσθεὶς, οὐ φοβηθεὶς τὸν τῶν ἀπαιδεύτων ὄχλων θυμόν. μακάριος ἔσῃ. ὡς γὰρ σὺ τὸν τῆς ἀληθείας πρεσβευτὴν οὕτω ἐξένισας πάσῃ τιμῇ, καὶ αὐτή σε ἡ ἀλήθεια ξένον ὄντα, τῆς ἰδίας πόλεως καταστήσει πολίτην· καὶ τότε χαρήσῃ μεγάλως, ὅτι βραχεῖαν νῦν ἐδάνεισας χάριν, προαιρέσει λέγων καλῶν * λόγων, αἰδίων καὶ ἀναφαιρέτων ἀγαθῶν ἔσῃ κληρονόμος. καὶ μὴ κάμνε ἀντιβάλλειν μοι τὸ σὸν ἦθος. πάντα γὰρ τὰ κατὰ σὲ ὁ ἀψευδὴς ἡμῖν ἀντέβαλεν Βαρνάβας, σχεδὸν καθ' ἡμέραν τὴν ἀγαθήν σου ποιούμενος μνήμην. καὶ ἵνα σοι ἐν συντομῇ ὡς γνησίῳ φίλῳ τὸ προκείμενον ἐρῶ, εἰ μή σοί τι ἐμποδίζει, συνόδευσον ἡμῖν, μεταλαμβάνων τὸν τῆς ἀληθείας λόγον, ὃν κατὰ πόλιν ποιεῖσθαι μέλλω μέχρι Ῥώμης αὐτῆς. καὶ σὺ δὲ εἴ τι βούλει λέγε.

* l. λόγων

Ἐγὼ ἐξεθέμην τὴν ἐξ ἀρχῆς μου προαίρεσιν, καὶ ὡς εἰς ζητήσεις ἀπόρους ἐκενώθην, καὶ πάντα ὅσα σοι τὴν ἀρχὴν προεδήλωσα, ὡς ἵνα μὴ τὰ αὐτὰ πάλιν γράφω. ἔλεγον δέ· ἐγὼ μὲν ἑτοίμως ἔχω συνοδεύειν· τοῦτο γὰρ οὐκ οἶδ' ὅπως χαίρων θέλω. πλὴν περὶ ἀληθείας πρῶτον πληροφορηθῆναι θέλω, ἵνα γνῶ, εἰ ψυχὴ θνητὴ τυγχάνει, εἰ ἀθάνατός ἐστιν, καὶ αἰώνιος ὢν, περὶ ὧν ἔπραξεν ἐνταῦθα, ἔχει κριθῆναι· καὶ εἴ τί ἐστι δίκαιον ὃ ἀρέσκει Θεῷ· καὶ εἰ γέγονε κόσμος, καὶ διὰ τί γέγονε· καὶ εἰ οὐ λυθήσεται, καὶ εἰ λυθήσεται, καὶ εἰ κρείττων ἔσται, ἢ οὐδὲ ἔσται· καὶ ἵνα μὴ τὰ καθ' ἓν λέγω, ταῦτα καὶ τὰ τούτοις ἑπόμενα μαθεῖν εἶπον θέλειν. ὁ δὲ πρὸς ταῦτα ἀπεκρίνατο· συντόμως σοι, ὦ Κλήμης, τὴν τῶν ὄντων γνῶσιν παρέξομαι· καὶ τὰ νῦν ἐξ αὐτῆς ἄκουσον.

Κλήμεντος πρὸς Πέτρον ἐρώτησις περὶ ψυχῆς καὶ ἄλλων.

Ἡ δὲ Θεοῦ βουλὴ ἐν ἀδήλῳ γέγονεν κατὰ πολλοὺς τρόπους. τὸ μὲν πρῶτον ἀγωγῇ κακῇ, συντροφίᾳ πονηρᾷ, συνηθείᾳ δεινῇ, ὁμιλίᾳ οὐ καλῇ, προλήψει οὐκ ὀρθῇ, διὰ ταῦτα πλάνῃ. εἶτα ἀφοβίᾳ, ἀπιστίᾳ, πορνείᾳ, φιλαργυρίᾳ, κενοδοξίᾳ, καὶ ἄλλοις τοιαύτοις μυρίοις κακοῖς, ὥσπερ καπνοῦ πλῆθος, ὡς ἵνα οἶκον οἰκοῦντα τὸν κόσμον, τῶν ἔνδοθεν οἰκούντων ἀνδρῶν * ἐπιθολώσαντα τὰς ὁράσεις, οὐκ εἴασαν ἀναβλέψαντας, ὅπως τὸν διαγεγραφότα τὸν δημιουργήσαντα νοῆσαι Θεόν, καὶ τὸ τούτῳ δοκοῦν γνωρίσαι· διὸ τοὺς φιλαληθεῖς ἔνδοθεν χρὴ ἐκ στέρνων βοήσαντας ἐπικουρίαν προσκαλέσασθαι, φιλαληθεῖ λογισμῷ, ἵνα τις ἔσω ὢν τοῦ οἴκου τοῦ πεπλησμένου καπνοῦ, προσιὼν ἀνοίξῃ θύραν, ὅπως δυνηθῇ τὸ μὲν ἐκτὸς τοῦ ἡλίου φῶς εἰσελθεῖν τῷ οἴκῳ, ὁ δὲ ἐντὸς τοῦ πυρὸς ὢν ἐκβληθῆναι καπνός.

Οἷον πρὸς Κλήμεντα διδασκαλία ὅπως οἱ ἄνθρωποι ἐξετράπησαν τῆς βουλήσεως τοῦ Θεοῦ.

Τὸν μὲν οὖν βοηθὸν ἄνδρα, τὸν ἀληθῆ προφήτην λέγω, ὃς μόνος φωτίσαι ψυχὰς ἀνθρώπων δύναται, ὡς ἂν αὐτοῖς ὀφθαλμοῖς δυνηθῆναι ἡμᾶς ἐνιδεῖν τῆς αἰωνίου σωτηρίας τὴν ὁδόν. ἄλλως δὲ ἀδύνατον, ὡς οἶδας, καὶ σὺ μικρῷ πρότερον εἶπον, ὡς πᾶσα ὑπόθεσις ἀνασκευάζεται καὶ κατασκευάζεται.

Ὅτι πρὸ πάντων περὶ τοῦ προφήτου δεῖ μαθεῖν.

7. Ὡς εἴσιθι ἐν ταυτοματι.] In MS. Clementinorum ſcriptum habetur ὡς εἴσιν, è quo formari poteſt, ὡς εἴσιθι, *Ingredere igitur*, at vertit Rufinus: εἴσιθι pro εἰσελθὼν: vel ὡς εἴσῃ, *ut cognoſces per teipſum*. COT.

8. Ὁ δὲ ἀγαθὸς προσπηδήσας.] Omiſerunt operæ lemma marginis; λόγοι Πέτρου πρὸς Κλήμεντα προτρεπτικοί. *Verba Petri ad Clementem exhortatoria*. Ibid.

9. Τὸ-

κυβεύεται, καὶ πρὸς τὴν τοῦ ἐκδικοῦντος δύναμιν ἡ αὐτὴ ἀληθὴς καὶ ψευδὴς νομίζεται, ὡς μηκέτι τὰς ὑποθέσεις φαίνεσθαι ὁποῖαι εἰσιν, ἀλλὰ παρὰ τοὺς ἐκδικοῦντας φαντασίαν λαμβάνειν, τοῦ εἶναι ἢ μὴ εἶναι ἀληθεῖς ἢ ψευδεῖς. τούτου εἵνεκα προφήτου ἀληθοῦς ὅλον τὸ τῆς εὐσεβείας ἐδεήθη πρᾶγμα, ἵνα ἡμῖν ἐρῇ τὰ ὄντα ὡς ἔστιν, καὶ ὡς δεῖ περὶ πάντων πιστεύειν. ὥστε πρῶτον χρὴ τὸν προφήτην πάσῃ τῇ προφητικῇ ἐξετάσει δοκιμάσαντα καὶ ἐπιγνόντα ἀληθῆ, τοῦ λοιποῦ τὰ πάντα αὐτῷ πιστεύειν, καὶ μηκέτι τὸ καθ' ἓν ἕκαστον τῶν ὑπ' αὐτοῦ λεγομένων ἀνακρίνειν, ἀλλὰ λαμβάνειν αὐτὰ βέβαια ὄντα, δοκούσῃ μὲν πίστει, ληφθέντα δὲ ἀσφαλεῖ κρίσει· ἀποδείξει γὰρ μιᾷ τῇ ἀπαρχῆς καὶ ἀκριβεῖ ἐξετάσει τῇ πανταχόθεν, τὰ ὅλα ὀρθῷ εἴληπται λογισμῷ. διὸ πρὸ πάντων τὸν ἀληθῆ προφήτην ζητεῖν δεῖ, ὅτι ἄνευ τούτου βέβαιόν τι περιγενέσθαι ἀνθρώποις ἀδύνατον.

Καὶ ὁμοῦ ἀνέπαυσέν με, ἐκθέμενός μοι τίς ἐστι, καὶ πῶς εὑρίσκεται, καὶ ἀληθῶς εὑρετόν μοι παρέσχεν αὐτὸν, τῶν περὶ ὀφθαλμοὺς ὁρωμένων ἐμφανέστερον, τῇ τοῦ προφήτου ὁμιλίᾳ, τοῖς ὠσὶ δείξας τὴν ἀλήθειαν. ὡς ἐκπλαγέντα με θαυμάζειν, πῶς τῶν πᾶσι ζητουμένων ἔμπροσθεν κειμένων, οὐδεὶς ὁρᾷ. πλὴν γράψας τὸν περὶ προφήτου λόγον, αὐτοῦ κελεύσαντος, ἀπὸ τῆς Καισαρείας Στράτωνος διαπεμφθῆναί σοι ἐποίησεν τὸν τόμον, περὶ σοῦ ἐντολὴν ἔχειν εἰπὼν, τὰς καθ' ἕκαστον ἐνιαυτὸν ὁμιλίας τε καὶ πράξεις γράψαντα διαπέμπειν σοι. ὅμως ἐν μιᾷ τῇ πρώτῃ ἡμέρᾳ ἀρχὴν ἤδη μόνον ποιούμενος περὶ τοῦ τῆς ἀληθείας προφήτου, περὶ πάντων με ἐπληροφόρησεν· καὶ εἶθ' οὕτως ἔφη· ἐννόει τὸ λοιπὸν τὰς ἐξ ἐμοῦ πρὸς τοὺς ἐξ ἐναντίας γενομένας ζητήσεις· κἂν εἴ τι ἧττον ἀπενέγκωμαι, οὐ δέδια μή ποτε σὺ περὶ τῆς παραδοθείσης σοι ἀληθείας διακριθῇς, ἢ εἰδὼς ὅτι ἐγὼ ἡττᾶσθαι ἔδοξα. οὐχ' ἡ ὑπόθεσις ἡ διὰ τοῦ προφήτου παραδοθεῖσα ἡμῖν. πλὴν ἐλπίζω μή τι ἐν τῷ ἐξεταστικῷ λόγῳ τὸ ἧττον ἀπενέγκασθαι πρὸς τοὺς νοῦν ἔχοντας, φιλαλήθεις λέγω, οἵτινες δύνανται γνωρίζειν τῶν λόγων τίνες εἰσὶ πιθανοὶ, ἔντεχνοί τε καὶ ἐπιτερπεῖς, τίνες γε λιτοὶ καὶ ἁπλοῖ, μόνῃ τῇ δι' αὐτῶν ἀληθείᾳ πεποιθότες.

Κλήμης πρὸς Πέτρον περὶ τοῦ ἀμετακίνητον ἔσεσθαι αὐτόν, καὶ πάντα τὸν ἀκούσαντα περὶ προφήτου.

Ταῦτα αὐτοῦ εἰπόντος, ἀπεκρινάμην· ἤδη εὐχαριστῶ τῷ Θεῷ. ὡς γὰρ ἐβουλόμην πληροφορηθῆναι, οὕτως μοι καὶ παρέσχεν. πλὴν τό γε περὶ ἐμοῦ τοῦ λοιποῦ ἀμέριμνος ἴσθι. ὅτι οὐ μήποτε ἐνδοιάσω, τοσοῦτον, ὅσον εἰ καὶ αὐτός σὺ βουληθείης ποτὲ τῆς προφητικῆς ὑποθέσεως ἐκστῆσαί με, ἀδύνατον ἐδυνήθης, τοσοῦτον οἶδα ὃ παρείληφα. καὶ μή τι νόμιζέ μοι σὺ μέγα ἐπαγγέλλεσθαι, τοῦτ' αὐτὸ τὸ μὴ ἐνδοιάσαι ποτέ· ἀλλ' οὔτ' αὐτὸς ἐγὼ, οὔτε τις ἀνθρώπων τὸν περὶ προφήτου λόγον ἀκούσας, ἐνδοιάσαι ποτὲ δυνήσεται περὶ τῆς ἀληθοῦς ὑποθέσεως, πρότερον ἀκούσας καὶ νοήσας, τίς ἐστιν προφητικῆς ἐπαγγελίας ἀλήθεια. διὸ θάῤῥει τῷ θεοβουλήτῳ δόγματι. πᾶσα γὰρ τέχνη κακίας νενίκηται. πρὸς γὰρ προφητείαν οὐδὲν δύνανται, οὔτε τέχναι λόγων, οὔτε σοφισμάτων ἐπίνοιαι, οὐ συλλογισμοὶ, οὐκ ἄλλη τις μηχανή· ἐάν γε ὁ ἀκούσας προφήτου ἀληθοῦς, ἀληθείας ὄντως ὀρέγεται, καὶ οὐ προφάσει ἀληθείας ἕτερόν τι περιβλέπεται. ὥστε κύριέ μου Πέτρε, μὴ ἀθύμει, ὡς ἀναισθήτῳ τὸ μέγιστον δωρησάμενος ἀγαθόν. αἰσθομένῳ γὰρ χάριτος ἐδωρήσω, καὶ μὴ δυναμένῳ ἀπατηθῆναι ἀπὸ τοῦ δοθέντος ἀληθοῦς. οἶδα γὰρ ὅτι ἕν ἐστιν ὧν βούλεταί τις καὶ ταχέως λαβεῖν, καὶ βραδέως μὴ τυχεῖν. οἶδα οὖν μὴ καταφρονεῖν τοῦ δοθέντος μοι, διὰ τὸ τάχος, ἀσυγκρίτου καὶ μόνου ἀσφαλοῦς.

Πέτρου ἔπαινος πρὸς Κλήμεντα ὅτι ἐπέγνω τίς ὁ προφήτης.

Ταῦτά μου εἰπόντος, ὁ Πέτρος ἔφη· χάριν ὁμολογῶ τῷ Θεῷ, καὶ περὶ τῆς σῆς σωτηρίας, καὶ περὶ ἐμῆς ἀπολαύσεως. ἀληθῶς γὰρ ἐδε-

idem juxta propugnatoris facultatem verum & ſalſum exiſtimatur; adeò ut ſententiæ, quales ſunt non jam appareant, ſed per diſputatores ſpeciem accipiant veritatis aut falſitatis. Quocirca totum pietatis negotium vero Prophetâ indiguit, ut nobis quæ ſunt quemadmodum ſunt diceret, ac quomodo de omnibus oporteat credere. Quare oportet primùm, comprobato per omnem Propheticam inquiſitionem Prophetâ, cùm cognitum erit verum eſſe, de cætero univerſa ipſi credere, nec ampliùs ſingulatim ejus dicta diſcutere, ſed ea firma certaque præſumere; per fidem quidem, ut videtur, per indubitatnm tamen judicium ſuſcepta: per unam enim ab initio demonſtrationem ac exactam diſquiſitionem, undique collectam, cuncta ratione rectâ aſſumpta ſunt. Qnare ante omnia verus Propheta quærendus eſt; quoniam ſine ipſo, firmi quid apud homines nequit conſiſtere.

XX. Simulque ſatisfecit mihi, exponens, quis ſit, & quo pacto inveniatur; veréque inventu facilem eum mihi præbnit; atque ſermonibus de Propheta, anribus meis veritatem, clariorem iis quæ per oculos cernuntur, reddidit; adeò ut obſtupefactus mirarer, quo modo ea quæ omnes quærunt, coram poſita nemo videt. Itaque juſſu ipſius, de vero Propheta conſcripſi librum, quem de Cæſarea Stratonis ad te mitti voluit, dicens ſe à te habere in mandatis, ſingulorum annorum allocutiones & actiones, deſcriptas ad te deſtinare. Cæterum uno ac primo die, ſolummodo jam incipiens de veritatis Propheta, in omnibus certum me reddidit: poſteaque ita infit; Conſidera deinceps quas contra adverſarios habiturus ſum diſputationes; & inferior ſi receſſero, non vereor ne fortè tu de tradita tibi veritate ambigas; ut qui ſcias, me quidem ſuperatum videri, non autem nobis à Propheta traditam doctrinam. Spero tamen neque in diſquiſitionum ſermonibus inferiora relaturum me, apud homines mente præditos, amatores, inquam, veritatis, qui diſcernere valeant quinam ſermonum perſuaſorii ſunt, artificioſi, & jucundi, quinam verò inculti, ſimpliceſque, in ſolâ quam proferunt veritate confidentes.

XXI. Poſtquam hæc dixiſſet, reſpondi; Jam gratias Deo ago; quia ſicut volui plenitudinem certitudinis accipere, ita & mihi tribuit. Cæterùm quòd ad me attinet, noli ampliùs eſſe ſollicitus; quoniam dubitabo numquam; in tantum, ut etiam ſi tu ipſe velis aliquando me à fide Prophetæ avertere, rem impoſſibilem perficere non poteris, adeò quod accepi, mente teneo. Neque verò exiſtimes, magnum à me promitti, hoc ipſum, quòd numquam ſim hæſitaturus: ſed neque ipſe ego, nec ullus hominum audito ſermone de Propheta, ambigere umquam de vera doctrina poterit, cùm prius audierit intellexeritque quænam ſit Propheticæ repromiſſionis veritas. Quare confide de Deo placitâ ſententiâ. Omnis quippe devicta eſt ars malitiæ. Nam adversùs Prophetiam nihil poſſunt, neque verborum artificia, neque ſophiſmatum excogitationes, non ſyllogiſmi, non alia quæpiam machinatio; ſi veri Prophetæ auditor, veritatem omnino appetit, non autem veritatis prætextu reſpicit aliud quidpiam. Itaque Domine mi Petre, anxius ne ſis, quaſi maximum donum homini ſenſu carenti tradideris. Sentienti enim gratiam dediſti, eique qui circa traditum verum non poterit decipi. Novi quippe id unum eſſe ex iis, quæ aliquis cupierit citò accipere, non autem tardè conſequi. Scio igitur non contemnendum eſſe ob celeritatem, quod datum mihi eſt, quodque eſt incomparabile, ac ſolum tutum.

Clemens ad Petrum, quod firmus & ſtabilis erit, omniſque qui de Propheta audierit.

Epit. n. 19. Recogn. l. 3. n. 18. &c.

XXII. Hæc poſtquam locutus ſum, Petrus dixit; Gratiam Deo habeo, & pro ſalute tua, & pro meo commodo atque oblectamento. Verè ſi-

Petri laudatio ad Clementem, eo quod quis eſſet Propheta cognoverit.

quidem gaudeo, ſciens te quænam ſit Prophetiæ magnitudo cognoviſſe. Quoniam ergo, ut dixiſti, neque ſi ipſe ego aliquando, quod abſit, voluerim te ad aliud dogma transferre, idoneus ad te perſuadendum futurus ſum; incipe deinceps ex craſtina die mihi in quæſtionibus contra adverſarios agitandis adeſſe. Craſtina autem eſt mihi adversùs Simonem magum. Atque his dictis, & ipſe cibum ſumpſit, meque privatim juſſit ſumere. Benedicto autem cibo, actiſque gratiis, poſtquam expletus fuit, illius quoque rei ratione mihi redditâ, ſubjunxit, dicens; Det tibi Deus, ut in omnibus mihi ſimilis efficiaris, utque baptizatus, ejuſdem mecum particeps fias menſæ. Quibus dictis, quieſcere me præcepit. Jam enim & ſomnum natura corporis expetebat.

HOMILIA SECUNDA.

De auditoribus ſermonum Petri, quot & quinam. Epitom. n. 21. &c. Rec l. 2. n. 1. &c.

I. SEquenti ergo die, ego Clemens, cùm adhuc nox eſſet, è ſomno excitatus, ubi intellexiſſem Petrum vigilare, & cum iis qui unà erant de cultu Dei diſſerere: (erant autem ſexdecim; quorum & nomina, qui ſingula ſequenti tempore didicerim, exponere eò conſtitui, ut quinam fuerint addiſcas; quorum primus Zacchæus, olim publicanus, & Sophonias frater ejus, Joſephus illiuſque ſodalis Michæas, præterea Thomas & Eliezerus gemini, ſed & Eneas Lazaruſque ſacerdotes, inſuperque adhuc Eliſæus, & Benjamin Saphræ filius, itidem Rubilus & Zacharias architecti, Ananias & Aggæus Jammeni, necnon Nicetas & Aquila ſocii:) etiam ingreſſus, cùm ſalutâſſem, eo jubente conſedi.

II. Ille autem inſtitutum ſermonem interrumpens, quaſi ſe purgando rationem reddidit, cur non expergefeciſſet me, quò verba ipſius audirem; cauſſam reddens, navigationis moleſtiam, quam à me concoqui dum vult, quieſcere permiſit. Siquidem quando anima circa id quod corpori deeſt occupatur, doctrinam oblatam non prout par eſt amplectitur. Quapropter ſermocinari nolo cum iis,

Apud quos reticendum ſit, & quibus annuncianda doctrina, & quando.

qui aut calamitatis cujuſpiam ergo contriſtantur admodum, aut immodicè iraſcuntur, aut in amoris rabiem vertunt ſe, aut à curis ſæcularibus vexantur, aut aliis turbantur affectibus; in quibus hominibus anima, quemadmodum dixi, concidens, & cum corpore ægrotante condolens, vacat ſuâ prudentiâ.

III. Neque dicat aliquis; Non igitur oportet conſolationes & admonitiones iis admovere, qui mali aliquid habent ac gerunt. Aio, quòd ſi quidem aliquis proficit, adhibeat; ſin minùs, tempori concedat. Scio etenim, cuncta habere ſuum

Eccl. 3. 1.

tempus. Quare oportet, ſermones qui animum roborant, hominibus ante vexationem tradere; ut ſi quid fortè pravi acciderit, mens priùs armata, rectâ ratione poſſit id quod illatum eſt perferre. Tunc quippe ei qui per bonum conſilium opitulatus eſt, mens in ipſo conflictationis articulo ſolet concurrere.

De bonis quæ à Propheta oriuntur.

IV. Cæterùm audivi, Clemens, Barnabam tibi Alexandriæ omnino expoſuiſſe doctrinam de Prophetia; an id verum non eſt? Et ego reſpondi; Ita eſt; admodùm præclarè id fecit. Et Petrus: Non igitur neceſſe eſt, ut hoc tempus in iis

μοι οὐδεὶς ὅτι ἐπέγνως τί ποτ' ἐστὶ προφητείας μέγεθος. ἐπεὶ οὖν, ὡς ἔφης, οὐδ' ἂν αὐτὸς ἐγὼ θελήσω ποτὲ, ὅπερ ἀπείη, εἰς ἕτερόν σε μεταθεῖναι δόγμα, οὐχ ἱκανὸς ἔσομαι πεῖσαί σε, ἄρξαι δὲ λοιπὸν ἀπὸ τῆς αὔριον παρεῖναί μοι ἐν ταῖς τῶν ἀντικειμένων ζητήσεσιν. ἔστι δέ μοι ἡ αὔριον πρὸς Σίμωνα μάγον. καὶ ταῦτα εἰπὼν, καὶ τροφῆς αὐτὸς μεταλαβὼν, ἰδίᾳ κἀμὲ μεταλαβεῖν ἐκέλευσεν. εὐλογήσας δὲ ἐπὶ τῆς τροφῆς καὶ εὐχαριστήσας, μετὰ τὸ κορεσθῆναι, καὶ αὐτοῦ τούτου τὸν λόγον μοι ἀποδοὺς, ἐπήγαγεν λέγων· δῴη σοι ὁ Θεὸς κατὰ πάντα ἐξομοιωθῆναί μοι, καὶ βαπτισθέντα, τῆς αὐτῆς μοι μεταλαβεῖν τραπέζης. ταῦτα εἰπὼν, ἡσυχάζειν με προσέταξεν. ἤδη γάρ που καὶ τὸν ὕπνον ἀπῄτει ἡ τοῦ σώματος φύσις.

ΟΜΙΛΙΑ Β'.

Περὶ τῶν ἀκουόντων Πέτρου λόγων, πόσοι καὶ τίνες.

ἔχων, οὐχ ἁμαρτάνει. ἀδιαλείπτως οὖν τιμᾶτε πρεσβυτέρους, κατηχητάς, διακόνους χρησίμους, χήρας τὰς βεβιωκυίας, ὀρφανοὺς ὡς ἐκκλησίας τέκνα, ἀλλὰ καὶ ἐάν τινι χρεία τινὸς πέρι πρὸς ἀναγκαῖον φανῇ, ἅμα οἱ πάντες συμβάλλεσθε. εἰς ἀλλήλους εὐσεβεῖτε, καὶ ὁμονοοῦντες πάντα ὅτι ὑπὲρ τῆς ἑαυτῶν σωτηρίας ὑπομένειν.

Χειροθεσία τῷ Ζακχαίῳ μετ' εὐχῆς.

Καὶ ταῦτα εἰπών, ἐπέθηκεν χεῖρα τῷ Ζακχαίῳ, λέγων· Δέσποτα καὶ κύριε τῶν ὅλων, ὁ πατὴρ καὶ Θεός, σὺ διαφύλαξον ποιμένα μετὰ ποίμνης. σὺ ἡ πρόφασις, σὺ ἡ δύναμις. ἡμεῖς τὸ βοηθούμενον, σὺ ὁ βοηθός, ὁ ἰατρός, ὁ σωτήρ, τὸ τεῖχος, ἡ ζωή, ἡ ἐλπίς, ἡ καταφυγή, ἡ χαρά, ἡ προσδοκία, ἡ ἀνάπαυσις· συνελὼν ἐρῶ, σὺ ἡμῖν τὰ πάντα. πρὸς αἰώνιον ὑπεροχὴν σωτηρίας συνέργησον· ῥῦσαι, φύλαξον. πάντα δύνασαι. σὺ γὰρ ἄρχων ἀρχόντων, καὶ κύριος κυρίων, δεσπότης βασιλέων. σὺ δίδου ἐξουσίαν τῷ προκαθεζομένῳ, λύειν ἃ δεῖ λύειν, καὶ δεσμεῖν ἃ δεῖ δεσμεῖν. σὺ σόφισον· σὺ ὡς δι' ὀργάνου δι' αὐτοῦ τὴν ἐκκλησίαν τοῦ Χριστοῦ σου, ὡς καλὴν νύμφην διαφύλαξον. σοῦ γάρ ἐστι δόξα αἰώνιος, ὕμνος, πατρί, καὶ υἱῷ, καὶ ἁγίῳ πνεύματι, εἰς τοὺς σύμπαντας αἰῶνας. ἀμήν.

Καὶ ταῦτα εἰπών, μετὰ ταῦτα ἔφη· ὅσοι βαπτισθῆναι θέλετε, ἀπὸ τῆς αὔριον νηστεύειν ἄρξασθε, καὶ καθ' ἡμέραν χειροθετεῖσθε, καὶ περὶ ὧν θέλετε πυνθάνεσθε. ἔτι γὰρ ἡμερῶν δέκα ὑμῖν ἐπιμένειν θέλω. μετὰ δὲ τρεῖς ἡμέρας βαπτίζειν ἀρξάμενος, ἐμὲ φωνήσας, καὶ Ἀκύλαν, καὶ Νικήτην, ἔφη· μέλλων ἐπὶ τὴν Τύρον ὁρμᾶν μεθ' ἡμέρας ἑπτά, βούλομαι ἐξ αὐτῆς ὑμᾶς ἀπελθόντας, παρὰ τῇ Χαναανίτιδι [57] Βερνίκῃ Ἰούστης θυγατρὶ λαθραιότερον ἐπιξενωθέντας, παρ' αὐτῆς τὰ κατὰ τὸν Σίμωνα ἀκριβῶς γράψαι μοι. πολὺ γάρ μοι συμβάλλεται, ἵνα πρὸς αὐτὸν ἁρμόσωμαι. διὸ ἐξ αὐτῆς προβαίνετε μετ' εἰρήνης. καὶ δὴ βαπτίζοντα αὐτὸν ἐάσαντες, καθὼς ἐκέλευσεν, εἰς Τύρον αὐτὸν προεξήειμεν τῆς Φοινίκης.

ΟΜΙΛΙΑ Δ'.

Κλήμεντος καὶ Ἀκύλα καὶ Νικήτου πρὸς Βερνίκην ἐν Τύρῳ διάλεξις περὶ Σίμωνος.

ΚΑισαρείας δὲ τῆς Στράτωνος ἐξιὼν ἐγὼ Κλήμης, [58] ἅμα Νικήτῃ καὶ Ἀκύλᾳ, εἰς Τύρον τῆς Φοινίκης εἰσέβαλλον, καὶ κατ' ἐντολὴν Πέτρου τοῦ ἀποστείλαντος ἡμᾶς, ἐξενοδοχήθημεν παρὰ Βερνίκῃ θυγατρὶ τῆς Χαναανίτιδος Ἰούστης· ἥ τις ἀσμενέστατα ἡμᾶς ἀπεδέξατο, καὶ πολλῇ μὲν τῇ πρὸς ἐμὲ τιμῇ ἀγωνιῶσα, προσηγεῖ δὲ τῇ πρὸς Ἀκύλαν καὶ Νικήτην, ὅσα χαρᾷ ὡς συνήθης παρρησιαζομένη ἐφιλοφρονεῖτο, καὶ πρὸς τὴν τοῦ σώματος θεραπείαν ἡμᾶς δεξιῶς κατήπειγεν. συνιδὼν οὖν ὅτι βραχεῖαν ἡμῖν ὑπέρθεσιν ποιεῖσθαι ἐπέτρεπεν· ὀρθῶς μέν, ἔφην, ποιεῖς, ἐπιδιδοῦσα τὰ τῆς ἀγάπης ἀποπληροῦν μέρη. προτιμητέος δὲ ταύτης ὁ πρὸς τὸν Θεὸν ἡμῶν φόβος. δέδιμεν γὰρ ὑπὲρ πολλῶν ψυχῶν τὸν ἀγῶνα ἔχοντες, τὴν ἐκείνων σωτηρίας προτιμᾶν τῆς ἡμετέρας ἀναπαύσεως.

Πυνθανόμεθα γὰρ ὅτι Σίμων ὁ μάγος, ἐπὶ τῆς ἐν Καισαρείᾳ πρὸς τὸν κύριον ἡμῶν Πέτρον ζητήσεως ἡττηθείς, παραχρῆμα ἀποδράς, ἐνταῦθα πολλὰ κακὰ διαπεπράχθαι. [59] πᾶσι γὰρ τοῖς ὑπεναντίοις παρὰ τὴν ἀλήθειαν λοιδορῶν τὸν Πέτρον, τὰς τῶν πολλῶν συναρπάζει ψυχάς. μάγος γὰρ αὐτὸς ὤν, μάγον ἐκεῖνον ἀποκαλεῖ· καὶ πλάνος αὐτὸς ὤν, πλάνον ἐκεῖνον ἀποκηρύσσει· καὶ ἐν τῇ ζητήσει ἐπὶ πάντων τὸ ἡττηθῆναι ἀποσκευασάμενος καὶ φυγών, αὐτὸς φάσκει νενικηκέναι, καὶ τοῦ Πέτρου μὴ δεῖν ἀκούειν, πυκνότερον ἐντέλλεται, ὡς δῆθεν κηδόμενος ἵνα μὴ ὑπὸ δεινοῦ καταγοητευθῶσι μάγου.

Ταῦ-

57. Βερνίκη.] Idem nomen Bernices ſeu Berenices, mulieri αἱμοῤῥοούσῃ quam ſanavit Chriſtus, tribuitur ab alio fabulatore Johanne Antiocheno Malala, apud Damaſcenum Orat. 3. pro ſacris imaginibus. COT.

58. Ἅμα Νικήτῃ καὶ Ἀκύλᾳ.] Codex Regius 804. ἅμα Νικήτῃ καὶ Ἀκύλᾳ εἰς Τύρον τῆς Φοινίκης ἐνεβαλόμεθα. Ibid.

59. Πᾶσι γὰρ τοῖς ὑπεναντίοις.] *In omnibus enim contrariis.* Ita malim. Ibid.

60. Α'

Ταῦτα οὖν μαθὼν ὁ κύριος ἡμῶν Πέτρος, προαπέστειλεν ἡμᾶς, ἐξεταστὰς τῶν λεχθέντων αὐτῷ ἐσομένους· ἵνα εἰ οὕτως ἔχοι, γραψάντων ἡμῶν αὐτὸς μάθῃ, καὶ ἐπελθὼν ἐξελέγξῃ αὐτὸν ἐκ τῶν ἄντικρυς ἐφ' ὧν αὐτὸν διέβαλλεν. ἐπεὶ οὖν ὑπὲρ πολλῶν ψυχῶν ὁ κίνδυνος ἡμῖν πρόκειται, τούτου ἕνεκεν τῆς τοῦ σώματος ἡμῶν ἀναπαύσεως πρὸς βραχὺ ἀμελήσαντες, παρὰ σοῦ τῆς ἐνταῦθα διατριβούσης βουλόμεθα ἀψευδῶς μαθεῖν, εἰ ἅπερ ἠκούσαμεν ἀληθῆ τυγχάνει· καὶ λέγοις ἂν ἤδη ἡμῖν ἕκαστα.

Βερνίκης ἀφήγησις περὶ τῶν ὑπὸ Σίμωνος γενομένων. * f. ἔχει

Ἡ Βερνίκη δὲ ἀξιωθεῖσα, ταῦτα μὲν οὕτως ἔφη * ἔχειν ὡς ἠκούσατε· τὰ δὲ ἄλλα τὰ κατ' αὐτὸν τὸν Σίμωνα, ἅπερ ἴσως ἀγνοεῖτε, ἀκούσατε· φαντάσματί τε γὰρ καὶ ἰνδάλματα ἐν μέσῃ τῇ ἀγορᾷ φαίνεσθαι ποιῶν δι' ἡμέρας, πᾶσαν ἐκπλήττει τὴν πόλιν· καὶ προϊόντος αὐτοῦ ἀνδριάντες κινοῦνται, καὶ σκιαὶ πολλαὶ προηγοῦνται, [60] ἅσπερ αὐτὰς ψυχὰς τῶν τεθνηκότων εἶναι λέγει. πολλοὺς δὲ γόητα αὐτὸν ἐλέγχειν πειρωμένους, διαπλέξας πρὸς ἑαυτὸν εὐθύτερον προφάσει δεξιώσεως, βοῦν θύσας, καὶ ἑστιάσας αὐτούς, διαφόροις νόσοις περιέβαλεν, καὶ δαίμοσιν ὑπέβαλεν· καὶ ἵνα μὴ πολλὰ λέγω, πολλοὺς κακώσας, θεὸς εἶναι ὑποληφθεὶς, πρὸς τὸ φοβερὸν εἶναι καὶ προτετίμηται.

Ὅθεν οὐκ οἴομαι δυνήσεσθαί τινα τοσοῦτον ἀναφθὲν πῦρ σβέσαι. οὐ δὲ γὰρ ἐνδοιάζει τις περὶ ὧν ἐκεῖνος ἐπαγγέλλεται, ἀλλὰ τοῦθ' οὕτως ἔχειν διαβεβαιοῦται ἕκαστος. διὸ δὲ μὴ κινδυνεῦσαι ὑμᾶς χάριν, παρακαλῶ μηδὲν ἐγχειρῆσαι πρὸς αὐτὸν, πρὶν ἂν Πέτρος ἔλθῃ, ὃς μόνος δυνήσεται πρὸς τοσαύτην δυναστείαν, τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ δοκιμώτατος ὑπάρχων μαθητὴς, ἀνταγωνίσασθαι. τοσοῦτον γὰρ πεφόβημαι τὸν ἄνδρα, ὡς εἰ μὴ καὶ ἄλλοτε πρὸς τὸν κύριόν μου Πέτρον διαλεχθεὶς, τὸ ἧττον ἀπηνέγκατο, συνεβούλευσα ἂν ὑμῖν καὶ αὐτὸν πείθειν τὸν Πέτρον, μὴ πειρᾶσθαι ἀντεξετάζεσθαι τῷ Σίμωνι.

Κἀγὼ ἔφην· ὁ κύριος ἡμῶν Πέτρος εἰ ἠγνόει ὅτι αὐτὸς μόνος κατισχύει τῆς ἐκείνου δυναστείας, οὐκ ἂν ἡμᾶς προπέμπων ἐνετέλλετο, λανθανόντως τὰ κατὰ Σίμωνα διαμανθάνοντας αὐτῷ γράφειν. ὅμως ἐπεὶ ἑσπέρα κατειλήφει, ἄρτου μεταλαβόντες ὑπνώσαμεν. ἕωθεν δέ τις τῇ Βερνίκῃ συνήθης ἐλθὼν ἔφη, τὸν Σίμωνα εἰς τὴν Σιδῶνα ἐκπεπλευκέναι, τῶν δὲ αὐτοῦ μαθητῶν καταλελοιπέναι Ἀππίωνα τὸν Πλειστονίκην, ἄνδρα Ἀλεξανδρέα, γραμματικὸν τὴν ἐπιστήμην, * ὃν πρὸς πατρός μοι φίλον, ὃν ἐπέγνων, καὶ Ἀνουβίωνα τὸν [61] Διοσπολίτην τινὰ ἀστρολόγον, καὶ Ἀθηνόδωρον τὸν Ἀθηναῖον τῷ * Ἐπικούρου ἀρεσκόμενον λόγῳ. ἡμεῖς δὲ τὰ κατὰ τὸν Σίμωνα μαθόντες, ἕωθεν πάντα γράψαντες, καὶ Πέτρῳ διαπέμψαντες, εἰς περίπατον ἀπετραπόμεθα.

* f. vacat. f. ὄντα

* f. Ἐπικουρείῳ vel Ἐπικούρῳ λόγῳ

Ἀππίωνος πρὸς Κλήμεντα ἐν Τύρῳ διάλεξις.

Καὶ Ἀππίων ἀπήντα ἡμῖν, οὐ μόνον μετὰ τῶν προειρημένων ἑταίρων τῶν δύο, ἀλλὰ καὶ μεθ' ἑτέρων ἀνδρῶν ὡς τριάκοντα. καὶ ἅμα τῷ ἰδεῖν με, προσαγορεύσας καὶ καταφιλήσας ἔφη· οὗτός ἐστιν Κλήμης, περὶ οὗ ὑμῖν τῆς τε εὐγενείας καὶ τῆς [62] ἐλευθεροτρεπείας πολλὴν ἐποιούμην λόγον· ὅτι ἀνὴρ πρὸς γένους Τιβερίου Καίσαρος ὤν, καὶ πάσης ἑλληνικῆς παιδείας ἐξησκημένος, ὑπὸ βαρβάρου τινὸς, τὴν προσηγορίαν Πέτρου, τὰ Ἰουδαίων ποιεῖν καὶ λέγειν ἠπάτηται. ὅθεν ἀξιῶ συναγωνίσασθαί μοι πρὸς τὴν διόρθωσιν αὐτοῦ. καὶ ἐφ' ὑμῶν αὐτοῦ πυνθάνομαι. λεγέτω μοι, ἐπειδὴ πρὸς τὸ εὐσεβεῖν ἑαυτὸν ἀποδεδωκέναι νομίζει, πῶς οὐχὶ τὸ μέγιστον ἀσεβεῖ, κα-

III. Hæc accipiens Dominus noſter Petrus, præmiſit nos, futuros verborum illius exploratores: ut ſi ita habeant, ipſe ſcribentibus nobis edoceatur; & adveniens arguat eumdem cominùs, de calumniis erga ſe. Quando igitur pro multorum animabus periculum nobis adjacet; ideò corporis noſtri refectione ad breve tempus neglectâ, à te quæ hîc degis certò ſcire volumus, an vera ſint quæ audivimus: jamque nobis ſingula ediſſere.

IV. Berenice verò rogata, Hæc quidem, inquit, eo modo ſe habent, quo audiviſtis: cætera verò ejuſdem Simonis, quæ fortè ignoratis, audite: phantaſmata enim, & ſpectra ac ſimulacra in medio foro quotidie oſtendens, totam obſtupefacit civitatem: & procedente eo ſtatuæ moventur, ac multæ umbræ præeunt, quas ipſas dicit eſſe animas defunctorum. Multos autem qui eum præſtigiatorem nitebantur oſtendere, cùm ſibi conciliâſſet citiſſimè prætextu convivii, mactato bove, ipſiſque in eſcam dato, variis implicuit morbis, Dæmonibuſque ſubjecit: ac ne plura proloquar, multos affligendo, Deus eſſe creditur, & formidabilis eſt, & colitur.

Berenices narratio de geſtis Simonis.

Anaſtaſius. Cedrenus. Nicephorus.

V. Quocirca non puto à quoquam ignem tantum accenſum poſſe extingui. Nemo enim in dubium vocat quæ ille pollicetur, ſed ſinguli confirmant rem ita habere. Quare, eâ gratiâ ut vos in periculum non veniatis, hortor ne quidquam tentetis adversùs eum, antè quàm Petrus venerit, qui cùm ſit Domini noſtri Jeſu Chriſti probatiſſimus diſcipulus, poterit ſolus contra tantam potentiam dimicare. Tantùm quippe metuo hominem, ut niſi aliàs cum Domino meo Petro diſceptans diſceſſiſſet inferior, conſilium dediſſem vobis, ipſum quoque Petrum perſuaderetis ne cum Simone diſputare niteretur.

VI. Et ego reſpondi; Si Dominus noſter Petrus ignoraret quòd ipſe ſolus adversùs ejus potentiam prævalet, non utique præmittendo nos mandâſſet, ut clàm Simonis geſta diſcentes ei ſcriberemus. Porrò cùm nox veniſſet, ſumpto cibo dormivimus. Manè verò aliquis Berenices familiaris veniens dixit, Simonem in Sidonem navigâſſe, ex ſuis autem diſcipulis reliquiſſe Appionem Pliſtonicem, virum Alexandrinum, arte Grammaticum, paternum meum amicum, mihi cognitum, & Anubionem quemdam Diopolitam, Aſtrologum, atque Athenodorum Athenienſem Epicureæ ſectæ addictum. Nos autem edocti res Simonis, manè cuncta cùm ſcripſiſſemus, & ad Petrum miſiſſemus, ad ambulationem convertimus gradum.

VII. Et occurrit nobis Appion, non ſolùm cum prædictis duobus ſociis, ſed & cum aliis viris triginta circiter. Ac ſimul atque me vidit; ſalutans & oſculatus, ait; Hic eſt Clemens, de quo multum ad vos ſermonem habui, de illius nobilitate ac moribus liberalibus; quòd vir ex genere Tiberii Cæſaris, & in omni Græca diſciplina exercitatus, à Barbaro quodam qui vocatur Petrus, fraude compulſus eſſet ad peragendos ac prædicandos Judæorum ritus. Quare rogo, ut me in illo corrigendo adjuvetis. Et coram vobis eum interrogo. Reſpondeat mihi; quandoquidem arbitratur, quòd ſe, ut pietatem coleret, dediderit; quo modo non ma-

Appionis cum Clemente colloquium, Tyri.

60. Ἅσπερ αὐτὰς ψυχὰς τῶν τεθνηκότων εἶναι λέγει] Memoratus Codex, αὐτάς, ut in Epitome. Videndi qui citantur ad marginem, Anaſtaſius, Cedrenus, Nicephorus: primus Quæſt. 20. p. 242. ſecundus Compendii Hiſtorici p. 173. tertius Hiſt. Eccl. lib. 2. cap. 27. Ac fortè in loco Cedreni rectiùs ſcribetur; καὶ ἑστιάσας αὐτούς, διαφόροις καὶ δεινοῖς νόσοις καὶ δαίμοσιν ὑπέβαλε. COT.

61. Διοσπολίτην.] Non ſequi ſcripturam Codicis religioni habui. Ibid.

62. Ἐλευθεροτρεπείας.] In Membranis Regiis, ἐλευθεροπρεπείας. Ibid.

maximè impius ſit, qui patrios dereliquerit, declinaverit verò ad barbaros mores.

VIII. Ego reſpondi; Tuam quidem in me præclaram voluntatem habeo acceptam; at ignorationem amolior. Scilicet præclara quidem voluntas eſt, quòd in iis quæ tibi bona videntur, me verſari cupis: verùm cognitio non rectè habens, prætextu amicitiæ inſidiari nititur. Dixit Appion; Num ignoratio tibi videtur; patrios ritus ſervando, ſentire cum Græcis? Et ego reſpondi; Qui vitam piè agere ſtatuit, non omnimodis debet ſervare patria inſtituta; ſed ſervare quidem, ſi pia ſint; abjicere verò, ſi ſint impia. Uſu enim venire ſolet, ut aliquis patre impio natus, volens vivere piè, nolit patris mores ſequi. Excepit Appion; Quid ergo? patrem tuum ais malæ vitæ exſtitiſſe. Reſpondi ego; Non quidem erat malæ vitæ, ſed malæ opinionis. Et Appion; Quæ illius fuerit mala ſententia cupio audire. Et ego dixi; Quòd falſis ac pravis Græcorum fabulis habuit fidem. Atque Appion ſciſcitatus eſt; Quænam ſunt hæ Græcorum falſæ ac pravæ fabulæ? Reſpondi; Non recta de Diis opinatio; quam, ſi æquo animo fers, cum diſcendi cupidis audies.

IX. Quare ante diſſertationem, jam ſecedamus in quietiorem aliquem locum: ibi vobiſcum diſſeram. Quòd autem velim ſeorſum colloqui, cauſſa hæc eſt; quia non accedunt ſincerè plerique, neque etiam omnes Philoſophi, ad judicandum de rebus. Multos ſiquidem novimus, eorum quoque qui de ſe ob Philoſophiæ profeſſionem magnificè ſentiunt, inani gloriâ duci; aut lucri cupiditate, non autem virtutis amore indui pallio: qui ſi non invenerint id propter quod philoſophantur, vertunt ſe ad cachinnos. Ob iſtos ergo aptum aliquem locum eligamus, in quo ſoli ſimus.

X. Tum quidam ex illis, vir dives, qui agrum poſſidebat frondibus elegantiſſimè ornatum, dixit; Quandoquidem vehementer adurit æſtus, paullulùm à civitate ad hortos meos ſecedamus. Et progreſſi, conſederunt, ubi pura erant gelidorum laticum fluenta, & arborum omnigenûm tegmen viride. Ibi ego lubens ſedi, & reliqui circa me; qui ſilentes, pro voce quâ me rogaturi erant, per fixos in me oculos clarè videbantur quam promiſeram demonſtrationem poſcere. Itaque ſic loqui cœpi.

Clementis poſtquam ſeorſum fuerunt ſermo ad Appionem.

XI. Multa eſt, viri Græci, differentia inter veritatem atque conſuetudinem. Veritas enim ſincerè quæſita, invenitur: conſuetudo autem, quæcumque aſſumatur, ſeu vera, ſeu falſa, temere à ſeipſa confirmatur; neque cùm vera eſt, lætatur is qui aſſumit, neque cùm falſa, contriſtatur. Non enim judicio, ſed præſumptâ opinione is credidit, incertâ fretus fortunâ, majorum ſcilicet placito. Nec facile eſt exuere hæreditarium ſententiæ amictum, licèt ei penitus oſtendatur ſtultus ac ridiculus.

Quænam ſint Græca fabula ac impoſtura. I. Rec. l. 10. n. 30.

XII. Jam igitur ego univerſam Græcorum doctrinam dico eſſe pernicioſiſſimam mali Dæmonis diſciplinam. Alii enim illorum induxerunt multos Deos, eoſque malos, omnibuſque obnoxios perturbationibus: ut qui ſimilia patrare velit, non erubeſcat, quod eſt hominis proprium, dum pro exemplo habet fabuloſorum Deorum pravos & inhoneſtos mores. Ex eo autem quòd neque erubeſcit, pœnitentiæ is nec ſpem oſtendit. Alii vero fatum ſeu Geneſim invexerunt, præter quam nemo quidquam vel facere vel pati poſſit. Simi-

ἐγκαταλιπὼν μὲν τὰ πάτρια, ἀποκλίνας δὲ [63] εἰς ἔθη βάρβαρα.

Ἐγὼ ἀπεκρινάμην· τὴν μὲν πρὸς ἐμέ σου ἀγαθὴν προαίρεσιν ἀποδέχομαι· τὴν δὲ ἄγνοιαν ἀποποιοῦμαι. ἡ μὲν γὰρ προαίρεσις ἀγαθή, ὅτι ἐν οἷς δοκεῖς καλοῖς, ἐν τούτοις εἶναί με θέλεις· ἡ δὲ γνῶσις οὐκ ὀρθῶς ἔχουσα, φιλίας προφάσει ἐνεδρεύειν ἀγωνίζεται. καὶ ὁ Ἀππίων ἔφη· ἄγνοιά σοι εἶναι δοκεῖ, τὰ πάτρια ἔθη φυλάττοντα, τὰ Ἑλλήνων φρονεῖν; κἀγὼ ἀπεκρινάμην· τὸν εὐσεβεῖν προαιρούμενον, οὐ πάντως φυλάσσειν δεῖ τὰ πάτρια, ἀλλὰ φυλάσσειν μὲν ἐὰν ᾖ εὐσεβῆ, ἀποποιεῖσθαι δὲ ἐὰν ἀσεβῆ τυγχάνῃ. ἐνδέχεται γάρ τινα πατρὸς ἀσεβοῦς ὄντα, εὐσεβεῖν βουλόμενον, μὴ θέλειν τῷ τοῦ πατρὸς ἀκολουθεῖν. καὶ ὁ μὲν Ἀππίων ἀπεκρίνατο· τί οὖν τὸν σὸν πατέρα ἔφης κακοῦ βίου γεγονέναι; κἀγὼ ἔφην· κακοῦ μὲν οὐκ ἦν βίου, κακῆς δὲ ὑπολήψεως. καὶ ὁ Ἀππίων· τίς ἦν ἡ κακὴ αὐτοῦ ὑπόνοια ἀκοῦσαι θέλω. κἀγὼ ἔφην· ὅτι τοῖς τῶν Ἑλλήνων ψευδέσιν καὶ κακοῖς ἐπίστευε μύθοις. καὶ ὁ Ἀππίων ἐπιζητῶν· τίνες εἰσὶν οὗτοι τῶν Ἑλλήνων οἱ ψευδεῖς καὶ κακοὶ μῦθοι; κἀγὼ ἔφην· ἡ περὶ θεῶν οὐκ ὀρθὴ δόκησις, ἣν ἐὰν μακροθυμῇς, ἀκούσῃ μετὰ τῶν φιλομαθῶν.

Διὸ πρὸ τοῦ διαλέγειν, ὥς τινα ἡσυχώτερον ὑποχωρήσωμεν ἤδη τόπον· ἐνταῦθα ὑμῖν διαλεχθήσομαι. τοῦ δὲ ἰδιολογεῖσθαί με βούλεσθαι αἰτία γέγονεν αὕτη, ἐπειδὴ οὐχ οἱ πολλοί, οὐδὲ οἱ φιλοσοφοῦντες αὐτοὶ ἅπαντες γνησίως προσέρχονται τῇ τῶν ὄντων κρίσει. ἴσμεν γὰρ πολλοὺς καὶ τῶν ἐπὶ φιλοσοφίᾳ μεγαλοφρονούντων κενοδοξοῦντας, ἢ χρηματισμοῦ χάριν περιβεβλημένους τὸ τρίβωνα, καὶ οὐκ αὐτῆς ἀρετῆς ἕνεκεν, οἵτινες ἐὰν μὴ εὕρωσιν δι' ὃ φιλοσοφοῦσιν, ἐπὶ τὸ χλευάζειν τρέπονται. διὰ δὴ τοὺς τοιούτους ἐπιτήδειόν τινα πρὸς τὸ ἰδιάζειν τόπον ἐπιλεξώμεθα.

Καί τις ἐν αὐτοῖς πλούσιος ἀνήρ, καὶ διὰ παντὸς χῶρον τινὰ περὶ ἑαυτὸν κεκτημένος πεπυκασμένον φύλλων, ἔφη· ἐπειδὴ σφόδρα καῦμα ἐπιφλέγει, * βραχὺ τῆς πόλεως εἰς ἐμοὺς κήπους ὑποχωρήσωμεν. καὶ δὴ προϊόντες ἐκαθέζοντο ἔνθα ἦν καθαρῶν ψυχρῶν ναμάτων ἰδύματα, καὶ δένδρων παντοίων χλοερὰ σκέπη. ἔνθα ἐγὼ ἀσμένως ἐκαθεζόμην, καὶ οἱ λοιποὶ περὶ ἐμέ, καὶ ἡσυχάζοντες, ἀντὶ τοῦ μελλούσης ἀξιοῦν με φωνῆς, διὰ τοῦ ἀτενίζειν εἰς ἐμέ, δηλοὶ ἦσαν τὴν ὑπεσχημένην τὴν ἀπόδειξιν ἀπαιτοῦντες. καὶ δὴ οὕτως λέγειν ἠρξάμην.

* f. βραχὺ

Πολλή τις, ὦ ἄνδρες Ἕλληνες, [64] ἡ διαφορὰ τυγχάνει ἀληθείας τε καὶ συνηθείας. ἡ μὲν γὰρ ἀλήθεια γνησίως ζητουμένη εὑρίσκεται· τὸ δὲ ἔθος ὁποῖον ἂν παραληφθῇ, εἴτε ἀληθὲς, εἴτε ψευδές, ἀκρίτως ὑφ' ἑαυτοῦ κρατύνεται· καὶ οὔτε * ἀληθὲς ὄντι αὐτῷ ἥδεται ὁ παραλαβών, οὔτε ψευδεῖ ἄχθεται. οὐ γὰρ κρίσει, ἀλλὰ προλήψει ὁ τοιοῦτος πεπίστευκε, γνώμῃ τῇ περὶ αὐτοῦ ἐπ' ἀδήλῳ τύχῃ τὴν ἐπιδεδωκὼς ἐλπίδα. καὶ οὐκ ἔστι ῥᾳδίως ἀποδύσασθαι τὴν πάτριον περιβολήν, κἂν πάνυ αὐτῷ δεικνύηται μωρὰ καὶ καταγέλαστος οὖσα.

Κλήμεντος μετὰ τὸ ἰδίᾳ διάλεξις πρὸς Ἀππίωνα.

* f. ἀληθεῖ

Αὐτίκα γοῦν ἐγὼ τὴν πᾶσαν Ἑλλήνων παιδείαν, κακοῦ δαίμονος χαλεπωτάτην ὑπόθεσιν εἶναι λέγω. οἱ μὲν γὰρ αὐτῶν πολλοὺς θεοὺς εἰσηγήσαντο, καὶ τούτους κακοὺς καὶ παντοπαθεῖς· ἵνα ὁ τὰ ὅμοια πράττειν θέλων, μηδὲ αἰδῆται, ὅπερ ἐστὶν ἀνθρώπου ἴδιον, παράδειγμα ἔχων τῶν μυθολογουμένων θεῶν τοὺς κακοὺς καὶ ἀσέμνους βίους. τῷ δὲ μηδὲ αἰδεῖσθαι, οὐδὲ ἐλπίδα μετανοίας ὁ τοιοῦτος ἐμφαίνει. ἄλλοι δὲ εἱμαρμένην εἰσηγήσαντο, τὴν λεγομένην γένεσιν, παρ' ἣν μηδένα πάσχειν * τι, ἢ ποιεῖν δύνασθαι. ὁμοίως οὖν καὶ τοῦτο

Τίνες οἱ Ἑλλήνων μῦθοι τῆς πλάνης.

* τὶ Epit.

63. Εἰς ἔθη βάρβαρα.] Idem Codex Membraneus n. 804. ἤθη. COT.

64 In lemmate marginali, ἰδίᾳ] Reponendum puto ἰδιάσας. Ibid.

65. Διαφορὰ τυγχάνει.] Totum caput eodem modo habetur in Eclogis Damaſceni capite περὶ συνηθείας πονηρᾶς &c. niſi quod omittitur vox τύχῃ & παντοπαθεῖς ſcribitur, item rectius αἰδεῖσθαι. Ibid.

66. Πω

τοῦτο τῷ πρώτῳ ταὐτόν ἐστιν. νομίσας γάρ τις ὅτι παρὰ γένεσιν οὐδεὶς * οὔτε πάσχειν ἔχει, ῥᾳδίως ἐπὶ τὸ ἁμαρτάνειν ἔρχεται, καὶ ἁμαρτὼν οὐ μεταμελεῖται ἐφ' οἷς ἠσέβηκεν, ἀπολογίαν φέρων ὅτι ὑπὸ γενέσεως αὐτὰ ποιεῖν ἐξηναγκάζετο· καὶ ὡς τὴν γένεσιν κατορθῶσαι μὴ δυνάμενος, ἐφ' οἷς ἐξαμαρτάνει, οὐδὲ τὸ αἰδεῖσθαι ἔχει.

* deest οὔτε ποιεῖν, Epit.

Ἄλλοι δὲ ἀπρονόητον φορὰν εἰσηγοῦνται, ὡς αὐτομάτως τῶν πάντων περιφερομένων, οὐδενὸς ἐφεστῶτος δεσπότου. τοῦτο δὲ οὕτω νομίζειν, ὡς εἰρήκαμεν, πασῶν δοξῶν τυγχάνει ἡ χαλεπωτάτη. ὡς γὰρ οὐκ ὄντος τοῦ ἐφεστῶτος καὶ προνοουμένου, καὶ ἑκάστῳ τὸ κατ' ἀξίαν ἀπονέμοντος, [66] πᾶν ὅ, τι δύναται διὰ τὴν ἀφοβίαν ἀνέδην δρῶσιν. Ὅθεν οὐ ῥᾳδίως, ἢ τάχα οὐδὲ ὅλως, οἱ τὰ τοιαῦτα φρονοῦντες σωφρονίζονται. τὸν γὰρ ἐπιφερόμενον κίνδυνον οὐ προορῶνται. ὁ δὲ τῶν, [67] ὡς ὑμεῖς φατὲ, βαρβάρων Ἰουδαίων λόγος, εὐσεβέστατός ἐστιν, ἕνα πατέρα καὶ δημιουργὸν τοῦδε τοῦ παντὸς εἰσηγούμενος, τῇ φύσει ἀγαθὸν καὶ δίκαιον· ἀγαθὸν μὲν, ὡς μεταμελουμένοις χαριζόμενον τὰ ἁμαρτήματα· δίκαιον δὲ, ὡς [68] ἑκάστῳ μετὰ τὴν μετάνοιαν κατ' ἀξίαν τῶν πεπραγμένων * ἐπεξιόντα.

* f. ἐπεξιόντα

Περὶ τοῦ λόγου τῶν Χριστιανῶν ὁποῖος.

Οὗτος ὁ λόγος, εἰ καὶ μῦθος ὢν ἐτύγχανε, εὐσεβής γε ὢν, οὐκ ἀσύμφορος ἂν εἴη τῷ βίῳ. ἕκαστος γὰρ προσδοκίᾳ τοῦ κρίνεσθαι ὑπὸ τοῦ παντεπόπτου Θεοῦ, πρὸς τὸ σωφρονεῖν μᾶλλον τὴν ὁρμὴν λαμβάνει. εἰ δὲ καὶ ἀληθὴς εἴη ὁ λόγος, ἀπήλλαξε μὲν τὸν σωφρόνως βεβιωκότα τῆς αἰωνίου κολάσεως, προσευεργέτηκεν δὲ τοῖς ὑπὸ τοῦ Θεοῦ ἀϊδίοις τε καὶ ἀπορρήτοις γενομένοις ἀγαθοῖς.

Πάλιν ἐπάνειμι ἐπὶ τὴν πρώτην τῶν Ἑλλήνων δόξαν, τὴν πολλοὺς καὶ παντοπαθεῖς Θεοὺς εἶναι μυθολογοῦσαν. καὶ ἵνα μὴ εἰς τὰ ἀσφαλῆ πλείω ἀναλίσκω χρόνον, ἑκάστου τῶν λεγομένων Θεῶν τὰς ἀσεβεῖς πράξεις εἰσηγούμενος, πάντως μὲν οὐκ ἂν εἴποιμι αὐτῶν τοὺς ἔρωτας, τοῦ Διός τε καὶ Ποσειδῶνος, Πλούτωνός τε καὶ Ἀπόλλωνος, Διονύσου τε καὶ Ἡρακλέους, καὶ τῶν καθ' ἕνα ἕκαστον, οὓς οὐδὲ αὐτοὶ ἀγνοεῖτε, ἐκ παιδείας Ἑλληνικῆς ὁρμώμενοι, οὓς ἐπαιδεύθητε βίους, ἵνα ὡς ζηλωταὶ τῶν Θεῶν, τὰ ὅμοια πράττητε.

Περὶ τῶν παρ' Ἕλλησι Θεῶν νομιζομένων.

Ἀπ' αὐτοῦ δὲ τοῦ βασιλικωτάτου Διὸς ἄρξομαι, οὗ ὁ μὲν πατὴρ Κρόνος τὰ ἴδια τέκνα, ὡς λέγετε, καταπιὼν, [69] τῇ ἐξ ἀδάμαντος ἅρπῃ τοῦ πατρὸς Οὐρανοῦ τὰ μέρη θερίσας, τῆς πρὸς γονεῖς εὐσεβείας καὶ τῆς πρὸς τὰ τέκνα φιλίας, τοῖς τὰ μυστικὰ τῶν Θεῶν ζηλοῦσι, τὸ ὑπογραμμὸν ἔδειξεν. αὐτὸς δὲ ὁ Ζεὺς τὸν αὐτοῦ πατέρα δήσας, καθεῖρξεν εἰς Τάρταρον, καὶ τοὺς ἄλλους κολάζει Θεούς. τοῖς δὲ ἀρρητουργεῖν θέλουσι, τὴν Μῆτιν γεννήσας κατέπιεν· ἦν δὲ ἡ Μῆτις γονή· βρέφος γὰρ καταπιεῖν, ἀδύνατον. ὑπὲρ δὲ ἀπολογίας παιδεραστῶν, Γανυμήδην ἁρπάζει. μοιχοῖς δὲ ὑπὲρ μοιχείας βοηθῶν, αὐτὸς πολλάκις μοιχὸς εὑρίσκεται. * ἀδελφοκοιτεῖν δὲ προτρέπει, ἀδελφαῖς συνελθὼν, Ἥρᾳ καὶ Δήμητρι, καὶ τῇ οὐρανίᾳ Ἀφροδίτῃ, ἣν τινες Διώνην λέγουσι. τοῖς δὲ θυγατράσι μίγνυσθαι βουλομένοις, Περσεφόνῃ συνεληλυθὼς,

* ἀδελφογαμεῖν. Epit.

liter ergo & hoc idem eſt cum primo. Exiſtimans enim aliquis, neminem præter Geneſim quidquam vel facere vel pati poſſe, facilè ad peccandum accedit, & poſt peccatum non ducitur pœnitentiâ impiè geſtorum; affertque pro defenſione, quod à Geneſi ita facere coactus ſit: & quaſi qui nequeat corrigere Geneſim, neque verecundiam habet in peccatis.

XIII. Alii vero introducunt providentiæ expertem caſum; ac ſi omnia ſponte ſuâ circumferantur, Domino nullo præſidente. Hæc autem ita cenſere; ut diximus, omnium ſententiarum eſt pernicioſiſſima. Tamquam enim nullus ſit præſes, ac proviſor, ſingulisque pro merito diſtributor; omne quod fieri poteſt, facilè ob metûs vacuitatem perpetrant. Quare vix, ac ne vix quidem, qui iſta opinantur, honeſtam ducunt vitam: quia ingruens, quo converti poterant periculum non prævident. At verò doctrina eorum, quos Barbaros Judæos vocatis, maximè eſt pia; quæ unum Patrem, & Opificem totius hujus mundi inducit; naturâ bonum ac juſtum: bonum quidem, ut qui pœnitentibus veniam delictorum concedat; juſtum autem, ut qui unicuique poſt pœnitentiam pro factorum meritis irroget.

XIV. Hæc doctrina, quamvis fabula eſſet, cùm pia ſit, vitæ non eſſet inutilis. Singuli namque dum exſpectant futurum erga ſe Dei cuncta intuentis judicium, ad temperatè vivendum majorem impetum capiunt. Quòd ſi & vera ſit doctrina; æterno ſupplicio liberat eum qui vitam moderatam traduxit, ſimulque pro beneficio largitur futura à Deo bona æterna & ineffabilia.

De Chriſtianorum doctrina, qualis ſit.

XV. Sed ad primam revertor Græcorum ac Gentilium opinionem, quæ Deos fabulatur multos, & omnibus obnoxios perturbationibus. Ac ne in res certas multum inſumam temporis; dum uniuſcujuſque eorum qui apud vos Dii nominantur impios actus recenſeo, cunctos quidem non dicam illorum amores, Jovis, Neptuni, Plutonis, Apollinis, Bacchi, Herculis, ac ſingulorum; quos neque ipſi ignoratis, utpote in Græcorum litteris inſtituti; quas vitas edocti eſtis, ut tamquam Deorum æmulatores ſimilia peragatis.

XVI. Sed ab ipſo maximo rege Jove ordiar. Illius quidem pater Saturnus, liberis ſuis, ut ſoletis referre, devoratis, & adamantinâ falce demeſſis patri Cœlo genitalibus; pietatis erga parentes, & amoris in liberos, iis qui Deorum myſteria æmulantur oſtendit exemplum. Ipſe verò Jupiter patrem ſuum vinctum in Tartaro concluſit; & alios Deos punit. Pro iis autem qui nefandam patrare volunt obſcœnitatem, Metin cùm genuiſſet abſorpſit; porrò Metis erat ſemen; infantem enim abſorberi impoſſibile. In defenſionem verò eorum qui puerorum indulgent amoribus, rapit Ganymedem. Adulteris autem in adulterio opem ferens, ipſe ſæpè mœchus invenitur. Ad ſorores etiam ducendas invitat, congrediens cum ſororibus, Junone, Cerere; Venere cœleſti, quam nonnulli Dodonam vocant. Iis verò qui cum filiabus commiſceri cupiunt, cum Proſerpina congreſſus, exemplum im-

De iis qui apud Græcos ſeu Gentiles, Dii exiſtimantur.

Epiphan. Hær. 16. n. 16.

66. Πᾶν ὅ, τι δύναται.] Ex MS. δύνανται. COT.

67. Ὡς ὑμεῖς φατέ.] Non ſoli Gentiles appellabant Judæos & Chriſtianos, Barbaros; ſed & ipſi Judæi atque Chriſtiani eo ſe nomine donâſſe reperiuntur. Diſces ex Joſepho in prologo librorum de bello Judaico, Juſtino Martyre Apologiâ 2. Tatiano Oratione ad Græcos, Clemente Alex. multis in locis, & Origene in tomis contra Celſum. Ethnicorum verò Auctorum illuſtria ſunt teſtimonia duo: alterum Amelii Platonici, qui apud Euſebium Præpar. Evang. lib. 11. cap. 19. & Cyrillum lib. 8. contra Julianum pag. 283. per Barbarum intelligit Johannem Evangeliſtam. Aliud Porphyrii in Opere adverſus Chriſtianos; Ὠριγένης δὲ Ἕλλην ἐν Ἕλλησι παιδευθεὶς λόγοις, πρὸς τὸ βάρβαρον ἐξώκειλε τόλμημα. Hiſt. Eccl. Euſebii lib. 6. cap. 19. Ibid.

68. Ὡς ἑκάστῳ μετὰ τὴν μετάνοιαν &c.] Exemplar Regium, ὡς ἑκάστῳ μὴ μετανοοῦντι περὶ ἀξίαν τῶν πεπραγμένων ἐπεξιόντα. Epitom. cap. 50. Ibid.

69. Τῇ ἐξ ἀδάμαντος ἅρπῃ.] Præponitur in MS. ἅμα. Ibidem mox, τὸ ὑπογραμμόν. Ibid.

70. Ὡς

improbum ex fabulis efficitur. Alia quoque innumera impiè geſſit; ut ab impiis hominibus propter exſuperantem intemperantiam fabuloſum dogma de illius divinitate perſuaſum fuerit.

XVII. Et verò æquum videatur, circa has opiniones paullulùm indignari imperitis. Iis autem qui in litteris inſtituti fuerunt, quidnam dicere oportet? qui Grammatici & Sophiſtæ eſſe geſtientes, has actiones Diis dignas eſſe affirmant. Cùm enim ipſi incontinentes ſint; fabularum accepto prætextu, quaſi Numinum imitatores, liberè perpetrant turpia.

XVIII. Quocirca multò minùs iis aberrant illi qui ruri degunt; non pravè inſtituti in iis, quibus imbuti ſunt qui iſta audent, quique à mala eruditione impietatem didicerunt. Nam qui à puero per has fabulas edocti ſunt litteras, cùm adhuc tener eſt animus; impias putatorum Deorum actiones menti ſuæ miſerunt: quare adultâ ætate, ea inſtar malorum ſeminum in animam dejectorum, fructum ferunt: & quod eſt omnium graviſſimum; facilè non exſcinduntur radicatæ impietates, quando illi viri facti eas graves noxiaſque eſſe intelligunt. In quibus enim unuſquiſque à teneris aſſueſcit, iis geſtit immorari: ſicque, quia conſuetudo non minùs multò valet quàm natura, ægrè convertuntur ad ea bona quæ principiò in ipſorum animos non fuerunt injecta.

Quo modo noxia ſit Græcorum diſciplina, quam omnino fugere oportet.

XIX. Quare oportet, ut pueri corruptricibus non acquieſcant diſciplinis; & qui in flore ætatis ſunt diligenter cohibeantur Græcorum audire fabulas. Multò enim inſcitiâ pejor eſt eorum ſcientia; quemadmodum ex ruſticis oſtendimus, qui quòd Græcam non acceperant eruditionem, peccant minùs. Fugere igitur oportet tales illorum fabulas, & theatra, & libros; & utinam fieri poſſet etiam civitates. Malarum enim inſtitutionum homines pleni & ſpirantes; congredientibus, tamquam rabiem proximis, quæ ipſi paſſi ſunt tradunt. Et quod eſt peſſimum; quicumque apud eos magis eſt inſtitutus, plùs ita ad ſentiendum contra naturam coactus perverſuſque fuit.

De iis qui non putant, ea quæ per leges prohibentur, peccata eſſe.
I. Rec. l. 10. n. 5 &c.

XX. Ex illis autem quidam, qui & Philoſophi eſſe gloriantur, iſta peccata faciunt indifferentia; eoſque qui talibus ſuccenſent actionibus, ſtultos dicunt. Non enim, inquiunt, hæc naturâ ſunt peccata, quæ per latas leges interdicta ſunt à primis ſapientibus; ſcilicet quibus exploratum erat, homines mobili facilè animo, circa talia vehementer offenſos, bellum in ſe mutuò ſuſcepturos: quapropter ſapientes, lege poſitâ, iſta velut delicta prohibuêre. Ita verò arbitrari eſt ridiculum. Quâ enim ratione peccata non ſunt, quæ tumultus producunt, & homicidia, omnemque conturbationem? Nonne enim ex adulterio oriuntur feſtinæ mortes, & alia multa mala?

XXI. Sed cur, inquit, vir ſi ignoret uxorem ſuam adulterare, Zelotypiâ non effertur, non iraſcitur, non tumultuat, non bella ciet? Itaque iſta non ſunt naturâ mala; verùm iniqua hominum opinio gravia ea facit. Ego autem aio, quòd quamvis illa non accidant incommoda; conſuetudine cum adultero fit, ut vel maritus deſeratur, vel & uxor inſidias ſtruat, vel labore viri parta mœcho præbeat; neque peregrè profecto conjuge, cùm illa ex adultero conceperit, metu reprehenſionis, uteri fœtum nitatur labefacere, fiatque infanticida,

παράδειγμα πονηρὸν ἐκ τῶν μύθων γίνεται. ἀλλά γε μυρία ἠσέβηκεν, ἵνα ὑπὸ τῶν δυσσεβῶν διὰ τὴν ὑπερβάλλουσαν ἀκρασίαν, θεὸς εἶναι ὁ μῦθος δογματισθῇ.

Γελώτων ἔχοις περὶ τῶν τοιούτων ὑπολήψεων ἀγανακτεῖν μετρίως εὔλογον. τοῖς δὲ ἐκ παιδείας ὁρμωμένοις τί δεῖ καὶ λέγειν; * οἵ τινες [70] γραμματικοὶ καὶ σοφισταὶ ἀξιοῦντες εἶναι, τὰς τοιαύτας πράξεις Θεῶν ἀξίας εἶναι βεβαιοῦσιν. αὐτοὶ γὰρ ἀκρατεῖς ὄντες, ταύτης τῆς μυθικῆς προφάσεως λαβόμενοι, ὡς δὴ μιμηταὶ τῶν κρειττόνων, ἄσεμνα διαπραττόμενοι παρρησιάζονται.

* f. οὗ τινες

Διὰ τοῦτο αὐτῶν πολλῷ ἔλαττον οἱ κατ' ἀγρὸν βιοῦντες ἐξαμαρτάνουσιν, οὐκ εἰθισμένοι πονηρῶς δι' ἃ ἂν αἰσχύνοιντο οἱ ταῦτα τολμῶντες, ἐκ παιδείας κακῆς ἀσεβεῖν μεμαθηκότες. οἱ γὰρ ἐκ παιδὸς διὰ τῶν τοιούτων μύθων μανθάνοντες γράμματα, ἔτι ἁπαλῇ οὔσῃ τῇ ψυχῇ, τὰς τῶν λεγομένων Θεῶν ἀσεβεῖς πράξεις εἰς τὸν αὐτῶν συμφύουσι νοῦν· ὅθεν ἐπαυξηθείσης τῆς ἡλικίας, ὡς κακὰ σπέρματα καταβληθέντα τῇ ψυχῇ τελεσφοροῦσιν· καὶ τὸ πάντων χαλεπώτατον, ὅτι οὔτε ἐκκοπτῆναι ῥᾴδιός ἐστι τὰ ἐνριζούμενα ἀσεβήματα, ἐπεὶ ἂν ἀνδρωθεῖσιν αὐτοῖς χαλεπὰ εἶναι νοεῖται. [71] ἐν οἷς γὰρ ἕκαστος ἐκ παιδῶν ἐθίζεται, τούτοις ἐμμένειν ἥδεται· καὶ οὕτως, τῆς συνηθείας οὐ πολὺ ἔλαττον πρὸς τὴν φύσιν δυναμένης, δυσμετάβλητοι γίνονται πρὸς τὰ μὴ ἀπ' ἀρχῆς αὐτοῖς καταβληθέντα τῇ ψυχῇ καλά.

Διὸ χρὴ καὶ τοὺς νέους μὴ τοῖς διαφθείρουσιν ἀρέσκεσθαι μαθήμασιν, καὶ τοὺς ἐπὶ τῆς ἀκμῆς ὄντας, ἐπιμελῶς ἀποστέλλεσθαι τῆς Ἑλλήνων ἐπακούειν μυθολογίας· πολὺ γὰρ ἀμαθίας χείρονά ἐστι τὰ παρ' αὐτοῖς μαθήματα, ὡς ἐκ τῶν κατ' ἀγρὸν οἰκούντων, διὰ τὸ μὴ παιδευθῆναι τὰ παρ' Ἕλλησιν ἔλαττον ἁμαρτανόντων, ἀπεδείξαμεν. Φευκτέον δὴ τοὺς τοιούτους μύθους αὐτῶν, καὶ τὰ θέατρα, καὶ τὰ βιβλία. εἴθε δυνατὸν ἦν καὶ τὰς πόλεις. κακῶν γὰρ μαθημάτων γέμοντες καὶ πνέοντες, τοῖς συναναστρεφομένοις ὥσπερ λύσσαν τοῖς πλησίον μεταδιδοῦσιν ὧν πεπόνθασιν αὐτοί. τὸ δὲ χαλεπώτατον, ὅστις παρ' αὐτοῖς πλεῖον πεπαίδευται, πολλῷ τῷ κατὰ φύσιν οὕτως φρονεῖν ἐκτέτραπται.

Ὅπως βλαπτικὴ ἡ Ἑλληνικὴ παιδεία, διὸ παντὶ χρὴ φεύγειν.

Τινὲς δὲ τῶν παρ' αὐτοῖς καὶ φιλόσοφοι εἶναι ἀξιοῦντες, τὰ τοιαῦτα ἁμαρτήματα ἀδιάφορα τίθενται, καὶ τοὺς ἐπὶ ταῖς τοιαύταις πράξεσιν χαλεπαίνοντας, ἀνοήτους λέγουσιν. οὐ γάρ ἐστιν, φασί, τὰ τοιαῦτα τῇ φύσει ἁμαρτήματα, ὅσα θετοῖς ἀπαγορεύεται νόμοις, ὑπὸ τῶν κατ' ἀρχὰς γενομένων σοφῶν, διὰ τὸ εἰδέναι ὅτι οἱ ἄνθρωποι εὐτρέπτῳ ψυχῇ ἐπὶ τοῖς τοιούτοις μεγάλως ἀχθόμενοι, πρὸς ἀλλήλους πόλεμον αἴρονται· οὗ ἕνεκα νόμον θέντες οἱ σοφοί, τὰ τοιαῦτα ὡς ἁμαρτήματα ἀπηγόρευσαν. γελοῖον δὲ οὕτως ὑπολαμβάνειν. πῶς γὰρ οὐχ ἁμαρτήματά ἐστι τὰ θορύβων καὶ φόνων καὶ πάσης ταραχῆς αἴτια; οὐ γὰρ οὖν ἐκ μοιχείας ἀνακύπτουσιν [72] βίων προσφαγαί, καὶ ἄλλα πλεῖστα κακά;

Περὶ τῶν οἰομένων τὰ ὑπὸ τῶν νόμων κωλυόμενα ἁμαρτήματα.

Ἀλλὰ διὰ τί, φησίν, ὁ ἀνὴρ ἐὰν ἀγνοῇ τὴν ἑαυτοῦ γυναῖκα μοιχευομένην, οὐ ζηλοῖ, οὐ θυμοῦται, οὐ θορυβεῖ, οὐ πολεμεῖ; οὕτως οὐκ ἔστιν τῇ φύσει τὰ τοιαῦτα κακά, ἀλλ' ἡ ἄλογος ἀνθρώπων δόκησις ταῦτα δεινοποιεῖ. ἐγὼ δέ φημι, ὅτι κἂν μὴ τὰ δεινὰ ταῦτα συμβαίνῃ, ἐνδέχεται συνηθείᾳ τῇ πρὸς τὸν μοιχὸν, ἢ τὸν ἄνδρα ἀπολιπεῖν, ἢ καὶ συνοικοῦσαν ἐπιβουλεῦσαι, ἢ τὰ τοῦ ἀνδρὸς κόπῳ πεπορισμένα τῷ μοιχῷ παρέχειν· καὶ [73] ἀποδημοῦντος τοῦ ἀνδρὸς συλλαβοῦσαν ἐκ τοῦ μοιχοῦ, διὰ τὸ αἰδεῖσθαι τὸν ἔλεγχον, τὸ τῆς γαστρὸς φθεῖραι θελῆσαι, καὶ γενέσθαι τεκνοκτόνον,

ἢ

70. Οἵ τινες γραμματικοὶ καὶ σοφισταὶ ἀξιοῦντες εἶναι] Legendum cum eodem MS. ὄν. Ibid.

71. Ἐν οἷς γὰρ &c. μυθολογίας.] Subjunguntur capiti 16. à S. Damaſceno, à quo citantur cum quibuſdam parvi momenti varietatibus, ſi demas hanc, omnino certè amplectendam, ἀπωσάσθαι exerceri, pro ἀφεῖσθαι. Ibid.

72. Βίων προσφαγαί.] Additur in MS. οἴκων καταλύσεις, μαγεῖαι, δόλοι, ἀπορίαι. Hoc eſt, domorum everſiones, præſtigiæ magicæ, fraudes, anguſtiæ. Ibid.

73. Ἀποδημοῦντος τοῦ ἀνδρός.] Vel ἀποδημοῦντος ἐκ τοῦ ἀνδρός. E xact. Cod. Ibid.

74. Ἐν τῇ

ἢ καὶ φθείρουσα συμφθαρείη. εἰ δὲ ζῶντος τοῦ ἀνδρὸς ἐκ μοιχοῦ συλλαβοῦσα τέκοι, ἀνατραφεὶς ὁ παῖς τὸν μὲν πατέρα ἀγνοεῖ, τὸν δὲ οὐκ ὄντα νομίζει· καὶ οὕτως ὁ μὴ πατὴρ τελευτῶν, ἀλλοτρίῳ παιδὶ τὸν ἑαυτοῦ καταλείπει βίον. πόσα δὲ καὶ ἄλλα κακὰ ἐκ τῆς μοιχείας φυσικῶς ἀνακύπτειν φιλεῖ; καὶ οὐκ ἴσμεν τὰ κρύφια τῶν κακῶν. ὥσπερ γὰρ ὁ λυσσῶν κύων πάντας αἰμάσσει ὧνπερ ἂν ψαύσῃ, τῆς ἀφανεστάτης λύσσης μεταδιδούς· οὕτως καὶ τῆς μοιχείας τὸ κρύφιον κακὸν κἂν ἀγνοῆται, τῆς διαδοχῆς τὴν ἐκκοπὴν ἐξεργάζεται.

Ἀλλὰ τοῦτο μὲν νῦν ἡμῖν παραλελείφθω. ἐκεῖνο δὲ ἅπαντες ἴσμεν, ὡς ἐπίσης [74] ἐπὶ τούτῳ τοὺς ἄνδρας ἀνυποστάτως δυσχεραίνοντας, πολέμους ἐπὶ τούτοις ἐγηγερμένους, καὶ οἴκων γινομένας ἀνατροπάς, καὶ πόλεων ἁλώσεις, καὶ ἄλλα μυρία. διὰ τοῦτο ἐγὼ τῷ ἁγίῳ τῶν Ἰουδαίων Θεῷ καὶ νόμῳ προσέφυγον, ἀποδεδωκὼς τὴν πίστιν ἀσφαλεῖ τῇ κρίσει. ὅτι ἐκ τῆς τοῦ Θεοῦ δικαίας κρίσεως καὶ νόμος ὥρισται, καὶ ἡ ψυχὴ πάντως τὰ κατ' ἀξίαν ὧν ἔπραξεν ὁπηνίκαποτε ἀπολαμβάνει.

Ταῦτά μου εἰπόντος ὁ Ἀππίων ἐπιλέγων τῷ λόγῳ· τί γάρ, οὐχὶ καὶ οἱ Ἑλλήνων, ἔφη, νόμοι τὰ φαῦλα ἀπαγορεύουσιν, καὶ τοὺς μοιχοὺς κολάζουσιν; κἀγὼ ἔφην· οὐκ ἄρ' οὖν οἱ Ἑλλήνων θεοὶ τὰ ἐναντία τοῖς νόμοις πράξαντες, κόλασιν ὀφείλουσιν. πῶς δὲ καὶ σωφρονίζειν ἐμαυτὸν δυνήσομαι, ὑπολαμβάνων ὅτι οἱ θεοὶ αὐτοὶ πρῶτοι ἅμα τῇ μοιχείᾳ, τὰ χαλεπὰ πάντα διεπράξαντο, καὶ δίκην οὐ δεδώκασι, ταύτην μᾶλλον ὀφείλοντες διδόναι, ὡς μὴ δουλεύοντες ἐπιθυμίᾳ. εἰ δὲ ὑπέκειντο, πῶς ἦσαν θεοί. καὶ ὁ Ἀππίων· ἔστωσαν ἡμῖν σκοποὶ μηκέτι θεοί, ἀλλ' οἱ δικασταί, εἰς οὓς ἀφορῶντες, φοβηθησόμεθα ἁμαρτάνειν. κἀγὼ ἔφην· οὐκ ἔθ' ὅμοιον ὦ Ἀππίων. ὁ μὲν γὰρ πρὸς ἄνθρωπον ἔχων τὸν σκοπόν, ἐλπίδι τοῦ λαθεῖν τολμήσει ἁμαρτάνειν· ὁ δὲ Θεὸν παντεπόπτην τῇ ἑαυτοῦ ψυχῇ ὁρισάμενος, εἰδὼς αὐτὸν λαθεῖν μὴ δυνάμενος, καὶ τὸ λάθρα ἁμαρτάνειν παραιτήσεται.

Ταῦτα ὁ Ἀππίων ἀκούσας, ἔφη· ᾔδειν ἐξ ὅτε ἤκουσα Ἰουδαίοις σε προσομιλοῦντα, ἠλλοιῶσθαι τὴν γνώμην. καλῶς γὰρ εἴρηταί τινι· φθείρουσιν ἤθη χρηστὰ ὁμιλίαι κακαί. κἀγὼ ἔφην· οὐκοῦν ἐπανορθοῦσιν ἤθη αἰσχρὰ ὁμιλίαι καλαί. καὶ ὁ Ἀππίων ἔφη· σήμερον πεπληροφορημένον τὴν σὴν ἐπιγνῶναι ἔνστασιν. διό σοι πρώτῳ εἰπεῖν συνεχωρήσαμεν. αὔριον δὲ ἐνταῦθα, εἴ σοι φίλον ἐστίν, ἐπὶ τῶν αὐτῶν φίλων συνελθόντων ἀποδείξω, ὅτι οἱ θεοὶ ἡμῶν οὔτε μοιχοὶ ὄντες τυγχάνουσιν, οὔτε φονεῖς, οὔτε παίδων φθορεῖς, οὐκ ἀδελφαῖς ἢ θυγατράσιν πλησιάσαντες· ἀλλ' οἱ ἀρχαῖοι τὰ μυστήρια μόνους τοὺς φιλομαθεῖς εἰδέναι θέλοντες, μύθοις οἷς εἴρηκας αὐτὰ προσεκάλυψαν. Ζῆνα γὰρ τὴν ζέουσαν οὐσίαν εἶναι φυσιολογοῦσι, Κρόνον δὲ τὸν χρόνον, καὶ Ῥέαν τὴν ἀεὶ ῥέουσαν τοῦ ὕδατος φύσιν. πλὴν ὡς ὑπεσχόμην αὔριον τὰ καθ' ἕκαστον εἶδος ἕωθεν ὑμῖν συνελθοῦσιν ἀλληγορήσας, τὴν τῶν ὄντων ἀλήθειαν ἐκφανῶ. κἀγὼ πρὸς ταῦτα ἔφην· αὔριον ὡς ὑπέσχου, οὕτως ποίησον. ἤδη δὲ ἐντεῦθεν καὶ πρὸς αὐτὰ ἃ μέλλεις λέγειν ἄκουσον.

Κλήμεντος συλλογισμοὶ πρὸς Ἀππίωνα.

Ἀππίωνος ἐπαγγελία διαλέξεως ὑπὲρ τῶν θεῶν αὐτοῦ.

Αἱ τῶν Θεῶν πράξεις, εἰ μὲν ἀγαθαὶ οὖσαι κακοῖς μύθοις προσεκαλύφθησαν, πολλὴ ἡ τοῦ συγκαλύψαντος δείκνυται κακία, ὅτι τὰ σεμνὰ ἀπέκρυψε κακοῖς διηγήμασιν, ἵνα μή τις αὐτῶν ζηλωτὴς γένηται. εἰ δὲ ἀληθῶς ἀσεβῆ διεπράξαντο, ἔδει τοὐναντίον ἀγαθοῖς αὐτὰ ἐπικαλύπτειν, ἵνα μὴ οἱ ἄνθρωποι, ὡς εἰς κρείττονας ἀφορῶντες, ἁμαρτάνειν ἐπιχειρῶσιν ἐκείνοις παραπλήσια. ταῦτά μου εἰπόντος, οἱ παρόντες φανεροὶ ἦσαν ἀρχὴν λαμβάνοντες τοῦ πρὸς τοὺς ὑπ'

vel dum perdit, ipſa ſimul pereat. Quòd ſi, cum ea manente viro, ex mœcho concipiens pariat; eductus puer patrem quidem neſcit, eum verò qui non eſt eſſe putat; ſicque moriens qui pater non eſt, alieno filio bona ſua derelinquit. Quanta autem & alia mala ex adulterii naturâ oriri ſolent? Neſcimus tamen malorum occulta. Quemadmodum enim rabioſus canis, quos tangit interimit, occultiſſimam rabiem communicans; ita & adulterii abſconditum malum, etſi ignoretur, poſteritatis procurat excîſionem.

XXII. Verùm hoc nunc relinquamus. Illud certè ſcimus omnes; plerumque eam ob cauſſam homines effrænatè iraſci, propterea bella exorta, factas domorum everſiones, ac urbium expugnationes, aliaque innumera. Quare ego ad ſanctum Judæorum Deum, ſanctamque eorumdem Legem Epitom. n. confugi; cùm fidem certo judicio habuiſſem, quòd 51. &c. ex Dei juſto judicio, & Lex fixa ſit ac definita, & anima omnino pro meritis eorum quæ geſſit aliquando recipiet.

XXIII. Hæc cùm dixiſſem, Appion orationi ſubjecit; Quid enim? Nonne, inquit, & Græcorum leges mala prohibent, & adulteros puniunt? Ego reſpondi; Igitur Græcorum Dii quòd con- *Clementis ratiocinationes ad Appionem.* traria legibus faciant, ſupplicium merentur. Quomodo autem & coercere me potero, dum exiſtimo Deos ipſos primos unà cum adulterio cuncta flagitia perfeciſſe, nec pœnas dediſſe; quas ideo magis dare debebant, quia non ſerviunt cupiditati; quòd ſi cupiditati obnoxii fuerunt, quo pacto Dii erant? Et Appion; Sint nobis pro ſcopo, non Dii, ſed judices; in quos reſpiciendo, peccare metuemus. At ego excepi; Non jam ſimile eſt, ô Appion. Qui enim ad hominem collimat; ſpe latendi, audebit peccare: qui verò Deum omnium inſpectorem metæ loco animæ ſuæ propoſuit, gnarus quòd eum latere non poſſit, clam quoque peccare ſuperſedebit.

XXIV. Quæ cùm audiſſet Appion, dixit; Intellexeram, ex quo accepit tibi cum Judæis eſſe conſuetudinem, te mutaviſſe ſententiam. Præclarè *A Menandro.* enim à quodam dictum eſt; *Mores bonos colloquia corrumpunt mala.* Excepi ego; Igitur mores ma- *I. Cor. 15. 33.* los colloquia bona corrigunt. Dixit Appion; Hodie abundè mihi ſit tuum certò agnoviſſe inſtitutum. Quare primus ut loquereris permiſimus. Cras verò hîc, ſi tibi videtur, iiſdem amicis con- *Appionis promiſſum diſſertationis pro Diis ſuis.* venientibus, oſtendam quòd Dii noſtri neque adulteri ſunt, neque interfectores, neque liberorum interemptores, neque ſororum vel filiarum vitiatores. At Veteres, dum myſteria à ſolis diſcendi cupidis volunt intelligi, ea fabulis quas dixiſti occuluerunt. Jovem enim ferventem eſſe ſubſtan- I. Rec. l. 10. tiam, Phyſicâ ratione aſſerunt; Saturnum autem, n. 31. 32. tempus; & Rheam, ſemper fluentem aquæ naturam. Verumtamen, ut pollicitus ſum, cras vobis manè convenientibus, ſingulas ſpecies allegoricè exponens, rerum manifeſtam faciam veritatem. Ad hæc ego dixi; Craſtinâ die, ut promiſiſti, ita facito. Jam verò hinc & adversùs ea quæ dicturus es audi.

XXV. Deorum geſta, ſi bona cùm eſſent, I. infrà; malis fabulis obtecta ſunt; magna ejus qui texit Hom. 6. oſtenditur malitia, quòd honeſta pravis occultârit n. 17. &c. narrationibus, ne quis eorum fieret imitator. Quòd ſi Dii verè geſſerant impia; contrà oportebat, illa bonis velare; ne homines, velut qui in Numina reſpicerent, illis conſimilia niterentur peccare. Hæc me dicente; qui aderant, non obſ- Epit. n. 53. curè videbantur incipere dictos à me ſermones amo-

re

74. Ἐπὶ τούτῳ.] Ibidem varia lectio, ἐπὶ τοῦτο. Et poſtea, τῷ ἀγαθῷ, pro τῷ ἁγίῳ. Epit. 51. cap. COT.

75. Εἰ

re proſequi. Etenim frequenter & ſtudioſè rogantes ut omnino poſtridiè venirem, digreſſi ſunt.

HOMILIA QUINTA.

I. SEquente igitur apud Tyrum die, quemadmodum pacti eramus, in quietum locum adveniens, cæteros quidem cum quibuſdam & aliis intuitus, cùm ſalutâſſem, Appionem verò non viderem, cauſſam cur ille non adeſſet rogavi. Et aliquis reſpondit, illum ex ipſa veſpera ægroto jacuiſſe corpuſculo. Cùmque ego dixiſſem, æquum eſſe ut ſtatim profecti eum viſitaremus; fere cuncti deprecati ſunt, priùs eis ediſſererem; ſic enim poſtea poſſe fieri ut illum inviſeremus. Quia ergo una erat omnium voluntas, loqui cœpi.

II. Heri hinc abiens, ô amici, multùm, fateor, ſollicitus de futura adversùs Appionem diſceptatione, ſomnum capere non potui. Vigilante autem me, occurrerunt quæ Romæ contra illum commentus ſui. Sunt autem hæc. A puero ego Clemens veritatis ſtudioſus, quærenſque animæ utilia, & in confutationes ac probationes tempus inſumens, nihilque valens veri invenire, in morbum ex mentis impotentia deveni. Cúmque decumberem, Romam advenit Appion, paternus amicus, & apud me hoſpitatur: audienſque in lecto me jacere, ad me ingreſſus eſt, tamquam medicæ artis non imperitus; atque rogat cauſſam decubitûs. Egò verò, hominem non ignorans ſummo Judæos proſequi odio, adeò ut & contra eos multos ſcripſerit libros. Nunc certe Simonem ipſum in amicitiam admiſit, non quidem ob diſcendi ſtudium ac eruditionem: ſed quia novit eum eſſe Samaritanum, & Judæorum hoſtem, adversùs quos etiam ſit progreſſus; ideo eum ſibi conciliavit, quò poſſit aliquid ab illo contra Judæos diſcere.

Narratio Clementis, de iis quæ Romæ in Appionem commentus fuerat.

III. Hæc ego ſciens de Appione, ſimul ac cauſſam morbi petiit, reſpondi ſimulatè, me juvenum more affectum dolere animo. Ad hæc ille dixit; Fili, tamquam patri confiſus narra, quinam ſit animi tui morbus. Cúmque iterum fictè vehement ducerem ſuſpirium, quaſi veritus fateri amorem; ſilendo & oculis in terram demiſſis, ſuſpicionem dedi ejus quod indicari volebam. At ille revera me mulierem deperire perſuaſus, dixit; Nihil in vita eſt, cui non poſſit adhiberi remedium. Ipſe enim ego, adhuc juvenis, cùm in amorem incidiſſem elegantiſſimæ mulieris, non modò impoſſibile judicabam illâ frui, verùm neque ſalutare umquam ſperabam: & tamen nactus aliquem Ægyptium, Magicis in artibus peritiſſimum, & contractâ cum eo amicitiâ, amorem meum declaro: ac non ſolùm ille ſe mihi ad cupita omnia tradidit; ſed largiſſimè mihi gratificans, etiam carminis per quod potitus ſui ſcientiam non invidit: atque per illius hominis occultam demonſtrationem perſuaſus; magiſtri munificentiâ, & ſimul potitus, amare ceſſavi.

IV. Unde ſi & tu tale quid, hominum more pateris; mihi confiſus, depone curas. Intra enim ſeptem dies, omnino te mulieris faciam compotem. His ego auditis, meum reſpiciens ad ſcopum, aio; Ignoſce mihi, non penitus credenti Magiam exſtare. Multos quippe jam expertus ſum, multa pollicitos ac mentitos. Attamen movet me ac in ſpem adducit promiſſio tua. Vereor autem, dum cogito, fortè Dæmones interdum Magis ad mandata non obedire.

V. Reſpondit Appion; Mihi concede, ut hæc pluſquam tu cognoſcam. Ne tamen nihil videaris ex me audiviſſe de eo quod dixiſti; diſce quâ ratione cogantur Dæmones obſequi mandatis Mago-

ἡμῶν λεχθέντας λόγους ἀγάπης. καὶ γὰρ συνεχῶς καὶ ἐσπουδασμένως ἀξιοῦντες πάντως με τῇ ὑστεραίᾳ ἐλθεῖν, ἀπηλλάγησαν.

ΟΜΙΛΙΑ Ε΄.

ΤΗ μὲν οὖν ἐν Τύρῳ ἐπιούσῃ ἡμέρᾳ, καθὰ συνεταξάμεθα, εἰς τὸ ἡσύχιον τόπον ἐλθὼν, τοὺς μὲν ἑτέρους μετὰ ποσῶν καὶ ἄλλων ἰδὼν, καὶ προσαγορεύσας, Ἀππίωνα δὲ μὴ ἑωρακὼς, ἠρόμην τοῦ μὴ παρεῖναι ἐκεῖνον τὴν αἰτίαν. καί τις ἔφη, δυσκράτως αὐτὸν ἀπ' αὐτῆς ἑσπέρας ἐσχηκέναι τὸ σωμάτιον. ἐμοῦ δὲ φήσαντος, εὔλογον εἶναι παραχρῆμα ὁρμήσαντας ἐπισκέψασθαι αὐτὸν, σχεδὸν οἱ πάντες ἠξίουν πρότερον διαλεχθῆναί με αὐτοῖς, εἶθ' οὕτως κἀκεῖνον ἐπισκέψασθαι δύνασθαι αὐτόν. μιᾶς οὖν πάντων γνώμης γενομένης, λέγειν ἠρξάμην.

Ἐχθὲς ἐντεῦθεν ἀπαλλαγεὶς, ὦ φίλοι, ὁμολογῶ ὅτι πάνυ φροντίζων ὑπὲρ τῆς πρὸς Ἀππίωνα μελλούσης ἔσεσθαι ζητήσεως, ὕπνου τυχεῖν οὐκ ἐδυνάμην. ἀγρυπνοῦντος δέ μου, εἰσέδραμε τὰ ἐν Ῥώμῃ πρὸς αὐτὸν μοι μεμηχανημένα. ἦν δὲ τοιαῦτα. ἐκ παιδὸς ἐγὼ Κλήμης ἀληθείας ἐρῶν, καὶ ζητῶν τὰ ψυχῇ διαφέροντα, καὶ εἰς ἀνασκευὰς καὶ κατασκευὰς δαπανῶν τοὺς χρόνους, καὶ μηδὲν πλέον εὑρεῖν δυνάμενος, ὑπὸ τῆς ἀνοίας ἐξώκειλα εἰς νόσον. καὶ δὴ ἐμοῦ κατακειμένου, ὁ Ἀππίων ἐπιδημεῖ τῇ Ῥώμῃ, πατρικὸς ὤν μοι φίλος, καὶ ἐπιξενοῦται ἐμοί, καὶ κλινήρη μαθὼν, πρὸς ἐμὲ εἰσέρχεται, ὡς ἰατρικῆς οὐκ ἀμύητος, καὶ πυνθάνεται τῆς κατακλίσεως τὴν αἰτίαν. ἐγὼ δὲ τὸν ἄνδρα οὐκ ἀγνοῶν πάνυ Ἰουδαίους δι' ἀπεχθείας ἔχοντα, ὡς καὶ πολλὰ βιβλία κατ' αὐτῶν ἀναγεγραφέναι, καὶ αὐτὸν Σίμωνα νῦν οὐ διὰ φιλομαθίαν αὐτὸν εἰς φιλίαν προσιέμενον· ἀλλ' ἐπειδὴ Σαμαρέα αὐτὸν οἶδεν, μισοϊουδαῖόν τι ὄντα, καὶ κατὰ Ἰουδαίων προεληλυθότα, διὰ τοῦτο αὐτὸν προσῳκειώσατο, ἵνα δύνηται κατὰ Ἰουδαίων τι παρ' αὐτοῦ μανθάνειν.

Διήγησις Κλήμεντος, περὶ τῶν πρὸς Ἀππίωνα ἐν Ῥώμῃ μεμηχανημένων.

Ταῦτα ἐγὼ προειδὼς περὶ τοῦ Ἀππίωνος, ἅμα τῷ πυθέσθαι αὐτὸν τὴν αἰτίαν τῆς νόσου, προσποιητῶς ἀπεκρινάμην, ὅτι τὰ νέων πάσχω, καὶ ἀλγῶ τὴν ψυχήν. ὁ δὲ πρὸς ταῦτα ἔφη· τέκνον, ὡς πατρὶ θαρσήσας λέγε, τίς ἐστι τῆς ψυχῆς ἡ νόσος. ἐμοῦ δὲ προσποιητῶς πάλιν ἀναστενάξαντος, ὡς δὴ περὶ ἔρωτος εἰπεῖν αἰδουμένου· διά γε τοῦ σιωπῆς, καὶ τοῦ κάτω νεύειν, περὶ οὗ ἤθελον ἐνδείκνυσθαι, παρεῖχον τὴν ὑπόνοιαν. ὁ δὲ * ἐρᾶν με γυναικὸς ἀληθῶς ἀναπεισθεὶς, ἔφη· οὐδέν ἐστιν ἐν τῷ βίῳ, βοηθείας τυχεῖν μὴ δυνάμενον. καὶ γὰρ αὐτὸς ὅτι νέος ἤμην, ἐρασθεὶς γυναικὸς ἀξιολογωτάτης, οὐ μόνον αὐτῆς τυχεῖν ἡγούμην ἀδύνατον εἶναι, ἀλλ' οὐδὲ προσαγορεῦσαι ποτὲ ἤλπιζον· καὶ ὅμως περιτυχὼν τινι Αἰγυπτίῳ, πάνυ τὰ μάγων ἀκριβοῦντι, καὶ φιλωθεὶς, ἐκφαίνω μου τὸν ἔρωτα· καὶ οὐ μόνον ἑαυτόν μοι παρέσχεν πρὸς πᾶν ὃ ἐβουλόμην, ἀλλὰ δαψιλέστερον πρός με φιλοτιμούμενος, καὶ τὴν ἐπαοιδὴν, δι' ἧς ἔτυχον, διδάσκειν οὐκ ἐφθόνησεν· ἐκ δὲ τῆς ἐκείνου λαθραίας ὑποδείξεως πεισθεὶς, τῇ τοῦ διδάξαντος ἀφθονίᾳ, καὶ ἅπαξ ἐπιτυχὼν, ἐπαυσάμην τοῦ ἔρωτος.

* f. ἐρῶντα vel ἐρᾶν

Ὅθεν εἰ καὶ σὺ τοιοῦτόν τι πέπονθας ἀνθρωπίνως, θαρσήσας ἡμῖν πρὸς τὸ ἀμέριμνον. ἐντὸς γὰρ ἡμερῶν ἑπτὰ πάντως αὐτῆς ἐπιτυχεῖν σε ποιήσω. ταῦτα ἀκούσας ἐγὼ, εἰς τὸν ἐμοῦ σκοπὸν ἀποβλέπων, ἔφην· σύγγνωθί μοι, μὴ πάνυ πιστεύοντι μαγείαν ὑφεστάναι. πολλῶν γὰρ πολλὰ ἐπαγγελλομένων, καὶ διαψευσαμένων, ἤδη πεπείραμαι. πλὴν δυσωπεῖ με, καὶ εἰς ἐλπίδας ἄγει ἡ σὴ ὑπόσχεσις. δέδοικα δὲ ἐνθυμούμενος, μὴ ἄρα οἱ δαίμονες τοῖς μάγοις ἐνίοτε πρὸς τὰ κελευόμενα οὐχ ὑπείκουσιν.

Καὶ ὁ Ἀππίων ἔφη· ταῦτα ἐμοὶ σε μᾶλλον συγχώρει εἰδέναι. πλὴν ἵνα μὴ δοκῇς, πρὸς ὃ ἔφης, μηδὲν ἀκηκοέναι παρ' ἐμοῦ, μάθε πῶς ἀνάγκην ἔχουσιν οἱ δαίμονες τοῖς μάγοις ὑπείκειν περὶ ὧν πα-

κολάζον), ὡς γὰρ ἀδύνατόν ἐστιν στρατιώτην ἀντειπεῖν τῷ ἡγεμόνι, αὐτούς τε τοὺς ἡγεμόνας οὐχ οἷόν τε παρακοῦσαι βασιλέως· εἰ γάρ τις ἀντιπρᾶ τοῖς ἐφεστῶσι, πάντως τιμωρίας ἀξιοῦ)· οὕτως ἀδύνατόν ἐστι τοὺς δαίμονας μὴ ὑπακούειν τοῖς αὐτῶν ἡγουμένοις ἀγγέλοις, καθ' ὧν ὁρκιζόμενοι, φρίττοντες εἴκουσιν, ὡς εἰδότες ὅτι * ἀπαλλαγήσοντες πάντως κολάζον). ἀλλὰ καὶ αὐτοὶ οἱ ἄγγελοι κατὰ τοῦ κρείττονος ὑπὸ μάγων ὁρκιζόμενοι, ὑπείκουσιν, μήπως ἀπειθείας κριθέντες ἀπόλων). εἰ γὰρ μὴ πάντα ἔμψυχα ὄντα καὶ λελογισμένα προεώρα τὴν ἐκ τοῦ κρείττονος δίκην, σύγχυσις ἂν ἐγεγόνει, τῶν πάντων στασιαζόντων πρὸς ἄλληλα.

Κἀγὼ ἔφην· οὐκοῦν ὀρθῶς ἔχει τὰ ὑπὸ ποιητῶν καὶ φιλοσόφων λεγόμενα, ὡς ἐν ᾅδου αἱ ψυχαὶ τῶν ἀσεβῶν κρίνονται, ἐφ' οἷς ἐπλημμέλησαν κολάζον); οἷον Ἰξίονος, καὶ Ταντάλου, Τιτυοῦ τε καὶ Σισύφου, καὶ τῶν Δαναοῦ θυγατέρων· καὶ ὅσοι ποτὲ ἄλλοι ἐνταῦθα ἠσέβησαν. καὶ πῶς, εἴγε ταῦθ' οὕτως μὴ ἔχῃ, δυνατὸν ἂν μαγείαν ὑφεστάναι; τοῦ δὲ εἰπόντος οὕτω τὰ ἐν ᾅδου ἔχειν· ἐγὼ ἐπυθόμην· διὰ τί δὴ καὶ αὐτοὶ μαγείαν οὐ προφοβούμεθα, ἐπὶ μοιχείας πεπεισμένοι τὴν ἐν ᾅδου δίκην; μοιχείᾳ γὰρ βιάσασθαι τὴν μὴ θέλουσαν, οὐ συντίθεμαι εἶναι δίκαιον. εἰ δέ τις αὐτὴν πείθειν ἐπαγγέλλε), πρὸς τοῦτο, εἰμὶ· οὗ καὶ χάριν ὁμολογεῖν, ἑτοίμως ἔχω.

Καὶ ὁ Ἀππίων ἔφη· οὐ δοκεῖ σοι ταὐτὸ εἶναι, εἴτε μαγείᾳ αὐτῆς ἐπιτυχεῖν, εἴτε πειθοῖ λόγοις; κἀγὼ ἔφην· οὐ πάντως ὅμοιον. πολὺ γὰρ ἀφέστηκεν ἀλλήλων ἑκάτερον. ὁ μὲν γὰρ ἄκουσαν γυναῖκα τῇ τῆς μαγείας βίᾳ ἐπαναγκάσας, ὡς ἐπιβουλεύσας σώφρονι, χαλεπωτάτην ὑπέχει τὴν δίκην· ὁ δὲ λόγῳ πείσας, καὶ ἐπὶ τῇ αὐτῆς ἐξουσίᾳ καὶ βουλῇ ποιησάμενος τὴν αἵρεσιν, οὐκ ἐβιάσατο. ἧττον δὲ οἶμαι κολασθήσεσθαι τὸν πεπεικότα τοῦ βιασαμένου. τοιγαροῦν εἰ μὲν πεῖσαι δύνασαι, χάριν ἕξω ἐπιτυχών· ἄλλως δὲ ἥδιόν μοι τεθνάναι μᾶλλον, ἢ τὴν μὴ βουλομένην, βιαίως ἐπαναγκάσαι.

Καὶ ὁ Ἀππίων ἀληθῶς διαπορῶν ἔφη· τί με χρὴ πρὸς σὲ λέγειν; ποτὲ μὲν γὰρ ὡς ὑπὸ ἔρωτος ἐνοχλούμενος, εὔχῃ ἐπιτυχεῖν· ποτὲ δὲ ὡς οὐκ ἐρῶν, τῆς ἐπιθυμίας προτιμᾷς τὸν φόβον· καὶ οἴει πείσας μὲν, ὡς ἀναμάρτητος, ἔσεσθαι ἀθῷος, βίᾳ δὲ τῇ τῆς μαγείας ἐπιτυχὼν, ὀφλήσειν δίκην. ἀλλ' ἀγνοεῖς ὡς τὸ τέλος παντὸς πράγματος κρίνε), ὅτι γέγονεν, οὐ τὸ πῶς γέγονεν δοκιμάζεται. καὶ σὺ δὲ ἐὰν μοιχεύσῃς, οὐδήπου μαγείᾳ μὲν δυνηθεὶς, ὡς ἀσεβήσας κριθήσῃ, πείσας δὲ, τῆς κατὰ τὴν μοιχείαν ἁμαρτίας ἀπολυθήσῃ; κἀγὼ ἔφην· διὰ τὸ ἐρᾶν, πάντως μοι προκειμένου τυχεῖν τῆς ἐρωμένης, ἀνάγκη μέν μοι ἐκλέξασθαι θάτερον· αἱρήσομαι δὲ οἷόν τε κολακεῦσαι μᾶλλον, ἢ μαγεῦσαι. ἀλλ' οὐδὲ κολακείᾳ πείθειν αὐτὴν ῥᾴδιον. πάνυ γάρ ἐστιν ἡ γυνὴ φιλόσοφος.

Καὶ ὁ Ἀππίων ἔφη· ταύτῃ μᾶλλον εὔελπίς εἰμι πείσειν αὐτὴν δυνήσεσθαι, ὡς αὐτὸς θέλεις, εἴπερ γε προσομιλῆσαι αὐτῇ δυνάμεθα. κἀγὼ ἀπεκρινάμην· ἀδύνατον. καὶ ὁ Ἀππίων ἐπύθετο, εἰ ἐπιστεῖλαι αὐτῇ δυνατόν ἐστι. κἀγὼ ἔφην· δυνατὸν τοῦτο. καὶ ὁ Ἀππίων ἔφη· ἐν τῇ νυκτὶ ταύτῃ συγγράψω βιβλίον, μοιχείας ἐγκώμιον, ὅπερ σὺ παρ' ἐμοῦ λαβὼν διαπέμψεις αὐτῇ, καὶ ἐλπίζω ὅτι πεισθεῖσα συνθήσε). καὶ συγγράψας ὁ Ἀππίων ἐκεῖνο τὸ βιβλίον, δέδωκεν ἐμοί· περὶ οὗ καὶ ἐν τῇ νυκτὶ ταύτῃ ἐννοήσας, καὶ [75] εὔκαιρος ἔχων αὐτὸ ὑπεμνήσθην, σὺν ἄλλοις βιβλίοις, οἷς μεθ' ἑαυτοῦ ἐπιφέρομαι· διηγησάμενος δὲ ταῦτα, ἔδειξα τοῖς παροῦσι τὸ βιβλίον, καὶ βουλομένοις ἀκοῦσαι ἀνέγνων· καὶ δὴ ἀναγνοὺς ἔφην· αὕτη ἐστὶν, ἄνδρες, ἡ τῶν Ἑλλήνων παι-

rum. Nam ſicut fieri non poteſt, ut miles duci contradicat; & ſicut ipſi dnces non poſſunt Imperatori non obtemperare: (ſi quis enim præpoſitis reſiſtat, omnino pœnas ſolvet) ita fieri nequit, ut Dæmones Angelis ducibus ſuis non ſubſerviant; per quos adjurati, cedunt trementes; ut qui bene noverint ſe poſt diſceſſum omnino puniendos. Ipſi quoque Angeli, per Deum à Magis adjurati, obediunt, ne inobſequentiæ rei pereant. Niſi enim cuncta animâ & ratione prædita juſtitiam Numinis præviderent, oriretur confuſio; omnibus, nempe, mutuâ ſeditione laborantibus.

VI. Et ego dixi; Vera itaque ſunt quæ à Poëtis & Philoſophis narrantur; in Inferis animas impiorum judicari, & pro facinoribus puniri? Exempli gratiâ, animas Ixionis, Tantali, Tityi, Siſyphi, & Danai filiarum; nec non alios omnes quicumque hîc vixerunt impiè. Ac quo modo, ſi hæc non ita ſe habeant, poterit Magia ſubſiſtere? Cùmque ille reſpondiſſet, ita eſſe de Inferis; Ego interrogavi; Et cur ipſi Magiam non timemus, qui certi ſumus de pœnis adulterii apud Inferos? Stupro ſi quidem nolentem feminam comprimere, juſtum eſſe non aſſentior. Sed ſi quis perſuaſurum illam pollicetur; ad id ego ſum paratus, inſuperque habebo gratiam.

VII. Excepit Appion; Nonne tibi videtur idem eſſe, ſive per Magiam eâ potiaris, ſive per verborum ſuadelam? Reſpondi ego; Non omnino par eſt. Multùm quippe diſtat unum ab altero. Qui enim invitam mulierem per vim Magiæ cogit; tamquam inſidiator pudicæ, graviſſimas dabit pœnas: qui verò ſermone perſuaſit, atque in ejus arbitrio ac voluntate poſuit electionem; is non intulit vim. Minùs autem, opinor, punietur qui ſuaſit, quam qui coegit. Quocirca ſi quidem perſuadere potes, gratiam habebo compos factus: aliter verò, dulcius mihi mori, quàm nolentem, vi adigere.

Τελῶν οὖν μηνῶν πληρωθέντων, νηστεύειν μοι κελεύσας ἡμερῶν, ἀγαγών με εἰς τὰς ἐν τῇ θαλάσσῃ πλησίον ὕδατος πηγὰς, ὡς εἰς ἀέναον ἐβάπτισεν ὕδωρ. οὕτως οὖν εὐωχηθέντων τῶν ἀδελφῶν ἡμῶν ἐπὶ τῇ θεοδωρήτῳ μου ἀναγεννήσει, μετ' οὐ πολλὰς ἡμέρας τοῖς πρεσβυτέροις ἐπιστρέφων, ἐπὶ πάσης τῆς ἐκκλησίας ἐνετείλατο, λέγων· ὁ ἀποστείλας ἡμᾶς κύριος ἡμῶν καὶ προφήτης, ὑφηγήσατο ἡμῖν, ὡς ὁ πονηρὸς τεσσαράκοντα ἡμέρας διαλεχθεὶς αὐτῷ, καὶ μηδὲν δυνηθεὶς πρὸς αὐτὸν, ἐκ τῶν αὐτοῦ ὑπηκόων ἐπαγγέλλετο πρὸς ἀπάτην ἀποστόλους πέμψαι. διὸ πρὸ πάντων μέμνησθε ἀπόστολον ἢ διδάσκαλον ἢ προφήτην, μὴ πρότερον ἀντιβάλλοντα αὐτοῦ τὸ κήρυγμα Ἰακώβῳ τῷ λεχθέντι ἀδελφῷ τοῦ κυρίου μου, καὶ πεπιστευμένῳ ἐν Ἱερουσαλὴμ τὴν Ἑβραίων διέπειν ἐκκλησίαν, καὶ [33] μετὰ μαρτύρων προσεληλυθότι πρὸς ὑμᾶς. ἵνα μὴ ἡ κακία ἡ τῷ κυρίῳ προσδιαλεχθεῖσα ἡμέρας τεσσαράκοντα μηδὲν δυνηθεῖσα, ὕστερον ὡς ἀστραπὴ ἐξ οὐρανοῦ ἐπὶ γῆς πεσοῦσα, καθ' ὑμῶν ἀποστείλῃ κήρυκα· ὡς νῦν ἡμῖν τὸν Σίμωνα ὑπέβαλεν προφάσει ἀληθείας ἐπ' ὀνόματι τοῦ κυρίου ἡμῶν κηρύσσοντα, πλάνην δὲ ἐνσπείροντα ὑποβάλῃ. οὗ χάριν ὁ ἀποστείλας ἡμᾶς ἔφη· πολλοὶ ἐλεύσονται πρός με ἐν ἐνδύματι προβάτων, ἔσωθεν δὲ λύκοι ἅρπαγες· ἀπὸ τῶν καρπῶν αὐτῶν ἐπιγνώσεσθε αὐτούς.

Περὶ τοῦ πῶς καὶ πότε ἐβαπτίσθη ὁ Κλήμης.

Καὶ ταῦτα εἰπὼν, τοὺς μὲν προτεταγμένους ἐξέπεμψεν εἰς Ἀντιόχειαν τῆς Συρίας, ἐκεῖ τὴν ἑπομένην ἐπιμένειν εἰπών. τῶν οὖν προελθόντων, ὁ Πέτρος πολλῶν πεπιστευμένων ὄχλων, νόσους, πάθη, δαίμονας ἀπελάσας, καὶ εἰς τὰς ἐν τῇ θαλάσσῃ πλησίον ὕδατος πηγὰς βαπτίσας, καὶ εὐχα-

32. Ἰσάζονται.] *Æquantur.* id eſt *comparantur.* COTELERIUS.

33. Μετὰ μαρτύρων προσεληλυθέναι.] Num μαρτυριῶν. & προσεληλυθότα. Ibid.

34. Nam

* l. κλάσας

εὐχαριστίαν * κλάσεις, Μαρόωνα τὸν ἀποδεξάμενον αὐτόν, ἤδη λοιπὸν τέλειον ὄντα, ἐπίσκοπον καταστήσας, καὶ πρεσβυτέρους δώδεκα ὁρίσας, καὶ διακόνους δείξας, καὶ χηρικὰ συστησάμενος, ὑπέρ τε τοῦ κοινοῦ καὶ συμφέροντος τῆς ἐκκλησίας τὰ περὶ τάξιν προσομιλήσας, καὶ τῷ ἐπισκόπῳ Μαρόωνι πείθεσθαι συμβουλεύσας, ἤδη τριῶν μηνῶν πληρωθέντων, τοῖς ἐν Τριπόλει τῆς Φοινίκης ἀποταξάμενος, τὴν ἐπὶ Ἀντιόχειαν τῆς Συρίας ἐποιεῖτο ὁδόν.

baptizavit; & Euchariſtiam ſregit: cúmque Maroonem hoſpitem ſuum, jam omnino perfectum, in Epiſcopum conſtituiſſet; duodecim Presbyteros deſignâſſet; feciſſet Diaconos; quæ ad ordinem viduarum pertinent ſtatuiſſet; pro communi bono ac utilitate Eccleſiæ de ordine eſſet collocutus; & conſilium dediſſet ut Epiſcopo Marooni obedirent; jam tribus menſibus completis, vale dixit Tripolitanis Phœniciæ, & iter versùs Antiochiam Syriæ ingreſſus eſt.

ΟΜΙΛΙΑ ΙΒʹ.

Ἐκβάντες οὖν τὴν Τρίπολιν τῆς Φοινίκης, ὡς ἐπὶ Ἀντιόχειαν τῆς Συρίας ἐλθεῖν, αὐτῆς ἡμέρας ἐν Ὀρθωσίᾳ ἐμείναμεν ἐλθόντες. καὶ διὰ τὸ πλησίον εἶναι ἧς ἐξήλθομεν πόλεως, πάντων σχεδὸν προακηκοότων τοῦ κηρύγματος, μιᾶς ἡμέρας ἐκεῖ μείναντες, ἀπήειμεν εἰς Ἀντάραδον. πολλῶν δὲ τῶν συνοδοιπορούντων ἡμῖν ὄντων, ὁ Πέτρος Νικήτῃ καὶ Ἀκύλᾳ προσωμίλει λέγων· ἐπειδὴ πολὺς ὄχλος τῶν συνοδοιπορούντων, οὐ μικρὸν φθόνον ἡμῖν εἰσιοῦσιν κατὰ πόλιν ἐπισπᾶται. ἀναγκαίως ἐσκεψάμην φροντίσαι, πῶς μήτε οὗτοι λυπηθῶσιν κωλυθέντες συνεῖναι ἡμῖν, μήτε ἡμεῖς περίβλεπτοι γινόμενοι, φθόνῳ τῷ τῆς κακίας ὑποπέσωμεν. τούτου ἕνεκεν βούλομαί σε τὸν Νικήτην, καὶ Ἀκύλαν προοδεύειν μου κατὰ σύστημα δύο σποράδην, * μανθάνοντας τὰς τῶν ἐθνῶν εἰσέρχεσθαι πόλεις.

* f. λανθάνοντας οὐκ λανθάνοντας.

Οἶδα δὲ ὅτι ἀθυμεῖτε, τοῦτο ποιεῖν ἀκηκοότες, ἀπολειπόμενοί μου διάστημα οὐδ' ὅλων ἡμερῶν δύο. εἰδέναι οὖν ὑμᾶς θέλω ὅτι πολλαπλάσιον ἀγαπῶμεν ἡμεῖς οἱ πείσαντες ὑμᾶς τοὺς πεισθέντας, ἢ εἴπερ ὑμεῖς ἡμᾶς τοὺς πεπεικότας. ἀλλήλους οὖν στέργοντες, τὸ μὴ ἀλόγως ποιεῖν ἃ θέλομεν, τῆς ἀσφαλείας ὅσον τὸ ἐφ' ἡμῖν φροντίζωμεν. πρὸς τούτοις δὲ οὐδεμιᾶς ἡμέρας διαλεγομένου μου ἀπολιμπάνεσθε. εἰς γὰρ τὰς ἐπισημοτέρας τῶν ἐπαρχιῶν πόλεις προῄρημαι, ὡς ἴστε καὶ ὑμεῖς, ἡμερῶν ἐπιμένειν, καὶ διαλέγεσθαι. καὶ τὸ νῦν εἰς τὴν ἐγγυτέραν ἡμῖν Λαοδίκειαν προάξατε· καὶ μεθ' ἡμέρας δύο ἢ τρεῖς, ὅσον ἐπὶ τῇ ἐμῇ προαιρέσει, καταλήψομαι ὑμᾶς. ἐπὶ δὲ τῶν πυλῶν ἐκδέξασθέ με ὑμεῖς μόνοι, διὰ τὸν θρύλον, ἵνα οὕτως ἀψοφητὶ συνεισελθόντες ἅμα ὑμῖν ὦμεν. κἀκεῖθεν ὁμοίως μετὰ τὸ ἐπιμεῖναι ἡμερῶν, ἄλλοι ἀνθ' ὑμῶν εἰς τὰ ἐπέκεινα κατὰ ἐφημερίας προάξουσιν, τὰς ξενίας ἑτοιμάζοντες.

Ταῦτα δὲ Πέτρου εἰπόντος, ἠναγκάσθησαν συνθέσθαι, λέγοντες· οὐ πάνυ ἡμᾶς, κύριε, λυπεῖ τοῦτο πράττειν, διὰ τὸ ὑπὸ σοῦ κελεύεσθαι. πρῶτον μέν, ὅτι πάντα καλῶς [54] νοεῖν τε καὶ συμβουλεύειν ἄξιος ὤν, ὑπὸ τῆς τοῦ θεοῦ προνοίας ἐξελέγης. πρὸς τούτοις δέ, ἐπὶ τὸ πολὺ ἡμερῶν δύο ἀνάγκη τοῦτο προάγειν ἀπολιμπανόμεθά σου· καὶ αὗται μὲν πολλαὶ πρὸς τὸ μή σε τὸν κύριον ἡμῶν ὁρᾶν Πέτρον· πλὴν λογιζόμεθα ὅτι πλεῖον λυπηθήσονται οἱ πολὺ μακρὰν προπεμπόμενοι, ὡς ἐπὶ πλεῖον ἀναμένειν σε κατὰ πόλιν κεκελευσμένοι, ἀνιώμενοι ἐν τῷ ἐπὶ πλεῖον ἐστερῆσθαι τὸ ὁρᾶν σου τὸ περιπόθητον πρόσωπον. καὶ ἡμεῖς οὐκ ἔλαττον ἐκείνων ἀθυμοῦντες, ὡς κελεύεις διὰ τὸ συμφέρον ποιεῖν οὐκ ἀντιλέγομεν· ὅμως ταῦτα εἰπόντες, προῆξαν, ἐντολὴν ἔχοντες ἐν τῷ πρώτῳ πανδοχείῳ προσομιλῆσαι τῷ συνοδοιποροῦντι ὄχλῳ, ὅπως σποράδην ἀλλήλων γινόμενοι, εἰς τὰς πόλεις εἰσέρχωνται.

Προοδευθέντων οὖν αὐτῶν, ἐγὼ Κλήμης μεγάλως ἔχαιρον, ὅτι σὺν αὐτῷ με ἐκέλευσεν εἶναι. καὶ ἀποκριθεὶς εἶπον· εὐχαριστῶ τῷ θεῷ, ὅτι με οὐκ ἐξαπέσταλκας, ὡς τοὺς ἑτέρους. ἐπειδὴ ὀδυνώμενος ἂν διαπεφωνήκειν. ὁ δὲ ἔφη· τί δέ, εἰ καὶ χρεία

HOMILIA DUODECIMA.

I. EGreſſi ergo Tripolim Phœnices, ut Antiochiam Syriæ veniremus; eo die Orthoſiam profecti, ibi manſimus; & quia eſt prope urbem è qua egreſſi fueramus; cùm omnes ferè prædicationem Evangelicam priùs audiſſent; unum diem illic commorati, Antaradum abiimus. Quia verò multi erant nobiſcum iter facientes, Petrus Nicetam & Aquilam allocutus eſt, dicens; Quandoquidem magna comitantium multitudo, non parvam invidiam nobis per urbes intrantibus conflat; neceſſariò curandum eſſe judicavi, ut neque ipſi contriſtentur, dum prohibentur eſſe nobiſcum; neque nos, dum ſumus ſpectabiles, incidamus in Malitiæ invidiam. Quocirca volo te Nicetam, atque Aquilam, ante me iter habere, per duos globos, ſparſim, & clàm Gentium ingredi civitates. Epit. n. 70. & Rec. l. 7. n. 1. &c.

II. Vobis autem, ſcio, moleſtum eſt, quòd id faciendum audieritis, duorum non integrorum dierum ſpatio à me ſeparandi. Vos igitur cognoſcere volo, quòd nos qui perſuaſimus, vos qui credidiſtis multò ampliùs diligimus, quàm vos diligatis nos perſuaſores. Itaque mutuo amore flagrantes, caveamus pro viribus, ne citra rationem faciamus quæ cupimus. Ad hæc verò, nullâ die à me diſputante aberitis. Per ſingulas enim quaſque inſigniores provinciarum civitates propoſui, ſicut etiam vos ſcitis, per dies reſidere & diſceptare. Nunc ergo in Laodiceam nobis proximam, præcedite; & poſt biduum aut triduum, quantùm ad propoſitum meum ſpectat, attingam vos. Ad portas autem vos ſoli recipite me, metu murmuris; ut ſic abſque ſtrepitu etiam ingreſſi, unà vobiſcum ſimus. Et inde ſimiliter, cum dies ibi aliquot tranſegerimus, alii pro vobis ulterius per vices præcedent, & hoſpitia præparabunt.

III. Hæc dicente Petro, neceſſariò acquieverunt, dicentes; Non valde nos, Domine, contriſtat hoc agere; quoniam à te jubetur. Primò quidem, quia Dei providentiâ delectus es, dignus qui cuncta præclarè cogites atque conſulas. Ad hæc verò, ut plurimùm per biduum neceſſariò præcedendo à te aberimus: illud autem ſpatium quamvis longum ſit, dum te non videmus dominum noſtrum Petrum; attamen cogitamus, multo moleſtiùs laturos qui longiùs præmiſſi ſunt, utpote juſſos te diutiùs per urbes exſpectare, & anxios quòd aſpectu deſiderabilis vultûs tui per multum tempus ſint privati. Et nos non minùs illis triſtes; facere quemadmodum jubes propter utilitatem non moramur. Et his dictis, præceſsêre; accepto mandato, ut in primo hoſpitio alloquerentur multitudinem ſimul iter agentem, quò ſparſim & à ſe mutuò diviſi ingrederentur civitates.

IV. His igitur profectis, ego Clemens valde gaviſus ſum, quòd me ſecum eſſe voluiſſet. Atque hæc ad eum verba profero; Gratias ago Deo, quòd me non emiſeris, ut alios: nam præ dolore enectus fuiſſem. Ille verò, Quid autem, inquit, ſi quæ ne-

54. Νοεῖν] Codex Regius 204. ποιεῖν. quod etiam Latinum fecit Ruſinus. Paullo poſt in eodem MS. ἀνάγκη τὸ προάγειν τοῦτο. Fortè ἀνάγκη τὸ προάγειν. COT.

neceſſitas exegerit mitti te aliquò doctrinæ gratiâ; tu, quia aliquamdiu à me utiliter eris ſeparatus, ideo morieris? Nonne potiùs; tecum reputans, ferenda eſſe quæ propter neceſſitatem tibi impoſita ſunt; æquo animo ſuſtinebis? Aut ignoras, amicos unà eſſe recordatione, licèt corporibus ſeparentur? Sicut quidam nonnullis corpore præſentes; quòd eorum non recordentur, animo peregrinantur, & cum amicis ſunt.

V. Et ego reſpondi; Noli autem putare, Domine, quòd iſtum mœrorem inſipienter ſim perpeſſurus, quinimo admodum rectâ ratione. Quoniam enim te, Domine mi, pro omnibus habeo; pro patre, matre, fratribus, & cognatis; qui per Deum auctor mihi fuiſti agnoſcendæ ſervatricis veritatis; in locum omnium habens te, maximâ fruor conſolatione. Præterea veritus juventutis meæ naturalem concupiſcentiam, anxius eram ne fortè, qui homo juvenis ſum, disjunctus à te, (de quo nunc ita in animum induxi, ut abſque divina quadam ira non poſſim à te diſcedere) à cupiditate vincerer. Sed quia multo melius ac tutius eſt, me manere apud te, hominem quem animus meus meritò revereri inſtituit, idcirco omnino tecum eſſe opto. Ad hæc, memini te apud Cæſaream dixiſſe; Si quis vult me comitari, piè comitetur. *Piè* autem dicebas; neminem triſtitiâ ſecundùm Deum afficere; velut relinquendo parentes, uxorem unanimem, aut alios veræ religioni addictos. Unde ego prorſus tibi ſum aptus itineris comes; à quo ſi maximam velis inire gratiam, miniſteria ſervorum obire mihi concedes.

VI. Hoc audito, Petrus ſubridens ait; Quid ergo putas Clemens, quòd non ipsâ neceſſitate tu in ſervorum locum mihi redigeris? Nam quis elegantes ac multas ſindones, cum adjunctis annulis & calceis mihi cuſtodiet? Quis verò & ſuavia exquiſitaque opſonia præparabit? quæ cùm varia ſint, multos ac peritos poſtulant coquos: & omnia illa, quæ apud effeminatos homines, cupiditati, tamquam immani beſtiæ, per omnem quæſita luxum ac fraudem parantur. Sed forſan hoc te ſubiit propoſitum, quia non intellexeris, atque ignores vitæ meæ rationem; qui pane ſolo & olivis utor, raróque oleribus; quique veſtimentum ac pallium habeo, hoc ipſum quo amictus ſum, & alio opus non habeo, neque ullâ re. Nam in his etiam abundè mihi eſt. Mea quippe mens cernens illic omnia bona æterna, nihil eorum quæ hîc ſunt aſpicit. Attamen tuum egregium approbo inſtitutum; mirorque ac laudo, quo modo cùm ſis vir in vita ſumptuoſa educatus, facilè vivendi rationem immutâſti & ad ſola neceſſaria traduxiſti. Nos enim à puero, ego & Andreas, qui ejuſdem mecum ſanguinis eſt, meuſque ſecundùm Deum frater, non ſolùm in pupillatu educti, verùm etiam propter inopiam & ærumnas ad laborem aſſuefacti, expeditè nunc itinerum vexationes ferimus. Quare ſi crederes mihi, ſervorum officia me hominem operarium, tibi impendere concederes.

VII. At ego hæc audiens, contremui & collacrymavi; quòd talem habuiſſet orationem vir, quo cuncti hujus ætatis homines ratione ſcientiæ ac pietatis minores ſunt. Tum ille lacrymantem me videns, cauſſam lacrymarum percontabatur. Et ego reſpondi; Quid tantum peccavi, ut mihi hujuſmodi proferres ſermonem? Et Petrus excepit;

τις ἕνεκα πεμφθῆναί σε τῶν μαθημάτων χάριν, σὺ διὰ τὸ πρὸς ὀλίγον ἀπολιμπάνεσθαί μου συμφερόντως, διὰ τοῦτο τεθνήξῃ; οὐχὶ δὲ προσομιλήσας σεαυτῷ φέρειν τὰ δι' ἀνάγκην σοι [55] * προσ-αχθέντα, ἀθυμίας ἀπόσχῃς; ἢ οὐκ ᾔδεις ὅτι ἐννοίᾳ συνάπτουσιν οἱ φίλοι τῇ μνήμῃ, κἂν τοῖς σώμασιν ἀπολιμπάνωνται; ὡς * ἔνιοι συνόντες τοῖς σώμασιν, ἀμνημοσύνης αἰτίᾳ, τὰς ψυχὰς ἀποδημοῦσι τῶν φίλων.

* f. προσ-
* Imo Epit.

Κἀγὼ ἀπεκρινάμην· μὴ τοίνυν νομίσῃς, κύριε, ὅτι τὰ λύπης πάσχειν ἤμελλον ἀνοήτως, ἀλλὰ καὶ πάνυ ὀρθῷ τινὶ λογισμῷ. ἐπεὶ γάρ σε, κύριε μου, ἀντὶ πάντων ἔχω, πατρός τε καὶ μητρὸς, καὶ ἀδελφῶν, καὶ συγγενῶν, αἴτιόν μοι γενόμενον [56] διὰ τὸν Θεὸν τῆς σωζούσης ἀληθείας· ἀντὶ πάντων ἔχων σε, παραμυθίας τῆς μεγίστης τυγχάνω. πρὸς τούτοις δεδιὼς μου καὶ τῆς ἀκμῆς τῆς ἐν φύσει ἐπιθυμίας, ἠγωνίων μή πως ἀπολειφθείς σου, ἄνθρωπος ὢν νεώτερος· ὅπερ νῦν οὕτως ἐνστάσεως ἔχω, κἂν * κατὰ τινὰ χόλον Θεοῦ * ἀποστῶ σου ἀδυνάτων εἶναι ἥττων ἐπιθυμίας ἔσομαι. ἀλλ' ἐπειδὴ πολλῷ ἄμεινον καὶ ἀσφαλέστερον συνεῖναί με σοι, τούτῳ ᾧ ὁ νοῦς μου αἰδεῖσθαι εὐλόγως προείληφεν· διὸ πάντως σοι συνεῖναι εὔχομαι· πρὸς τούτοις δὲ μέμνημαί σου ἐν Καισαρείᾳ εἰπόντος· εἴ τις βούλεταί μοι συνοδεῦσαι, εὐσεβῶς συνοδευέτω. εὐσεβῶς δὲ ἔφης, τὸ μηδένα * λυπεῖν κατὰ Θεόν. οἷον ἀπολιπόντα γονεῖς, γυναῖκα ὁμόφρονα, ἢ ἑτέρους τινὰς τῇ θεοσεβείᾳ προσκειμένους. ὅθεν ἐγὼ κατὰ πάντα ἐπιτήδειός εἰμί σοι συνοδοιπόρος, ᾧ εἰ καὶ τὰ μέγιστα χαρίζῃ, τὰς δούλων μοι ὑπηρεσίας συγχωρεῖς ποιεῖν.

* f. infer. μὴ
* ἀποτυχεῖν
Ex Epit.
* f. λυπεῖν.

Καὶ ὁ Πέτρος ἀκούσας, γελοιάζων ἔφη· τί οὖν οἴει Κλήμης, μὴ ὑπ' αὐτῆς ἀνάγκης σε εἰς δούλων μοι ταγῆναι τόπον; ἐπεὶ τίς τὰς καλὰς καὶ πολλὰς σινδόνας μετὰ τῶν ἐγκειμένων μοι δακτυλίων καὶ ὑποδημάτων φυλάξει; τίς δὲ καὶ τὰ ἡδέα καὶ πολυτελῆ ὄψα προευτρεπίσει; ἃ ποικίλα ὄντα, πολλῶν καὶ τεχνιτῶν δεῖται μαγείρων· καὶ πάντα ἐκεῖνα ὅσα ἐκτεθηλυμμένων ἀνθρώπων, ὡς θηρίῳ μεγάλῳ τῇ ἐπιθυμίᾳ, ἐκ πάσης πλεονεξίας πορισθέντα ἑτοιμάζεται. πλὴν ἡ τοιαύτη σε προαίρεσις ὑπεισῆλθεν, ἴσως μὴ συνιέντα, καὶ τὸν ἐμὸν ἀγνοοῦντα βίον, ὅτι ἄρτῳ μόνῳ καὶ ἐλαίαις χρῶμαι, καὶ σπανίως λαχάνοις· καὶ ὅτι ἱμάτιόν μοι καὶ [57] τελβώνιον ὑπάρχει τοῦτο αὐτὸ ὃ περιβέβλημαι, καὶ ἑτέρου χρείαν οὐκ ἔχω, οὐδὲ ἄλλου τινός. ἐν γὰρ τούτοις καὶ περισσεύομαι. ὁ νοῦς γάρ μου τὰ ἐκεῖ πάντα ὁρῶν αἰώνια ἀγαθὰ, οὐδὲν τῶν ἐνταῦθα περιβλέπεται. πλὴν σου μὲν τὴν ἀγαθὴν προαίρεσιν ἀποδέχομαι, καὶ θαυμάζων ἐπαινῶ, πῶς ἀνὴρ ἐκ πολυτελῶν ἐθῶν ὑπάρχων, ῥᾳδίως τοῖς ἀναγκαίοις τὸν σεαυτοῦ ὑπέπλεξας βίον. ἡμεῖς γὰρ ἐκ παίδων, ἐγώ τε καὶ Ἀνδρέας ὁ σύναιμος καὶ κατὰ Θεὸν ἀδελφὸς ὢν ἐμὸς, οὐ μόνον ἐν ὀρφανίᾳ ἀνατραφέντες, ἀλλὰ καὶ ὑπὸ πενίας καὶ κακουχίας εἰς ἐργασίαν ἐθισθέντες, εὐμαρῶς νῦν τὰς τῶν ὁδῶν φέρομεν σκύλσεις. ὅθεν εἰ ἐπείθου μοι, ἐμοὶ ἂν συνεχώρησας ἀνδρὶ ἐργάτῃ, σοι τὰ δούλων ἀποπληροῦν μέρη.

Ἐγὼ δὲ ἀκούσας, σύντρομος ἐγενόμην, καὶ ἐπίδακρυς, οἷον λόγον εἶπεν ἀνὴρ, οὗ πάντες οἱ τῆς νῦν γενεᾶς ἄνθρωποι, τῷ τῆς γνώσεως καὶ εὐσεβείας λόγῳ [58] ἥττω τυγχάνουσι. ὁ δὲ ἰδών με συνδακρύων, τῶν δακρύων ἐπύθετο τὴν αἰτίαν. κἀγὼ ἔφην· τί τοιοῦτον ἥμαρτον, ἵνα μοι τοιοῦτον εἴπῃς λόγον; καὶ ὁ Πέτρος ἀπεκρίνατο· εἰ μὲν κακῶς εἴρηκα τὸ δυ-

55. Προσαχθέντα.] Lege cum eodem Codice προσαχθέντα. in quo poſt, ἀπόσχῃς. οἶδας ἔννοιᾳ. & τοῖς ψυχαῖς. COT.

56. Διὰ τὸν Θεὸν τῆς σωζούσης ἀληθείας. Ibidem, τὸ διὰ τὸν Θεὸν σωζούσης ἀληθείας. Infrà, λυπεῖν. Ibid.

57. Τελβώνιον.] Tribunarium dicitur non ſemel in Narratione de Apollonio Tyrio, Auguſtæ Vindelicorum editâ, pro tribonarium. *Ne deſpicias tribunarii paupertatem.* Eſt autem τριβώνιον ſeu τρίβων Grammaticorum ſcilicet τὸ παλαιὸν καὶ τετριμμένον ἱμάτιον· τὸ κατατετριμμένον ῥάκος παλαιόν. In Auſonio Epigrammat. 50. tribon. Paullo ante Liber Regius, πολλῶν οἱ τεχνιτῶν. Et ſub finem capitis, ἐργάτῃ. Ibid.

58. Ἥττω.] Idem Liber, ἥττονες. Ibid.

59. Περὶ

ὑπηρετῶ σοι, σὺ πρῶτος ἥμαρτες, τοῦτο ἐμοὶ ποιῆσαι ἀξιώσας. κἀγὼ ἔφην· οὐχ ὅμοιόν ἐστιν. ἐμοὶ μὲν γὰρ τοῦτο ποιεῖν πρέπει πάνυ, σοὶ δὲ τῷ τοῦ Θεοῦ κήρυκι τὰς ἡμετέρας σώζοντι ψυχὰς χαλεπὸν τοῦτο ποιεῖν ἐμοί. καὶ ὁ Πέτρος ἀπεκρίνατο· συνεθέμην ἄν σοι; ὅπου ὁ κύριος ἡμῶν ὁ ἐπὶ σωτηρίᾳ παντὸς τοῦ κόσμου ἐληλυθὼς, μόνος ὑπὲρ πάντας εὐγενὴς ὢν, δουλείαν ὑπέμεινεν, ἵνα ἡμᾶς πείσῃ μὴ αἰδεῖσθαι τοῖς ἀδελφοῖς ἡμῶν τὰς δούλων ποιεῖν ὑπηρεσίας, κἂν πάνυ εὐγενεῖς τυγχάνωμεν. κἀγὼ ἔφην· εἰ μὲν νομίζω σε νικῆσαι λόγῳ, ἀνόητός εἰμι· πλὴν χάριν ἔχω τῇ τοῦ Θεοῦ προνοίᾳ, ὅτι σε εἰς γονέων τόπον ἔχειν κατηξιώθην.

Κλήμεντος πρὸς τὸν Πέτρον περὶ τοῦ γένους αὐτοῦ διήγησις. περὶ τῶν γονέων αὐτοῦ καὶ ἀδελφῶν.

Καὶ ὁ Πέτρος ἐπυνθάνετο· οὐδεὶς δέ σοι ἀληθῶς[59] πρὸς γένος ὑπάρχει; κἀγὼ ἀπεκρινάμην· εἰσὶν μὲν πολλοὶ καὶ μεγάλοι ἄνδρες, Καίσαρος πρὸς γένος ὄντες· ὅθεν τῷ ἐμῷ πατρὶ ὡς καὶ συντρόφῳ αὐτὸς Καῖσαρ[60] συγγενίδα συνηρμόσατο γυναῖκα· ἀφ' ἧς τρεῖς ἐγενόμεθα υἱοί· δύο μὲν πρὸ ἐμοῦ, οἳ καὶ δίδυμοι ὄντες πάνυ ὅμοιοι ἀλλήλοις ὑπῆρχον, ὡς αὐτὸς ὁ πατὴρ ἔλεγέν μοι. ἐγὼ γὰρ οὔτε αὐτοὺς, οὔτε τὴν τεκοῦσαν πάνυ ἐπίσταμαι, ἀλλ' ὥσπερ δι' ὀνείρων ἀμαυρὸν αὐτῶν τὸ εἶδος ἀναφέρω. ἡ μὲν οὖν μήτηρ μου[61] Ματθιδία ἐλέγετο, ὁ δὲ πατὴρ Φαῦστος, τῶν δὲ ἀδελφῶν καὶ αὐτῶν ὁ μὲν Φαυστῖνος ἐκαλεῖτο, ὁ δὲ Φαυστινιανὸς ἐλέγετο. ἐμοῦ οὖν τρίτου ἐπιγεννηθέντος αὐτοῖς, ἡ μήτηρ ὄνειρον ἑωράκει, ὥσπερ ὁ πατήρ μου ὑφηγεῖτο, ὅτι ἐὰν μὴ τοὺς διδύμους υἱοὺς αὐτῆς ἐξ αὐτῆς παραλαβοῦσα, τῆς Ῥωμαίων πρὸς ἀποδημίαν ἐξέλθοι πόλεως ἐπ' ἔτη δέκα, πανωλεθρίῳ μόρῳ ἅμα αὐτοῖς ἀποθανεῖν ἔχει.

Ὁ μὲν οὖν πατὴρ φιλότεκνος ὢν, σύν τε δούλοις καὶ δούλαις ἐφοδιάσας ἱκανῶς, καὶ εἰς πλοῖον ἐμβαλόμενος, εἰς τὰς Ἀθήνας ἅμα παιδευθησομένους ἐξέπεμψεν· ἐμὲ δὲ μόνον υἱὸν εἰς παραμυθίαν ἔσχεν μεθ' ἑαυτοῦ. καὶ[62] ἐπὶ τούτῳ εὐχαριστῶ πολὺ, ὅτι κἀμὲ ὁ ὄνειρος μὴ κατέλαβεν ἅμα τῇ μητρὶ τῆς Ῥωμαίων ἐκβῆναι πόλεως. περιελθόντος οὖν ἐνιαυτοῦ, ὁ πατὴρ ἔπεμψεν εἰς Ἀθήνας χρήματα τοῖς αὐτοῦ, ἅμα τε καὶ μαθεῖν τὸ πῶς διάγουσιν. οἱ δὲ ἀπελθόντες, οὐχ ὑπέστρεψαν. τρίτῳ δὲ ἐνιαυτῷ ὁ πατὴρ ἀθυμῶν, ἑτέρους ἔπεμψεν ὁμοίως μετὰ ἐφοδίων· οἵτινες τετάρτῳ ἐνιαυτῷ ἦλθον ἀπαγγέλλοντες μήτε μου τὴν τεκοῦσαν ἢ τοὺς ἀδελφοὺς ἑωρακέναι, μήτε μὴν * αὐτοὺς Ἀθήνας ἐπιδεδημηκέναι, μηδὲ ἄλλου τινὸς τῶν σὺν αὐτοῖς ἀπεληλυθότων κἂν ἴχνος εὑρηκέναι.

* αὐτὰς Rec. 7. 9.

Ὁ μὲν οὖν πατὴρ ταῦτα ἀκούσας, καὶ ὑπὸ πολλῆς λύπης ἔκθαμβος γενόμενος, καὶ οὐκ εἰδὼς ποῦ ὁρμήσας ἐπὶ ζήτησιν αὐτῶν γένηται, ἐμέ τε παραλαβὼν, καὶ εἰς πόρτον καταβὰς, πολλοὺς πυκνότερον ἐπυνθάνετο, ποῦ ἕκαστος αὐτῶν ἴδεν ἢ ἤκουσεν ἀπὸ τεσσάρων ἐτῶν γενόμενον[63] ναυφράγιον. καὶ ἄλλος ἀλλαχοῦ ἔλεγεν. ὁ δὲ ἀντεπυνθάνετο, εἰ ἑωράκασιν σῶμα γυναικὸς μετὰ βρεφῶν ἐκβεβρασμένον. τῶν οὖν πολλὰ λεγόντων ἑωρακέναι πτώματα κατὰ πολλοὺς[64] * τρόπους, ὁ πατὴρ ἀκούων ἐστέναζεν· πλὴν ὑπὸ σπλάγχνων θορυβούμενος, ἀλόγως ἐπυνθάνετο, ὅτι τοσοῦτο μέγεθος θαλάσσης ἐρευνᾶν ἐπειρᾶτο. πλὴν συγγνωστὸς ἦν, ὅτι τῇ πρὸς τοὺς ζητουμένους στοργῇ, ἐλπίσιν ἐβουκολεῖτο κεναῖς. καὶ δήποτε ὑπὸ φροντιστὰς ποιήσας με, καὶ εἰς Ῥώμην καταλείψας δωδεκαετῆ, αὐτὸς δακρύων εἰς πόρτον κατελθὼν, καὶ εἰς πλοῖον ἐμβὰς,

* f. τόπους

Si malum eſt quod dixi, ut ſerviam tibi; tu prior peccâſti, hoc mihi poſtulans facere. Et ego, Non eſt, inquam, ſimile: me enim hoc agere decet omnino; te autem qui es Dei præco, & noſtras ſervas animas, id mihi facere, grave eſt. Et Petrus reſpondit; An acquieſcerem tibi? cùm Dominus noſter, qui ad ſalutem totius mundi venit, unuſque omnium eſt nobiliſſimus, ſervitutem ſuſtinuerit, ut nos ſuaderet non erubeſcere fratribus noſtris ſervorum exhibere miniſteria, quamvis admodum nobiles ſimus. Tum ego dixi; Si putem, quòd te ſim ſuperaturus oratione, ſtultus ſim; verumtamen ago gratias providentiæ Dei, quia parentum loco habere te merui. Mat. 20. 28.

VIII. Et Petrus interrogavit; Nemone verè ex genere tibi ſupereſt? Reſpondi; Sunt quidem multi & potentes viri, atque ex proſapia Cæſaris. Nam patri meo, utpote unà educato, cognatam Cæſar ipſe junxit uxorem: de qua tres liberi orti ſumus; duo quidem ante me; qui cùm eſſent gemini, admodum ſibi invicem ſimiles erant; ut ipſe pater aiebat mihi: ego enim neque illos neque genitricem valde novi, ſed quaſi per ſomnium obſcuram eorum formam recolo. Mater ergo mea Matthidia dicebatur, pater autem Fauſtus; fratrum verò alter Fauſtinus vocabatur, alter dicebatur Fauſtinianus. Cùm igitur tertius ego poſt eos natus eſſem, mater (quemadmodum pater meus referebat) ſomnium vidit, quòd niſi confeſtim duobus filiis ſuis geminis aſſumptis, urbem Romam fuiſſet egreſſa, & abfuiſſet annis decem, ipſa cum iis leto peſſimo eſſet interitura.

Clementis ad Petrum, de genere ſuo narratio, de parentibus & fratribus ſuis.

IX. Pater igitur, qui liberorum amans erat; cum ſervis & ancillis, ac dato ſufficienti viatico, in navem conjectos, Athenas etiam erudiendos miſit: me verò ſolum filium ad conſolationem ſecum retinuit. Atque eam ob rem ingentes gratias ago, quòd me quoque ſomnium non juſſerit unà cum matre, urbe Româ excedere. Anno igitur completo, pater ad ſuos Athenas miſit pecuniam, ſimulque ſciſcitatum quo modo agerent. Qui verò abierunt non reverſi ſunt. Tertio autem anno, mœſtus pater alios ablegavit ſimiliter cum rebus ad victum neceſſariis; qui quarto anno regreſſi, nunciant neque meam matrem ſe, neque fratres vidiſſe; ſed neque ipſas Athenas eos perveniſſe; neque uſquam alicujus qui cum ipſis fuerant ſaltem veſtigium à ſe repertum.

X. Pater ergo hæc audiens, & multâ triſtitiâ obſtupefactus, neſcienſque quò tenderet ac illos quæreret; aſſumpto me, ac in portum deſcendens, multos frequentiùs percontabatur, ubi quiſque eorum vidiſſet vel audiiſſet à quatuor annis naufragium contigiſſe. Atque varii vario in loco accidiſſe referebant. Ille verò iterum rogabat, num vidiſſent corpus mulieris cum pueris à mari ejectum. Cúmque illi multa ſe multis modis cadavera vidiſſe dicerent, pater audiens ingemiſcebat. Verùm naturali affectu perturbatus, præter rationem ſciſcitabatur, qui tantam maris vaſtitatem ſcrutari conaretur. Attamen veniâ dignus erat, quòd caritate erga eos quos quærebat, ſpebus lactaretur inanibus. Denique me ſub magiſtris poſitum, annos natum duodecim, Romæ reliquit; & ipſe flens deſcendit ad portum, navique conſcenſâ ſubvectus, ad

59. Πρὸς γένος.] Ibidem, πρὸς γένους. Ibid.

60. Συγγενίδα.] Apud Rufinum; *nobilis adeoque familiæ*. quaſi legiſſet, εὐγενίδα. Ibid.

61. *Ματθιδία*] Sic quoque ſæpe dictus dicenduſque Codex. At in Recognitionibus & Epitome, impreſſis manuque exaratis, Ματθίδια, Matthidia, quo modo apud Nicephorum, & Græci in Menæo. Excipe tamen Membranas Recognitionum penes P. Petitum: exhibent enim *Mathidia*. Chronologus Altiſſiodorenſis Monachus Mathidiam vocat. Ultimâ capitis voce Codex, ἔχει. Ibid.

62. Ἐπὶ τούτῳ.] Alter ἐπὶ τοῦτο. Ibid.

63. Ναυφράγιον.] Et aliis in locis. Codex hîc & alibi habet vocem ναυάγιον: ut & Epitome. At Homil. 15. n. 3. ναυαγία. Ibid.

64. Τρόπους.] Etiam ex MS. τόπους. Ibid.

65. Τὸν

ad inquiſitionem profectus eſt. Atque ex eo tempore uſque in hodiernum diem neque litteras ejus accepi, neque ſi vivat aut deſunctus ſit certò novi. Sed magis ſuſpicor illum quoque obiiſſe, aut triſtitiâ victum, aut naufragio involutum. Cui rei argumento eſt, jam ab eo tempore vigeſimum annum eſſe, ex quo nihil de eo veri audiverim.

XI. Petrus verò hæc audiens, commiſerationis affecto lacrymas fudit: ſtatimque ad familiares qui aderant ait; Hæc ſi quis in Dei cultu poſitus pertuliſſet, quæ hujus pertulit pater; confeſtim religioni attribuiſſet cauſſam, & Diabolo adſcripſiſſet. Ita etiam miſeris Gentilibus contingit pati, & ignoramus qui pii erga Deum ſumus. Miſeros autem eos dixi meritò; quia & hîc vagantur in erroribus, & ab ſpe futurâ fraudantur. Dei enim cultores cùm incommoda patiuntur, ad expiationem delictorum perferunt.

XII. Iſta poſtquam dixiſſet Petrus; unus ex noſtris audaciâ ſumptâ pro omnibus rogavit eum, ut die craſtina maturiùs in Aradum oppoſitam inſulam, quæ triginta, opinor, nec totis ſtadiis diſtat, navigaremus, ad videndas ibi duas columnas viteas maximam molem habentes. Petrus ergo, ut erat clementiſſimus, conceſſit, dicens; Cùm è navi egreſſi fueritis, ne unà multi procedatis ad ſpectationem eorum quæ cupitis: nolo enim civium concurſus ad vos fieri. Atque ſic navigantes, momento horæ in inſulam delati ſumus. Et deſcendentes ex ſcapha, eò progreſſi ſumus ubi erant columnæ viteæ: ſimulque cum columnis, alius aliud ex Phidiæ operibus ſpectabat.

Quo modo Antaradum inſulam ingreſſi, matri Clementis inciderint.

XIII. Unos autem Petrus neceſſe non putavit quæ ibi erant inviſere: ſed attentiùs conſiderans mulierem quamdam, extrà pro foribus ſedentem & victûs gratiâ mendicantem, Mulier, inquit; quod tibi membrum deeſt, ut tantam contumeliam ſuſceperis; petendi, inquam, ſtipem: & non potiùs manibus tuis, quas à Deo accepiſti, operans, quotidianum cibum quæris? At illa ſuſpirans, reſpondit; Utinam mihi quidem eſſent manus, quæ poſſent laborare: nunc autem mihi ſolam manuum ſpeciem ſervant, cùm ſint emortuæ, morſibus meis vexatæ. Et Petrus interrogavit; Quæ verò fuit cauſſa, ut grave hoc malum ſuſtineres? Tum illa reſpondit; Animi imbecillitas, nec aliud quidquam. Si enim forti animo fuiſſem prædita; erat præcipitium, aut pelagus; quare me dejiciens, poteram malis dolorem mihi afferentibus finem imponere.

XIV. Tum Petrus inſit; Et quid: putaſne mulier, quòd qui ſemetipſos perimunt, omnino à ſuppliciis liberantur; an non potiùs animæ eorum qui ita moriuntur, majoribus puniuntur apud Inferos pœnis, propter ſui homicidium? At illa; Utinam, inquit, perſuaſum mihi eſſet, revera in Inferis animas vivas reperiri; utique contemptis pœnis, mori eligerem, ut horam ſaltem unam viderem mihi exoptatiſſimos. Et Petrus dixit; Quidnam ſit quod te excruciet, ſcire velim, mulier. Si enim me docueris; pro ea gratia, certam te faciam de animæ vita apud Inferos; & pro præcipitio vel profundo, medicamentum tradam, ut ſine cruciatu valeas vitam commutare.

Vide Notas.

Apud Aradum narratio ex matre Clementis ad Petrum, de rebus ad eam ſpectantibus.

XV. Tunc mulier, quæ ambiguum ſermonem non intelligeret, promiſſione grataruer acceptâ, cœpit dicere hunc in modum; Genus quidem & patriam ſi proferrem, non arbitror me poſſe alicui perſuadere. Sed & quid ad te attinet id cognoſce-

ἀναχθεὶς ἐπὶ τὴν ζήτησιν ἐξεδήμησε. καὶ ἔκτοτε εἰς τὴν σήμερον ἡμέραν, οὔτε γράμματος ἐδεξάμην παρ' αὐτοῦ, οὔτε εἰ ζῇ, ἢ τέθνηκεν σαφῶς ἐπίσταμαι. μᾶλλον δὲ ὑπονοῶ ὅτι καὶ αὐτὸς τέθνηκέν που, ἢ ὑπὸ λύπης νικηθεὶς, ἢ ναυαγίῳ περιπεσών. τούτου δὲ δεῖγμα, ὅτι ἤδη λοιπὸν ἔκτον εἰκοστὸν ἔτος ἐστίν, ἀφ' οὗ οὐδεμίαν τινὰ περὶ αὐτοῦ ἀλήθειαν ἤκουσα.

Ὁ δὲ Πέτρος ἀκούσας ταῦτα, ὑπὸ συμπαθείας ἐδάκρυσεν, καὶ εὐθέως τοῖς συνοῦσι γνησίοις ἔφη· ταῦτα εἴ τις πεπόνθει θεοσεβὴς, οἷα ὁ τούτου πέπονθε πατὴρ, εὐθέως τῷ τῆς θεοσεβείας λόγῳ τὴν αἰτίαν προσῆπτεν ἐπιγράφων [65] τὸν πονηρόν· ὅτε καὶ τοῖς ταλαιπώροις ἔθνεσιν συμβαίνει πάσχειν, καὶ ἀγνοοῦμεν οἱ θεοσεβεῖς. ταλαιπώρους δὲ αὐτοὺς εὐλόγως εἴρηκα, ὅτι ἐνταῦθα ἀλῶνται, καὶ τῆς ἐκεῖ ἐλπίδος οὐ τυγχάνουσιν. οἱ γὰρ ἐν θεοσεβείᾳ πάσχοντες τὰ θλιβερὰ, εἰς ἔκπραξιν ἁμαρτημάτων πάσχουσιν.

Ταῦτα δὲ Πέτρου εἰπόντος, εἷς τις τῶν ἐν ἡμῖν τολμήσας ἀντὶ πάντων παρεκάλεσεν αὐτὸν, αὔριον ὀρθρότερον εἰς Ἄραδον τὴν κατέναντι νῆσον εἰσπλεῦσαι, τριάκοντα οἶμαι οὐδ' ὅλους ἀπέχουσαν σταδίους, ὡς ἐπὶ ἱστορίᾳ τῶν ἐκεῖ ἀμπελίνων δύο στύλων μέγιστα ἐχόντων πάχη. ὁ οὖν πειθήνιος Πέτρος συνεχώρησεν, εἰπών· ἐπὰν δὲ πλοίου ἐκβῆτε, μὴ ἅμα πολλοὶ ἀπέρχεσθε εἰς τὴν θεωρίαν ὧν ἐπιζητεῖτε. οὐ γὰρ βούλομαι συρρέματα γίνεσθαι εἰς ὑμᾶς τῶν πολιτῶν. καὶ οὕτως πλεύσαντες, ῥοπῇ ὥρας κατήχθημεν εἰς τὴν νῆσον. ἐκβάντες δὲ τῆς σκάφης εἰσῄειμεν ἔνθα οἱ ἀμπέλινοι στύλοι ἦσαν· ὁμοῦ ἅμα αὐτοῖς ἄλλος ἄλλο τι τῶν Φειδίου ἔργων ἐθεώρει.

Ὅπως εἰς Ἄραδον εἰσελθόντες τὴν νῆσον ἐγνωρίσθησαν τῇ μητρὶ Κλήμεντος.

Πέτρος δὲ μόνος οὐκ ἀναγκαῖον ἡγήσατο ἐπιστῆναι εἰς τὴν ἐκεῖ ἱστορίαν φιλιάδως· γυναικὶ δέ τινι ἔξω πρὸ τῶν θυρῶν καθεζομένῃ καὶ τροφῆς χάριν μεταιτούσῃ, πυκνὰ κατανοήσας ἔφη· γύναι, τί σοι τῶν μελῶν λείπει, ὅτι τοσαύτην ὕβριν ἀνεδέξω· λέγω δὴ τὸ προσαιτεῖν· καὶ μὴ μᾶλλον ταῖς ὑπὸ τοῦ θεοῦ σοι δεδωρημέναις χερσὶν ἐργαζομένη, τὰς ἐφημέρους πορίζεις τροφάς; ἡ δὲ στενάξασα ἀπεκρίνατο· εἴθε γὰρ ἦσάν μοι χεῖρες ὑπουργεῖν δυνάμεναι· νῦν δέ μοι σχῆμα μόνον χειρῶν φυλάσσουσιν, νεκραὶ τυγχάνουσαι, ὑπὸ δηγμάτων ἐμῶν βεβασανισμέναι. καὶ ὁ Πέτρος ἐπύθετο· τίς δὲ ἡ αἰτία δι' ἣν τὸ χαλεπὸν τοῦτο πέπονθας; ἡ δὲ ἀπεκρίνατο· ψυχῆς ἀσθένεια, καὶ πλέον οὐδέν. εἰ γὰρ ἀνδρῶν εἶχον φρόνημα, ἦν κρημνὸς ἢ βυθὸς, ὅθεν ἐμαυτὴν ῥίψασα, τῶν ὀδυνώντων με παύσασθαι ἠδυνάμην κακῶν.

Καὶ ὁ Πέτρος ἔφη· τί οὖν, οἴει γύναι, ὅτι πάντως οἱ ἀναιροῦντες ἑαυτοὺς κολάσεως ἀπαλλάσσονται, ἢ μὴ τῇ χείρονι κολάσει ἐν ᾅδῃ αἱ τῶν οὕτως θνησκόντων ψυχαὶ περὶ τῆς αὐτοκτονίας κολάζονται; ἡ δὲ ἔφη· εἴθε ἐπεπείσμην ὅτι ὄντως ἐν ᾅδῃ ψυχαὶ εὑρίσκονται ζῶσαι, καὶ ἠγάπων τῆς κολάσεως καταφρονήσασα, θανεῖν, ὅπως τοὺς ἐμοὺς περιποθήτους ἴδω κἂν μίαν ὥραν. καὶ ὁ Πέτρος ἔφη· τί ἄρα ἐστὶ τὸ λυποῦν σε μαθεῖν ἤθελον γύναι. ἐὰν γάρ με διδάξῃς, ἀντὶ ταύτης τῆς χάριτος πληροφορήσω σε ὅτι ἐν ᾅδῃ ζῶσιν αἱ ψυχαί. καὶ ἀντὶ κρημνοῦ ἢ βυθοῦ φάρμακόν σοι δῶ, ὅπως ἀβασανίστως [66] τὸ ζῆν τὸν βίον μεταλλάξαι δυνηθῇς.

Ἐν Ἀράδῳ τῆς μητρὸς Κλήμεντος διήγησις πρὸς Πέτρον περὶ τῶν κατ' αὐτήν.

Καὶ ἡ γυνὴ τὸ ἀμφιβόλως ῥηθὲν μὴ συνεῖσα, ἐπὶ τῇ ὑποσχέσει ἡσθεῖσα, τοῦ λέγειν ἤρξατο οὕτως· γένος μὲν καὶ πατρίδα εἰπεῖν οὐκ οἴομαι πεῖσαί ποτε δυνηθῆναί τινα. πλὴν καὶ σοὶ τί διαφέρει τοῦτο μαθεῖν; ἢ μόνον τὴν αἰτίαν

65. Τὸν πονηρόν.] In eodem, τῷ πονηρῷ. Paginæ lineâ ult. οἷς ὑμῶν. Ibid.

66. Τὸ ζῆν τὸν βίον μεταλλάξαι δυνηθῇς.] Videtur τὸν βίον eſſe interpretatio τοῦ ζῆν. Eſt autem ἀμφίβολον, quia quod Petrus intelligebat de mutatione vitæ in melius, id Matthidia de commutatione vitæ cum morte interpretabatur. Lege cap. 18. Ibid.

αἰτίαν ἧς ἕνεκεν ὀδυνωμένη, δήγμασι τὰς ἐμὰς ἐνέκρωσα χεῖρας. πλὴν τὰ κατ' ἐμαυτὴν, ὡς δυνατὸν ἀκοῦσαί σε, διηγήσομαι. ἐγὼ πάνυ εὐγενὴς ὑπάρχουσα, δυνάστου τινὸς προστάγῃ, ἀνδρὶ πρὸς γένους αὐτῷ ὑπάρχοντι ἐγημάμην γυνή. καὶ μετὰ διδύμων τέκνων ἔσχον ἕτερον υἱόν. ὁ δὲ τοῦ ἐμοῦ ἀνδρὸς ἀδελφὸς μανεὶς οὐκ ἔλαττον, ἠράσθη μου τῆς ταλαιπώρου, σφόδρα σωφρονεῖν ἀγαπώσης, καὶ βουλομένης μὴ τῷ ἐραστῇ συνθέσθαι, μήτε τῷ ἐμῷ ἀνδρὶ ἀναθέσθαι τὸν τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ πρὸς ἐμὲ ἔρωτα. ἐλογισάμην ἵνα μήτε μοιχευσαμένη ἐμαυτὴν μιανῶ, μήτε τοῦ ἐμοῦ ἀνδρὸς τὴν κοίτην ὑβρίσω, μήτε τῷ ἀδελφῷ τὸν ἀδελφὸν πολέμιον καταστήσω, μήτε ὅλον γένος μέγα ὂν εἰς ὀνειδισμὸν πᾶσιν ὑποβαλῶ· ὡς ἔφην ἐλογισάμην τὴν πόλιν μετὰ τῶν ἐμῶν διδύμων παίδων ἐκβῆναι ἐπὶ χρόνον τινὰ, ἕως ἂν καὶ ὁ μιαρὸς ἔρως παύσηται ὁ ἐπὶ τῇ ἐμῇ ὕβρει κολακεύοντός με. τὸν μέντοι ἕτερον υἱὸν παρὰ τῷ πατρὶ μένειν εἰς παραμυθίαν κατέλιπον.

Πλὴν ἵνα οὕτως ταῦτα γένηται, ἐπενόησα ὄνειρον πλάσασθαι, ὡς δή τινος νύκτωρ ἐπιστάντος μοι, καὶ εἰρηκότος· γυνὴ, ἐξαυτῆς ἅμα τοῖς διδύμοις σου τέκνοις ἐπὶ χρόνον τινὰ, μέχρις ὅτε μηνύσω ἐπανελθεῖν σε ἐνταῦθα, ἔκβηθι τῆς πόλεως· ἐπεὶ ἅμα ἀνδρὶ καὶ πᾶσίν σου τοῖς τέκνοις αἰφνιδίως κακῶς τελευτήσεις. ὅμως οὕτως ἐποίησα. ἅμα γὰρ τῷ τὸν ὄνειρον ψεύσασθαί με τῷ ἀνδρὶ, αὐτὸς περίφοβος γενόμενος, μετὰ τῶν ἐμῶν δύο υἱῶν, δούλων τε καὶ παιδισκῶν, καὶ χρημάτων ἱκανῶν μετὰ πλοίου εἰς Ἀθήνας με ἐξέπεμψεν, ἐκπαιδεῦσαι τοὺς υἱοὺς, μέχρις ἂν, ἔφη, τῷ χρηματίσαντι δόξῃ ἐπανελθεῖν σε πρὸς ἐμέ. ὅμως ἅμα τέκνοις ἡ τάλαινα πλέουσα, ὑπὸ ἀνέμων ἀταξίας εἰς τούτους ἀπορριφεῖσα τοὺς τόπους, νυκτὸς τῆς νηὸς διαλυθείσης, [67] ναυφραγίῳ περιέπεσα. πάντων δὲ θανόντων, ἡ δυστυχὴς ἐγὼ μόνη ὑπὸ σφοδροῦ

* Epit. ῥιπισθεῖσα

κύματος * ῥαπισθεῖσα, ἐπὶ πέτρας ἐρρίφην· ἐφ' ἧς καθισθεῖσα ἡ ἀθλία, ἐλπίδι δὲ τέκνα με ζῶντα εὑρεῖν, εἰς τὸν βυθὸν ἐμαυτὴν οὐκ ἔρριψα τότε, ὅτε τὴν ψυχὴν μεμεθυσμένην τοῖς κύμασιν ἔχουσα, τοῦτο ποιῆσαι ῥᾳδίως ἐδυνάμην.

Πλὴν ἐπειδὴ ὄρθρος ἐγένετο, μεγάλα βοῶσα, καὶ γοερὰ κωκύουσα περιβλεπομένη, ζητοῦσα τὰ τῶν ἐμῶν ταλαιπώρων βρεφῶν τὰ νεκρὰ σώματα. ἐλεήσαντες οὖν με οἱ ἐπιχώριοι, γυμνὴν ἰδόντες, ἐνδύσαντές με τὸ πρῶτον, τὸν βυθὸν ἀνηρεύνων, τὰ ἐμὰ ζητοῦντες τέκνα. καὶ ἐπεὶ μηδὲν ηὕρισκον ὧν ἐζήτουν, παραμυθίας χάριν τινὲς τῶν φιλοξένων γυναικῶν προσελθοῦσαι, διηγοῦντο ἑκάστη τὰ ἑαυτῆς κακὰ, ἵνα τῆς ὁμοίας συμφορᾶς παραμυθίας τύχω· ὃ δὴ μᾶλλόν με ἐλύπει. οὐ γὰρ ἔφην οὕτω

* L. deest

κακὴ εἶναι, * τῶν ἄλλων συμφορᾶς παραμυθίας τυχεῖν. καὶ δὴ εἰς ξενίαν πολλῶν με ἄγειν ἀξιουσῶν, μία τις τῶν ἐνταῦθα πενιχρὰ, πολὺ βιασαμένη, ὡς τὰ ἑαυτῆς ἐλθεῖν ἠνάγκασε [68] συνοικῶμεν, εἰποῦσά μοι· θάρρει γύναι· καὶ γὰρ ὁ ἐμὸς ἀνὴρ ναύτης ὢν, κατὰ θάλασσαν τέθνηκεν, ἐν τῇ νεαζούσῃ τυγχάνων ἡλικίᾳ· καὶ ἔκτοτε πολλῶν με ἀξιούντων πρὸς γάμον, ἐγὼ χηρεύειν εἱλόμην, τῷ ἐμῷ πόθῳ ἀνδρός. ἔσται δὲ ἡμῖν κοινὰ ἃ διὰ χειρῶν ἀμφότεραι πορίζειν δυνάμεθα.

Καὶ ἵνα μή σοι μηκύνω τοὺς οὐκ ἀναγκαίους λόγους, συνῴκησα αὐτῇ διὰ τὴν φιλανδρείαν. καὶ μετ' οὐ πολὺ ἐμοῦ τῆς ταλαιπώρου αἱ χεῖρες ὑπὸ τῶν δηγμάτων παρείθησαν, καὶ ἡ ὑποδεξαμένη με γυνὴ ὅλη ὑπὸ πάθους τινὸς συνδεθεῖσα, ἐπὶ τῆς οἰκίας ἔρριπται. ἐπεὶ οὖν ὁ τῶν πάλαι γυναικῶν ἔλεος παρήκμασεν, ἐγὼ δὲ καὶ ἡ κατ' οἶκον ἀμφότεραι ἀσθενεῖς τυγχάνομεν, ἐκ πολλῶν χρόνων ἐνταῦθα, ὡς ὁρᾷς, καθέζομαι προσαιτοῦσα, καὶ ὧν ἂν εὐπορήσω, καὶ τῇ συν-

re? niſi tantùm cauſſam, ob quam dolore affecta, morſibus manus meas mortuas reddidi. Tamen mea, quoad audire potes, referam. Ego admodum nobilis, principis cujuſdam viri imperio, nupſi viro qui erat illius propinquus: & poſt duos geminos liberos, alium ſuſcepi filium. Sed frater mariti mei, magnâ correptus inſaniâ, adamavit me miſeram, quæ caſtè vivere cupiebam admodum; quæque nec volebam amatori conſentire, nec viro meo amorem fratris ejus erga me exponere. Statui ergo; ut neque adulterans polluerem me, nec viri mei torum contumelia afficerem; neque fratrem fratri redderem inimicum; neque totam familiam quæ magna erat in opprobrium cunctis darem: ſtatui, inquam, urbe cum meis geminis pueris ad quoddam tempus diſcedere; donec & impurus amor illius qui mihi ad dedecus meum aſſentabatur, finem accepiſſet. At alterum filium, ut apud patrem in ſolatium maneret, reliqui.

XVI. Verùm quò hæc ita fierent, in animum induxi, ſomnium fingere; quaſi aliquis mihi noctu adſtitiſſet, ac dixiſſet; Mulier, confeſtim unà cum geminis tuis pueris urbe diſcede ad aliquod tempus, donec rurſus indicavero, ut redeas huc: alioqui, cum marito cunctiſque tuis liberis derepentè peribis malè. Atque ita feci. Statim enim ut ſomnium ementitum viro enarravi, extimuit, & me cum duobus meis filiis, cumque ſervis & ancillis atque multâ pecuniâ Athenas per navem miſit; ut natos erudirem: quoad, inquit, viſionis auctori placuerit te redire ad me. Cæterùm ego miſera unà cum liberis navigans, ventorum vi projicior in hæc loca, & nave noctu diſſolutâ in naufragium incidi. Cúmque omnes interiiſſent, una ego inſelix, magnis agitata fluctibus, in ſaxum ejecta ſum: ubi cùm inſortunata ſederem; ſpe reperiendi natos meos vivos, in profundum me non præcipitavi tunc, quando animum habens doloris fluctibus ebrium, hoc facere facilè poteram.

XVII. Verùm poſtquam dies exortus eſt, cum clamore magno & miſerabili ululatu circumſpiciebam, quærens infelicium natorum cadavera. Igitur miſeratione commoti incolæ, nudam intuiti, cùm primò me induiſſent, ſcrutati ſunt maris profundum, quærendo natos meos. Et quia nihil inveniebant eorum quæ indagabam; nonnullæ hoſpitales mulieres conſolandi mei gratiâ acceſſerunt, & ſuas ſingulæ enarrabant miſerias, ut ſimilium calamitate ſolatium caperem: quod me magis contriſtabat. Non enim, inquiebam, adeò mala ſum, ut ex aliorum calamitatibus conſolationem accipiam. Et cùm me multæ hoſpitio cuperent recipere, una quædam paupercula hîc habitans, extorſit mihi tugurio ejus ſuccedere: dicens; Confide mulier; etenim vir meus, homo nauta, in mari adhuc juvenis obiit: atque ex eo die, quamvis multi me ſollicitârint ad nuptias, ego deſiderio viri mei malui in viduitate agere. Erunt ergo nobis communia, quæcumque manibus quærere poterimus.

XVIII. Et ne longâ ac minùs utili narratione utar: habitavi cum ea, propter amorem ejus erga maritum. Sed non multò pòſt, mihi infelici, laceratæ morſibus reſolutæ ſunt manus; illa verò quæ me ſuſceperat, tota morbo quodam occupata & colligata, domi jacet. Quoniam ergo mulierum, quæ priùs miſerabantur, elanguit affectus; ac ego, & illa clauſa domi, ambæ debiles & calamitoſæ ſumus; ex multo tempore hîc, ut vides, ſedeo, ſtipem petens; & ſi quid fortè quæſiero,

etiam

67. Codex, ναυαγίῳ περιέπεσον. & ῥαπισθεῖσα. COTELERIUS.

68. Συνοικῶμεν.] Epitome, συνοικοῦμεν. MS. Liber, συνῶμεν. Ibid.

etiam ad illam pariter miſeram ad cibum defero. Atque hactenus meæ quidem res ſufficienter ſint dictæ. Tu nunc quid moraris implere quod promiſeras, te daturum medicamen? quò etiam illi obitum cupienti tradam; & ſic ego quoque poſſim, ut ais, vitam commutare.

XIX. Hæc dicente muliere, Petrus multâ cogitatione ſtare ſuſpenſus videbatur. Et ego ſuperveniens, Dudum, inquam, per omnia loca diſcurrens, quærebam te: & nunc, quid agimus? At Petrus præcepit mihi, ut ad naviculam præcederem, ibique illum opperirer. Et quia contradici ei imperanti non poterat, quod juſſit feci. Ipſe verò, ſicut mihi cuncta poſteriùs enarravit, ſuſpicione quadam exiguâ corde pulſatus, interrogabat mulierem, dicens; Refer mihi, femina, genus, & civitatem, ac filiorum nomina; & jam medicamentum tibi do. At illa vim ſuſtinens, neque volens referre, & medicamenti accipiendi cupida, finxit alia pro aliis; & ait, ſe quidem eſſe Epheſiam, virum autem Siculum; ſed & filiorum nomina ſimiliter immutavit. Tum Petrus, exiſtimans eam verum proferre, ait; Heu mulier, putabam grande aliquod gaudium hodiernam diem eſſe apportaturam: ſuſpicabar enim te eſſe quamdam mulierem, quam ſentiebam, cujuſque res audivi & probè novi. At illa adjurabat, dicens; Rogo mihi referas; ut ſciam, ſi eſt ulla inter mulieres me infelicior.

Petri narratio, de rebus ſibi dictis a Clemente, ad illius matrem.

XX. Tum Petrus, mentiri neſciens; præ miſeratione erga illam, verum cœpit dicere: Eſt ſanè quidam adoleſcens, ſectator meus, piorum religioſorumque ſermonum cupidus, & Romanus civis, qui mihi enarravit, quòd patrem habuerit, & duos geminos fratres; ex quibus nullus ei compareat. Nam mater, inquit; ſicut mihi ediſſeruit pater; ſomnio viſo, Romanâ urbe ad tempus exceſſit cum geminis ſuis natis, ne miſerâ morte interiret; atque cum illis egreſſa, non invenitur. Vir autem illius, hujus verò pater; & ipſe ad quærendam eam profectus, nequaquam reperitur.

XXI. Hæc cùm dixiſſet Petrus; mulier, quæ animum intenderat, ſtupore exanimata eſt. Tum Petrus accedens, eamque tenens, ad ſe rediret hortatus eſt, ſuaſitque ut fateretur quidnam eſſet quod ei contigerat. Illa verò, velut ex ebrietate toto corpore reſoluta; quò poſſet magnitudinem ſperati gaudii ſuſtinere, ſemetipſam reparavit: ſimulque adfricans vultum; Ubi eſt, inquit, ille adoleſcens? At Petrus jam intelligens rem totam; Dic, inquit, mihi tu prior; aliter enim eum non videbis. Tum illa, feſtinans ait; Ego ſum adoleſcentis mater. Et Petrus; Quod ei nomen eſt? Illa verò, Clemens, ait. Petrus; Ipſe eſt; & ipſe erat qui paullò antè mecum loquebatur, quem juſſi me in navi exſpectare. Tunc illa procidens ad pedes Petri, rogabat, ut ad navem feſtinè procederet. Petrus autem, Si mihi, inquit, ſervas fidem, hoc quoque agam. At illa reſpondit; Omnia faciam; tantùm mihi oſtende unicum meum natum. Putabo enim per ipſum geminos meos liberos, qui hîc mortui ſunt, videre. Ac Petrus dixit, Cùm videris eum, quieta mane, uſque quò egrediamur ab inſula. Illa excepit; Sic faciam.

XXII. Et acceptâ manu ejus Petrus, ducebat eam ad navem. Quem ego videns manu ducere mulierem, riſi: accedens tamen, honoris erga eum gratiâ, pro ipſo manu illam ducere cœpi. Simul autem ac manum ejus contigi; ut mater, ululatu ingenti reddito, in amplexus meos irruit, meque filium ſuum vehementer deoſculata eſt. At ego ignorans omne negotium, quaſi inſanientem repellebam: ſed & reveritus Petrum, exacerbabar tamen.

Recognitio Clementis ad matrem; &

XXIII. Tum Petrus dixit; Deſine, quid agis fili Clemens, repellis eam quæ verè mater tua eſt?

ταλαιπώρῳ ὡς τροφὰς κομίζω. καὶ τὰ μὲν ἐμὰ ἐπὶ τοσοῦτον αὐτάρκως εἰρήσθω. λοιπὸν σὺ τί κωλύεις τὴν ὑπόσχεσιν πληρῶσαι τοῦ δοῦναι τὸ φάρμακον; ὅπως κἀκείνῃ ἐπιθυμούσῃ θανεῖν δῶ, καὶ οὕτως κἀγὼ τοῦ ζῆν, ὡς ἔφης, μεταλλάξαι δυνηθῶ.

Ταῦτα τῆς γυναικὸς εἰπούσης, ὑπὸ λογισμῶν πολλῶν ὁ Πέτρος μετέωρος ἐδόκει ἑστάναι. ἐγὼ δὲ ἐπελθὼν ἔφην· ἐκ πολλοῦ σε περιερχόμενος ζητῶ· καὶ τὰ νῦν τί ποιοῦμεν; ὁ δὲ Πέτρος προσέταξέν μοι προάξαντι μένειν αὐτὸν ἐπὶ τοῦ σκάφους. καὶ ἐπειδὴ ἀντειπεῖν οὐκ ἦν αὐτῷ κελεύσαντι, ἐποίησα τὸ προσταχθέν. ὁ δὲ Πέτρος μικρᾷ τινι ὑποψίᾳ, ὡς αὐτός μοι πάντα ὕστερον διηγήσατο, παλλόμενος τὴν καρδίαν, ἐπυνθάνετο τῆς γυναικὸς, λέγων· εἰπέ μοι γύναι, τὸ γένος, καὶ τὴν πόλιν, καὶ τῶν τέκνων τὰ ὀνόματα, καὶ ἤδη δίδωμί σοι τὸ φάρμακον. ἡ δὲ βίαν πάσχουσα, καὶ εἰπεῖν οὐ θέλουσα, τὸ δὲ φάρμακον λαβεῖν ἐπιθυμοῦσα, ἐσοφίσατο ἄλλα ἀντὶ ἄλλων εἰπεῖν· καὶ ὅμως ἔφη, αὐτὴν μὲν Ἐφεσίαν εἶναι, τὸν δὲ ἄνδρα Σικελόν· ὁμοίως καὶ τῶν τριῶν τέκνων ἤλλαξεν τὰ ὀνόματα. καὶ ὁ Πέτρος νομίσας αὐτὴν ἀληθεύειν, ἔφη· οἴμοι γύναι, ἐνόμιζον μεγάλην τινὰ χαρὰν τὴν σήμερον ἄγειν ἡμέραν, ὑποπτεύσας σέ τινα εἶναι, ἣν ἐνόμιζον, ἧς τὰ πράγματα ἀκούσας ἀκριβῶς ἐπίσταμαι. ἡ δὲ ἐξώρκιζεν λέγουσα· δέομαι εἰπέ μοι, ἵνα εἰδῶ εἰ ἔστιν τις ἐν γυναιξὶν ἀθλιωτέρα ἐμοῦ.

Πέτρου διήγησις περὶ τῶν ὑπὸ Κλήμεντος αὐτῷ ῥηθέντων πρὸς τὴν μητέρα αὐτοῦ.

Καὶ ὁ Πέτρος ψεύδεσθαι οὐκ εἰδὼς, ὑπὸ ἐλέους τοῦ πρὸς αὐτὴν, τὸ ἀληθὲς λέγειν ἤρξατο· ἐμοί τις λοιπὸν ἤδη νεανίας ὢν παρέπεται, τῶν τῆς θεοσεβείας ὀρεγόμενος λόγων, Ῥωμαίων ὑπάρχων πολίτης, ὃς διηγεῖτό μοι, πῶς πατέρα ἔχων καὶ ἀδελφοὺς δύο διδύμους, οὐδένα τούτων ὁρᾷ. ἡ γὰρ μήτηρ, φησὶν, ὡς ὁ πατὴρ διηγεῖτό μοι, ὄνειρον ἰδοῦσα, τῆς Ῥωμαίων πόλεως ἐπὶ χρόνον τινὰ ἐξῆλθεν μετὰ τῶν διδύμων αὐτῆς τέκνων, ἵνα μὴ κακῷ μόρῳ τελευτήσῃ· καὶ σὺν αὐτοῖς ἐκβᾶσα, οὐχ εὑρίσκεται. ὁ δὲ ταύτης μὲν ἀνὴρ, αὐτοῦ δὲ πατὴρ, καὶ αὐτὸς ὡς ἐπὶ ζήτησιν αὐτῆς ἐκβὰς, οὐχ εὑρίσκεται.

Ταῦτα τοῦ Πέτρου εἰπόντος, ἐπιστήσασα, ὡς ὑπὸ ἐκπλήξεως ἀπέψυξεν ἡ γυνή. ὁ δὲ Πέτρος προσελθὼν, καὶ ἐπισχὼν, νήφειν αὐτὴν παρεκάλεσέ τε, ὁμολογεῖν αὐτὴν πείθων τί ποτέ ἐστιν ὃ πάσχει. ἡ δὲ, ὥσπερ ἐκ μέθης τὸ λοιπὸν τοῦ σώματος παρεθεῖσα, ὑπέστρεψεν ἑαυτὴν ὑποστῆναι δυνηθεῖσα τὸ μέγεθος τῆς ἐλπιζομένης χαρᾶς· καὶ τρίψασα αὐτῆς τὸ πρόσωπον, ποῦ ἐστὶν, ἔφη, οὗτος ὁ νεανίας; ὁ δὲ ἤδη ὅλον συνιδὼν τὸ πρᾶγμα, ἔφη· εἰπέ μοι σὺ πρῶτον· ἄλλως γὰρ τοῦτον ἰδεῖν οὐκ ἔχεις. ἡ δὲ σπεύδουσα, ἐγὼ, φησὶν, εἰμὶ ἡ τοῦ νεανίσκου μήτηρ. καὶ ὁ Πέτρος ἔφη· τί τούτῳ ὄνομα; ἡ δέ φησι, Κλήμης. καὶ ὁ Πέτρος εἶπεν· αὐτός ἐστιν· καὶ αὐτὸς ἦν ὁ πρὸ μικροῦ μοι λαλήσας, ᾧ ἀναμένειν με ἐν τῷ πλοίῳ προσέταξα. ἡ δὲ προσπεσοῦσα τῷ Πέτρῳ, παρεκάλει σπεύδειν ἐπὶ τὸ πλοῖον ἐλθεῖν. καὶ ὁ Πέτρος· εἴ μοι τηρεῖς τὰς συνθήκας, καὶ τοῦτο ποιήσω. ἡ δὲ ἔφη· πάντα ποιῶ, μόνον μοι τὸ τέκνον τὸ μονογενὲς δεῖξον. δόξω γὰρ δι' αὐτοῦ τὰ δύο μου τὰ ἐνταῦθα τεθνηκότα ὁρᾶν τέκνα. καὶ ὁ Πέτρος ἔφη· ὅταν αὐτὸν ἴδῃς, ἡσύχασον μέχρις ἂν τῆς νήσου ἐκβῶμεν. ἡ δὲ ἔφη· οὕτως ποιήσω.

Λαβόμενος οὖν τῆς χειρὸς αὐτῆς ὁ Πέτρος, * ἤγαγεν ἐπὶ τὸ πλοῖον. ἐγὼ δὲ ἰδὼν αὐτὸν χειραγωγοῦντα γυναῖκα, ἐγέλασα· καὶ προσελθὼν, ὡς τιμῶν αὐτὸν, ἀντ' αὐτοῦ χειραγωγεῖν αὐτὴν ἐπειρώμην. καὶ ἅμα τῷ ἅψασθαί με τῆς χειρὸς αὐτῆς, ὀλολύξασα ὡς μήτηρ μέγα, καὶ περιπλακεῖσα, σφόδρα κατεφίλει με τὸν αὐτῆς υἱόν. ἐγὼ δὲ ἀγνοῶν ὅλον τὸ πρᾶγμα, ὡς μαινομένην ἀπεσειόμην· αἰδούμενος δὲ καὶ τὸν Πέτρον, ἐπικρινόμην.

* Epit. ἦγε

Ἀναγνωρισμὸς Κλήμεντος πρὸς τὴν

Ὁ δὲ Πέτρος ἔφη· ἔα. τί ποιεῖς τέκνον Κλήμης, ἀποσειόμενος τὴν σὴν ὄντως τεκοῦσαν; ἐγὼ δὲ ταῦτα ἀκούσας

μητέρα, κἀκείνης περιδάκρυς γενόμενος, καὶ καταπεσὼν τῇ κειμένῃ προσπεσεῖν, κατεφίλουν. καὶ γὰρ ἅμα τῷ ῥηθῆναί μοι τοῦτο, * ἀμαυρῶς πως τὸ εἶδος ἀνεκαλούμην. πολλοὶ μὲν οὖν ὄχλοι συνέτρεχον ἱστορῆσαι τὴν προσαιτοῦσαν γυναῖκα, λέγοντες ἀλλήλοις, ὅτι αὐτὴν ἐπέγνω ὁ υἱὸς, ἀνὴρ ἀξιόλογος. βουλομένοις οὖν ἡμῖν ἐξαυτῆς σὺν τῇ μητρὶ τῆς νήσου ἐκβαίνειν, ἡ μήτηρ ἔφη· τέκνον μοι ποθεινὸν, εὔλογόν ἐστιν ἀποτάξασθαι τῇ ὑποδεξαμένῃ με γυναικὶ, ἥ τις πτωχὴ οὖσα, καὶ ὅλη παρειμένη, ἐπὶ τῆς οἰκίας ἔρριπται. ὁ δὲ Πέτρος ἀκούσας, ἐθαύμαζεν, καὶ πάντες οἱ παρεστῶτες ὄχλοι, τῆς γυναικὸς τὸ ἀγαθὸν φρόνημα. καὶ εὐθέως ἐκέλευσεν ὁ Πέτρος τινὰς ἀπελθεῖν, καὶ τὴν γυναῖκα ἐπὶ κλίνης κομίσαι. καὶ ὁμοῦ ἐνεχθείσης, καὶ τεθείσης τῆς κλίνης, πάντων τῶν ὄχλων ἀκουόντων ἔφη ὁ Πέτρος· εἰ ἀληθείας κῆρυξ ἐγὼ τυγχάνω, εἰς τὴν τῶν παρεστώτων πίστιν, ἵνα γνῶσιν ὅτι εἷς ἐστιν θεὸς, ὁ τὸν κόσμον ποιήσας, ἐξαυτῆς ἐγερθήτω ὑγιής. καὶ ἅμα τῷ εἰπεῖν Πέτρον ταῦτα, ἡ γυνὴ ἠγέρθη ὑγιασθεῖσα, καὶ τῷ Πέτρου προσέπεσεν, καὶ τὴν συνήθη φίλην καταφιλήσασα ἐπυνθάνετο τί εἴη τοῦτο. ἡ δὲ ὅλον αὐτῇ τὸ πρᾶγμα τοῦ ἀναγνωρισμοῦ συντόμως διηγήσατο· καὶ οἱ ἀκούσαντες κατεπλάγησαν. τότε καὶ ἡ μήτηρ τῆς ξενοδόχου θεραπευθείσης ἱστορήσασα, παρεκάλει καὶ αὐτὴ ἰάσεως τυχεῖν. ὁ δὲ ἐπιθεὶς τὰς χεῖρας, καὶ αὐτὴν ἐθεράπευσεν.

Περὶ τῆς ἰάσεως ἧς ἐν Ἀράδῳ ὁ Πέτρος ἐποίησεν. * l. ἀμαυρῶς. al. l. ἀμυδρῶς

Καὶ οὐδ' οὕτως ὁ Πέτρος περὶ θεοῦ καὶ τῆς αὐτῷ διαφερούσης θρησκείας ὁμιλήσας, προσθεὶς ἐπὶ τέλει, ὅτι εἴ τις βούλεται ταῦτα ἀκριβῶς μαθεῖν, εἰς Ἀντιόχειαν, ὅπου πλειόνων ἡμερῶν προσμένειν ἐκρίναμεν, ἐλθὼν, τὰ πρὸς τὴν αὐτοῦ σωτηρίαν μανθανέτω. οἱ μὲν γὰρ δὴ ἐμπορίας ἕνεκα ἢ στρατείας πατρίδας καταλιμπάνειν εἰδότες, καὶ εἰς μακροὺς ἀπέρχεσθαι τόπους, διὰ δὲ αἰωνίου σωτηρίας μηδὲ τριῶν ἡμερῶν ὁδὸν προσελθεῖν θέλουσιν. μετὰ μὲν οὖν τὴν προσομιλίαν Πέτρου, ἐγὼ τῇ ὑγιασθείσῃ γυναικὶ ἐπὶ παντὸς τοῦ ὄχλου χιλίας δραχμὰς εἰς τροφὰς ἐδωρησάμην, παραθέμενος αὐτὴν ἀγαθῷ τινὶ ἀνδρὶ, πρώτῳ τῆς πόλεως ὄντι, φήσαντι μετὰ χαρᾶς τοῦτο ποιεῖν προῃρημένῳ. ἔτι δὲ καὶ ἄλλοις πολλοῖς ἀργύρια διανείμας, καὶ ταῖς ποτὲ τὴν μητέρα παραμυθησαμέναις εὐχαριστήσας, διέπλευσα εἰς Ἀντάραδον, ἅμα τῇ μητρὶ καὶ Πέτρῳ καὶ τοῖς λοιποῖς * ἑταίροις· καὶ οὕτως ὡς τὴν ξενίαν ὡρμήσαμεν.

* Epit. ἑταίροις

Γενομένων δὲ ἡμῶν, καὶ τροφῆς μεταλαβόντων, καὶ συνήθως εὐχαριστησάντων, ἔτι ὥρας οὔσης, ἔφην ἐγὼ τῷ Πέτρῳ· φιλανθρωπίας ἔργον, κύριέ μου Πέτρε, ἡ ἐμὴ ἐποίησεν μήτηρ, τῆς ξενοδόχου ὑπομνησθεῖσα γυναικός. καὶ ὁ Πέτρος ἀπεκρίνατο· ἄρα γε ὦ Κλήμης, ἀληθῶς νενόμικας φιλανθρωπίας ἔργον πεποιηκέναι τὴν σὴν τεκοῦσαν, καθ' ὃ τὴν ἀπὸ ναυαγίου αὐτὴν ὑποδεξαμένην ἠμείψατο· ἢ εἰς μητέρα μεγάλα χαριζόμενος, τοῦτο εἴρηκας τὸν λόγον; εἰ δὲ οὐχ ὡς χαριζόμενος, ἀλλ' ὡς ἀληθεύων ἔφης, ἔοικάς μοι ἀγνοεῖν τί ποτέ ἐστι φιλανθρωπίας μέγεθος, ἥτις ἐστὶν ἡ ἄνευ τοῦ φυσικῶς πείθοντος ἡ πρὸς οἷον δή ποτε στοργὴ, καθ' ὃ ἄνθρωπός ἐστιν. ἀλλ' οὐδὲ τὴν ξενοδόχον τὴν ἀπὸ ναυαγίου ἀποδεξαμένην τὴν σὴν τεκοῦσαν, οὕτω φιλάνθρωπον εἰπεῖν τολμῶ. ὑπ' ἐλέου γὰρ κολακευθεῖσα ἐπέπειστο εὐεργέτις γενέσθαι γυναικὸς ναυαγίῳ περιπεσούσης, τέκνα πενθούσης, ξένης, γυμνῆς, μεμονωμένης, καὶ σφόδρα ἐπὶ ταῖς συμφοραῖς ὀλοφυρομένης. ἐν τοσαύταις οὖν αὐτῆς συμφοραῖς οὔσης, τίς καὶ ἀσεβῶν ἰδὼν οὐκ ἂν

Περὶ φιλανθρωπίας καὶ φιλίας.

Ego verò, ubi hoc audivi, lacrymis obortis,con cidi ſupra jacentem matrem, & oſculabar eam. Si mul enim ac id mihi dictum fuit, ſubobſcurè ge nitricis formam revocabam. Multitudo interim concurrebat plurima, ad videndam mendicam mulierem; dicebantque mutuò; Agnovit eam filius; vir eximius. Itaque cùm vellemus confeſtim cum matre ex inſula exire, mater ait; Fili mihi exoptate, æquum eſt ut vale dicam mulieri quæ me ſuſcepit; quæ egens, & tota Paralytica, domi jacet. His auditis Petrus, & omnes qui plurimi aderant, admirati ſunt bonum feminæ conſilium. Et continuò juſſit Petrus abire quoſdam, ac deferre mulierem in lectulo. Cùmque fuiſſet allata, poſituſque fuiſſet lectus; cunctâ plebe audienre, Petrus ait; Si veritatis ego ſum præco; ad fidem eorum qui adſiſtunt, ut ſciant unum eſſe Deum opificem mundi; ſurgat continuò ſana. Et ſtatim ut hæc dixiſſet Petrus; mulier ſurrexit ſanata, & procidit ad pedes Petri; atque amicam ſuam ac familiarem oſculata, percontabatur quid iſtud eſſet. At illa breviter omne ei recognitionis negotium expoſuit; & qui audierunt, obſtupefacti ſunt. Tuncque mater hoſpitem curatam videns, rogavit ut ipſa quoque ſanitatem acciperet. Ille autem, manu impoſitâ, ipſam etiam curavit.

De curationibus quas Petrus apud Aradum fecit.

XXIV. Sicque poſtea Petrus, de Deo ac de Dei religione ſermonem habuit, & in fine addidit; Si quis hæc vult diligenter cognoſcere, Antiochiam, ubi per multos dies reſidere ſtatui, veniens, quæ ad ſalutem ſuam pertinent diſcat. Non enim qui negotiandi aut militandi cauſsâ patriam relinquere ſoletis, & ad loca multùm diſſita abire; propter æternam ſalutem vel trium dierum iter ſuſcipere noletis. Itaque poſt Petri concionem, ego mulieri quæ ſanata fuerat, coram omni populo mille drachmas ad victum dedi; & commendavi eam cuidam bono viro, primario oppidi, qui ſponte id cum gaudio facere propoſuit. Sed & aliis multis pecuniam diſtribui; gratiaſque egi illis mulieribus, quæ matri quondam ſolatium præbuerant: & poſt hæc unà cum matre, Petro, cæteriſque ſodalibus Antaradum enavigavi: atque ita ad hoſpitium proceſſimus.

XXV. Ubi cùm eſſemus, & ſumpſiſſemus cibum, ac de more gratias egiſſemus, atque adhuc tempus ſupereſſet; ego dixi Petro; Humanitatis opus, Domine mi Petre, exercuit mea mater, quæ hoſpitæ mulieris recordata fuerit. Reſpondit Petrus; Itane, ô Clemens, verè exiſtimâſti, humanitatis opus factum à tua genitrice, quando ei quæ ipſam ex naufragio receperat gratiam retulit: an ut matri plurimùm gratificareris, hunc dixiſti ſermonem? Si enim non ut rem gratam faceres, ſed ut veritatem loquereris effatus es; videris mihi ignorare quænam ſit magnitudo humanitatis, quæ eſt amor in quemlibet, quatenus hominem, & abſque ullo naturali affectu. Sed nec hoſpitem, quæ matrem tuam è naufragio ſuſcepit, auſim hominum amantem appellare. Miſericordiâ enim commota, impulſa eſt ad bene faciendum mulieri naufragium paſſæ, natos lugenti, peregrinæ, nudæ, deſtitutæ, multúmque calamitates ſuas lamentanti. In tantis ergo adverſitatibus verſantem, quis videns, etiam ex impiis, non miſeratus fuiſſet? Quare nequa-

Epit. c. 93. &c.

De humanitate & amicitia.

65. Οὐ γὰρ δὴ ἐμπορίας ἕνεκα &c.] MS. εἰ γάρ. & θέλουσι pro θέλων. COT.

70. Ἔφην ἐγὼ τῷ Πέτρ.] Ab his verbis uſque ad iſta verba τὸ ἐπὶ ... pag. 687. C. profertur à Nicone Monacho Palæſtino in Pandectæ interpretationum divinorum mandatorum Serm. 24. & 39. cum hoc titulo, ἐκ τῶν Κλημέντος, & ἐκ τῶν Κλημεντίνων, hoc eſt, ex Opere dicto Clementina. Ornat Bibliothecam Regiam optimus Liber, qui collectus eſt ex divinis Scripturis, ſacris Canonibus, teſtimoniis ſanctorum Patrum, aliiſque monumentis Eccleſiaſticis, nec non legibus civilibus. Ibid.

quaquam humanitatis opus, nec mulier hoſpita videtur peregiſſe; ſed ad benefaciendum mota fuiſſe, miſericordiâ ex plurimis adverſis ortâ. Quanto magis parens tua, facultatibus abundans, & hoſpitam remunerata, non humanitatis opus effecit, verùm caritatis ſeu amicitiæ? Multa autem intercedit differentia inter caritatem & humanitatem: quia caritas quidem ex remuneratione eſt; humanitas verò abſque ulla naturali propenſione hominem omnem, quia homo eſt diligit, ac beneficiis afficit. Itaque ſi hoſpes quæ miſerta eſt; etiam hoſtes malè de ea meritos miſerata, beneficio afficeret, humana eſſet: ſin verò propter quid amica eſt vel inimica, & propter quid inimica vel amica; hæc, alicujus rei quæ cauſſa ſit amica eſt vel inimica, non autem hominis.

XXVI. Et ego reſpondi; Non ergo tibi videtur eſſe humana; ſaltem hoſpes, quæ in peregrinam quam non noverat beneficium contulit? Tum Petrus: Eam quidem miſericordem appellare novi; hominum autem amantem non audeo dicere; quandoquidem nec matrem, amantem liberorum: quippe quæ à partûs doloribus & ab educatione ad diligendum compulſa ſit. Nam ſicut qui cupidine inflammatur, à conſuetudine mulcetur & concubitu; qui amore ſeu amicitia proſequitur, à remuneratione: ita & qui miſeretur, à calamitate. Attamen miſericors humano vicinus eſt; quoniam abſque muneris ullius captatione, ad præſtandum beneficium fertur. Nondum tamen humanus eſt. Et ego dixi; Ob quas igitur actiones humanus quis eſſe poteſt? Reſpondit Petrus; Quia video te cupidum audiendi, quodnam ſit humanitatis officium; non pigebit dicere. Humanus eſt, qui etiam inimicis bene facit. Quod autem ita habeat, audi. Humanitas eſt maſculo-femina; cujus feminea pars miſericordia dicitur: quod verò in illa eſt maſculum, dilectio erga proximum nominatur: proximus autem homini eſt quilibet homo, & non quia unus homo: homo enim eſt, etiam malus & bonus, hoſtis pariter ac amicus. Oportet ergo eum qui humanitatem colit, imitatorem Dei eſſe, & de juſtis atque injuſtis bene mereri; ſicut ipſe Deus cunctis in hoc mundo ſolem imbreſque ſuos præbet. Quòd ſi velis bonis quidem benefacere; non autem malis, vel hos punire; judicis munus implere niteris; non verò habere humanitatem conaris.

De miſericorde & humano.

Doctrina de humanitate.

Matt. 5.45.

XXVII. Et ego dixi; Igitur Deus, qui tum judicaturus eſt, ut nos doces, non eſt humanus? Ac Petrus; Pugnantia loqueris. Nam quia judicat, ideo humanus eſt. Diligens enim ac miſeratus injuriâ affectos, plectit eos qui injuriam intulerunt. Et ego, Itaque, inquam, ſi ipſe bonis benefacio, & injurioſos quia injurii erga homines fuerunt caſtigo, humanus ſum. Et Petrus reſpondit; Si unà cum prænotione haberes quoque judicandi poteſtatem; rectè id faceres: per acceptam quidem poteſtatem, condemnans eos quos Deus creavit; per prænotionem verò, inculpatè in judicando, tum alios tamquam juſtos abſolvens, tum alios tamquam injuſtos damnans. Et ego dixi; Rectè locutus es ac verè: fieri enim nequit, ut qui prænotione caret, rectè judicet. Interdum quippe nonnulli videntur boni, qui illicita clam perpetrant: nonnulli verò boni, hoſtium calumniâ mali eſſe creduntur. Sed & ſi quis poteſtate torquendi, & quæſtionem habendi præditus, judicet; neque ſic juſtè omnino habebit judicare. Quidam enim homicidæ, quæſtionis tormenta perferentes, dimiſſi ſunt velut innoxii: alii verò, qui erant innocentes, cùm tormenta ferre non potuiſſent, contra ſe mentiti, velut rei ſupplicio affecti ſunt.

XXVIII. Tum Petrus; Atque hæc, inquit,

ἠλέησεν· ὥστε οὔπω φιλανθρωπίας ἔργον πεποιηκυῖα φαίνεται. οὐδὲ ἡ ξενοδόχος γυνή, ἀλλὰ ὑπὸ ἐλέου τῆς ἐπὶ μυρίαις συμφορῆς, πρὸς εὐεργεσίαν * κεκινημένη. πόσῳ γε μᾶλλον ἡ σὴ τεκοῦσα, βίου εὐπορήσασα, καὶ τὴν ξενοδόχον ἀμειψαμένη, φιλανθρωπίας ἔργον οὐκ ἐποίησεν, ἀλλὰ φιλίας; πολλὴ δὲ διαφορὰ μεταξὺ φιλίας καὶ φιλανθρωπίας· ὅτι ἡ μὲν φιλία ἐξ ἀμοιβῆς γίνεται, ἡ δὲ φιλανθρωπία ἄνευ τοῦ φυσικοῦ πείθοντος, πάντα ἄνθρωπον, καθὸ ἄνθρωπός ἐστι, φιλοῦσα εὐεργετεῖ. εἰ μὲν οὖν ἡ ἐλεήσασα ξενοδόχος, καὶ ἐχθροὺς ἀδικήσαντας ἐλεοῦσα εὐεργετεῖ, φιλάνθρωπος ἂν ἦν. εἰ δὲ διά τι φίλη ἢ ἐχθρά, καὶ διά τι ἐχθρὰ ἢ φίλη, τοιαύτη δὲ πρὸς αἰτίαν φίλη ἐστὶν ἢ ἐχθρά, οὐ δὲ ἀνθρώπου.

Κἀγὼ ἀποκρινάμενος· οὐ δοκεῖ σοι οὖν φιλάνθρωπος εἶναι κἂν ἡ ξενοδόχος, ξένην ἣν οὐκ ἠπίστατο εὐεργετήσασα; καὶ ὁ Πέτρος· ἐλεήμονα μὲν αὐτὴν εἰπεῖν ἐπίσταμαι, φιλάνθρωπον δὲ οὐ τολμῶ λέγειν, ὅτι δὴ οὔτε τὴν τεκοῦσαν φιλότεκνον· ὑπὸ ὠδίνων γὰρ καὶ ἀνατροφῆς στέργειν ἠνάγκασται. ὡς καὶ ὁ ἐρῶν ὑπὸ τῆς συνηθείας κολακεύεται καὶ ὄψεως, καὶ ὁ φίλος ὑπὸ τῆς ἀμοιβῆς· οὕτω καὶ ὁ ἐλεῶν, ὑπὸ τῆς συμφορᾶς. πλὴν ἐγγὺς ὁ ἐλεήμων τῷ φιλανθρώπῳ, ὅτι ἄνευ τοῦ τι προσδοκᾶν λαβεῖν, εὐεργετεῖν πείθεται. πλὴν οὔπω φιλάνθρωπός ἐστιν. κἀγὼ ἔφην· ἐπὶ ποίαις οὖν πράξεσιν φιλάνθρωπος εἶναί τις δύναται; καὶ ὁ Πέτρος ἀπεκρίνατο· ἐπεὶ ὁρῶ σε γλιχόμενον ἀκοῦσαι, τί ποτέ ἐστι φιλανθρωπίας ἔργον, οὐκ ὀκνήσω λέγειν. φιλάνθρωπός ἐστιν ὁ καὶ ἐχθροὺς εὐεργετῶν. ὅτι δὲ οὕτως ἔχει ἄκουσον. φιλανθρωπία ἐστὶν ἀρρενόθηλυς, ἧς τὸ θῆλυ μέρος, ἐλεημοσύνη λέγεται· τὸ δὲ ἄρρεν αὐτῆς, ἀγάπη πρὸς τὸν πλησίον ὀνόμασται· πλησίον δὲ ἀνθρώπῳ ἐστὶν ὁ πᾶς ἄνθρωπος, οὐχ ὅτι εἷς ἄνθρωπος· ἄνθρωπος γάρ ἐστι καὶ ὁ κακὸς καὶ ὁ ἀγαθὸς, καὶ ὁ ἐχθρὸς καὶ ὁ φίλος. χρὴ οὖν τὸν φιλανθρωπίαν ἀσκοῦντα μιμητὴν εἶναι τοῦ θεοῦ, εὐεργετοῦντα δικαίους καὶ ἀδίκους, ὡς αὐτὸς ὁ θεὸς πᾶσιν ἐν τῷ νῦν κόσμῳ τόν τε ἥλιον καὶ τοὺς ὑετοὺς αὐτοῦ παρέχων. εἰ δὲ θέλεις ἀγαθοὺς μὲν εὐεργετεῖν, κακοὺς δὲ μηκέτι, ἢ καὶ κολάζειν, κριτοῦ τὸ ἔργον ἐπιχειρεῖς πράττειν, οὐ τὸ τῆς φιλανθρωπίας σπουδάζεις ἔχειν.

Κἀγὼ ἔφην. ἆρά γε καὶ ὁ θεὸς μέλλων ποτὲ κρίνειν, ὡς διδάσκεις ἡμᾶς, οὐ φιλάνθρωπός ἐστιν; καὶ ὁ Πέτρος· ὑπεναντίον λέγεις. ἐπεὶ γὰρ κρίνει, διὰ τοῦτο φιλάνθρωπός ἐστιν. φιλῶν γὰρ καὶ ἐλεῶν τοὺς ἠδικημένους, τιμωρεῖ τοὺς ἠδικηκότας. κἀγὼ ἔφην· οὐκ οὖν, εἰ κἀγὼ ἀγαθοὺς μὲν εὐεργετῶ, τοὺς δὲ ἀδικοῦντας καθ' ὃ ἀνθρώπους ἠδίκησαν τιμωρῶ, φιλάνθρωπός εἰμι. καὶ ὁ Πέτρος ἀπεκρίνατο· εἰ μετὰ τοῦ πρόγνωσιν ἔχειν, εἶχες καὶ τὸ κρίνειν ἐξουσίαν, ὀρθῶς ἂν τοῦτο ἐποίεις. διὰ μὲν τὸ εἰληφέναι τὴν ἐξουσίαν, καταδικάζειν οὓς ὁ θεὸς ἐδημιούργησε· διὰ δὲ τὴν πρόγνωσιν, ἀπταίστως ἐν τῷ κρίνειν, οὓς μὲν ὡς δικαίους δικαιοῦν, οὓς δὲ ὡς ἀδίκους καταδικάζειν. κἀγὼ ἔφην· ὀρθῶς ἔφης ἀληθῶς· ἀδύνατον γάρ ποτε πρόγνωσιν οὐκ ἔχοντα, ὀρθῶς κρῖναι. ἔνιοι γὰρ φαίνονταί τινες ἀγαθοί, ἀθέμιτα κρύφα διαπραττόμενοι· ἔνιοι δὲ ἀγαθοί, ὑπὸ διαβολῆς ἐχθρῶν κακοὶ ὑπολαμβανόμενοι. ἀλλ' εἰ καὶ τὸ βασανίζειν καὶ ἀνακρίνειν ἐξουσίαν τις ἔχων δικάζει, οὐδὲ οὕτως τὸ πάντως δικαίως αὐτῷ δικάσαι ἐγένετο. ἔνιοι γὰρ φονεῖς ὄντες, τὰς βασάνους ὑπομείναντες, ὡς ἀθῷοι ἀπελύθησαν· ἕτεροι δὲ ἀθῷοι ὄντες, τὰς βασάνους μὴ ὑπομείναντες, ἑαυτῶν καταψευσάμενοι, ὡς αἴτιοι ἐκολάσθησαν.

Καὶ ὁ Πέτρος, μετρίως, ἔφη, ἔχει καὶ ταῦτα

τὰ

* Epit. amo-?

Περὶ ἐλεήμονος καὶ φιλανθρώπου.

Φιλανθρωπίας διδασκαλία.

τὸ δὲ μεῖζον ἄκουσον. ἐνίων ἀνθρώπων ἁμαρτανόντων, ἢ εὐεργετούντων, ὧν [71] νῦν πάντων ἃ μὲν ἴδια αὐτῶν ἐστὶν, ἃ δὲ ἀλλότρια· δίκαιον δὲ ἕκαστον ἐπὶ τοῖς ἰδίοις ἁμαρτήμασιν τιμωρεῖσθαι, ἢ ἐπὶ τοῖς ἰδίοις κατορθώμασιν εὐεργετεῖσθαι. ἀδύνατον δέ τινι πλὴν προφήτῃ μόνῳ πρόγνωσιν ἔχοντι, τὰ ὑπό τινος γενόμενα εἰδέναι, ποῖά ἐστιν αὐτοῦ ἴδια, ποῖα δὲ οὐκ ἦν· πάντα γὰρ τὰ ὑπ' αὐτοῦ γενόμενα βλέπεται. κἀγὼ ἔφην· ἐβουλόμην μαθεῖν πῶς τῶν ἀδικημάτων ἢ κατορθωμάτων, ἃ μὲν ἴδια, ἃ δὲ ἀλλότρια.

Ποῖα τῶν ἁμαρτημάτων ἴδια ἢ ἀλλότρια.

[72] Καὶ ὁ Πέτρος ἀπεκρίνατο· ὅτι ἀληθείας προφήτης ἔφη· Τὰ ἀγαθὰ ἐλθεῖν δεῖ. μακάριος δὲ, φησὶ, δι' οὗ ἔρχεται. ὁμοίως καὶ τὰ κακὰ ἀνάγκη ἐλθεῖν· οὐαὶ δὲ δι' οὗ ἔρχεται. Εἰ δὲ διὰ κακῶν κακὰ ἔρχεται, καὶ διὰ ἀγαθῶν ἀγαθὰ φέρεται, προσεῖναι δεῖ ἑκάστῳ τὸ ἴδιον τὸ ἀγαθὸν εἶναι ἢ κακὸν, καὶ ἐξ ὧν προέπραξεν, διὰ τὸ ἐλθεῖν τὰ δεύτερα ἀγαθὰ ἢ κακὰ, ἅ τινα ἴδια αὐτοῦ τῆς αἱρέσεως ὄντα, ὑπὸ τῆς τοῦ θεοῦ προνοίας διαλαθεῖν οἰκονομεῖται. ἔστι δὲ κρίσις αὐτὴ θεοῦ, ὅπως ἐπ' ἀγῶνος τῆς διὰ πάσης κακουχίας διεληλυθότα, καὶ ἄμεμπτον εὑρεθέντα, ἐκεῖνον ζωῆς αἰωνίου καταξιοῦσθαι. οἱ γὰρ ἐν ἀγαθοῖς ἰδίᾳ βουλῇ προκόψαντες, ὑπὸ τῶν ἰδίᾳ βουλῇ ἐν [73] κακουχίᾳ παραμεινάντων πειράζονται, διωκόμενοι, μισούμενοι, λοιδορούμενοι, ἐπιβουλευόμενοι, τυπτόμενοι, πλεονεκτούμενοι, διαβαλλόμενοι, αἰχμαλωτιζόμενοι, ἐπηρεαζόμενοι, πάντα ἐκεῖνα πάσχοντες, δι' ἃ εὐλόγως δοκεῖ τὸ ὀργίζεσθαι γίνεσθαι, καὶ πρὸς ἄμυναν ὁρμᾶν.

Ὁ δὲ διδάσκαλος εἰδὼς ὅτι οἱ ταῦτα ἀδίκως ποιοῦντες, ἐκ προτέρων ἁμαρτημάτων κατάδικοί εἰσιν, καὶ ὅτι διὰ κατάδικον τὸ τῆς κακίας πνεῦμα ταῦτα ἐνεργεῖ, τοὺς μὲν ἀνθρώπους, καθὸ ἄνθρωποί εἰσιν, καὶ δι' ἁμαρτίας ὄργανα γενομένους κακίας, ἐλεεῖν συνεβούλευσεν, ὡς φιλανθρωπίας ἀσκηταῖς, καὶ τὸ ὅσον ἐπ' αὐτοῖς ἐστὶ, [74] ἀδικουμένους καὶ ἀπολύειν τῆς καταδίκης τοὺς ἀδικοῦντας· ἵνα ὥσπερ οἱ νήφοντες τοῖς μεθύουσιν βοηθῶσιν, εὐχαῖς, νηστείαις, εὐλογίαις, μὴ ἀνθιστάμενοι, μὴ ἀμυνόμενοι, ἵνα μὴ ἐπὶ τὸ πλεῖον αὐτοὺς ἁμαρτεῖν ἀναγκάσωσιν. ὁ γὰρ παθεῖν πάντως κεκριμένος τινὶ, οὐκ εὔλογον ἀγανακτεῖν ἐκείνῳ δι' οὗ τὸ παθεῖν γίνεται. λογιζόμενον ὅτι εἰ καὶ ἐκεῖνος οὐκ ἐκακούχησεν αὐτὸν, διὰ τὸ πάντως κακουχηθῆναι μέλλειν, δι' ἑτέρου τὸ παθεῖν ἦν. τί οὖν ἀγανακτεῖ τῷ διαθεμένῳ, ἐμοῦ πάντως παθεῖν κεκριμένου; ἀλλ' ἔτι μὴν, εἰ τὰ αὐτὰ τοῖς κακοῖς προφάσει ἀμύνης ποιῶμεν, οὐδὲ οἱ πρῶτοι, δεύτεροι τὸ αὐτὸ τοῖς κακοῖς, οἱ ἀγαθοὶ πεφύκαμεν. καὶ ὡς ἔφην, οὐ χρὴ ἀγανακτεῖν, ὡς εἰδότα ὅτι θεοῦ προνοίᾳ οἱ κακοὶ τοὺς ἀγαθοὺς τιμωροῦσιν. οἱ οὖν τοῖς τιμωροῦσι χαλεπαίνοντες, ὡς τοὺς ἀποστόλους θεοῦ ὑβρίζοντες ἁμαρτάνουσιν· τιμῶντες δὲ καὶ τὰ ἐναντία τοῖς ἀδικεῖν νομιζομένοις διατιθέμενοι αὐτοὺς, εἰς τὸν θεὸν τὸν οὕτω βουλευσάμενον εὐσεβοῦσιν.

Κἀγὼ πρὸς ταῦτα ἀπεκρινάμην· οὐκοῦν οἱ ἀδικοῦντες οὐκ εἰσὶν αἴτιοι, ὅτι κρίσει θεοῦ ἀδικοῦσιν τοὺς δικαίους. καὶ ὁ Πέτρος ἔφη· καὶ πάνυ ἁμαρτάνουσιν· πρὸς γὰρ τὸ ἁμαρτάνειν ἑαυτοὺς ἐκδεδωκότας. ὅθεν εἰδὼς [75] ἁπάντων ἐκλέγεται τιμωρεῖν τοὺς ἐπὶ τοῖς προτέροις ἁμαρτήμασι μεταμελη-

modica ſunt: audi verò majus. Cùm aliqui homines peccant, vel bene agunt; eorum quæ tum operantur, alia quidem ipſorum propria ſunt, alia verò aliena: æquum autem eſt unumquemque pro delictis propriis dare pœnas, aut pro meritis propriis mercedem ferre. Fieri autem nequit, ut quiſpiam, niſi ſolus Propheta, præſcientiam habens, ab aliquo geſta ſciat; quænam ejus propria ſint, & quænam non ſint. Videt enim cuncta quæ fecit. Et ego; Vellem, inquam, audire, quo modo ex criminibus aut bonis operibus, alia quidem ſunt propria, alia verò aliena.

XXIX. Reſpondit Petrus; Quia veritatis Propheta dixit; *Oportet ut veniant bona. Beatus autem,* inquit, *per quem veniunt. Similiter neceſſe eſt, ut etiam veniant mala: Væ autem illi per quem veniunt.* Porrò ſi per malos veniant mala, & per bonos bona inferuntur; proprium unicuique ineſſe debet, bonum eſſe vel malum, & ex iis quæ priùs operatus eſt; quòd veniant ſecunda bona vel mala; quæ, cùm à propria hominis ſint voluntate, ut exoriantur divina inſtituit providentia. Itaque hoc eſt Dei judicium; ut qui per omnem vexationem, velut in agone, tranſierit, & inventus fuerit inculpatus; is donetur vitâ æternâ. Nam qui in bonis propriâ voluntate profecerunt, ab iis qui ſuâ quoque voluntate in malâ tractatione perſeverant tentantur, exagitantur; odia, convicia, inſidias, verbera, fraudes, calumnias, vim patiuntur; afficiuntur contumeliis; cunctaque illa perferunt, per quæ juſta videtur eſſe ira & ultio.

Quænam ex criminibus, propria vel aliena.

Matt. 18. Luc. 17.

XXX. Magiſter verò ſciens, quòd qui hæc injuſtè faciunt, ex prioribus peccatis rei ſunt, quódque per ſontes, ſpiritus malitiæ iſta efficit; hominum, quatenus homines ſunt, etſi propter peccata facti fuerint Malitiæ inſtrumenta, miſereri ſuaſit ſuis, tamquam miſericordiæ cultoribus; utque quantum in ſe eſt, injuriâ affecti injuriam facientes à damnatione abſolvant; quò velut ſobrii ebriis ſuccurrant, per orationes, jejunia, benedictiones; non reſiſtendo, non vindicando, ne eos cogant ampliùs peccare. Cùm enim aliquis omnino ad patiendum condemnatus eſt, non eſt æquum ut illi iraſcatur per quem patitur; ſecum reputans, quòd etſi ille non afflixiſſet eum, tamen qui omnino affligi debet, per alium pati ſibi contingeret. Cur ergo indignor adversùs auctorem, qui planè ad perpeſſionem ſum deſtinatus? Sed & adhuc; ſi eadem cum improbis prætextus ultionis faciamus; præterquam quòd primi non ſumus; ſecundi, idem facimus ac mali, qui boni dicimur. Et quemadmodum aiebam, indignari non oportet, cùm ſcias à malis bonos per Dei providentiam caſtigari. Qui ergo ultores ægrè ferunt, tamquam qui à Deo miſſos contumeliâ afficiant, delinquunt: qui verò in precio habent, iiſque contraria faciunt ac injuriam inferre creditis; in Deum qui ita ſtatuit pii ſunt.

XXXI. Et ego ad hæc dixi; Itaque qui faciunt injuriam, rei non ſunt, quoniam Dei judicio injuriâ juſtos afficiunt. Reſpondit Petrus; Valde peccant; quippe qui ſe ad peccandum dedant. Unde ſciens Deus, ex omnibus eos punire deligit qui de prioribus peccatis juſtè agunt pœnitentiam ut

71. Νῦν] Abeſt à MS. Ubi in C. 3. οὐκ οἶδα. Deinde verte, *Cuncta enim quæ ſunt videntur ab eo.* COT.

72. Καὶ ὁ Πέτρος ἀπεκρίνατο.] Apud Johannem Damaſcenum MS. Eclogarum capite περὶ ἀγαθοεργίας καὶ πονηρίας διαφορᾶς. quod eſt Parallelorum lib. 1. cap. 28. Κλήμεντος ἐκ τῶν τοῦ ἁγίου Πέτρου. Ὁ κύριος ἔφη· ἀγαθὰ δεῖ ἐλθεῖν· μακάριος δὲ δι' οὗ ἔρχεται. ὁμοίως καὶ τὰ κακὰ δεῖ ἐλθεῖν· οὐαὶ δὲ δι' οὗ ἔρχεται. εἰ δὲ διὰ κακῶν κακὰ ἔρχεται, καὶ δι' ἀγαθῶν ἀγαθὰ ἔρχεται, προσεῖναι δεῖ ἑκάστῳ τὸ ἴδιον, τὸ ἀγαθὸν ἢ κακὸν, καὶ ἐξ ὧν προέπραξε διὰ τὸ ἐλθεῖν τὰ δεύτερα, ἀγαθὰ ἢ κακὰ, ἅ τινα ἴδια αὐτοῦ τῆς προαιρέσεως ὄντα, ὑπὸ τῆς τοῦ θεοῦ προνοίας προσαλλοιοῦνται φέρεσθαι.

73. παραμενόντων. MS. κακίᾳ rectiùs. Pòſt, δι' ἃ εὐλόγως δοκεῖ τὸ ὀργίζεσθαι γίνεσθαι] Ibid.

74. Ἀδικουμένους καὶ ἀπολύειν] Itidem, ἀδικουμένους. ἀπολύειν. B. 2. ποιεῖ. ubi ποιεῖ. C. 1. πεφύκαμεν. 2. εἰδότας. 7. κακουχηθῆναι. Ibid.

75. Ἀπ' αὐτῶν.] Ita uterque Codex, ſed obſcuriùs in primo Clementinorum. Poſtea ſecundus loco ὡς διὰ habet ἰδίως, & loco ἐν τιμωρίᾳ unâ voce ἐπιτιμωρίᾳ. Ibid.

 76. Πρὸς

ut joſtis quidem, per has pœnas dimittantur quæ ante pœnitentiam fecerunt mala. Impiis verò qui caſtigant & vexare cupiunt, nec pœnitentiam volunt agere, ad implenda delicta permit-
Luc. 12. 6. 7. titur juſtos caſtigare & affligere. Nam abſque Dei voluntate, neque paſſer in laqueum incidere poteſt. Sic juſtorum etiam capilli Deo uumerati ſunt.

XXXII. Ille autem juſtus eſt, qui propter rectam rationem pugnat cum natura. Verbi gratiâ,
Epit. c. 96. cunctis à oatura inſitum eſt, diligentes diligere; juſtus conatur etiam diligere iuimicos, & convicianribus benedicere; ac præterea orare pro hoſtibus, injuriam inferentes miſerari. Quocirca abſtinet à referenda injuria; item maledicentibus benedicit, verberantibus condonat, cedit perſequentibus, ſalutat eos qui non ſalutant, cum non habentibus communicat quæ habet, iraſcentem flectit, inimicum conciliat, contumacem hortatur, incredulum inſtituit, lugentem conſolatur; exagitatus ſuſtinet, ingratè acceptus non indignè fert; propenſus eſt ad diligendum proximum tamquam ſe: paupertatem non timet; verùm ſua non habentibus dividens, fit pauper. Sed nec peccantem ulciſcitur. Qui enim proximum velot ſe diligit; quemadmodum ipſe cùm peccavit, ſcit nolle in ſe animadverti, ita nec peccatores caſtigat: & ſicut vult demulceri, benedici, honorari, omniumque delictorum veniam accipere; hoc ipſe proximo facit, quem
Matt. 7. 12. velut ſe amat. Uno verbo, quod ſibi cupit, cupit & proximo. Hæc enim eſt Dei ac Prophetarum lex; hæc veritatis doctrina. Itaque caritas erga omnem hominem perfecta, pars eſt maſcula humanitatis. At miſericordia, pars eſt illius feminea. Quæ eſt, eſurientem alere, potum ſitienti dare, nudum veſtire, viſitare languentem, hoſpitem recipere; carcere concluſum, pro viribus inviſere & juvare; omnino denique, calamitoſi miſereri.

Epit. c. 97. XXXIII. Ego verò audito hoc, dixi; Hæc quidem facere poſſumus: at inimicis benefacere, omneſque eorum injurias tolerare, ut inſit in humana natura impoſſibile puto. Tum Petrus reſpondit; rectè locutus es. Cùm enim humanitas cauſſa ſit immortalitatis, multo conſtat. Dixi ego; Quo modo igitur mente poteſt concipi? Reſpondit Petrus; humanitas, dilecte Clemens, acquiri poteſt, ſi quis plenè ſibi perſuadeat, inimicos, dum quos oderunt vexant ad tempus, æterni ſupplicii liberationem illis producere: ſicque ii etiam ut benefici admodum diligentur. Porrò via humanitatem accipiendi, amice Clemens, unica eſt, nimirum timor Dei. Nam qui timet Deum, non quidem poteſt principiò diligere proximum tamquam ſe; ad hoc jubenti non accedit animæ: at timore erga Deum, amantium opera poteſt peragere; ſicque poſtea, ubi opera dilectionis fecerit, caritas velut ſponſa timori velot ſponſo adjungitur: atque ita humanitatis gignens cogitationes, immortalem reddit poſſeſſorem, velot imaginem Deo ſimilem, cujuſque natura nequeat à corruptione ludibrio haberi. Cæterùm poſtquam Humanitatis doctrinam nobis expoſuit, veſperâ ſuccedente, ad ſomnum nos contulimus.

θέντας δικαίως· ἵνα τοῖς μὲν δικαίοις διὰ τῆς τοιαύτης τιμωρίας, τὰ πρὸ τῆς μετανοίας πραχθέντα ἀφεθῇ κακά. τοῖς δὲ τιμωροῦσιν ἀσεβέσιν κακουχεῖν ἐπιθυμοῦσιν, καὶ μετανοεῖν μὴ θέλουσιν, εἰς ἀναπλήρωσιν τὸ διὰ κολάσεως δικαίους κακουχεῖν συνεχωρήθη· ἄνευ γὰρ τῆς τοῦ Θεοῦ βουλῆς οὐδὲ στρουθὸς ἐν παγίδι ἐμπεσεῖν ἔχει. οὕτως δικαίων καὶ αἱ τρίχες τῷ Θεῷ ἐναρίθμιοί εἰσιν.

Δίκαιος δέ ἐστιν ἐκεῖνος, ὁ ὑπὲρ εὐλόγου ἕνεκα τῇ φύσει μαχόμενος. οἷον, πᾶσιν πρόσεστιν ἐκ φύσεως φιλοῦντας φιλεῖν, δίκαιος πειρᾶται καὶ ἐχθροὺς ἀγαπᾶν, καὶ λοιδοροῦντας εὐλογεῖν· ἔτι μὴν καὶ ὑπὲρ ἐχθρῶν εὔχεσθαι, ἀδικοῦντας ἐλεεῖν. διὸ καὶ [76] προσαδικεῖσθαι ἀνέχεται· καὶ ὅμως καταρωμένους εὐλογεῖ, τύπτουσι συγχωρεῖ, διώκουσιν ὑποχωρεῖ, μὴ ἀσπαζομένους ἀσπάζεται, τοῖς οὐκ ἔχουσιν ὃν ἔχει κοινωνεῖ, ὀργιζόμενον πείθει, τὸν ἐχθρὸν διαλλάσσει, τὸν ἀπειθῆ παρακαλεῖ, τὸν ἄπιστον κατηχεῖ, τὸν πενθοῦντα παραμυθεῖται· ἐπηρεαζόμενος στέγει, ἀχαριστούμενος οὐκ ἀγανακτεῖ· εἰς δὲ τὸ ἀγαπᾶν τὸν πλησίον ὡς ἑαυτὸν ἀποδεδεγμένος πενίαν οὐ πτοεῖται, ἀλλὰ τὰ ἑαυτοῦ μερίζων τοῖς οὐκ ἔχουσιν, πένης γίνεται. ἀλλ' οὐδὲ μὴν ἁμαρτάνοντα τιμωρεῖ. ὁ γὰρ τὸν πλησίον ἀγαπῶν ὡς ἑαυτόν, ὡς αὐτὸς ἁμαρτήσας οἶδεν τιμωρηθῆναι μὴ θέλων, οὕτως οὐδὲ τοὺς ἁμαρτάνοντας τιμωρεῖ· καὶ ὡς θέλει κολακεύεσθαι καὶ εὐλογεῖσθαι καὶ τιμᾶσθαι καὶ πάντα ἁμαρτήματα αὐτῷ συγχωρεῖσθαι, τοῦτο αὐτὸς τῷ πλησίον ποιεῖ, ὡς ἑαυτὸν ἐκεῖνον ἀγαπῶν. ἑνὶ λόγῳ, ὃ θέλει ἑαυτῷ, θέλει καὶ τῷ πλησίον. οὗτος γάρ ἐστιν Θεοῦ νόμος καὶ προφητῶν· αὕτη τῆς ἀληθείας ἡ διδασκαλία. καὶ ταύτῃ μὲν ἀγάπη ἡ πρὸς πάντα ἄνθρωπον τελεία, τὸ ἄρρεν μέρος ἐστὶν ὄντα τῆς φιλανθρωπίας. τὸ δὲ ἐλεεῖν, τὸ θῆλυ μέρος ἐστὶν αὐτῆς· ὅπερ ἐστὶν πεινῶντα θρέψαι, καὶ πιεῖν διψῶντι παρασχεῖν, καὶ γυμνὸν ἐνδῦσαι, καὶ νοσοῦντα ἐπισκέψασθαι, καὶ ξένον δέξασθαι, τὸν ἐν εἱρκτῇ κατὰ τὸ δυνατὸν ἐπιφαινόμενον βοηθεῖν, ἁπαξαπλῶς τὸν ἐν συμφοραῖς ἐλεῆσαι.

Ἐγὼ δὲ ἀκούσας ἔφην· ταῦτα μὲν δυνατὸν πράττειν· ἐχθροὺς δὲ εὐεργετεῖν, πᾶσαν αὐτῶν ὑποφέροντα ἐπήρειαν, οὐκ οἴομαι δυνατὸν ἀνθρωπίνῃ προσεῖναι φύσει. καὶ ὁ Πέτρος ἀπεκρίνατο· ὀρθῶς ἔφης. ἀθανασίας γὰρ αἰτία οὖσα ἡ φιλανθρωπία, πολλοῦ δέδοται. κἀγὼ ἔφην· πῶς * οὐ συνίοιεν ἐν νῷ λαβεῖν; καὶ ὁ Πέτρος ἀπεκρίνατο· ταύτην, ὦ φίλε Κλήμης, λαβεῖν ἐστίν, ἐὰν πληροφορηθῇ τις, ὅτι οἱ ἐχθροὶ πρὸς καιρὸν κακουχοῦντες οὓς μισοῦσιν, αἰωνίου κολάσεως ἀπαλλαγῆς αὐτοῖς αἴτιοι γίνονται· πρόσεστι δὲ αὐτοὺς ὡς εὐεργέτας σφόδρα ἀγαπήσουσιν. ἡ δὲ ὁδὸς τοῦ ταύτην λαβεῖν, ὦ φίλε Κλήμης, μία τίς ἐστιν, ἥπερ ἐστὶν φόβος Θεοῦ. ὁ γὰρ Θεὸν φοβούμενος, τὸν πλησίον ὡς ἑαυτὸν ἀγαπᾶν μὲν κατ' ἀρχὰς οὐ δύναται· ἐπεὶ τὸ τοῦτο κελεύοντι οὐ προσέρχεται τῇ ψυχῇ· τῷ μέν τοι πρὸς Θεὸν φόβῳ, τὰ ἀγαπώντων ποιεῖν δύναται· καὶ οὕτως πράξαντι τὰ ἀγάπης, τὸ ἀγαπᾶν ὡς νύμφη ὕστερον προσφέρεται ὡς νυμφίῳ τῷ φόβῳ. καὶ οὕτως τοὺς φιλανθρώπους τίκτουσα λογισμούς, ἀθάνατον τίθησιν τὸν κεκτημένον, ὡς εἰκόνα Θεοῦ ὁμοίαν, ὑπὸ φθορᾶς ὑβρισθῆναι μὴ δυναμένην τὴν αὐτοῦ φύσιν. ὅμως τὸν τῆς φιλανθρωπίας ἐκθεμένου ἡμῖν λόγον, ἑσπέρας ἐπικαταλαβούσης, εἰς ὕπνον ἐτράπημεν. * f. οὖν

HOMILIA DECIMATERTIA.

Epit. c. 98. &c. Rec. l. 7. c. 25. &c. I. EXorto autem mane, ingreſſos Petrus, ait; Clemeus cum matre ſua Matthidia, & mea uxore, ſimul in curru conſideant. Statimque ita

ΟΜΙΛΙΑ ΙΓ΄.

Ὄρθρου δὲ γενομένου, εἰσιὼν ὁ Πέτρος ἔφη· ὁ μὲν Κλήμης μετὰ τῆς αὐτοῦ μητρὸς Ματθιδίας, καὶ τῆς ἐμῆς γυναικὸς, ἅμα ἐπὶ τοῦ ὀχήματος καθεζέσθω

76. Πρὸς ἀδικεῖσθαι ἀνέχεται.] Sic legendum eſſe docuit me optimus Codex. *cum injuria afficitur, tolerat.* 2. eadem Membrana, ὀργιζόμενον πειθοῖ. 3. ἁμαρτάνοντας. COT.

78. Τὸν

συνεθέμεθα. καὶ ὅμως οὕτως ἐγένετο. ὁρμώντων δὲ ἡμῶν τὴν [77] ἐπὶ Βαλαναίας ὁδὸν, ἐπύθετό μου ἡ μήτηρ, πῶς ὁ πατὴρ διάγει. κἀγὼ ἔφην· ἐπὶ τὴν ζήτησίν σου καὶ τῶν διδύμων ἀδελφῶν μου Φαυστίνου τε καὶ Φαυστινιανοῦ ἐκβὰς, ἀνεύρετός ἐστιν. οἶμαι δὲ ἐκ τοῦ πλείστου τελευτῆσαι αὐτὸν, ἢ ναυαγίῳ περιπεσόντα, ἢ ἐν ὁδῷ * σφαλέντα, ἢ ὑπὸ λύπης μαρανθέντα. ἡ δὲ ἀκούσασα καὶ ἐπίδακρυς γενομένη, ἐστέναξεν λυπηθεῖσα· τῇ δὲ περὶ ἐμὲ εὑρέσει χαίρουσα, τῆς ἐκ τῆς ὑπομνήσεως λύπης μετρίας ἀπήμβλυνεν. ὅμως οὖν κατηντήσαμεν εἰς Βαλαναίας. τῇ δὲ ἐπιούσῃ ἡμέρᾳ εἰς Πάλτον ἤλθομεν, κἀκεῖθεν εἰς Γάβαλαν· τῇ δὲ ἑτέρᾳ κατηντήσαμεν εἰς Λαοδίκειαν καὶ ἰδοὺ πρὸ τῶν θυρῶν Νικήτης καὶ Ἀκύλας ἀπήντων ἡμῖν, καὶ καταφιλήσαντες ἦγον ἐπὶ τὴν ξενίαν. ὁ δὲ Πέτρος καλὴν καὶ μεγάλην πόλιν ἰδὼν, ἄξιον, ἔφη, ἐνταῦθα ἡμερῶν ἐπιμεῖναι. ὡς γὰρ ἐπίπαν τὸ πλῆθος δυνατώτερόν ἐστιν [78] * τίκτειν τοὺς ζητουμένους. ὁ μὲν οὖν Νικήτης καὶ Ἀκύλας ἐπυνθάνοντό μου, τίς εἴη αὕτη ἡ ξένη γυνή. κἀγὼ ἔφην· ἐμὴ μήτηρ, ἣν ἐπιγνῶναί μοι ὁ θεὸς διὰ Πέτρου τοῦ κυρίου μου ἐδωρήσατο.

* An σφαγέντα

* L. εὑρεῖν

Ταῦτά μου εἰπόντος, ὁ Πέτρος πάντα αὐτοῖς * ἐπὶ κεφαλαίων ἐξέθετο· ὡς ἅμα αὐτοὺς παραδοξάσαι, ἐγὼ Κλήμης τὸ ἐμὸν γένος αὐτῷ ἐξεθέμην, καὶ τῆς μητρὸς τὴν ἐκ τοῦ ὀνείρου πλαστῆς καὶ προφάσεως μετὰ τῶν διδύμων αὐτῆς τέκνων γενομένην ἀποδημίαν· ἔτι τε καὶ τοῦ πατρὸς τὴν ἐπὶ ζήτησιν αὐτῆς ἀποδημίαν. ἔπειτα καὶ ὡς αὐτὸς Πέτρος, μετὰ τὸ ἀκοῦσαι ταῦτα, εἰσελθὼν εἰς τὴν νῆσον, καὶ τῇ γυναικὶ συντυχὼν, καὶ προσαιτοῦσαν ἰδὼν, καὶ τοῦ προσαιτεῖν τὴν αἰτίαν πυθόμενος, ἔγνω αὐτῆς γένος, * ἀνατροφὴν, τὸ πλαστὸν ὄνειρον, καὶ τῶν τέκνων τὰ ὀνόματα, ἐμοῦ τε τοῦ καταλειφθέντος παρὰ τῷ πατρὶ, καὶ τῶν αὐτῇ συμπροσδεθέντων διδύμων τέκνων, [79] καὶ ὡς ἐν βυθῷ ὑπενοοῦντο τεθνηκέναι.

* f ἀναστροφήν

Ἀναγνωρισμὸς Φαυστίνου καὶ Φαυστινιανοῦ τῶν πάλαι ἀκουόντων Νικήτου καὶ Ἀκύλα, τῶν ἐν Λαοδικείᾳ.

Τούτων οὖν κεφαλαιωδῶς ῥηθέντων ὑπὸ Πέτρου, ὁ Νικήτης καὶ ὁ Ἀκύλας ἐκπλαγέντες ἔλεγον· ἆρά γε δέσποτα καὶ κύριε τῶν ἁπάντων, τοῦτο ἀληθὲς, ἢ ὄνειρός ἐστιν; καὶ ὁ Πέτρος ἔφη· [80] εἰ μὴ κοιμώμεθα, ἀληθὲς τυγχάνει. οἱ δὲ βραχὺ μείναντες, καὶ σύννοες γενόμενοι ἔφασαν· ἡμεῖς ἐσμὲν Φαυστῖνος καὶ Φαυστινιανὸς, καὶ ἀπ' ἀρχῆς σου διαλεγομένου, ἀλλήλοις ἐμβλέποντες, πολλὰ περὶ ἑαυτῶν κατεσχαζόμεθα, μὴ ἄρα εἰς ἡμᾶς διαφέρῃ τὰ λεγόμενα, λογιζόμενοι ὅτι πολλὰ παρόμοια γίνεται ἐν τῷ βίῳ· διὸ ἐσιωπῶμεν παλλόμενοι τὰς καρδίας. πρὸς δὲ τὸ τέλος τῶν λεγομένων ἀποβλέψαντες ὅτι ἡμῖν διαφέρει τὰ λεγόμενα, τότε αὐτοὺς ὡμολογήσαμεν. καὶ τοῦτο εἰπόντες, μετὰ δακρύων ἐπεισῆλθον τῇ μητρὶ, καὶ κοιμωμένην εὑρόντες, ἤδη περιπλέκεσθαι ἐβούλοντο. ὁ δὲ Πέτρος ἐκώλυεν αὐτοὺς, εἰπών· ἐάσατέ με, προσαγαγεῖν ὑμᾶς παραστῆσαι τῇ μητρί· μή πως ὑπὸ τῆς πολλῆς αἰφνιδίου χαρᾶς, εἰς ἔκστασιν ἔλθῃ φρενῶν, ἅτε δὴ κοιμωμένη, καὶ τὸ πνεῦμα ὑπὸ τοῦ ὕπνου ἀπησχολημένον ἔχουσα.

Ὅμως ἐπεὶ κόρον ἔσχεν ὕπνου, διεγερθείσῃ τῇ μητρὶ, ὁ Πέτρος ἤρξατο προσαγαγὼν λέγειν· γινώσκειν σε θέλω, γύναι, τῆς ἡμετέρας θρησκείας τὴν πολιτείαν. ἡμεῖς ἕνα θεὸν σέβομεν, τὸν πεποιηκότα ὃν ὁρᾷς κόσμον· καὶ τούτου φυλάσσομεν τὸν νόμον, περιέχοντα ἐν πρώτοις, αὐτὸν σέβειν μόνον, καὶ τὸ αὐτοῦ ἁγιάζειν ὄνομα, τιμᾶν τε γονεῖς, καὶ σωφρονεῖν, βιοῦν τε ὁσίως. πρὸς τούτοις δὲ [81] ἀδιαφόρως μὴ βιοῦντες, τραπέζης ἐθνῶν οὐκ ἀπολαύομεν, ἅτε δὴ οὐδὲ συνεστιᾶσθαι αὐτοῖς δυνάμενοι, διὰ τὸ ἀκαθάρτως

factum eſt. Cúmque per viam quæ Balanæas ducit pergeremus, interrogavit me mater, quo modo pater ageret. Reſpondi; Ad requirendum te ac geminos fratres meos Fauſtinum & Fauſtinianum profectus, non amplius comparuit: puto autem eum à longo tempore obiiſſe, vel incidentem in naufragium, vel in via circumventum, vel è dolore tabem paſſum. At illa audiens, lacrymis obortis ſuſpiravit præ triſtitia; verùm ob me inventum gaudens, de mœrore ex commemoratione orto paullulum remiſit. Itaque venimus Balanæas. Sequenti verò die Paltum profecti ſumus, & inde Gabalam; aliaque die Laodiceam devenimus. Et ecce ante portas occurrunt nobis Nicetas & Aquila; & oſculati, ducunt ad hoſpitium. Petrus autem videns pulcram magnamque civitatem; Æquum eſt, inquit, hîc aliquot dies commorari. Nam ferè ſemper multitudo efficacior eſt, ad producendos quos quærimus. Tum Nicetas & Aquila requirebant à me, quænam eſſet peregrina ignotaque ea mulier. Et ego reſpondi; Mater mea eſt, quam agnoſcere donavit mihi Deus, per dominum meum Petrum.

II. Hæc cùm ego dixiſſem, cuncta eis Petrus per ordinem expoſuit: Quòd poſtquam illi præceſſiſſent, ego Clemens genus meum ipſi enarraverim, & matris cum geminis ſuis filiis prætextu ficti ſomnii profectionem; præterea patris ad quærendam matrem iter; deinde quo modo ipſe Petrus, ubi hæc audiſſet, inſulam ingreſſus, mulierem invenerit, quam mendicare videns, & cauſſam mendicationis poſtulans, agnoverit illius genus, educationem, fictum ſomnium, liberorum nomina, meum ſcilicet qui relictus fueram apud patrem, & geminorum natorum qui cum ea iter ſuſceperant, denique ſuſpicionem de horum obitu in mari.

III. His ergo ſummatim à Petro relatis; Nicetas & Aquila ſtupefacti dixerunt; Here ac Domine omnium, verumne eſt hoc, an eſt ſomnium? Tum Petrus ait; Niſi dormimus, verum eſt. At illi paullulum remorati, & cogitabundi, dixerunt; Nos ſumus Fauſtinus & Fauſtinianus; & ab initio, cùm narrare cœpiſti, alter alterum inſpicientes, plurimum circa nos conſiderabamus, num ad nos pertinerent quæ dicebantur, reputantes multa ſimilia accidere in vita hominum: quocirca tacuimus, licèt cor noſtrum palpitaret. Intuiti autem in fine ſermonis, dicta pertinere ad nos; tunc nos declaravimus. Et poſtquam hoc dixiſſent, lacrymantes ad matrem accedebant; eamque dormientem nacti, protinus complecti volebant. Petrus verò prohibuit, dicens; Sinite me, adducam vos & exhibebo matri; ne fortè multo & ſubito gaudio, in animi ſtuporem incidat; ut pote quæ etiam dormiat, ſpiritumque ſomno habeat occupatum.

Recognitio Fauſtini & Fauſtiniani, qui pridem dicebantur Nicetas & Aquila, apud Laodiceam.

IV. Igitur ubi ſomnum ad ſatietatem cepit, ac experrecta eſt mater; Petrus adductis illis, cœpit ad eam dicere; Scire te volo, mulier, religionis noſtræ obſervantiam. Nos unum colimus Deum, quì fecit quem cernis mundum: illius & legem ſervamus, quæ in primis continet, ipſum ſolum colendum eſſe, ſanctificandum nomen ejus; parentes honorandos, colendam temperantiam, & vivendum bene. Ad hæc non vivimus indifferenter, nec è Gentilium menſa cibum ſumimus, neque cum iis poſſumus comedere, quòd impuram vitam agant. Ve-

I. Recogn. l. 10. n. 47.

77. Τὴν ἐπὶ Βαλαναίας ὁδὸν.] Sæpe dictæ Membranæ Regiæ, ἐπὶ τὴν Βαλαναίας ὁδόν. COT.
78. Τίκτειν] Ibid.
* Ἐπὶ κεφαλαίων.] Hoc eſt, *ſumma rerum omnium capita expoſuit*, non *per ordinem*, ut habet Cotelerius. Idem abſurdè κεφαλαιωδῶς verterat *capitulatim* initio §. 110. & alibi. Emendavimus *ſummatim*.
79. Καὶ ὡς. Al. καὶ ὅτι] Ibid.
80. Εἰ μὴ κοιμώμεθα.] Rufinus, *Niſi nos inſani ſimus*. μαινόμεθα Ibid.
81. Ἀδιαφόρως μὴ βιοῦντες] Membranæ, διαφόρως βιοῦντες. Inferiùs, ὡς ἄν.

82. Πε-

Verùm cùm eis perſuaſerimus ſentire ac facere ea quæ ad veritatem ſpectant, & baptizaverimus eos in ter beata quadam nominis invocatione, tunc unà cum eis veſcimur. Alioquin etiam ſi pater ſit, aut mater, aut uxor, aut proles, aut frater, aut quivis alius naturali amore carus, nuſquam audemus ac poſſumus cum ipſo cibum ſumere. Hoc quippe religionis cauſsâ præcipuè facimus. Ne ergo tibi injurioſum videatur, ſi tecum filius cibum non capiat, uſque quò eadem cum illo ſentias & agas.

V. Quibus illa auditis; Et quid, inquit, vetat hodie me baptizari? quæ priùs quàm te viderem, illos quos vocant Deos averſata ſim, per hanc ratiocinationem, quia mihi multa ferè quotidie ipſis immolanti, in adverſis rebus non adfuerunt. De adulterio autem quid verbis opus eſt? cùm neque quando dives eram, deliciæ me in hoc deceperint; neque ſubſecuta paupertas, potuerit ad eò veniendum cogere; quòd pudicitiam velut maximum decus capeſſerem; cujus gratiâ in tantam calamitatem deveni. Sed nec te arbitror, Domine mi Petre, ignorare, majorem cupiditatem ex læta fortuna oriri. Unde ego quæ in ſecundis rebus temperatè vixi, in afflictione me voluptatibus non tradam. Neque verò nunc animum meum exiſtimes ægritudine eſſe liberum, qui nonnihil conſolationis per Clementis agnitionem nacta fuerit. Succedens namque triſtitia ex duorum liberorum interitu nata, hoc aliquantum gaudium obſcurat. Etenim circa eos dolemus, quòd in mari obierint; quódque præterea extra divinæ religionis caſtra mortui, perierint corpore & animâ. Pater autem eorum, meuſque vir, quemadmodum per Clementem comperi, ad quærendum me ac liberos progreſſus, tot annis non comparet: prorſus verò interiit. Etenim infelix, ob continentiam diligebat me, & erat amans liberorum. Quare cunctis nobis, à ſe ſuper omnia dilectis, orbatus ſenex, præ maximo dolore occubuit.

Recognitio Nicetæ & Aquilæ.

VI. Matrem verò hæc locutam liberi audientes, non ampliùs, ſecundùm Petri admonitionem, ſe continere potuerunt: ſed ſurgentes complexi ſunt eam, & cum multis lacrymis oſculati. At illa dixit; Quid hoc ſibi vult? Reſpondit Petrus; Advoca fortiter, ô femina, animum tuum, ut natis tuis fruaris. Iſti enim ſunt Fauſtinus & Fauſtinianus filii tui, quos in profundo periiſſe dicebas. Quo modo autem vivant, apud te in illa horribili nocte mortui, & quo modo nunc alius ipſorum Nicetas & alius Aquila nominetur, ipſi tibi exponere poterunt; & unà tecum etiam nos audiemus. Ubi hæc Petrus dixit; mater, vehementer gaviſa, deliquio propemodum exanimata eſt. Poſtquam verò illam reſocillavimus, ſedit, atque in ſemetipſam regreſſa ait: Obſecro vos, dulciſſimi filii, dicite nobis, quæ acciderint vobis poſt illam pernicioſam & crudelem noctem.

Narratio Nicetæ & Aquilæ, de naufragio, & quo pacto ſervati ſint.

VII. Tum Nicetas, qui & nunc Fauſtinus, cœpit dicere; In illa ipſa nocte, cùm navis, quemadmodum nôſti, fuiſſet reſoluta, viri quidam, qui in mari latrocinari non verentur, ceperunt nos, & naviculæ impoſuerunt; & remigando, aliquando ad terram deferebant, aliquando & cibos acceſſebant; ſicque Cæſaream Stratonis perduxerunt: ibique nos in lacrymas effuſos, fame, metu, verberibus affligentes; ne quid temere contra ſuam ſententiam loqueremur; immutatis etiam noſtris nominibus, vendiderunt. Porrò mulier quædam apud Judæos Proſelyta, honeſta admodum, Juſta nomine, cùm nos emiſſet, habuit loco filio-

αὐτοὺς βιοῦν. πλὴν ἐπὰν αὐτοὺς πείσωμεν τὰ τῆς ἀληθείας φρονεῖν τε καὶ ποιεῖν, βαπτίσαντες αὐτοὺς τρισμακαρίᾳ τινὶ ἐπονομασίᾳ, τότε αὐτοῖς συναλιζόμεθα. ἐπεὶ * οὐδαμῶ, πατὴρ ἢ μήτηρ τυγχάνει, ἢ γυνή, ἢ τέκνον, ἢ ἀδελφός, ἢ ἄλλος τις ἐκ φύσεως στοργὴν ἔχων, συνεστιαθῆναι αὐτῷ τολμᾶν δυνάμεθα. θρησκείᾳ γὰρ διαφερόντως τοῦτο ποιοῦμεν. μὴ οὖν ὕβριν ἡγήσῃ, τὸ μὴ συνεστιαθῆναί σοι τὸν υἱόν, μέχρις ἂν τὰ * αὐτὰ φρονῇς καὶ ποιῇς. ** Epit. οὐδ᾽ ὅλως.* ** f. deest αὐτῷ.*

Ἡ δὲ ἀκούσασα ἔφη· τί οὖν κωλύει με σήμερον βαπτισθῆναι; ἥτις πρὸ τοῦ σε ἰδεῖν, τοὺς λεγομένους θεοὺς ἀπεστράφην, λογισμῷ τούτῳ, ὅτι πολλὰ σχεδὸν καθ᾽ ἡμέραν θυούσης αὐτοῖς, ἐν ταῖς ἀνάγκαις οὐ παρεστάθησάν μοι. περὶ δὲ μοιχείας τί δεῖ καὶ λέγειν; ὁπότε οὐδὲ ὅτε ἐπλούτουν, τρυφή με τοῦτο ἠπάτησεν· οὐδὲ ἡ μετὰ ταῦτα πενία, ἐπὶ τοῦτο ἐλθεῖν ἀναγκάσαι δεδύνηται, * ἀντεχομένην μου τῆς σωφροσύνης, ὡς μεγίστου κάλλους, ἧς ἕνεκα εἰς τοσαύτην ἦλθον περίστασιν. ἀλλ᾽ οὐδὲ οἶμαί σε, κύριέ μου Πέτρε, ἀγνοεῖν, ὅτι ἡ πλείων ἐπιθυμία ἐξ εὐθυμιῶν γίνεται. ὅθεν ἐγὼ ἐν εὐθυμίᾳ σωφρονήσασα, ἐν δυσθυμίᾳ πρὸς ἡδονὰς ἐμαυτὴν οὐκ ἀποδίδωμι. ἀλλὰ μηδὲ νῦν μου κακουχίας ἀπηλλάχθαι νομίσῃς τὴν ψυχήν, τὴν πρὸς παραμυθίας τυχοῦσαν διὰ τὴν Κλήμεντος ἐπίγνωσιν. ἀντιπεριεχομένη γὰρ ἡ ἐκ τῶν δύο τέκνων μου * ἀπώλεια, καὶ τῆς πρὸς ἀμαυροῖ χαρᾶς. * aa προσγινώσκομεν γὰρ περὶ αὐτῶν ὅτι ἐν θαλάσσῃ διεφθάρησαν. ἀλλ᾽ ὅτι πρὸς τούτοις ἐκτὸς τυχόντες θρησκείας θεοῦ φθαρέντες, τὰ σώματα καὶ τὰς ψυχὰς ἀπώλεσαν. ὁ δὲ τούτων πατήρ, ἐμὸς δὲ σύμβιος, ὡς παρὰ Κλήμεντος ἔμαθον, ἐπί τε τὴν ἐμὴν καὶ τὴν τῶν υἱῶν ζήτησιν ἐκβάς, τοσούτοις ἔτεσιν ἀφανής ἐστιν· πάντως δὲ ἐτελεύτησεν. καὶ γὰρ ὁ ταλαίπωρος ὑπὸ σωφροσύνης με ἀγαπῶν, φιλότεκνος ἦν. ὅθεν πάντων ἡμῶν ὑπὲρ πάντα αὐτῷ ἠγαπημένων στερηθεὶς ὁ γέρων, ὑπὸ μεγίστης ἀθυμίας διεφώνησεν. ** f. ἀντεχομένην Epit.* ** f. ἀπωλείας ἀθυμία* ** f. προσγινώσκομεν vel προσγινάζομεν*

Ἀναγνωρισμὸς Νικήτου καὶ Ἀκύλα.

Τῆς μητρὸς ταῦτα λεγούσης, κατὰ τὴν Πέτρου παραίνεσιν, ἀκούοντες οὐκέτι στέγειν ἐδύναντο οἱ παῖδες. ἀλλ᾽ ἐγερθέντες περιεπλέκοντο αὐτῇ, πολλὰ δακρύοντες καὶ καταφιλοῦντες. ἡ δὲ ἔφη· τί θέλει τοῦτο εἶναι; καὶ ὁ Πέτρος ἀπεκρίνατο· περίστησον ὦ γύναι, γενναίως τὸν νοῦν σου, ὅπως τῶν σῶν ἀπολαύσῃς τέκνων. οὗτοι γάρ εἰσι Φαυστῖνος καὶ Φαυστινιανός, οἱ υἱοί σου, οὓς ἐν βυθῷ τεθνάναι ἔλεγες. πῶς δὲ ζῶσιν, ἐπὶ σοῦ θανόντες ἐν τῇ χαλεπωτάτῃ ἐκείνῃ νυκτί, καὶ πῶς νῦν ὁ μὲν αὐτῶν Νικήτης λέγεται, ὁ δὲ Ἀκύλας, αὐτοί σοι εἰπεῖν δυνήσονται· σὺν σοὶ γὰρ ἡμεῖς μαθεῖν ἔχομεν. ταῦτα τοῦ Πέτρου εἰπόντος, ἡ μήτηρ χαρεῖσα σφόδρα, ὑπὸ ἐκλύσεως ὀλίγου διεφώνει. ὅτε δὲ αὐτὴν ἀνεκτησάμεθα, ἐκαθέσθη, καὶ ἑαυτῆς γενομένη ἔφη· παρακαλῶ, τέκνα μου ποθεινά, εἴπατε ἡμῖν τὰ μετὰ τὴν χαλεπὴν ἐκείνην νύκτα συμβάντα ὑμῖν.

Διήγησις Νικήτου καὶ Ἀκύλα περὶ ναυαγίου, καὶ ὅπως διεσώθησαν.

Καὶ ὁ Νικήτης, ὁ λεγόμενος Φαυστῖνος, ἤρξατο λέγειν· τῆς αὐτῆς ἐκείνης νυκτὸς τοῦ πλοίου, ὡς οἶσθα, διαλυομένου, ἡμᾶς ἄνδρες τινὲς ἐν τῷ βυθῷ λῃστεύειν μὴ φοβούμενοι ἀνείλαντο, καὶ ἐν σκάφῃ θέντες, καὶ κώπαις ἐλαύνοντες, ὅτε μὲν παρὰ γῆν ἔφερον, ὅτε δὲ καὶ τροφὰς μεταπεμπόμενοι, εἰς τὴν Στράτωνος ἦγον Καισάρειαν· κἀκεῖ δακρύοντας ἡμᾶς, * λιμῷ, φόβῳ τε καὶ πληγαῖς, ὅπως μή τι περισσὸν λαλήσωμεν τῶν αὐτοῖς μὴ δοκούντων, ἔτι δὲ καὶ τὰ ὀνόματα ἡμῶν ἀλλάξαντες, πωλῆσαι ἠδυνήθησαν. γυνὴ δέ τις Ἰουδαίοις προσήλυτος ἀξιόλογος πάνυ, ὀνόματι Ἰοῦστα, ὠνησαμένη ἡμᾶς, εἰς τέκνων ἐφύλαττεν τάξιν, καὶ πάσῃ ἑλληνικῇ παιδείᾳ ** Aliquid deest. Vide Recogn. & Epit.*

μετ

aa Προσγινώσκομεν γάρ.] Varia lectio, προσγινώσκομεν γὰρ ἐμαυτῇ. quæ ſi retineatur, poſt ἀλλὰ addiderim οὐχ. Alio qui ponendum videtur, οὐχ ὅτι ἐν θαλάσσῃ. Vide Epitomen. Mox τυχὼν pro τυχῶν idem Codex.

μετὰ σπουδῆς ἐξεπαίδευσεν. ἡμεῖς δὲ ἐφ' ἡλικίας ἔμφρονες γενόμενοι, καὶ τὴν θρησκείαν ἠγαπήσαμεν, καὶ τὰ τῆς παιδείας ἐφιλοπονήσαμεν, ὅπως πρὸς τὰ λοιπὰ ἔθνη διαλεγόμενοι, ἐλέγχειν αὐτὰ περὶ πλάνης δυνώμεθα. ἀλλὰ καὶ τὰ φιλοσόφων ἠκριβώσαμεν, ἐξαιρέτως δὲ τὰ ἀθεώτατα· λέγω δὲ τὰ Ἐπικούρου καὶ Πύῤῥωνος, ἵνα μᾶλλον ἀνασκευάζειν δυνώμεθα.

Σίμωνι δέ τινι μάγῳ σχεδὸν σύντροφοι γενόμενοι, φιλίας ὁδῷ ἀπατηθῆναι ἐκινδυνεύσαμεν. ἔστιν δέ τις περὶ ἀνθρώπου τινὸς λόγος, οὗ φανέντος, ἐν βασιλείᾳ τῆς θεοσεβησάντων * ὄχλου ἀθανάτως καὶ ἀλύπως βιῶσαι ἔχει. ὅμως ταῦτα μέν σοι, μῆτερ, ἐπὶ καιροῦ ἀκριβέστερον ἐκτεθήσεται. πλὴν μελλόντων ἡμῶν ἀπατᾶσθαι ὑπὸ τοῦ Σίμωνος, ἑταῖρός τις τοῦ κυρίου ἡμῶν Πέτρου Ζακχαῖος λεγόμενος, προσπελάσας ἐνουθέτησεν μὴ ἀπατηθῆναι τῷ μάγῳ. ἐπελθόντι δὲ τῷ Πέτρῳ προσήγαγεν, ὅπως ἡμᾶς πληροφορήσῃ τελείως περὶ τῶν τῇ θεοσεβείᾳ διαφερόντων. διὸ καὶ σε, μῆτερ, εὐχόμεθα, ἵνα ὧν ἡμεῖς κατηξιώθημεν ἀγαθῶν, τούτων καὶ σὺ μεταλάβῃς· ὅπως κοινῇ ἁλῶν καὶ τραπέζης μεταλαβεῖν δυνηθῶμεν. αὕτη οὖν ἐστὶν ἡ αἰτία, τεκοῦσα, δι' ἣν ἐνόμιζες ἡμᾶς τεθνάναι, τῷ ἐκείνῃ τῇ χαλεπωτάτῃ νυκτὶ ὑπὸ πειρατῶν ἀρθῆναι ἐν πελάγει. σὺ δὲ νομίζεις ἡμᾶς ἀπολωλέναι.

Ταῦτα τοῦ Φαυστίνου εἰπόντος, ἡ μήτηρ ἡμῶν προσέπεσεν τῷ Πέτρῳ, δεομένη καὶ ἀξιοῦσα ὅπως αὐτήν τε καὶ τὴν ξενοδόχον αὐτῆς μεταπεμψάμενος ἐξαυτῆς βαπτίσῃ, ἵνα, φησί, μηδεμία τις ἡμέρα ἄμοιρος γένηται, ἀφ' ἧς τὰ ἐμαυτῆς ἀπέλαβον τέκνα, [83] ἐν ᾗ μὴ συνεστιάσθην αὐτοῖς. ταῦτα οὖν καὶ ἡμῶν τῇ μητρὶ συμπαρακαλούντων, ὁ Πέτρος ἔφη· τί νομίζετε, ἐγὼ μόνος ἄσπλαγχνός εἰμι, ὅτι μὴ βούλομαι ὑμᾶς συνεστιαθῆναι τῇ μητρὶ, βαπτίσας αὐτὴν σήμερον; ἀλλὰ κἂν μίαν ἡμέραν πρὸ τοῦ βαπτισθῆναι νηστεῦσαι αὐτὴν δεῖ· καὶ ταῦτα, ἐπεὶ ἁπλῶς τινὰ ὑπὲρ ἑαυτῆς ἐφθέγξατο λόγον, ὃν ἐγὼ τῆς πίστεως αὐτῆς ἱκανὸν ἑρμηνέα συνεῖδον· ἐπεὶ πολλῶν ἡμερῶν αὐτὴν ἁγνευθῆναι ἔδει.

Κἀγὼ ἔφην· εἰπὲ ἡμῖν τίνα ἐφθέγξατο λόγον, ὃ τὴν πίστιν αὐτῆς ἐξέφανεν. καὶ ὁ Πέτρος ἔφη· ἡ ἀξίωσις αὐτῆς τοῦ συμβαπτισθῆναι αὐτῇ τὴν ξενοδόχον εὐεργέτιν. οὐκ ἂν δὲ τοῦτο τῇ ὑπ' αὐτῆς ποθουμένῃ δοθῆναι παρεκάλει, εἰ μὴ πρότερον αὐτὴ ἠσθάνετο ὡς ἐπὶ μεγάλῃ τῇ τοῦ βαπτίσματος δωρεᾷ. ὅθεν ἐγὼ πολλῶν καταγινώσκω, ὅτι, ἂν βαπτισθέντες καὶ πιστεύειν λέγοντες, μηδὲν ἄξιον πίστεως ποιῶσι, μηδὲ οὓς ἀγαπῶσιν, λέγω δὴ γυναῖκας αὐτῶν, ἢ υἱοὺς, ἢ φίλους, πρὸς τοῦτο προτρέπωνται. εἰ γὰρ πεπιστεύκασιν ζωὴν αἰώνιον σὺν ἔργοις καλοῖς δωρεῖσθαι τὸν θεὸν, ἀνυπερθέτως οὓς ἠγάπων προετρέποντο βαπτισθῆναι. ἀλλ' ἐρεῖ τις ὑμῶν· ἀγαπῶσιν αὐτοὺς καὶ φροντίζουσιν αὐτῶν. τοῦτο εὔηθές ἐστιν. ἐπεὶ τί δή ποτε νοσοῦντας ὁρῶντες, ἢ ἀπαγομένους τὴν ἐπὶ θανάτῳ, ἢ ἄλλα τινὰ χαλεπὰ πάσχοντας, ὀδύρονται καὶ ἐλεοῦσιν. οὕτως εἰ πεπιστεύκασιν αἰώνιον πῦρ [84] μένειν τοὺς τὸν θεὸν μὴ σέβοντας, οὐκ ἂν ἐπαύσαντο νουθετοῦντες· ἢ καὶ ἀπειθοῦντας ὁρῶντες, ὡς περὶ ἀπίστων ὀδυνώμενοι, τὴν κατ' αὐτῶν κόλασιν πεπληροφορημένοι. καὶ τὰ νῦν τὴν ξενοδόχον πέμψας ἀνακρινῶ εἰ τὸν νόμον τὸν δι' ἡμῶν ἀγαπῶν αἱρεῖται, καὶ οὕτως ἀκολούθως ὃ δεῖ πράξομεν.

Ἡ δὲ μήτηρ ὑμῶν ἐπειδὴ πιστῶς διάκειται περὶ τοῦ βαπτίσματος, κἂν μίαν πρὸ τοῦ βαπτίσματος νηστευσάτω ἡμέραν. ἡ δὲ ὤμνυεν, δύο τῶν διελθουσῶν ἡμερῶν, τῇ γυναικὶ τὰ κατὰ τὸν ἀναγνωρισμὸν

rum, atque omnibus Græcis diſciplinis ſtudioſè erudivit. Nos verò per ætatem prudentes facti; & religionem amavimus, & litteris gnaviter operam dedimus; ut cum reliquis gentibus diſputantes, eas de errore poſſemus arguere. Sed & perdidicimus Philoſophorum decreta, maximè quæ à pietate in Deum alieniſſima ſunt; Epicuri, inquam, & Pyrrhonis, quò magis poſſemus confutare.

VIII. Cæterùm unà cum Simone quodam mago educati; ratione amicitiæ, in fraudem ferè inducti fuimus. Fertur enim quædam de aliquo homine fama; qui ubi apparuerit, univerſa piorum multitudo in regno vivet perpetuò ac citra moleſtiam. Sed hæc tibi, mater, in tempore diligentiùs exponentur. Nos interim, cùm pænè jam deciperemur à Simone, quidam collega domini noſtri Petri, Zacchæus nomine, accedens monuit ne falleremur à Mago. Et Petro advenienti nos obtulit, ut ab ipſo perfectè quæ ſpectant ad cultum Dei doceremur. Quare etiam te oramus, mater; ut quæ nos conſecuti ſumus bona, illa & tu percipias; quò poſſimus cibum & menſam habere communem. Ea igitur cauſſa fuit, ô genitrix, propter quam exiſtimâſti nos obiiſſe; quòd in ea difficillima nocte, à piratis in pelago rapti ſumus; tuque nos periiſſe credidiſti.

IX. Poſtquam hæc dixiſſet Fauſtinus, mater noſtra procidit ad pedes Petri, rogans & obſecrans, ut & ipſam & hoſpitam ſuam evocatam ſine mora baptizaret; uti ne una, inquit, dies excludatur, ex quo natos meos recepi, in qua cum iis non ſumpſerim cibum. Cúmque nos eadem quæ mater comprecaremur, Petrus ait; Quid putatis, me immiſericordem eſſe ſolum, quòd nolim vos matris convivio ſociari, hodie illam baptizans? Sed neceſſe eſt eam vel unà die ante Baptiſmum jejunare: & hoc, quia omnino quemdam pro ſe locuta eſt ſermonem, quem ego idoneum fidei illius interpretem habeo: alioqui, multis ipſam diebus oportebat Paganiſmo exui.

X. Et ego, Dic nobis, inquam, qualem protulerit ſermonem, qui fidem illius patefecerit. Reſpondit Petrus; Ille ſermo eſt, quo rogavit ut & hoſpita benefica ſimul baptizaretur cum ipſa. Non autem rogaret, ut illi quam diligit præſtaretur hæc gratia, niſi priùs erga Baptiſmum tamquam erga magnum munus eſſet affecta. Unde ego reprehendo plurimos, qui cùm baptizati fuerint, & credere ſe dicant; nihil tamen dignum Fide agant, neque eos quos diligunt (uxores, inquam, vel filios, vel amicos) ad hoc hortentur. Nam ſi crederent, vitam æternam cum bonis operibus à Deo donari; abſque dilatione, quos diligerent, ad Baptiſmum ſuſcipiendum exhortarentur. Sed dicet veſtrûm quis; Diligunt eos, ac de iis ſunt ſolliciti. Id ſtultum eſt. Quando denique eos ægrotare vident, aut in mortis viam abduci, aut quædam alia moleſta ſuſtinere; gemunt atque miſerantur. Ita ſi credidiſſent, ignem æternum manere eos qui Deum non colunt: non ceſſarent monere; vel tamquam de infidelibus dolere, dum eos cernunt incredulos; certi futuræ illorum pœnæ. Nunc ergo, hoſpitam accerſitam interrogabo, num Legem noſtram velit amplecti; & prout conſequens fuerit agemus.

XI. At veſtra mater, quoniam ut decet fidelem, in Baptiſmum animata eſt, vel uno die ante Baptiſmum jejunet. Illa verò jurabat, dicens; Duobus ſuperioribus diebus, dum narro Mulieri Re-

Margin notes: * l. ὄχλου — Πέτρου περὶ τοῦ μὴ συνεσθίειν αὐτῷ τὴν μητέρα Κλήμεντος. — Περὶ τοῦ βαπτίσματος, καὶ τῆς δι' αὐτὸ νηστείας. — l Recogn. l. 2 c. 7. — Petri, quòd mater Clementis non deberet ſtatim cum eo veſci. — De Baptiſmate, & jejunio illius.

83. Εἰ δὲ μὴ συνεστιάσθην αὐτοῖς.] Exemplar idem habet tantùm, μὴ συνεστιαθῆναι αὐτοῖς. COT.

84. Μένειν τοὺς.] Aut μένον ἐπὶ τούς. Poſtea, τὸν νόμον ἡμῶν. Ibid.

Recognitionis eventum, præ multo gaudio cibum capere nequivi; niſi quod heſternâ die paullum aquæ ſumpſi. Juramento autem teſtimonium præbuit uxor Petri, dicens; Verè nihil guſtavit. Et Aquila, magis verò deinceps Fauſtinus, ait; Nihil ergo obſtat, quin baptizetur. Tum Petrus ſubridens reſpondit; Sed non eſt hoc, jejunium Baptiſmi, quod non propter illum ſuſceptum eſt. Et Fauſtinus excepit; Sed fortè volens Deus matrem noſtram nec unâ die, agnitis nobis, ſeparari à conſortio menſæ noſtræ, præordinavit hoc jejunium. Sicut enim pudicitiam ſervavit in ignorantia, faciens quod veritatem decet: ita & nunc Deus forſan providit, eam ante unum diem, in ignorantia jejunare, pro vero Baptiſmo; ut à primo die agnitionis noſtræ, nobiſcum poſſet ſalem ſeu cibum capere.

XII. Tum Petrus; Non nos, inquit, vincat Malitia, prætextum nacta Providentiam, & matris affectum: ſed magis vos, & ego vobiſcum hodie in jejunio permaneamus; & cras baptizabitur. Neque enim hodiernæ diei hora ad Baptiſmum apta eſt. Itaque ſic fieri, omnes conſenſimus.

De pudicitia & pudica. Rec. l. 7. c. 38.

XIII. Hac ergo veſperâ, cuncti fruiti ſumus Petri doctrinâ, qui nobis oſtendit per occaſionem matris, quo modo pudicitiæ fines ſint boni; fines verò mœchiæ, exitiales, & ita naturâ comparati, ut toti generi perniciem inferant, etiamſi non ſtatim, tamen licèt tardè. In tantum autem, inquit, pudicitia Deo placet; ut etiam his qui in errore ſunt poſiti, nonnihil gratiæ pro illa in præſenti conferat vitâ. Nam futura beatitudo illis ſolum retribuitur, qui baptizati ſunt propter ſpem in eum, quique pudicitiam & juſtitiam ſervant. Quemadmodum vidiſtis quæ matri veſtræ contigerunt. Bona, inquam, quæ in fine obtinuit. Fortè enim ſi adulteràſſet, è medio ſuiſſet ſublata. Quocirca pudicam miſeratus Deus, necem ei imminentem avertit, & ablatos liberos reddidit.

XIV. Verùm fortaſſe dicet aliquis; Quanti ob pudicitiam periêre? Dico, Quia non ſenſerunt. Certè enim oportet ut quæ ſentit ſe ab aliquo amatore diligi, fugiat ſtatim commiſtionem cum eo, tamquam ignis flammam, vel canem rabidum. Quemadmodum fecit quæ vos peperit, revera pudicitiæ bonum diligens. Propter quod ſarvata, vobiſcum regni ſempiterni accepit cognitionem. Mulier quæ pudicè cupit vivere, ſcire debet, ſibi à Malitia invideri, multoſque ſe amoris cauſsâ habere inſidiatores. Uno autem pudicitiæ affectu caſta permanens, ſumptâ de omnibus victoriâ ſalutem conſequetur. Etenim licèt quis cunctas excoluerit virtutes, ob unicum adulterii peccatum dabit pœnas, inquit Propheta.

XV. Mulier pudica, Dei voluntatem faciens, primæ ſuæ creationis præclara eſt commemoratio: quia Deus qui unus eſt, homini unam creavit mulierem. Adhuc verò amplius manet pudica, ſi Creationis non obliviſcatur, futurum ſupplicium prævideat, nec ignoret æternorum bonorum amiſſionem. Pudica mulier, iis delectata qui volunt ſalvi fieri, eſt pium exemplum cultoribus Divinitatis: ut pote bonæ vitæ lex. Quæ cupit pudicè agere, occaſiones maledicti amputat: ſi verò non datâ occaſione, tamquam ab Inimico malè audit; à Deo benedicitur ac vindicatur. Pudica, Deum deſiderat, Deum diligit, Deum oblectat, Deo gloriam defert; hominibus occaſionem obloquendi non præbet. Mulier pudica, excellenti dignitate, replet Eccleſiam bono odore: & præterea magiſtrorum laus eſt, adjutrixque pudicitiam colentibus.

XVI. Pudica mulier, tamquam ſponſo, Filio

διηγουμένη, ὑπὸ τῆς πολλῆς χαρᾶς τροφῆς μεταλαβεῖν οὐκ ἠδυνήθην, ἢ χθὲς μόνον βραχέος ὕδατος. * μαρτυρήσε τε τῷ ὅρκῳ ἡ γυνὴ Πέτρου λέγουσα· ἀληθῶς οὐκ ἐγεύσατο. καὶ ὁ Ἀκύλας, μᾶλλον δὲ ὁ λοιπὸν Φαυστῖνος, ἔφη· οὐκοῦν οὐδὲν κωλύει αὐτὴν βαπτισθῆναι. καὶ ὁ Πέτρος γελάσας ἀπεκρίνατο· ἀλλ' οὐκ ἔστι τοῦτο νηστεία βαπτίσματος, ἡ μὴ δι' αὐτὸ γέγονεν. καὶ ὁ Φαυστῖνος ἀπεκρίνατο· ἴσως οὖν ὁ Θεὸς βουλόμενος ἡμῶν τὴν μητέρα μηδεμίαν ἡμέραν τῆς ἡμῶν ἐπιγνώσεως χωρίσαι τῆς τραπέζης, προῳκονόμησεν τὴν νηστείαν. ὡς γὰρ ἐσωφρόνησεν ἐν ἀγνοίᾳ, τὸ πρέπον τῇ ἀληθείᾳ ποιήσασα· οὕτως καὶ νῦν ὁ Θεὸς ἴσως φιλοτιμήσατο πρὸ μιᾶς νηστεῦσαι αὐτὴν ἐν ἀγνοίᾳ, ὑπὲρ τοῦ ἀληθοῦς βαπτίσματος, ἵνα ἀπὸ πρώτης ἡμέρας τῆς γνωρίσεως ἡμᾶς, σὺν ἡμῖν ἁλῶν μεταλαβεῖν δυνηθῇ.

* f. ἐμαρτύρησε

Καὶ ὁ Πέτρος ἔφη· μὴ ἡμᾶς νικάτω ἡ κακία πρόφασιν εὑροῦσα τὴν πρόνοιαν, καὶ τεκούσης στοργήν· ἀλλὰ μᾶλλον ὑμεῖς, κἀγὼ σὺν ὑμῖν τὴν σήμερον διαμείνωμεν. * καὶ αὔριον βαπτισθήσεται. οὐδὲ γὰρ ἡ ὥρα τῆς σήμερον ἡμέρας ἐπιτηδεία ἐστιν εἰς βάπτισμα. καὶ ὅμως οὕτως γενέσθαι οἱ πάντες συνευδοκήσαμεν.

* f. deeſt, ἐν νηστείᾳ. Epit.

Περὶ σωφροσύνης ἤτοι σώφρονος.

Αὐτῆς οὖν ἑσπέρας, τῆς Πέτρου οἱ πάντες διδασκαλίας ἀπελαύσαμεν, δεικνύντος ἡμῖν ἐκ τῆς κατὰ τὴν μητέρα προφάσεως, πῶς λόγῳ τὰ τέλη τῆς σωφροσύνης καλά· τὰ δὲ τῆς μοιχείας χαλεπὰ ὄντα, ὅλῳ γένει ὄλεθρον ποιεῖν φύσιν ἔχει, κἂν μὴ ταχέως, ἀλλ' οὖν γε κἂν βραδέως. ἐπὶ τοσοῦτον δὲ, φησὶν, τὸ τῆς σωφροσύνης ἀρέσκει τῷ Θεῷ, ὅτι καὶ τοῖς ἐν πλάνῃ οὖσιν βραχεῖάν τινα ὑπὲρ αὐτῆς ἐν τῷ νῦν βίῳ ἀποδίδωσι χάριν. ἡ γὰρ ἐκεῖ σωτηρία μόνοις τοῖς διὰ τὴν εἰς αὐτὸν ἐλπίδα βαπτισθεῖσιν, καὶ σωφρόνως δικαιοπραγοῦσιν ἀποδίδοται. ὥσπερ ἐγνώκατε ἐπὶ τῆς ὑμετέρας μητρὸς γενόμενα. λέγω δὴ τὰ ἐπὶ τέλει καλά. ἴσως δὲ εἰ ἐμοιχήσατο, ἀνῄρητο ἄν. διὸ σωφρονήσασαν ἐλεήσας ὁ Θεὸς, τὸν κατ' αὐτῆς ἀπέστρεψεν φόνον, καὶ τὰ ἀφαιρεθέντα τέκνα ἀπέδωκεν.

Ἀλλ' ἐρεῖ τις ἴσως· πόσοι διὰ σωφροσύνην ἀπώλοντο; φημὶ ἀνεπαισθησίας αἰτίᾳ. χρὴ γὰρ τὴν αἰσθανομένην ὅτι ἐρωμένη τινὸς ἐραστοῦ, παραυτὰ φυγεῖν τὴν πρὸς αὐτὸν ἐπιμίξεως, ὡς πῦρ φλέγον ἢ λυσσῶντα κύνα. ὅνπερ τρόπον ἐποίησεν ἡ ὑμᾶς τεκοῦσα, τὸ τῆς σωφροσύνης ὄντως ἀγαπήσασα καλόν. δι' ὃ φυλαχθεῖσα, σὺν ὑμῖν αἰωνίου βασιλείας ἔλαβεν τὴν ἐπίγνωσιν. ἡ σωφρονεῖν βουλομένη γυνὴ, εἰδέναι ὀφείλει, ὅτι φθονουμένη ὑπὸ κακίας, προφάσει ἔρωτος, πολλοὺς ἔχει τοὺς ἐπιβούλους. μιᾷ δὲ τῇ πρὸς τὸ σωφρονεῖν ἐννοίᾳ σεμνὴ μείνασα, τὴν ἀπὸ πάντων νίκην λαβοῦσα, σωθῆναι ἔχει. καὶ γὰρ εἰ πάντα καλὰ διαπράξειέ τις, μιᾷ τῇ πρὸς τὸ μοιχήσασθαι ἁμαρτίᾳ κολασθῆναι * δεῖ ὁ προφήτης ἔφη.

* f. δὼ

Ἡ σώφρων γυνὴ, τὸ τοῦ Θεοῦ θέλημα ποιοῦσα, τῆς αὐτοῦ πρώτης κτίσεως ἀγαθὴ ὑπόμνησις γίνεται. ὅτι ὡς εἷς ὢν ὁ Θεὸς, τῷ ἀνθρώπῳ μίαν ἔκτισε γυναῖκα. ἔτι δὲ μᾶλλον σώφρων μένει, ἐὰν τῆς κτίσεως μὴ λανθάνῃ, καὶ τὴν κόλασιν προβλέπῃ, καὶ τὴν αἰωνίων ἀγαθῶν τὴν ζημίαν μὴ ἀγνοῇ. ἡ σώφρων γυνὴ, ἐπὶ τοῖς σώζεσθαι θέλουσιν ἡδομένη, παράδειγμα εὐσεβὲς τοῖς θεοσεβοῦσιν τυγχάνει· ἀγαθοῦ γὰρ βίου νόμος ἐστίν. ἡ σωφρονεῖν θέλουσα, τὰς προφάσεις τῆς λοιδορίας ἐκκόπτει· ἐὰν δὲ μὴ παρέχουσα προφάσεις, λοιδορεῖται ὡς ὑπὸ ἐχθροῦ, ὑπὸ Θεοῦ εὐλογεῖται καὶ ἐκδικεῖται. ἡ σώφρων, τὸν Θεὸν ποθεῖ, τὸν Θεὸν φιλεῖ, τὸν Θεὸν τέρπει, τὸν Θεὸν δοξάζει· ἀνθρώποις πρόφασιν πρὸς λοιδορίαν οὐ παρέχει. ἡ σώφρων γυνὴ, τὴν ἐκκλησίαν ἀγαθῇ τιμῇ μυρίζει, καὶ ἐπὶ σεμνότητι δοξάζει· ἔτι δὲ καὶ διδασκάλων ἐπαινός ἐστι, καὶ συνεργὸς αὐτοῖς σωφρονοῦσι τυγχάνει.

Ἡ σώφρων γυνὴ, ὡς νυμφίῳ υἱῷ Θεοῦ κοσμεῖται,

ὡν.

ἐνδεδυμένη τὸ σεμνὸν φῶς. ἔστι δὲ αὐτῇ κάλλος ἐν τῇ ψυχῇ εὐνομία. μύρῳ δὲ πνεῖ τῆς ἀγαθῆς φήμης. καλὰ φορεῖ· ἠμφίεσται τὴν αἰδῶ· καὶ τιμίοις μαργαρίταις περίκειται, τοὺς σωφρονίζοντας λόγους. λευκὴ δὲ τυγχάνει, ὅτ' ἂν τὰς φρένας ᾖ λελαμπρυμένη. καλῷ ἐσόπτρῳ ὁρᾷ, εἰς τὸν Θεὸν ἐμβλέπουσα. καλῷ κόσμῳ χρῆται, τῷ πρὸς * φόβῳ τὴν ψυχὴν ῥυθμοῦσα. καλὴ ἡ γυνή, οὐχ ἡ χρυσῷ πεπεδημένη, ἀλλ' ἡ τῶν προσκαίρων ἐπιθυμιῶν λελυμένη. ἡ σώφρων γυνή, μεγάλῳ βασιλεῖ περιπόθητός ἐστιν, αὐτῷ μεμνήστευται, αὐτῷ τηρεῖται, ὑπὸ αὐτοῦ ἀγαπᾶται. ἡ σώφρων, εἰς τὸ θέλεσθαι προφάσεις οὐ παρέχει, ἢ τῷ αὐτῆς ἀνδρί. ἡ σώφρων, ὑπὸ ἑτέρου θελομένη λυπεῖται. ἡ σώφρων, τὸν ἄνδρα ἐνδιαθέτως φιλεῖ, καὶ καταφιλεῖ, καὶ κολακεύει, ἀρέσκει, δουλεύει· πρὸς πάντα αὐτῷ πείθεται, πλὴν ὅταν ᾖ ἀπειθεῖν Θεῷ. ἡ γὰρ πειθομένη Θεῷ, ἄνευ φυλάκων καὶ τὴν ψυχὴν σωφρονεῖ καὶ τὸ σῶμα καθαρεύει.

* f. deest Θεῷ

Ἀνόητος οὖν πᾶς ἀνήρ, ὁ τὴν ἑαυτοῦ γυναῖκα χωρίζων φόβου Θεοῦ. ὅτι ἡ Θεὸν μὴ φοβουμένη, οὐδὲ τὸν ἄνδρα φοβεῖται. ἐὰν Θεὸν τὸν ἀόρατα βλέποντα μὴ φοβῆται, πῶς * τὸν * ἀόρατον * πρὸς αἱ σωφρονήσει; πῶς δὲ σωφρονήσει, ἡ μὴ συνερχομένη πρὸς τοὺς σωφρονίζοντας ἀκούειν λόγους; πῶς δὲ καὶ νουθεσίας τύχοι; πῶς δὲ σωφρονήσει ἄνευ φυλάκων, ἐὰν τὴν ἐσομένην κρίσιν τοῦ Θεοῦ μὴ διδαχθῇ, μηδὲ τὴν ἐπὶ μικρᾷ ἡδονῇ αἰώνιον ζημίαν πληροφορηθῇ; διὸ παντοίως ἄκουσαν αὐτὴν πρὸς τὸν σωφρονίζοντα ἀεὶ εἰσέρχεσθαι λόγον, ἀνάγκασον, κολάκευσον.

* f. τὸν ἀόρατον; * f. [illegible]

Περὶ σώφρονος ἀνδρός.

LXX. Egreſſi verò Tripolim Phœniciæ, ut Antiochiam Syriæ veniremus; eo die Orthoſiæ manſimus: & quia eſt prope urbem è qua egreſſi fueramus; cùm omnes ferè prædicationis Evangelicæ ſermonem priùs audiviſſent; unum diem illic commorati, Antaradum abiimus. Cùm autem multi eſſent nobiſcum iter facientes, Petrus Nicetam & Aquilam allocutus eſt, dicens: Quandoquidem magna comitantium multitudo, non parvam invidiam nobis per urbes intrantibus attrahit; neceſſariò curandum eſſe judicavi, ut neque ipſi contriſtentur, dum prohibentur eſſe nobiſcum; neque nos, dum ſumus ſpectabiles, aliis efficiamur auctores invidiæ. Quocirca volo te Nicetam, unà cum Aquila, ante me iter habere, per duos globos, ſparſim. Clement. Hom. 12. c. 1. &c. Recogn. l. 7. c. 1. &c.

LXXI. Iſta Petro dicente reſponderunt Nicetas & Aquila: Non valde nos, Domine, contriſtat id agere; quoniam à te imperatum eſt. Primò quidem, quia Dei providentiâ delectus es, qui mereatis cuncta præclarè cogitare atque conſulere: deinde verò quòd ut plurimum biduo nos hoc facere neceſſe ſit, à te abſentes; illud autem ſpatium quamvis longum ſit, dum te dominum noſtrum non videmus, attamen ut jubes, quia utile eſt, non contradicimus. Hæc poſtquam dixerunt, antegreſſi ſunt.

LXXII. His igitur profectis, ego Clemens gaviſus ſum, eum me ſecum eſſe voluiſſe. Itaque ad eum dixi; Gratias ago Deo, quòd me non emiſeris, ut ſodales; nam præ dolore enectus fuiſſem. Ille verò, Quid autem, inquit, ſi quæ neceſſitas juſſerit ut aliquò mittaris; tu quia aliquamdiu à me utiliter eris ſeparatus, ideo morieris? Nonne potiùs, tecum reputans, ferenda eſſe quæ propter neceſſitatem juberis, æquo animo feres? Aut neſcis, amicos unà eſſe recordatione, licèt corporibus inter ſe disjungantur; ſicut nonnulli cor-

l Al. εὐχαριστήσας.
m Al. ἀποδίδομεν.
n Al. ὑποδεξάμενον.
Tom. I.

o Al. ὢν.
15. Ἐνεργης. Clementina & Recognitiones, ἐπιγενο-
COT.

p Al.

corporibus præſentes, animis procul ſunt diſſiti?

LXXIII. Et ego reſpondi; Verùm ne de me arbitreris, Domine, quòd iſtum mœrorem inſipienter ſim perpeſſurus, quinimo admodum rectè ſe habente ratione. Quoniam enim te pro omnibus accepi; pro patre, matre, fratribus, & cognatis; qui per Deum auctor mihi fuiſti, ut agnoverim ſervatricem veritatem: ſic & conſolatione, quam ab omnibus conſecuturus fuiſſem, per te unum fruor. Vereor quippe omnino, à te abeſſe; ne per ætatis fervorem, à cupiditate vincar. Et ideo ita in animum induxi, ut à te non poſſim diſcedere, niſi hoc divina quadam ira eveniat. Etenim memini te Cæſareæ dicere; Si quis vult mecum iter facere, piè quoque unà iter habeat; *Pie* autem dicebas eſſe, neminem triſtitiâ ſecundùm Deum afficere, veluti relinquendo parentes, uxorem, nec non alios piam vitam conſectantes. Unde ego prorſus tibi ſum aptus itineris comes; à quo & maximam inibis gratiam, ſi miniſteria ſervorum obire permiſeris.

LXXIV. Hoc audito Petrus, cum leni riſu dixit; Quid ergo putas, Clemens, quòd non te ipſa neceſſitas in ſervorum ordinem rediget? Nam quis mihi elegantes ac multas ſindones ſeu veſtes linteas, cum adjùnctis annulis & calceis cuſtodiet? Quis verò & ſuavia exquiſitaque opſonia præparabit? quæ cùm variæ ſint, multos ac ſolertes coquos poſtulant: & omnia illa, quæ tamquam immani beſtiæ, cupiditati apparantur. Sed forſan hæc te ſubiit ſententia, quòd non intellexeris, quódque ignores vitæ meæ rationem; qui ſolo pane & olivis utor, raróque oleribus; quique unum habeo veſtimentum, ac pallium, hoc ipſum quo amictus ſum, & alio opus non habeo, neque ulla re. Nam in his etiam abundè mihi eſt. Mea quippe mens cernens illic omnia bona æterna, nullius eorum quæ hîc ſunt curam ſuſcipit. Tuum tamen egregium inſtitutum approbo; miror que ac laudo, quo modo vir in vita ſumptuoſa educatus, facilè vivendi rationem immutaveris, & ad ſola neceſſaria traduxeris. Nos quippe à puero. Ego & Andreas frater, non ſolum in pupillari conditione educti, verùm etiam propter inopiam ad laborem aſſuefacti, expeditè nunc has longas ferimus peregrinationes. Quare ſi crederes mihi, ſervorum officia me tibi impendere concederes.

LXXV. Id ego audiens, contremui & collacrymavi; quia talem habuiſſet orationem vir, quo cuncti hujus ætatis homines ratione ſcientiæ ac pietatis ſunt inferiores. At ille cernens me illacrymantem, cauſſam rogabat. Ego autem ad illum, Et quidnam peccavi, inquam, ut hunc ſermonem audirem? Statimque Petrus; Si malè locutus ſum, cùm propoſui ſervire tibi; tu prior deliquiſti, qui prior in animo habuiſti hoc agere. Et ego reſpondi; Non eſt ſimilis ratio: ſiquidem me valde decet id facere; te verò nullatenus, qui es Dei præco, cuique animas hominum paſcere commiſſum eſt. Tum Petrus dixit: Dominus noſter, qui ad ſalutem totius mundi venit, quique unus ſupra cun-
Matt. 20. 28. ctos veram & ſolam nobilitatem obtinet, ſervire ac miniſtrare ſuſtinuit; ut doceret nos, ne indecorum putemus ſervilia miniſteria proximis exhibere; quamvis nobiles ſimus, quamvis plurimùm eos antecellamus. Ego excepi; Si exiſtimem quòd te oratione ſim ſuperaturus, amens ſim planè ac ſtul-

ἔνιοι συνόντες τοῖς σώμασι, μακρὰν ἀφεστήκασι ταῖς ψυχαῖς;

Κἀγὼ ἀπεκρινάμην· ἀλλὰ μή με νομίσῃς κύριε, ὅτι τὰ λύπης πάσχειν ἔμελλον ἀνοήτως, ἀλλὰ καὶ πάνυ ὀρθῶς ἔχοντα λογισμῷ. ἐπεὶ γάρ σε ἀντὶ πάντων εἱλόμην, πατρὸς καὶ μητρὸς, ἀδελφῶν ἅμα καὶ συγγενῶν, αἴτιόν μοι γενόμενον διὰ τὸν θεὸν τῆς σωζούσης ἀληθείας· οὕτω καὶ ἧς ἔμελλον ἐκ πάντων ἀπολαύειν παραμυθίας, διὰ σοῦ μόνου καρποῦμαι. δέδοικα γὰρ ὅλως ἀπολειφθῆναί σου, μήποτε διὰ τὸ ἐκ τῆς ἡλικίας ἀκμαῖον, ἥττων ἐπιθυμίας γένωμαι. καὶ διὰ τοῦτο οὕτως ἐμαυτὸν ἔχω, ὡς ἀποστῆναί σου ἀδύνατον εἶναι, εἰ μὴ κατά τινα χόλον θεοῦ τοῦτο γένηται. καὶ γὰρ μέμνημαί σε ἐν Καισαρείᾳ εἰπόντος· εἴ τις μοι βούλεται συνοδεύειν, εὐσεβῶς καὶ συνοδευέτω· εὐσεβῶς δὲ ἔφης, τὸ μηδένα λυπῆσαι κατὰ θεὸν, οἷον, ἀπολιπόντα γονεῖς, γυναῖκα, πρὸς δὲ, καὶ ἑτέρους τινὰς τὸν εὐσεβῆ ἑλομένους. ὅθεν ἐγὼ κατὰ πάντα ἐπιτήδειός εἰμί σοι συνοδοιπόρος. ᾧ καὶ τὰ μέγιστα χαρίζῃ, [p] εἰ τὰς τῶν δούλων ὑπηρεσίας ἐπιτρέψειας ποιεῖν.

Καὶ ὁ Πέτρος ἀκούσας, μετά τινος φησὶ μειδιάματος· τί οὖν οἴει, Κλήμη, μὴ ὑπ' αὐτῆς ἀνάγκης ὡς δοῦλόν σε τυγχάνειν τοῦτο; ἐπεὶ τίς τὰς καλάς μοι καὶ πολλὰς σινδόνας μετὰ τῶν ἐγκειμένων δακτυλίων καὶ τῶν ὑποδημάτων [q] φυλάξει; τίς δὲ καὶ τὰ ἡδέα καὶ πολυτελῆ ὄψα προετοιμάσει; ἃ ποικίλα ὄντα, πολλῶν δεῖται καὶ τεχνικῶν μαγείρων. καὶ πάντα ἐκεῖνα, ὅσα ὡς θηρίῳ μεγάλῳ τῇ ἐπιθυμίᾳ προευτρεπίζεται. πλὴν ἡ τοιαύτη σε προαίρεσις ὑπεισῆλθεν, ἴσως μὴ συνιέντα, καὶ τὸν ἐμὸν ἀγνοοῦντα βίον, ὅτι ἄρτῳ μόνῳ καὶ ἐλαίαις χρῶμαι, καὶ [r] σπανίως λαχάνοις· καὶ ὅτι ἱμάτιόν μοι καὶ τριβώνιον ἕν ἐστι [s] τοῦτο αὐτὸ, ὃ περιβέβλημαι, καὶ ἑτέρου χρείαν οὐκ ἔχω, οὐδὲ ἄλλου τινός. ἐν γὰρ τούτοις καὶ περισσεύομαι. ὁ νοῦς γάρ μου τὰ ἐκεῖ πάντα ὁρῶν αἰώνια ἀγαθὰ, τῶν ἐνταῦθα οὐδενὸς ἐπιστρέφεται. ὅμως σοῦ μὲν τὴν ἀγαθὴν προαίρεσιν ἀποδέχομαι, καὶ θαυμάζων ἐπαινῶ, πῶς ἀνὴρ ἐν πολυτελεῖ ἤθει ὑπάρχων, ῥᾳδίως τοῖς ἀναγκαίοις τὸν σεαυτοῦ ὑπήλλαξας βίον. ἡμεῖς γὰρ ἐκ παίδων, ἐγώ τε καὶ Ἀνδρέας ὁ σύναιμος, οὐ μόνον ἐν ὀρφανίᾳ τραφέντες, ἀλλὰ καὶ ὑπὸ πενίας εἰς ἐργασίαν [t] ἐθισθέντες, εὐμαρῶς φέρομεν νῦν τὰς μακρὰς ταύτας ὁδοιπορίας· ὅθεν εἰ ἐπείθου μοι, ἐμοὶ ἂν συνεκεχωρήκεις τὰ δούλων ἀποπληροῦν σοι.

Ἐγὼ δὲ ἀκούσας, σύντρομος ἐγενόμην καὶ ἐπίδακρυς, οἷον λόγον εἶπεν ἀνὴρ, ᾧ πάντες οἱ τῆς νῦν γενεᾶς ἄνθρωποι, [u] τῷ τῆς γνώσεως καὶ εὐσεβείας [x] λόγῳ, ἥττους εἰσίν. ὁ δὲ ἰδών με συνδακρύοντα, ἐπυνθάνετο τὴν αἰτίαν. κἀγὼ πρὸς αὐτὸν, καὶ τί τοσοῦτον ἥμαρτον, φημὶ, ἵνα καὶ τοιοῦτον [y] ἀκούσω σου λέγειν; καὶ ὁ Πέτρος εὐθύς· εἰ κακῶς εἴρηκα δουλεῦσαί σοι προελόμενος, σὺ πρῶτος ἥμαρτες, πρῶτος τοῦτο καὶ ποιῆσαι προθυμηθείς. κἀγὼ ἔφην· οὐχ ὁμοίως ἔχει· ἐμοὶ μὲν γὰρ καὶ λίαν πρέπει τοῦτο ποιεῖν, σοὶ δὲ οὐδαμῶς, ὅτι θεοῦ κήρυξ ὤν, καὶ ψυχὰς ἀνθρώπων ποιμαίνειν πιστευόμενος. καὶ ὁ Πέτρος, ὁ κύριος ἡμῶν, εἶπεν, ἐπὶ σωτηρίᾳ παντὸς τοῦ κόσμου ἐληλυθὼς, μόνος τε ὑπὲρ πάντας τὴν ἀληθῆ καὶ μόνην εὐγένειαν ἔχων, δουλεύειν ἠνέσχετο, ἵν' ἡμᾶς πείσῃ, μὴ δι' αἰσχύνης ποιεῖσθαι, τὸ δουλικὰς προσφέρειν τοῖς πλησίον ὑπηρεσίας, κἂν εὐγενεῖς ὦμεν, κἂν πλεῖστον αὐτῶν διαφέρωμεν. κἀγὼ ἔφην· εἰ λόγῳ σε νικήσειν οἴομαι, ἄφρων εἰμὶ κατὰ τὸ φανερὸν καὶ ἀνόητος· πλὴν ἀλλὰ χάριν οἶδα

p Al. εἴ μοι.
q Al. διαφυλάξει.
r Al. σπανίως.
ſ Al. τί.

t Al. ὁδοιπορήσας.
u Al. τῷ.
x Al. λόγων.
y Al. ἀκούσαιμι.

ἀλλὰ τῇ τοῦ θεοῦ προνοίᾳ, ὅτι περ εἰς γονέων μοῖραν ἔχειν σε κατηξίωμαι.

Καὶ ὁ Πέτρος, Εἶπε δέ μοι ἀληθῶς, ἔφη, πρὸς γένους ὑπάρχεις; κἀγὼ ἀπεκρινάμην· Εἰσὶ μὲν πολλοὶ καὶ μεγάλοι ἄνδρες, Καίσαρι προσήκοντες τῷ γένει· ὅθεν τῷ ἐμῷ πατρὶ ὡς καὶ συντρόφῳ ὁ Καῖσαρ γυναῖκα συγγενῆ συνηρμόσατο· ἀφ' ἧς τρεῖς ἐγενόμεθα υἱοί· δύο μὲν πρὸ ἐμοῦ, οἳ καὶ δίδυμοι ὄντες, κομιδῇ ὅμοιοι ἀλλήλοις ἐτύγχανον, ὡς ὁ πατὴρ ἐξηγεῖτό μοι. ἐγὼ γὰρ οὔτε αὐτούς, οὔτε τὴν τεκοῦσαν πάνυ ἐπίσταμαι· ἀλλ' ὥσπερ δι' ὀνείρων ἀμυδρὸν αὐτῶν καὶ τὸ εἶδος ἀναφέρω. ἡ μὲν οὖν μήτηρ μου Ματθιδία ἐλέγετο· ὁ δὲ πατήρ, Φαῦστος· οἱ δὲ ἀδελφοί, ὁ μὲν Φαυστῖνος, ὁ δὲ Φαυστινιανὸς ἐκαλοῦντο. ἐμοῦ οὖν τρίτου ἐπιγεννηθέντος αὐτοῖς, ἡ μήτηρ ὄνειρον ἑωρακυῖα, ὡς ὁ πατὴρ ὑφηγεῖτο, ὅτι ἐὰν μὴ τοὺς διδύμους αὐτῆς υἱοὺς ἐξ αὐτῆς παραλαβοῦσα, τῆς Ῥωμαίων ἀποδημήσῃ πόλεως ἐπὶ ἔτη δέκα, πανωλεθρίᾳ σὺν αὐτοῖς ἀποθανεῖται θανάτῳ.

Ὁ μὲν οὖν πατὴρ φιλότεκνος ὤν, σύν τε δούλοις καὶ δούλαις ἐφοδιάσας ἱκανῶς, καὶ εἰς πλοῖον ἐνθέμενος, εἰς τὰς Ἀθήνας ἅμα παιδευθησομένους ἐξέπεμψεν· ἐμὲ δὲ μόνον, εἰς παραμυθίαν ἔσχε παρ' ἑαυτῷ. καὶ ἐπὶ τούτῳ εὐχαριστῶ πολλά, ὅτι κἀμὲ ὁ ὄνειρος μὴ κεκελεύκει ἅμα τῇ μητρὶ τὴν Ῥωμαίων ἐκβῆναι πόλιν. τοῦ ἐνιαυτοῦ τοίνυν ἐκείνου παρελθόντος, ὁ πατὴρ ἔπεμψεν εἰς Ἀθήνας χρήματα τοῖς ἑαυτοῦ, μαθεῖν ἅμα γλιχόμενος πῶς ἄρα διάγουσιν. οἱ δὲ ἀπελθόντες, οὐκ ἐπανῆλθον. τρίτῳ δὲ πάλιν ἐνιαυτῷ ὁ πατὴρ ἀθυμῶν, ἑτέρους ἔπεμψεν ὁμοίως σὺν ἐφοδίοις· οἵτινες τετάρτῳ ἐνιαυτῷ ἧκον ἀπαγγέλλοντες, μήτε μου τὴν τεκοῦσαν, ἢ τοὺς ἀδελφοὺς ὅλως ἑωρακέναι, [a] μηδὲ ἄλλον τινὰ τῶν σὺν αὐτοῖς ἀπεληλυθότων κἂν ἴχνος εὑρηκέναι.

Ὁ μὲν οὖν πατὴρ ταῦτα ἀκούσας, καὶ ὑπὸ πολλῆς λύπης ἔκθαμβος γενόμενος, καὶ οὐκ εἰδὼς ποῦ ὁρμήσας κατὰ ζήτησιν ἐκείνων ἐξέλθοι, ἐμὲ παραλαβών, καὶ εἰς πόρτον καταβάς, πυκνότερον ἐπυνθάνετο, ποῦ τις ἴδοι ἢ ἀκούσειεν ἐντὸς τεσσάρων ἐνιαυτῶν ἀπαντῆσαν ναυάγιον. καὶ ἄλλος ἀλλαχῆ ἔλεγεν. ὁ δὲ πάλιν ἀνεπυνθάνετο, εἰ ἑωράκασι σῶμα γυναικὸς μετὰ βρεφῶν ἐκβεβρασμένον τῇ γῇ. πολλῶν οὖν πολλὰ λεγόντων ἑωρακέναι σώματα κατὰ διαφόρους καιρούς, ὁ πατὴρ ἀκούων ἐστέναζε. πλὴν ὑπὸ τῶν σπλάγχνων [b] νενικημένος, ἀλόγως ἐπυνθάνετο, τοσοῦτον θαλάσσης βυθὸν πειρώμενος ἐρευνᾶν· ὅμως συγγνωστὸς ἦν, ὅτι διὰ τὴν πρὸς τοὺς ζητουμένους στοργήν, ἐλπίσιν ἐβουκολεῖτο κεναῖς. καὶ δή ποτε ὑπὸ φροντισταῖς καταλιπών με καὶ ἐπιτρόποις, δωδέκατον ἤδη γεγονότα ἔτος, αὐτὸς δακρύων εἰς πόρτον κατῆλθε· καὶ εἰς πλοῖον ἐμβάς, εἰς ἐπιζήτησιν ἐκείνων ἐξέπλευσε· καὶ ἐξ ἐκείνου μέχρι καὶ νῦν οὔτε γράμματα παρ' αὐτοῦ ἐδεξάμην, [c] οὔτε εἰ ζῶντα αὐτὸν εἶναι ἢ τεθνηκότα ὅλως ἐπίσταμαι· ῥοπὴ δέ μοι πλείων πρὸς τὸν τῆς ὑπονοίας, ὅτι τέθνηκέ που, ἢ ὑπὸ λύπης ἥττων γενόμενος, ἢ ναυαγίῳ περιπεσών. τούτου δὲ τεκμηρίῳ χρῶμαι, ὅτι ἐξ ἐκείνου ἤδη λοιπὸν εἰκοστὸν ἔτος ἐστίν, ἀφ' οὗ ἴχνος οὐδὲν ἀληθείας ἐμοὶ περὶ αὐτοῦ ἤκουσται.

Ταῦτα ἀκούων ὁ Πέτρος, ὑπὸ συμπαθείας ἐδάκρυε. καὶ εὐθέως τοῖς συνοῦσι γνησίοις εἶπεν· Εἴ τις πέπονθεν εὐσεβὴς ἀνήρ, οἷα ὁ τούτου πατήρ, εὐθέως ἂν τῷ τῆς θεοσεβείας λόγῳ, τῷ πονηρῷ ἐπέγραψε τὴν αἰτίαν. οὕτω καὶ τοῖς ταλαιπώροις ἔθνεσι συμβαίνει πάσχειν, καὶ ἀγνοοῦμεν οἱ θεοσεβεῖς. ταλαιπώρους δὲ αὐτοὺς εὐλόγως εἴρηκα, ὅτι καὶ ἐνταῦθα πλανῶνται, καὶ τῆς ἐκεῖθεν ἐλπίδος ἀποτυγχάνουσι· τοῖς γὰρ ἐν θεοσεβείᾳ

tus: verumtamen gratias divinæ providentiæ habeo, te loco parentum mihi donatum fuiſſe.

LXXVI. Tum Petrus, Verene, inquit, nullus tibi ſupereſt ex genere? Et ego reſpondi; Sunt quidem plures ac magni viri, ad Cæſarem genere attinentes. Nam patri meo, ut pote unà educato, Cæſar uxorem cognatam junxit: ex qua tres liberi orti ſumus; duo quidem ante me; qui & gemini cùm eſſent, admodum inter ſe ſimiles erant; ſicut mihi narrabat pater: ego quippe neque illos, neque genitricem valde novi, ſed quaſi per ſomnium obſcuram eorum formam mihi repræſento. Igitur mater quidem mea Matthidia dicebatur, pater autem Fauſtus; fratres verò, alter Fauſtinus, alter Fauſtinianus vocabantur. Cùm igitur tertius ego poſt eos natus eſſem, mater, quemadmodum pater referebat; ſomnium vidit, quòd niſi confeſtim aſſumptis duobus filiis ſuis geminis, Româ decennium abeſſet, ipſa cum iis morte peſſimâ eſſet interitura.

LXXVII. Pater igitur, qui liberorum amans erat; cum ſervis & ancillis, ac dato ſufficienti viatico, in navem impoſitos, Athenas etiam erudiendos miſit: me verò ſolum ad conſolationem ſecum retinuit. Atque eam ob rem ingentes gratias ago, quòd me quoque ſomnium non juſſerit unà cum matre, urbe Româ excedere. Itaque eo anno tranſacto, pater ſuis Athenas miſit pecuniam, ſimul cognoſcere geſtiens quo modo vitam agerent. Qui autem abierant, non redierunt. Tertio rurſus anno pater anxius alios ablegavit ſimiliter cum rebus ad victum neceſſariis: qui quarto anno redeunt ac nunciant ſe nec matrem meam, nec fratres uſquam vidiſſe, neque ullius eorum qui cum iis diſceſſerant vel veſtigium reperiſſe.

LXXVIII. Hæc ergo audiens pater, & præ multo dolore obſtupefactus, neſcienſque quò eorum quærendorum cauſſâ tenderet, aſſumpto me, ac in portum deſcendens, frequentiùs ſciſcitabatur, ubi quiſpiam vidiſſet vel audiiſſet intra quatuor annos naufragium contigiſſe. Atque varii vario in loco accidiſſe referebant. Ille autem iterum rogabat, num vidiſſent corpus mulieris cum pueris in terram à mari ejectum. Cúmque multi ſe multa diverſis temporibus cadavera ſpectâſſe dicerent, pater audiens ingemiſcebat. Verùm naturali affectu devictus, præter rationem percontabatur, qui tantum maris profundum ſcrutari conaretur: tamen veniâ dignus erat, quòd caritate eorum quos quærebat, ſpebus lactabatur inanibus. Denique me ſub magiſtris & procuratoribus relinquens, jam duodecim annos natum; ipſe in portum flens deſcendit; navique conſcensâ, ad illorum inquiſitionem enavigavit: atque ex eo tempore uſque adhuc nec litteras ab eo accepi, nec inter vivos, an inter mortuos ſit prorſus novi: eo tamen plus mens mea propendet ut exiſtimem eum obiiſſe, vel triſtitiâ ſuperatum, vel naufragio involutum: quâ in re hoc utor argumento, quòd jam ab eo tempore vigeſimus annus ſit, ex quo nullum veritatis veſtigium de eo accepi.

LXXIX. Cùm hæc audiſſet Petrus, commiſerationis affectu lacrymas fudit: ſtatimque ad familiares, qui aderant, dixit: Si quis piæ religioni deditus vir, ea pertuliſſet, quæ hujus pater; continuò religioni & Diabolo adſcripſiſſet cauſſam. Ita etiam miſeris Gentilibus pati contingit; & ignoramus, qui pii erga Deum ſumus. Eos autem miſeros, meritò appellavi; quia & hîc in errore verſantur, & ſpe futurâ excidunt. Quando enim viri reli-

z Al. inſer. αὐτοῦ.
a Al. inſert. μήτε μὴν αὐτοῖς Ἀθήναις ἐπιδεδημηκέναι.
b Al. [illegible].
c Al. οὔτ' εἰ.

religioſi afficiuntur incommodis, ea illis ad delictorum perſolutionem cedunt.

LXXX. Hunc in modum locuto Petro; unus ex noſtris, audaciâ ſumptâ, pro omnibus rogavit eum, ut poſtridie diluculo in Aradum oppoſitam inſulam (quæ triginta, opinor, nec totis, ſtadiis diſtabat) navigaremus, ad videndas ibi duas columnas viteas, maximam molem continentes. Petrus ergo, qui erat morigerus, annuit, ita dicens; Cùm ex navi egreſſi fueritis, ne unà omnes procedatis ad ſpectationem eorum quæ cupitis; neque enim volo ut civium oculos in vos convertatis. Atque ſic navigantes, horâ unâ in inſulam delati ſumus. Et deſcendentes ex ſcapha, eò progreſſi ſumus ubi columnæ viteæ erant; ſimulque cum columnis, alius quidem aliud quodpiam ex Phidiæ operibus ſpectabat.

LXXXI. Unus autem Petrus neceſſe non putavit quæ ibi erant inviſere; ſed animadvertens mulierem quamdam extrà pro foribus ſedentem, & victûs gratiâ mendicantem; Mulier, inquit, quonam membrorum tuorum cares, quòd tantam contumeliam ſuſcepiſti, mendicandi, inquam, ac non potiùs à Deo tibi conceſſis manibus laborans, quotidianum cibum comparas? Illa verò profundum ac vehementem gemitum trahens, reſpondit: Utinam quidem mihi eſſent manus, quæ certè poſſent operari: nunc autem mihi ſolam manuum figuram ſervant, ipſæque emortuæ ſunt. Ac Petrus interrogavit; Quæ verò cauſſa fuit, ut tam grave malum ſuſtineres? At illa ad eum: Animi imbecillitas, nihilque aliud. Si enim forti animo fuiſſem prædita, erat præcipitium aut pelagus; quare me dejiciens, poteram malis dolorem afferentibus finem imponere.

LXXXII. Tum Petrus infit; Quid enim; putaſne, mulier, omnes ſui interfectores, ſupplicio liberatum iri? an non potiùs animas eorum qui ita moriuntur, majori ſupplicio in Inferis propter ſui homicidium afficiendas? At illa; Utinam, inquit, perſuaſum mihi eſſet, revera in Inferis animas vivas reperiri; utique nihili reputans pœnas, mori eligerem, quò vel exiguo tempore intuerer mihi exoptatiſſimos. Ad hæc Petrus: Et quidnam eſt quod te excruciat? Scire enim valde aveo. Ac me ſi certiorem feceris, tibi firma tradam documenta, quòd animæ in Inferis vivant; & pro præcipitio vel profundo, tibi dabo medicamen, per quod à vita ſine dolore decedas.

LXXXIII. Et mulier, quæ ſermonem non intelligeret, eumque dumtaxat prout optabat arriperet, ita diſſerere cœpit: Genus quidem & patriam ſi tibi exponerem, non arbitror me umquam poſſe perſuadere: ſed & quid ad te attinet id cognoſcere? niſi tantùm cauſſam, ob quam dolore affecta, morſibus manus meas mortuas reddidi. Attamen mea, quoad audire potes, referam. Ego nobiliſſimis orta parentibus; potentis cujuſdam imperio, nupſi viro qui erat illius propinquus; & duos geminos liberos ſuſtuli, tertiumque inſuper edidi. Porrò cùm mariti mei frater formam meam deperiret, & amore meo ſummopere captus eſſet; atque miſera ego caſtè vivere admodum cuperem; & neque vellem amatori conſentire, neque etiam viro meo amorem fratris erga me exponere; cúmque mecum reputâſſem, ut nec viri torum contumeliâ afficerem, nec fratrem fratri rederem inimicum, & magnæ familiæ probrum inferrem; ſtatui, ab urbe cum geminis meis pueris ad quoddam tem-

τὰ λυπηρὰ πάσχουσιν, ἵνα πως αὐτοῖς γένηται τῶν παραπτωμάτων.

Οὕτως εἰπόντος τοῦ Πέτρου, εἷς τις τῶν ἐν ἡμῖν τολμήσας ἀντὶ πάντων παρεκάλεσεν αὐτόν, αὔριον ὀρθριαίτερον εἰς τὴν d Ἄραδον τὴν ἀντικρὺ νῆσον ἐκπλεῦσαι, τριάκοντα οἶμαι οὐδὲ ὅλους σταδίους ἀπέχουσαν, ἐπὶ ἱστορίᾳ τῶν ἐκεῖσε ἀμπελίνων δύο στύλων μέγιστα πάχη φερόντων. ὁ γοῦν συγκαταθετικὸς Πέτρος ἐπένευσεν, οὕτως εἰπών· ἐπὰν τοῦ πλοίου ἐκβῆτε, μὴ ἅμα πάντες εἰσέρχησθε εἰς τὴν θεωρίαν ὧν ἐπιθυμεῖτε· οὐ γὰρ βούλομαι ὑμᾶς τὰς τῶν πολιτῶν ὄψεις πρὸς ἑαυτοὺς ἐπιστρέφειν. καὶ οὕτω πλεύσαντες, μιᾶς ὥρας κατήχθημεν εἰς τὴν νῆσον· ἐκβάντες δὲ τοῦ σκάφους εἰσῄειμεν ἔνθα οἱ ἀμπέλινοι στύλοι ἦσαν· ὁμοῦ καὶ μετὰ τῶν στύλων, ἄλλος μὲν ἄλλο τι τῶν Φειδίου ἔργων ἐθεώρει.

Πέτρος δὲ μόνος οὐκ ἀναγκαῖον ἡγήσατο ἐπὶ τὴν ἱστορίαν τῶν ἐκεῖ ἀφικέσθαι· γυναικὶ δέ τινι ἔξω πρὸ τῶν θυρῶν καθεζομένῃ, καὶ τροφῆς χάριν e μεταιτούσῃ, προσχὼν ἔφη· γύναι, τί σοι τῶν σωμάτων ἐλλιπὲς μελῶν, ὅτι τοιαύτην ὕβριν ἀνεδέξω, λέγω δὴ τὸ προσαιτεῖν, καὶ μὴ μᾶλλον τὰς ὑπὸ τοῦ Θεοῦ σοι δεδωρημένας χερσὶν ἐργαζομένη, τὰς ἐφημέρους πορίζῃ τροφάς; ἡ δὲ βύθιόν τι στενάξασα καὶ περιπαθές, ἀπεκρίνατο· εἴθε γὰρ ἦσάν μοι χεῖρες ἐνεργεῖν ὅλως δυνάμεναι· νῦν δέ μοι σχῆμα μόνον χειρῶν ἀποσώζουσι, νεκραὶ καὶ αὐταὶ τυγχάνουσαι. καὶ ὁ Πέτρος, τίς δὲ ἡ αἰτία, ἤρετο, τοῦτό σε τὸ χαλεπώτατον πεπονθέναι; ἡ δὲ πρὸς αὐτὸν ψυχῆς ἀσθένεια, καὶ πλέον οὐδέν· εἰ γὰρ ἀνδρεῖον εἶχον φρόνημα, ἦν κρημνὸς, ἢ βυθὸς, ἔνθα ἐμαυτὴν ῥίψασα, τῶν ὀδυνώντων με παύσασθαι ἠδυνάμην κακῶν.

Καὶ ὁ Πέτρος ἔφη· τί οὖν, οἴει γύναι ὅτι πάντες οἱ ἀναιροῦντες ἑαυτοὺς κολάσεως ἀπαλλάσσονται, ἢ f μὴ τῇ χείρονι κολάσει ἐν ᾅδου αἱ τῶν οὕτως θνησκόντων ψυχαὶ τῆς αὐτοκτονίας χάριν κολάζονται; ἡ δὲ, εἴθε ἐπεπείσμην, ἔφη, ὅτι ὄντως ἐν g ᾅδου ψυχαὶ διερχόμεναι ζῶσαι· καὶ ἠγάπων ἂν παρ' h οὐδὲν θεμένη τὴν τιμωρίαν, ἀποθανεῖν, ὅπως τοὺς ἐμοὶ ποθητοὺς θεάσωμαι κἂν βραχύ. καὶ ὁ Πέτρος πρὸς ταῦτα· καὶ τί ἄρα ἐστὶ τὸ λυποῦν σε; ποθῶ i γὰρ μαθεῖν. καὶ εἴ με διδάξεις, πίστιν σοι παρέξω βεβαίαν, ὅτι ἐν ᾅδου ζῶσιν αἱ ψυχαὶ, καὶ ἀντὶ κρημνοῦ ἢ βυθοῦ, ὀρέξω σοι φάρμακον, δι' οὗ τοῦ ζῆν ἀνωδύνως ἀπαλλαγήσῃ.

Καὶ ἡ γυνὴ τὸ ῥηθὲν οὐ συνεῖσα, ἡδέως δὲ μόνον ἁρπάσασα τὸ λεχθὲν, λέγειν ἤρξατο οὕτως· γένος μὲν καὶ πατρίδα σοι διηγησαμένη, οὐκ οἶμαί ποτε πεῖσαι ἐμαυτὴν δεδυνῆσθαι· πλὴν ἀλλὰ καὶ σοὶ τί διαφέρει τοῦτο μαθεῖν; ἢ μόνον τὴν αἰτίαν ἧς ἕνεκεν ὀδυνωμένη, δήγμασι τὰς ἐμὰς ἐνέκρωσα χεῖρας. ὅμως τὰ κατ' ἐμαυτὴν ὡς δυνατὸν ἀκοῦσαί σε διηγήσομαι. ἐγὼ πάνυ ἐξ εὐγενῶν οὖσα, δυνατοῦ τινὸς προσμιγῆ, ἀνδρὶ πρὸς γένους αὐτῷ τυγχάνοντι ἐγενόμην γυνή· καὶ διδύμους υἱοὺς ἔσχον, καὶ τρίτον ἐπὶ τούτοις υἱὸν ἔσχον. ὁ δὲ τοῦ ἐμοῦ ἀνδρὸς ἀδελφὸς ἐπιμανείς μοι τῇ ὄψει, καὶ τῷ ἐμῷ ἔρωτι κατ' ἄκρας ἁλοὺς, καί τοι σωφρονεῖν σφόδρα τῇ ταλαιπώρῳ φιλούσῃ, καὶ μήτε συνθέσθαι τῷ ἐραστῇ βουλομένῃ, μήτε δὲ τῷ ἐμῷ ἀνδρὶ πάλιν ἀναθέσθαι τὸν ἐπ' ἐμοὶ τοῦ ἀδελφοῦ ἔρωτα, πεῖσαι εἶναι λογισαμένης, ὡς ἂν μήτε τὴν τοῦ ἀνδρὸς κοίτην ὑβρίσω, μήτε τῷ ἀδελφῷ τὸν ἀδελφὸν ἐκπολεμώσω, καὶ τῷ ἐκείνου γένει μεγάλην ὄντι ὀνειδισμὸν ἐπαγάγω, τὴν πόλιν ἀπολιπεῖν λογισαμένη μετὰ τῶν ἐμῶν διδύμων παίδων ἐπὶ χρόνον

τινὰ

d Al. Ἀντάραδον.
e Al. ἐπαιτούσῃ.
f Deeſt in al.

g Al. ᾅδῃ.
h Al. οὐδενός.
i Al. δέ.

k Al.

τινὰ καταλιπεῖν, ἕως ἂν ὁ μιαρὸς ἔρως [k] παύσηται ὁ πρὸς ὕβριν με [l] κολακεύοντος· τὸν μέντοι ἕτερον υἱὸν παρὰ τῷ πατρὶ μεῖναι εἰς παραμυθίαν ἔγνων καταλιπεῖν.

Πλὴν ἵνα ταῦτα οὕτω γένηται, ἐπινόησα καὶ ὄνειρον πλάσασθαι, ὡς δή τινος νύκτωρ ἐπιστάντος μοι καὶ εἰπόντος· Ἐξ αὐτῆς ἅμα τοῖς διδύμοις σου τέκνοις, ὦ γύναι, ἐπὶ χρόνον τινὰ μέχρις ὅτε μηνύσω σοι πάλιν ἐπανελθεῖν, ἔξελθε τῆς Ῥωμαίων· ἐπεὶ ἅμα ἀνδρὶ καὶ πᾶσί σου τοῖς τέκνοις, ὀλέθρῳ αἰφνιδίῳ κακῶς τελευτήσεις. ἅμα δὲ τῷ τὸ ὄνειρόν με τι ψεύσασθαι πρὸς τὸν ἄνδρα, αὐτὸς περίφοβος γενόμενος, τούς τε δύο υἱούς, δούλους τε καὶ παιδίσκας, καὶ χρήματα συχνὰ ἐν πλοίῳ ἐνθέμενος, εἰς Ἀθήνας ἐξέπεμψεν, ἐντειλάμενος τοὺς υἱοὺς ἐκπαιδεῦσαί με, μέχρις ἄν, φησί, τῷ χρηματίσαντι δόξῃ ἐπανελθεῖν σε. καὶ δὴ σὺν ἅμα τέκνοις ἡ τάλαινα πλέουσα, ὑπὸ ἀνέμων ἀταξίας εἰς τούτους ἀπορριφεῖσα τοὺς τόπους, νυκτὸς τῆς νηὸς διαλυθείσης, ναυαγίῳ περιεπέσομεν. πάντων δὲ θανόντων, ἡ ἀτυχὴς ἐγὼ μόνη ὑπὸ σφοδροῦ κύματος ῥιπισθεῖσα, ἐπὶ πέτρας ἐρρίφην· ἐφ' ἧς καθεσθεῖσα ἐλπίδι τοῦ τὰ τέκνα μου ζῶντα εὑρεῖν, εἰς τὸν βυθὸν ἐμαυτὴν οὐκ ἔρριψα τότε, ὅτε καὶ τὴν ψυχὴν εἶχον τοῖς τῆς λύπης κύμασιν ἤδη μεμεθυσμένην, καὶ πρᾶξαι τοῦτο ῥᾳδίως ἐδυνάμην.

Πλὴν ἐπειδὴ ὄρθρος ὑπέφαινε, μεγάλα βοῶσα, καὶ γοερὰ κωκύουσα περιεβλεπόμην, ζητοῦσα τῶν ἐμῶν ταλαιπώρων βρεφῶν τὰ νεκρὰ σώματα. ἐλεήσαντες οὖν με οἱ ἐπιχώριοι, καὶ γυμνὴν ἰδόντες, ἐνέδυσαν. εἶτα καὶ τὸν βυθὸν ἀνηρεύνων, τὰ ἐμὰ τέκνα ζητοῦντες. ἐπεὶ δὲ μὴ εὕρισκον, παραμυθίας χάριν τινὲς τῶν φιλοξένων γυναικῶν προσελθοῦσαι, διηγοῦντο ἑκάστη τὰ ἑαυτῆς κακά, ἵνα τῇ τῶν ὁμοίων συμφορᾷ, παραμυθίας μέρος ἐν τοῖς ἐμοῖς εὕροιμι· ὃ δή με καὶ μᾶλλον ἐλύπει, καὶ τὴν ψυχὴν ἐπὶ πλεῖον κατέτηκε, γυναικῶν καὶ ἄλλων ἀκούουσαν συμφοράς. καὶ δὴ καὶ εἰς ξενίαν πολλῶν με ἄγειν ἀξιουσῶν, μία τις τῶν ἐνταῦθα πτωχῶν, πολλὰ βιασαμένη, εἰς τὸ ἑαυτῆς ἐλθεῖν ἀνέπεισε καταγώγιον· Θάρσει, λέγουσα· καὶ γὰρ ὁ ἐμὸς ἀνήρ· ναύτης δὲ ὢν ἦν, ἐν θαλάσσῃ τέθνηκε πάνυ νεώτερος ὤν· καὶ ἐξ ἐκείνου πολλῶν με ἀξιούντων εἰς γάμον ἐλθεῖν, ἐγὼ χηρείαν εἱλόμην, τὸν ἐμὸν ἄνδρα ποθοῦσα· ἔσται δὲ κοινὰ ἡμῶν, ἃ διὰ χειρῶν ἀμφότεραι πορίζειν δυνάμεθα. καὶ ταῦτα μὲν ἐκείνη.

Ἐγὼ δέ, ἵνα μή σοι μηκύνω τοὺς ὑπὲρ τούτων λόγους, συνῴκησα ταύτῃ διὰ τὴν φιλανδρίαν. οὐ πολὺ τὸ ἐν μέσῳ, καὶ αἱ ταλαίπωροι μὲν αἱ χεῖρες ἐμοῦ ὑπὸ τῶν δηγμάτων παρείθησαν, καὶ ἡ ὑποδεξαμένη με αὐτὴ γυνὴ ὑπὸ πάθους τινὸς ὅλη συνδεθεῖσα, χαμαὶ δὲ ἀκίνητος ἐπὶ τῆς οἰκίας ἔρριπται. ἐπεὶ δὲ ὁ τῶν πάλαι γυναικῶν ἔλεος ἤδη παρήκμασεν, ἐγὼ δὲ καὶ ἡ κατ' οἶκον, ἀμφότεραι συμφοραῖς ἐπ' ἴσης κεχρήμεθα. καθέζομαι νῦν, ὡς ὁρᾷς, ἐνταῦθα προσαιτοῦσα, καὶ ὧν ἂν εὐπορήσω, κοινὰ ποιοῦμαι καὶ τῇ συνταλαιπώρῳ· καὶ τὰ μὲν ἐμὰ τοῦτον ἔχει τὸν τρόπον. λοιπὸν σὺ μὴ κωλύσῃς τὴν ὑπόσχεσιν πληρῶσαι τὸ δωρῆσαι τὸ φάρμακον, ὅπως καὶ τῇ συνοίκῳ θανεῖν ἐπιθυμούσῃ, τοῦ δοθέντος κοινωνήσω, αὐτή τι μεταλαβοῦσα, τῆς ζωῆς ταύτης θᾶττον ἀπαλλαγῶ.

Ταῦτα τῆς γυναικὸς εἰπούσης, ὁ Πέτρος ὑπὸ λογισμῶν ἵστασθαι μετέωρος ἐδόκει. ἐγὼ δὲ ἐπιστάς, καὶ τὸν διδάσκαλον τῇ γυναικὶ κοινολογούμενον οὕτω καταλαβών, ἐκ πολλοῦ σε περιερχόμενος, ἔφην, ἐζήτουν· καὶ τί νῦν, τί ποιητέον;

pus abeſſe, donec impurus amor illius qui mihi ad dedecus aſſentabatur finem acciperet: at alterum filium, ut apud patrem in ſolatium maneret, relinquendum cenſui.

LXXXIV. Verùm quò hæc ita fierent, in animum induxi, ſomnium fingere, quaſi aliquis mihi noctu adſtitiſſet, ac dixiſſet; Confeſtim unà cum geminis tuis pueris, ó mulier, Româ diſcede ad aliquod tempus, donec tibi rurſus indicavero ut redeas; alioqui cum viro cunctiſque tuis liberis derepente peribis malè. Simul autem ac ſomnium ementitum viro narravi, timore magno commotus, me & duos filios, ſervoſque & ancillas, atque multam pecuniam in navem imponens, Athenas miſit, juſſitque ut natorum eruditioni vacarem; quoad, inquit, viſionis auctori placuerit redire te. Itaque ego miſera, unà cum liberis navigo; & ventorum vi projicior in hæc loca; navique noctu diſſolutâ, in naufragium incidimus. Mortuis autem omnibus, una ego infelix, magnis jactata fluctibus, in ſaxum ejecta ſum: in quo ſedens; quia me natos vivos reperturam ſperabam, in pelagus me non dejeci tum, cùm & animum habebam doloris fluctibus jam ebrium, & hoc facere facilè poteram.

LXXXV. Verùm ubi illuxit, plurimùm clamans & miſerabiliter ejulans, circumſpiciebam, quærens infelicium liberorum meorum cadavera. Igitur miſericordiâ ducti regionis illius homines, & nudam intuiti, induerunt. Ac deinde maris profundum ſcrutati ſunt, quærentes natos meos. Et quia non inveniebant, nonnullæ hoſpitales mulieres conſolandi mei gratiâ acceſſerunt, & ſua ſingulæ mala enarrabant, ut ſimilium calamitate partem conſolationis in meis adverſitatibus nanciſcerer: quod certè me magis torquebat, animumque plùs lacerabat, dum aliarum mulierum calamitates audirem. Cæterùm cùm multæ me hoſpitio recipere cuperent; quædam ejus loci paupercula, multâ vi adhibitâ perſuaſit ut ad ſuum domicilium pergerem: Confide, dicens; etenim vir meus; erat autem nauta; in mari admodum juvenis obiit; atque ab eo tempore; licèt multi rogarint me, ut nuptias contraherem; ego viri mei deſiderio, agere in viduitate malui: erunt autem inter nos communia, quæcumque manibus ambæ poterimus comparare. Atque ipſa hactenus.

LXXXVI. Ego verò; ne tibi ſermonem de his in longum protraham; cum ea habitavi, propter amorem quo maritum proſequebatur. Nec multum tempus intermedium fuit, quando & meæ manus, infelicis mulieris, morſibus debilitatæ ſunt, & ea mulier quæ me ſuſceperat, morbo quodam tota occupata, ferè immobilis, domi jacuit. Quoniam ergo miſericordia mulierum, quæ olim commiſereſcebant, jam vigorem amiſit, ac ego, & illa clauſa domi, ambæ miſeriis ex æquo utimur; nunc, ut vides, hîc ſedeo ſtipem petens, & quæ mihi ſuppeditantur, communia facio cum illa pariter miſera. Ac meæ quidem res hoc modo ſe habent. Supereſt, ut te non inhibeas in complendo eo quod promiſiſti, daturum te pharmacum; quò & cum contubernali, mortem optante, quod dederis communicem, & ego ſumens, hac vitâ citiùs liberer.

LXXXVII. Hæc dicente muliere, Petrus cogitationibus ſtare ſuſpenſus videbatur. Ego verò superveniens, & magiſtrum cum muliere colloquentem ita nactus; Jam dudum, inquam, obertans quærebam te: & nunc quid faciendum eſt?

Pe-

k Al. παύσηται.
l Al. κολακεύοντος.

m Al. ἀναψεύσασθαι.
n Al. inſer. ὤν.

o Al.

Petrus autem imperavit, ut præcederem, ac in navi exſpectarem. Et quia non licebat contradicere ei qui ita præceperat, quod fuerat juſſum feci. At Petrus; ut ipſe mihi cuncta poſtea expoſuit; ſuſpicione exiguâ in pectore pulſatus, interrogabat mulierem, dicens; Refer mihi, femina, genus, & civitatem, atque etiam liberorum nomina, ſtatimque medicamentum tibi tradam. Illa verò, quæ cogeretur, ac nollet quidem dicere, & tamen pharmacum accipere cuperet, id commenta eſt, ut pro aliis diceret alia; ſimulque ſe Epheſiam eſſe pronunciavit, virum Siculum; ſimiliter quoque trium puerorum nomina commutavit. Tum Petrus, arbitratus eam verum dicere; Heu mulier, inquit; exiſtimabam me magnam lætitiam hodierno die allaturum; ſuſpicatus te quamdam eſſe, cujus res audivi, & probè novi. At illa adjuravit eum, dicens; Oro te, refer mihi; quò ſciam, utrùm inter mulieres ſit alia quæpiam me infelicior.

LXXXVIII. Et Petrus, mentiri neſciens, & alioqui miſericordiâ erga illam adductus, quod verum erat cœpit dicere. Eſt mihi quidam juvenis, ô mulier, ſermonum ad cultum Dei ſpectantium cupidus, & civis Romanus, qui mihi narravit, quo modo cùm haberet patrem, ac duos fratres geminos, neminem eorum videret: Nam mater, quemadmodum, inquit, mihi commemorabat pater; viſo inſomnio, ex urbe Româ ad quoddam tempus unà cum geminis ſuis natis exivit, ne miſerâ morte decederet; atque cum illis egreſſa, nunc non invenitur: ejus autem vir, pater verò meus, is quoque ad quærendam eam digreſſus, nec ipſe inveniri poteſt.

LXXXIX. Ita cùm Petrus dixiſſet; mulier, quæ ad ea animum applicuerat, ſtupore exanimata eſt. Petrus autem, ut expergiſceretur, ipſam hortatus, quidnam eſſet quod pateretur interrogavit. At illa, quaſi ex ebrietate ſe recolligens, cùm os fricuiſſet; Et ubi eſt, inquit, ubi memoratus juvenis? Intelligens autem rem Petrus; Tu mihi dic priùs, inquit: aliter enim eum videre non poteris. Illa verò, feſtinans ait; Ego ſum adoleſcentis mater, & nomen illi eſt Clemens. Quo Petrus audito; Is ipſe eſt, inquit, is ipſe eſt; atque is erat, qui paullò antè acceſſit, & mecum locutus eſt, quemque in navi exſpectare juſſi. Tum illa ad Petri genua procidens, rogabat ut ad navem properaret. Et Petrus; Si mihi, inquit, ſervas pacta, hoc quoque agam. Illa autem reſpondit; Omnia faciam; tantùm mihi filium unigenitum oſtende: per eum quippe videre mihi videbor & duos meos qui hîc mortui ſunt natos. Ac Petrus: Sed cùm videbis eum, quieta mane, donec ex inſula egreſſi fuerimus.

XC. Tenens ergo illius manum Petrus, eam ad navigium duxit. Quem ego videns manu deducere mulierem, riſi: & accedens, in honorem illius, pro ipſo manu ducere eam volui. Et ſimul atque tetigi manum ipſius, magno tamquam mater clamore edito, meque complexa, vehementer me filium ſuum deoſculata eſt. Ego autem, ignorans quidnam rei eſſet, tamquam inſanientem repellebam; ſimulque reveritus Petrum, plenus eram amaritudine.

XCI. Tum Petrus; Sine, inquit, ô Clemens. Quid enim agis, ita repellens eam quæ te peperit? Id cùm ego audiſſem; multùm lacrymans, & matri quæ ſe dejecerat accidens, oſculabar. Nam ſta-

ὁ δὲ Πέτρος προσέταξέ μοι προαγαγόντα μένειν ἐπὶ τοῦ πλοίου. καὶ ἐπειδὴ ἀντειπεῖν οὐκ ἦν οὕτω κελεύσαντι, τὸ προσταχθὲν ἐποίουν. ὁ δὲ Πέτρος μικρᾷ τινι ὑποψίᾳ, ὡς αὐτός μοι πάντα ὕστερον διηγήσατο, πληττόμενος τὴν καρδίαν, ἐπυνθάνετο τῆς γυναικὸς λέγων· εἰπέ μοι γύναι τὸ γένος καὶ τὴν πόλιν, καὶ τῶν τέκνων δὲ τὰ ὀνόματα, καὶ παραχρῆμα δίδωμί σοι τὸ φάρμακον. ἡ δὲ βιαζομένη μὲν, καὶ εἰπεῖν οὐκ ἐθέλουσα, τὸ φάρμακον δὲ ὅμως ἱεμένη λαβεῖν, ἐσοφίσατο ἀντὶ ἄλλων εἰπεῖν ἕτερα, καὶ ὅμως αὐτὴν μὲν Ἐφεσίαν εἶναι ἔφησε, τὸν ἄνδρα δὲ Σικελὸν, ὡσαύτως δὲ καὶ τῶν τριῶν παίδων ἤμειψε τὰ ὀνόματα. καὶ ὁ Πέτρος οἰηθεὶς αὐτὴν ἀληθεύειν, οἴμοι γύναι, φησίν. ἐνόμιζον μεγάλην τινὰ χαρὰν τῇ σήμερον ἄγειν ἡμέρᾳ, ὑπολαβών σε τινὰ εἶναι, ἧς τὰ πράγματα ἀκούσας ἀκριβῶς ἐπίσταμαι. ἡ δὲ ἐξορκοῦσα λέγουσα· δέομαί σου, εἰπέ μοι, ἵνα εἰδῶ εἰ ἔστι τις ἐν γυναιξὶν ἄλλη ἀθλιωτέρα ἐμοῦ.

Καὶ ὁ Πέτρος ψεύδεσθαι οὐκ εἰδὼς, καὶ ἄλλως ὑπὸ ἐλέους τοῦ πρὸς αὐτὴν ἑλκόμενος, τὰ ἀληθῆ λέγειν ἤρξατο. ἐμοί τις ἐστὶ νεανίας, ὦ γύναι, [o] τῶν τῆς θεοσεβείας ὀρεγόμενος [p] λόγων, Ῥωμαίων ὑπάρχων πολίτης, ὅς μοι διηγεῖται. [q] πῶς πατέρα τε ἔχων καὶ ἀδελφοὺς δύο διδύμους, οὐδένα τούτων ὁρᾷ· ἥ τε γὰρ μήτηρ, ὡς ὁ πατὴρ, φησὶ, διηγεῖτό μοι, ὄνειρον ἰδοῦσα, τῆς Ῥωμαίων πόλεως ἐπὶ χρόνον τινὰ ἐξῆλθε μετὰ τῶν διδύμων αὐτῆς τέκνων, ἵνα μὴ κακῷ τελευτήσῃ θανάτῳ, καὶ σὺν αὐτοῖς ἐκβᾶσα νῦν οὐχ εὑρίσκεται· ὁ δὲ ταύτης μὲν ἀνὴρ, αὐτοῦ δὲ πατὴρ, καὶ αὐτὸς εἰς ἐπιζήτησιν αὐτῆς ἐκβὰς, οὐδὲ [r] αὐτὸς εὑρίσκεται.

Ταῦτα τοῦ Πέτρου εἰπόντος, ἐπιστήσασα τὸν νοῦν [s] αὐτῆς, ὑπὸ ἐκπλήξεως ἀπέψυξεν ἡ γυνή. ὁ δὲ Πέτρος νήφειν αὐτὴν παρακελευόμενος, τί ποτέ ἐστιν ὃ πάσχεις, διεπυνθάνετο. ἡ δὲ, ὥσπερ ἐκ μέθης ἀνανήψασα, καὶ τὸ πρόσωπον τρίψασα, καὶ ποῦ ἐστιν, ἔφη, [t] ποῦ ὁ θρυλλούμενος νεανίας; συνεὶς δὲ ὁ Πέτρος τὸ δρᾶμα, εἰπέ μοι σὺ πρῶτον, ἔφη· ἄλλως γὰρ ἰδεῖν τοῦτον οὐ δυνήσῃ. ἡ δὲ σπεύδουσα, ἐγὼ, φησὶν, ἡ τοῦ νεανίσκου μήτηρ εἰμὶ, καὶ Κλήμης αὐτῷ ὄνομα. καὶ ὁ Πέτρος ἀκούσας, αὐτός [u] ἐστιν, εἶπεν, αὐτός ἐστι· καὶ οὗτός ἐστιν ὁ πρὸ μικροῦ προσελθὼν καὶ λαλήσας μοι, ὃν καὶ ἀναμένειν ἐν τῷ πλοίῳ προσέταξα. ἡ δὲ προσπεσοῦσα τῷ Πέτρῳ, ἠξίου σπεύδειν ἐπὶ τὸ πλοῖον. καὶ ὁ Πέτρος, εἴ μοι τηρεῖς, ἔφη, τὰς συνθήκας, καὶ τοῦτο ποιήσω. ἡ δὲ, πάντα ποιῶ, φησὶ, μόνον μοι τὸ τέκνον τὸ μονογενὲς γνώρισον. δόξω γὰρ δι' αὐτοῦ καὶ τὰ δύο μου τὰ ἐνταῦθα τεθνηκότα τέκνα ὁρᾶν. καὶ ὁ Πέτρος· ἀλλ' ὅταν αὐτὸν ἴδῃς, ἡσύχασον, μέχρις ἂν τῆς νήσου ἐκβῶμεν.

Λαβόμενος οὖν τῆς χειρὸς αὐτῆς ὁ Πέτρος, ἦγεν ἐπὶ τὸ πλοῖον. ἐγὼ δὲ ἰδὼν χειραγωγοῦντα γυναῖκα, ἐγέλασα· καὶ προσελθὼν, ὡς τιμῶν αὐτὸν, ἀντ' αὐτοῦ χειραγωγεῖν αὐτὴν ἐπειρώμην. καὶ ἅμα τῷ ἅψασθαί με τῆς χειρὸς αὐτῆς, ὀλολύξασα ὡς μήτηρ μέγα, καὶ περιπλακεῖσα, σφόδρα κατεφίλει με τὸν αὐτῆς υἱόν. ἐγὼ δὲ τὸ πρᾶγμα ὅπερ ἦν ἀγνοῶν, ὡς μαινομένην ἀπεσειόμην· αἰδούμενος δὲ καὶ τὸν Πέτρον, πικρίας ἐπληρούμην.

Ὁ δὲ Πέτρος, ἔα, φησὶν, ὦ Κλήμη· τί γὰρ καὶ ποιεῖς, ὅτι τὴν σε τεκοῦσαν ἀποσειόμενος; ἐγὼ δὲ τοῦτο ἀκούσας, πολύδακρυς γενόμενος, καὶ καταπεσούσῃ τῇ τεκούσῃ προσπεσὼν, κατεφίλουν. καὶ γὰρ ἅμα

o Al. τόν.
p Al. λόγων.
q Al. ὡς.
r Al. ὅπως.

s Al. ἑαυτῆς & αὐτῆς.
t Al. ποῦ ἐστιν.
u Deeſt in al.

x Al.

ἅμα τῷ ῥηθῆναί μοι τοῦτο, ἀμυδρῶς πως τὸ εἶδος ἀνεκαλούμην· πολλοὶ μὲν οὖν ὄχλοι συνέτρεχον ἱστορῆσαι τὸ θαῦμα, καὶ πᾶσιν αὐτοῖς διὰ στόματος ἦν, ὅπως ἀνὴρ οὕτως ἀξιόλογος, τὴν προσαιτοῦσαν γυναῖκα, μητέρα ἑαυτοῦ ἀνεγνώρισεν. Βουλομένοις οὖν ἡμῖν σὺν τῇ μητρὶ τῆς νήσου ἐκβαίνειν, ἡ μήτηρ, ὦ τέκνον μου ποθεινόν, εἶπεν, εὔλογόν ἐστι συντάξασθαι καὶ τῇ ὑποδεξαμένῃ y γυναικί. ἥτις πενιχρὰ οὖσα, καὶ ὅλη παρειμένη, ἐπὶ τῆς οἰκίας ἔρριπται· καὶ ὁ Πέτρος ἀκούσας ἐθαύμασε, z καὶ πάντες οἱ a περιεστῶτες ὄχλοι τὸ τῆς γυναικὸς b φρόνημα. καὶ εὐθέως ἐκέλευσέ τισι προελθεῖν, καὶ τὴν γυναῖκα ἐπὶ κλίνης κομίσαι. ἧς c ἐνεχθείσης, τεθῆναι μὲν ἐπέτρεψε τὴν κλίνην· αὐτὸς δὲ ὑπὸ τῶν πάντων ἀκοαῖς, εἰ ἀληθείας κήρυξ ἐγώ, ἔφη, ἐγερθήτω ἐξ αὐτῆς ὑγιής, εἰς τὴν τῶν παρεστώτων πίστιν, ἵνα γνῶσιν ὅτι εἷς ἐστὶ θεὸς ὁ τὸν κόσμον ποιήσας. ὁ μὲν οὖν ταῦτα εἶπε· καὶ ἡ γυνὴ εὐθὺς d ὑγιὴς ἀναστᾶσα τῆς κλίνης, τῷ Πέτρῳ προσέπεσεν· εἶτα καὶ τὴν συνήθη καὶ φίλην καταφιλήσασα, ἐπυνθάνετο τί εἴη τοῦτο. ἡ δὲ ὅλον αὐτῇ τὸ πρᾶγμα τοῦ ἀναγνωρισμοῦ διηγήσατο, καὶ οἱ ἀκούσαντες κατεπλάγησαν. τότε ἡ μήτηρ τὴν ξενοδόχον ἰαθεῖσαν παραδόξως ἰδοῦσα, παρεκάλει καὶ αὐτὴ θεραπείας τυχεῖν. ὁ Πέτρος δὲ τὴν χεῖρα ἐπιθείς, καὶ αὐτὴν ἐθεράπευσεν.

Εἶθ' οὕτως περὶ εὐσεβείας διαλεχθείς, ἐπὶ τῷ πέρατι δὲ καὶ προσθείς, εἴ τίς βούλεται ταῦτα μαθεῖν ἀκριβῶς, εἰς Ἀντιόχειαν ἀφικόμενος, ὅπου πλείους ἡμέρας ἔκρινα e προσμένειν, ἐκεῖ ταῦτα καὶ μανθανέτω. εἰ γὰρ ἐμπορίας ἕνεκεν ἢ στρατείας, f οἰκίας καταλιμπάνειν εἰώθατε, καὶ εἰς μακρὰς ἀπιέναι g τινες, αἰωνίας δὲ χάριν ζωῆς, οὐδὲ τριῶν ἡμερῶν ὁδὸν οἴχεσθαι h προθυμήσεσθε; οὕτως εἰπών, τὸν λόγον κατέπαυσε. μετὰ δὲ ταῦτα ἐγὼ τῇ ὑγιασθείσῃ γυναικὶ ἐπὶ παντὸς τοῦ ὄχλου χιλίας δραχμὰς εἰς τροφὰς δωρησάμενος, ὅτι καὶ παραθέμενος αὐτὴν ἀγαθῷ τινὶ ἀνδρὶ πρώτῳ τῆς πόλεως ὄντι, φύσει μετὰ χαρᾶς i τοῦτο πράττειν προῃρημένῳ· ἔτι δὲ καὶ ἄλλαις πολλαῖς ἀργύρια διανείμας ταῖς ποτὲ τὴν μητέρα παραμυθησαμέναις· εὐχαριστήσας τῷ κυρίῳ, διέπλευσα εἰς Ἀντάραδον ἅμα τῇ μητρὶ καὶ Πέτρῳ καὶ τοῖς λοιποῖς ἑταίροις· καὶ οὕτως εἰς ξενίαν ἀπῄειμεν.

Γενομένων δὲ ἡμῶν ἐπὶ τὸ αὐτό, καὶ τροφῆς μεταλαβόντων, πινομένης ἔτι τῆς ὥρας, ἔφην ἐγὼ τῷ Πέτρῳ· φιλανθρωπίας ἔργον κύριέ μου Πέτρε, ἡ ἐμὴ πεποίηκε μήτηρ, τῆς ξενοδόχου ὑπομνησθεῖσα γυναικός. καὶ ὁ Πέτρος ἀπεκρίνατο· ἆρά γε, ὦ Κλήμη, ἀληθῶς νενόμικας φιλανθρωπίας ἔργον πεποιηκέναι τήν σε τεκοῦσαν, k καθ' ὃ τὴν ἀπὸ ναυαγίου αὐτὴν ὑποδεξαμένην ἠμείψατο· ἢ ὡς μητρὶ χαριζόμενος τοῦτο εἴρηκας; εἰ δὲ μὴ χαριζόμενος, ἀλλ' ὡς ἀληθεύων ἔφης, ἐοικάς μοι ἀγνοεῖν τί ποτέ ἐστι φιλανθρωπίας μέγεθος, ἥτις ἐστὶν ἄνευ τοῦ φυσικοῦ πείθοντος ἡ πρὸς οἷον δή ποτε στοργή, καθ' ὃ ἄνθρωπός ἐστιν. ἀλλ' οὐδὲ ἡ ξενοδόχος ἡ ἀπὸ ναυαγίου τὴν l τεκοῦσάν σε ὑποδεξαμένη, φιλάνθρωπος ἂν m 16 παρ' γε ἐμοὶ λέγοιτο. ὑπὸ γὰρ ἐλέους κελευσθεῖσα n ἐπείσθη χρείᾳ γυναικὸς εὐεργέτις, ναυαγίῳ περιπεσούσης, τέκνα πενθούσης, ξένης, γυμνῆς, μεμονωμένης, καὶ σφόδρα ἐπὶ τῇ συμφορᾷ ὀλοφυρομένης. ἐν τοσαύταις οὖν αὐτὴν συμφοραῖς οὖσαν τίς οὐκ ἂν ἰδὼν o ἠλέησε καὶ τῶν ἀσεβῶν; ὅθεν οὔπω

tim ac id mihi dictum fuit, ſubobſcurè formam genitricis recolebam. Magna ergo hominum multitudo concurrit ad videndum miraculum; iisque omnibus in ore erat, quo modo adeò memorabilis vir mulierem mendicam ſuam matrem recognoviſſet. Porrò cupientibus nobis ex inſula cum matre exire; dixit mater; Fili mi optatiſſime, æquum eſt, ut vale dicam mulieri quæ me ſuſcepit, quæque pauper & tota Paralytica, domi jacet. Quod audiens Petrus; cum ingenti quæ aderat multitudine, admiratus eſt mulieris prudentiam; ſtatimque nonnullis præcepit, ut irent, & mulierem in lectulo portarent. Quâ illatâ, juſſit quidem poni lectum: ipſe verò cunctis audientibus; Si, inquit, veritatis ſum præco, ſurgat continuò ſana; ad fidem eorum qui adſtant, ut cognoſcant unum eſſe Deum opificem mundi. Atque hæc quidem ille dixit: confeſtimque mulier ex lecto ſurrexit ſana, & procidit ad pedes Petri: ac poſtea familiarem & amicam deoſculata, ſciſcitabatur quidnam hoc eſſet. Illa verò totum ei negotium recognitionis expoſuit; & cuncti qui audierunt obſtupefacti ſunt. Tunc mater, hoſpitem mirabiliter ſanatam cernens; rogavit, ipſa quoque medelam acciperet. Petrus autem, manu impoſitâ, ipſam etiam curavit.

XCII. Ex poſtea de pietate diſſeruit, atque in fine addidit; Si quis hæc vult diligenter cognoſcere, Antiochiam veniat, ubi complures dies manere ſtatui, & ibi diſcat ea. Si enim negotiationis cauſâ, vel militiæ, relinquere domos ſoletis, & ad longos labores proficiſci; an non æternæ vitæ gratiâ, vel trium dierum iter aggredi in animum induceris? Ita locutus, ſermoni finem impoſuit. Deinde autem ego, poſtquam mulieri quæ curata fuerat, coram omni populo mille drachmas ad victum dedi; inſuperque bono cuidam viro, civitatis primario, qui ſponte id cum gaudio facere propoſuit, commendavi eam: & præterea aliis etiam multis, quæ matri quondam ſolatium præbuerant, pecuniam diſtribui: gratiis Deo actis; Antaradum, cum matre, Petro, cæteriſque ſodalibus enavigavi: atque ita ad hoſpitium proceſſimus.

XCIII. Cùm autem unà eſſemus, & ſumpſiſſemus cibum, reſtaretque adhuc aliquid temporis, ego dixi Petro; Humanitatis opus, domine mi Petre, exercuit mater mea, quæ hoſpitæ mulieris recordata fuerit. Reſpondit Petrus; Ita ne, ô Clemens, verè exiſtimas, humanitatis opus factum à genitrice tua, quando ei quæ ipſam ex naufragio receperat gratias retulit; an ut matri gratificareris, hoc dixiſti? Si enim non ut rem gratam faceres, ſed ut veritatem loquereris effatus es; videris mihi ignorare quænam ſit magnitudo humanitatis, quæ eſt amor in quemlibet, quatenus hominem, & abſque ullo naturali affectu. Sed nec hoſpes quæ matrem tuam ex naufragio ſuſcepit, humana à me dicetur. Miſericordiâ enim compreſſa, impulſa eſt ad benè faciendum mulieri naufragium paſſæ, natos lugenti, peregrinæ, nudæ, deſtitutæ, multúmque calamitates ſuas lamentanti. In tantis ergo adverſitatibus verſantem, quis videns, non, etiam ex impiis, miſeratus fuiſſet? Quare nequaquam hu-

Clement. Hom. 12. c. 25. &c. Quid ſit humanitas.

y Al. inſer. μοι.
z Al. αὐτὰ καί.
a Al. παρεστῶτες.
b Al. ἀγαθὸν φρόνημα.
c Al. εἰσαχθείσης.
d Deeſt in al.
e Al. προσμένειν.
f Al. πατρίδας.
g Al. τόπους.

h Al. προθυμηθήσεσθε & προθυμηθήσεσθαι.
i Al. τοῦτο.
k Al. πρὸς. Al. καθ' ὅτι δεῖ. Al. καθότι τὴν δεῖ.
l Al. inſer. σε.
m Deeſt in al.
16. Παρ' ἐμοί.] Unus Liber παρ' ἐμοῦ. qui etiam κελευσθεῖσαν exhibet, ubi κελευσθεῖσα. COT.
n Al. πίστεως.
o Al. ἄλλως.

p Al.

humanitatis opus, nec mulier hoſpita erga eam peregiſſe videtur; ſed ad beneficium mota fuiſſe miſericordiâ ex plurimis adverſis ortâ. Etenim parens tua, facultatibus abundans, & hoſpitam remunerata; non humanitatis, verùm amoris opus effecit. Multa autem intercedit differentia amorem inter & humanitatem: quia amor quidem ex remuneratione eſt; humanitas verò, abſque ulla naturali propenſione hominem omnem, quatenus homo eſt, diligit, ac beneficiis afficit. Itaque ſi ea hoſpes quæ miſerta eſt, etiam hoſtes malè de ea meritos miſerata, beneficio afficeret, humana eſſet, ſin verò propter quid amica eſt, vel inimica; hæc amica, alicujus rei quæ cauſſa ſit amica eſt vel inimica, non autem hominis.

XCIV. Et ego reſpondi; Non ergo tibi videtur eſſe humana, ſaltem hoſpes, quæ in peregrinam quam non noverat beneficium contulit? Tum Petrus: Eam quidem miſericordem appellare novi, humanam autem non audeo dicere; quandoquidem nec matrem, amantem liberorum: quippe quæ à partûs doloribus & ab educatione ad diligendum compulſa ſit. Quemadmodum enim qui cupidine inflammatur, à conſuetudine mulcetur; & quia amore proſequitur, à remuneratione: ita & qui miſeretur, à calamitate. Attamen miſericors humano vicinus eſt: quoniam abſque ullo quæſtu ac munere, ad præſtandum beneficium fertur: ſed nondum humanus eſt. Et ego dixi; Ob quas igitur actiones humanus quis eſſe poteſt? Reſpondit Petrus; Quia video te cupidum audiendi, quodnam ſit humanitatis officium, non pigebit dicere. Humanus ille eſt, qui etiam erga inimicos placidè ac munificè ſe gerit. Quòd autem ita habeat, manifeſtè audi. Mihi cogita, humanitatem ex duabus partibus conſtare: quarum una quidem, miſericordia ſit; altera verò, dilectio in proximum: proximus autem homini eſt, quilibet homo, & non quia unus homo: homo enim eſt, etiam malus, & bonus, hoſtis pariter ac amicus. Oportet ergo eum qui humanitatem colit, imitatorem Dei eſſe, & de juſtis atque injuſtis bene mereri; ſicut
Matt. 5. 45. ipſe Deus in hoc mundo ſolem imbreſque ſuos cunctis præbet. Quòd ſi vis, bonis quidem benefacere, malos verò punire, judicis munus implere niteris.

XCV. Et ego dixi; Igitur & Deus, qui tum judicaturus eſt, ut nos doces, non eſt humanus? Ac Petrus: Pugnantia loqueris. Nam quia judicat, humanus eſt: diligens enim ac miſeratus injuria affectos, injuriam inferentes plectit. Et ego, Itaque, inquam, ſi ipſe bonis benefacio, & injurioſos quia injurii erga homines fuerunt caſtigo, humanus ſum. Et Petrus reſpondit; Si unà cum prænotione concederetur tibi & judicandi poteſtas, rectè id faceres: per acceptam quidem poteſtatem, condemnans eos quos Deus creavit; per prænotionem verò inculpatè in judicando, tum alios tamquam juſtos abſolvens, tum alios tamquam injuſtos damnans. Et ego dixi; Rectè locutus es ac verè: fieri enim nequit, ut qui prænotione caret, judicet rectè. Interdum quippe nonnulli videntur boni, qui illicita clam perpetrant: nonnulli verò boni, hoſtium calumniâ mali eſſe creduntur. Sed & ſi quis poteſtate torquendi & quæſtionem habendi præditus judicet, neque ſic poterit omnino juſtè judicare: quidam enim, cùm homicidæ eſſent, poſtea quæſtionis tormenta ſuſtinentes, dimiſſi ſunt velut innoxii; & alii rurſus, qui innocentes erant, cùm tormenta ferre non potuiſſent,

φιλανθρωπίας ἔργον, οὐδὲ ἡ ξενοδόχος γυνὴ πεποιηκέναι πρὸς αὐτὴν φαίνεται, ἀλλ' ὑπὸ τῆς ἐκ πολλῶν συμφορῶν ἐλέου πρὸς εὐεργεσίαν κεκινημένη. καὶ γὰρ ἡ σὴ τεκοῦσα βίου εὐποροῦσα καὶ τὴν ξενοδόχον ἀμειψαμένη, οὐ φιλανθρωπίας, ἀλλὰ φιλίας ἐποίησεν ἔργον. πολλὴ δὲ διαφορὰ μεταξὺ φιλίας τε καὶ φιλανθρωπίας· ὅτι ἡ μὲν φιλία ἐξ ἀμοιβῆς γίνεται, ἡ φιλανθρωπία δὲ ἄνευ τοῦ φυσικῶς πείθοντος, πάντα ἄνθρωπον, καθὸ ἄνθρωπός ἐστι, φιλοῦσα εὐεργετεῖ. εἰ μὲν οὖν ἡ ἐλεήσασα ξενοδόχος αὐτὴν, καὶ ἀδικήσαντας ἐχθροὺς ἐλεοῦσα εὐεργετεῖ, φιλάνθρωπος ἂν εἴη· εἰ δὲ p διότι φίλη ἢ ἐχθρὸς, q ἡ φίλη τοιαύτη, τοῦ πρὸς αἰτίαν φίλη ἐστὶν ἢ ἐχθρὸς, οὐ τοῦ ἀνθρώπου.

Κἀγὼ ἀπεκρινάμην· οὐ δοκεῖ σοι οὖν φιλάνθρωπος εἶναι κἂν ἡ ξενοδόχος, ξένην οὖσαν ἣν ἠπίστατο εὐεργετήσασα; καὶ ὁ Πέτρος· ἐλεήμονα μὲν αὐτὴν εἰπεῖν ἐπίσταμαι. φιλάνθρωπον δὲ οὐ τολμῶ λέγειν, ὅτι δὴ μηδὲ τὴν μητέρα φιλότεκνον· ὑπὸ ὠδίνων γὰρ καὶ ἀνατροφῆς στέργειν πέπεισται. ὥσπερ γὰρ ὁ ἐρῶν ὑπὸ τῆς συνηθείας κολακεύεται, καὶ ὁ φίλος ὑπὸ τῆς ἀμοιβῆς· οὕτω καὶ ὁ ἐλεῶν, ὑπὸ τῆς συμφορᾶς. πλὴν ἐγγὺς ὁ ἐλεήμων τῷ φιλανθρώπῳ· ὅτι ἄνευ τοῦ τι δέξασθαι καὶ λαβεῖν, εὐεργετεῖν πείθεται· οὔπω δὲ καὶ φιλάνθρωπος. κἀγὼ ἀπεκρινάμην· ἐπὶ ποίαις οὖν πράξεσι φιλάνθρωπός τις εἶναι δύναται; καὶ ὁ Πέτρος ἀπεκρίνατο· ἐπεὶ ὁρῶ σε γλιχόμενον ἀκοῦσαι, τί ποτέ ἐστι φιλανθρωπίας ἔργον, οὐκ ὀκνήσω εἰπεῖν· φιλάνθρωπος ἐκεῖνός ἐστιν ὁ καὶ ἐχθροῖς ἡμέρως καὶ εὐεργετικῶς προσφερόμενος. ὅτι δὲ οὕτως ἔχει, σαφῶς ἄκουε. τὴν φιλανθρωπίαν ἐκ δύο μοι νόει συγκεῖσθαι μερῶν· ὧν τὸ μὲν αὐτῆς ἐλεημοσύνη, τὸ δὲ ἀγάπη ἐστὶν ἡ πρὸς τὸν πλησίον· πλησίον δὲ ἀνθρώπῳ ἐστὶν, ὁ πᾶς ἄνθρωπος, οὐχ ὅτι εἷς ἄνθρωπος· ἄνθρωπος γάρ ἐστι καὶ ὁ κακὸς καὶ ὁ ἀγαθὸς, καὶ ἐχθρὸς καὶ φίλος. χρὴ οὖν τὸν φιλανθρωπίαν ἀσκοῦντα, μιμητὴν εἶναι θεοῦ, εὐεργετοῦντα r δὲ δικαίους τε καὶ ἀδίκους, ὡς αὐτὸς ὁ θεὸς ἐν τῷ νῦν κόσμῳ τόν τε ἥλιον καὶ τοὺς ὑετοὺς αὐτοῦ πᾶσι s παρέχων. εἰ δὲ θέλεις ἀγαθοὺς μὲν εὐεργετεῖν, κακοὺς δὲ κολάζειν, κριτοῦ ἔργον πράττειν ἐπιχειρεῖς.

Κἀγὼ ἔφην· ἄρά γε καὶ ὁ θεὸς τότε μέλλων κρίνειν, ὡς διδάσκεις ἡμᾶς, οὐ φιλάνθρωπός ἐστι; καὶ ὁ Πέτρος· ἐναντία λέγεις. ἐπειδὴ γὰρ κρίνει, φιλάνθρωπός ἐστι· φιλῶν γὰρ καὶ ἐλεῶν τοὺς ἠδικημένους, τιμωρεῖται τοὺς ἀδικήσαντας. κἀγὼ ἔφην· οὐκοῦν, εἰ κἀγὼ ἀγαθοὺς μὲν εὐεργετῶ, τοὺς δὲ ἀδικοῦντας καθ' ὃ ἀνθρώπους ἠδίκησαν τιμωροῦμαι, φιλάνθρωπός εἰμι. καὶ ὁ Πέτρος ἀπεκρίνατο· εἰ μετὰ τοῦ πρόγνωσιν ἔχειν, ἐδόθη σοι καὶ ἡ τοῦ κρίνειν ἐξουσία, ὀρθῶς ἂν τοῦτο ἐποίεις· διὰ μὲν τοῦ εἰληφέναι τὴν ἐξουσίαν, καταδικάζων οὓς ὁ θεὸς ἐδημιούργησεν· διὰ δὲ τὴν πρόγνωσιν ἀπταίστως ἐν τῷ κρίνειν, οὓς μὲν ὡς δικαίους δικαιῶν, οὓς δὲ ὡς ἀδίκους καταδικάζων. κἀγὼ ἔφην· ὀρθῶς ἔφης καὶ ἀληθῶς· ἀδύνατον γάρ τινα πρόγνωσιν οὐκ ἔχοντα κρίνειν ὀρθῶς. ἐνίοτε γὰρ φαίνονταί τινες ἀγαθοὶ, ἀθέμιτα κρύφα διαπραττόμενοι· ἔνιοι δὲ ἀγαθοὶ, ὑπὸ διαβολῆς ἐχθρῶν κακοὶ ὑπολαμβανόμενοι. ἀλλ' εἰ καὶ τὸ βασανίζειν καὶ ἀνακρίνειν ἐξουσίαν τις ἔχων δικάζει, οὐδὲ οὕτως ἔξεστι πάντως τὸ δικαίως δικάζειν· ἔνιοι γὰρ φονεῖς ὄντες, ὅτι τὰς βασάνους ὑπομείναντες, ἀφείθησαν ὡς ἀθῷοι· ἕτεροι δὲ πάλιν ἀθῷοι τυγχάνοντες, τὰς βασάνους οὐχ ὑπομείναντες, καὶ

διὰ

p Al. δι' ὅτι. Al. διὰ τί.
q Al. καὶ διά τι ἐχθρὸς ἢ φίλη, ἢ τοιαύτη.
r Deeſt in al.
s Al. παρέχει.
t Al.

ἐπὶ τούτῳ καταψευσάμενοι ἑαυτῶν, ὡς αἴτιοι ἐκολάσθησαν.

Καὶ ὁ Πέτρος, Ἔτι μέτρια καὶ ταῦτα, ἔφη· τὸ δὲ μεῖζον ἄκουσον. ἐνίων ἀνθρώπων ἁμαρτανόντων ἢ εὖ πραττόντων, ἃ μὲν ὧν ποιοῦσιν ἴδιά ἐστιν αὐτῶν, ἃ δὲ καὶ ἀλλότρια· δίκαιον δὲ ἕκαστον ἐπὶ τοῖς ἰδίοις ἁμαρτήμασι τιμωρεῖσθαι, ἢ ἐπὶ τοῖς κατορθώμασιν ἀμοιβῆς ἀξιοῦσθαι. ἀδύνατον δέ τινι πλὴν προφήτῃ μόνῳ πρόγνωσιν ἔχοντι, ὑπό τινος γινόμενα εἰδέναι σαφῶς, ποῖα μὲν αὐτοῦ ἐστιν ἴδια, ποῖα δὲ οὐκ ἔστι. κἀγὼ ἔφην· ἐβουλόμην μαθεῖν πῶς τῶν ἀδικημάτων [t], τὰ μὲν ἴδια, τὰ δὲ ἀλλότρια. καὶ ὁ Πέτρος μοι ἀπεκρίνατο· ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ ἔφη· Τὰ ἀγαθὰ ἐλθεῖν δεῖ. Μακάριος δὲ, φησὶν, δι' οὗ ἔρχεται. ὁμοίως ἀνάγκη καὶ τὰ κακὰ ἐλθεῖν· οὐαὶ δὲ δι' οὗ ἔρχεται. Εἰ δὲ διὰ κακῶν ἔρχεται τὰ κακὰ, καὶ διὰ ἀγαθῶν ἀγαθὰ φέρεται, προσεῖναι δεῖ ἑκάστῳ [u], εἴτε ἀγαθὸν ἔπραξεν, εἴτε φαῦλον. ἵνα καὶ τὸ εἰρημένον ὑπὸ τοῦ πνεύματος, Ὃς ἀποδώσει ἑκάστῳ κατὰ τὰ ἔργα αὐτοῦ, ἀληθὲς ᾖ πάντως καὶ ἀναμφίλογον. πλὴν ἀλλὰ τῆς ἀρετῆς ὅλως ἀντιποιούμενον, δεῖ τοι ὡς ὁ Χριστὸς εἴρηκε, καὶ τοὺς ἐχθροὺς ἀγαπᾷν· ἔτι μὴν καὶ ὑπὲρ αὐτῶν εὔχεσθαι, καὶ τοὺς λοιδοροῦντας εὐλογεῖν, καὶ τοῖς ἐπηρεάζουσι συγχωρεῖν. οὕτω γὰρ ἀκριβὴς ἔσται φύλαξ τῶν ἐντολῶν, καὶ τὰ ἁμαρτήματα πάντα διὰ τῆς εἰς τὸν πλησίον ἀγάπης συγχωρηθεὶς, ἀπαλλάξεται.

Τούτων ἀκούσας αὐτὸς, [x] πολλὰ μὲν πράττειν [y] δυνατὸν ἔφην· ἐχθροὺς δὲ εὐεργετεῖν, πάσας αὐτῶν ὑποφέροντα τὰς ἐπηρείας, οὐκ οἶμαι δυνατὸν ἀνθρωπίνῃ προσεῖναι φύσει. καὶ ὁ Πέτρος, ὀρθῶς ἔφης, ἀπεκρίνατο. ἀθανασίας γὰρ αἰτία οὖσα ἡ φιλανθρωπία, πολὺ δίδοται. ἐὰν γὰρ πληροφορηθῇ τις, ὅτι οἱ ἐχθροὶ πρὸς καιρὸν κακουχοῦντες οὓς μισοῦσιν, αἰωνίου κολάσεως ἀπαλλαγῆς [z] αὐτοῖς αἴτιοι γίνονται, ὡς εὐεργέτας αὐτοὺς ἀγαπήσειεν. ἄλλως δὲ ἀδύνατόν τινα τὴν τοιαύτην ἐντολὴν κατορθῶσαι, εἰ μὴ σφόδρα τὸν θεὸν ἀγαπῶν εἴη, τῷ τούτου φόβῳ παιδαγωγούμενος· φησὶ γάρ· ἀρχὴ σοφίας φόβος [a] θεοῦ. τῷ ὁποίου δὲ φόβῳ μιχθείς τις, εἰς ἀγάπην ἥξει πάντως, καὶ οὕτως ἕξει καὶ τὸν πλησίον ὡς ἑαυτόν. ταῦτα δὲ Πέτρου εἰπόντος, ἑσπέρας ἐπικαταλαβούσης, εἰς ὕπνον ἐτράπημεν.

Ὄρθρου δὲ [b] γινομένου, εἰσιὼν ὁ Πέτρος ἔφη· ὁ μὲν Κλήμης μετὰ τῆς ἑαυτοῦ μητρὸς Ματθιδίας, καὶ τῆς ἐμῆς γυναικὸς, ἅμα ἐπὶ τοῦ ὀχήματος καθεζέσθωσαν. ὁρμώντων δὲ ἡμῶν τὴν ἐπὶ [c] Βαλανέας ὁδὸν, ἐπύθετό μου ἡ μήτηρ, πῶς ὁ πατὴρ διάγει. κἀγὼ ἔφην· ἐπὶ ζήτησίν σου καὶ τῶν διδύμων υἱῶν, Φαυστίνου τε καὶ Φαυστινιανοῦ ἐξελθὼν, ἀνεύρετος μένει· οἶμαι δὲ τάχα καὶ τελευτῆσαι αὐτὸν, ἢ ναυαγίῳ περιπεσόντα, ἢ ἐν ὁδῷ [d] σφαλέντα, ἢ τηκεδόνι λύπης μαρασμὸν [e] ὑπομείναντα. ἡ δὲ ἀκούσασα καὶ ἐπίδακρυς γινομένη, ἐστέναζε μὲν καὶ λυπηρῶς εἶχε· τῇ δ' ἐμῇ εὑρέσει τὸ πολὺ τῆς λύπης παρεμυθεῖτο. κατηντήσαμεν οὖν εἰς [f] Βαλανέας, καὶ τῇ ἐπιούσῃ εἰς [g] Πάλτον ἤλθομεν, κἀκεῖθεν εἰς Γάβαλα. τῇ δὲ ὑστέρᾳ κατηντήσαμεν εἰς Λαοδίκειαν, καὶ ἰδοὺ πρὸ τῶν θυρῶν Νικήτης τε καὶ Ἀκύλας ἀπήντων ἡμῖν, καὶ καταφιλήσαντες ἦγον ἐπὶ τὴν [h] ξενίαν. ὁ δὲ Πέτρος καλὴν καὶ μεγάλην πόλιν ἰδὼν, ἄξιον, ἔφη, ἐνταῦθα ἡμέρας

ideoque contra ſe mentiti fuiſſent, tamquam rei affecti ſunt ſupplicio.

Ταῦτα αὐτοῦ λέγοντος, ἐγὼ Κλήμης πεσὼν ἐπὶ γῆς, πολὺς ἦν τοῦ διδασκάλου δεόμενος, καὶ τὸν θρόνον ὡς μάλιστα παραιτούμενος. ἀλλ' ὁ θεσπέσιος ἀπόστολος, περὶ τούτου με μὴ ἀξίου εἰπών. ὃ γὰρ ὁ θεὸς z βούλεται, τίς ἱκανὸς ἀνθρώπων διασκεδάσαι; ἔπειτα πρὸς τὸ πλῆθος ἰδὼν, καὶ ὑμεῖς, ἔφη, ἀγαπητοὶ ἀδελφοί, τὴν ὀφειλομένην ὡς πατρὶ τιμὴν καὶ ὑπακοὴν διὰ παντὸς ἀποδιδόναι τῷ ὑμῶν πατρὶ μὴ a ἐλλείπητε· οὕτω γὰρ καὶ ὑμεῖς ποιμαίνεσθαι καλῶς ἕξετε, καὶ ποιμὴν οὗτος ἔσται, καὶ οὐ μισθωτὸς, τοῦ ποιμνίου ἐπιμελούμενος· ἴστε γὰρ εἰδότες ὡς ὁ τὸν ποιμένα τε καὶ διδάσκαλον ἐν τοῖς κατὰ θεὸν λυπῶν, τὸ τοῦ θεοῦ πνεῦμα λυπεῖ, οὗ τὴν καθέδραν οὗτος καὶ τὸν τόπον ἐπέχει· καὶ ὁ τοὺς αὐτοῦ λόγους ἀθετῶν, Χριστὸν ἀθετεῖ, καὶ παραβάτης νόμου εὑρίσκεται. πρὸ πάντων δὲ τὰ τῆς πίστεως ὑμῶν ὑγιῶς ἐχέτωσαν καὶ βεβαίως, κινδύνῳ μηδενὶ σαλευόμενα· ἔπειτα καὶ ὁ βίος ὑμῶν καθαρὸς ἔστω, ἢ καθαιρέσθω· καὶ περιηγουμένως ὁ τοῦ σώματος ἁγνισμὸς σπουδαζέσθω, οὐδεὶς γὰρ τούτου χωρὶς, τὸν κύριον ὄψεται. τὸ εἰρηνικόν τε καὶ ἥμερον ἀλλήλοις παντὶ τρόπῳ b προσκεκτήσθω. εἰ δὲ καὶ συμβαίη ποτὲ ἀλλήλων μεταξὺ σκάνδαλον, μὴ ἐπιδυέτω ὑμῖν ὁ ἥλιος οὕτως ἔχουσι. c τοῦ κρίνειν τὸν πλησίον εὐλαβεῖσθε· φαρισαϊκὸν γὰρ τοῦτο, καὶ κρίσεως ἔνοχον. τῆς φιλοξενίας καὶ εὐποιίας μὴ ἐπιλανθάνεσθε· τοῦτο γὰρ ἐντολὴ τοῦ πρώτου διδασκάλου καὶ σωτῆρος d θεοῦ. τοῖς πταίουσι συγχωρεῖτε τὰ ἁμαρτήματα· οὕτω γὰρ καὶ αὐτοὶ e ἀπαύστως ἐρεῖτε τό, Ἄφες ἡμῖν τὰ ὀφειλήματα ἡμῶν. Ζυγὰ, μέτρα, καὶ σταθμία μηδὲ ἓν f ἔλαττον ἔστω. οὕτω γὰρ 10 εὐνομουμένη πόλις, ἡ τοῦ θεοῦ ἔσται καθολικὴ ἐκκλησία. οἱ πράγματά τινα μετ' ἀλλήλων ἔχοντες, ἐπὶ τῶν τῆς ἐκκλησίας πρεσβυτέρων κρινέσθωσαν, καὶ τὸ καλὸν νοοῦντες συμβιβαζέσθωσαν· καὶ μὴ ἑλκέτε εἰς δικαστήρια τοὺς ἀδελφούς. ἀπίστων γὰρ τοῦτο, τοῖς ἔξω κρίνεσθαι. ἐπεὶ καὶ, ἀγγέλους κρινοῦμεν γέγραπται. ἐπὶ πᾶσι καὶ πρὸ πάντων, οὕτως ἐστὲ τὸν ποιμένα g ὁρῶντες, ὡς ἐμὲ Πέτρον, τὸν ὑπὸ θεοῦ προχειρισθέντα ὑμῖν εἰς διδάσκαλον.

Ταῦτα εἰπὼν, καὶ ἐπὶ πάντων μοι τὰς χεῖρας ἐπιθεὶς, εἰς τὴν αὐτοῦ με καθέδραν καθεσθῆναι

media concione & Eccleſia, Audite me, inquit, filii & fratres: curſûs quidem mei finis propè eſt: id enim & jam mihi eſt cognitum: Clementem autem hunc, Epiſcopum vobis hodie ordino; cui & meam ſermonum cathedram credo; qoonium ab initio hucuſque comes mihi fuit, ſicque omnes aodivit conciones meas; qui in omnibus particeps *Luc. 22. 28.* tentationum & periclitationum mearum factus, in fide perſeverare inventus eſt; quem ego omnium certiſſimè novi eſſe Dei cultorem, & hominum amantem, caſtum, ac temperantem, bonum, juſtum, patientem, & valentem fortiter ferre ingrata facinora nonnullorum qui Chriſtiana imbuuntur doctrina. Quare illi trado poteſtatem ligandi & *Matth. 16.* ſolvendi. Ligabit enim quod ligari oportet, & ſol- *& 18.* vet omnino quod ſolvi debet; ut qui Eccleſiæ canonem ac regulam probè cognoſcat. Ipſum ergo andite; ſcientes, eum qui veritatis præſidi moleſtiam exhibet, in Chriſtum peccare, & Deum univerſorum patrem incitare ad iram; quapropter non eſſe victurum. Ipſe itaque præſes debet medici locum obtinere, non beſtiæ ratione carentis furorem.

CXLVI. Hæc eo dicente, ego Clemens procidens in terram, multus eram in orando doctore, & in ſede quàm maximè deprecanda. Sed divinus Apoſtolus, Noli me, dixit, de hoc rogare: quæ enim Deus vult, quis hominum diſſipare poterit? Poſtea ad multitudinem reſpiciens, Et vos, inquit, fratres cariſſimi, debitum ut patri honorem & obſequium per omnia deferre Patri veſtro ne deſinites ita quippe & vobis rectè regi ſeu paſci continget; atque iſte erit paſtor, non mercenarius, curamque gregis ſuſcipiet. Nam ſcitote, eum qui paſtori ac magiſtro negotium in rebus quæ ad Deum pertinent faceſſit, Dei Spiritum, cujus hic ſedem & locum obtinet, contriſtare: eumque qui ſermones illius ſpernit; Chriſtum ſpernere, & legis tranſ- *Luc. 10. 16.* greſſorem inveniri. Ante omnia verò fides in vobis ſana ſit ac firma, nullo periculo fluctuans: deinde & vita veſtra pura aut ſit, aut efficiatur: præſertimque excolatur corporis ſanctimonia; nemo enim abſque ea Dominum videbit. Pax & quies inter vos omni modo teneatur. Quòd ſi fortè ſcandalum & offenſio inter vos acciderit, ſol ita affectis vobis non occidat. Judicare de proximo *Eph. 4. 26.* cavetote: id ſi quidem Phariſæorum eſt, & obnoxium judicio. Hoſpitalitatis & beneficentiæ ne *Matt. 5. 22.* obliviſcamini: boc eſt enim præceptio primi magiſtri ac Salvatoris Dei. Iis qui offendunt, peccata condonate: ſic namque & ipſi ſine fine dicetis illud; *Dimitte nobis debita noſtra.* Inter trutinas, *Matt. 6. 12.* menſuras, pondera, ne vel unum minùs æquum exſtet. Ad hanc quippe modum civitas præclaris legibus gubernata, erit Catholica Dei Eccleſia. Qui negotia quædam inter ſe habent; apud Eccleſiæ Presbyteros judicentur; & quod bonum eſt contemplati, reconcilientur: neve ad tribunalia fratres trahitote; judicari enim ab extraneis ac Ethnicis, id verò infidelium eſt; quandoquidem &, *Angelos judicabimus*, ſcriptum eſt. Super om- *1. Cor. 6. 3.* nia, & ante omnia Paſtorem ita intuemini, ut me Petrum; qui à Deo electus eſt vobis in magiſtrum.

CXLVII. Ita cùm peroràſſet, & coram omnibus manus mihi impoſuiſſet, in ſua cathedra ſedere

y Al. πιστεύω.
z Al. βεβούλευται.
a Al. ἐκλείπητε.
b Al. προσκεκτήσθω.
c Al. τὸ.
d Al. præpon. ἡμῶν.

e Al. ἀεννάως.
f Al. infer. ὑμῶν.
10. Εὐνομουμένη πόλις. παρ' ἀνθρώποις τοῖς ἀνοηταῖς] Irenæo lib. 4. cap. 72. pro quo Vetus Interpres Martyris legebat ἀνοήτοις. *Apud homines* inquit *ſenſatos*. COT.
g Al. infer. ὑμῶν

dere fecit: cúmque ſediſſem, hoc mihi ſtatim dixit; Oro te coram omnibus qui adſunt, meis fratribus, ut quando ex hac vita migravero; quemadmodum Dei cenſuit providentia; omnia domino Jacobo fratri Domini mei compendiariò deſcribas & mittas, etiam uſque ad pueritiæ tuæ conſilia, & quemadmodum ab initio ad hóc uſque tempus mecum iter feceris, audiens ſermones & actus à me prædicatos: deinde in fine, & mortis meæ cauſſam, ut antè dixi, indicare ne omittas. Non enim hoc ei moleſtiam creabit; ut qui certò ſciat, me quod omnino pati debebam, piè reddidiſſe. Maximum autem ſolatium habebit, quando diſcet; poſt me, non homini imperito ac vitalium verborum ignaro, ſed Eccleſiæ canonem omnium maximè ſcienti, Cathedram doctoris creditam fuiſſe. Quocirca ego, domine mi Jacobe, cùm magiſter Petrus hæc mihi præceperit; quod juſtum eſt, complere non veritus ſum, & quaſi in compendio tibi cuncta nota facere; ita inſcripto operis argumento; Clementis, Petri Peregrinationum & Prædicationum Epitome.

CXLVIII. Hæc itaque eſt plena cœleſtis gratiæ, Petri Apoſtolorum principis peregrinationum narratio; quæ ſimul & compendiariam ejus doctrinam continet; & magni admirandique Clementis vitam, velut in tabula oratione exprimit; quemadmodum ipſe ad Jacobum fratrem Domini ſcribens indicavit. Porrò ardentem Clementis erga Deum amorem, & magnum illum pro pietate zelum, declarare poſſunt ea quæ dicta ſunt; præſertim autem manifeſtabit omnium apertiſſimè ipſe per Martyrium finis vitæ.

CXLIX. Tertius enim poſt magnum Petrum in excelſo Romanæ Eccleſiæ throno ſedens, ipſumque virtutis certamen ſuſcipiens; magiſtri veſtigiis inſiſtebat, Apoſtolicamque doctrinam ipſe quoque præferebat, & ſimilibus moribus effulgebat: non Chriſtianis dumtaxat placens, verùm etiam Judæis

1. Cor. 9. ac ipſis Gentilibus; & omnibus omnia factus, ut & ſic omnes lucrifaceret, Chriſtoque præſentaret, ac veræ religioni connecteret. Ut autem iſta non videantur eſſe nuda tantùm ſuſpicio, etiam cauſſas dicemus. Ethnicis enim ideo venerationi erat, ac in eum mentem libenter illi intendebant; quoniam non eos conviciis inſectans, nec averſatus; ſed quaſi rationem reddens, & undique teſtimonia ex eorum libris ac ſcriptis adducens, clarè oſtendebat, unde & prodiiſſent qui ab illis putantur Dii, & ubi nati fuiſſent, quæ geſſiſſent, quem habuiſſent exitum, atque miſerè vitam amiſiſſent. Deinde non eis à Deo interclusam eſſe pœnitentiæ viam; nec omnimodis ſalute excidiſſe; ſed ſi vel ſolùm illos videret redire, & à priſtina perditione ac fraude recedere; veniam ipſis daturum humaniter; & benignè ſuſcepturum, ac paraturum regnum cœlorum, bonisque donaturum ineffabilibus.

CL. Judæis rurſum inde gratum facere videbatur, quòd patres eorum Dei amicos fuiſſe oſtenderet, quódque legem eorum ſacram eſſe doceret ac divinam; nec eam deſtituam, nec eorum populum

προσέταξε· καθεσθέντι δὲ, τοῦτό μοι εὐθέως ἔφη· ἀξιῶ σε ἐπὶ πάντων μου τῶν συμπαρόντων ἀδελφῶν, ὁπηνίκα δ' ἐντεῦθεν μεταστῶ βίου, ὡς ἡ τοῦ Θεοῦ κέκρικε πρόνοια, πάντα τῷ κυρίῳ Ἰακώβῳ τῷ ἀδελφῷ τοῦ κυρίου μου, ἐν ἐπιτομῇ ἀναγραψάμενον διαπέμψαι. μέχρι καὶ τῶν ἐκ παιδός σε λογισμῶν, καὶ ὡς ἀπ' ἀρχῆς μέχρι νῦν μοι συνώδευσας, ἐπακούων τῶν κατὰ πόλιν ὑπ' ἐμοῦ κηρυχθέντων λόγων τε καὶ πράξεων· ἔπειτα πρὸς τῷ τέλει καὶ τὴν τοῦ θανάτου [h] μου πρόφασιν ὡς προεῖπον δηλῶσαι μὴ παραλίπῃς. οὐ γὰρ αὐτὸν λυπήσει τοῦτο, εἰδότα σαφῶς ὅτι ὃ πάντως ἔδει με παθεῖν, εὐσεβῶς ἀποδέδωκα. μεγίστης δὲ παραμυθίας τεύξεται μαθὼν, ὅτι μετ' ἐμὲ οὐκ ἀμαθὴς ἀνὴρ καὶ ζωτικοὺς ἀγνοῶν λόγους, ἐκκλησίας τε κανόνα εἰδὼς μάλιστα, τὴν τοῦ διδάσκοντος ἐπιστεύθη καθέδραν. ὅθεν ἐγὼ, κύριέ μου Ἰάκωβε, τοῦ διδασκάλου Πέτρου ταῦτά μοι ἐπισκήψαντος, οὐκ ὤκνησα τὸ κελευσθὲν ἐκπληρῶσαι, καὶ ὡς ἐν ἐπιτομῇ σοι πάντα γνώριμα καταστῆσαι, ἐπιγράψας τὴν ὑπόθεσιν οὕτω, Κλήμεντος τῶν Πέτρου ἐπιδημιῶν [k] καὶ κηρυγμάτων ἐπιτομή.

23 Αὕτη μὲν οὖν ἡ πλήρης τῆς ἄνωθεν χάριτος, τοῦ κορυφαίου τῶν ἀποστόλων Πέτρου ἐπιδημιῶν διήγησις, ἐπίτομόν τε ὁμοῦ διδασκαλίαν αὐτοῦ ἔχουσα, καὶ τὸν τοῦ μεγάλου καὶ θαυμασίου Κλήμεντος βίον, καθάπερ ἐν πίνακι τῷ λόγῳ διατυποῦσα, ὡς αὐτὸς οὗτος Ἰακώβῳ τῷ ἀδελφοθέῳ γράφων, ἐμφαίνει. τὸν μέντοι διάπυρον αὐτοῦ πρὸς Θεὸν ἔρωτα, καὶ τὸν πολὺν ἐκεῖνον ὑπὲρ τῆς εὐσεβείας ζῆλον, ἱκανὰ μὲν [l] τὰ ῥηθέντα δηλῶσαι, δηλώσει δὲ μάλιστα πάντων σαφέστατα καὶ αὐτὸ τὸ διὰ μαρτυρίου τέλος.

[m] 24 Τρίτος γὰρ μετὰ Πέτρον τὸν μέγαν ἐπὶ τὸν ὑψηλὸν τῆς Ῥωμαίων ἐκκλησίας θρόνον καθίσας, καὶ ἀρετῆς ἆθλον αὐτὸν δεξάμενος, ἅπτετο καὶ ἴχνους τοῦ διδασκάλου, καὶ ἀποστολικὴν διδασκαλίαν καὶ αὐτὸς ἐνεδείκνυτο, καὶ τοῖς ὁμοίοις διέλαμπε τρόποις. οὐ Χριστιανοῖς μόνον ἀρεσκόμενος, ἀλλὰ δὴ καὶ Ἰουδαίοις καὶ αὐτοῖς Ἕλλησι, καὶ πᾶσι πάντα γενόμενος, ἵνα τοὺς πάντας καὶ τὸ οὕτω κερδάνῃ, καὶ τῷ Χριστῷ προσαγάγῃ, καὶ συνδήσῃ τῇ εὐσεβείᾳ. ὅπως δὲ μὴ ψιλὴ μόνον ὑπόληψις εἶναι δοκῇ τὸ προκείμενον, καὶ τὰς αἰτίας ἐροῦμεν. Ἕλλησι μὲν γὰρ διὰ τοῦτο τιμώμενος ἦν, καὶ ἡδέως αὐτῷ προσεῖχον ἐκεῖνοι, ὅτι μὴ λοιδορούμενος αὐτοῖς, μηδὲ ἀποστρεφόμενος, ἀλλ' ὥσπερ ἀπολογούμενος, καὶ μαρτυρίας πανταχόθεν παράγων ἀπὸ τῶν παρ' αὐτοῖς βιβλίων τε καὶ γραφῶν, ἐδείκνυ σαφῶς, ὅθεν τε οἱ ὑπ' αὐτῶν νομιζόμενοι θεοὶ ὥρμηνται, καὶ ὅπη γεγόνασιν, ἅ τε πεπράχασι, καὶ οἷον ἔλαβον τέλος, καὶ ὅπως τὸν βίον ἀθλίως κατέστρεψαν. ὅτι καὶ ὡς οὐκ ἀποκλεῖσαι αὐτοῖς παρὰ τοῦ Θεοῦ ἡ τῆς μετανοίας ὁδὸς, οὐδὲ παντάπασι τῆς σωτηρίας ἐξέπεσον· ἀλλ' εἰ καὶ μόνον ἐπιστρέψαντας ἴδοι, καὶ τῆς προτέρας ἀπωλείας, καὶ τῆς ἀπάτης ἀποσχομένους, καὶ συγγνώσεσθαι αὐτοῖς φιλανθρώπως, καὶ προσηνῶς ὑποδέξεσθαι, καὶ βασιλείαν οὐρανῶν ἑτοιμάσειν, καὶ ἀγαθῶν ἀξιώσειν τῶν ἀπορρήτων.

Ἰουδαίοις δὲ πάλιν ἐντεῦθεν ἐδόκει χαρίζεσθαι, ὅτι τε φίλους τοῦ Θεοῦ τοὺς ἐκείνων πατέρας [o] ἀπέφαινε, καὶ ὅτι τὸν παρ' αὐτοῖς νόμον ἱερόν τε παρίστη καὶ θεῖον, καὶ ὅτι αὐτὸν [illegible], ὅτι τὴν πολιτείαν

μετα-

h Deest in al.
i Al. infer. ὤν.
k Deest in MSS.
23. Αὕτη μὲν οὖν.] In uno veterum Codicum præponitur titulus, Μαρτύριον τοῦ ἁγίου Κλήμεντος. COT.
l Al. inſer. εἰ.
m Al. τέταρτος. Al. δεύτερος.
24 Τρίτος.] Infrà Latinè habes editam Paſſionem ſeu Vitam Clementis, poſt Pſeudo-Abdiam & apud Mombritium. Memoratur autem à Gregorio Turonenſi Miraculorum lib. 1. cap. 35. & excerpitur per Freculfum tom. 2. lib. 2. cap. 10. ac per Martyrologos. Johannem quoque Diaconum ſæculo nono ſcripſiſſe geſta Clementis Papæ legimus in Sigeberto de Scriptoribus Eccleſiaſticis cap. 107. eumque librum aiunt exſtare in Caſinenſi Bibliotheca. De Græco Martyrio, veniſſe in manus Nicephori Calliſti colligere eſt ex illius lib. 3. cap 18. Cæterùm hic notari debet triplex lectio, τρίτος, δεύτερος, τέταρτος, originem ducens à diverſis exſcriptorum ſententiis, quas retuli ad Conſtitut. Apoſtol. lib. 7. cap 46. COT.
n Al. [illegible].
o Al. ἀπέφαινε.

p Al.

μετατεθήσεσθαι, ἀλλὰ κλῆρον αὐτοῖς ἔσεσθαι τὴν Παλαιστίνην αἰώνιον, εἴ γε τὸν [p] τοιοῦτον καὶ αὐτοὶ νόμον τηρήσουσιν· ὥστε γενέσθαι αὐτὸν πατέρα τοσούτων ἐγγόνων, ὡς παρελθεῖν τὸ πλῆθος αὐτῶν τῷ πλήθει τῶν ἄστρων· καὶ ἐν τῷ σπέρματι αὐτοῦ κληροδοτηθῆναι πάντα τὰ ἔθνη· καὶ ὃ πρὸς τὸν Δαβὶδ εἶπεν αὖθις· Ἐκ καρποῦ τῆς κοιλίας σου θήσομαι ἐπὶ τοῦ θρόνου σου· καὶ διὰ Ἡσαΐου πάλιν, ὅτι ἡ παρθένος ἐν γαστρὶ λήψεται, καὶ τέξεται υἱόν, καὶ καλέσουσι τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἐμμανουήλ. Εἰ ταῦτα μὴ ἀθετοῖεν, ἀλλὰ πίστει παραδέχοιντο ταῦτα, τῆς προτέρας αὐτοὺς τοῦ θεοῦ προνοίας μὴ ἐκπεσεῖν, ἀλλ' ἀναφαίρετον μένειν παρ' αὐτοῖς τὴν Παλαιστίνην διεβεβαίου. Ἕλληνας μὲν [q] οὕτω καὶ Ἰουδαίους δεξιῶς ἄγαν καὶ οἰκείως [20] ὑπήρχετο, χαριζόμενός τι αὐτοῖς ὁμοῦ, καὶ ἠρέμα πρὸς τὴν εὐσέβειαν ἐπαγόμενος.

Χριστιανοὶ δὲ πολλὰ [r] καὶ ἄλλα τῆς τοῦ ἀνδρὸς περὶ αὐτοὺς κηδεμονίας δείγματα εἶχον. μάλιστα δὲ τὴν εὐποιΐαν οἷος ἐκεῖνος; πένησι θησαυρίζων ἀεὶ τὴν ἀσφαλέστερον ἀποθήκαις, καὶ τῶν ἐπιβουλευόντων ἰσχυροτέραις. τούς τε γὰρ ἐν ἑκάστῳ μέρει τῆς πόλεως ἐνδεεῖς ἀπογραψάμενος, τὴν ἀναγκαίαν αὐτοῖς καθ' ἑκάστην ἡμέραν ἐποιεῖτο τὴν χορηγίαν· καὶ ὅσοι παρ' αὐτοῦ πάλιν τοῦ θείου κατηξιοῦντο βαπτίσματος, δημοσίων αὐτοὺς ἀπέλυε φόρων, καὶ παντελῆ παρεῖχεν ἀτέλειαν. παρῄνει δὲ καὶ τοῖς ἑκάστοτε διὰ τὸ κήρυγμα καὶ τὴν διδασκαλίαν πρὸς αὐτὸν συνιοῦσι, καὶ μάλιστα ὅσους περιόντας ᾔδει τῷ πλούτῳ καὶ πρὸς τὸ διδόναι δυνατῶς ἔχοντας, μὴ τοὺς ἅπαξ τῷ βαπτίσματι τῷ ἁγίῳ καθαρθέντας, περιορᾶν δημοσίᾳ παρὰ τῶν Ἰουδαίων τρεφομένους δι' ἀπορίαν· καὶ τὴν λαμπρὰν στολὴν τοῦ χαρίσματος, διὰ τῆς ἐναγοῦς ἐκείνης κοινωνίας μολύνοντας. ἀφ' ὧν οὕτω προθύμους αὐτοὺς ἐποίει τοῖς βαπτιζομένοις τὰ πρὸς τὴν χρείαν ἀποδιδόναι, ὡς τοῦτό γε μόνον κέρδος νομίζειν, ὅ τι ἂν εἰς αὐτοὺς ἀναλώσειαν.

Οὕτω μὲν οὖν ὁ ἱερὸς Κλήμης εἶχεν, καὶ οὕτως ἐν ταῖς ἁπάντων ψυχαῖς κείμενος, καὶ οὐ Χριστιανοὺς μόνον, ἀλλὰ καὶ αὐτοὺς Ἕλληνας καὶ Ἰουδαίους τῆς οἰκείας καὶ ψυχῆς πάλιν ἐκείνου καὶ γλώττης ἀνηρτημένος, τοῦ Σισιννίου ἐκείνου· φίλος δὲ οὗτος τοῦ βασιλέως Νερβᾶ καὶ τῶν ἐπιτηδείων· ἐμισεῖτο καὶ διεβάλλετο, ἐπειδὴ τὴν σύζυγον Θεοδώραν ὁ Σισίννιος ὑπησθάνετο ἔρωτι τῆς ἐκείνου διδασκαλίας ἁλισκομένην· καὶ οἴκου μὲν καὶ παίδων καὶ ἀνδρὸς ἀμελοῦσαν, ὅλην δὲ τῷ Κλήμεντι προσκειμένην, καὶ αὐτῷ συνεχῶς φοιτῶσαν, καὶ τοῦτον [s] πάλιν ἐπὶ τῆς οἰκείας ψυχῆς ἀεὶ πνευματικῶς περιφέρουσαν. ἀλλ' ἡ μὲν Θεοδώρα τῇ σειρῆνι τῆς τοῦ Κλήμεντος γλώττης καταθελχθεῖσα, καὶ τῷ Χριστῷ δι' ἐκείνου πιστεύσασα, θερμότερον ἀντεποιεῖτο τῆς εὐσεβείας, καὶ διηνεκῶς ἔψαλλε, καὶ οὐκ ἀπελιμπάνετο τῆς συνάξεως.

Ὁ Σισίννιος δὲ ὑπὸ τῆς ἀδίκου ζηλοτυπίας κεντούμενος, ἐπιβουλὴν κατὰ τῆς γυναικὸς ἐμελέτα, καὶ ὑπὸ τοῦ πάθους καθ' ἑκάστην ὡπλίζετο τὴν ἡμέραν. καὶ δή ποτε τηρήσας αὐτὴν πρὸς τὴν σύναξιν ἀπιοῦσαν, λάθρα μετὰ τῶν οἰκετῶν καὶ αὐτὸς εἰς τὸν ναὸν παρεισῆλθεν, ὥστε περιεργάσασθαι καὶ καταμαθεῖν τὰ ἐν αὐτῷ πάντα πραττόμενα, καὶ ὧν χάριν ἡ Θεοδώρα συνεχῶς ἐκεῖ ἀφικνεῖται. τοῦ θαυμασίου δὲ Κλήμεντος τὴν συνήθη προσευχὴν μετὰ τῶν ἱερῶν ὕμνων ἄρτι προειπόντος, τυφλὸς ἅμα ὁ Σισίννιος ἐγένετο καὶ κωφός, ὡς μήτε ἀκούειν μήτε ὁρᾶν δύνασθαι· καὶ πρὸς τοὺς οἰκέτας ἐπιστραφείς, λάβετέ με, ἔφη, καὶ πρὸς τὴν οἰκίαν χειραγωγήσατε· ἀθρόον γάρ τι κατασκῆψαν εἰς ἐμὲ κακόν, οὔτε ἀκούειν, οὔτε βλέπειν ἀνίησι.

Χεῖρα μὲν οὖν εὐθὺς ὀρέγουσιν αὐτῷ οἱ οἰκέται, καὶ ἀπαίρουσιν ἄγειν πρὸς τὴν οἰκίαν. ἐξελθεῖν δὲ οὐκ εἶχον, καί τοι γε πάσης τοῦ ναοῦ πύλης ἀνεῳγμένης.

tranſlatum iri, ſed Palæſtinam fore illis perpetuam hereditatem, ſi talem legem ſervarent: eſſe Abrahamum patrem tot poſterorum, ut eorum multitudo ſtellarum multitudinem adæquet; & in ejus ſemine omnes gentes hereditatem accipere: ruſuſque quod ad Davidem dictum eſt; *De fructu ventris tui ponam ſuper ſedem tuam*: & iterum quod per Eſaiam; *Virgo in utero concipiet, & pariet filium, & vocabunt nomen ejus, Emmanuel.* Si ergo hæc non rejicerent, ſed fide comprobarent; non eos priſtinâ Dei providentiâ carituros; verùm Palæſtinam apud illos ſtabilem manſuram affirmabat. Græcos quidem hoc modo, & Judæos valde ſolerter & accommodatè ſubjiciebat; eos ſimul & demerens, & ſenſim ad veram religionem adducens.

Gen. 15. & 22.
Pſ. 131. 11.
Iſ. 7. 14.

CLI. Chriſtiani verò multa & alia curæ viri illius erga ipſos documenta habebant. Præſertim verò in beneficentia quantus ille fuit? Qui pauperibus ſemper theſauros aſſervaret in tutis repoſitoriis quæque erant inſidiatoribus fortiora. Egenos enim ſingularum urbis partium in tabulas referens, quotidie illis ſuppeditabat quæ erant neceſſaria: iterumque quotquot ab eo fuerant divino Baptiſmate donati, eos à publicis liberabat tributis, & integram præbebat immunitatem. Sed & eos qui ſemper ad illum propter prædicationem atque doctrinam conveniebant, maximéque quos ſciebat divitiis abundare, & largiri poſſe, hortabatur ne ſemel ſancto Baptiſmo purgatos ſinerent publicè à Judæis inopiæ cauſſâ nutriri, ſplendidamque gratiæ veſtem impurâ illâ communione polluere. Per quæ illos ad explendam calamitoſorum neceſſitatem adeò alacres reddebat, ut id dumtaxat lucrum putarent, quod in eos impendiſſent.

CLII. Cùm ergo ita ageret ſanctus Clemens, & ita in omnium animis eſſet conſtitutus; atque adeò non tantùm Chriſtianos, ſed etiam ipſos Gentiles ac Judæos à ſua anima & lingua pendentes haberet; per Siſinnium illum (erat autem is amicus Nervæ & unus ex familiaribus) odio & calumniis petebatur; quando conjugem Theodoram Siſinnius ſenſit Clementis doctrinæ amore captam eſſe; & domum quidem, liberos ac virum negligere, totam verò Clementi adhærere, ad eum aſſiduò adventare, adeóque in animo ſuo ſemper illum ſpiritualiter ferre. At Theodora quæ ſuavitate linguæ ac verborum Clementis illecta erat, Chriſtoque per illum crediderat, ardentiùs pietatem capeſſebat, pſallebat continuè, nec ab ulla Synaxi ſeu Chriſtianorum congregatione aberat.

CLIII. Siſinnius verò iniquâ zelotypiâ ſtimulatus, inſidias adverſus uxorem meditabatur, ſingulíſque diebus armabatur ab eo affectu. Cúmque eam aliquando abeuntem ad Synaxim obſervâſſet, clàm cum famulis ipſe quoque in templum ingreſſus eſt, ut curioſè inquireret, & animadverteret cuncta quæ in eo gererentur, quaſque ob cauſſas Theodora eò aſſiduè proficiſceretur. Cæterùm admirabili Clemente ſolitam confeſtim ſacrorum hymnorum orationem præfato, Siſinnius cæcus ac ſurdus illico effectus eſt, ita ut nec audire nec videre poſſet. Converſuſque ad famulos, Prehendite me, inquit, & ad domum manu deducite: repentinum quippe malum aliquod in me irruens, neque audire neque cernere permittit.

CLIV. Itaque protinus manum ei porrigunt famuli, & abducunt ad domum. Exire autem non poterant, licèt tota templi janua aperta eſſet: ſed eum

p Al. περὶ Ἀβραάμ.
q Al. inſer. οὖν.
20. Ὑπήρχετο] Significat ὑπεισῆλθέ τινι, in alicujus mentem ſubire, eumque obſequio capere ac ſibi devincire. COT.
r Al. inſer. μὲν.
ſ Deeſt in al.

eum per totam Eccleſiam ducebant, inter multitudinem canentium. Præcluſerat enim eis exitum vis divina, prudentiorem reddere volens ſtultum illum. Circumeundo autem ubique per templum, uxori ejus precanti occurrunt. Et illa virum cum ſervis intuita, primò quidem oculos deflexit, verita ne & ipſe eam videret: nihil quippe adhuc eorum quæ geſta erant ſciebat Theodora: poſtea autem uno ex famulis accerſito, cauſſam rogabat, propter quam ita cum illis maritus per templum oberraret. Ac ille ei omnia enarrat diligenter; tum quemadmodum poſtquam illa domo exiiſſet, clam etiam ipſi ad Eccleſiam veniſſent; tum quo pacto cùm Patriarcha Orationem peregiſſet, dominus eorum ſtatim cæcus & ſurdus factus eſſet; tum quo modo illis imperâſſet quidem ut eum manu domum deducerent, nullus autem ab ipſis exitus reperiretur, quamvis multùm laborâſſent ac ubique per Eccleſiam obambulâſſent.

CLV. His illa auditis, intellexit ſtatim, unde illi aurium & oculorum defectus accidiſſet; eique verè auxiliatrix efficitur. Illico namque conferens ſe ad preces, lacrymaſque cum precatione acres fundens, orabat Deum, ut Siſinnio exitus concederetur, iſque domum rediret. Et ad famulos converſa, (noverat enim quòd nec virum deſpecturus eſſet omnino Deus, quem ipſa colebat) Agite, inquit; dominum veſtrum ad domum manu ducite; ipſa verò paulò pòſt advenio. Hæc dixit: confeſtimque facilis exitus exſtitit famulis. Et Siſinnius oculis adhuc & auribus captus domum manu ducebatur. Famuli autem venientes ad Theodoram, iterum nunciant dominum ſuum adhuc ſurdum eſſe ac cæcum. Rurſuſque ipſa contentioribus ad Deum precibus, lacrymiſque vehementioribus orabat, ut vir à morbo liberaretur. Cúmque jam Patriarcha ſacram perfeciſſet Liturgiam, procidit ad ejus pedes Theodora, & mariti debilitatem pronunciat, proluſiſque ad pedes lacrymis precatur ac obſecrat ut viri morbum curet, nec ita eum malè habentem deſpiciat.

CLVI. Quæ cùm audiiſſet beatus Clemens, ac ex animo mulieris calamitatem doleret; in lacrymas ipſe etiam manifeſtas prorumpit, eoſque qui aderant hortatur Deum in communi orare, ut à Siſinnio morbus depellatur. Quo facto, Patriarcha confidenter domum cum muliere abit: & apertos quidem nanciſcitur viri oculos, ad videndum verò non meliùs quàm cæcorum diſpoſitos. Sed & auribus obſurduerat, atque peſſimè corpore erat affectus. Ab iis ergo qui præſentes erant lamentatio orta eſt, domumque ejulatus occupavit. Verumtamen Siſinnius quæ facta fuerant non intelligebat, ſcilicet ut qui viſu & auditu privatus eſſet.

CLVII. Divinus autem Clemens cùm admodum mulieris ac domûs vicem doleret, Deo ſupplex fit, & cum lacrymis precabatur, affectúſque
Matt.16.19. plenas orationes fudit, dicens; Domine Jeſu Chriſte, qui claves cœlorum dediſti Apoſtolo tuo Petro, & dixiſti; Quæ aperueris, aperta erunt, & quæ clauſeris, clauſa erunt; ipſe & aperi cæcos viri hujus oculos ac aures ſurdas: quia hoc etiam di-
Matt.21.22. ctum tuum eſt; *Quæcumque petieritis, credentes, accipietis*: & hæc tua promiſſio permanet in æternum. Iſta poſtquam oravit Patriarcha, & qui aderant reſponderunt, Amen; illico oculorum aurium-

ἀλλὰ διὰ πάσης αὐτὸν περιῆγον τῆς ἐκκλησίας, εἴσω τῶν ᾀδόντων πλήθους. ἀπέκλεισε γὰρ τὴν ἔξοδον αὐτοῖς δύναμις θειοτέρα, σωφρονέστερον τὸν ἀνόητον ἐκεῖνον ἐργαζομένη. περιϊόντες τοίνυν πανταχοῦ τοῦ ναοῦ, ἐντυγχάνουσι προσευχομένῃ τῇ αὐτοῦ συζύγῳ. κἀκείνη τὸν ἄνδρα σὺν τοῖς οἰκέταις ἰδοῦσα, πρῶτα μὲν ἐκκλίνει τὴν θέαν, δεδοικυῖα μὴ καὶ οὗτος αὐτὴν ἴδοι· εἶδει γὰρ οὐδὲν τῶν πραχθέντων ἡ Θεοδώρα ἤδη. ἔπειτα δὲ τῶν οἰκετῶν ἕνα μετακαλεσαμένη, τὴν αἰτίαν ἠρώτα, δι᾽ ἣν οὕτω σὺν αὐτοῖς ὁ ἀνὴρ εἴσω τὸν ναὸν περιέρχοιτο. κἀκεῖνος αὐτῇ πάντα καθεξῆς σὺν ἀκριβείᾳ· ὅπως τε μετὰ τὴν ἐκ τοῦ οἴκου αὐτῆς ὑποχώρησιν, λάθρα τὴν ἐκκλησίαν καὶ αὐτοὶ καταλάβοιεν· καὶ ὅπως τὴν εὐχὴν τοῦ πατριάρχου διατελέσαντος, τυφλὸς εὐθὺς ὁ κύριος αὐτῶν γένοιτο καὶ κωφός· καὶ ὡς προσέταξε μὲν αὐτοῖς χειραγωγῆσαι αὐτὸν ἐπὶ τὴν οἰκίαν, οὐδεμία δὲ αὐτοῖς ἔξοδος, καίτοι πολλὰ καμοῦσι καὶ πανταχοῦ τῆς ἐκκλησίας περιελθοῦσιν, εὑρίσκετο.

Τούτων ἐκείνη ἀκούσασα, συνῆκεν εὐθέως, ὅθεν ἡ τῶν ὤτων αὐτῷ καὶ τῶν ὀφθαλμῶν πήρωσις ἦν· καὶ βοηθὸς t ἀληθῶς αὐτῷ γίνεται. τρέπεται γὰρ εἰς εὐχὴν αὐτίκα, καὶ δάκρυα μετὰ τῆς εὐχῆς θερμὰ u χέουσα, ἐδεῖτο τοῦ Θεοῦ, ὥστε τὴν ἔξοδον ἐπιτραπῆναι τῷ Σισιννίῳ, καὶ οἴκαδε x ὑποστρέψαι αὐτόν. καὶ πρὸς τοὺς οἰκέτας ἐπιστραφεῖσα· ᾔδει γὰρ ὡς οὐδὲ τὸν ἄνδρα περιόψεται πάντως ὁ ἐκείνης Θεός· ἄγετε, φησί, τὸν κύριον ὑμῶν y πρὸς τὸν οἶκον χειραγωγήσαντες· καταλαμβάνω δὲ μετὰ βραχὺ αὐτόν. ταῦτα ἔφη, καὶ ῥᾳδία ἡ ἔξοδος εὐθὺς τοῖς οἰκέταις ἐγένετο. καὶ ὁ Σισίννιος ὀφθαλμοὺς ἔτι καὶ ὦτα πεπηρωμένος, ἐχειραγωγεῖτο πρὸς τὴν οἰκίαν. οἱ οἰκέται τοίνυν ἐλθόντες πρὸς τὴν Θεοδώραν, καὶ αὖθις ἔτι κωφὸν εἶναι καὶ τυφλὸν τὸν ἑαυτῶν ἀπήγγελλον κύριον. καὶ αὐτὴ συντονωτέρᾳ πάλιν πρὸς τὸν Θεὸν τῇ δεήσει καὶ θερμοτέροις ɥ ἐχρῆτο τοῖς δάκρυσιν, ὥστε τὸν ἄνδρα τοῦ πάθους ἀπαλλαγῆναι. ἤδη δὲ καὶ τοῦ πατριάρχου [26] τὴν ἱερὰν ἐκτελέσαντος λειτουργίαν, πίπτει πρὸς τοὺς αὐτοῦ πόδας ἡ Θεοδώρα, καὶ τὴν πήρωσιν τοῦ ἀνδρὸς ἀπαγγέλλει καὶ δεῖται καὶ ἱκετεύει, καὶ δάκρυα τῶν ποδῶν κατεχεῖ, θεραπεῦσαι τῷ ἀνδρὶ τὸ πάθος, καὶ μὴ οὕτω περιιδεῖν κακῶς ἔχοντα.

Τούτων ὁ μακάριος Κλήμης ἀκούσας, καὶ παθὼν ἐπὶ τῇ τῆς γυναικὸς συμφορᾷ τὴν ψυχήν, εἰς δάκρυα καὶ αὐτὸς φανερὰ κατάγεται, καὶ προτρέπεται τοὺς παρόντας κοινῇ τοῦ Θεοῦ δεηθῆναι, ὥστε λυθῆναι τῷ Σισιννίῳ τὴν πήρωσιν. τούτου δὲ γενομένου, θαῤῥούντως ἄπεισι μετὰ τῆς γυναικὸς ἐπὶ τὸν οἶκον ὁ πατριάρχης, καὶ ἀνεῳγμένους μὲν εὑρίσκει τῷ ἀνδρὶ τοὺς ὀφθαλμούς, εἰς δὲ τὸ βλέπειν, οὐδὲν τῶν πεπηρωμένων ἄμεινον ἔχοντας. a κεκώφωτο δὲ τὰ ὦτα, καὶ βαρυτάτῃ συμφορᾷ περὶ τὸ σῶμα ἐκέχρητο. ὀδυρμὸς οὖν ἐκ τῶν παρόντων ἐγένετο, καὶ κατεῖχεν οἰμωγὴ τὸν οἶκον. ἀλλ᾽ ὁ μὲν Σισίννιος οὐκ ᾐσθάνετο τῶν γενομένων. b πῶς, ὅς γε c οὐκ ἀκούειν οὔτε ὁρᾶν εἶχεν.

Ὑπεραλγήσας δὲ ὁ θεῖος Κλήμης τῆς γυναικὸς καὶ τοῦ οἴκου, ἱκέτης γίνεται τοῦ Θεοῦ, καὶ μετὰ δακρύων ἐδεῖτο, καὶ περιπαθῶς ἐξέτεινε τὰς δεήσεις· κύριε Ἰησοῦ Χριστέ, λέγων, ὁ τὰς τῶν οὐρανῶν κλεῖς δεδωκὼς τῷ ἀποστόλῳ σου Πέτρῳ, καὶ ἅπερ ἀνοίξῃς ἀνέῳκται εἰπών, καὶ ἅπερ ἂν κλείσῃς κέκλεισται, αὐτὸς καὶ τοὺς πεπηρωμένους ὀφθαλμοὺς τοῦ ἀνδρὸς τοῦδε, καὶ τὰ ὦτα διάνοιξον, ὅτι σὸν καὶ τοῦτο τὸ ῥῆμα, τό, d ἅπερ ἂν αἰτήσητε πιστεύοντες, λήψεσθε· καὶ αὕτη σου ἡ ἐπαγγελία διαμένει εἰς τὸν αἰῶνα. ταῦτα τοῦ πατριάρχου προσευξαμένου, καὶ τῶν παρόντων τὸ ἀμὴν ἐπειπόντων, εὐθέως ἡ τῶν ὀφθαλμῶν καὶ τῶν ὤτων πήρω-

σις

---

o Al. inſer. οἱ.
u Al. χέουσα.
x Al. ἀποστρέψαι.
y Al. καὶ πρός.
ɥ Al. ἐχρῆτο.
26. Τὴν ἱερὰν ἐκτελέσαντος λειτουργίαν] Latina Verſio edita, *Poſt Myſteria facta*: ſcripta duorum Codicum, Joliani & Herovalliani, *facta & celebrata Miſſa*. In Paraphraſi verò Libri Regii 804. καὶ δὴ τὴν ἀπόλυσιν γενομένην. ea Martyrum. 7. COT.
a Al. κεκώφωτο.
b Al. πῶς γε.
c Al. ὅτι.
d Al. ᾧ.

σις ᵉ ἀπολέλυται. καὶ ὁ Σισίνιος καθάπερ ἐξ ὕπνου διεγερθεὶς, καὶ τὸν μακάριον Κλήμεντα μετὰ τῆς γυναικὸς ἑστῶτα ἰδὼν, κακὰς ὁ ἀνόητος τῷ ἁγίῳ χάριτας ἀπεδίδου· καὶ κατασχεῖν εὐθέως τὸν πατριάρχην τοῖς οἰκέταις παρεκελεύετο, ὡς δίκας ὑπόσχοι αὐτὸν τῆς πηρώσεως. ᾤετο γάρ τινα γοητείαν εἶναι, ὅτι καὶ πηρωθῆναι πρότερον αὐτὸν, καὶ ἀναβλέψαι, καὶ ἀκοῦσαι πάλιν ἐποίησεν.

Οἱ μὲν οὖν οἰκέται σπουδαίως τὰ προστεταγμένα ποιεῖν ᶠ αὐτὸν ἐπειρῶντο. ἐλάνθανον δὲ ἄρα τῶν παρακειμένων λίθων, καὶ ξύλων ἁπτόμενοι, καὶ σύροντες αὐτὰ, καὶ δεσμοῦντες, καὶ τῇδε κἀκεῖσε μανικῶς περιάγοντες. τοῦτο δὲ καὶ τῷ Σισινίῳ ἐδόκει, καὶ δεσμώτην ὑπὸ τῶν οἰκετῶν γεγενῆσθαι τὸν πατριάρχην καὶ αὐτὸς ᾤετο. ἐκεῖνος δὲ ἀπαθὴς ὑπὸ τῶν ἀδίκων ἐκείνων ἐτηρεῖτο χειρῶν, οὐδὲ μικρᾶς ἀφῆς ὑπομένων, οὐδὲ ἐν μέσοις τοῖς δεινοῖς θορυβούμενος. εἶτα καὶ πρὸς τὸν ἀνόητον ἐκεῖνον ἰδὼν, πεπώρωσαι τὴν καρδίαν, ἔφη. λίθους οὕτω καὶ ξύλα κινῶν, καὶ ὅλην κατ᾽ αὐτῶν ἀφιεὶς τὴν ὀργὴν, ἃ μικρῷ πρόσθεν ἐτίμας, καὶ ὡς θεοὺς ἐθεράπευες. ὁ δὲ, ἀλλ᾽ ἐγώ σε κακῶς ἀπολῶ, φησὶν, ὡς καὶ μεταβαλεῖν πολλοὺς τῶν γοήτων ἐντεῦθεν καὶ σωφρονῆσαι, ἀφ᾽ ὧν αὐτὸς τὰ ἔσχατα πάσχῃ, τὰ μεγάλα ἐκείνους κερδάναντας.

Ταῦτα ὁ μὲν φυσώμενος ὑπὸ τῶν παρόντων ἔλεγε, καὶ αὐχῶν, ὅτι καὶ δεσμοῖς ὑποβέβληκε τὸν πατριάρχην. ὁ δὲ, οὐδὲ οὕτως αὐτὸν ἀπεστρέφετο, ἀλλὰ τὴν ἐκείνου σύζυγον εὐλογήσας, καὶ εἰς τὰς εὐγνώμονας ἐκείνας καὶ κατηκόους ἀκοὰς, ὥσπερ εἰς βαθύγεών τινα καὶ λιπαρὰν ἄρουραν δαψιλῆ σπέρματα τῆς εὐσεβείας καταβαλὼν, ᵍ ᾤχετο, μὴ ἀνεῖναι προσευχομένην πρότερον ἐντειλάμενος, ἕως καὶ τὸν ἄνδρα εἰς ἐπίγνωσιν τῆς ἀληθείας χειραγωγήσειε. τῇ εὐχῇ τοίνυν θερμότερον προσκειμένῃ τῇ Θεοδώρᾳ, ἐπιφαίνεταί τις αὐτῇ πρὸς ἑσπέραν αἰδέσιμος ἀνὴρ καὶ πολιὸς τὴν τρίχα· ἐδόκει δὲ ἄρα ὁ πρῶτος τῶν μαθητῶν εἶναι Πέτρος, ὁ τοῦ διδασκάλου θερμὸς ἐραστής. καὶ φησι πρὸς αὐτήν· διὰ σὲ, ὦ γύναι, ὑγιὴς ἔσται Σισίνιος, ὅπως ἂν καὶ ἀνὴρ, κατὰ τὸν ἀδελφόν μου Παῦλον, ἁγιασθῇ διὰ τῆς γυναικός. ὁ μὲν οὖν ταῦτα εἰπὼν, ἀπῆλθεν.

Ὁ Σισίνιος δὲ αὐτίκα καὶ ὥσπερ ἐκ συνθήματος τὴν Θεοδώραν καλέσας· ἦν δὲ ἄρα τοῦτο πέρας τῆς φανείσης ʰ αὐτῇ ὄψεως· ὧν πάθοι τι αὐτὸν καὶ τῶν κοινῶν ἁλῶν, καὶ τῆς ἑστίας, καὶ τῆς λοιπῆς ἁπάσης κοινωνίας ἀναμιμνήσκει, καὶ πάντων αὐτῶν μίαν ἀπαιτεῖ χάριν, καὶ λιπαρεῖ τὴν γυναῖκα καὶ ἱκετεύει, ὅπως δεηθῇ τοῦ θεοῦ ἀφεῖναί τι τῶν ἡμαρτημένων, καὶ τὴν ὁδὸν αὐτῷ ὑποδεῖξαι τῆς σωτηρίας. εἶτα κατήγορος αὐτὸς ἑαυτοῦ γίνεται, καὶ πάντα ποιῆσαι δι᾽ αὐτὴν καὶ παθεῖν ἀπαγγέλλει.

Ἐγὼ γὰρ ἐζηλοτύπησα, φησὶν, ἐπὶ σοὶ, ὅτι τὸν σύζυγον ἐμὲ παρορῶσα, πρὸς τὸν ξένον τοῦτον ἐφοίτας, τὸ τοῦ πατριάρχου προσθεὶς ὄνομα· καὶ τοὺς τῆς φύσεως θορύβους, καὶ τὰς ἐκ ⁱ τῆς ⁱ ζάλης ταραχὰς οὐ φέρων, ἠναγκάσθην πρὸς τὴν ἐκκλησίαν ἀπιοῦσαν ἐπιφυλάξαι σε, καὶ ἰδεῖν τὰ πραττόμενα. εἰσελθὼν τοίνυν καὶ αὐτὸς κατόπιν εἰς τὸν ναὸν, καὶ περιέργοις ὀφθαλμοῖς τὰ ὑπὸ τοῦ πατριάρχου γινόμενα θεωρῶν, ὅλην τε αὐτῷ τὴν ἀκοὴν διεγείρας, καὶ ἀκροατὴς εἶναι τῶν λεγομένων ἐθέλων, τὰς ὄψεις τε ὁμοῦ καὶ τὰ ὦτα πεπήρωμαι. εἰ καὶ πάλιν ἐκεῖνος, ὅτι θεοῦ μιμητὴς ὢν, ἀναβλέψαι τε καὶ ἀκοῦσαι πεποίηκε· ἐγὼ δὲ ἀγαθοῦ τοσούτου ἀμνημονήσας, οὐ μόνον οὐκ ᵏ ἀπέδωκα χάριτας αὐτῷ τῆς εὐεργεσίας, ἀλλὰ καὶ προσέτι ὁ μάταιος τὸ θαῦμα εἰπὼν, τιμωρήσασθαί τι αὐτὸν ἐπεχείρουν, ὅση μοι δύναμις, καὶ κατασχεῖν, οἴμοι, καὶ δεσμοῖς περιβαλεῖν ἐκέλευον τοῖς οἰκέταις. ἐκείνοις δὲ κατέχειν τι αὐτὸν νομίζουσι καὶ ὡς δεσμοῖ

que vitium diſcuſſum eſt. Ac Siſinnius quaſi ex ſomno expergefactus, beatumque Clementem cum uxore ſtantem cernens, malam ſtultus Sancto remunerationem dedit; præcepitque famulis, ut ſtatim Patriarcham comprehenderent, quò pœnas læſionis daret. Arbitrabatur enim præſtigias quaſdam eſſe; quòd eum priùs oculorum auriumque uſu privari, poſteaque aſpicere & audire feciſſet.

CLVIII. Igitur ſervi ſtudiosè exſequi de illo quæ imperata fuerant nitebantur: non animadvertebant autem quòd adjacentia ſaxa & ligna tangerent, eaque traherent ac ligarent, atque hoc illucque inſanè circumducerent. Porrò id etiam Siſinnio videbatur, ac ipſe quoque exiſtimabat Patriarcham à famulis vinctum teneri. Is tamen nihil ab iniquis illis manibus patiebatur, nec levem tactionem perferens, nec mediis in malis agitatus. Poſtea que ad illum dementem reſpiciens, Corde, inquit, induratus es, ſic ſaxa & ligna movens, totamque in ea iram immittens, quæ paulò antè honorabas, & ut Deos colebas. Ille verò, Sed ego te, inquit, malè perdam; adeò ut multi præſtigiatores hinc mutent mentem ac reſipiſcant, iidemque plurimùm lucrentur per quæ tu patieris graviſſima.

CLIX. Hæc ille quidem, inflatus, apud eos qui aderant, proferebat, & glorians Patriarcham vinculis ſubjeciſſe. At iſte nec ſic eum averſatus eſt; ſed benedictâ conjuge illius, & in bonas illas obſequenteſque aures tamquam in agrum quemdam terræ profundæ ac pinguem demiſſis uberibus pietatis ſeminibus, abceſſit, ei præcipiens antea ne precari deſiſteret, quoad virum ad veritatis cognitionem adduxiſſet. Cùm ergo ferventiùs ad orationem incumberet Theodora; apparet illi ad veſperam quidam vir venerabilis, & capillis canis; videbatur autem eſſe primus diſcipulorum Petrus, Magiſtri calidus amator; & ait ad eam; Propter te, ò mulier, ſanus erit Siſinnius; ut & vir, ſecundùm fratrem meum Paulum, ſanctus efficiatur per mulierem. Quibus quidem dictis, ille abiit. 1. Cor. 7. 14.

CLX. Siſinnius verò ſtatim & quaſi ex compacto Theodorâ arceſſitâ; erat autem utique hic finis viſionis quæ ipſi apparuerat; apud eam amoris, cibi communis, convictûs, ac reliquæ omnis communionis facit mentionem, eorumque omnium unam gratiam poſcit; conjugemque rogat & obteſtatur, ut Deum oret, quò ipſi dimittantur quæ peccavit; ſalutiſque viam demonſtret. Poſtea ipſe ſui accuſator efficitur, cunctaque ſe propter illam feciſſe ac pertuliſſe commemorat.

CLXI. Ego enim, inquit, zelotypiâ tui ductus ſum, quòd me conjuge neglecto, ad hoſpitem hunc adventares: & addidit nomen Patriarchæ: naturæque perturbationes, ac ex fluctuatione ortos tumultus non ferens, coactus ſum te cùm ad Eccleſiam ires obſervare, atque videre quæ agebantur. Ingreſſus ergo & ipſe poſt te in templum, oculiſque curioſis quæ à Patriarcha gerebantur aſpiciens, eique totas aures arrigens, ac eorum quæ dicebantur cupiens eſſe auditor, oculis pariter atque auribus captus ſum. Et licèt ille iterum, ut pote Dei imitator, me cernere ac audire fecerit; ego tamen tanti beneficii immemor, non ſolùm grates ipſi ob beneficentiam non perſolvi; ſed & ſtolidus, cùm miraculum dicerem eſſe præſtigias, eum ſupplicio afficere, quantum potui, conatus ſum, juſſique famulis; hei mihi! ut eumdem retinerent ac vinculis onerarent: illis verò qui tenere illum

e Al. ἀπολέλυτο.
f Al. inſer. εἰς.
g Al. præpon. ἀπιών.

h Al. αὐτῷ.
i Al. τῆς ζάλης.
k Al. ἀπεδίδουν.

illum & in vincula ducere putabant, ligna domtaxat & lapides erant in manibus: id quod mihi etiam videbatur; & quaſi ab eis Patriarcha detineretur, minas graviſſimas ego jactabam. Quocirca precor, vir tuus, hancque ab uxore mea gratiam peto, ut primò quidem Deum mihi propitium efficias, deinde verò & me concilies Patriarchæ.

CLXII. His auditis Theodora ad Sanctum confeſtim venit, cunctaque quæ vidiſſet, & quæ à viro audiſſet, rursùm Patriachæ nunciat. Ille nihil cuctatus, citiſſimè ad Siſinnium proficiſcitur: & non ut antea eum invenit; ſed cum quanta ille ferocitate Patriarcham tunc adortus fuerat, cum majore honore nunc eum excipit. Adeò igitur ſubitam & magnam mutationem vir magnus cernens, ſermones de pietate admodum ſcitè ei ſuggerit, totumque ſibi comparat hominem. Cúmque ex animo Siſinnius Deo credidiſſet, tetigit beatos illos Patriarchæ pedes, hæcque cum lacrymis prolocutus eſt:

CLXIII. Gratias ago tibi vero ac ſoli Deo; qui ideo mihi oculos corporis excæcâſti; ut eos qui animæ ſunt aperires, meque faceres aſpicere ad veritatem; idcoque etiam aurium vim compreſſiſti, ut mente vigili nihilque penitus eorum quæ extra ſunt ſentiente, veræ religionis ſuſciperem prædicationem. Nunc verò myſteriis veritatis initiatus ſum, certóque agnovi Gentilium ſacra fraudem tantùm eſſe ac incredibilem vanitatem. Propter iſta hilaritas & lætitia domum occupavit, omneſque Chriſto crediderunt. Paſchate verò jam ineunte, baptizati ſunt cum Siſinnio omnes, patres ſimul & matres & liberi, ad tres & viginti ſupra quadringentos. Hoc attraxit multos ex illuſtrioribus; qui magnis honoribus præpollebant, quibuſque Imperator Nerva amicis maximè & conſiliariis utebatur; atque pio cultui omnes aſſenſi ſunt.

CLXIV. Quæ cùm videret peſſimus per illud tempus Comes Officiorum Publius Tarquitianus moleſtè tulit, & gravia exiſtimavit: conſideranſque quo modo pietatem ulteriùs progredientem comprimeret, ipſum primò Clementem tamquam eorum quæ fiebant maximè auctorem ſtatuit è medio tollere: & ſingularum urbis regionum præfectis convocatis, iiſque pecuniâ corruptis, ſeditionem adversùs Clementem uti moverent eis propoſuit, utque illius exiſtimationem impeterent hortatus eſt; cupiens amorem Urbis erga eum per hoc diſſolvere, hominemque reddere inſidiis facilem atque opportunum.

CLXV. Conſpirantes ergo adversùs eum improbiſſimi illi cives; mala ac fœda, ut ipſi arbitrabantur, de illo diffundunt, multaque objiciunt crimina; præſtigias ei attribuunt, & religionis eorum everſionem, aliaque plurima; atque dicunt ab ipſo affici contumeliis & lacerari patrios Deos: ut qui Jovem omnium Deorum maximum, neque Deum prorſus nominaret; Herculem verò Alcmenæ filium (quem illi ſuum conſervatorem aiunt) impurum quemdam Dæmonem & ſceleſtum vocaret; cariſſimam & ſuaviſſimam Venerem, meretricem induceret; atque optimam jaculatricem Dia-

φέρειν, ξύλα δὲ ἐν χερσὶ μόνον καὶ λίθον· τοῦτο δὲ καὶ αὐτῷ μοι ἐδόκει, καὶ οἷα ὑπ' αὐτῶν κατεχομένου τοῦ πατριάρχου, ἀπειλὰς ἐγὼ χαλεπωτέρας ἐπῆγον. διὰ τοῦτο δέομαι ὁ σὸς ἀνήρ, καὶ ταύτην παρὰ γυναικὸς ἐμῆς αἰτῶ χάριν [l], ὅπως πρῶτα μὲν εὐμενῆ γενέσθαι [m] τὸν Θεόν· ἔπειτα δὲ, καὶ αὐτὸν διαλλαγῆναι τῷ πατριάρχῃ.

Τοῦτον ἀκούσασα Θεοδώρα, πρὸς τὸν ὅσιον εὐθὺς ἀφικνεῖται, καὶ ὅσα τε ἴδοι, καὶ ὅσα παρὰ τοῦ ἀνδρὸς ἀκούσειε, πάλιν ἀπαγγέλλει πάντα τῷ πατριάρχῃ. ὁ δὲ μὴ μελλήσας μηδὲν, αὐτίκα μάλα πρὸς τὸν Σισίννιον παραγίνεται· καὶ οὐχ ὡς τὸ πρότερον αὐτῷ ἐντυγχάνει, ἀλλὰ μεθ' ὅσης ἐκεῖνος τῷ πατριάρχῃ προσέβαλε τότε τῆς ἀγριότητος, μετὰ πλείονος αὐτὸν νῦν τῆς τιμῆς ὑποδέχεται. ἀθρόαν τοίνυν οὕτω καὶ πολλὴν τὴν μεταβολὴν ὁ μέγας ἰδὼν, λόγους τε περὶ τῆς εὐσεβείας δεξιῶς ἄγαν αὐτῷ ὑποτείνει, καὶ ὅλον ὑποποιεῖται τὸν ἄνδρα. καὶ πιστεύσας ἀπὸ ψυχῆς ὁ Σισίννιος τῷ Θεῷ, ἥψατο τῶν μακαρίων ἐκείνων τοῦ πατριάρχου ποδῶν, καὶ τοιαῦτα μετὰ δακρύων ἐφθέγγετο.

Εὐχαριστῶ σοι τῷ ἀληθεῖ καὶ μόνῳ Θεῷ, τῷ διὰ τοῦτό μοι τοὺς ὀφθαλμοὺς πεπηρωκότι τοῦ σώματος, ὅπως τοὺς τῆς ψυχῆς διανοίξῃς, καὶ διαβλέψαι με παρασκευάσῃς πρὸς τὴν ἀλήθειαν. διὰ τοῦτο δὲ καὶ τῶν ὤτων τὴν ἐνέργειαν ἀπεσβέσαντι, ὅπως νηφούσῃ διανοίᾳ, καὶ μηδενὸς τῶν ἔξωθεν ὅλως αἰσθανομένῃ, τὸ τῆς εὐσεβείας ἀποδέξωμαι κήρυγμα. νυνὶ δὲ αὐτὴν τὴν ἀλήθειαν ἐμυήθην, καὶ ἀκριβῶς τὰ τῶν Ἑλλήνων ἔγνων, ἀπάτην ὄντα μόνον καὶ φλυαρίαν ἀπίθανον. ἐπὶ τούτοις φαιδρότης εἶχε καὶ ἡδονὴ τὸν οἶκον, καὶ τῷ Χριστῷ πάντες ἐπίστευον. τοῦ πάσχα δὲ ἤδη ἐνισταμένου, ἐβαπτίσαντο μετὰ τοῦ Σισιννίου πάντες πατέρες ὁμοῦ καὶ μητέρες καὶ παῖδες, εἰς εἴκοσι καὶ τρεῖς ἐπὶ τοῖς τετρακοσίοις ὄντες. τοῦτο πολλοὺς ἐπεσπάσατο τῶν ἐπιφανεστέρων, ὅσοι τε μακρῷ τῇ δόξῃ διέπρεπον, καὶ οἷς ὁ βασιλεὺς Νερούας φίλοις μάλιστα καὶ συμβούλοις ἐχρῆτο· καὶ τῇ εὐσεβείᾳ πάντες συνετίθεντο.

Ταῦτα ὁρῶν ὁ πονηρότατος κατ' ἐκεῖνο καιροῦ [27] τῶν ὀφφικίων κόμης Πούπλιος [28] Τορκυτιανός, ἐδυσχέραινε, καὶ δεινὰ ἐποιεῖτο· καὶ σκοπῶν ὅπως ἂν ἐπίσχῃ περαιτέρω προβαίνουσαν τὴν εὐσέβειαν, αὐτὸν ἔγνω πρῶτον ἐκ μέσου ποιῆσαι [n] τὸν [o] Κλήμεντα, οἷα τῶν γινομένων αἰτιώτατον αὐτὸν ὄντα. καὶ τοὺς ἑκάστου μέρους τῆς πόλεως προεστῶτας συγκαλεσάμενος, καὶ χρήμασιν αὐτοὺς διαφθείρας, στάσιν τινὰ κινῆσαι κατὰ τοῦ Κλήμεντος αὐτοῖς ἐπέταξε, καὶ διαβαλεῖν αὐτοῦ τὴν ὑπόληψιν προετρέψατο. ταύτῃ καταλῦσαι τὸ πρὸς αὐτὸν τῆς πόλεως φίλτρον βουλόμενος, καὶ πρὸς ἐπιβουλὴν εὐχείρωτον τὸν ἄνδρα παρασκευάσαι.

Συστάντες οὖν ἐπ' αὐτὸν οἱ πονηρότατοι τῶν πολιτῶν ἐκεῖνοι, ψόγους τε, ὡς αὐτοὶ ᾤοντο, κατεχέοντο αὐτοῦ πονηρούς, καὶ πολλὰς ἐπῆγον τὰς αἰτίας, γοητείαν αὐτῷ περιάπτοντες, καὶ τῆς ἐκείνων θρησκείας ἀνατροπήν, ἄλλα τε πολλά, ἐξυβρίζεσθαι αὐτὸν λέγοντες καὶ τοὺς πατρῴους διασύρειν θεούς· τὸν μὲν ἁπάντων [p] θεῶν μέγιστον Δία, μηδὲ θεὸν ἁπλῶς ὀνομάζοντα· Ἡρακλέα δὲ τὸν Ἀλκμήνης, τὸν ἐκείνων φασὶ [29] σωτῆρα, ἐναγῆ τινα δαίμονα καὶ μιαρὸν ἀποκαλοῦντα· τερπνήν τε τὴν φίλην Ἀφροδίτην εἰσάγοντα, καὶ τὴν ἰοχέαιραν Ἄρτεμιν, καὶ τὸν σοφὸν Ἑρμῆν τὸν τοῦ λόγου θεόν,

τὸν

---

l Al. add. τῶν ἐμαυτοῦ πεπραγμένων.
m Al. inſer. μοι

27. Τῶν ὀφφικίων κόμης.] Hiſtoria Latina, *Comes ſacrarum*, nempe largitionum, quæ eſt alia dignitas. Sic in Concilio Epheſino memoratur Johannes κόμης τῶν σακρῶν κόμης τῶν θείων λαργιτιόνων. Lex autem 2. C. Th. de metallis, eſt Juliani Auguſti ad Rufinum Comitem Officiorum. Sed tempore Nervæ Imperatoris nulli erant Comites hujuſmodi. COT.

28. Τορκυτιανός] Aliter Τορκυτιανός. & Τορκυτιανός. Latinè in Editione *Tarquinius* pro *Tarquitius*. in MS. V. C. Vionis Herovallii *Torquatus*. ut ſit vel Torquatianus, vel Tarquitianus. Ibid.

n Deeſt in al.
o Deeſt in al.
p Al. θεῶν.

29 Σωτῆρα.] Similiter apud Theodoritum, Sermone de Martyribus, Ἡρακλέα σωτῆρα καὶ ἀλεξίκακον προσαγορεύουσι. COT.

q Al

τὸν πολεμικόν τε Ἄρεα, καὶ τὸν Κρόνον αὐτόν, ἐπίσης βλασφημοῦντα πάντας καὶ διαβάλλοντα, καὶ τὰ τεμένη τούτων καὶ τοὺς βωμοὺς καταστρέφοντα. κεφάλαιον δὲ λόγου, ἢ θυσάτω τοῖς θεοῖς, ἔλεγον, ἢ τῆς ζωῆς τὸ τάχος ἀπαλλαγήτω. οἱ μὲν οὖν τοιαῦτα κινοῦντες, ἔκδοτον ἠξίουν τὸν πατριάρχην ἐπὶ θανάτῳ λαβεῖν. ἐφ' οἷς ἠγανάκτουν πάντες ὅσοι μὴ χρημάτων ὤνιον τὴν συνείδησιν προὐτίθεσαν, καὶ λόγους πρὸς τὸν δῆμον ἐλευθέρους ἐποιοῦντο, τί τῷ πατριάρχῃ κακὸν εἴργασται, λέγοντες· μᾶλλον δὲ ποίων οὐχ ἡ πόλις παρ' αὐτοῦ χαρίτων ἀπέλαυσεν; εἶτα καὶ αὐτὰ ἕκαστα τῶν ὑπ' αὐτοῦ παραδόξως γεγενημένων ἀπηριθμοῦντο, καὶ μάρτυρας αὐτοὺς ἐποιοῦντο τῶν λεγομένων.

Μαμερτῖνος δὲ ὁ τῆς πόλεως ἔπαρχος, μὴ φέρων ἐπὶ πολὺ στασιάζουσαν οὕτω τὴν πόλιν ὁρᾷν, ἄλλως τε καὶ τῇ τῆς εὐσεβείας ἐπιδόσει βασκαίνων, ἄγει τὸν μακάριον Κλήμεντα πρὸς ἑαυτόν, καὶ λόγοις τὴν γενναίαν οὕτω ψυχὴν κλέπτειν ἐπεχείρει. ἐξ εὐγενοῦς, λέγων, προελήλυθας ῥίζης· τοῦτο πᾶς ὁ τῶν Ῥωμαίων σοι μαρτυρεῖ δῆμος· ἀλλ' ἀνθρωπίνην καὶ αὐτὸς πλάνην ὑπέστης. καὶ διὰ τοῦτο οὐδὲ σιωπᾷν ἡ πόλις ἀνέχεται. φασὶ γάρ σε καινοτέραν εἰσάγειν θρησκείαν, καί τινα παρὰ τοὺς πατρῴους θεοὺς κηρύσσειν Χριστόν. ὅθεν ἀποθέσθαι σε χρὴ τὴν περιττὴν ταύτην δεισιδαιμονίαν, καὶ μόνους αἰδεῖσθαι καὶ τιμᾷν τοὺς συνήθεις τῇ πόλει θεούς. καὶ ὁ πατριάρχης, δέομαι τῆς σῆς σεμνότητος, ἔφη, μεταδοῦναί μοι λόγου, καὶ προσχεῖν μου ταῖς ἀποκρίσεσιν, ἀλλὰ μὴ οὕτως ἀλόγοις στάσεσι καὶ ματαίοις ἐπιθέσθαι θορύβοις. οὐδὲ γὰρ δεῖ στάσεως οὐδὲ θορύβου, ὅτε σκοπῆσαί τι περὶ τῆς ἑαυτοῦ σωτηρίας τινί, καὶ περὶ Θεοῦ διαλεχθῆναι πρόκειται. ὁ ἔπαρχος τοίνυν τὸ τοῦ ἀνδρὸς γενναῖον καὶ πάγιμον ἐξ αὐτῶν εὐθὺς τῶν προοιμίων καταμαθών, καὶ εἰπεῖν τι αὐτὸς καὶ ἀκοῦσαι παρ' ἐκείνου πάλιν ὀκνήσας, καὶ ἀναβαλλόμενος τὴν διάλεξιν, Τραϊανῷ περὶ αὐτοῦ τῷ αὐτοκράτορι ἀναφέρει. καὶ ὁ βασιλεὺς αὐτῷ οὕτως ἐπιλύει τὰ γεγραμμένα, ὡς ἢ θῦσαι τὸν Κλήμεντα τοῖς πατρῴοις θεοῖς, ἢ πέραν τοῦ Πόντου εἰς ἔρημόν τινα πόλιν τῶν τῇ Χερσῶνι παρακειμένων, ἀπὸ τῆς Ῥώμης ἀιδίᾳ φυγῇ ἐλαθῆναι.

Τῆς ἀποφάσεως οὖν ταύτης καταλαβούσης, ἐσκέπτετο Μαμερτῖνος, ὅπως ἂν μὴ ὁ Κλήμης ἕληται τὴν ὑπερορίαν, ἀλλ' αὐτῷ μᾶλλον καὶ τῷ βασιλεῖ πειθόμενος θύσειεν. οὐδὲ γὰρ ἔφερε τηλικαύτην ἀνδρὸς ἀρετὴν ζημιούμενος. τῷ δὲ τοσοῦτον ν ἐμέλησεν ἐκείνοις πεισθῆναι ʃ ἢ δυσχερᾶναι πρὸς τὴν ὑπερορίαν, ὥστε καὶ αὐτὸν ἐσπούδαζε πρὸς τὴν εὐσέβειαν τὸν ἔπαρχον ἐπισπάσασθαι. τοσαύτη γάρ τις ἄνωθεν τὸν Κλήμεντα περιέλαμπε χάρις, καὶ οὕτως ἡ ἐκείνου γλῶττα κηρίου παντὸς καὶ μέλιτος γλυκύτερον ἔσταζεν, ὡς καὶ αὐτὸν ἔρωτι θερμῷ τοῦ ἀνδρὸς ληφθέντα τὸν Μαμερτῖνον, πολλά τε τῇ ἀποδημίᾳ ἐπιστενάξαι, καὶ δάκρυα τῷ πατριάρχῃ ἐπιβαλεῖν. ὁ Θεός, εἰπόντα, ᾧ σὺ εἰλικρινῶς λατρεύεις, αὐτός σοι βοηθὸς ἐπὶ τῇ συμφορᾷ παρασταίη· καὶ αὐτίκα πλοῖον εὐτρεπίσαι διαρκῆ τε αὐτῷ τὰ πρὸς τὴν χρείαν ἐνθέσθαι. καὶ δεξιώσασθαι αὐτόν, καὶ περιβαλεῖν, καὶ οὕτω μετὰ τῶν προσηκόντων ἀσπασμῶν ἀπολῦσαι. πολλοὶ δὲ αὐτῷ καὶ τῶν εὐλαβῶν ἠκολούθησαν· καὶ εἰς τὴν ὑπερορίαν γενόμενοι καταλαμβάνουσιν ἐν τῇ τῶν μαρμάρων λατομίᾳ Χριστιανούς, περί τους ι χιλίους ἢ καὶ πλείονας, πολλῷ διὰ τὴν εὐσέβειαν ἐκεῖ χρόνον κατεχομένους. οἱ καὶ περὶ τοῦ πατριάρχου πρότερον ἀκούσαντες, καὶ ὅτι τῆς πόλεως ἀπελαθεὶς ὑπερόριος πρὸς ἐκείνους καὶ αὐτὸς ἄγεται, παραμυθίαν ἔσχον οὐ τὴν τυχοῦσαν τὴν ἐκείνου ἐπιδημίαν.

Ὅτι γοῦν πρὸς αὐτοὺς κατέλαμβανε, τοῦ τῶν χειρῶν ἔργου ἀφέμενοι, καὶ τούτῳ προσελθόντες μετὰ δακρύων, καὶ τῶν ἁγίων ἐκείνου ποδῶν ἁψάμενοι, καὶ τὰς καθαρὰς

nam, ſapientem Mercurium Deum ſermonis, bellicoſum Martem, Saturnumque ipſum, ex æquo omnes infamaret atque criminaretur, necnon horum ſana & aras everteret. Ad ſummam, aiebant, vel Diis ſacrificet, aut vitâ ſtatim privetur. Atque illi quidem, talia moventes, petebant ut ſibi ad mortem traderetur Patriarcha. Ob quæ indignabantur quicumque pecuniâ venalem conſcientiam non exhibuerant; loquebanturque ad populum liberè, dicentes; Quid mali à Patriarcha geſtum eſt: immo verò quæ beneficia per eum civitas non eſt conſecuta? Deindeque ſingula quæ mirabiliter ab eo facta fuerant recenſebant; & eorum quæ memorabant ipſos aſſumebant teſtes.

CLXVI. Mamertinus autem Urbi Præfectus, adeò ſeditione agitatam civitatem videre non ſuſtinens, ad hæc veræ religionis incremento invidens, ad ſe arceſſit beatum Clementem, verbiſque tam generoſum animum conatur fallere ac abducere; dicens; Ex nobili ſtirpe ortus es: hoc de te perhibet teſtimonium omnis populus Romanus: ſed & ipſe in humanum errorem incurriſti; atque ideo neque urbs tacere poteſt. Aiunt enim te novam inducere religionem, & contra Deos patrios prædicare quemdam Chriſtum. Quare oportet te abjicere ſuperfluam hanc ſuperſtitionem, Deoſque tantùm revereri & colere quos civitas ſolet. Ad hæc Patriarcha, Oro, inquit, tuam gravitatem & conſtantiam, ut mihi concedas verba facere, ac meis reſponſionibus attendas; non autem adeò ratione deſtitutam ſeditionem, tumultuſque vanos confeceris. Neque enim opus eſt ſeditione ac tumultibus, ubi cuipiam propoſitum eſt de ſalute ſuâ conſiderare atque de Deo diſſerere. Igitur Præfectus, compertâ ex ipſo ſtatim exordio conſtantiâ viri & fortitudine, verituſque tum ipſe dicere, tum & ab eo audire, atque collocutionem detrectans, ad Trajanum Imperatorem de illo refert. Et Imperator ad iſtum modum ei quæ ſcripta erant dirimit; ut Clemens aut Diis patriis ſacrificet, aut trans Pontum in deſertum aliquod oppidum eorum quæ Cherſoni adjacent Româ perpetuo exſilio ablegetur.

CLXVII. Hac itaque ſententia accepta, cogitabat Mamertinus quo modo Clemens non eligeret exſilium, ſed potiùs paréret ipſi ac Imperatori, atque immolaret. Non enim ſuſtinebat privari tantâ viri virtute. Porrò Clementi adeò curæ fuit obtemperare illis, aut moleſtè ferre relegationem, ut etiam ad pietatem Præfectum attrahere niteretur. Tanta quippe divinitus Clementem gratia circumdabat, ſicque illius lingua omni ſavo ac melle dulciùs ſtillabat, ut ipſe quoque viri fervido amore captus Mamertinus, plurimùm ex ejus diſceſſu ingemuerit, lacrymaſque dederit Patriarchæ; dicens; Deus, quem tu ſincerè colis, ipſe tibi auxiliator in calamitate aſſiſtat; ſtatimque navigium paraverit, impoſitis ei quæ ad uſum ſufficiebant; illumque dexterâ prehensârit, item complexus ſit, atque ita cum ſalutationibus congruis dimiſerit. Multi autem ex piis ſecuti ſunt eum: & pervenientes ad locum exſilii, reperiunt in marmoris lapidicinis Chriſtianos circiter mille, vel & plures; qui jam diu illic propter verum cultum detinebantur. Hi cùm de Patriarcha priùs audiiſſent, quòd & ipſe ab Urbe pulſus exſul ad eos duceretur; ſolatium non vulgare ceperunt ex ejus adventu.

CLXVIII. Itaque cùm ad illos venit, ab opere manuum ceſsârunt, & ad eum cum lacrymis acceſſerunt; tactiſque ſanctis ejus pedibus, & puras

ν Al. ἐμέλησεν.
ʃ Al. ὡς.

ι Al. ἀγλίων.

φ Al.

ras manus deoſculati, calamitates ipſos complexas defleruut, patriæ amiſſionem, inſuavem in alieno ſolo vitam, rerum neceſſariarum penuriam; quodque omnium erat graviſſimum, aquæ ipſius indigentiam. Si quis enim, aiebant, per totum diem opere manuum, & labore maceratus, aquæ guttam exiguam ſumere voluerit, quò miſeriam ex fatigatione ortam ſublevet; is non minùs quàm uſque ad ſtadia quinque & quadraginta profectus, aquam portaverit. Ob hæc Patriarcha particeps eorum doloris ac lacrymarum factus, dein & Deo gratiis actis, & ſufficienter animos illorum conſolatus, Non ita, inquit, temere & ſine cauſſa huc me Deus permiſit expelli; ſed ut & ſocius ſim veſtrarum perpeſſionum, & patientiæ maximè ac tolerationis documentum.

CLXIX. Poſtea verò ad preces convertitur, & cum eis orat Deum, ut ſuis Confeſſoribus fontem
Num. 20. aquæ aperiat: quique percuſſit petram in deſerto,
Pſ. 77. & fluxerunt aquæ; ipſe etiam eis copioſam aquam ſuppeditet. Jamque omnibus precationi inſiſtentibus, Patriarcha huc atque illuc reſpiciens, agnum videt qui dextrum pedem attollebat, eoque quaſi oſtendebat ſubjectum ſolum: à nullo enim alio agnus viſus eſt. Tum Patriarcha conjectis oculis, ad locum monſtratum cum iis qui aderant accedit, & ait; In nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti, hîc mihi, filii, fodite. Cúmque tum ipſum locum in quo agnus ſtabat, tum quidquid circùm erat fodiſſent; Patriarcha, ſumpto ſarculo, locum quem agnus oſtendebat, levi & ad ſuperficiem ictu pulſat: confeſtimque terra emittit limpidam aquam & ad bibendum ſuavem; atque ea cum impetu effuſa flumen repentinum efficit. Univerſis ergo, aquæ
Pſ. 45. 5. cauſsâ gaudentibus; Patriarcha dixit; *Fluminis impetus lætificans civitatem Dei.*

CLXX. Hinc tota ad eum confluebat civitas; & ſpiritalis illius doctrinæ dulcedine ad veram fidem cunctos impellebat; ut & multi quotidie baptizarentur, numeruſque ad quingentos perveneri, ac vera religio in dies caperet incrementum. Nondum profectò annus in exſilio erat emenſus ac præteritus, & ædificantur quidem, ab iis qui crediderant, Eccleſiæ numero quinque & ſeptuaginta, Idolorumque fana & templa evertuntur; uſque adſitos lucos, multùm terræ occupantes, ignis depaſcit; atque univerſa proſternitur Dæmonum inſania.

CLXXI. Tunc ergo invidioſus & gravis rumor ad Imperatoris aures pervenit, referens Chriſtianorum ſectam in majorem multitudinem creſcere, & ſingulis diebus augeri. Quam ob cauſſam ille ſtatim Aufidianum præſidem mittit, qui non ſolùm non ulteriùs progredi ſectam ſineret, verùm & jam captos reduceret, avocaretque à pietate. Hic itaque poſtquam Cherſonem venit, Chriſtianoſque complures tormentis multis ac variis affecit, quando omnes propoſito & intentione Martyres fuiſſe vidit, paratoſque eſſe ad mille mortes; quid facit? Abſtinet quidem à populo, veritus ne etiam ex primoribus multos faceret Martyres: ſolum verò auctorem reprimit, omnemque furorem immittit in beatum illud Clementis caput. Porrò cùm huic omnia eſſent levia, & nullius momenti; quin potiùs ex eis quæ ipſe patiebatur, cæteris præberet majorem fiduciam; brevem ei & celerem excogitat diſceſſum è vita; atque adducto Martyre in medium mare, anchoráque ferreâ ad collum ejus religatâ, in profundum demittit, Ne, inquit, illius vel reliquiæ remaneant Chriſtianis.

